Digitized by Google

Digitized by Google

605859 Racc. Vill. G 46 (2)

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM IVRIS
D. IOANNIS BAPTISTAE VALENZVELA VELAZQVEZ
NOBILIS HISPANI,

PRIMVM SACRI CONSILII IVSTITIÆ REGNI NEAPOLIS.
Demùmq; Collateralis Conſiliarij, Regentis Regiam Cancellariam, ac officium Præſidis eiuſdem Sacri Conſilij,

Poſteà verò

APVD POTENTISS. D. N. D. PHILIPPVM IV. HISPANIARVM Regem Catholicum, in Supremo illius Italiæ Conſilio Regentis Decani.

Et ex illo


TRANSLATI, SEV PROMOTI AD SVPREMVM REGIVM CONSILIVM Regnorum Caſtellæ, & Legionis,

Nouiſſimè verò

RETENTO TITVLO, & HONORIBVS ILLIVS, CREATI GVBERNATORIS, ſeù Præſidis Conuentus Iuridici Regiæ Cancellariæ Granatenſis.

LIBER SECVNDVS.
Cui acceſſere in calce Additiones ad Primum.

Cum Argumentis, Summarijs, & copioſiſſimo Notabilium Concluſionum Indice.



NEAPOLI, Ex Typographia Regiæ Curiæ Aegidij Longhi M. DC. XXXIV.

EXPENSIS IOANNIS DOMINICI BOVE.

Bibliotheca de Rosa
Cas. 129

Digitized by Google

Digitized by Google

APPROBATIO.

Admodùm Illuſtris, & Reuerendiſſime Domine

SEcundum Librum Conſiliorum Doctiſſimi, & Integerrimi Viri Domini Regentis Valenzuela perlegimus, & cùm nil contra fidem, vel bonos mores contineant, proindè ad bonum publicum imprimi poſſe cenſemus. Neapoli die Primo Iulij 1633.

Ioannes Vincentius Iuuenis Cimiliarcha, & Canonicus Deputatus.

Ioannes Dominicus Pizzelli Canonicus Deputatus.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore

GIO. Domenico Boue deſidera ſtampare il ſecondo volume delli Conſegli del Spettabile Signor Regente Gio: Battiſta Valenzuela Velazquez con le Addittioni in fine dell'iſteſſo al primo volume prima ſtampato; la ſupplica per tanto dar licenza, che ſi poſſi ſtampare, & lo riceuerà à gratia; vt Deus, &c.

Magnificus Conſiliarius Theodorus videat, & referat.

Lopez Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die 8. Iunij 1632.

Locus Signi *Lombardus.*

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

INuigilat nobis Vir celeberrimus Don Ioannes Baptiſta Valenzuela Velazquez dùm ad commune bonum & facit ſcribenda, & ſcribit inſimul facienda. Functus eſt in Italia, & mox in Hiſpania tot muneribus præclariſſimis, in quibus ſe qualitèr geſſerit, ſi quis annotaſſet, exemplar integritatis, ſolertiæ, & doctrinæ Miniſtris omnibus reliquiſſet. Scribit ſimilitèr facienda. Nàm ſicut reliqua ab eodem per priùs ædita, ita & hæc Secundi Voluminis IVRIS RESPONSA, quæ à me videri, & obſeruari iuſſiſti, non modò omni labe nitent immunia, nec quicquam continent, in quo ſit ratione aliqua ſubſiſtendum, ſed imò pulcherrimè ibidem legum, & Canonum materiæ, & ex illis quamplures non admodùm in hoc Regno à Noſtratibus diſcuſſæ optimè digeruntur, ſemperq; veriores concluſiones in iudicijs amplexandæ ſolidiſſimè comprobantur, & ſæpè etiàm non mediocri aliarum diſciplinarum eruditione roborantur, & exornantur. Vale Neap. quarto Kalendas Auguſti 1634.

Excellentiæ Tuæ

Seruus Deditiſſimus

Scipio Theodorus.

Viſa ſupradicta Relatione Imprimatur.

Tapia Regens. Enriquez Regens. Rouitus Regens.

Digitized by Google

L E C T O R I.

NON ſemel me legiſſe recordor, Doctos, prudenteſq; Viros, eorum Conſilium, qui ſua de iure Reſponſa ſolent in lucem emittere, non ſolùm non improbare, verùm commendare ſummopetè præſertim, ſi talia eſſent, quæ ſolidam continerent doctrinam, nullumq; aliud genus ſcriptionis eſſe, in quo clarius æquum ab iniquo, licitum ab illicito diſcerni poſſit, ac ſegregari, laboratur enim plus, quàm in munere interpretandi, cùm bono viro conueniat enixè ſtudere, ne quis ſe auctore, vitæ, honoris, aut ei familiaris iacturam, aut detrimentum patiatur, imò ambigua fata cauſarum dirimere ſiue in publicis, ſiue in priuatis, lapſa erigendo, fatigata reparando laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendendo. Quarè cùm & ſemper honeſtum duxerim, vnumquemque noſtrum nonnunquam aliquid ex ſe ptomete, quod dignum ſit oculis hominum, vel delectet eos, ne ætatem otioſam, & laboris expertem traduxiſſe videamur, (non enim parum diſtant à morte ſilentia vitæ) & tempore, quo in lucem dedi primum Conſiliorum meorum volumen dixiſſem, non defuturum meæ curæ, vt ſponſionis reſiduum haberetur, amici non tam precibus mecum agere, ſed tanquàm promiſſum ſuo iure exigere cœperunt, vt publicatione aliorum, me fide data exoluerem, ac liberarem, ideò ipſorum votis ſatisfacere decreui, non ſine aliquo incommodo propter maximas mei muneris occupationes, quibus priori loco ſatisfacere, ac tempus accomodare neceſſe fuit, ita enim obligatio petebat: Allectus fui etiam, quia, teſtante Symmacho, magna prærogatiua eſt placuiſſe ſapienti, & experimento didiceram, anteriores noſtras in iure vigilias euulgatas, probis, doctiſq; Viris non inuiſas, ſed ab eis pluriès cum honore commendatas, imò quod ſupra merita eſt à Sanctiſſimo D. N. Gregorio XV. Pontifice tunc maximo pro eius innata benignitate laudatas, demùmq; in Vaticana Bibliotheca illius iuſſu repoſitas. Hæc tamen noua Reſponſa non veluti Delphico oraculo pronunciata, aut quæ certaminibus Herculis valeant annumerari, nec Pythagorico more accipi volo, ſed quatènus iuridicis rationibus fulta, & veritati inniti fuerit repertum, præ oculis habens illam M. Tullij ſententiam, dicentis: *Nihil velim cuiquam me dicente probari, quod non ante mihimet ipſi probatum ſit*. Quia tamèn nullum ſine venia ſolet ingenium placere, ſi in aliquo (Lector amice) lapſus fuero, aut titubaui in hac varietate diſcurſuum, rogo recto, æquoq; oculo videas, Sym. mac. li. 7. epiſ. 115.

- - - - - - - - - *procul atra recedat*
Inuidia, atque aliò liuentia lumina flectat.

Vale, & Viue.

a COPIA

COPIA BREVIS SANCTISSIMI DOMINI

GREGORII XV.

PONTIFICIS MAXIMI

DIRECTI

IOANNI BAPTISTAE VALENZVELA VELAZQVEZ

Collaterali Conſiliario Regenti Regiam Cancellariam, Regni Neapolis, & officium Præſidis Sacri Conſilij, & Viceprothonotarij.

DILECTO FILIO IOANNI BAPTISTAE VALENZVELA VELAZQVEZ.

GREGORIVS PAPA XV.

DILECTE Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Libros, quos ad Nos miſiſti, libentèr excepimus, eximiæ pietatis monumenta, & ſublimis ingenij. Hæc vera eſt ſcientia ſalutis, & præclarus literarum vſus, eruditis lucubrationibus non inanes tantum ventoſæ Famæ plauſus aucupari, ſed Deum ipſum in Apoſtolica Sede regnantem defendere, & principatus promereri Beatitudinis ſempiternæ; Scito igitur Pontificis Maximi, cuius authoritatem propugnas, defuturum nunquam tibi eſſe patrocinium, præſertim cum acceperimus, te literarum gloriam cum morum integritate coniungere, atque operam diligentèr dare, vt authoritas, qua in Regno Neapolitano flores ſacerdotij præſidium, & virtutis patrocinium habeatur. Nos autem luculentum hoc paternæ charitatis noſtræ teſtimonium extare volumus tua, & decus ſapientiæ, & ſolatium induſtriæ, tibique Apoſtolicam Benedictionem peramantèr impartimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Martij 1623. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ioannes Ciampolus.

Locus † Sigilli.

POTEN-

POTENTISSIMO DOMINO

D. PHILIPPO QVARTO

AVSTRIACO

HISPANIARVM, INDIARVM

NOVI ORBIS, AC VTRIVSQVE SICILIAE

REGI CATHOLICO.

FLANDRIAE COMITI.

DOMINO SVO.

IOANNES BAPTISTA VALENZVELA VELAZQVEZ

REGENS SVPREMI REGII CONSILII ITALIAE. S. & P. F. P.

DVO fuere genera, Catholice, & Potentiſſime Rex, præſtantium ciuium, & qui in Republica verſantur ab Romanis Imperatoribus, viriſque prudentibus præcipuè agnita, & in exiſtimatione habita. Vnum eorum, qui ingenij, ac conſilij ſui luce patriæ profuerunt. Alterum illorum, qui bello, & armis ſtrenuam operam eidem nauarunt, qui & aſſimilati inter ſe, ſic ſummam ſemper apud bonos auctoritatem habuere. Cùm autem Ego priorum via greſſus fuerim tam tempore, quo de iure reſpondere ſolebam, quam poſtquam regijs fui aſcitus conſilijs à Maieſtate Domini noſtri Regis D. Philippi Tertij recolendæ memoriæ, ac fœlicis recordationis, parentis Maieſtatis Veſtræ, ſemper præoculis habui, vnumquemque noſtrum, nèdum negotij, ſed otij debere rationem reddere, tantumq; in communē vtilitatem conferre, quantum ingenio, ac labore, ſibi poſſibile fuerit, nè inſtar illius ſerui nequam iudicetur, qui Euangelico patriſamilias meritas pœnas dedit, quod vnicum à ſe acceptum talentum habuiſſet otioſum, & ſubtus terram abſcondiſſet, ideò cùm elaboraſſem plura iuris reſponſa, illius laqueos enodantia, & multiplices bonarum artium materias tangentia, ſecundum illorum volumen in lucem emittere decreui, & Veſtræ Maieſtatis nomini, numiniq; dicare. Ad quod plures cauſæ me induxere, impulereq;. Prima, quia ſuum vnicuique tribui pro- *Mat. c. 25.*

a 2 prium

prium eſt almæ virtutis nuncupatæ iuſtitiæ. Tum quia cum fauſto omine, ac fœlici fato Maieſtatem Veſtram, clementiſſimum Dominum ſim nactus omnia, quæ mea ſunt ſibi debentur, certum eſt equidèm cuiuſque rei fructus etiam ſi ingenij fuerint domino deberi. Et vt aliquod, etſi leue, minimumue grati animi ſignum oſtenderem erga Maieſtatem Veſtram pro immenſis in me beneficijs collatis cùm ab eius benignitate,& munificentia procedat,quicquid in me reperitur honoris. Quarè cùm tot nexibus,& vinculis ſim aſtrictus Maieſtatis Veſtrę ſeruitio,vt ſit impoſſibile illis abſolui, optaſſem vtiq; ſi fieri potuiſſet etiã cum fœnore rependere,cùm autèm animi ingenui ſit cui debemus multum,eidem plurimum velle debere non dubitaui,ad Maieſtatis Veſtræ clementiam recurrere,vt ſub ſuis auſpicijs liber prodeat,opportunum quippè cenſui,vt ſcriptioni meæ ex ipſius Maieſtatis radijs ſplendorem mutuarer, & tutelam nanciſcerer, ſicut enim inſignia regia, ædibus, prætorijs, aut villis ſolent appendi, vt vis,& proteruia aliquorum reprimatur reuerentia, ſic Maieſtatis veſtræ nomen aduerſus liuorem, non enim ex hoc aliquid Maieſtati Veſtræ quæritur alitèr quàm cum Deo ſacra facinus, aùt donaria offerimus, noſtra id fit non ipſius cauſa ſic à me obſequium, & ſeruitium in omnibus impenditur, vt debetur Maieſtati Veſtræ, à qua maximum mihi beneficium impertitur ex eo, quòd operis mei frons ipſius præſcriptione honeſtetur, ſi enim ornare templa, & coronas licet aris appendere, cur & hos literarios labores non licebit Veſtræ Maieſtati ſacrare, dicareq; quam humilitèr oro, vt ipſos pro innata ſua benignitate amplecti non dedignetur, quam Deus Optimus Maximus pro Christiani Orbis ſalute diù ſeruet incolumem,proſperrimoſq; omnibus in rebus elargiatur ſucceſſus, vt ipſius humiles famuli continuè præcamur.

DOCTISSIMVM VIRVM DOCTOREM

D. IOANNEM BAPTISTAM

VALENZVELA VELAZQVEZ

Supremi Italiæ Senatus Decanum Regentem digniſſimum,

In ortu ſecundæ Conſiliorum centuriæ ſic alloquitur.

SVVS D. NICOLAVS VALENZVELA

Pontificij Iuris Doctor.

QVARTVM exoritur (Religioſiſſime Senator) tui luminis iubar totum per Orbem haud alternata luce radiaturum. Iam dudùm te Pauli V. Pontificis Maximi Venetam inobedientiam eccleſiaſtico mucrone ferientis ſtrenuum patronum; ſummique Dei in Apoſtolica Sede regnantis acerrimum defenſorem acclamauit Eccleſiæ Parens: & qui tuarum lucubrationum fundamenta in ſolidiſſimi roboris petra collocaſti; ipſum Chriſti Vicarium tuæ pietatis,& doctrinæ laudatorem habere meruiſti. O fœlices ſcientiæ primitiæ ſcientiarum Domino fidelitèr oblatæ; benignè acceptæ. Cùm cauſas laudabilitèr perorabas,commune votum erat, vt non tàm diutiùs iuſtitiam peteres, quàm fieri doceres: omniumq; iudicijs anteà dignitatem poſſidebas, quàm infulis præferres. Nec immeritò: cùm Philippi Tertij Regis quondam noſtri prouidentia viris Neapolis conſularibus in Capuano cætu, eiuſdem trabeæ ſummitate par fueris illicò effectus. Vbi ita glorioſè iudicaſti,vt publica commoda cum priuatorum gratia tibi benè concilians, & vt æquus trutinator negotia examinans tantùm famam tuam habita maturitate cuſtodiſti, quantùm te illi populo,vel in leui culpa facilè diſplicere cognoſti. Ideò te ſemper Iudicem habere ſuſpirant, qui nullum aliud ſententiarum præmium optaſti, quàm benè iudicaſſe memoriam. In Collateralem illius Regni Senatum omnium ordinum plauſu cooptatus centuriam reſponſorum edidiſti; præclaræ eruditionis teſtimonium, & cui vniuerſa Literatorum Curia aſſurgit, veneratur. Sed cùm otium ſolummodò neſcias in tanta negotiorum mole alter tui ingenij fœtus eluxit, vt prudentia tuæ doctrinæ comes omnibus innoteſceret. DISCVRSVS (ſcilicet) STATVS, ET BELLI: opus ſuo Authori compar, & quod tanto Senatu dignum te adſeruit collegam. Sacri Conſilij apicem conſcendiſti, quo in munere ſedulitate, & vigilantia Iudicem totius erroris expertem egiſti, nec inuidia quemquam deprimens, nec gratia blandiente ſublimans. Et cùm præcipuos clamydis clauos ſempèr intenderes, Curiam (vt alter Cato) ingrediebaris primus, digrediebaris poſtremus. Et profectò ſi cuique ſufficit è prouincia deceſſiſſe laudatum; quantò magis tibi è tam latè patenti Regno deflectum? Vocitat ſemper tanta te continentia vixiſſe, vt æquitatem & inſtrueres monitis, & doceres exemplis. Sed quid mirum? Nil enim tibi difficile fuit cuſtodire, qui à rebus alienis decreueras abſtinere. Nam vt ille

Plutarc. in Catone minore. Caſſiod. lib. 7. var. c. 2. Idem Caſſiodor. li. 1. var. cap. 4.

- - - - - - & diadema tutum
Deferens vni, propriamq; laurum
Quiſquis ingenteis oculo irretorto
Spectat aceruos.

Horat. li. 2. carm. od. 2.

a 3 Et nè

Et nè ab vno Principe prouehi videretur fortè gratioſum ſub Auguſtiſſimo Rege noſtro Philippo Quarto ad Supremum Italiæ Senatum meruiſti prouectum, vt apud vtroſque integrum conſtaret eſſe iudicium, & faſces ex faſcibus tibi naſci videremus. Hic dum ſedes primus, temporis (vt Stoicus dixit) honeſtè auarus, quod innoxijs remiſſionibus poſſes inſumere, lubens tibi detrahis, vt pingui fœnore nobis impendas; nec nobis ſolùm, poſteris etiam. Efinxiſti ſecundam hanc Conſiliorum centuriam (ordine tantum ſecundam) caſuum ſingularitate miram, in tortuoſis legum vijs apta diſpoſitione planam: & quæ vberrrima tua ſtudia, tantamq; in laboribus aſſiduitatem commendat, vt quod de doctiſſimo Togatorum M. Varrone aiebat Auguſtinus, de te dictum putemus. *Iàm multa legiſſe, vt aliquid tibi ſcribere vacaſſe miremur, tam multa ſcripſiſſe, quàm multa vix quemquam legere potuiſſe credamus.* Et cùm tuus digna de te prædico, magis te modeſtum laudibus onerare timeo, quàm in re propria moleſtum Oratorem videri. *Nequè* (vt dixit Nazianzenus) *quia domeſtica, ideò falſa, ſed quia vera, ideò laudabiliter: vera autem non modò, quia iuſta, verum etiam quia nota.* Deniquè ſi priſci, (à quibus hoc vt cætera mutuamur) ſuorum virtutes recenientes non erubuere, nec nos pro te incolumi, & inter mortales agente verbà habentes inuidiam ſubire debemus. Ariſtarchi enim liuorē reſpuit Plinius his verbis: *Nequè enim debet operibus eius obeſſe quod viuit; an ſi inter eos, quos nunquam vidimus floruiſſet non ſolùm libros eius, verum etiam imagines conquireremus; eiuſdem nunc honor præſentis, & gratia, quaſi ſatietate langueſcet? At hoc prauum, malignumq; eſt non admirari hominem admiratione digniſſimum, quia videre, alloqui, audire, complecti; nec laudare tantum, verum etiam amare contingit.* Vale.

Senec. li. 1. epiſt. 8.

D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 6. c. 2.

Nazianz. orat. 2. de laudi. Gorgon. ſoror.

Plin. lib. 1. epiſt. 16.

IN LAVDEM ILLVSTRISSIMI D.

D. IO. BAPTISTAE VALENZVELAE

In Supremo Italicarum rerum conſeſſu Conſiliarij.

Ob Secundum Conſiliorum volumen in lucem emiſſum.

IACOBI VALERII I. C. MEDIOLANENSIS

CARMEN.

IVRIS apex, legumq; decus, Themidiſq; Sacerdos,
Et iubar Hiſpani facunde VALENZVELA Regni.
Aſtræam reuocas Cælo, dum promis apertum
Ingenij monumenta tui præclara per Orbem.
Conſilijſq; nouis renouat ſua lumina terris
Virgo, locumq; ſuum Cælo tibi linquit habendum.
Poſtquam ſacra fames auri mortalia cuncta
Miſcuit, & rigido durauit ſecula ferro,
Ac pretio leges nunc fixa, nuncq; refixa.
Illa hominum cœtus quondam auerſata, Deorum
Sydereas petit poſt area tempora ſedes.
Nunc iterum terras Cælo delapſa reuiſit:
Præſidio dum fulta tuo ſua iura tueri
Poſſe, locumq; videt, recti quo ſæpè boniq;
Deijcitur ſpecie, aut vafri dictamine Iuris.
Certus enim legum ſtudioſis duxq; comeſq;;
Quas adeant ſedes aperis, quo tramite pergant:
Auxilia vnde petat præſentia quicunquè per æquor
Immenſi iuris perplexa volumina verſat.
Quid verò magis optandum, ſi publica cordi
Commoda ſunt, ſæcli ſi lapſi cura remordet.
Quam (quod facundo nobis hic diſſeris ore)
Iuſtitiæ vt pateāt ratioq; moduſq; colendæ.
Aequum ne Iuri, ne ius præponderet æquo:
Sed concors vtrumque ſimul coniuret amice;
Et qua quiſque alij trutina ſibi pendat eadem.
Recto etenim iuſti, atque æqui ſtant omnia cultu.
Hinc ſanè priuata quies, hinc publica pendet.
Hinc bona cuncta fluunt, quæ diuite copia cornu
Largior ante Iouem fudit melioribus annis.
Ergo diu promiſſa tui monumenta laboris
Spectantur tandem, volitantq; per ora virorum.
Nec ſatis hæc muſis tantum ceciniſſe, tibiq;
Sed ſacris legum ſtudijs addicta iuuentus
Perlegit ingenuis oculis, manibuſq; volutat.
Stabit apud memorem præclari gratia facti
Præmiaq; emerita laudis tibi digna rependet
Et iam te celſo virtus adſcribit Olympo.

AVCTOR

Digitized by Google

AVCTOR ALLOQVITVR LECTOREM DISTICHON.

Promiſſa exolui, primum poſt, edo ſecundum:
Tam bona, quam primus, Iura ſecundus habet.

Aliud.

Edideram primum, promiſi hac lege ſecundum;
Ecce ſecundus adeſt, vtere ſi bonus eſt.

Aliud.

Non me deſpicias, primo quod tempore cedam,
Par ego ſum ſtudijs vtilitate tuis.

Aliud.

Adſeruas primum, renniſque tenere ſecundum?
Is fuerit primus qui tibi lucra dabit.

Aliud.

Si duo ſunt fratres vno genitore libelli,
Hos non diſſociet, iungat at vna manus.

Religioſiſſimi, ac Eruditiſſimi Viri
DON PETRI DE FRIAS
Quondam Archidiaconi,& Canonici coadiutoris
Sanctę Eccleſię Cathedralis Concheſis,
Quod amicitiæ ergò in Authoris laudem fecerat.

CARMEN.

Clara ſtirpe ſatum te claris edidit oris,
Quæ rutilat claro ſydere, clara dies,
Te ingeny clarum ſuper æthera vexit acumen,
Sancta obeunda offert munia clara tibi,
Claris ſole magis cùm VALENZVELA coruſces
Tot titulis, fama quos tuba clara tonat,
Nobilitate, oris, aſtro die, acumine mentis,
Muneribus, virtus eſt tua clara magis.

VIRO

Digitized by Google

VIRO
VIRTVTIBVS OMNIBVS
CVMVLATISSIMO,
OMNIBVS SCIENTIIS, FACVLTATIBVS, DOCTRINIS EXCVLTISS.
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI CONSVLTISSIMO
INTER CATHOL. NOSTRÆ MAIESTATIS CONSIL. SAPIENTISS.
IN SVPREMO RERVM ITALICARVM CONSILIO
REGENTI PRVDENTISSIMO
IOANNI BAPTISTAE VALENZVELA VELAZQVEZ
IOANNES RVIZ DE LAGVNA
IN MEDIOLANENSI CONSILIO SENATOR FELIC. PREC.

AENEAS ille tranſlatos è miſerando Troiani Imperij buſto Romani futuros femina cineres Latinis in campis ſaturus,terra, mariq; naufragus vi tempeſtatis in Africanum littus propè naſcentem condendæ poſtmodum Vrbis, Orbis dicamne capitis , an ſedis? æmulam Carthaginem eiectus apud Larinum Homerum lib.1. *Conſtitit, & lachrymans, quis iam locus inquit amice,*
Quæ regio in terris noſtris non plena laboris?
eodem liceat mihi affari te exordio, vtpotè qui non minori,fortaſſe maiori certè non diſſimili defunctus ſum periculo. Si enim illi Cœlum fulminibus necem,mare fluminibus tumulum intentabant, ſi nihil niſi pontus,& æther inrer luctuoſas viciſſitudines fatalium ignium obſcuriſſimam noctem reciproco ſplendore illuſtrantium obuerſabatur oculis, ſi certiſſimam mortem penè omnibus hauriebat ſenſibus,& perpetuo mortis timore magno nimis pretio ſingulis momentis mercabatur vitam ; non mihi in annua fermè dixerim Mediolanenſis peſtis tempeſtare minores fluctus,non infrequentiora pericula,non minus horrenda mortis imago; non fugacior ſalus aduenit : ſed quid dixi non minora ? multò maiora fuerunr hæc noſtra mala, quàm illa, non ſolum quod hæc noſtra ſunt, aliena illa ; hæc recenria,& penè ſubiecta oculis,ſaltem infixa animo antiqua illa, obſoleta,fabellis propinquiora, quàm hiſtoriæ; verũ quod nullas in Oceano,ſęuiente licet coniurara Cœli,aeris,aquæ,turba ventorum maleficio procellas commouere poteſt illis æquales , quas publica lues in frequenti,& opulenta Ciuirate ſolet excitare ; quid aurem de hac noſtra dicendũ erit,cuius horror adhuc humanas mentes defixas tenet, cui ſimilem nec priora ſęcula viderunt,nec conſequentia legenr? Superant fidem humanã,quæ noſmet audiuimus,aſpeximus,experti ſumus,& quorum pars magna fui ; vt etiam nunc innumeris eorumdem,qui ſpectatores, ac penè actores in ſupremo funeſtiſſimæ tragœdiæ actu fuere,incredibilia videantur,proindeq; mirum non ſit,quod apud nepotes parùm authoritaris habitura ſint plurima ex his, quæ hanc miſerrimam Prouinciam, nedum Ciuitatem afflixerunt, proſtrarunt, vaſtitati dederunt . Prçceſſerant quidem in ipſa, nec adhuc receſſerant bellorum,vel bellicorũ potius apparatuũ neceſſaria incommoda : acceſſerat tanta caritas annonæ,vt plurimos in ipſis Vrbibus,non oppidis modò, & villis mortales ad belluinos, & belluinis inferiores paſtus abijceret,cum non è ſeminibus,non ex oleribus,non ex infimis farinæ fæcibus,non herbarum radicibus,ſed arborum corticibus famem non explerent,vel mitigarent;ſed cum fame vitam opprimerent . Quis non illa æquiſſimi Iudicis iure in nos , noſtriſmet ſceleribus armati extrema ſpicula fuiſſet arbitratus? & tamen leuia illa; quid leuia? iucunda etiàm,& blanda medicamenta exiſtimanda ſunt,ſi cum ijs,quæ anno proximè elapſo paſſi ſumus,conferantur : neq; enim hæc lues conſueto inceſſit gradu, non ſolitum tenuit curſum ; ſed omnibus conſuetudinis, memoriæ, ferè naturæ finibus exceſſit. Conſpirauit nimirum ad huius peſtis fabricationem vniuerſa rerum moles,& virus omne profudit, vt puriſſima rabis colliquatio fieret. Cœlum ſua inclementia, & maligno ſyderum influxu; aer intemperie, aduenarum frequentia, mercium diſtractio,corporum ipſorum perturbatio. Tolerabile erat,& penè ſiccis oculis ſpectatum,quod centenos vna dies efferret,nec pauciores nox inſequens truderet. Dara erebo poteſtas emittendi exercitus, exporrandi à ſtygia palude mortis potiones,exſugendi è rartareis monſtris furoris ſpumas , colligendi è ſemper accenſis funerum globis veſanos cineres , quibus tota hæc infelix patria conrabeſceret . Deerat ad cumulum malorum, quod tarrareæ crudelitatis conceprus humana pararer,& pareret nequitia : parauit, & peperit . Sparſa ſunt in vulgus mortis ſemina tabifici pulueres, infectæ malignis vnguentis viæ, delibutæ atro liquore domorũ ianuæ,

limina,

Digitized by Google

limina,poſtes,parietes,Eccleſiarũ ſedes,aræ ipſę;quò non peruenit,quid non auſa eſt,quid nõ potuit horũ dicamnè phanaticorum,vel arreptitiorũ,an potius dæmonum,certè non hominum infanda libido?Enimuero tunc non ſplendor modò,nõ modò facies vrbis cecidit;ſed ipſa Ciuitas exarſit prius,mox in ſuis cineribus conſepulta planè iacuit. Parũ erat,quod ſingulis diebus ſeptingentæ,octingentæ caderent victimæ: ad millenas, & multò plures numerabantur.Eo tẽpe per totã vrbẽ,vel currus,vel ſpolia,vel captiuorũ corpora triumphantẽ in cõmuni internecione luẽ comitabantur.Latebant Eccleſiæ nullo ferè cultore, gemebant domus viduatæ incolis, per vias nonniſi,vel mortis ſatellites,vel ad communem tabidorum carcerẽ damnati,vel extinctorũ cadauera viſebantur.Nullus erat tutus locus,nullus acceſſus,nullus inceſſus;omnia plena ſuſpicione,plena periculo,plena morbo,plena morte.Nulla erat domus,quę mortuos nõ emitteret, & ſuperſtites horrore,ac timore non areſaceret.Plateæ,compita,viæ cadaueribus,veſtibus,domeſticã ſupellectilẽ, ſordibus oppletæ funeſtabant oculos, animoſq; incedentiũ, & inter hæc à perditis illis omni ſẽſu deſtitutis capitibus,venenis inſidiæ tendebãtur.Satis hoc pro coronide ſit:deſiderata paucorũ menſiũ interuallo ſexaginta ſupra centũ hominũ millia hac vna in vrbe. Inter has mortis anguſtias,quæ mea fuerit vita,vel potius mors paucis excipe (sũme in omnibus Vir)Augebatur in dies publicorũ negotiorum moles,tum reiecta ad Senatũ rerum ſummã à diſtracto in bellicis expeditionibus prouincię moderatore;tum graſſante animorũ non minus, quàm corporũ lue,debacchãte tabiferorũ turba,in quã inuſitata diligentia inquirendũ,& nouis animaduertendũ ſupplicijs ad reliquorũ terrorẽ erat. Ferro,flãma,laqueis,rotis nõ vſitato pœnarũ genere cũ tam noui ſceleris impijs artificibus viuis,& vita functis,quãuis ad ſæuitiã videri poſſit,mitiſſimè tamen actũ eſt.Ab vno ignobiliſſimi paris præcipuorũ tãti parricidij miniſtrorũ ſpectaculo collige omniũ.Et quia ne vllo vnquã tẽpore immortalis tãti mali recordatio futura, ſine ſupplicij memoria foret,erecta ex noſtri Ordinis decreto cũ infamię titulo in euerſis dirutę officinæ,ſcelerũ nidi lethaliũ liquorũ fontis,omniũ vnguentorũ,puluerũ,potionũ matricis, omniũ impietatis artificiorũ aræ fundamentis columella viatoribus marmori inſculptã ſupplicij de illis sũpti narratiunculã oſtẽtat,placet hic illã ad verbũ ſubijcere,nec quidquã amplius addere.

HIC VBI HÆC AREA PATENS EST
SVRGEBAT OLIM TONSTRINA
IOANNIS IACOBI MORAE
QVI FACTA CVM GVGLIELMO PLATEA PVBL.
SANIT. COMMISSARIO,
ET CVM ALIIS CONSPIRATIONE
DVM PESTIS ATROX SÆVIRET.
LETHIFERIS VNGVENTIS HVC, ET ILLVC ASPERSIS
PLVRES AD DIRAM MORTEM COMPVLIT.
HOS IGITVR AMBOS HOSTES PATRIÆ IVDICATOS
EXCELSO IN PLAVSTRO
CANDENTI PRIVS VELLICATOS FORCIPE,
ET DEXTERA MVLCTATOS MANV
ROTA INFRINGI
ROTÆQVE INTEXTOS POST HORAS SEX IVGVLARI
COMBVRI DEINDE
AC NE QVID TAM SCELESTORVM HOMINVM
RELIQVI SIT
PVBLICATIS BONIS
CINERES IN FLVMEN PROIICI
SENATVS IVSSIT.
CVIVS REI MEMORIA ÆTERNA VT SIT
HANC DOMVM SCELERIS OFFICINAM
SOLO ÆQVARI
AC NVNQVAM IN POSTERVM REFICI
ET ERIGI COLVMNAM
QVÆ VOCETVR INFAMIS.
PROCVL HINC, PROCVL ERGO,
BONI CIVES
NE VOS INFOELIX INFAME SOLVM COMMACVLET.
M. DC. XXX. KAL. AVGVSTI.

Alij ſimilibus, leuioribus alij, vt criminum ferebat atroeitas pœnis affecti ſunt. Imminutus per ea temporá collegarũ vel morte, vel morbo, vel ſuſpicione numerus nobis in dies maiores addebat curas, augebat labores. Ego vnus ſupra conſueta noſtri Ordinis negotia, ſupra quotidianos conuetus illis diebus agitari etiã præter morem ſolitos, quatuordecim, & ſanè ampliſſimarum huius Vrbis Parochiarum ad Orientalẽ portam præfecturã exercebam. A me vno in tãta medicorum, medicinarũ, miniſtrorum inopia, infectorũ curatio, peremptorũ humatio, pauperũ alimonia, portarũ cuſtodiæ, per vrbem vigiliæ procurabantur. Iam verò quot in meã domum penè ad interius cubiculũ fierent ſingulis horis turbarũ concurſus, coniectare licet ex ijs, quę à meis pendebant nutibus, meq; defixũ in audiendis, ſolandis, ſubleuandis miſeris illis tenebant. Mouebãt ad maximã commiſerationẽ omnes communes illæ ærumnæ, niſi quòd penè hebetes ad dolorẽ ſenſus non intermiſſus earumdem aſpectus reddiderat. In noſtros humeros vniuerſa propèmodũ Ciuitas inclinata recũbebat, deficientibus, vel diſcedẽtibus ferè vniuerſis ex patritio, equeſtri, ac ditiorũ ciuiũ ordine, in quos pars aliqua grauiſſimi oneris totius regẽdæ Vrbis in primo naſcentis mali exordio impoſita fuerat. Quæ mihi tunc vita? qui ſenſus? quis animus? cùm innumeros exterorũ, qui aduentabãt, plurimos domeſticorũ, qui inuiſebãt, omnes ad vnũ, qui mihi adſtabant, quorũ vtebar opera in reficiendo corpore, omnes, inquã, ad vnum famulos mihi peſtis ab ipſo latere ſubtraheret, cùm cœlũ, aer, terra, loca omnia, omnia vaſa, inſtrumẽta, vno verbo quicquid præ manibus acciperetur, ſuſpectũ eſſet. Erant mihi omnes periculo, ego alijs, & cũ maximè ab omnibus fuga neceſſaria foret, tunc perpetuò in turbis eram. Verùm obduruerã ad pericula, quod nihil non eſſet periculũ. Et in tanta colluuie populorũ, in tanta rerũ varietate, in tot, tamq; diuerſis muneribus, quando tabifica hæc qualitas, vel ex ipſo trahebatur aſpectu, ſaltẽ anhelitu, ſemper incolumis, vegetus, conſtans ad extremũ labores pertraxi; valetudinem mihi, vires, animũ ad omnia interritũ ſufficiẽte propitio Numine, cui ab ipſis huius morbi cunabulis pro ſalute publica caput deuouerã: Tot, tantarumq; rerum pondere preſſus collũ cùm erigebã, ſtatim oculos, mentemq; in Tuorum Reſponſorum Volumen primũ defigebã, cuius attenta lectio, ac penſitatio à pręſentibus malis auocabat animũ. Vnicum hoc erat ſolamen, & purũ fuiſſet, niſi memoria alterius in hac Vrbe cudendi nouo ſemper mœrore lętitiæ fontem turbaſſet, ꝙ ſitis eius perlegendi in momẽta excreſceret, & fruſtrata mea vota, mea expectatio, addo etiã, curæ à me libentiſſimẽ ſuſceptæ cũ Typographis de illo quamprimũ edendo, vt non minus tuis obtemperarem iuſſis, quàm obſequentiſſimæ, & ad mandata tua capeſſenda expeditiſſimæ voluntati meæ obſecundarẽ, vulneris dolorem exacerbarent: & quidẽ acta, diſcuſſa, firmata erant omnia ad excuſſionẽ neceſſaria; ſed cœlum nobis ſubiratũ ab hac Ciuitate, & à me præcipuè tantũ bonum aliò tranſtulit, ne quid boni tot inter mala nobis reliquũ fieret. Voluit eſſe, quod inuideremus Neapolitano Calcotypo. Inuidemus, & ſanè plurimum. Verum pro tua ſingulari humanitate ne diutiùs tanto careamus bono, contẽde. Ad ſolem è tenebris educ Volumen hoc poſterius digniſſimũ æterna die: latere amplius nec debet, nec poteſt. Prioris præſtantia poſterius prodit, ac inuitat, & cogit, vel rebelles animos ad optandũ, quod nondum pręguſtatum eſt: ſcilicet in priore illo tot, tantaq; ſunt eximiæ doctrinæ monimenta; tot in forenſẽ vſum commoda; tot ad tollendas, vel priuatas, vel publicas ambiguitates præſidia, vt optimo iure, quod floridus Poeta de ſuo Stilicone cecinit

ſparguntur in omnes
In te mixta fluunt, & quæ diuiſa beatos
Efficiunt, collecta tenet.

id mihi de Tuo Volumine veriùs affirmari poſſe videatur. Quid enim eſt, quod vel lectoribus ad eruditionẽ, vel patronis ad cauſarum defenſionẽ, vel Iudicibus ad litium diſcuſſionem, compoſitionem, deciſionẽ venire poſſit in mentem, quod Tuum hoc Volumen deſiderari patiatur: ſi voluptas in ſtylo, in rerum copia, & varietate, in ſententiarũ aculeis; ſi vtilitas in grauitate, difficultate, numero argumentorũ quæritur; ſatis eſt Volumen illud oculis ſubijcere; & ad votorum metam peruenitur, adeò vt integra Iuriſconſultorum Bibliotheca in ſummã redacta vno illo contineatur Volumine. Ad hunc legum prudentiæ fontem veniãt, obſecro, illi, qui hactenus conſiliorum codices, niſi vt noxios ad flammas damnarunt, ſaltem vt inutiles perpetuo carceri manciparunt, quod eorũ Authores nulla recti iuris habita ratione, nullo veritatis ſtudio, nulla publici commodi cupiditate totã ſuam operã, ſtudiũ, ingenium, doctrinã, animum ipſum clientulorum vſui locaſſe viderentur, & vel auri fulgore cæcutientes, vel familiariũ precibus obſurdeſcentes, vel propoſita dignitatum ſpe inſanientes non antiquos iuris nodos euoluerent; ſed nouis ſuperadditis illos magis implicarent. Veniant hi acerbiſſimi Conſiliorũ hoſtes; e melleo hoc Opere multiplici florum varietate compacto tantillum deguſtent; cadet profectò ex eorũ animis, vt quondam Ionathæ ex oculis, denſa nox, & prædicare vltrò cogentur, has non tam cõ-

ſultiſſimi

ſultiſſimi Viri ſententias,quàm Iuriſperitorum Collegij deciſiones,immo ipſius legum moderatricis prudentiæ oracula à priſcis illis Iuſtitiæ Sacerdotibus ætati noſtræ inuidenda eſſe Et non feliciſſimam Te vno,felicem ex alijs prædicabimus Concham Vrbẽ inter noſtrarũ Hiſpaniarũ celeberrimas tanti Viri parentem?Et non omnis litteratorum,præcipuèq; Iuriſprudentum reſpublica,immo vniuerſus Orbis de tãto alumno,cum tua Patria gratulabitur,illiq;gratias aget, quòd fulgentiſſimarum doctrinarũ ſolem ediderit? Concham Ciuitatem verè Concham vnionũ genitricem vocaremus;niſi Tu ipſe,qui gẽma eſſe deberes, concha potius, immo theſaurus, ac ſingula non dicam Conſilia , ſed dicta , & verba horum Voluminũ margaritis ipſis pretioſiores gemmæ forent.Nouerat certè ſui partus pretium illa ipſa patria; quæ conceptũ ſuo complexa ſinu ſedula continuerat;cum Te diſertiſſimũ patronũ ad ſuprema Regis noſtri Catholici Tribunalia,tanquam ad ampliſſimũ tuæ virtutis theatrũ ablegauit, in quibus quadriennio tantum commoratus ad Regnum Neapolitanũ tuo ſplendore illuſtrandũ inter Cõſiliarios Regij Diuæ Claræ conſeſſus adſcriptus es;inde in ſublimiori Collateraliũ Sede conſtitutus,tandem in sũmo Italicarum rerũ Magiſtratu quieſcens ex eo,tanquã ex editiſſima Cæli parte in vniuerſum terrarũ Orbem ſapientiæ tuæ radios emittis:dum interim nihil tuo muneri deeſſe,nihil extraordinarijs magni momenti delegationibus,negotijs,cauſis deſiderari vnquam ſis paſſus, vt proinde non vnum in te quãuis doctiſſimũ,& expertiſſimũ virum habeamus; ſed potius ſapientiſſimorũ patrum frequentiſſimũ conuentũ nacti videamur. Mirabamur & nos aliàs cũ iuniore Plinio, vt ipſemet de ſe epiſt.5.lib.3.fatetur, quod grandior auunculus ſuus inter publicorum negotiorũ ſtrepitus,inter aulicos tumultus,inter tot curarũ procellas tantum opus, in quo non vna ſimplex rerũ ſeries,non vnus Hiſtoriarũ curſus,nõ excepta doctrina aliqua legitur,ſed omnis eruditionis,omniũ diſciplinarũ,omnium tandem rerũ non Oceanus,ſed Orbis vniuerſus ſumma cũ voluptate ſpectatur;moliri,nedũ meditari,& omnibus numeris abſoluere potuerit:mirabamur hoc aliàs,ſed multò maioris admirationis nouus fons admirationem illã exhauſit. In te.n.videmus ita clamoſam negotiorum turbã cum litterarij otij ſilentio conuenire,vt nec tacitũ ſit ſtudiorũ ſilentiũ,nec clamoſus forenſium cauſarũ ſtrepitus,& tantũ vtriq; temporis à te datum,vt totã ferè ætatem alterutri tũ conceſſiſſe videaris,proindèq; mirari ẽt deſinamus in te,quod de te maximè mirandũ eſt,ſcilicet ante hęc eruditiſſimorũ Conſiliorũ Volumina editũ illud cõtra Rebelles Opus,& aliud aduerſus leges Venetas Eccleſiaſticæ libertati aduersãtes;quæ ſola doctiſſimũ caput in ſumma ſtudiorũ quiete per diuturnã ætatem cum laude tenuiſſent.Verũ qui te nouit,vnde hæc ſuã trahant originem,non ignorat.Quæ.n.alijs horę,dies,menſes,anni labũtur, vel in curãdo,& recreãdo corpore,vel in amicorũ colloquijs,vel in ludis;tibi ſemper in ſtudijs, in laboribus,in negotijs fluunt,vt non minùs inconcuſſũ,interritũ, inflexibilẽ animũ conſtãtia; quàm firmũ,vegetum, adamantinũ corpus conſuetudo reddiderit. Vtinã & publico totius Catholici Orbis,& priuato amicorũ tuorum,meoq; potiſſimum bono,ſicut Neſtoreã eloquentiã, prudentiã,virtutẽ habes,ita ætatẽ nanciſcaris, quã tibi à Deo Opt.Max. ſummis votis,ac precibus optamus,& oramus. Te verò enixiſſimè obſecramus,vt quàm primùm optatiſſimi Voluminis in publicũ miſſione expleas incenſæ noſtræ cupiditatis expectationẽ. Vale Iuriſprudentiæ Delitium,Æquitatis Corculum,leporum Flos,Virtutũ omnium ſedes,quẽ ad ſummã laudẽ natura genuit, ingenium parauit, genium applicuit, diſciplina educauit, voluntas exercuit, tot annorum conſuetudo perfecit. Vale, iterumq; vale chariſſimum doctis omnibus Caput. Vale æternùm,Muſarum,Scientiarum,Virtutum neſcio an Alumne,an Comes,an Dux. Vale.

AD ILLVSTRISS. AVCTOREM
IO. PETRI MASSARII I. V. D. ORATINEN. ET NEAPOL.
EPIGRAMMA.

Conſilio , calamoq; vales BAPTISTA perite
VALENZVELA , ſacri Iuris in arte nimis
Clara igitur tua per totum celebrabitur Orbem
Gloria , per nullos immoritura dies .
Ipſe tuis ſcriptis palmam cum laude reportas
Impendens cunctis tot bene ſcripta viris .
Nam tua Conſilia è cœlo diuinitus alto
Proueniunt Themidis Virginis ore Dea .
Conſilium VALENZVELA præſtantius auro
Conſilium doctum , nobile , mite , pium :
Hoc ſapere eſt curare alios , ſeſeq; tueri ,
Et ſibi ſeruatas ſpargere diuitias .

ARGV-

ARGVMENTA CONSILIORVM HVIVS SECVNDI LIBRI INDICANTIA,

Quæ potiſſimùm in quolibet CONSILIO tractentur, & diſcutiantur

Conſilium CI. Proparte. pag. 3.

AN Prouiſor, vel Vicarius, Officialiſuè generalis Epiſcopi debeat habere primum locum in Eccleſia, & Archidiaconum præcedere, & quid ſi ſit Canonicus in eadem Eccleſia, & quem locum debeat habere Epiſcopus, qui etiàm ſit Canonicus in propria Eccleſia, vel alia, aut Regius Conſiliarius, vel de aliquo Collegio, purà Doctorum, & quid obſeruetur inter ſacræ Rotæ Auditores, & in Almo Collegio Neapolitano.

Conſilium CII. Pro Licenciato. pag. 12.

Exculpatio damnati ad mortem facti per ſchedulam relictam eius Confeſſario, & de ſicentia illius publicata poſt executam mortis ſententiam, an releuet, Et de materia reſtitutionis famæ, Et de nullitate confeſſionis ſecundæ iudicialis contrariæ primæ.

Conſilium CIII. Pro Doctore. pag. 26.

Patroni quandò teneantur præſentare clericos conſanguineos Inſtitutoris, ad Capellaniam, excluſis alijs clericis.

Conſilium CIV. Circa dubium. pag. 29.

Penſio debetur penſionario à die datæ litterarum Apoſtolicarum, quibus fuit reſeruata, non obſtante quòd per aliquod tempus fuerit dilata intimatio ipſarum, debeat ſoluere.

Conſilium CV. Pro Petro. pag. 32.

Clericus proximior Fundatori, quandò præferatur in relicto bonorum cum onere Miſſarum, & quandò declaratio antiqua facta per patronum circa ſucceſſionem ſit attendenda, non apparentibus actis, quia deperdita ſint, & de Originarij prælatione.

Conſilium CVI. Supponitur. pag. 42.

Fideicommiſſarius an, & quandò poſſit petere aduerſus poſſidentem bona fideicommiſſi, vt caueat de reſtituendo illa adueniente caſu, vel conditione fideicommiſſi, Et quandò ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi ſinè liberis euaneſcat.

Conſilium CVII. Super dubio. pag. 45.

Capitulum Sede Epiſcopali vacante, & Vicarius ab eo deputatus, an poſſit ſupplere temporum interſtitia, neceſſaria ad ſuſcipiendos ordines.

Conſilium CVIII. In cauſa. pag. 46.

Mulus, vel Equus conductus ad iter faciendum cum ſella, ſi perierit in itinere, ve

hoſpitio, perit domino, & non conductori, qui vſus fuit eo ad laborem deſtinatum.

Conſilium C I X. Pro Eleonora. pag. 49.

Res immobilis, domuſuè minoris ſi alienetur, alienatio erit nulla, præſertim ſi fuerit empta à tutore, & ex quibus colligatur ſimulatio, & probetur fideicommiſſum, & quandò minor, qui nullitèr alienauit, poſſit contra ſuum factum, & alienationem venire.

Conſilium C X. Illud in Primis. pag. 55.

Quale debeat eſſe æquum, & religioſum iudicium Dominorum Regij Conſilij ordinum militarium, & aliorum, qui habent iudicare de informationibus captis ſuper nobilitate, & puritate ſanguinis, ſi occurrerit æquiuocatio aliqua (vt aſſolet) in ſimilibus ſuper nomine, aut cognomine.

Conſilium C X I. Pro eadem. pag. 58.

Executio ſententiarum trium conformium fieri poteſt aduerſus emptorem domus litigioſæ, vnà cum penſionibus, & ſatisfactione damnorum, & deteriorationum propter demolitionem domus, aut mutationem formæ illius.

Conſilium C X I I. Pro Ioanne. pag. 64.

Recognitio apocæ facta ſub proteſtatione, quòd eſſet illiquida, & illius virtute nihil deberetur, & facta vigore decreti Iudicis incompetentis, non nocet in via executiua, nequè in ordinaria.

Conſilium C X I I I. Supponitur. pag. 73.

Maſculorum prælatio ex quibus colligatur in maioratu, & vinculo etiàm ad excluſionem maſculi ex fœmina.

Conſilium C X I V. Pro Incolis. pag. 87.

Conſuetudo cuius efficaciæ ſit in ſolutione decimarum, & an ſit valida, quòd paſtores, ſeù domini gregum non ſoluant decimas lanæ in ſua ſpecie, ſed ex pecunia ex illius venditione, fraude ceſſante, peruenta.

Conſilium C X V. Pro Don Ludouico. pag. 91.

De religione Templariorum, illius progreſſibus, & extinctione, ac origine ordinis militaris S. Mariæ Monteſiæ, & S. Georgij de Alfama, & qualitèr illius milites adimpleant votum, caſtitatem coniugalem ſeruando, & poſſint ducere vxorem, & penſiones eccleſiaſticas ſibi auctoritate Apoſtolica conceſſas retinere, & ſi primas, & ſecundas nuptias contraxerint.

Conſilium C X V I. Pro Franciſco. pag. 95.

Hypotheca ſpecialis rei immobilis facta pro aliquo debito cum pacto expreſſo, ac prohibitione non alienandi, donec fuerit ſatisfactum, & quòd alienatio alitèr facta ſit nulla, quid operetur in caſu contrauentionis, alienatione facta, inſcio creditore, & an poſſit exequi vigore clauſulæ guarentigiæ, & pacti executiui, citato principali debitore, & quid ſi non fuerit citatus ille, in quem alienatio fuit nullitèr facta, qualitèrue conſulatur creditori, vt ſuum debitum conſequatur.

Conſilium C X V I I. Pro Chriſtophoro. pag. 99.

Donatio omnium bonorum, quæ aliàs non valeret, ſuſtinebitur ex reſeruatione vſusfructus facta per donantem, qui de fructibus, & prouenientibus ex eis poterit alias donationes, maximè remuneratorias facere.

Conſilium. C X V I I I. Interrogatus. pag. 102.

Socius parietis communis quid poſſit, vel non facere in eo, & an poſſit ſuperædificare in dicto pariete, & vicinus poſteà immittere tigna in pariete ſuperædificato, abſquè ſatisfactione expenſarum.

Conſilium C X I X. Pro Donna. pag. 105.

Melioratio tertij, & quinti facta & per viâ maioratus, à matre habente filios, & nepotem,

Digitized by Google

tem, an poſſit reuocari, vel vocationes priùs factæ mutari, & de ratione procemiali quanti ſit momenti ad colligendam mentem diſponentis.

Conſilium CXX. Pro Ioanne. pag. 121.

Clericus originarius, ſeù patrimonialis alicuius Oppidi, aut Villæ, quomodò, & qualitèr debeat præferri in præſentatione Capellaniæ inſtitutæ, & doratæ ab Incolis illius Oppidi, aut Vici ei ſubiecti, & quid de nato in Oppido, quod eſt caput Vici.

Conſilium CXXI. Pro quatuor. pag. 126.

Acta iuriſdictionalia Tribunalis Eccleſiaſtici debent fieri, & actitari coram Notarijs numerarijs illius priuatiuè ad Notarios Apoſtolicos, & Secretarium Capituli. Et quid in hoc operetur conſuetudo, & in expeditione locationũ communium redituum decimalium inter D. Regem pro tertijs, ſeù duobus nouennis decimarum, Epiſcopum, & alios participantes, & aliqua circa officia inuicem non turbanda.

Conſilium CXXII. Pro eiſdem. pag. 143.

Iudiciales actus, & contentioſi qualitèr intelligantur, & qualis ſit iuriſdictio, & auctoritas Epiſcopi in eius diœceſi tàm circa regimen, quàm adminiſtrationem decimarum, ipſi cum alijs communium, & circa exigendam rationem ab Oeconomis, ſeù Adminiſtratoribus redituum Fabricæ Cathedralis, & Parochialium.

Conſilium CXXIII. Pro Licentiato. pag. 148.

In iudicijs venit totum illud, quod illius natura patitur, & de vi ſententiarum conformium latarum ſuper materia decimali inter Parochum, & alios participes, & de ſententia abſolutoria, ac qualitate legitimo tempore probanda.

Conſilium CXXIV. Pro Franciſco. pag. 154.

Liberatio alicui legata in vltima voluntate ab infirmo prælertim peſte laborante fauorabilis cenſetur, & de viribus, ac effectu ſententiæ arbitrariæ.

Conſilium CXXV. Pro Capitulo. pag. 159.

Prima inſtantia cauſarum ad forum Eccleſiaſticum pertinentium tractari debet coram Ordinario, appellatio autèm coram Superiore, & quandò iuriſdictio cenſeatur legitimè præuenta.

Conſilium CXXVI. In cauſa, qua. pag. 162.

Accipiens epiſtolam abſentis, in qua requirebat, & ſolicitabat ipſum ſuper ſatisfactione quantitatum ab eo ſibi debitarum, & non contradicens videtur debitum agnoſcere, & fateri, præſertim ſi hoc fiat in præſentia partis, cui delegabatur ſolutio facienda, & quandò confeſſio poſſit diuidi, & de verificatione alicuius qualitatis.

Conſilium CXXVII. Pro Doctore. pag. 165.

Penſionis reductio quibus ex cauſis excludatur, & congruæ portionis nomine quid habere debeat Parochus titularis.

Conſilium CXXVIII. Pro Petro de Caſtro. pag. 171.

Beneficiatus, qui fecit homicidium in rixa, non ex eo amittit beneficium ipſo iure, ſed poteſt illud reſignare in manibus ſuæ Sanctitatis ad fauorem certæ perſonæ, quàmuis eſſet frater, & gratia ei facta erit valida, non obſtante prouiſione facta per Ordinarium.

Conſilium CXXIX. Pro Ioanne. pag. 187.

Qualitèr ſuccurratur deſcendentibus læſis in diuiſione bonorum aſcendentium, præſertim extraiudicialitèr facta tàm reſpectu capitalium bonorum, quàm fructuum, & acceſſionum.

Conſilium CXXX. Pro Licentiato. pag. 196.

Patronus non poteſt amouere ſinè citatione, & cauſæ cognitione clericum capellanum conſanguineum teſtatoris, fundatoris capellaniæ, legitimè præſentatum, & quæ remedia illi competant, vt manuteneatur in poſſeſſione, & qualem iuriſdictionem habeat

Digitized by Google

an hoc Iudex Eccleſiaſticus, non obſtante diſpoſitione Fundatoris, quòd non ſe intromitteret in Capellanijs.

Conſilium CXXXI. Pro Iuſtitia. Pag.202.

Inceſtus, & Concubinatus crimina ſunt mixti fori, & in illis eſt locus præuentioni factæ in cognoſcendo à Iudice ſæculari, nec poſſe impediri cognitionem, & punitionem ab eo faciendam per Iudicem Eccleſiaſticum.

Conſilium CXXXII. Supponitur. Pag.204.

Relictum pro virginibus maritandis, præſertim conſanguineis, pium eſt, & multùm fauorabile, neque in alium vſum, quàmuis pium poteſt conuerti, Et quandò debeatur iam maritatis, & an Iudex Eccleſiaſticus ſuper eo habeat cognitionem, valeatquè licentiam concedere alicui ex virginibus, vt oblata ſibi occaſione nubendi, id efficere valeat ſinè præiudicio ſui iuris, & conſequutione relicti, maximè ſi patroni requiſiti recuſabant, aut differebant, & diſtulere licentiam concedere.

Conſilium CXXXIII. Pro Ioanne. Pag.209.

Fideicommiſſum limitatum ad certam ſummam veluti quartam Trebellianicam non poteſt extendi ad reliquam hæreditatem, cuius nomine, aut bonorum ſolùm venire quod ſuperſit, deducto ære alieno, legatis, expenſis funeris Teſtatoris, & ſuffragiorum pro eius anima, & de vi tranſactionis.

Conſilium CXXXIV. Pro D. Ioanne. pag.226.

Bona non poſſunt vinculari in præiudicium creditorum, & de ſententia lata ſuper remedio *l. diffamari C. de ingenuis manumiſſis*, quandò faciat rem iudicatam in alio iudicio.

Conſilium CXXXV. Pro Gabriele. pag.227.

Clericus primæ tonſuræ proximior Fundatori quandò præferatur in Capellania iuris patronatus, quæ non requirit expreſsè qualitatem ſacerdotij, præsbytero remotiori, præſertim habenti beneficium curatum in alio loco diuerſo, & diſtanti ab eo, in quo eſt fundata Capellania, & ius patronatus alicui competens tranſire in Monaſterium Ordinis Diui Dominici, in quo patronus profeſſus fuit.

Conſilium CXXXVI. Pro Doctore. pag.240.

Quantitas expenſarum alicuius expeditionis factæ in Curia Romana, quatènus poſſit deferri in iuramentum Curialis creditoris, & qualitèr obligari poſſit Vniuerſitas alicuius Villæ per ſuum Procuratorem.

Conſilium CXXXVII. Pro Licentiato. pag.244.

Penſio alicui reſeruata ſuper aliquo beneficio in permutatione ratione conſimilis penſionis, quam ipſe alteri debebat ſoluere, an ceſſet, extincto onere, & obligatione ſoluendi illam.

Conſilium CXXXVIII. In facto. pag.247.

Teſtamentum in ſcriptis ſi fiat à duobus, an poſſit, qui ſuperuixerit ex eis alitèr diſponere, vel non in præiudicium ſaltim bonorum prædefuncti, & diſpoſitionum ab eo factarum, vel illæ debeant firmæ remanere, & reſpectu reſidui fiat locus eius conſanguineis venientibus ab inteſtato.

Conſilium CXXXIX. Pro Licentiato Emanuele. pag.250.

Patronis duobus exiſtentibus alicuius Capellaniæ, vno maſculo, & alia fœmina, ſi conuenіant in præſentando Capellanum, præfertur qui fuerit præſentatus à patrono maſculo.

Conſilium CXL. Pro Executoribus. pag.252.

Sequeſtrū factum abſquè cauſæ cognitione eſt nullum, & virtus viæ executiuæ debet adeſſe à principio, & de liberatione legata qualitèr ſit obſeruanda ab hærede, & quanta ſit fides adhibenda libro rationum mercatoris, maximè ad præiudicium tertij.

Conſi-

Conſilium CXLI. Pro D. Antonio. pag. 254.

Inſtrumentum in Regnis Caſtellæ quam ſolennitatem requirat, vt exequi poſſit, & quid reſpectu confeſſionis partis.

Conſilium CXLII. Suppoſito facto. pag. 259.

Sacerdos, qui alium Sacerdotem maximè nobilem alapa offendit in Eccleſia, & in conſpectu Populi, grauiſſimum delictum committit, & quæ aliæ circunſtantiæ conſiderari poſſint ad dicti criminis, ac iniuriæ aggrauationem.

Conſilium CXLIII. Pro Didaco. pag. 274.

Socius in conductione fructuum alicuius beneficij, qui primò eos adminiſtrauit, tenetur etiàm rationem reddere conſocio, & quandò dicatur, vel non reddita ratio, & de materia expenſarum adminiſtrationis.

Conſilium CXLIV. Doctor A. pag. 277.

Vxor an poſſit petere diuortium ſaltim quòad ſeparationem Thori, ſi vir eius adulterium committat, & quid ex cauſa ſæuitiæ.

Conſilium CXLV. Pro Don Ludouico. pag. 282.

An aliquis poſſit de nouo moleſtari ſuper his, pro quibus per Iudicem competentem fuerat cognitum, & iudicatum, ac paritum ſententiæ, & aliqua circa crimen peculatus.

Conſilium CXLVI. Supponitur in facto. pag. 286.

Clerici exiſtentes in quaſi poſſeſſione non ſoluendi decimas de eorum oliuetis Parocho, & alijs participantibus, an poſſint ſe tueri, & defendere præſcriptione, nè illas ſoluant.

Conſilium CXLVII. Pro Hieronymo. pag. 291.

Societas finitur deficientia facultatum adminiſtratoris illius, qui tenetur librū exhibere, rationes reddere, & reliquatum ſoluere, & an poſſit compelli ad ſolutionem capitalis à ſocio accepti antè rationes diſcuſſas, & quid de damno obueniente ſocietati ex culpa ſocij.

Conſilium CXLVIII. Pro D. Alphonſo. pag. 295.

Tutrix etiàm ſi mater ſit, debet pecunias pupillæ in emptionem conuertere annuorum introituum, aliàs tenetur ad intereſſe, & de remedio aduerſus taxationem exceſſiuam alimentorum, & nullitate donationis factæ per pupillam eius matri, & tutrici, ipſa authorante, qualitèrq; illi conſulatur aduerſus illam, etiàm ſi iurauerit, & de reuocatione ob natiuitatem liberorum.

Conſilium CXLIX. Pro Capitulo. pag. 303.

Decanus in quantùm talis, ſi Canonicus non ſit, non habet regularitèr vocem in Capitulo cum Canonicis, & quid de ſtallo in choro.

Conſilium CL. Pro Hæredibus. pag. 307.

Conſanguineus quandò, & qualitèr poſſit agere, vel excipere pro ſuo conſanguineo abſente, & qualis ſit auctoritas Iudicis requiſiti ſuper executione in præferendo creditorem habentem potiora iura, præſertim quandò de illis conſtat ex eadem executoria coram eo producta.

Conſilium CLI. Pro Collegio. pag. 314.

Super priuilegio conceſſo Societati Ieſu circa ſolutionem decimarum ſuarum, & de motu proprio Leonis XI. quo modificatum fuit, & an cauſa dictarum decimarum, ſeù exemptionis potuerit tractari coram Ordinario, vel eſſet remittenda DD. Cardinalibus deputatis in Vrbe, & de remedio manutentionis ad poſſeſſorem priuilegiatū ſpectante, & efficacia priuilegij realis.

Conſilium CLII. In cauſa, qua. pag. 321.

Sententia reuiſtæ, ſeù in gradu ſupplicationis lata, & obtenta contra aliquas Capel-

Digitized by Google

lanias ſuper contributione ſubſidij, qualitèr debeat executioni mandari, non obſtante ſupplicatione pro illarum parte interpoſita, & quandò victoria ſocij profit ſocio.

Conſilium CLIII. *Quòd vxor. pag.* 324.

Ius querelandi pro homicidio mariti, & faciendi remiſſionem pertinet primo loco ad vxorem, præſertim ſi ſit illius hæres, excluſis fratribus defuncti.

Conſilium CLIV. Pro D. Ferdinando. pag. 326.

De ſatisfactione expenſarum factarum à negotiorum geſtore in cauſa, ſeù prætenſione concernente decus, & honorem conſanguineorum ex ordine, & commiſſione alicuius ex eis.

Conſilium CLV. Supponitur in facto. pag. 330.

Filius nominatus à patre ad aliquos annuos introitus ex munificentia regia ad eum peruentos cum facultate nominandi ſucceſſorem in eis pro alia vita, cenſetur illos habere à Rege, nec propter parentis viſitationem, aut condemnationem poſteà contra ipſum ſequutam illos amittit, & de libris eidem filio donatis à patre, non auferendis.

Conſilium CLVI. Pro D. Franciſco. pag. 337.

Poſſeſſor auctoritate iudiciali bonorum aliquorum vice aliorum, quæ ſibi fuere euicta facit fructus ſuos, & de excluſione læſionis prætenſæ in iudiciali addictione, & de compenſatione non admittenda debiti priuati poſſeſſoris maioratus aduerſus id, quod maioratui debebatur.

Conſilium CLVII. Pro Doctore. pag. 347.

De clerico carcerato pro debitis, & ruptis, ſeù effractis carceribus fugiente extra ſuam Diœceſim, qualitèr valeat vbicunquè, & à quocunque Iudice detineri, & de cautione non extendẽda vltra naturam iudicij, & de reuocatione attentatorum poſt interpoſitam appellationem.

Conſilium CLVIII. Pro eodem. pag. 355.

Error fideiuſſionis extenſæ per Notarium vltra oblationem partis, & decretum Iudicis non nocet fideiuſſori, nec cautio de rato valet extendi ad cautionem de iudicatum ſoluendo, maximè coram diuerſo Iudice.

Conſilium CLIX. Quidam Hiſpalenſis. pag. 358.

Diſpenſatio conceſſa ſuper aliquo impedimento, non extenditur ad aliud, quod non fuit Principi expreſſum.

Conſilium CLX. Pro Militia. pag. 363.

Ex inſtitutione militiæ leuis armaturæ, ſeù *del Batallon*, facta in Regnis Caſtellæ, non cenſeri derogatum militiæ antiquæ iam per priùs vigenti in Ciuitate Baezæ, nec illius priuilegijs, & prærogatiuis.

Conſilium CLXI. Pro D. Franciſco. pag. 372.

Inquiſitio facta per Iudicem inimicũ, & non præcedente diffamatione, & abſque legitimis indicijs eſt nulla, & teſtes inimicos, aut aliàs minùs habiles non debere admitti contra virum illuſtrem, & generoſæ proſapiæ.

Conſilium CLXII. Pro eodem. pag. 381.

Epiſtolam mittens zelo regij ſeruitij, ac publici beneficij Principis cognato, & fratri ſui Regis, qualitèr à culpa ſit liber, & immunis, nec dicatur Dominum ſuum Regem offendiſſe, & illius reuelaſſe ſecreta.

Conſilium CLXIII. Pro eodem. pag. 391.

Principi non eſſe maledicendum, & qualitèr quis excuſetur ab imputatione iſtius criminis, & de virtute primæ depoſitionis teſtium, non obſtantibus ſecundis tormentis extortis, & ſinè legitimis indicijs contra virum probitatis, & nobilitatis notæ, ac probatæ, & de conſcientiæ vi, & excludenda præſumptione delicti.

Conſi-

Digitized by Google

Conſilium CLXIV. *Pro eodem. pag.* 406.

Principis clementia commendatur, fundaturq; Maieſtatis læſæ titulum non debere ſumi in occaſionem ad opprimendum virum de ſuo Principe, ac Republica benemerentem. Et quandò verba minus modeſta poſſint trahi, vel non ad crimen Maieſtatis læſæ.

Conſilium CLXV. Pro eodem. pag. 412.

Teſtes ſecretò torti à Iudice declarato ſuſpecto poſſunt examinari ad ſciendum modum, tempus, & qualitatem torturæ, & exceſſus, ſæuitiaſq; contra eos factas per Iudicem inquirentem.

Conſilium CLXVI. Pro ſtatu nobilium. pag. 416.

Nobilium ſtatus debet præferri ſtatui popularium in officijs iuſtitiæ, & regiminis Ciuitatum, & Villarum Regnorum Caſtellæ, vel ſaltim non poſſe illi negari medietatem dictorum officiorum, & quid de officio Iudicis appellationum.

Conſilium CLXVII. Pro eodem ſtatu. pag. 425.

Res iudicata contra nobiles particulares in fauorem popularium, ſiuè ciuium plebis ſuper officijs regiminis, non poteſt nocere ſtatui nobilium ea petenti.

Conſilium CLXVIII. Pro Executoribus. pag. 433.

Inſtrumentum factum inter alios, an operari valeat in beneficium tertij, qui non acceptauit illud, & de redargutione falſi ciuilitèr facta, & præſcriptione viæ executiuæ.

Conſilium CLXIX. Supponitur. pag. 439.

An filia cuiuſdam nobilis viri, quæ in iudicio publico, & ſolenni eo citato, & audito probauit ſe filiam naturalem ipſius, & obtinuit, quòd de bonis illius aſſignaretur ſibi quantitas ſufficiens pro alimentis, & dote ſecundum qualitatem, & facultates parentis, ſi poſteà velit afferere, quòd erat filia cuiuſdam nobiliſſimæ fœminæ, nuptæ tamên, vt in iudicio ſecreto, & informatiuo qualificationis ſui viri, & ſuæ, qualitatem ſibi accreſceret, poſſit audiri, vel ſit repellenda.

Conſilium CLXX. Pro Don Alphonſo. pag. 451.

Suſpitio cum affectatione propoſita in perſonas aliquorum ex Auditoribus Regiæ Audientiæ Hiſpalenſis non eſſe cauſam legitimam, vt cognitio cauſæ auferatur, atque euocetur à dicta Regia Audientia, nec vt dicti Auditores abſquè legitima cauſæ cognitione excludantur.

Conſilium CLXXI. Pro eiſdem. pag. 454.

Familiæ erciſcundæ iudicium, & diuiſionis bonorum inter fratres, & cohæredes legitimè introducta in Regia Audientia Hiſpalenſi euocari non debet ad Supremum Regium Conſilium Caſtellæ, & à decreto per eum lato, quo declarauit non eſſe locum retentioni per vnum ex collitigantibus prætenſæ, & petitæ non debere ſupplicationem admitti.

Conſilium CLXXII. Pro Domina. pag. 461.

Bona relicta titulo, & iure patronatus, & vinculi perpetui cenſentur in Regnis Caſtellæ relinqui per viam maioratus, & fideicommiſſi perpetui, vt ſuccedant filius primogenitus, aut filia primogenita, & eorum deſcendentes per viam repreſentationis.

Conſilium CLXXIII. Pro D. Petro. pag. 465.

Minor, qui ſe obligauit cenſui non recepta pecunia, & propter reuerentiam patrui, in cuius domo erat, & abſque Iudicis, & ſuæ Curatricis auctoritate, & licentia, poteſt dicere de nullitate cenſus, & aduerſus ſuam obligationem etiàm iuramento roboratam debet in integrum reſtitui.

Conſi-

Digitized by Google

Argumenta Conſiliorum.

Conſilium CLXXIV. *Pro D. Gaſpare. pag.* 475.

Declaratio patris ſuper aliqua reſtitutione facienda, ſi aliàs concludentèr non probetur, fili.s non nocebit non ſolùm reſpectu bonorum maternorum, verùm nèc quòad legitimas ex bonis patris (ſi quæ eſſent) ad eos ſpectantes, & qualitèr ſuccurratur illis, ſi ſe obligauerunt ſoluere certam ſummam annuam pro ſatisfactione aliquorum debitorum, ſeù æris alieni patris, & nullo caſu compelli eo prętextu ad alia debita perſoluenda.

Conſilium CLXXV. *Pro Sebaſtiano. pag.* 482.

Læſio in tranſactione an poſſit opponi, & qualitèr exceptio tranſactionis repellat venientem contra ipſam.

Conſilium CLXXVI. *Pro D. Sanctio. pag.* 487.

Pater poteſt etiàm criminalitèr proſequi iniuriam factam filijs ſuis nobilibus, & an iniuriam, & offenſam contineat prohibuiſſe illos ſedere in ſellis in Eccleſia Parochiali, tempore, quo celebrabantur diuina officia, & an ſtante grauamine Iudicis inferioris poſſit cauſa à Superiore Iudice retineri.

Conſilium CLXXVII. *Pro D. Didaco. pag.* 492.

De facultate per teſtatricem duobus executoribus teſtamentarijs inſimul conceſſa, quòd ab vno illorum non valeat ſeparatim exequi, & quis in iure patronatus Monaſterij debeat manuteneri.

Conſilium CLXXVIII. *Pro Poſſeſſoribus. pag.* 500.

Bona præſumuntur libera ab onere cenſus, maximè emphyteotici, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, & quandò recognitio cenſus non debeat nocere.

Conſilium CLXXIX. *Pro Ioanne. pag.* 507.

Adminiſtratori debet in computum admitti ſalarium itinerum prò negotijs adminiſtrationis, & ſolutiones factæ illius veris creditoribus, & aſſignari iuſtum ſalarium, & ſi pro aliquo anno gratis adminiſtraſſet, & non debere ei imputari, ſi non nimis durè, & rigoroſè ſe habuit cum debitoribus, nec caſus fortuitos, qui vi fluminis euenerunt molendino, aut cluſæ.

Conſilium CLXXX. *Supponitur. pag.* 517.

Dolus tertij, etiàm ſi ſit Procurator, an noceat in contractibus bonæ fidei, & quid in contractu cenſuali, ſi ille, qui pecunias dedit ad cenſum erat locus pius Religioſorum, & non participauit de dolo.

Conſilium CLXXXI. *Pro D. Ioanne. pag.* 523.

Exceptiones legitimæ, & doli, ac læſionis poſſunt opponi in via executiua, quàmuis agendo de nullitate contractus in iudicio ordinario fuiſſent etiàm deductæ, & læſionē attendi in qualibet re ſeparatim, licèt fuiſſent venditæ vnitæ.

Conſilium CLXXXII. *Pro Domino. pag.* 528.

Grauamen vinculi, aut maioratus non poteſt imponi filio ſuper legitima, & qualitèr ei ſuccurratur, ſi in minori ætate conſenſit grauamini.

Conſilium CLXXXIII. *Pro Domino. pag.* 531.

Exceptio ſolutionum apparentium ex apocis legitimè comprobatis poteſt opponi in iudicio executiuo, licèt in ordinario, in quo non fuerant comprobatæ, admiſſæ non fuiſſent, & de vi confeſſionis extraiudicialis, ac fauore exceptionis, nè bis idem exigatur.

Conſilium CLXXXIV. *Pro Decano. pag.* 536.

Capitulum Cathedralis quid iuris habeat cum Epiſcopo in materia proceſſionum, & an ex cauſa imbrium immoderatarum poſſit proceſſio Rogationum fieri per ambitum Eccleſiæ Cathedralis, & ſi regularitèr dirigi ſoleret ad Monaſterium longè diſtans à Ciuitate.

Conſi-

Conſilium CLXXXV. *Pro D. Guiomara.* *pag.* 545.

Fœmina deſcendens ab eo, in quem intrauit ſucceſſio bonorum maioratui, aut fideicommiſſo ſubiectorum debet in illis ſuccedere tanquàm de linea: excluſa vxore, & filijs illegitimis vltimi poſſeſſoris, & qualitèr, & ex quibus coniecturis inducatur maioratus, & fideicommiſſum perpetuum.

Conſilium CLXXXVI. *Pro Domino.* *pag.* 552.

De manutentione exigendi penſionem reſeruatam ſuper magno Prioratu Caſtellæ ordinis militaris Sancti Ioannis Hieroſolymitani liberam ab omni contributione ſolita, & inſolita dictæ religionis.

Conſilium CLXXXVII. *Prò Illuſtriſs.* *pag.* 557.

Fideicommiſſum, & prohibitio alienationis iuris luendi Baroniam valet, & ſi alienatio de facto ſubſequatur, erit nulla.

Conſilium CLXXXVIII. *Quòd impetratio.* *pag.* 569.

De nullitate gratiæ per ſubreptionem, & obreptionem obtentæ ab eo, qui impetrauit à Summo Pontifice in titulum beneficij dotationes miſſarum relictas à laicis, quarum patroni erant in poſſeſſione, vel quaſi nominandi clericos, qui eas celebrarent.

Conſilium CLXXXIX. *Vt conſtet.* *pag.* 572.

Gregibus venditis ſub hypotheca ſpeciali aliquibus Paſtoribus, qui apparuerunt poſteà ære alieno grauati, & gregum pecora alienare incœperunt, & eſſe decoctos, qualitèr ſuccurratur venditori, eidemque creditori, & non debere ab ipſo peti redditionem rationum propter executionem, vel ſequeſtrum ad eius inſtantiam factum in gregibus, nominato per Iudicem adminiſtratore maiorali illorum.

Conſilium CXC. *Pro Regente.* *pag.* 580.

Tranſlato aliquo Regente Supremi Conſilij Italiæ ad munus aliud, ceſſat illius exercitium, eò quòd Regens ſucceſſor cœpit poſſeſſionem Regentiæ in dicto ſupremo Conſilio.

Conſilium CXCI. *Primò fundatur.* *pag.* 585.

Quòd qualitas, quæ fundat iuriſdictionem alicuius Iudicis, vel priuat illa, transferendo in alium cognitionem, debeat antè omnia probari, nec ſufficiat ſolus titulus delicti, non probata qualitate.

Conſilium CXCII. *Pro dignitate.* *pag.* 589.

Vicarius poſitus ab Archiepiſcopo Toletano, nunc Sereniſſimo Cardinale Ferdinando Hiſpaniarum Infante in Villa Talaueræ eſt foraneus, & ab eo poteſt appellari ad Vicarium generalem Toletanum, vel Conſilium gubernationis, nec ſuæ commiſſionis terminos poſſe transgredi, aut dictam Villam contrarium prætendentem eſſe audiendã.

Conſilium CXCIII. *Si diſpoſitum.* *pag.* 592.

Penſione aliqua legitimè conſtituta ſuper aliquo Archiepiſcopatu, Prçlatia, aut Prçbenda cum clauſulis ſolitis, quòd ſolutiones fieri debeant in Natiuitatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Diui Ioannis Baptiſtæ pro medietate, mortuo penſionario antequàm cederet aliquis terminus, an poſſint eius hæredes aliquam ratam prætendere, vel Prælatus remanebit liber a ſolutione illius.

Conſilium CXCIV. *Commiſſio facta.* *Pag.* 595.

A Delegato, ſeù Commiſſario ſpeciali DD. Sereniſſimi Infantis, & Eminentiſſ. Cardinalis Zapata adminiſtratorum Archiepiſcopatus Toletani, ad ipſos, ſi ſint præſentes debet appellari, & non ad Vicarium generalem Toletanum.

Conſilium CXCV. *Primò præſupponitur.* *Pag.* 598.

Appellatio, aut ſupplicatio an, & qualitèr admittatur in cauſis fidei.

Conſilium CXCVI. *Pro Doctore.* *Pag.* 603.

Capellanus poteſt reiuendicare prædia ſuæ capellaniæ malè alienata cum eorum

fructi-

fructibus, & cui illi cedant pro tempore præterito, vel vacationis in his, quæ ſunt iuris patronatus regij.

Conſilium CXCVII. Non dubium. Pag. 609.

Nepos magnitudine ſtatus,& ſanguinis nobilitate verè illuſtris, an teneatur auiæ paternæ conſimilis qualitatis non habenti neceſſarios redditus ad eius ſuſtentationem alimenta præſtare,in ea ſaltim quantitate,quæ per illius parentem erat illi aſſignata.

Conſilium CXCVIII. Illud præmittendum. pag.614.

Mortuo Rege relicta prægnante Regina qualitèr ventri in ſucceſſione Regni conſulatur,& quid ſi filius primogenitus remanſerit in infantili,aut impuberi ætate ipſi,& regimini Regni debeat prouideri, quandòue poſſit ſolus adminiſtrare citra tutoris auctoritatem.

Conſilium CXCIX. Rogatus à viro. pag.629.

Rex an poſſit in vita ſua Regni adminiſtrationem in totum, vel inſimul cum ipſo concedere eius filio,præſertim primogenito,& immediato ſucceſſori.

Conſilium CC. Occaſione ſumpta. pag. 641.

An tempore Romanæ Reipublicæ, Regum, & Imperatorum Romanorum in Vrbe,& Prouincijs eis ſubiectis eſſent inter Magiſtratus competentiæ, ſeù controuerſiæ iuriſdictionis, & qualitèr dirimi ſolerent.

Finis Indicis Argumentorum.

Errata, & ſi pleraque leuia, ſic corriges.

pagina 3. col. 2. lin. 50. ibi patui. lege potui.
pag. 4 col. 2. lin. 3 ibi gioſ. l. gloſ.
pag. 5. col. 1. lin. 13. vt l. ita.
pag 6. col. 1. lin. 20. ibi. ex l. in.
pag. 12. col. 1. lin. 32. ibi morte. l. morti
pag. 18. col. 2. lin. 9. ibi. illi. l ille.
pag. 24. col. 2. lin. 26. ibi Paſt. l. poſt.
pag. 27. col. 2. lin. 22. ibi voluntas. l. voluntatis.
pag. 29. col. 1. lin. 18. ibi conuenit. l. conueniat.
pag. 32. col. 1. lin. 26. ibi identitas. l. idoneitas. ibid. col. 2. lin. 41. ibi in rebus. l. rebus.
pag. 33. col. 1. lin. 55. ibi. vt. l. cum. ead. pag. col. 2. lin. 53. ibi Duaren. l. Couarru.
pag 40. col. 1 lin. 44. ibi mixturar. l. mixtarum.
pag. 44. col. 1. lin. 49. ibi. quia. l qui.
pag. 45. col. 1. lin. 2. ibi tamen. l. tã ex.
pag. 49 col. 2. lin. 14. ibi ſuperuenien tium. l ſuperuinentium.
p. 50. col. 1. lin. 58 ibi. glo. 5. adde ibi.
p. 52. col. 1. lin. 28. ibi Boer. l. Beroius.
pag. 53. col. 1. lin. 15. ibi. volutas. l. voluntas.
pag. 54 col. 2. li. 21. ibi obſtet. l. obſtat
pag. 55. col 2. lin. vlt. ibi. 98. l. 102.
pag. 59. col. 1. lin. 58. ibi. reduceret. l. deduceret.
pag. 67. col. 1. lin. 1. ibi. Cicinna. l. Cecinna.
pag. 68. lin. 61 ibi. qood. l quod. Ibid. col. 2. lin. 14. ibi difficultas, adde ceſſat.
pag. 69. col. 1. lin. 42. ibi viellum. l. rielium.
pag. 76 col. 2. li. 37. ibi debet. l. debeo.
pag 79. col. 2 lin. 32. ibi teſtator. l. teſtatrix.
pag 80. col. 2. lin. 62. ibi. nu. 11. l. n. 4.
pag 87 col. 1. lin. 38 ibi liceret. l. licere. & col. 2. lin. 20. ibi Lofred. l. Rofred.
pag. 97. col. 1. lin. 53. ibi via. l. Villa.
pag. 98. col. 1. lin. 47. ibi. vt in cap. l. incipien.
pag. 109 col. 2. lin. 20. nu ri. l. 31.
pag. 110. col. 2. lin. 5. ibi contrario. l. contrato.
pag. 117 col. 2. lin. 50. ibi. col. l. & l.
pag. 124. col. 1. lin. 44. ibi. Conſejo. l Conçejo, & pag. 128. col. 2. lin. 6.
pag. 126. col. 2. lin. 47. ibi. viſi. l. nixi.
pag. 138. col. 2. lin. 5. ibi Portequen. l. Perlegueri.
pag. 149 col. 1. lin. 30. ibi. Muñoz. l Muñiz.
pag. 153 col. 2. lin. 28. ibi Iudice. l. iure.

pag. 159. col. 2. lin. 22. ibi cep. cum. l. cap. cùm ab.
pag. 175. col. 1. lin. 17. ibi Ferrat. l. Ferrar.
pag. 178. col. 2. lin. 51. ibi Ioanni. l. Ioannis.
pag. 187. col. 1. lin. 25. ibi æqualiter. l. inæqualiter.
pag. 188. lin. 4. ibi alternationis. l. altercationis. & col. 2. lin. 3. ibi talis eſt. adde. nu. 2. vol. 2.
pag. 193. col. 2. lin. 31. ibi. idẽ. l. ideò.
pag. 94. col. 1. lin. 2. ibi pertinuit. l. pertinuere.
Ibid. lin. 35. ibi. vtilis. l. vtilia. Et col. 2. lin. 39. ibi filia. l. filias.
pag. 197. col. 2. lin. 1. ibi. cum actum. l. enim actum.
pag. 199. col. 1. lin. 29 ibi. Bauer. l. Bouer.
pag. 212. col. 2. lin. 14. ibi. col. l. conſ.
pag. 220. col. 2. lin. 48. ibi orbitãtem. l. orbitatem.
pag. 221. col. 2. lin. 8. ibi Contrera. l Contreras.
Ibid. lin. 14 fuiſſe. l. fuiſſet.
pag. 222. col. 2. lin. 30. ibi vale. l. vala
pag. 229 col. 1. lin. 21. ibi. præſentur. l præſentaretur.
pag. 230. col. 1. lin. 30. ibi fidẽ. l. finẽ.
p. 238. col. 1. lin. 27. ibi pauperi. l. non pauperi.
pag. 239. col. 2. lin. 13. ibi cap. l Cod.
pag. 241. col. 2. lin. 46. ibi. cum. l. tum
pag. 242. col. 1. lin. 62. ibi. mandata. l. mandato.
pag. 244. col. 2. lin. 31. ibi. tit. l. tract.
pag. 245. col. 1. lin. 43. ibi. Surd. tit. l. Surd. tract.
pag. 251. col. 2. lin. 30. ibi per quem. l. per quam.
pag. 262. col. 1. lin. 30. ibi ſuſtantiam. l. ſubſtantiam.
pag. 263. col. 1. lin. 30 ibi (tan fecho) eſt ſuperfluum, & delendum.
pag. 267. col. 2. lin. 35. ibi. Verbum. l. verum.
pag. 269. col. 2. lin. 27. ibi. vtrunque. l. vt cunque.
pag. 271. col. 2. lin. 43. ibi Sancti. l. Sebaſtiani.
pag. 273. col. 1 lin. 52. ibi. deciſſ. Pedem. ad ſe Cacher.
pag. 274. col. 2. lin. 23. ibi compotum. l computum.
pag. 286. col. 1. lin. 26. ibi Neruias. l. Heruias.
pag. 288. col. 1. lin. 29. ibi. ſi terra. l. ſi de terra.
pag. 289. col. 2 lin. vlt. ibi. tit. l. tract.
pag. 290. col. 1. lin. vlt. ibi decima. l. decimas,

pag. 292. col. 2. lin. vlt. ibi debent. l. debeant.
pag. 294. col. 2. lin. 47. ibi nullitatis donationem. l. nullitatẽ donationis
pag. 312. col. 1. lin. 59. ibi. interloquutor. l. interlocutio.
pag. 315. col. 1. lin. 38. ibi reuocationem. l. euocationem.
pag. 317. lin. 23. ibi. l. quod. l. id, quod
pag. 318. col. 1. lin. 30. ibi. prydia. l. prædia. Et col. 2. lin. 18. ibi pra. l præ.
pag. 319. col. 2. lin. 16. ibi poſſeſorum. l. poſſeſſorio.
pag. 322. col. 2. lin. 59. ibi. prtita. l. peritiæ.
p. 326. col. 1. lin. 29. ibi poſſit. l. poſſet.
pag. 330. col. 1. lin. 39. ibi poſſumus. l. poſſimus.
pag. 333. col. 1. lin. 12. ibi. nominato (adde) nocere.
pag. 335 col 2. lin. 54. ibi. vera. l. verò
pag. 339. col. 2. lin. 41. ibi indicum. l. iudicium.
pag. 341. col. 1 lin. 39. ibi inuiſibili. l. indiuiſibili.
pag. 345. col. 1. l. 44. ibi quæ. l. quam.
pag. 348. col. 1. lin. 57. & ſeq ibi ſimilite l ſimiliter.
pag. 355. col. 1. lin 16. ibi forus. l. forſa
pag. 361. col. 1. lin. 24. ibi decreto. l. de certo.
pag. 362. col. 1. lin. 16. ibi oriuntur. l. moriuntur.
p. 364. col. 1. lin 8. ibi. cõſtat. l. cõſtet.
pag. 365. col. 1. lin. 49. ibi ſubdit. l. ſubdiu.
pag. 367. col. 2. lin. 22. ibi electione. l. elect. in 6.
pag. 370. col. 1. lin. 15. ibi Angelus. l. Anglus.
pag. 379 col. 1. lin. 46. ibi alcaldes. l. alcaldem.
pag. 384. col. 2. lin. 33. ibi animum. l. animum.
pag. 385. col. 1. lin. 20. ibi teges. l. leges
pag. 386. col. 2. lin. 32. ibi magiſtra. l magiſtram.
Ibid. lin. 33. ibi impreſſi. l impreſſia.
pag 388. col 2 lin. 20. ibi regi. l. regia
pag. 393. col. 1. lin. 35. ibi præſumuntur. l. præſumantur.
pag. 394. col. 1. lin. 2. ibi inducere. l. curauit inducere.
pag. 400 col. 1. lin. 33. ibi dilationibus. l. delationibus.
Et col. 2. lin. 61. ibi operæ. l. opera.
pag. 403. col. 2. lin. 35. ibi. damnato. l. damnatos.
pag. 405. col. 1. lin. 22. ibi. vindicanti. l. vindicauit.
pag. 407. col. 1. lin. 37. ibi. credulitam.

Digitized by Google

te l.era lelitate.
Ibid.col 2 lin.16.ibi. quam.l.cum.
Ibid.lin penult.ibi conuiſta.l.cōſitia
pag.408.col.1. lin.20.ibi ſpartanus. l.ſpartianus.
pag.409.col.2. lin.48. ibi fueron.l. fueren.
pag.410.col.1.lin.17. ibi depoſitio. l.diſpoſitio.
pag 411.col.2.lin.61.ibi Magiſtati- bus.l.Magiſtratibus.
pag.413 col.2.lin.30. ibi.admittan- tur.l.admittuntur.
pag.414. col.1.lin.22. ibi probatiu- nes.l probationes.
pag.417.col.1.lin.8. ibi agēdæ.l.an- gendæ.
pag.421.col.1.lin.26.ibi Anacharis. l. Anacharſis.
Ibidem lin.43 ibi conceſſit.l.cōgeſſit
pag.423.col.1. lin. vlt. ibi excluſio- nem.adde tendebant.
Ibid.col.2 lin.8 ibi. perſecutionem. l.proſecutionem.
pag. 426. col.1. lin.16.ibi.Simmac. l Symmac.
pag.428.col.1.lin.39. ibi municipi- bus ff adde.de condit & demon ſtratio melior glo.verbo factum in c. ſi capitulo.
pag.429. col.2. lin.55. ibi tinctum.l. extinctum.
pag.433.col.2.lin.4. ibi probotion l. probation.
pag. 434 col.1. lin. 18. ibi. cap.11. nu.adde 2.
pag.435. col 1. lin.30. ibi poralinm. l paratium.
pag.437. col.1. lin. 23. ibi iuſtifica- tioni l iuſtificatione.
pag.439.col.2 lin.54.ibi.lite.l.litem.
pag.442. col.1. lin.12. ibi emanipa- tione.l.emancipatione.
pag.447.col 2.lin.pen ibi. turbenio. l.tubernio.
pag.449.col.1.lin 43.ibi pro.l.prima
pag.450.col.1.lin.53.ibi.cap.1.adde teſtatur.
p.455.col.2.lin.59 ibi fuere.l.furere.
p. 458.col.2.lin 55.ibi.non.deleatur.
pag.461.col.2.lin.31.ibi peculiari. l.peculiaris.
pag.470.col.2. lin.22.ibi. Bald.in l. adde prima.
pag.471.col.1. lin.59. ibi Burtio.l. Bartio.
pag.472.col.2.lin.60.ibi. Ludouini- cus.l.Ludouicus.
pag. 474.col.2. lin.15.ibi. Vxor prò. l.Vxor nec prò.
p.475.col.1.lin.5.ibi priuc. l.princ.
pag. 477.col 2.lin.26.ibi ſufficiat.l. non ſufficiat.
pag.479 col.1 lin.34. ibi & quam. l.ei,quem.
Ibid.lin.35.ibi pudor eſt ad.l.pudor ei.
Ibid.lin.ult.ibi impedita.l.impedit.
pag.431.col.1.lin.20. ibi tranſactio- ne tranſactionis.dele trāſactionis.
pag.483.col.2.lin.10.ibi §.dùm trā- ſactio.l.§.cùm tranſactio.
pag.486.col.1.lin.58. ibi deducto. l.deducte.
Ibid.col.2.lin.15.ibi ſeparata.l.ſepa- ratam.
Ibid. lin. 23. ibi cui timorem timor, cui honorem honor.l.cui timor, ti- mor,cui honor,honor.
pag.489.col.2.lin 13. ibi ff de iniur. dicens.l ff.de iniur.dicente.
pag.502.col.1.lin.5. ibi exigerunt. l exegerunt.
pag.503.col.2 lin.19.ibi Tabellioni bus.l.Tabellionibus.
pag.505.col.2. lin.13. ibi Menoch. l Menchiac.
pag 507.col 2.lin.33.ibi fortuitos. l.fortuiti.
pag.512.col.1.lin.60 ibi ops.l.opus.
pag 516.col.2 lin.56.ibi præſumitus. l præſumitur.
pag 521.col.1.lin.49. ibi hanc in.l. hac in.
pag.527.col.2. lin.41. ibi deberi.l. debere.
pag.535.col.1.lin.20. ibi cunſilium. l conſilium.
pag 538.col.2.lin. fin. ibi grandinæ. l grandine.
pag 540 col.1.lin 62. ibi neceſſitate. l de neceſſitate.
pag.541.col.2.lin.14 ibi per priuile- gium l priuilegium.
pag.542. col.2. lin.31.ibi conſultara. l.conſulta.
pag. 544. col. 1. lin.7. ibi amouebi- bur l.amouebitur.
Ibid.lin.24. ibi intentate poſſe reme- dium.l.intentare remedium.
pag.546 col.1.lin.63 ibi nuet 7.l.nu. 6.& 7.
Pag 549.col 1.lin.30.ibi verò l.ve- rò.Ibidem col.2.lin.18.ibi l.quæ l. l.qui.
Pag.556.col.1. lin.59. ibi damnoſū, l. damnum.
Pag.561.col.2.lin.57.ibi venditor.l. venditoris.
pag.563.col.1.lin.40.ibi ſcper.l.ſu- per.
Ibid col 2 lin.13 ibi, & bis l.ex bis.
pag.568.col.2.lin.antepen.ibi obten- tas l obtentæ.
pag 571. col.1.lin. 29 ibi ſemouentia l.ſe mouentia.
Ibid.lin 32 ibi vnitæ.l.vniti.
Ibid.lin.vlt. ibi vēditus.l.venditorū.
Ibidem col.2. lin. 19. ibi Vt conſtet. l Vt conſtet.
pag.574.col.2.lin.22. ibi ſatisfactæ. l.ſatisfacti.
pag.575.col.2.lin.21.ibi demortua- rum.l.demortuorum.
Ibid.ibi captæ.l.capta.
pag.577. col.2. lin.59. ibi fuiſſent.l. ſciuiſſent.
pag.573.col.1.lin.37.ibi ſolutionem l ſolutionem.
Ibid lin 45 ibi inuicem l. in vicem.
pag 583 col 1.lin.37.ibi responden- da l reſpondendum.
pag.591 col.2.lin.9. ibi præſidens. l.præſident.
pag.592.col.1.lin.6.ibi anni vnius. l.anni.
pag 593 col 2. lin.5. ibi l diuortio §. quod in ſemente. l.l.ſi fundus §. quod in ſementem.
pag.595.col.1.lin.9. ibi intelligere- tur.l intelligerentur.
pag.603.col.1.lin.24. ibi hebedes. l.hæredes
pag.609.col.1. lin.pen. ibi agere.l. egere.
pag.613.col.1.lin.40. ibi in dicto.l. in dicto Comitatu.
Ibid.lin.54.ibi Ducæ.l.Duci.
pag.618. col.2. lin.25. ibi Ioannis. l. Ioannes.
pag 622.col.1.lin.32. ibi quod mor- tuo l.mortuo.
Ibid col.2.lin.57.ibi cæreri.l.cæteri.
pag 625. col.2.lin.14. ibi debere.l. debent.
pag.626.col.1 lin.62. vbi ſuſcepiio- ne.l ſuſceptione.
pag.630.col.1.lin.2.ibi 27.q.l.23.q.
Ibid.lin.3.ibi contra poſſeſſorem.l. poſſeſſorem.
pag 634 col.2. lin.55. ibi Regno.l. Regnum.
pag.636.col.2.lin.45.ibi congregnā- tes.l.conregnantes.
pag.640. col.2.lin.56. ibi quarum curam.l.cura,quam
pag.641.col.2.lin.6.ibi dirim. l.di- rimi.
pag.645.col.1.lin.40 ibi pro Tribu- nalium.l.Tribunalium.

Errata corrigenda in Conſ.201.

pag.649.col.2. lin.27. ibi conſerua- tio.l.conſeruatio.
pag.651.col.1. lin.vlt.ibi Innocentij Secundi. l.Innocentio Secundo.
Ibid.col.2.lin.40. ibi rendebant. l. reddebant.
pag.653.col.1.lin.36.ibi celebratæ. l.celebrata.
pag.655.col.1.lin.53.ibi ff. de legat. l.ff.de legat.3.
pag.656.col.1. lin.vlt. ibi obſeruan- das.l.obſeruanda.
Ibid.col.2.lin.16.ibi §.qui iniuriam l.§.qui iniuriarum.
pag. 657. col.2. lin. 46. ibi.l. ſi quis poſthumum.§.ſi filium in fin.l.l.ſi quis poſthumos §. ſi filium in fin. ff.de liber.& poſthum.

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM IVRIS
D. IO. BAPTISTAE VALENZVELA, VELAZQVEZ, NOBILIS HISPANI,

Primùm, Sacri Supremi Conſilij iuſtitiæ, Regni Neap. demùmq; Collateralis Conſiliarii, Regentis Reg. Cancellariam, ac officium Pręſidis eiuſdem Sac. Conſ.

Nùnc verò

APVD POTENTISSIMVM DOMINVM N.

D. PHILIPPVM QVARTVM

HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM

IN SVPREMO ILLIVS ITALIAE CONSILIO REGENTIS DECANI.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *VIcarius Epiſcopi dicitur Officialis communis.*
2 *Choro non debent intereſſe niſi deſeruientes diuinis officijs.*
3 *Chorus multarum vocum concentu conſtat.*
4 *Chorus accipitur pro loco clericorum pſallentiũ Deo laudes.*
5 *Laici non debent miſceri clericis ſacra canentibus.*
6 *S. Ambroſius indixit Theodoſio Imperatori, nè intraret locum clericis deſtinatum in Eccleſia.*
7 *Honor æqualis an debeatur Vicario, aut Officiali, prout Principali.*
8 *Vicarius Epiſcopi ſecundum aliquos DD. non habet dignitatem.*
9 *Vicarius an poſſit ad nutum Epiſcopi amoueri.*
10 *Epiſcopus an poſſit amouere Vicarium, non obſtante iuramento de non amouendo.*
11 *Iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſit.*
12 *Canonici dicuntur fratres Epiſcopi.*
13 *Canonicum eſſe in Cathedrali Eccleſia eſt magnus honor.*
14 *Vicarius Epiſcopi dicitur familiaris eius.*
15 *Canonicus poteſt eſſe in ſeruitio ſui Epiſcopi.*
16 *Canonici in proceſſionibus repræſentant ſuam Eccleſiam, & præcedunt Abbates.*
17 *Vicarius Rectoris non habet priuilegium immunitatis.*
18 *Epiſcopo debetur maior honor, quàm eius Vicario.*
19 *Epiſcopus non demandat alij habitum, nec quæ sũt cæremoniarum.*
20 *Miniſtrare quis debeat in Choro poſt Epiſcopum, a iure diſpoſitum eſt.*
21 *Archidiaconus dicitur iuriſdictionem habere.*
22 *Archidiaconus dicitur Vicarius Epiſcopi.*
23 *Archidiaconi Vicariatus eſt de iure, nec poteſt ab*

Epiſcopo reuocari, aut tolli.
24 Rex quilibet dicitur in domo ſua.
25 Vrbanitatis actus ſolet concedi, non exigi.
26 Vrbanitatis leges non obligant.
27 Conſuetudo dandi locum ſedis Vicario in Eccleſia, an attendatur.
28 Conſuetudo regulariter aſſignat loca ſtandi, ſedendi, & præcedendi.
29 Archidiaconum præcedere debere Vicarium, qui DD. tenuerint.
30 Vicarius dicitur ille, qui vices Epiſcopi gerit in Diœceſi.
31 Vices alterius gerens honorandus eſt, ſicut ille cuius vices gerit.
32 Vicarius Superioris debet frui prærogatiuis illius.
33 Vicerector deputatus à Rectore debet honorari ſicut Rector.
34 Vicegerenti, qui repræſentat Principalem debetur idem honor.
35 Reſiſtens Locumtenenti punitur, ac ſi reſiſtentiam feciſſet Præfecto Vrbis, ſeu Correctori.
36 Reſiſtentiam punire poteſt Iudex, cui facta fuit.
37 Obreptio facta Locumtenenti punitur, ac facta Correctori.
38 Vicarium Epiſcopi offendens, punitur ac ſi Epiſcopum offendiſſet.
39 Viceregem offendẽs punitur ac ſi Regẽ offendiſſet.
40 Vicarius Epiſcopi, debet honorari ſicut Epiſcopus.
41 Vicarius Epiſcopi, corruſcat illius radijs, ſicut vxor mariti.
42 Vicarius habet idem Tribunal cum Epiſcopo.
43 Vicarij iuriſdictio procedit à iure, licet illius perſona eligatur ab Epiſcopo.
44 Vicarius exercet iuriſdictionem ordinariam in Decanum, & Archidiaconum.
45 Vicarij factum, cenſetur factum Epiſcopi.
46 Loci ordo, & prærogatiua debetur, ſecundum ordinem dignitatis.
47 Imperium, & Superioritas exercentur in inferiores.
48 Magiſtratus minores apud Romanos, ſubmittebãt faſces maioribus.
49 Valerius Publicola, reus affectati Regni, quia faſces populo ſubmiſit.
50 Magiſtratibus honor debetur, ratione, iure, & moribus gentium.
51 Magiſtratus ſunt conſeruatores publici honoris.
52 Romani curam habuerunt, vt Magiſtratibus ſeruaretur honor.
53 Fabius Maximus Conſul patrem ad ſe venientem, iuſſit equo deſcendere.
54 Anima omnis poteſtatibus ſuperioribus debet ſubdita eſſe.
55 Vicarius in iuriſdictione eſt maior Archidiacono.
56 Melioribus, qui præeſt, maior, & potior cenſetur.
57 Vicarius Epiſcopi in Archidiaconum, & meliores Eccleſiæ, ſicut in tota Diœceſi iuriſdictionem habet.
58 Archidiaconus non habet poteſtatem in Vicarium Epiſcopi.
59 Vicarius etiam præſente Epiſcopo præcedit Archidiaconum, & Canonicos.
60 Vicarius regulariter iuriſdictionem exercet præſente Epiſcopo.
61 Vicarium præcedere Archidiaconum, qui DD. teneant.
62 Vicarij in Eccleſiis Neapolit. & Bononien. præcedunt omnes de Capitulo.
63 Vicarium præcedere Dignitates, & Canonicos declarauit Congregatio Rituum.
64 Vicarij præcedentia, deciſionibus Rotæ comprobata, & nu. 91.
65 D. Fuluius Conſtantius Marchio Corleti Regens Neapolis, laudatur.
66 Vicarius in Synodo Diœceſana ſedet antè Dignitates, & Canonicos.
67 Vicarij Epiſcoporum non poſſunt eſſe laici.
68 Laici prohibentur tractare Eccleſiaſtica.
69 Vicariatus cõtinet dignitatẽ cum adminiſtratione.
70 Vicarium non remouet Epiſcopus ſine cauſa.
71 Senatoris filius, licet ſit inferior patre, eſt maior plebeio.
72 Differunt quæ ſecundum magis, & minus non differunt ſubſtantia.
73 Archidiaconi iuriſdictio potius de conſuetudine procedit, quàm de iure communi.
74 Vicarius generalis exercet omnem iuriſdictionem ordinariam Epiſcopi.
75 Conſuetudo, quòd Archidiaconus præcedat Vicarium non valet.
76 Humilitatis primus gradus eſt deferre maiori.
77 Sacrilegij inſtar eſt dignitatis locum indebitè occupare.
78 Conſuetudo contra honeſtatem non valet, & n. 80.
79 Honeſtas præcipuè requiritur in lege.
81 Conſuetudo ambitioſa caſſari debet.
82 Ambitio præcedendi, quando malè audiat.
83 Conſuetudine praua innitentes, non ſunt digni excuſatione.
84 Conſuetudo carens ratione non valet.
85 Argumentum à fortiori validum eſt.
86 Minus, quod eſt, ſi non ineſt, neque inerit id, de quo magis.
87 Conſuetudo, quæ tollit priuilegia dignitatis non valet.
88 Pius V. conceſſit Epiſcopo Placentino, quod eius Vicarius in Choro Cathedralis Eccleſiæ haberet vnam de principalibus ſedibus, quam vellet poſt Pontificalem.
89 Priuilegium generale ita debet intelligi, vt vitetur abſurditas.
90 Gradum non eſt dare inter Epiſcopum, & eius Vicarium generalem.
92 Vicarius Epiſcopi poteſt eſſe Canonicus in eius Eccleſia.
93 Vicarius aſſiſtens tanquàm Canonicus habet locum talis in Choro, & Capitulo.
94 Vicarius Capituli ſede vacante, ſi ſit Canonicus ſedet tanquam talis in loco ſuo.
95 Epiſcopus poteſt eſſe Canonicus in eadem Eccleſia, vel alia.
96 Epiſcopus, qui eſt in Capitulo vti Canonicus non poteſt plus quàm alij Canonici, & contra eum obtinet maior pars.
97 Epiſcopus ſi in aliquo actu interuenit tanquàm Canonicus, poteſt appellari ad eum tanquàm Epiſcopum.
98 Epiſcopus tanquàm talis, ſupplet moram quam fecit,

Digitized by Google

cit, vt canonicus.

99 *Duo iura ſi competunt alicui, ſi excludatur ab vno, non excluditur ab alio.*

100 *Epiſcopus, qui ſit Canonicus, ſedebit primo loco, ceſſante priuilegio, aut conſuetudine.*

101 *Melitenſis Epiſcopus habet magnam crucem, & ſedet in Concilio poſt magnum Magiſtrum.*

102 *Epiſcopus de collegio regulariter ſedet in loco ſuo, vt collegiatus.*

103 *Dignitas non collegialis non attenditur, vbi agitur de collegio.*

104 *Rotæ Auditores antiquiores præferuntur poſterioribus, quàmuis ſint prælati.*

105 *Epiſcopum Canonicum, vel collegiatum debere ſedere in primo loco poſt Præſidem, vel Decanũ communior eſt opinio.*

106 *Epiſcopus Biſinianẽ creatus Regius Conſiliarius Neapolis ſedebat immediate poſt Præſidem, vel Decanum Conſilij.*

107 *Epiſcopus in almo Collegio Doctorum Neapolis, ſedet in ſuo loco vt collegiatus, ex priuilegio Reginæ Ioannæ, & inconcuſſa obſeruantia.*

A R G V M E N T V M.

An Epiſcopi Vicarius, vel Prouiſor habeat, aut debeat habere primum locum in Eccleſia, & præcedere Archidiaconum.

C O N S I L I V M C I.

1 PRO parte negatiua, † quòd Vicarius, ſeu Officialis Epiſcopi, qui eidem ius habent, eùm & Vicarius dicatur Officialis communis, vt per Anchar. conſ. 342. quem ſequitur Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 10. de conſtitutionibus, & in cap. ſanè col. fin. de offic. Delegati, Roland. à Valle conſ. 37. nu. 28. vol. 4. Altamiranus tract. de viſit. verbo *per ſuum generalem Vicar.* nu. 9. Sbrozius in tract. de Vicario Epiſcopi lib. 1. q. 2. nu. 10. & q. 13. nu. 1. non debeat præferri Archidiacono, nec Canonicis, videtur facere,
2 re, primò, † quòd in eboro, ſeù alio quolibet loco, in quo diuina officia à Clericis celebrantur, qui ſint veſtibus ſacris parati, aut alijs veſtimentis ad id ab Eccleſia deſtinatis, vt cappis, rocchettis, vel ſuperpellicijs linteis eo tempore, ac loco, nullus alius, qui eidem non deſeruierit officio, nec eiſdem vtitur, & veſtitur veſtibus debet admitti, iuris rigore inſpecto, vt tradit D. Franciſcus Sarmiento lib. 7. Selectarum interpretationum cap. 17. verſ. *omiſſis*, quia ſecundum eum, & dictum iuris rigorem, non ſolùm Vicario ſedes non debetur, verùm nec eum in Choro admittere tenentur, & ita ſi aliquando Vicarium, & alios admittunt, potius ex vſu, quàm canonica diſciplina ſeruata ſit: Cùm locus ille canentium ſit, & pſallentium, & diuinis laudibus miniſtrantium. Nàm vti Polydorus Virgilius lib. 6. de inuentori-
3 bus rerum cap. 2. ait. † Chorus multorum vocibus conſtat; ita ut ex pluribus vna reddatur, fiatq; concentus ex diſſonis, l. cùm eiuſdem 34. ff. de ædil. edict. l. ſi chorus 79. ff. de legat. 3. & apud Ariſtophanem pluribus in locis comædiarum, maximè in Pluto. Columella lib. 12. de re ruſtica cap. 2. Nàm vbi chorus canentium non ad certos modos, nequè numeris præeuntis magiſtri conſenſit, diſſonum quidam, ac tumultuoſum audientibus canere videtur. Cicero 1. æconom. Virgil. 1. Georgicor.

Omnis quàm chorus, & ſocij comitantur ouantes.

vbi Seruius ait, chorus eſt coæuorum cantus, atq; ſaltatio. Budeus lib. 5. de aſſe. Robertus Stephanus, & Nicolaus Perottus, & alij Lexicographi
4 eodem verbo, † & inde translatitiè ſignificat locũ, qui clericos pſallentes continet, vt in cap. dilectus de præbend. & dignitatib. Et ita quicunque, qui in habitu, & officio alijs ſimilis non eſt cauſam in Choro aſſiſtendi non videtur habere. Siquidem Moguntino Concilio cap. 13. vt refert Burchardus lib. 3. decret. cap. 102. vel & Concilio Turonenſi 2. cap. 4. vt tradit Anton. Auguſt. in notis antiquæ compilationis decretalium c. 1.
5 de vita, & honeſtate clericor. cautum eſt, † vt laici ſecus altare, quando ſacra myſteria celebrãtur ſtare, vel ſedere inter clericos non præſumãt; ſed pars illa, quæ cancellis ab altare diuiditur, tantùm pſallentibus pateat clericis, cap. Sacerdotum 30. de conſecrat. diſtinct. 2. l. 1. tit. 11. par. 1. vbi Gregor. Lop. gloſ. 8. & 9. Cenedo collect. 45. ad decretales, Concil. Prouinciale Tolet. ſub D. Chriſtoph. Rojas Archiep. act. 3. canon. 26. ita
6 † Diuus Ambroſius ad Imperatorem Theodoſiũ dixit, vt habetur lib. 9. Hiſtoriæ tripartitæ. *O Imperator interiora loca tantum ſacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri, nequè ingredi, nequè contingere permittantur, egredere igitur, & hanc expectationẽ cum cæteris habe communem, purpura namquè Imperatores non ſacerdotes facit, tum fideliſſimus Imperator etiàm hanc traditionem animo libenti ſuſcipiens remandauit, non temeritatis cauſa inter cancellos remanſi; ſed in Conſtantinopolitana vrbe hanc conſuetudinem eſſe cognoui, porrò regulas pietatis, quas à magno Sacerdote percepit, etiam reuerſus in Conſtantinopolitana vrbe ſeruauit, nàm cùm feſtiuitatis tempore ad Eccleſiam proceſſiſſet, oblatis ad altare muneribus mox egreſſus eſt. Cùmque Hectarius tunc Præſul Eccleſiæ rogaſſet, cur intus ſtare noluiſſet. Princeps vix potui diſcere* (inquit) *quæ differentia ſit Imperatoris, & Sacerdotis: vix enim inueni veritatis magiſtrum. Ambroſium namquè ſolùm noui dignè vocari Põtificem* hæc ibi, ex quibus colligi ſatis videtur, inter pſallentes, & canẽtes nullum debere miſceri eo miniſterio non deſtinatum. Sarmiento d. cap. 17. Sozomenus lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 24. Simãc. de dignit. Epiſcopor. c. 12.

Vlterius, quia licet honor Epiſcopo debeatur in omnibus præexcellentijs, non tamèn videtur
7 deberi Vicario, aut Officiali, † nã honor, qui alicui debetur, non ita debetur Vicario procuratori ſuo, Bald. in l. ſed ſi hac §. ſemper num. 2. vbi
8 Alex. num. 1. ff. de in ius vocando. † Et quia Vicarius non dicitur habere dignitatem, vt poſt

Paul.in Clementi.ſi principalis, quæſt.22. de re-
ſcriptis tradit Decius conſ.664. incipiente, viſo
eleganti conſilio num.6.2.tomo. nàm non vide-
tur eſſe dignitas in officio nõ perpetuo, ſed tem-
9 porali, † quia ad nutum Epiſcopi remoueri Vica
rius poteſt, vt experientia demonſtrat, & adno-
tarunt Bald. in l. ſolet §. ſicut ff. de officio pro-
conſul.& legati, Bertachin.in tract.de Epiſcopo
7.part.11.quæſt. gloſſ.vltima in clemen.finali de
procuratorib.in verbo, *& per electionem* in clem.
& ſi principalis de reſcriptis,& ibi Cardinalis n.
20.Ancharan.col.2. Abbas num.9. Hoſtienſ.in
ſumma de officio Vicarij §. & quibus verſ. *ſed
nunquid*, Rebuff. in praxi beneficiali 1. parte ti-
tulo forma Vicariatus Archiep. num. 192. Be-
rous conſ.22. num.34. vol.1. Iacobus Sbrozzius
in tract. de Vicario Epiſcopi lib.3. q.32. num.1.
10 † etiam ſi Epiſcopus Vicarium nõ reuocare iu-
raſſet, Anton. de Butrio, & Ioann. Andr. Abbas
num.5.in cap.tua de officio Vicarij, Additiones
ad Abb. in cap.quoniam num. 10. de officio or-
dinarij, Paul.Caſtrenſ.conſ.361.incipiente vene-
rabilis vir. num.4.vol.1. Alex.conſ.18. n.8.vol.2.
Rebuff. vbi proximè num. 193. Boerius deciſ.
347.n.1.Anto.Gabr.lib.2.concluſion.tit.de iur.
iurando concluſ.1.num.14.Alphonſ.Carmonen.
tract. de benefic. incompatibili. 2. par. cap. 10.
11 num.1.Sbrozzius vbi proxime nu.5. † nàm Iu-
dicium ſoluitur vetante eo, qui iuſſerat iudicare
l.iudicium ſoluitur ff. de iudicijs, gloſſ. verbo. *Si
non poſſunt* in cap. ſuper quæſtionum 27.§.ſi verò
de officio delegati. Bart.in l.more num.11. circa
finem ff.de iuriſdictio.omn.iudic.l.21.tit.4.par.
3.& ibi Gregor.Lop.gloſ.1.Et quia non videtur
iure expreſſum, Vicariatum dignitatem eſſe.

Rurſus videtur, Vicarium nec Canonicis præ-
12 ferendũ eſſe. † quia Canonici ſunt quodammo-
do fratres,& adminiſtri Epiſcopi, vt in c.quæſi-
13 uit de his, q̃ fiunt à maiori parte Capituli † ma-
gnus enim eſt honor eſſe Canonicum, maximè
in Cathedrali Eccleſia, vt tradit Innocentius in
cap. fraternitatem de ſepulturis, & facit bonus
text.in cap.quamuis 4.de præbend. lib.6.Archi-
diac.in cap.1. in fin. de conſuetudine eodem lib.
Rota deciſ.2. de filijs Presbyterorum, & deciſ.
14 26.de præbendis, ambo in nouis. † Vicarius au-
tem Epiſcopi familiaris dicitur, Iacob.Sbrozzius
lib.2.q.147. Sarmiento d.cap 17. verſ. ſed vide-
15 tur, qui ait, † quòd licet Canonicus poſſit eſſe
in ſeruitio Epiſcopi, cap.de cœtero c. ad audien
tiam de clericis non reſidentib. Nauar. conſ. 2.
nu.1.& 2.eod.tit. Abbas nu.8. ibi l.final. tit. 16.
par.6. & ibi Gregor. Lop gloſ.7. id tamen non
efficit, vt ſimpliciter Canonici familiares Epi-
ſcopi dici poſſint.

16 † Vlterius, quia quando Canonici proceſſio-
nes faciũt,& ſimilia; quia Cathedralem Eccleſiã
repræſentant, debent præcedere etiam Abbates,
vt tradit Geminian.in cap. quamuis §. quanquã
de præbendis lib.6.Felinus in cap.paſtoralis in
fine principij de officio delegati, Ripa reſpon.
113.num.3.Henricus de Bottis in tract. de Sy-
nodo Epiſcopi 3.parte in princ.nu.16.

17 † Facit etiam, quod tradit Bartol. in l. filius 7.
nu.1.ff.de legationib. Vbi Vicarius Rectoris nõ
habet priuilegiũ immunitatis; Alex.in rub.n.13.
ff.de offic.eius, cui mandata eſt iuriſdict. Franc.
Marcus quæſt.421.num.4.Iacob.Sbrozz.d.lib.2.
quæſt.24 num.6. Bald.in d.l.ſed ſi hac §.ſemper
18 ff.de in ius voc. † vbi maiorẽ honorem deberi
Epiſcopo, ait, quàm eius Vicario, ſequitur Iaſon
in §.Prætor eiuſdem legis nu.6.Felinus in c.cùm
olim, el 2.nu.1.de officio deleg. Alciatus in rub.
nu.25.de officio ordin. Ioannes Picar.inter con-
ſilia Menochij conſ.52.num.116.& ſeq.vol.1. &
idem Menoch. conſ.257. num.89.vol.3. dicens,
quòd Vicarius non eſt pater omnium, nec ſicut
Epiſcopus honoratur, Sbrozzius vbi proximè
num. 7. & 8. Et quia licet vices Epiſcopi ſuſti-
neat, non videtur id procedere quòad actus, qui
in choro fiunt, ſed vt cauſas Vicarius iudicet, &
iuriſdictionalia exerceat, neque Epiſcopus ad ea,
19 quæ in choro fiunt, Vicarium conſtituit, † quia
habitum,& ea, quæ cæremoniarum ſunt Epiſco-
pus alicui demandare nequit, argumento cap.
aqua de conſecr. Eccleſiæ, vel altaris, Sarmiento
dicto cap.17. verſ. *quod ſi dicas*, & per Couarr.
lib.3.variar.reſolutiun.cap.20.num.3. & Greg.
Lop.in l.12.tit.10.par.1.gloſ.2.& gloſ.5. in l.fin.
20 ibidẽ, Cened.collect.135. ad decretales. † Quia
iàm eſt iure ſtatutum, quis in choro poſt Epiſco-
pum, eo præſente, vel abſẽte miniſtrare debeat,
iuxta cap.perlectis 25. diſtinct. ſecundum quod
Archidiaconus eſt maior dignitate poſt Epiſco-
pum, Ioann.Andr.in rubrica de officio Archidia.
coni, gloſ. in cap. deliberatione verbo *Eccleſias*
de officio legati in 6.iuncto cap. ad hæc de offic.
Archidiaconi.Greg.Lop.in l.3.tit.6. par.1.gloſſ.
1. Alex.conſ.142.incip.viſo proceſſu num.4.vol.
6.qui allegat cap.1. de officio Archipresbyteri,
cap.1.verſ. *Archidiaconus* 25.diſtinct. Lancellot-
tus in inſtituta Iuris Canonici tit.13. de officio
Archidiaconi. Thom. Grammat, deciſ.64. num.
21 2. † Nàm Archidiaconus iuriſdictionem habet,
tex.cum gloſſ.in cap.1. & cap. ad hæc de officio
Archidiaconi, Iacobus Puteus lib.1.dec.303.nu.
6.Rota deciſ.9.de præbendis in nouis, Sarmien-
to lib.3. ſelectarum interpretationum, cap.15.
num.1.& talis iuriſdictio approbatur l. 4.tit. 6.
par.1.& à Concilio Tridentino ſeſſ.24. de refor-
matione cap.20.Paz in praxi 2. tomo 1.præludio
num.6.& 7.Ioann.Garçia.de expenſis,& melio-
rationibus cap.9.num.4. Grammaticus vbi pro-
ximè num.3.& 4. Henricus de Bottis in tract.de
Synodo Epiſcopi 3.par.in princ.num.25. vbi di-
22 xit, † Archidiaconum etiam dici Vicarium
Epiſcopi d.cap.1. vbi Io.Andreas nu.3. & 5.An-
ton.de Butrio, & Abbas num.1.de officio Archi-
diaconi, Io.de Imola in cap.literas nu.1. de reſti-
tut.ſpoliat.d.l.4. vbi Greg.Lopez gloſ.3. Rebuff.
in praxi beneficiali 1.par. tit. forma Vicariatus,
Archiepiſcop. dicens, id in tantùm procedere,
23 † vt ab Epiſcopo reuocari nequeat; quia talis
Vicariatus inhæret perſonæ,& dignitati, à qua
non poteſt auelli ſecundum Archidiac. & Præ-
poſitum in cap.perlectis 25.diſtinct.& Doctores
in d.c.l. vel Decanus iuxtà ea, quæ tradit d. l. 3.
tit.6.par.1.Vnde alius Vicarius, quam is, qui Epi-
ſcopo ſuccedit in choro non poterit quis ſe in-
tromittere, ſicut neque in aliena domo, etiam ho-
nora-

norabilior poteſt ſibi locũ, & honorem vindica-
24 † re, quia quilibet in domo ſua dicitur Rex, & vt
talis venit præferendus, cap. duo iſta 23. quæſt. 4.
Io. Andræas in cap. venerabilem 34. nu. 43. & Ab-
25 bas ibidem nu. 19. de elect. † vbi Card. Zabarel.
in §. verum nu. 6. Freccia lib. 1. de ſubſeud. § alias
etiam fuit num. 40. qui adducunt ſuper eo exem-
plum Ricardi Regis Angliæ: Nàm hęc vrbanitatis
cauſa concedi ſolet, non exigi, arg. tex. in l. 1. §. pro-
inde ff. de varijs, & extraordinarijs cognitioni-
26 bus. † Et quia leges de vrbanitate non obligant,
cap. cùm veniſſent de inſtitutionibus, & ibi Abb.
nu. 5. Iaſ. in l. vt ſtipulatus es 5. nu. 5. ff. de verbor.
obligat. Alexand. conſ. 137. incip. perſpectis num.
12. & ibi additio litera C. vol. 6. idem in d. l. ita ſti-
pulatus nu. 5. & duobus ſeqq. l. litteræ 17. ff de
iure codicillorum, Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic.
caſu 494. nu. 4.
27 † Vltimò, quia videtur circa locum ſedendi
Epiſcopi Vicario concedendum debere ſtari cõ-
ſuetudini, quæ in Conchenſi Eccleſia vigere alle-
gatur, vt Sella, non prima, ſed poſt Archidiaconũ
tribuatur ei. Et hæc Conſuetudo attendenda eſt
per tex. in cap. cùm olim. de Conſuetudine, vbi
28 Bald. notab. 1. ait, † quod Conſuetudo aſſignat
loca ſedendi, & ſtandi, & non debet præpoſtera-
ri, quod & voluit idem Bald. in l. obſeruare §. an-
tequàm nu. 3. ff de officio Proconſulis, & Legati,
Tiraquel. in tract. de nobilitate cap. 20. num. 55.
Io. Garſia eod. tract. de nobilit. Hiſpan. gloſ. 18.
nu. 44 ad medium, & de expenſis, & meliorratio-
nib. c. 8. nu. 51. verſ. nec nobilis, Innocent. & alij in
c. 1. de maiorit. & obed. Imol. & alij in cap. ſtatui-
mus eod. tit. Nàm ordo conſuetudinis, ac tempo-
ris ſeruandus eſt in dignitatibus, & honoribus, l.
1. C. vt dignitatum ordo ſeruetur lib. 12. l. & qui
originem § Præſes ff. de munerib. & honorib. l.
honor § gerendum ff. de albo ſcribendo l. notan-
dum, vbi Bart. ff. de Decurionib. cap. cũ aliquibus
de reſcriptis lib. 6. Angel. conſ. 111. incip. ordo
Conſuetudinis, Dominicus in cap. Epiſcopus 17.
29 diſtinct. † & in proprijs terminis ita videtur cõ-
cludere Nauarrus conſ. 1. de maioritate, & obe-
dientia nu. 3. Auendan. 1. par. cap. 19. Præt. nu. 15.
verſ. Itaque, Io. Franc. Purpur. conſ. 540. nu. 2. &
15. Quibus, & alijs fundamentis conſuluit pro Ar-
chidiacono Menoch. conſ. 51. à nu. 17. vſque ad fi-
nem, & Io. Picard. conſ. 52. inter conſilia eiuſdem
Menochij, cui ſe ſubſcripſerunt Marc. Mantua,
& Gaſpar Fabian. vt notauit Stephan. Gratian.
tom. 1. diſceptat. forenſ. cap. 111. num. 25. verſic.
in contraria.

His tamen non obſtantibus videtur verior, iuri
magis conformis, & communior reſolutio, quòd
Vicarius debeat præferri ex fundamentis ſequen-
30 tibus. † Primò, quia Vicarius dicitur ille, qui
vices Epiſcopi gerit, vt in rubr. de officio Vica-
rij, & in cap. licet de officio Vicarij in 6. cap. cùm
Epiſcopus eodem titulo cap 1. & 2. eodem tit. in
antiquis cap. 1. de officio Archidiaconi cap. 1. in
fine de officio Archipresbyteri, Hoſtienſ. nu. 1. in
ſumma de officio Vicarij, Rebuff. dict. tit. de
Vicarijs Epiſcoporum num. 4. Sbrozzius dict.
tractat. lib. 1. quæſt. 1. Et ita accipitur apud
Liuium libr. 9. belli punici tertiæ decadis.
*Quando igitur adoleſcens, quid ſeruires non diſſi-
mulaſti, Vicarium tibi expedias, cui tu arma equũ-
que, & cætera inſtrumenta militiæ tradas:* Cicero
Philippica. 12. dicens, *quod ſi in bello dari Vicarij
ſolerẽt libentèr me, vt Brutus emitteretur, pro eo in-
cludi paterer,* hoc eſt vice illius ſeruirem.
31 † Vndè ſuccedit reſolutio, quòd qui alterius
vices gerit, eſt honorandus prout ille, cuius gerit
vices, vt ex cap. præcipimus 93. diſtinct. cap. 1.
diſtinct 94 cap. ſignificaſti cap. ſanè quia cap. cũ
olim magiſter 1. reſponſ. de officio, & poteſtate
Iudicis delegati. tradunt Bart. in l. ſi filius ff. de
legationib. Decius in d. cap. ſanè el 2. num. 5. An-
ton. de Butr. in cap. cum voluntate 54. num. 16. de
ſentent. excommunic. Alexand. in rubr. num. 8. in
fine de maioritate, & obedient. Boer. tract de
auctor. magni conſilij num 67. Roman. ſingular.
362. incip. Bart. quorum aliquos ad fauorem Vi-
carij Epiſcopi recenſet Menoch. d. conſ. 51. nu.
16. & vltrà eos Alberic. n. 2. in rubr. C. de offic.
eius, qui vicem, Franciſc. Marc. deciſ. Delfinatus
619. nu. 3. Anton. Cortet. in repertorio verbo Vi-
carius, Stephan. Gratian. d. cap. 111. num. 34. &
32 ideò † Vicarius exercens vices ſui ſuperioris
debet prærogatiuis ipſius ſuperioris gaudere
clementina dudum, vbi gloſ. verbo *prælatis* in fine
de ſepulturis, quam ad hoc ponderat Abbas ibi.
num. 5. & per Alexandrum num. 14. In rubr. ff. de
officio eius, cui mãdata eſt iuriſdictio, facit Car-
dinalis in clemẽt. 1. de offic. Vicar. in 6. oppoſitio-
33 ne ad finem dicens, † de facto tamen ſeruatur,
vt etiã deputatus à Rectore tractetur vt Rector,
Bartol. in l. filius num. 1. ff. de legationib Alex. d.
num. 14. Iaſ. num. 61. & 74. in l. quæcunque ff. de
officio eius cui mandata eſt iuriſdictio, Aldobrã-
dinus in §. cùm autem num. 25. & ſeq. inſt. quibus
modis ius patriæ poteſta. ſol. Roman. ſingul. 362.
incip. Bartolus ex cap. præcipimus. ibi, *tunc enim
ſicut illius Locumtenens honorabitur*, 93. diſtinct.
Panormitan. in cap. ſanè el 2. de officio delegati
num. 2. dicens, nota primò. & in fine dicit, facit
iſte text. quòd vicerector ſcholarium ſit hono-
randus vt rector, qui vices gerit Rectoris. Felin.
in cap. cùm olim 2. num. 1. de offic. delegati, vbi
34 in fine dicit. Sed eſt vera ſolutio, quòd † idem
ius debetur vicegerenti in actibus, in quibus re-
pręſẽtat principalem, in alijs verò, quos exercet,
vbi non repręſentat, ſecus: Angelus Aretin. in ru-
brica inſtituta de exceptionib. verſ. ſecundo ex
dicto gloſſ. Philipp. Franc. in cap. grandi de ſup-
plenda negligentia prælatorum, Auendaño in
capitib. Prætorum 1. par. cap. 3. num. 4. verſ. de-
35 cimo, qui ex hoc infert, † reſiſtentiam, quæ fit
vicegerenti, puniri, ſicut illa, quæ fit correcto-
ri ex l. 5. tit. 12. lib. 8. ordinamenti, quæ eſt lex 2.
36 in fine tit. 22. lib. 8. recopilationis, † & ipſe erit
competens ad punitionem Iudex, vt in l. 14. tit.
1. lib. 7. ordinamenti hodie l. 7. tit. 1. lib. 7. recopi-
37 lationis, † & ità punitur obreptio facta Locũte-
nenti, ſicut ea, quæ Correctori fit, vt probat latè
Hippol. de Marſill. in l. ſi quis obrepſerit ff ad le-
gem Corneliam de falſis: Auendaño, vbi proximè
38 verſic. nono. † ſic offendens Vicarium Epiſcopi
debet puniri, ac ſi Epiſcopum offendiſſet, tradit
Bald. in l. ſed ſi hæc §. ſemper ff. de in ius vocando

ex l. oſſa in fine ff. de religioſis, & ſumptibus funerum, § Bald. in cap. ex litteris in fine de officio delegati, Gregor. Lopez in l. 13. tit. 1. par. 2. gloſ.
39 5. † qui idē procedere allegat in offendente Viceregem: nàm & punitur, ac ſi Regem ipſum offendiſſet ex textu ibi Hieronym. Gigas in tract. de crimine læſæ Maieſtatis lib. 1. quæſt. 6. Menoc. conſ. 99. num. 49. vol. 1. Iacobus Sbrozzius allegato tract. de Vicario Epiſcopi lib. 3. q. 60. num. 4. 5. & 6. qui hanc partem de offendēte Vicarium Epiſcopi, latè comprobat poſt Panui. de poteſtate Cap. ſede vacante 2. parte principali quæſt. 10. num. 34. Mandoſ. regula Cancellariæ 24. de male promotis regula 6. num. 4.
40 † Et ideò Vicarius Epiſcopi eſt ſicut Epiſcopus honorandus, Archidiac. in cap. Romana col. 1. verſ. *Curiam* de appellationib. lib. 6. Franc. Marc. q. 421. num. 1. par. 1. & alij relati per Sbroz
41 zium dicto lib. 2. q. 24. num. 3. † Coruſcat enim radijs Epiſcopi, vt inquit Abbas ex dicto conſ. 21. ad finem. Sicut in ſimili dicitur de vxore, quæ ex mariti genere nobilitatur l. vltima C. de incolis lib. 10. l. 1. C. de præpoſitis laborum lib. 12. Tiraquell. de nobilit. cap. 18. Iacob. Gallus conſ. 62.
42 n. 11. † Rurſus, quia Vicarius habet idem Tribunal cum Epiſcopo cap. 2. de conſuetud. in 6. Ioann. Faber in §. item ſi adhuc inſtit. mandati, Benedictus Capra regula 37. num. 29. Sbrozzius dicto lib. 2. cap. 22. n. 7. Stephan. Gratian. dicto tomo 1. diſceptat. cap. 127. n. 19. & 21. Iacob. Gal-
43 luſ. d. conſ. 62. num. 3. † dicēs, quòd & ſi ab Epiſcopo eligatur, iuriſdictio tamèn ordinaria à iure Pontificio ſibi conceditur cap. 1. 2. & 3. de officio Vicarij in 6. l. & quia ff. de iuriſdictio. omn. Iudicum, Berous d. conſ. 22. num. 33. vol. 1. Hoſtienſ. in ſumma de offic. Vicarij n. 2. Azeued. ad
44 Curiam Piſanam lib. 1. cap. 2. num. 19. † quam iuriſdictionem ordinariam exercet Vicarius in Decanum, Archidiaconum, & totum Capitulū, & in vniuerſam Diœceſim. Gloſſa, & Doctores in cap. Romana de appellationib. in 6. & in cap. licet de officio Vicarij eod. lib. gloſſ. in clement. 2. de reſcriptis Abbas dicto conſ. 21. Bertachinus tract. de Epiſcop. 3. par. lib. 4. tit. de officio Vica-
45 rij, Iacob. Gallus vbi proximè num. 2. † Et ideò factum à Vicario, cenſetur factum ab Epiſcopo, vt ex l. 1. §. deieciſſe ff. de vi, & vi armata tradit Rebuff. in praxi beneficiali 1. parte tit. de Vica-
46 rijs Epiſcopor. num. 40. † Et ideo cùm honor loci debeatur ſecundum ordinem dignitatis, & ſuperioritatis, Anton. de Butr. in cap. ſtatuimus 15. num. 2. per text. ibi de maioritat. & obediēt. non poteſt negari illius præcedantia ratione ſu-
47 perioritatis, & Imperij, † quòd ſolùmodo exercetur in inferiores l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad S. C. Trebellian. & in l. nàm magiſtratus 4. ff. de receptis arbitris iuncta l. iudicium, ff. de iudicijs, l. præcipimus, §. penult. C. de appellationib. cap. innotuit, vbi gloſſ. de electione l. 2. tit. 9. partit. 3. vbi Gregor. Lop. gloſſ. 2. Bart. in l. omnes populi num. 22. & 26. ff. de iuſtit. & iure. Cui concinit illud Suetonij Tranquill. in vita C. Iulij Cæſaris. ibi: *Vectium pignoribus captis, & direpta ſupellectile malè mulctatum, ac pro roſtris in concione penè diſcerptum coniecit in carcerem. Eodem Nouium quæſtorem, quod compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet:* Cicero 3. de legibus, *Magiſtratui non obedientem, & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibuſquè coerceat: ni par, maiorvè poteſtas, populuſuè prohibeat:* notum eſt enim
48 † apud Romanos, in occurſu maioris magiſtratus minores ſubmittere faſces conſueuiſſe, vt honori deferre, & imperio parere ſignarent, vt tradit Alexan. ab Alexand. lib. 1. dierum Genia-
49 lium cap. 22. † vndè Valerius Publicola, in affectati Regni ſuſpicionem adductus, cùm concionaretur, faſces populo ſubmiſit, eo arbitratus modo populi, quàm cōſulis maieſtatem iura potiora eſſe; de quo Titus Liuius lib. 2. primæ decadis, & Plutarchus in vita Publicolæ.
50 † Vlteriùs, nàm magiſtratibus honor debetur, idquè naturalis ratio, & omnium gentium mos exigit argum. l. ſemper ff. de iure immunitatis l. omne delictum §. contumacia ff. de re militari, Sarmiento lib. 7. ſelectarum cap. 17. num. 1. Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi 4. parte conſi-
51 derat. 46. Abbas conſ. 21. 1. par. † imò publici honoris conſeruatores ſunt. Nàm, vt Cicero 1. lib. officiorum ſcribit: *Eſt proprium munus magiſtratus intelligere, ſe gerere perſonam Ciuitatis, de-*
52 *bereque eius dignitatem, & decus ſuſtinere,* † quod Romanos maximè obſeruaſſe plura hiſtoricorū exempla demonſtrant, vt conſtat ex Valerio Max. lib. 2. cap. 1. verſ. *Magiſtratus*, quod & mirè conſtat ex eo, quod idem refert de quond Fabio
53 Maximo; † nàm cùm à Senatu legatus miſſus ad filium Conſulem, Sueſſam exiſtentem; poſt quàm animaduertit eum ad officium ſuum extra mænia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoquè, quòd ex lictoribus nemo ſe ex equo deſcendere iuſſiſſet, plenus iræ ſedere perſeuerauit, quod cùm ſenſiſſet filius, proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit, cuius voci Fabius cōtinuò ſubſequutus, dixit: non ego, fili, ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulem agere, nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur, verùm publica inſtituta priuata pietate potiora iudico, cuius meminere Caſſan. in catalog. glor. mund. part. 7. conſid. 24. & parte 11. conſid. 16. Frecc. lib. 1. de ſubfeud. §. alia etiam n. 19. & 21. A. Gellius lib. 2. noctium Acticarum cap. 2. vbi & elegantem Tauri Philoſophi diſputationē adducit. Quæ ratio, obſeruatioquè officiorum eſſe deberet, inter patres, filioſque, in diſcumbēdo, ſedendoquè, atquè in ſimilibus rebus, ſi filij magiſtratus ſint; patres autem eorum priuati; à fortiori igitur idem debebit procedere in Vicario Epiſcopi reſpectu Canonicorum, imò & ipſius Archidiaconi, vt ſedere in potiori, & eminētiori loco debeat; nam alias Iudicis, & magiſtratus authoritas imminueretur, & peruerteretur
54 ordo, † nàm, vt Theophilat. in epiſtola Diui Pauli ad Romanos c. 13. ibi: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* de quo in cap. ſolitæ de maiorit. & obedientia ſubiungit, *Principatus eſſe, & alios quidèm magiſtratu fungi, alios verò magiſtratibus ſubdi neque ſurſum, & deorſum omnia miſceri Dei ſapientiæ dico opus eſſe.* Simanc. lib. 5. de Republica cap. 2. num. 13.
55 † Rurſus, cùm Vicarius ſit maior Archidiaco-

no in

no in iuriſdictione, eò quòd aſſociatus Epiſcopi
cap.in nona actione 16.q.7.c.Romana de appel-
lat.in 6.Abb. d.conſ.21. num.2. Nauarr.conſ.3.
de ſtatu Monachorum. Quia in eodem cap.Ro-
mana Archidiaconi nominantur inter inferiores
Prælatos ſi clarum eſt, Vicarium eſſe præferendũ
omnibus Diœceſanis poſt Epiſcopum cap. ſta-
tuimus §. finali iuncto cap. ſequenti, & argum.
cap. recolentes de ſtatu regularium c. cùm in
tua Diœceſi de ſponſalib. Sbrozzius d.q. 25. nu.
5.& 7.ac n.8.& 10. vbi pro eo citat Caſſaneum
in catalog gloriæ mundi 4.par.conſiderat.46. &
Marc. Anton. Cucum inſtitut. iuris Canonici
tit.8. de Vicario Epiſcopi n.29. & ſeqq. Ioann.
Iacob.Melill.tract.de præcedentia Vicarij cap.4.
Quo argumento vſi fuere aliqui Doctores relati
per Menoch.d.conſ.51.n.7.

56 ✝ Aliud fundamentum Abbatis, vbi ſuprà eſt,
quia quantò quis melioribus præeſt, maior, &
honeſtior cenſetur, auth.de defenſorib.Ciuitatũ
§.nos igitur collat.3. l.quilibet C.de decurionib.
lib.10.ibi. *A nobis quibus propter loci dignitatẽ re-
rum ſumma commiſſa eſt.* vbi notauit Bald. cap.1.
de priuileg. gloſſ.verb.*Canonicis* in cap. ſtatutum
de reſcript.lib.6.Abbas in c.nouit.num.11.in fi-
ne de iudicijs,Borgaſ.de irregularit. par.6. c.de
Simoniac.n.37. Martin.Vranius conſ.8.n.3.tom.
2.Boerius tract. de ordine graduum vtriuſq; fo-
ri n.45.Portius Imolenſ.conſ.167.n.29. Roman.
conſ.460.n.5.Tiraquell.de nobilit.c.8.n.11.Caſ-
ſan. d. conſiderat. 46. & oſtendit Neſtor. apud
Homer.lib.1.Iliad.vbi alloquutus Achillem ait:
*Et ſi tu corporis viribus anteſſas, & Dea matre es
genitus hic tamen potentior eſt, quia in plures im-
perium obtinet.* Et Caſſiador.lib.6.variar.epiſt.42
ait: *Cùm de dignitate commiſſa laus ſemper iudicis
æſtimetur, & potior habẽdus eſt.quàm ſint illi, qui-
bus præeſſe dignoſcitur. Grande eſt quidèm, proce-
rem eſſe; ſed multò grandius de proceribus iudica-
re.* optimè in propoſito Stephan. Bertrand.conſ.
73.n.8.lib.1.

57 ✝ Dubitari autèm non poteſt, quòd Vicarius
Epiſcopi melioribus præeſt, cùm in Archidia-
conum,& alios de Diœceſi iuriſdictionem ordi-
nariam exerceat,& illius virtute pluribus & me-
lioribus præſit c.2. vbi gloſſa verbo *officialem* de
officio Vicarij in 6 gloſſa verbo *generaliter* in d.
cap.Romana, Anton.de Butr. in cap quoniam
num.8.vbi Abbas num.11.de officio Vicarij, idẽ
Anton.de Butr.in c.quoniam n.16.de officio or-
dinarij Alex.n.15.in rubr. ff.de officio eius, cui
mandata eſt iuriſd.vbi Iaſon num.2. Azeued.in l.
1.tit.9.lib.3.recopilat.num.7.& 8. Gregor. Lop.
58 in l.2.tit.4.par.3.gloſ.1. ✝ Archidiaconus autem
nullam poteſtatem habet in Vicarium Epiſcopi,
imò nec iuriſdictionem contentioſam de iure
communi,ſed duobus tantùm in caſibus ſuam
videtur intentionem fundare expreſſis in cap.ad
hæc § in quadam de officio Archidiac. gloſ. in
cap.ad hæc de exceſſib. Prælator. Abbas d.conſ.
21.num.1. optimè Sbrozzius d.lib.2. de Vicario
59 Epiſcopi q.25.num.4. ✝ & ex hac ratione Bo-
nifacius de Vitalin. in clement. & ſi principalis
de reſcriptis.Vicarium Archidiacono, & Cano-
nicis in ſedendo præfert: etiàm quando Epiſco-
pus eſſet præſens, ſicut quando eſſet abſens, ex
Antonio de Prato in tract. de iuriſd. Epiſco. I
cap.2.Azeued.ad Curiam Piſanam d.lib.2.cap.2.
60 num.19. ✝ quia Vicarius generalis Epiſcopi re-
gulariter poteſt exercere iuriſdictionem in eius
præſentia, ſicut in abſentia, niſi in caſibus, vbi
aliud de iure ſtatutum reperitur, ex cap.cùm
nullus de tempor. ordinationum lib.6. notat
Franciſc.Marcus deciſ. Delphinali 483. num.2.
Dominicus in cap. licet de officio Vicarij in 6.
Federic.de Senis conſ.312.incip.Reuerende Pa-
ter in fin.Rebuff. in praxi 1.par. in forma Vica-
riatus n.187.& 223. Sbrozzius lib.2. q.64.num.
1.Selua in tract.de beneſ 2.par.q.4.num.12. Al-
tamiranus in tract.de viſitatione verbo *per ſuum
generalem Vicarium* nu.7. poſt Boer. deciſ. 347.
num.6.

61 ✝ Atquè ex his fundamentis hanc partẽ in fa-
uorem Vicarij Epiſcopi poſt Abb. d.cõſ.21 tue-
tur Felin.n.10.in rubrica de maioritate, & obe-
dientia ad fin.verſ. *& quòd de iure debeat*, & in
cap.ſtatuimus col.2. verſ. *& dicit Abbas* eod.tit.
Iaſ.in l.de quibus num.69.& 77. in fine ff. de le-
gibus,Ioannes de Arnon. ſingul.28. Caſſan. de
glor.mũd.par.4 conſider.46.Rocc. Curt.in cap.
final.de conſuetud. num 110. aliàs num. 30. ante
med.fol.mihi 19. ſecundum primam impreſſio-
nem,Petr.Rauen.eod.tit.de conſuet.ſect.2.num.
42.Boer.de auctor.magn.conſil.num.75.in fine,
& latius num.147.Staphil.de liter.grat. tit. de
mod.& form.impetr.§.tranſeo num.14.fol.mihi
162.Rebuff.in ſua praxi beneficiali,tit.de Vicar.
Epiſcopi num.7. Lancelott.Corrad.in ſuo tem-
plo omn.iud. lib.2.c.6. §.2. n.14. & 15. fol.178.
Henric.Bott.de Synod.Epiſc.par.3 num.20 An-
ton.Gabr. lib.5. de præſumpt.concl.1. num.37.
Papazzo. in ſuis additio. de offic. Vicar. deciſ.1.
num.5.Gambar.de legat.de later.lib.3.num.109.
Ruin conſ.155.num.11.lib.4. Bertrand.conſ.73.
n.8.lib.2.par.1. latè Bero d.conſ 22 n.20. & ſeq.
lib.1.quorum meminit Stephan.Gratian. d.cap.
111.n.24.& vltrà eos Anton. Cuccus in inſtitut.
canonic.tit.de Vicar.n.29.amplians,id procede-
re etiàm in Eccleſ.Cathedrali, Ioann.Franc.Pa-
nuin.tract.de offic.& poteſtat.capituli Sede va-
cante part.10.principali, verſ.an autèm Vicarius
n.17. & alij relati per Sbrozzium d.lib. 2. q.24.
n.1. & ſeqq.Iacob.Gallus d.conſ.62.n.1.& n.12.
62 ✝ vbi teſtatur,in Eccleſia Bononienſi,& Neapo-
litana Vicarios præcedere omnes de Capitulo;
refertquè id fuiſſe deciſum in ſacra Congrega-
63 tione Rituum.die 28.Nouembris 1595.per hæc
verba: *Congregatio ſacrorum Rituum cenſuit, Vi-
carium Generalem. iàm abſente, quàm præſente Epi-
ſcopo, præcedere debere Canonicos, & Dignitates in
Eccleſia, & Choro, & extra in proceſſionibus, ac in
alijs omnibus actibus publicis, & priuatis etiàm in
Synodo Diœceſana.* Alphonſus Epiſcopus Hoſtieſ.
Cardinalis Ieſualdus,facit Sayr. deciſ.3.de offic.
Vicar.Ricci.collect.674.

64 ✝ Sic etiam Rota Roman. deciſ.1.de offic Iu-
dicis in nouis, & deciſ.200.n.4 par.1. diuerſor.
ſacri Palatij reſoluit, Epiſcopi Vicarium in om-
nibus proceſſionibus, Congregationibus, & ſeſ-
ſionibus omnes Decanos,Primicerios, Archidia-

conos,

conos, Canonicos præcedere debere, tàm præ-
65 ſente, quàm abſente Epiſcopo, † vt nouiſſimè
retulit doctiſſimus Dominus Regens Fuluius
Conſtantius quondam collega noſter in ſupre-
mo Conſ. Collaterali Regni Neapolis in l. 1. C. de
conſulibus lib. 12. n. 14. & Sayr deciſ. 3. de offic.
Vicarij, Aloyſius Riccius collect. deciſionũ 1069.
& 1446. & poſt Portium conſ. 167. nu. 24. & 25.
idem agnouit Menoch. conſ. 902. n. 20. & 32. Nõ
obſtantibus ab eo adductis allegato conſ. 51. Se-
66 raphin. Oliuarius deciſ. Rotæ 639. n. 10. † Et ità
in Synodo Diœceſana, Vicarium ſedere debere
ante Dignitates, & Canonicos, reſoluit Conſtan-
tius, vbi proximè num. 15.

Nequè obſtant in contrarium adducta, non
primùm, quòd in Choro laicis non pateat locus,
67 ſed canẽtibus ſolùm, † quia Vicarij Epiſcoporũ
non poſſunt eſſe laici, eò quòd indecorum re-
putaretur, Vicarium Epiſcopi laicum eſſe, cap. in
68 nona actione 16. q. 7. † Et quia laicis Eccleſiaſti-
ca prohibitum eſt tractare negotia, cap. decerni-
mus de iudicijs cap. duo ſunt cap. ſi Imperator
96. diſtinct. Probus in addit. ad Ioannem Mona-
chum in cap. 1. col. penult. de officio Vicarij, Re-
buff. in praxi, 1. par. tit. de Vicarijs Epiſcoporum
à num. 35. Abbas num. 12. Felin. n. 6. Decius num.
15. Ripa 56. in d. c. decernimus, Turrecremata
in d. cap. in nona num. 1. & 2. Sbrozzius lib. 1. de
Vicario Epiſcopi q. 31. num. 1. & ſeqq. & q. 37. nu.
4. Pariſius conſ. 40. vol. 4. Couarr. in c. Alma ma-
ter 1 parte Relectionis §. 11. num. 3. Segura in di-
rectorio Iudicum Eccleſiaſticorum 1. parte cap.
11. num. 1. qui num. 6. Clericos primæ tonſuræ,
Epiſcopi Vicarios eſſe poſſe aſſerit, quarè cùm
ſint Eccleſiaſticæ perſunæ, nullum eſt inconue-
niens, quòd in choro aſſiſtant, & ſuę dignitatis
Vicariatus ſedem habeant debitam.

Nec obſtabit dicere, Vicarium non habere
dignitatem, eò quòd officium amouibile ſit,
69 † quia verius eſt, Vicariatum Epiſcopi eſſe di-
gnitatem cum adminiſtratione, & Vicarium eam
dignitatem habere, gloſ. in clement. 2. verbo *de-
legatus*, & ibi Anchar. in princ, Cardinalis num.
22. Imola 18. de reſcriptis, idem Imola in cle-
ment. 1. n. 5. de regularibus, Abbas in cap. quo-
niam num. 11. de offic. delegati, Ant. de Prato in
tract. de iuriſdict. Epiſcopi cap. 6. num. 51. Millis
in repertorio, verbo *dignitas eſt eſſe Vicarium
Epiſcopi*, Rebuff. vbi proximè n. 28. Sbrozzius d.
lib. 1. q. 35. n. 5. Sunt enim ſpectabiles Vicarij, vt
docet in ſimili Cuiac. in l. 4. C. de annonis, & tri-
butis lib. 10. Menoch. lib. 2. de Arbitrarijs Iudi-
70 cum caſu 68. n. 49. † Et quia ſinè cauſa Epiſco-
pus Vicarium nequit reuocare Ioann. Guttier.
lib. 3. practicar. q. 11. nu. 4. Sbrozzius lib. 3. q. 32.
num. 9.

Nequè obſtat, quòd Canonici videantur fra-
tres Epiſcopi, & non familiares, vt Vicarius. Et
quia in eum pluſquam in illos poteſt. quia Vica-
rium remouet, non Canonicos, quia, vt tradit
Domin Franc. Sarmiento d. cap. 17. verſ. *non ob-
ſtat hoc argumentum* non concludit, nàm ſolùm
probat, reſpectu Epiſcopi non inter ipſos Ca-
nonicos, neque efficit, vt inter eos non ſit maior
71 Vicarius; quod eo ſimili confirmat, † quòd Se-
natoris filius inferior ſit quoad patrem, quàm
plebeius exterus, quia in filium pater plus po-
teſt, non tamen hoc efficit, vt Senatoris filius non
habeatur maior quolibet ex plebe, arg. l. Senato-
ris 1. l. filiam ff. de ſenatoribus. Et ità quòad eos,
in quos Vicarius iuriſdictionem habet, non ob-
ſtat, quod aliqua Epiſcopus non poſſit in eos,
quæ poteſt in Vicarium.

Nequè obſtabit, Vicarium, ſeù vicegerentem
non debere honorari, quantùm principalis, ſcili-
cèt Epiſcopus honoratur, vt ex c. ſanè el ſecõdo
de offic. delegati, cap. final. 93. diſtinct. Decius in
d. cap. ſanè num. 2. Nauarr. conſ. 7. de maioritat.
& obedient. num. 2. & conſ. 8. quia non ex hoc
ſequitur, quòd non ſit præhonorandus Vicarius
72 pluſquàm Archidiaconus, & Canonici. † Nàm
quæ differunt ſecundum magis, & minus, non
differunt ſubſtantia, l. final. ff. de fundo inſtruct.
l. humilem, C. de inceſt. nupt.

Nequè obſtabit, Archidiaconum iuriſdictio-
73 nem habere, & Epiſcopi dici Vicarium, † quia
Archidiaconi officium ex conſuetudine potius,
quàm ex iure communi deſcendit, & ſimiliter
eius iuriſdictio, vt notat Gloſ. & DD. in c. 2. de
exceſſibus prælator. gloſ. in cap. 1. de officio Pri-
micerij, Speculat. lib. 4. tit. de off. Archidiaconi
in princ. Alexand. conſ. 142. viſo proceſſu nu. 5.
vol. 6. Et quia Archidiaconus ſolùm dicitur Vi-
carius Epiſcopi, in duobus caſibus, de quibus in
cap. ad hæc §. in quadam de offic. Archidiaconi,
cap. vt noſtrum eod. tit. quia ea pertinebant ad
iuriſdictionem Epiſcopi, iuxtà notata in cap. 1.
de officio Archidiaconi, generalis autèm Vica-
74 rius Epiſcopi, eſt † Vicarius in tota Epiſcopi
iuriſdictione, iuxtà tradita in cap. licet de officio
Vicarij lib. 6. & idem facit Conſiſtorium cum
Epiſcopo, vt ſuprà probauimus, quod in Archi-
diacono non obtinet, Abbas d. conſ. 21. num. 3.
1. parte.

Non obſtat vltimum, quòd conſuetudo ſit
hoc caſu attendenda, ſcilicèt præferri Archidia-
conũ, vel aliam Dignitatem Vicario Epiſcopi in
75 ſedendo. † Nàm conſuetudo huiuſmodi eſt in-
ualida omni iure, primò enim iuri diuino con-
trariatur, quia nulla iuſtitia eſt, vt maior ſeruiat
minori, cap. eſt ordo 33. quæſt. 5. cap. ad hoc 89.
diſtinct. & iuri Canonico, quia maior in admini-
ſtratione minori præferẽdus eſt, vt ſup. diximus,
& oſtẽdit Sophocles in Aiace flagellifero actu 3.
ſiue Scena.

Honorem Atridis debitum exhibebimus.
Sunt Principes cedendum erit, cur non enim?
Nàm quæquè, vel validiſſima, aut firmiſſima
Subiecta ſunt honoribus.

Item ciuili iure l. vt gradatim ff. de muneri-
bus, & honorib. l. 1. ff. de albo ſcribendo cum
alijs ſupra adductis, & ideò non conſuetudo, neć
præſcriptibilis poteſt dici, iuxtà ea, quæ haben-
tur in ſimili in cap. ad noſtrum de probationib.
76 † Nàm primus humilitatis gradus eſt deferre
maiori, gloſ. verbo *humilitatis* in clem. 1. de reli-
gioſis domibus, iuncto c. de Conſtantinopolita-
77 na 22 diſtinct. Abb. d. conſ. 21. n. 5. † nàm digni-
tatis locum indebitum vſurpans ſacrilegij pœ-
na punitur l. 1. C. vt dignitatum ordo ſeruetur,

quam

quam ità intellexere Iſernia, & Ioann.Baptiſta à
S. Seuerino allegari per Menoch. lib. 2. de arbi-
78 trarijs Iudicum caſu 320.n.15.& † conſuetudo,
quæ contra honeſtatem eſt, nõ valet, vt in c.cùm
decorem de vita, & honeſtat.clericorum, Felin.
in cap.ſtatuimus de maior. & obedient. Caſſan.
in proprijs noſtris terminis in catalogo gloriæ
mundi 4.par.conſiderat.46. Abb.d.conſ.21.n.4.
Petrus Rauenna allegat. in mat.conſuetudinum
79 verſ. *Vicarius.* † Nàm principale, quod in lege
requiritor eſt honeſtas: cap.erit autem lex 4.di-
ſtinct. iuncto cap. porro 33. q. 5. Vnde cùm id
procedat in lege, quæ ex cõſenſu expreſſo pro-
cedit multò magis in cõſuetudine, quæ procedit
ex tacito, l. de quibus ff. de legibus §. ex non
ſcripto inſtitut.de iure naturali, Roland.à Valle
conſ.69.n.34.lib.4. Ioſeph Ludouicus deciſ. Pe-
80 ruſina 14. num. 4. 1. parte. † Et quòd omnis
conſuetudo, quæ contra honeſtatem ſit non de-
beat valere, tradit Crauett.conſ.137.n.4.Rolãd.
à Valle conſ.98.viſo proceſſu.num.28.vol.4.quia
talis conſuetudo potius videtur proceſſiſſe ex
quadam vecordia, ambitione, & ſtultitia, vt in-
nuit text. in cap.legimus.93.diſtinct. & tradunt
Abb. d.conſ.21.nu.4. Curia Piſana lib.2. cap.2.
81 nu.5. † Conſuetudo autem ambitioſa, caſſanda
eſt, cap.fin.de conſuet. l.ambitioſa, ff.de decret.
ab ordine faciend. Cephal.conſ.26.deputati, nu.
82 28.tom.1. † malè enim ſemper audit apud om-
nes omnis præexcellendi ambitio, vti conſtat ex
traditis per Franciſc. Patritium lib.4. Æneidos,
tit.20.Seneca lib.2.de beneficijs, cap.27.Simanc.
lib.6.de Republica, c.15.Cicero 4.in Verrem di-
cens, vt ſtudia, cupiditateſquè honorum, atquè
ambitiones ex omnibus Ciuitatibus tolleret,
(quæ res euertendæ Reipublicæ cauſa eſſe ſo-
lent) cum latè traditis per Menoc. lib. 2. de ar-
83 bitr.iudic.caſu 401. † nec praua innitentes con-
ſuetudine, excuſatione ſunt digni, auth. habita,
verſ. nec ab alterius, C. ne filius pro patre, Ca-
pella Tholoſana quæſt.140. Boer.conſ.4.nu.13.
84 † Et quia carendo ratione, vt caret dicta cõſue-
tudo, vt extirpetur, eſt conueniens, cap.Chore-
piſcopi, ad medium, diſt.68. Et quòd talis con-
ſuetudo non valeat, probat tex.in d.cap.legimus,
vbi reprobatur quorumdam locorum mos, in
quibus Diaconi pluribus ſe præferre volebant,
& ſi eis reſpectu iuriſdictioni ſubditi non eſſent,
fortiùs ergo non valebit hoc caſu, vbi Vicarius
85 in Archidiaconum iuriſdictionẽ habet, † & hu-
iuſmodi argumentum à fortiori firmum eſt, &
validum in iure, auth.multo magis, C.de ſacroſ.
Eccleſ.l.quia parentis, iuncta gloſſ. ff.ſolut.ma-
trim.l.final. C.de inſtitutionib.& ſubſtitutionib.
Rebuff.de priuileg.ſcholaſticor.priuil.3.num.4.
86 † nàm, teſte Ariſt. lib. 3. topicorum; ſi de quo
minus videtur ineſſe, ineſt & de quo magis ine-
tit. Atquè ità iſtam opinionem, quòd conſuetu-
do preſetens Archidiaconum Vicario Epiſcopi
videtur confirmare text. vbi Bart. & Platea in l.
87 omnes, C.de decurionib.lib.10. † tenentes, cõ-
ſuetudinem, quæ tollit priuilegia dignitatis non
valere, ſequũtur in noſtris terminis, poſt Abbat.
d.conſ.21.Iaſo.in d.l.de quibus, nu.69. Felyn.in
d.rubr. de maiorit.& obedient. & in cap.ſtatui-
mus, eod.tit. Caſſan.d.conſid.46. Ioan.de Arno.
d.ſingul.28. Henricus de Bottis tract.de ſynodo
Epiſcopi, 3.par. in princ. nu. 20. poſt Rocchum
de Curte tract.de conſuet. cap.vlt. nu.110. Be-
roeus conſ. 22. num.20.vol.1. Ioan. Iacob. Melil.
tract.de præcedẽtia Vicarij, cap.5.nu.3.Rebuf.
in praxi 1.par. tit. de Vicario Epiſcopi, num. 7.
Sbrozz.d.tract.de Vicario Epiſcopi, lib.2. q.25.
nu.5.qui nu.6. verſ. *tamen* ait, hanc opinionem
maiori Doctorum calculo eſſe fulcitam, & com-
munem, & conſuetudinem prædictam eſſe dete-
ſtabilem, ex ſupra adductis. Curia Piſana d.lib.2.
88 cap.2.nu.5.vbi Azeued.nu.19. refert † Pium V.
motu proprio conceſſiſſe Placentino Epiſcopo,
quòd Vicarius Epiſcopi in Choro Cathedralis
Eccleſiæ habeat in abſentia Epiſcopi vnam de
principalioribus ſedibus, quam Vicarius volue-
rit poſt Pontificalẽ: & quòd duæ iſtæ ſedes ſint
ſemper vacuæ, vt Vicarius, in qua ſedere malue-
rit, cùm aduenerit, elegerit.

Nequè obſtabit ſecundum hæc, Archidiaco-
num debere poſt Epiſcopum primam ſedem
obtinere, quia hoc debet intelligi reſpectu alio-
rum Clericorum iuriſdictionem non habentiũ
89 in Archidiaconum. † Nàm huiuſmodi priuile-
gium, & ſi generalitèr loquatur, debet intelligi,
& reſtringi, vt abſurditas euitetur, iuxta tex.no-
tabilem in ſimili, in cap.ex ore, de priuileg. Ab-
bas d.conſ.21.num.5.nàm ſemper eſt abſurditas
vitanda, clem.2. de magiſtris, l.nàm abſurdum,
ff.de bonis libertorum, cap.clericis, de offic.Vi-
carij, Decius conſ.19.nu.3.verſ.ſuadetur, 1.tom.
Cæphal.conſ.210.Magoniæ, nu.12.tom.2. Rol.à
Valle conſ.25. quia caſus, num. 24. volum.3. &
conſ.71. num. 30. lib.2. & abſurdum foret, Ar-
chidiaconum debere præcedere Vicarium Epi-
90 ſcopi per ſupradicta. † Et quia inter Epiſco-
pum, & eius Vicarium in ſua Diœceſi non eſt
dare gradum, cùm idem ſit Tribunal, & Conſi-
ſtorium, cap.2.de conſuetud.in 6. cap.Romana,
de appellat. eod.lib. & coruſcat radijs Epiſcopi
Vicarius, ſicut dicitur de vxore, quæ per maritũ
nobilitatur, l.fin. C.de incolis, lib.10. Sbrozzius
d.lib.2.quæſt.24.à nu.3.& quæſt.25.nu.4.
91 † Et idem Iacob.Gall.d.conſ.62.nu.18. addu-
cit deciſionem Rotæ, factam ad fauorem Vicarij
contra Decanum, quæ apud eum videri poteſt.
92 † Benè verum eſt, quòd cùm Vicarius Epiſco-
pi poſſit etiã eſſe Canonicus in Cathedrali, iuxta
capitulum petitio, vbi Anton. de Butrio nu.2. &
93 Ioan.de Imola nu.1.de Procurator. † Vicarius,
aut Officialis generalis aſſiſtat tanquàm Cano-
nicus in choro, vel Capitulo, debebit ſedere in
ſuo loco, vel in proceſſionibus, & non præcedet
Canonicos antiquiores, teſte Dominico, Gemi-
nia.& Peruſino in cap.à collatione, nu. 6. de ap-
pellat.Sigiſmund.Loffred.in Parephr.feudal.fol.
34. col.4. verſ.nec obſtat ſextum. Ioan.Franciſc.
Purpur. in l.1.nu.192.& ſeq. ff.de offic.eius, cui
mandata eſt iuriſdictio, Seraph.deciſ.Rotæ 437.
num.5.niſi contrarium eſſet conſuetudine indu-
ctum, vt ex Philipp.Franc.in d.cap. à collatione,
nu.6.tradit Sayr.d.deciſ.3. de offic.Vicarij, Fe-
lix Cantelorius quæſt.1. de præcedentia, nu.24.
94 Marta voto 101. nu. 2. † Et in Vicario Capituli

Sede

Sede vacante, quòd ſi ſit Canonicus, debeat tan-
quàm talis ſedere in ſuo loco, tradunt Lanfranc.
tract. de offic. & poteſt. Vicarij Capituli Sede
vacante, 2. par. quæſt. 10. Rebuff. in praxi beneſ.
1. par. tit. forma Vicariatus Archiepiſcoporum,
nu. 28. Boer. de auctorit. magni conſil. nu. 66. Ca-
pyc. deciſ. 27. nu. 27. Nauar. conſ. 2. de maiorit. &
obedient.
95 † Et facit, quòd cùm Epiſcopus poſſit etiam
eſſe Canonicus in eadem Eccleſia, vt per Abbat.
in cap. poſtulaſti, num. 11. de conceſſ. præbend.
Dec. conſ. 641. nu. 2. Auguſtin. Bero. in cap. ex li-
teris, nu. 1. & 58. de probat. Capyc. vbi proximè
Ioan. Mohedan. deciſ. 1. de priuileg. Ioan. Franc.
Purpurat. conſ. 491. nu. 5. tom. 2. Vinc. de Frãch.
deciſ. 138. nu. 3. Tobias Nonius conſ. 72. num. 6.
Riccius collect. 674.
96 † Si ſit in Capitulo tanquàm Canonicus, non
poterit plus quàm ſimplex Canonicus, & contra
eum obtinebit maior pars, vt ex Bald. in margar.
verbo Epiſcopus, tradit Purpurat. in d. l. 1. nu.
198. & 203. ff. de offic. eius.
97 † Ideò quandiù interuenit cum Capitulo tan-
quàm Canonicus poteſt appellari ad eum tan-
quàm Epiſcopum, vt per Alciat. conſ. 9. num. 10.
98 lib. 1. † & ſi fuit in mora tanquàm Canonicus,
an poſſit ſupplere tanquam Epiſcopus quæſiuit
Bald. in cap. irrefragabili, de offic. Ordinarij, &
99 reſpondet quòd ſic, quia † quoties duo iura
ſucceſſiuè competunt alicui, excluſus ab vno
non excluditur ab altero, l. ſi filius, verſ. *Pau-
lus*, ff. de bonis libertor. ſicut excluſus à bonorũ
poſſeſſione non excluditur à iure adeundi, l. ſer-
uum hæredem, C. de iur. deliber.
100 † Reſpectu verò loci ſedendi tractat Seraph.
deciſ. 437. nu. 4. Zerol. in praxi Epiſc. par. 1. verb.
Epiſcopus, §. 7. dicens, quòd in aliena Eccleſia
ſedebit vt Canonicus, gloſ. in cap. à collatione,
verſ. *Prælatus*, de appellat. lib. 6. Capyc. deciſ. 27.
nu. 26. Vinc. de Franch. deciſ. 138. nu. 5. in ea verò,
in qua eſt inſimul Epiſcopus, & Canonicus, ſe-
debit in primo loco, quando aliter non ſe habe-
ret priuilegio, vel conuentione, vt in Epiſcopo
Melitenſi, Capuiaq. dec. 307. par. 1. Puteus deciſ.
101 104. lib. 3. † vbi quòd Epiſcopus Mileuitanus
ſedet in Concilio poſt Priorem, vel magnũ Ma-
giſtrum, quia Epiſcopus in Concilio non adeſt
vt Epiſcopus, ſed vt deferens magnam Crucem,
Felix Cantelorius quæſt. 1. de præcedent. debita
Religioni Prædicatorum, eiuſque Magiſtro Ge-
nerali, nu. 20. Ricc. in collectan. deciſ. 147. par.
1. & collect. 470. par. 2.
102 † Vndè quando Epiſcopus eſſet in Collegio
tanquàm collegiatus non deberet præcedere an-
tiquiores; ſed ſedere in loco ad eũ ſpectanti tan-
quàm collegiato, ex gloſ. verbo *Prælatus*, in d.
cap. à collatione, quam dicit ſingularem Abbas
in cap. auditis, nu. 4. de elect. Marinus Freccia
lib. 1. de ſubfeud. §. alia etiàm fuit quæſtio, num.
27. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 5. par. 1. gloſ. 1.
in fin. Capyc. d. deciſ. Neapol. 27. num. 29. Ioan.
Franc. de Ponte conſ. 14. nu. 50. & 65. tom. 1. &
plures alij relati per Maſtrill. deciſ. Sicil. 130. nu.
103 2. 3. & 4. Felix Contelorius vbi proximè † di-
cens nu. 23. quòd vbi agitur de collegiali præce-
dentia, Dignitas non collegialis, quantùmuis ma-
gna non attenditur, Ioan. Franc. Purpurat. in l. 1.
nu. 190. ff. de officio eius, cui mandat. eſt iuriſdi-
ctio, Fab. de Anna conſ. 122. nu. 20. Maſtrill. vbi
proximè nu. 4. Seraphin deciſ. Rotæ 1216. Sigiſ-
mund. Loffred. loco ſupra citato, verſ. *& licet ex*
104 *prædictis*, vbi dicit, † ità ſeruari in ſacro Au-
ditorio Rotæ, vt ſcilicèt antiquiores præferãtur
poſterioribus, etiã ſi ſint Epiſcopi, & quòd hæc
cõcluſio procedat etiàm in hac Sacra Congrega-
tione, ſaltè inter Prælatos, qui non ſunt Epiſco-
pi, idem Seraphin. deciſ. 716. nu. 15. & 16. Steph.
Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 298. num. 34.
& nouiſſimè Ioan. Bapt. de Thoro in compend.
deciſ. Regni Neap. tom. 2. verb. *præcedere*.
105 † De quo tamen tractantes DD. plures censẽt,
quòd ſi Epiſcopus ſit collegiatus, vel Canonicus
habebit ſecundum locum, videlicèt poſt Præſi-
dem Collegij, ſeù Capituli, Decanum, ſeù Ar-
chidiaconum, & hoc proptèr præexcellentiam
dignitatis Epiſcopalis, ex Abbate in d. cap. audi-
tis, nu. 4. & in cap. poſtulaſti, num. 4. de conceſſ.
præben. Dec. in cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs,
num. 100. de iudic. Felyn. nu. 9. in rubr. de maior.
& obedient. Boer. de author. magni conſilij, nu.
65. Caſſan. in cathalog gloriæ mundi, 5. par. con-
ſiderat. 45. verſ. *debet tamèn habere ſecundum lo-
cum*, Purpur. in d. l. 1. num. 192. & 194. de Ponte
d. conſ. 14. nu. 50. Maſtrill. ita intelligendus d. de-
ciſ. 130. nu. 33. Ioan. Andr. Geor. alleg. 35. num. 9.
Doctor Marta voto 101. nu. 3. & ſeq. Fab. de An-
106 na conſ. 40. nu. 36. 46. & ſeq. † exemplum po-
nens in Epiſcopo Biſiniani, qui cùm eſſet crea-
tus Regius Conſiliarius in Sacro Conſilio Nea-
polis, non ſedit in loco ſuo vti Conſiliarius, ſed
immediatè poſt Præſidem, ſiuè Decanum, idem
conſ. 122. nu. 19. 21. & 30. Vincent. de Franch. de-
ciſ. 138. in fine, idem in addit. ad eam, de Ponte
deciſ. Collat. Conſil. 8. num. 7. concludens etiàm
pro reſolutione fundata num. præced. Io. Aloyſ.
Riccius part. 3. collectan. deciſ. 674. itaque
fuit deciſum in Collaterali Conſilio pro dicto
Epiſcopo aduerſus prætenſa per alios Conſilia-
rios refert D. Regens Fuluius Conſtantius in
107 dicta l. 1. C. de Conſulib. nu. 17. & ſeq. † vbi re-
ſpondet obſeruantiæ almi Collegij Doctorum
Neapolis, quòd Epiſcopus collegiatus in eo, oc-
cupet locũ ad ſe ſpectantem tanquàm collegia-
tũ, id eſſe particulariter conceſſum Collegio, ex
Priuilegio Reginæ Ioannæ, vt aduertit Fab. de
Anna conſ. 40. num. 46. & fuit obſeruatum cum
Epiſcopo Inſulæ. Quæ omnia tanquàm ſci-
tu digna omittere nolui; ſed futuræ memoriæ
mandare, quæ exornari poſſunt ex his, quæ tra-
dit Iacobus Gallus conſ. 29. per totum, qui nu. 9.
& 33. concludit etiàm pro opinione relata ſupra
num. 105.

SVM-

SVMMARIVM.

1 DEclarationi primæ cum iuramento ſtandum eſt, & non ſecundæ.
2 Teſtis depoſitio ſecunda, contraria primæ non valet.
3 Depoſitio prima in fauorem rei præualet.
4 Depoſitio prima in fauorem inquiſiti, præualet ſecundæ factæ in tortura, & nu. 5.
6 Teſtis fides pendet à iuramento, maximè in criminalibus, & nu. 7.
8 Ratificatio depoſitionis ſecundæ facta in tortura, non nocet priori.
9 Teſtium dicta quando non poſſunt concordari, tunc primum præualet.
10 Teſtis dictum ſuum poteſt corrigere in continenti.
11 In continenti dicitur, antequam diſcedat à preſentia Iudicis.
12 Teſtis non poteſt dictum ſuum corrigere ex interuallo.
13 Teſtis contrarians ſibi in ſecundo dicto redditur periurus.
14 Teſtis varius præſumitur falſum depoſuiſſe in ſecundo dicto.
15 Teſti periuro non creditur.
16 Teſtis periurus, nec facit indicium.
17 Teſtis periurus, puniri poteſt.
18 Teſtis contrarius, licet ſibi noceat, non tamen nocet ei, pro quo depoſuerat.
19 Conſilium mutare quis non poteſt, in alterius iniuriam.
20 Teſtis varians, preſumitur in ſecunda depoſitione, doloſè feciſſe.
21 Teſtis primum dictum veriſimiliùs attenditur.
22 Teſtis primum dictum ſine iuramento, ſi iuuetur coniecturis præualet.
23 Teſtis depoſitio ſecunda inueriſimilis non attenditur.
24 Veriſimilitudo etiàm in pœnalibus attenditur ad vitandum delictum.
25 Bonus quis præſumitur de iure.
26 Magiſtratus præemineus præſumitur bonus, & iuſtus.
27 Sacrilegij ſpecies eſt dubitare, an ſit dignus quem Princeps elegit.
28 Argumentum à veriſimili negatiuè ſumptum, validum eſt.
29 Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ.
30 Veriſimile quod non eſt, habet ſpeciem falſi.
31 Confeſſio facta calore iracundiæ, non nocet tertio, & num. 34.
32 Confeſſio ſpontè ſe offerentis ad deponendum, fide labefactatur.
33 Teſtis ſponte veniens ad deponendum, præſumitur inimicus, & non probat.
35 Confeſſio facta calore iracundiæ, non nocet confitenti.
36 Confeſſioni, quæ tendit in damnum alterius, non ſtatur.
37 Confeſſio Prælati, non nocet Eccleſiæ.
38 Teſtis animosè deponens, redditur ſuſpectus.
39 Interrogatus de ſe, non poteſt contra alium teſtificari.
40 Teſtis repetitus ſinè cauſa, non probat.
41 Teſtis deponens vltra interrogata, non facit fidem.
42 Teſtis inimicus nullam fidem facit.
43 Clandeſtinis in delictis, an admittantur probationes minus legitimæ.
44 Secretò quæ fiunt, ſunt difficilis probationis.
45 Mediator, qui ſe aſſerit aliquid feciſſe, non probat contra alium.
46 Mediator in crimine ſimoniæ, propter illius grauitatem admittitur.
47 Coniuratio aduerſus proprium Epiſcopum probatur per complices.
48 Corruptio Iudicis in his Regnis Caſtellæ, qualitèr probetur.
49 Exiſtimatio, & bona fama, eſt ſtatus dignitatis illæſæ.
50 Exiſtimatio qualitèr minuatur in homine.
51 Exiſtimationis iactura grauis eſt in viro nobili, & Magiſtratu.
52 Mori melius eſt, quàm famæ iacturam pati.
53 Fama bona præſtat diuitijs.
54 Famam ſuam qui negligit, crudelis eſt.
55 Famam qui negligunt reprehenſione digni.
56 Famam ſuam præcipue debet defendere publica perſona.
57 Falſum teſtimoniũ dicens in aliquem, debet damnum reſarcire.
58 Fama debet reſtitui proximo per eum, qui illam læſit facto, aut verbis.
59 Famæ læſio maior eſt, quàm aliarum rerum.
60 Honor eſt maximum bonorum externorum.
61 Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.
62 Diffamans aliquem falsò, debet reſtituere famam eius.
63 Famam alterius lædens dolo, aut lata culpa debet reſtituere.
64 Reſtitutio famæ debet fieri in loco vbi fuit læſa.
65 Reſtitutio debet eſſe repoſitio in priſtinum ſtatum.
66 Naturale eſt aliquid diſſolui eo modo quo colligatum eſt. & nu. 103.
67 Confeſſori aſſerenti habere licentiam reuelãdi confeſſionem, an credatur, & nu. 68.
69 Comprobatio ſchedulæ inducit ſemiplenam probationem.
70 Confeſſionis ſacramentalis reuelatio regulariter prohibetur.
71 Confeſſio ſacramentalis poteſt reuelari de conſenſu confitentis.
72 Confeſſionis reuelatio facta de licentia, valet etiam in foro iudiciali.
73 Confeſſori reuelanti de licentia adhibetur maior fides, quàm vni teſti.
74 Sacerdotis qualitas multùm attenditur in teſte.
75 Teſtis religioſus Sacerdos, vicem duorum teſtium habet.
76 Teſtis religioſi depoſitio ad fauorem innocentis eſt maximi momenti.
77 Damnatis ad mortem ſolet deputari Confeſſor ſacramentalis.
78 Confeſſorẽ eligit quilibet laicus vigore Bullæ Sanctæ Cruciatæ.
79 Confeſſori reuelanti confeſſionem de licentia, fides adhibetur.
80 Epiſcopi litteris in concernentibus illius officium creditur.

81 Nuntio

81 *Nuntio fidem facienti ſe citaſſe, creditur.*
82 *Confeſſarij reuelatio de licentia, ad exonerationem offenſi in honore multum iuuat, etiàm in iudicio exteriori.*
83 *Teſti vnico circa ſibi commiſſa, quando fides adhibeatur.*
84 *Identitas licentiæ reuelandi confeſſionem, quomodo probetur.*
85 *Comparatione litterarum probatur identitas ſchedulæ.*
86 *Geminata confeſſio ex quibus reſultet, ſcripturis, aut epiſtolis.*
87 *Teſtis an poſſit in ſcriptis deponere.*
88 *Probatio per comparationem litterarum poteſt fieri mortuo eo, qui ſcripſerat.*
89 *Depoſitio in ſcriptis ad fauorem alicuius, magnã præſumptionem inducit.*
90 *Expreſſa dicitur depoſitio, per relationẽ ad aliud.*
91 *Intelligi dicitur propriè aliquid, per relationem ad aliud.*
92 *Relatum cenſetur eſſe in referente, cum ſuis qualitatibus.*
93 *Scripto quod fit, cenſetur factum cum deliberatione.*
94 *Scriptura continet humanorum actuum fidele teſtimonium.*
95 *Teſti declaranti in mortis articulo, falſum dixiſſe, an credatur.*
96 *Teſtis deponens in mortis articulo ad alicuius exonerationem, multum conſideratur.*
97 *Teſtis in mortis articulo non præſumitur falſum dicere, nec immemor ſalutis æternæ.*
98 *Veritas nunquàm melius habetur, quàm à morte deſtinato.*
99 *Exculpatio facta in mortis articulo, eneruat inculpationem præcedentem.*
100 *Exculpatio quam vim habeat, remittitur arbitrio Iudicis.*
101 *Exculpatio facta à proximo morti, valet etiàm ſine iuramento.*
102 *Geminationis vis eſt magna.*
104 *Fraus non præſumitur, vbi gladius hominis, & Dei eſt ſupra ceruicem morituri.*
105 *Teſtimonium teſtis infirmi, quando præponderet.*
106 *Mortis articulus ſupplet in teſte præſentiam partis, & Iudicis.*
107 *Morientis aſſertioni creditur in damnum eius.*
108 *Moriens omnis nõ præſumitur, ſicut Diuus Ioannes Baptiſta, aut Euangeliſta.*
109 *Experientia rerum magiſtra docet.*
110 *Morti proximus in eo, quod agit, arguit deſideriũ ſalutis æternæ.*
111 *Morti proximum, velle mori cum peccato, non eſt veriſimile.*
112 *Morti proximus nõ cenſetur machinari, aut fraudem velle facere.*
113 *Creditur confitenti ſacramentalitèr, & nu. 137.*
114 *Intellectus l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens, ff. ad S. C. Sylanian.*
115 *Exculpatio vulnerati mortiferè ad alicuius fauorem, tollit indicia, quæ eſſent contra ipſum, etiàm ad torturam.*
116 *Iura promptiora ſunt ad abſoluendum, quàm condemnandum.*
117 *Conſcientia vbi imminet, eſt ſibi teſtis, & Iudex.*
118 *Reſtitutio famæ, & honoris, poteſt fieri cum minori damno reſtituentis.*
119 *Reſtitutio rei debet fieri cum iactura, etiam rei eiuſdem ordinis.*
120 *Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ.*
121 *Reſtitutio fieri debet abſquè maiori proximi læſione, corporis, vel famæ.*
122 *Reſtitutio ex rationabili cauſa poteſt differri in tempus commodius.*
123 *Reſtitutio ex cauſis rationabilibus, poteſt differri, vt fiat poſt mortem.*
124 *Reſtitutio poteſt fieri per intermediam perſonam ex iuſta cauſa.*
125 *Facere poſſe intelligitur, ſi commodè, & ſalua dignitate fieri poſſit.*
126 *Impotens ad reſtituendum dicitur, qui non poteſt, aut malè poteſt.*
127 *Furtum qualificatum, furcarum pœnam meretur.*
128 *Furcis poteſt quis ſuſpendi pro vno furto magno, aut tribus paruis.*
129 *Furcarum mors, omni tempore fuit ignominioſa.*
130 *Decapitationis mors eſt honorabilis, & in nobilitatis fauorem inducta.*
131 *Furcarum pœna, multò grauior, quàm decapitationis.*
132 *Reſtituere poſſe non dicitur quis, cum damno bonorum altioris ordinis.*
133 *Honor etiam in genere mortis, cuicunquè vtilitati præponitur.*
134 *Honor eſt res maior bonorum externorum.*
135 *Sanguinem ſuum, qui curat redimere excuſatur.*
136 *Honorem ſuum redimere curanti parcitur.*
138 *Confeſſori ſoli quando credatur.*
139 *Confeſſori creditur ſuper emendatione alicuius.*
140 *Actus quando fit in occulto, vel ſecreto. admittitur probatio, quam patitur ipſius actus natura.*
141 *Argumentum ab authoritate Doctorum eſt validũ.*

P R O

Licentiato Andrea de Ayala, vno ex Magiſtratibus Hiſpaniarum, qui vocantur Alcaldes de Caſa, y Corte, *cum Regio Fiſco. Sequentia in facto, & iure ſunt animaduertenda, vt conſtet ipſum eſſe liberum, & innocentem ab omnibus, quæ ſibi ſunt imputata ex quadam ſecunda teſtificatione D. Michaelis de Leon.*

A R G V M E N T V M.

Exculpatio damnati ad mortem facta per ſchedulam relictam eius Confeſſori, & de licentia illius publicata pòſt executam mortis ſententiam, an releuet. Et de materia reſtitutionis famæ. Et nullitate confeſſionis ſecundæ iudicialis, contrariæ primæ.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CII.

Facti ſeries.

CVM procederetur criminalitèr contra D. Michaelem de Leon ſuper fraudibus, deceptionibus, & impoſturis ab eo commiſſis, maliſq; modis, quibus pecunias accepit ad corrumpendos iuſtitiæ miniſtros, in maximis quantitatibus, quas ipſe retinuit, & pro alijs delictis, in prima ſua declaratione, ſeù confeſſione iudiciali mediante iuramento, declarauit, & confeſſus fuit, quòd dictus Alcalde de Ayala erat vnus ex optimis Iudicibus, quos Sua Maieſtas habebat, & in nulla re defecerat à ſui muneris, & officij obligationibus, & quòd ipſe penès ſe retinuerat, & in ſuos vſus cõuerterat pecunias, quas ſub quæſito colore corrumpendi dictum Alcalde, ſeù alios Iudices extorſerat à quibuſdã perſonis, aliaſq; fraudes commiſerat, de quibus inquirebatur. Demùm poſt dies 43. cùm proceſſus ſuæ cauſæ fuiſſet concluſus, variauit, diuerſas culpas confingendo aduerſus dictum Alcalde Ayala.

Cùm verò ad mortẽ fuiſſet damnatus dictus D. Michael pro dictis criminibus, & decapitandus foret, vt ſuam conſcientiam exoneraret, animæ ſaluti conſulendo, in foro Magno Madriti, & in loco ipſo patibuli corã omni populo, pluribuſquè propinquius adſtantibus, conſignauit ſuo Confeſſori chirographum, ſeù ſcripturam manu propria ſcriptam, ſuoq; nomine ſubſcriptam, rogans eum, vt ipſo mortuo ipſam legeret alta, & intelligibili voce pro ipſius animæ exoneratione, in qua dicebat, & fatebatur, falſum teſtimoniũ dixiſſe cõtra dictũ Alcalde Ayala, dùm aſſeruit, dediſſe illi pecunias quas pro quibuſdã cauſis receperat ab inq̃ſitis, iuramentoq; aſſeruit, falsũ fuiſſe tale teſtimonium, ſuper quo, & rebus alijs, quas falsò illi imputauerat, reliquit ſcriptã quandam epiſtolam Suæ Maieſtati, in qua affirmabat, quòd in omnibus, & per omnia, quæ dixerat contra dictum Alcalde, fuerat mentitus, tanquàm malus homo, & malus chriſtianus, ſupplicabatquè Maieſtati ſuæ, quòd illum ad eius officium reſtitueret, vt ratio erat, cùm eſſet Iudex multum bonus, & dedit licentiã in ſcriptis ſuo Confeſſori, vt valeret dicere, & teſtificari, intangentibus dictum Alcade Ayala, reuelando, & manifeſtando eius confeſſionem ſacramentalem pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, cuius licentiæ virtute, dictus Confeſſor ſuum teſtimonium, præuio iuramẽto iudicialitèr protulit, pro veritate, productiq; fuere alij teſtes tàm religioſi, quàm ſeculares, qui viderunt dari ſcripturam prædictam Confeſſori per dictum D. Michaelem, comprobaruntq; eſſe illius manu ſcriptã, & ſubſcriptam, quam habebant notam, & ſimilitèr de licentia ad reuelandum confeſſionem ſacramentalem.

His ſuppoſitis quæſitum à me fuit, quam fidẽ, & effectum faciant dictæ exculpationes D. Michaelis de Leon ad fauorem dicti Alcalde Ayala, & an ipſum liberare valeant à culpis, quas imputauerat illi in ſecunda confeſſione, talitèr quòd dicto Alcalde (& etiam Marchioni Mondexaris, quem etiam detulerat, & fuerat grauitèr calumniatus) reſtitui debeant honores, & officia, animaduertendo, quòd præfatus D. Michael de Leon erat nobilis Hidalgus vigore executoriæ regiæ, & filius Licentiati Lupi de Leon, qui fuit de Conſilio Suæ Maieſtatis in Regia Cancellaria Granatenſi, & quòd ſi feciſſet publicè dictam ſatisfactionem, fortaſſis non fuiſſet decapitatus, ſed impoſita illi mors alia ignominioſa, quæ illũ, & genus, ac familiam illius exhonoraret.

Hoc facto ſuppoſito, quod certum eſt, vt cum diſtinctione reſpondeã, quatuor articulis fundabitur. Primò, quòd prior confeſſio D. Michaelis fuit valida, & nõ potuit effectus illius tolli cõfeſſione ſecunda iudiciali. Secundò, ſtandũ eſſe declarationi ſui Confeſſoris de eius licentia factæ. Tertiò, quòd confeſſio, & declaratio ab eo facta tempore mortis imminentis, ſufficit ad eneruandam ſecundam confeſſionem, & exculpandum omninò dictum Alcalde. Quartò, quòd ex prædictis remanſit ſufficientèr reintegrata, & reſtituta fama dicti Alcalde.

PRIMVS ARTICVLVS.

Dubium iſtius Articuli facilem videtur habe-
1 re reſolutionẽ, cùm de iure ſit deciſum, † quòd ſi aliquis in primo dicto, ſeù depoſitione cum iuramento aliquid declarauit, & in ſecũdo contrarium aſſeruit, ſtandum erit primæ depoſitioni, cenſeriq; in ſecunda mentitum fuiſſe, & falsũ depoſuiſſe, cap. cùm in tua 44. circ. fin. de teſtib. vbi gloſſ. fin. id tenet expreſsè, arg. cap. per tuas, de probat. ibi, *cùm nimis indignum ſit iuxtà legitimas ſanctiones, vt quòd ſua quiſquè voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare*, l. generaliter, vbi Bald. num. 3. C. de non numer. pecun. gloſ. verbo *innocentes*, in cap. 1. de except. Specul. tom. 1. tit. de teſte, §. apponitur, nu. 70. alia gloſ. verb. *voluerint*, in c. cùm
2 cauſam 37. de teſtib. dùm tenet, † quòd ſi quis teſtis ſecundò inductus, dicat contrarium eius, quod primò dixit, tunc ſecundum dictum non valet, nec creditur ei, arg. dicti cap. cùm in tua, & cap. ſollicitudinem, de appell. in fin. gloſ. verb. *vtraquè pars*, in fin. in cap. veniens 38. de teſtib. vbi Innoc. nu. 5. Abb. & Felyn. in d. cap. cùm in tua, nu. 4. idem Abb. & Franc. Aretin. in c. ſicut, nu. 1. eod. tit. Bart. conſ. 86. incip. non creditur, nu. 1. par. 1. Corneus conſ. 383. nu. 3. par. 1. & Bal. conſ. 384. nu. 6. par. 3. Decius conſ. 174. incip. in cauſa falſitatis, nu. 8. circ. fin. & conſ. 188. incip. lætatus, nu. 12. tom. 1. & eſt communis opinio, vt per Philip. Corne. conſ. 27. in præſenti conſultatione, nu. 15. vol. 3. Barbat. conſ. 29. nu. 7. & 8. vol. 1. Franc. Burſat. conſ. 216. num. 101. vol. 2. Pariſ. conſ. 107. nu. 64. vol. 1. Purpurat. conſ. 133. nu. 29. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 13. nu. 8. verſ. *tertium eſt*, Io. Vinc. Honded. conſ. 93. nu. 23. tom. 2. Morot. reſpon. 61. nu. 8. Capella Tholoſ. q. 281. nu. 1. vbi Addit. Rota Cæſar. de Graſſ. dec. 8. de teſtib. nu. 1. Rota deciſ. 346. nu. 2. & 3. & deciſ. 415. nu. 2. par. 1. diuerſ. ſacri Palatij, Farinac. tract. de teſtib. quæſt. 64. num. 124. & ſeq. & deciſ. 414. nu. 3.

par.2.tom.1.& deciſ.167.num.10.par.1.tom.1.
nouitèr nouiſſ. Menoch.conſ.37.nu.146.tom.1.
3 † Quod magis procedit, quando prima depo-
ſitio fuerat in fauorem rei, Decius d. conſ. 188.
num. 12. Ioan. Cæphal. conſ. 234. num. 10. vol. 1.
Alciat. communem dicens, de præſumpt. regul.
2. præſumpt. 29. num. 13. & ex Abbate in d. cap.
cùm in tua, nu. 9. vbi Felyn. verſ. *ſecunda concluſio*, Roland. à Valle conſ. 16. num. 23. vol. 1. Iulius
Clarus in praxi §. fin. q. 53. nu. 13. Ægid. Boſſ.
in praxi tit. de oppoſitione contra teſtes, nu. 5.
& 6. Franciſc. Burſat. conſ. 34. num. 11. vol. 1.
& conſ. 275. num. 9. & 10. & conſ. 311. num. 30.
4 vol. 3. † qui hoc ampliat etiam ſi ſecunda vice
teſtis in tortura contrariũ affirmaret eius, quod
primo loco depoſuerat, quod & ſequuntur Bartholom. Soccin. conſ. 253. num. 1. verſ. *ſecundo*,
vol. 2. Aymon Crauetta conſ. 6. num. 47. tom. 1.
Ioan. Petr. Surd. conſ. 173. nu. 92. tom. 2. Paul.
Merenda conſ. 40. num. 8. & conſ. 50. num. 27.
Honded. conſ. 102. num. 38. volum. 1. Ludouic.
Morot. reſponſ. 61. num. 6. & 7. Gregor. Lop.
in l. 30. tit. 16. part. 3. gloſ. 2. Menoch. lib. 2. de
5 arbitrar. Iudic. caſu 108. nu. 15. dicens, † quòd
quando ad commodum alterius, vel ſui, & alterius quis interrogatur, tunc à primo dicto non
receditur, & ſi ſecundum cum tormentis prolatum fuerit, ex Bartol. in l. 1. §. quæſtioni, ff.
de quæſtionib. quem ſequuntur Franciſc. de
Aretio conſ. 71. num. 1. colum. 2. Alciat. d. præſumpt. 29. num. 7. Crauett. d. conſ. 6. num. 45.
Cæphal. conſ. 234. num. 10. lib. 2. Thom. Grammat. conſ. 59. num. 7. Couar. d. cap. 13. num. 8.
ad finem, Burſat. conſ. 216. num. 105. volum. 2.
Cacheran. deciſ. Pedemont. 79. num. 21. & 22.
Carol. Ruin. conſil. 146. lib. 3. idem Cæphal.
conſ. 233. num. 7. & conſ. ſeq. num. 1. & alijs,
6 qui eam adducunt rationem, quòd cùm fides
teſtis pendeat à iuramento, ſi teſtis efficiatur
periurus, quia inter duo iuramenta contraria
poſitus non creditur, nec fides vlla ei adhibetur
in præiudicium tertij, etiàm cum tortura; quia
etſi per eam videatur purgari infamia, argum. l.
ob carmen, §. penult. ff. de teſtibus, §. ſi verò, in
authent. eodem, collat. 7. non tamen periurium
7 † maximè in criminalibus, in quibus aliud ſeruari ſolet, vt ex Bart. in l. 1. num. 12. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. & Cæphal. d. conſ. 234.
num. 19. lib. 2. tradit Menoch. d. num. 15. in fine,
plures adducti per Petr. Binsfeld. 2. tract. de
ſimonia, cap. 33. in fine, etiàmſi tortura eſſet data dicto D. Michaeli ad effectum, vt teſtificaretur in cauſa dicti Alcalde Ayala, eo quòd ſpontè, & abſque tortura voluiſſet corrigere ſuam
primam confeſſionem, & teſtificationem con-
8 tra illum. † Nàm etſi ratificaſſet in tortura, quod
ſecundo loco depoſuerat, adhuc foret ſtandum
primo dicto, ex Cæphal. vbi proximè nu. 13. &
ita in terminis iuris non valet ſecunda depoſitio
dicti D. Michaelis de Leon, Menoch. d. caſu 108.
num. 16.
9 Pro quo ſunt alia fundamenta, † nàm cùm
non poſſit ad concordiam reduci primum dictũ
cum ſecundo illi contrario, proculdubio vera eſt
opinio, quòd ſolùm primum eſt validum, vt tradit Abb. in cap. præſentata 50. num. 10. verſ. *aut
non*, & in d. cap. cùm in tua, nu. 9. verſ. *ego aliter*,
de teſtib. Guid. Pap. quæſt. 546. & 593. Rebuff.
tract. de reprobat. teſtium, nu. 239. ex cap. dilectus, de temporib. ordinat. Anton. Gabr. lib. 7.
ſuarum concluſ. tit. de criminalibus, concluſ. 13.
nu. 4. & concluſ. 28. nu. 2. Iulius Clarus lib. 5. ſententiarum, §. final. quæſt. 53. nu. 13. & nu. 15. verſ.
aut verò deponit contraria, Ioan. Guttierez conſ.
35. nu. 20. & ſeq.
10 Rurſus, quia † licet teſtis poſſit dictum ſuum
corrigere in continenti, gloſ. verbo *iuſta cauſa*,
ad finem, in cap. vlt. de iure iurand. lib. 6. Anto.
de Buttrio in cap. final. num. 23. ad finem, de
confeſſis, Tiraquell. de retract. conuent. §. 1.
gloſ. 1. num. 18. Ludouic. Roman. ſingular. 801.
11 † ſcilicet antequàm diſcedat à præſentia Iudicis, Burſat. conſil. 35. num. 29. vol. 1. Bonacoſſ.
inter commun. opinio. lib. 4. tit. C. de teſtibus,
concluſ. 387. dicta variatio non fuit in continen-
12 ti, ſed ex interuallo temporis maximo, † quod
non poteſt fieri in teſte, cap. præterea, de teſtib. cogend. vbi Abbas num. 12. Felyn. num. 4.
Alexan. in l. quicquid aſtringendæ, num. 20. ff.
de verbor. obligat. Bald. in l. lecta, & ibi Iaſo.
num. 20. ff. ſi certum petatur, Ioan. de Amicis
conſ. 109. num. 19. Thomas Grammat. conſ. 79.
num. 4. & ſeqq. in ciuilibus, & conſ. 33. crimin.
num. 3. Paul. Merend. conſ. 31. num. 12. part. 1.
Anton. Gabriel lib. 7. concluſ. tit. de crimin.
concluſ. 27. num. 4. & concluſ. 28. num. 2. l. 30.
tit. 16. part. 3. vbi Gregor. Lopez gloſ. 3. Couar.
& Clarus vbi ſupra.
13 Rurſus, † quia in ſecũdo dicto redditur periurus, cùm contrarietur iuramento primi dicti,
cap. ſicut, cap. teſtimonium, de teſtib. & cap.
paruuli, 22. quæſt. 5. M. Ant. Natta conſ. 298. nu.
8. vol. 2. Alex. Strat. conſ. 117. nu. 44. tom. 1. conſ.
crim. diuerſ. Burſat. d. conſ. 34. nu. 2. Morot. reſp.
61. num. 3. & 6. Surd. deciſ. Mantua. 135. nu. 10.
Couar. d. cap. 13. nu. 8. verſ. *cæterum*, Iul. Clar. d.
quæſt. 53. verſ. *tertius eſt caſus*.
14 † Et præſumitur falſum dixiſſe in ſecundo dicto, auth. de teſtib. §. quia verò, collar. 7. l. qui falsò, vel variè, ff. de teſtib. cap. item qui falſa. 4. q. 3.
Bal. conſ. 492. incip. quidam depoſuerunt, nu. 7.
par. 5. Tyndar. in tract. de teſtib. cap. 2. num. 1. &
15 ſeqq. Burſ. conſ. 216. nu. 94. & ſeq. tom. 2. † vndè
non ſolùm ei non creditur ratione periurij, cap.
ſi quos conuictos, cap. paruuli, 22. q. 5. & cap. ex
parte 7. vbi gloſ. & Abb. nu. 3. Felyn. nu. 5. cap. teſtimonium 54. de teſtib. gloſ. verb. *abſolutus*, in l.
qui cum vno, §. ignominiæ, ff. de re milit. Bald. in
tract. de teſtib. inter tractatus n. 19. Rebuff. trac.
de reprob. teſtiũ, nu. 396. Alex. conſ. 20. in cauſa
appellationis nu. 4. vol. 4. & conſ. 44. viſo, & diſcuſſo, nu. 7. vol. 2. Rol. à Vall. conſ. 16. nu. 11. vol.
1. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. periurium nu. 7. & arg. l.
fin. C. de probat. tradunt Franc. Maria de Plotis
conſ. 65. nu. 15. tom. 1. conſ. crimin. diuerſ. Petr.
Foller. conſ. 138. nu. 1. eodem tom. cap. quicun-
16 que 6. quæſt. 1. † verùm nec facit indicium cõtra
inquiſitum, Carol. Ruin. conſ. 146. incip. mirificè,
& conſ. ſeq. vtrobiq; nu. 4. vol. 5. Grammat. conſ.
44. nu. 10. & conſ. 35. ad finem, Bertazzol. conſ. 70.
nu. 27.

Digitized by Google

nu.27 Paul.Merend.conſ.68.nu.23.tom.2.conſil.
crim.Franc.Burſat.conſ.79.nu.11.& 12.vol.1.
17 † Imò poſſet puniri, l. eos, vbi Bart. & Scrib.
ff.ad l.Cornel.de falſis, Bald.in l.nullum, num.1.
C.de teſtib. Barnab. Cornaz. deciſ. Lucenſ.113.
nu.2.Magon.etiam deciſ.Lucen.50.nu.3. Couar.
d.cap.13,nu.7.
18 † Licet enim poſſit ſibi nocere, qui ſecundo
loco variando depoſuit, non tamen poterit no-
cere perſonæ, in cuius fauorem primò depoſue-
rat, & cui ius fuerat quæſitum ex prima depoſi-
tione, vt ſenſit Iul.Clar.d.quæſt.53.num 13. ibi,
*& hæc opinio mihi magis placet, cùm enim iàm ex
primo dicto iudiciali, & iurato, quæſitũ ſit ius par-
ti, non debet illud ab ea ſine eius culpa, vel facto
auferri*, ex regula l.fin.in fin. ff. de pact. vbi gloſ.
& DD. l.id quod noſtrum 11. ff. de regul. iur. l.
ſtipulatus 64. ff.de iure dot. Bald. in l.cùm à ſo-
cero, nu.1.2. & 7. C.eod.tit.Iaſ.in d.l.fin. nu.2.&
in l. qui Romæ 121. nu. 18. ff. de verbor. oblig.
Tiraquell. de retract. conuent. §.1. gloſ.7. num.
18. & tribus ſeqq. Roland.à Valle conſ.69.incip.
pro fundamento, nu.47.vol.4. Menoc.lib.1.præ-
ſumpt.47.num.14.
19 † Nec in alterius iniuriam conſilium quis po-
teſt mutare, reg.mutare, de regul. iuris in 6. Re-
buff. in repetit.l.dinus, ſuper gloſſ.1.nu.20,ff.ad
Senat.Conſult.Syllan.
20 † Quia teſtis varians in depoſitionibus, præ-
ſumitur in ſecunda doloſè depoſuiſſe, Menoch.
d.caſu 108.num.10. & ſeqq. Rebuff.tract.de re-
prob.& ſaluat.teſtium, nu.141.verſ.*nono*.
21 † Rurſus, quia quotiès primum dictum maio-
rem habet pro ſe veriſimilitudinem, ſtatur illi,
etiam ſi fuiſſet ſpontè prolatum, vt ex Barthol.
Soccin. conſ.253.col.2. verſ.*vel etiàm, & clarius*
lib.2.Roland.à Valle conſ.73.nu.33. lib.1. Crau.
conſ.6.nu.40.& conſ.75.nu.32.tom.1.tradit Me-
noch.vbi proximè nu.17.Horat.Lutius conſ.161.
nu.28.& conſ.168.nu.20.tom.1. conſ.crim. Iul.
Scarlatin.conſ.106.nu.23.tom.2.eorundem con-
ſiliorum, & eſt text.apertus in cap.litteras, de
præſumpt, Io. Guttier. conſ.35.nu.21. Adeò, vt
22 Abb.in d.cap.litteras, nu.2. reſoluat, † quòd ſi
concurrant duo dicta contraria ab eodem prola-
ta, vnum ſinè iuramento, & aliud cum eo, ſta-
bitur primo dicto non iurato, ſi iuuetur alijs
coniecturis, quæ in depoſitione iurata deficiant,
ſequitur Felyn.in d.cap.cùm in tua, num.7.verſ.
ad idem, & verſ. *idem dicas*, de teſtib. Gregor.
Lopez in l.41. tit.16. par.3. gloſ.3. Nàm, vt in-
23 quit Morot. d.reſponſ.61. nu.3. † Non concur-
rentibus alijs indicijs, ex quibus ſecunda depoſi-
tio reuocatoria primæ adiuuetur, & veriſimilis
efficiatur, non eſt ſtandum nudæ confeſſioni, &
reuocationi ipſius teſtis, & ex cap. quia veriſi-
mile, de præſumpt. reſoluit Petr. de Ancharan.
conſ.24.nu.4.
24 † Et quia veriſimilitudo etiàm in facto odio-
ſo, & pœnali, inſpici, & attendi debet, præcipuè
vt euitetur delictum, Abb.in cap.cùm tu 16. nu.
6. verſ. *ex prædictis* de teſtibus, Tiraq.in præfat.
l.ſi vnquam, nu.37. & ſeqq. C. de reuoc. donat.
Ludouicus Zuntus in reſponſo pro vxore, Dec.
& alij in cap. licet cauſam, de probat. Gregor.
Lopez in l. 30. tit. 16. part. 3. gloſ. 2.
Quòd autem dicta ſecunda depoſitio non ſit
25 veriſimilis, patet ex eo, quòd dictus Alcalde
Ayala habet præſumptionem pro ſe non ſolùm
bonitatis, vt in cap. dudùm, de præſumpt. ibi,
*cùm prima facie præſumatur idoneus, niſi aliud in
contrarium oſtendatur*, Ant.de Butr. in cap. cùm
olim 7. nu. 2, de dolo, & contum. Ant.Gabr.lib.
7.concl. tit.de criminal. concl.1. num.9. Rebuff.
tract.de except.nu.166.cap.cùm in iuuentute,
vbi etiàm DD. de præſumpt.
26 † Sed etiàm reſpectu rectæ adminiſtrationis
iuſtitiæ, & exercitij ſui muneris, arg. l.1. ff.de
offic.Præfect.Prætor.ibi, *credidit enim Princeps
eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum
fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem
adhiberentur, non alitèr iudicaturos eſſe pro ſapiẽ-
tia, & luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudica-
turus*, gloſ. verbo *quidquid*, in cap.qua de cauſa,
2.quæſt.5. l.à Proconſulibus, §. à Præfectis autẽ
Prætorio, C. de appellat. l.ſingulari, C. de ſent.
Præfect.Prætor. Io. Andr.in cap.cùm veniſſent,
nu.7.de iudic. Ioan.Ferrar.Montan. tract.de ap-
pellat.lib.2.cap.3. iuncta l.32.tit.16. par.3. verſ.
ca deue, l.8.tit.18.par.4. iuncta ratione l.2. C.de
27 crimin. ſacrileg. † dùm ait, ſacrilegij enim in-
ſtar eſt dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit
Imperator, cap.qui autèm, 17.quæſt.4.Anton.de
Butrio in cap. ſi eo tempore, nu. 7. de reſcript.
lib.6. auth.vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §.eos
autem, collat.2. ibi, *quis enim non diligat eum,
& honeſtate compleri, magna putet, ſi noſtro decre-
to, iudicioq; tãti culminis ad cingulum veniat, teſti-
monium quidem habens, quòd ſit optimus*.
Vndè apparet ſecundum teſtimonium contra
iſtam iuris præſumptionem inueriſimile, & per
28 conſequens inualidum eſſe, † de iure autem ar-
gumentum à veriſimili negatiue ſumptũ eſt va-
lidum, cap.2.de reſtitut.ſpoliat. cap.quia veriſi-
mile, de præſumpt. l.non eſt veriſimile, ff.quod
metus cauſa, l. cùm auus 101. ff. de condit. &
demonſtrat. l.ex facto, §. ſi quis autèm, l. hære-
des mei, §.cùm ita, ff.ad Senat.Conſult. Trebell.
l.1. C.qui, & aduerſus quos, l.ſi is cui 94.in fine,
ff.de ſolut.l.cùm acutiſſimi, C.de fideicommiſſ.
gloſ. verbo *uſum* in l.3. ff.de ſupellect. legata,
Euerard. in locis legalibus, loco à veriſimili, nu.
1. & ſeqq.
29 † Vndè periurium, & falſum in ſecunda de-
poſitione incurriſſe, nõ immeritò diximus, quia
ſicut veriſimile cognatum naturæ dicitur, vt tra-
dit Bald. conſ. 180. incip. mortuo filio, num. 3.
vol.3. Euerard.vbi proximè num.11. Roland. à
Valle conſ.1. nu.112. & conſ.11. omiſſo multi-
loquio nu.74. vol.4. Ludouic. Zunt. in reſponſo
pro vxore, nu.128.allegans Crauet.conſ.8.nu.5.
6. & 7. Io.Cæphal.conſ.287.nu.22.
30 † Ita è contrario, quod veriſimile non eſt, falſi
ſpeciem, ac imaginem habet, l.milites, §.opor-
tet, C. de quæſtionib. Menoch. lib.1. de arbitr.
Iudic. quæſt.76. num. 20. & lib. 2. caſu 85. nu.
2. & de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num.
354. Roland. à Valle d.conſ.11.num.28. & conſ.
49. num.38. vol.4.
31 *Præſertim* † cùm ſecunda confeſſio emana-

uerit calore iracundiæ, & cauſa odij, quo affe-
ctus erat D. Michael de Leon contra dictum Al-
calde Ayala, eò quòd illi relatum fuerat, prædi-
ctum Alcalde dixiſſe, quòd erat puniturus illum
ſuſpendio furcæ, & ipſemet D. Michael quære-
batur, & lamentabatur, quòd perſequebatur ip-
ſum, vt illius Confeſſor F. Franciſcus de Ceſpe-
des declarauit, vndè vltro ſe obtulit ad depo-
nendum, cùm nec illi fuiſſet interrogatus de
32 eo, nec cauſæ ſtatus id requireret, † confeſſio
autem, aut depoſitio ſponte ſe offerentis ad de-
ponendum labeſactatur, auth. de teſtib. §. ſi verò
ignoti, coll. 7. Bart. in l. libertorum 11. nu. 1. C.
eodem, Speculat. tit. de teſte, §. qualiter autem,
verbo *volens ergo*, Carol. Ruin. conſ. 146. nu. 1. lib.
1. Hippol. de Marſil. conſ. 2. nu. 41. conſ. 12. nu. 8.
& conſ. 18. nu. 31. Ioan. Neuizan. conſ. 25. nu. 37.
Blanc. in repet. l. final. nu. 152. & ſeq. ff. de quæ-
ſtionib. Alex. Stiatic. conſ. 117. nu. 26. tom. 1. crim.
Paul. Merenda conſ. 92. nu. 16. tom. 2. eorundem
conſil. crim. Menoc. de præſũpt. lib. 2. præſumpr.
55. nu. 2. & eſt deciſio Capellæ Tholoſanæ 385.
vbi Aufrer. num. 3. ex Bart. in l. poſt legatum, §.
his verò, ff. de his, quibus vt indign. & Lanfranc.
de Oriano in cap. quoniam contra, de probat.
33 verbo *teſtium depoſitiones*, num. 11. in fine † ait,
quòd teſtis ſponte veniens, præſumitur inimi-
cus, vndè non probat, vt ibi per eos, pro quo
Bart. allegat l. quæ omnia, ff. de procur. & l. li-
bertus, vbi Bald. C. de teſtib. & in l. parentes, eo-
dem tit. tenet Angel. in l. 2. §. dicm, nu. 2. in fine,
ff. quemad. teſtam aper. tex. in cap. ex litteris, de
in integr. reſtit. Abb. in cap. 2. nu. 2. de cleric. pe-
regrin. Bart. in l. vxori, §. qui ſe filio, nu. 1. ff. ad
l. Cornel. de falſ. Marcell. Fortunat. in ſuo conſ.
ſuper blaſphemia, num. 12. Alex. conſ. 172. incip.
in cauſa, & lite, n 25. vol. 6. Syluester in ſum.
verbo *teſtis*, nu 6. Tiraquell. in tract. de priuileg.
piæ cauſæ, priuil. 3. verſ. *nam ſine miniſterio*, Me-
noch. lib. 2. præſumpt. 55. nu. 2. & 3.
34 † Rurſus, quia confeſſio facta iracundiæ ca-
lore, non nocet alteri, gloſ. verbo *admonita*, in
fine, in cap. ex litteris, de diuortijs, Anton. de
Butrio in cap. final. nu. 10. in princ. & nu. 23. de
confeſſ. Abb. in cap. at ſi clerici, in princ. nu. 15.
de iudic. Roman. ſing. 108. incip. volo tibi com-
mentare, vbi alios allegat Additio ad eum, Ioan.
Lupus in repet. rubr. de donat. inter virum, &
vxor. §. 17. nu. 13. in fine, Gregor. Lopez in l. 9.
35 tit. 14. par. 3. gloſ. 2. † qui reſoluuot nec ipſi con-
fitenti nocere, & ſic multò minus tert o, pro quo
facit l. Imperatores, §. mulier, ff. de probar. vbi
mulier repudiationis cauſa irata, filium, quem
abſente marito peperit ſpurium in actis profeſ-
ſa eſt, & cùm quæreretur, an is in poteſtate pa-
tris eſſet, & matre inteſtata mortua iuſſu eius
hæreditatẽ matris adire poſſet, nec obeſſet pro-
feſſio à matre irata facta, & I.C. reſpondit veri-
tati locum ſuperfore, d. l. 9. vbi Gregor. Lopez
gloſ. 1. & 4. & ex l. iuriſiurandi, in fine, C. de te-
ſtib. tradit Tiraquell. de retract. conuent. §. 4.
gloſ. 6 nu 9. Rebuff. in repet. l. diuus, ſuper gloſ.
1. nu. 80. ff. ad Syllan.
36 † Sicut regularitèr confeſſioni tendenti in
præiudiciũ alterius non ſtatur, l. Seia 28, in princ.
ff. ad S.C. Velleian. vbi Paul. de Caſtr. num 6. lo-
quitur de Iudice, qui per pecuniã, & ſordes ſen-
tentiam tuliſſe aſſeruit, quia non ſtatur in præiu-
dicium eius, pro quo fuit lata, Rebuff. in repet. l.
diuus, ſuper gloſ. 1. nu. 34. & ſeqq. facit text. in
auth. de æqualit. dotis, §. primùm quidem, verſ.
& ne contingat, collat. 7. auth. ſed iam neceſſe, C.
de donat. ante nupt. Paul de Caſtr. conſ. 429. in-
cip. viſis, & conſideratis diligentèr, nu. 2. verſic.
pro quo facit, vol. 1. Iaſ. in l. 1. nu 7. & 11. ff. de eo,
per quem factum erit, Rolan. à Valle plura con-
gerens conſ. 58. incip. quoniam veritas, nu. 14. &
ſeqq. vol. 2.
37 † Sicut confeſſio Prælati Eccleſiæ non nocet,
gloſ. fin. ad finem in cap. vlt. de præſumpt. & ibi
Abb. nu. 43. cap. 2. iuncta gloſ. verbo *conuentum*,
de teſtib. lib. 6. Tiraquell. de retractu lignag. §. 1.
gloſ. 14. num. 48. in princ.
Et quia cùm dictus D. Michael torqueretur
propter monetarũ auri tonſionem, animosè mo-
nebat, vt ſcriberent, quæ volebat deponere con-
38 tra dictũ Alcalde Ayala, † vndè ſuſpectus om-
ninò redditur ex tali animoſitate, Alex. conſ. 154
viſo themate, nu. 11. verſ. ex *quibus*, vol. 5. Decius
conſ. 100. incip. in cauſa inquiſitionis, nu. 7. verſ.
tertio huic ſecundo teſti, vol. 1 Octau. Cacher. dec.
Pedem. 128. nu. 10. Roland. à Valle conſ. 27. incip.
aſſerta ſententia, nu. 12. vol. 3. Bartholom. Socc.
conſ. 229. nu. 10. lib. 2. Crau. conſ. 249. nu. 4. Tho.
Grammat. conſ. 12. nu. 1. & 4. in criminalib. & ex
cap. 2. cum ibi notatis de in integr. reſtit. & cap.
accedens, vt lite non conteſt. Horat. Lutius conſ.
161. nu. 25. tom. 1. conſil. crimin. diuerſor. Franc.
Marzar. conſ. 22. num. 24. facit text. in cap. illi, 5.
quæſt. 5. ibi. *nec illi credendi ſunt, aut admittendi,*
qui aliorum ſponte crimina confitentur, & ideò re-
plicanda eſt ſolicitè veritas, quam ſponte prolata
in illis vox habere non poteſt, Tiraq. de pia cauſa,
39 priuil. 3. nu. 3. † quando enim quis interrogatur
de his, quæ fecit ipſe, non poteſt contra alium
teſtificari, tradit Florian. de S. Petro in l. ſocietas
§. arbitrorum, nu. 114. & ſeq. ff. pro ſocio, ex ſen-
tentiã gloſſæ verbo *vel cognitor*, in cap. ſtatutum
2. quæſt. 6. & cap. 1. de cõfeſſis, l. fin. C. de accuſ.
Ioan. Guttier. conſ. 35. nu. 6. Bald. conſ. 98. nu. 6.
par. 1. & conſ 497. nu. 1. eadem parte.
40 † Et quia ſicut teſtis ſine cauſã repetitus non
probat, vt poſt Speculat. tit. de teſte, §. ſatis vti-
litèr, num. 5. tradit Decius conſ 174. nu. 8. verſ.
& quia, Paul. Caſtrenſ. conſ. 246. incip. in caſu, de
quo quæritur, num. 1. & 2. vol. 1. ita & dictus
D. Michael, qui de alijs interrogatus, quæ non
tangebant Alcalde Ayala ſola odij ratione itera-
41 tò voluit examinari aduerſus illũ. † Teſtis au-
tem, qui interrogatus, deponit vltrà interrogata,
maximè quòd ab illis ſit alienum, non facit fidẽ,
gloſ. fin. in l. ſi quis libertatem, ff. de petit. hered.
Bart. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, num. 8.
ff. de iureiurand. & in l. 1. §. Diuus Adrianus,
nu 1. ff. de quæſt. Bald. in l. 2. nu. 7. C. de probar.
l. momentaneæ, iuncta gloſ. vlt. C. qui legitim.
perſon. Alexan. conſ. 90. viſo inſtrumento, nu. 7.
in princ. vol. 3. Felin. in cap. de teſtibus 29. nu. 2.
de teſtibus, Gregor. Lopez in l. 31. tit. 16. par. 3.
gloſ. 6.

42 Et

42 † Et cùm tempore dictæ ſecundæ depoſitio-nis D.Michael fuiſſet iàm effectus inimicus præfati Alcalde nullam fidem aduerſus illum facere potuit, l. 3. circ. princ. ff.de teſtib. l. ſi quis, C. C.eod.auth de teſtib. §.ſi quis verò, collat.7.cap. ſuper eo,cap. quoties, eod.tit,d.cap.illi,in princ. 5.quæſt.5 Bart.in d.§. ſi quis verò, num.1. & 3. Rebuff. tract.de reprobat.& ſaluat.teſtium, nu. 238. Aldobrandin.in §.inimicitiæ, nu.38.inſt.de excuſat.tutor. Gregor.Lop. in l.32.tit.14.par.3. gloſ.2.& 3 Roland. à Valle conſ.37.nu.11.vol.3. Couar.in pract.qq. cap.18.nu.3. Menoch.lib.2. de arbitr.iudic. caſu 239. nu.8. & lib.1. de præſumpt.præſ.89.nu.53. & poſt hæc ſcripta Farin. tract.de teſtib.q.53.nu.7.& q.64.nu.42. Io.Gut. conſ.35.num.12. vndè M.Tullius in oratio. pro Fonteio dixit: *noluerunt Maiores noſtri, hanc patere inimicitijs viam, vt quem quiſquè odiſſet, eum teſtimonio tollere poſſet, ementiūtur ſæpè in eos, quos oderunt*. vnde Anacletus Papa epiſt.3. cap.5. dixit: *inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus*, vt habetur in cap.accuſatores, 3.q.5. Tiber.Decia.lib.3.tract. crimin.cap.25.nu.1.

Nequè obſtabit, quòd dictus D.Michael aſſeruerit ſe mediatorem fuiſſe ad corrumpendum
43 dictū Alcalde, † & in criminibus, ſeù delictis, & factis clādeſtinis admitti probationes, quæ aliàs non admitterentur, vt notant Bart. Iaſ. & DD.in l.ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, ff. de eden. Thom.Gram.voto 3. Auend.in capitib. prætor. 1.par.cap.2. nu.16. vbi in receptione munerum,
44 † quæ ſolet ſecretò fieri, & eſt difficilis probationis, videtur probare, l.8.tit.15.lib.2.ordinam. quæ eſt lex 6.tit.9.lib.3.nouæ recopilat. & prius diſpoſuerat l.1.tit.16.p.3. late Azeue. in d.l.6.n.2.

45 † Quia verius eſt, quòd ſolus, qui ſe mediatorem fuiſſe aſſerit non probat, vt colligitur ex Paride de Puteo tract.de ſyndic. verb. *corruptio*, cap.3. nu.6. ſi agitur criminalitèr, & ex cap. per tuas, de ſimon. tradit Cataldin.de ſyndic. q.64. Auiles cap.5. Iudicum ſyndicatus, verb. *ſatiſfacion*, nu.2.& colligitur ex Azeued. in d.l.6. nu.6. quatenus præfatos Authores refert, pro quo
46 facit tex.in cap.1 de teſtib lib.6.vbi mediatores, per quos ſcelus ſimoniæ cōmittitur proptèr deteſtationem criminis admittuntur, ſi nō agatur criminalitèr, ſed ciuilitèr, Redoan. de ſimoniæ mental.probat.cap. 10.nu.43. Bartholom.Vgolin. tract.de ſimon.in genere, tab.1.c.32.§.4.nu.4.

47 † Nequè etiam obſtabit cap fin. de teſtib cogend. quia eius deciſio particularis eſt ad reuelandum coniurationem factam aduerſus proprium Epiſcopum per complices, vt tradit Bal. in l.quoniam ſerui, nu.6. C.de teſtib. quod crimen magna animaduerſione dignū eſt, iuxtà iura allegata in d.cap. fin. verb. *coniurationem*, & l. 6. tit.6. par.1. vbi Greg. Lopez gloſ.6. quare ſecùs erit in noſtro caſu, & ſimilibus, in quibus per alios poterit probari, atquè ità text. illum limitat Dec.conſ.188. incip.lætatus, nu.9.& 10. dicens, ex tali inquiſitione nec indicium ad inquiſitionē ſumi poſſe, & confirmat nu.11. & 13. in terminis corruptionis teſtis, aut Iudicis, Boſſ. tit.de inquiſit. ante nu.43.

48 † Et hoc præſertim dicendum eſt in his Regnis, nàm attentis d.l.8. tit.15.lib.2. ordinam. & d.l.6.tit.9.lib.3.recopil. ad minus debent eſſe tres teſtes, qui deponant aduerſus Iudicem, & ſi vnuſquiſquè ipſorum de proprio, & ſingulari facto, vt obſeruat Auendan. d.cap.2.nu.18. verſic. *hodiè verò*.

SECVNDVS ARTICVLVS.

Quando dictus D.Michael ſecundam confeſſionem talitèr feciſſet, quòd per ipsā potuiſſet præiudicare dicto Alcalde Ayala, ex vltima tamen ipſius confeſſione, & declaratione, ipſum ab omni labe culpæ liberauit, vel potius liberum declarauit. Pro quo animaduerti debet, quòd Confeſſarius illius habuit licentiam à dicto D. Michaele ad reuelandum ſuam confeſſionem ſacramentalem pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, & reſtitutione famæ illius, quam læſerat, quę licentia fuit ab ipſo ſcripta, & ſubſcripta tenoris ſequentis. *Digo Yo Don Miguel de Leon, que doi licencia al Padre Fray Franciſco de Ceſpedes mi Confeſor para la vltima confeſſion, que hiçe para morir religioſo de la ſanta orden del glorioſo Santo Domingo morador en el Collegio de Sāto Thomas de Madrid, para que ſiendo neceſſario, y con licencia de Su Mageſtad pueda deçir, y deſcubrir lo que yo le he confeſſado para deſcargo de mi conciencia acerca de el negocio del Marques de Mondexar, y de el Alcalde Ayala à los quales injuſtamente yo infame con ſu Mageſtad como mal Chriſtiano, y poco temeroſo de Dios, y deſeo reſtituirles ſu honrra, fecha à treinta de Mayo de mil y quinientos y nouenta y ſeis, digo anſi miſmo, que doi licencia al Padre Fray Franciſco de Ceſpedes mi Confeſor, que pueda libremēte deçir todo lo que yo le he dicho en confeſſion à todas las perſonas, que le pareciere ſer neceſſario para ſatisfacion de las honrras del Marques de Mondexar, y Alcalde Ayala, por que quiero ſea anſi lo firme de mi nombre à treinta y vno de Mayo de mil y quinientos y nouenta y ſeis Don Miguel Ponçe de Leon*.

Pro quo ſciendum eſt, dictum D.Michaelem debuiſſe ſatisfacere famæ, quam læſerat, vtriuſq; ſcilicet Marchionis Mondexaris, & Alcalde Aya-
49 la; † nam exiſtimatio, & bona fama eſt dignitatis illeſæ ſtatus, l.cognitionum, §.exiſtimatio, ff. de varijs, & extraord.cognit. Gregor. Lopez in l.1.tit.6.par.7.gloſ.1.Ludou.Carbon.de repacificat. cap.13. col. 4. læſio autem reſpectu Marchionis magna fuit, non ſolùm propter carceres animiquè, & corporis moleſtias rei etiàm familiaris diſpendia maxima, & quia tàm ipſe, quàm dictus Alcalde Ayala in opinione populi magnoperè grauati fuere, præſertim ex memorialibus Suæ Maieſtati porrectis, quàm ex dicta ſecunda confeſſione facta per dictū Don Michaelem de Leon, occaſione cuius fuit ab officio, &
50 munere ſuo ſuſpenſus; imò excluſus, † & vti inquit eadem lex cognitionum. *Minuitur exiſtimatio, quoties manente libertate, circa ſtatum dignitatis pœna plectimur: ſicuti cùm relegatur quis, vel cùm ordine mouetur, vel cùm prohibetur hono-*
51 *ribus publicis fungi*. † Quod quàm graue ſit, præſertim viro nobili, & in maximo Magiſtratu conſtituto, oſtendit Demoſthenes in oratio. ad-

uerſus Leptinem, dicens: *Neque enim hoc ſolùm*
conſiderandum eſt, an iacturam pecuniæ nullam fa-
ciatis, ſed habenda etiam ratio bonæ exiſtimationis,
quæ vobis eſt multò quàm opes potior, & antiquior,
52 † meliùs D. Paul. 1. epiſt. ad Corinth. cap. 9. di-
cens: *Bonum eſt enim mihi magis mori, quàm vt glo-*
riam meam quis euacuet, Tiraquell. in tract. de iu-
dic. in reb. exig. ferend. verſ. *ſeptuageſimo ſeptimo*
huc vergit, Peguer. in deciſionib. criminalib. cap.
13. nu. 4. & 5.
53 Eſt enim fama bona diuitijs præſtantior, eaq́;
expetenda. Prouerb. cap. 22. Eccleſ. cap. 7. & 41.
Seneca de remed. fortun. dicens: *Bona opinio ho-*
minum tutior eſt pecunia, quia non ſolùm nobis, ſed
& alijs eſt neceſſaria. D. Auguſt. lib. de bono vidui-
tatis, cap. 22. relatus in cap. non ſunt audiendi,
11. quæſt. 3. Io. Neuiz. lib. 1. ſyluæ nuptial. nu. 56.
Ludou. Zunt. reſponſ. pro vxore, nu. 260. & ſeqq.
Victoria in relect. 10. de homic. verſ. *ad decimum*
quartum, F. Vardentius ſuper Ruth. cap. 1. nu. 9.
& cap. 3. ſect. 12. verſ. *hinc primo*, Director. iudic.
eccl. 2. par. c. 14. nu. 23. & ſeqq. Marc. Ant. Eugen.
conſ. 90. nu. 52. vol. 1.
54 † Et qui famam negligit, crudelis eſt, S. Aug.
ſermo. de communi vita clericorum, de quo in
cap. nolo, 12. quæſt. 1. Bald. in tit. de pace tenen.
in princ. nu. 16. in vſib. feudor. & in l. 1. nu. 9. C. de
confeſſis, Decius conſ. 686. incip. magnificus Pir-
rhus, num. 8. & 9. Abb. in cap. magnæ, num. 13. de
voto, Iaſ. in l. ſi quis extraneus, nu. 9 ff. de acquir.
hæred. gloſ. verbo *conſcientia*, in cap. iubemus, de
conſecrat. diſt. 2. bonus text. in extrauag. 1. Ioan-
nis 22. de verbor. ſignif. ibi, *ſcilicet bonæ famæ fra-*
grantia ſuauitatis odorem, iunctis duabus gloſem-
matibus ibi, Rolan. à Valle conſ. 98. n. 49. & ſeqq.
gloſ. 1. in cap. 2. de purgat. canonic. l. 55. in fin.
vbi Gregor. Lopez gloſ. vlt. tit. 5. par. 1. Thom.
Gram. deciſ. Neap. 98. nu. 2. & 3. Ioan. Andr. in
proœm. decretal. nu. 17. M. Tull. in Lælio, vbi ait,
55 † *Non eſt negligenda fama*, & lib. 1. officior. *Ne-*
gligere quid de ſe quiſquè ſentiat, non ſolùm arro-
gantis eſt, ſed etiam omninò diſſoluti, Plutarch.
in Alcibiade, *Contemptio boni nominis veſtrum,*
eſt cum impudentia, & inſania quadam coniunctus.
D. Gregor. ſuper Ezechiel. homil. 9. S. Thom. 2. 2.
quæſt. 73. art. 3. Soto de iuſt. & iure, lib. 4. quæſt.
6. artic. 3.
56 † Maximè quando quis eſt publica perſona,
quia lege naturali, & diuina tenetur famam ſuã
conſeruare, vt probat Nauar. conſ. 1. de renunc.
nu. 3. & 4. Summa Armilla verb. *fama*, nu. 4. cap.
non ſunt, 11. quæſt. 1. cap. nolo, 12. q. 1. Nauar. in
manual. cap. 18. nu. 43.
Ideoquè cùm dictus D. Michael famam præ-
fati Alcalde Ayala læſiſſet, omni iure, & ratione
57 debuit illam reſarcire, & reſtituere, † primò,
quia falſum teſtimonium in eum protulit, & ca-
lumniatus eſt ei, contra decalogi præceptum,
Leuitici cap. 19. Deuteron. 5. Exod. cap. 20. cap. 1.
de crimine falſi, cum his, quæ tradit Couar. in
cap. quamuis pactum, 2. par. §. 7. num. 5. Gabr.
58 Biel. lib. 4. diſt. 15. quæſt. 16. Secundò, quia iuſtiſ-
ſimum eſt famę, & honoris reſtitutionem fieri his,
qui ex factis, aut verbis alicuius lęſionẽ paſſi fue-
runt, cap. quiſquis. 8. q. 1. c. inter ſollicitudines,
de purgat. canon. Hoſtienſ. in ſumma de pœnis,
§. quibus, verſ. *quid de accuſatoribus*, S. Tho. 2. 2.
quæſt. 62. artic. 2. S. Antonin. in ſum. 2. par. tit. 2.
cap. 2. §. 3. & probatur in reg. peccatum, de reg.
iuris in 6. vbi latè idem Couar. & lib. 1. variar. re-
59 ſol. cap. 11. nu. 4. in fin. vbi addit, † non eſſe mi-
norem, imò multò maiorem honoris, & famæ
ſpoliationem quàm aliarum rerum ex Salomone
d. cap. 22. prouerb. dicente, *Melius eſt nomen bo-*
60 *num, quàm diuitiæ multæ*, † nàm & bonorum ex-
ternorum maximum eſt honor, vt ſcribit Ariſt.
lib. 4. ethicor. cap. 3. & habetur in cap. deteriores
6. quæſt. 1. idem Couar. d. lib. 1. cap. 2. num. 8. poſt
S. Thom. 2. 2. quæſt. 103. Nauar. de reſtitut. lib. 2.
cap 4. num. 464. & ſeq. ponderans verba d. c. 41.
Eccleſiaſtici. *Curam habe de bono nomine, hoc enim*
magis permanebit tibi, quàm mille theſauri magni,
& pretioſi. Nec alienum eſt illud D. Pauli ad Ro-
man. cap. 13. *Reddite ergo omnibus debita, cui*
honorem &c. & Matth. cap. 5. *Si offeres munus*
ad altare, & recordatus fueris, quòd frater tuus ha-
bet aliquid aduerſum te, relinque munus tuum antè
altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc
61 *veniens offer munus tuum.* † & facit vulgaris re-
gula, peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur
ablatum, de regul. iur. in 6. Ant. de Butr. in cap.
ſicut 30. num. 7. de iure iuran. Bart. in l. ſi cùm
ſeruum, nu. 1. ff. ſi cert. per.
62 Quarè Summa Armilla verb. *reſtitutio*, nu. 40.
ait, *Si quis iniuſtè, & falsè diffamauit, debet reſti-*
tuere, dicendo, ſe falſum dixiſſe, nec obſtat, quòd
ſe infamabit, vel habebit verecundiam, quia cum
damno alterius nemo debet ſibi famam acquire-
re, F. Ludou. de Beja in reſpon. caſuum conſcien-
tiæ par. 2. caſu 2. pag. 229. verſ. aduertendum,
Ant. Fernandez de Moure in exam. theolog. mo-
ral. par. 1. cap. 14. nu. 21. & ſeqq. & §. 5. à nu. 1.
63 † Et comprobatur, quia qui dolo, aut lata
culpa, quæ illi comparatur, l. quod Nerua, ff. de-
poſ. damnum, aut læſionem alteri intulit, tenetur
reſarcire, Innoc. in cap. ſicut dignum, nu. 6. de
homic. Abb. in cap. quoniàm contra falſam, nu.
18. de probat. vbi Additio, & iſte caſus noſter cõ-
præhẽditur ſub regula reſtitutionis tradita à Di-
uo Auguſt. in cap. fin. 14. quæſt. 5. dùm ait, *Qui*
verò contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis,
calumnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit,
reddenda potius quàm donanda cenſemus. Io. An-
dreas in cap. quia pleriquè, nu. 3. de immun. Ec-
cleſ. Rebuff. in cap. poſtulaſti, de cleric. excom.
ſuper gloſ. verb. *retinere*, nu. 32. Io. Medina in
C. de reſtitut. quæſt. 2. de reb. neceſſar. reſtituen.
verſ. *quibus non obſtantibus*, cõferunt etiam, quæ
de malo famæ, & illius, atque honoris conſerua-
tione tradit Nauar. in manual. cap. 16. nu. 45. &
64 cap. 17. nu. 11. verſ. *dixi nono*, & num. 24. † ideò
peropportunum fuit reſtitutionem famæ fieri in
Curia Regia, in qua dictus D. Michael illam au-
ferre nixus fuerat præfato Alcalde Ayala, argu-
mento cap. reintegranda, lo primo, 3. quæſt. 1.
ibi, *& in eo loco vndè abſceſſerant penitus reuocan-*
da. Medina vbi proximè verſ. *ad id, quod tertio*
loco quærebatur. Nauar. d. cap. 17. num. 42. & ſeq.
65 Eò quòd reſtitutio debet eſſe in priſtinum ſtatũ
repoſitio, l. reſtituere 1. & 2. ff. de verbor. ſignif.
vbi

vbi Rebuff. & Io. Bræcheus l. quòd ſi minor, §.
reſtitutio, ff. de minor. l. 1. C. de ſentent. paſſ. &
reſtitut. Menoch. in prælud. de recuper. poſſeſſ.
nu. 5. Roland. à Valle conſ. 94. incip. præſuppoſi-
to, nu. 8. vol. 1.

Et reſpectu memorialium tranſmiſſorum ad
Suam Maieſtatem, in quibus ſugillabatur fama
dicti Alcalde, dictus D. Michael ſe mentitum
fuiſſe declarauit, vt damnum per ſcripturam fa-
66 ctum, in ſcriptis reſarciret, † cùm naturale ſit
eodem modo aliquid diſſolui, quo colligatum
eſt, l. nihil tam naturale 35. ff. de regul. iur. cap. 1.
eod. tit. in antiq. cap. omnis, 27. q. 2.

67 † Quare non poteſt dubitari de facultate,
quam habuit Confeſſor ad manifeſtandam, ſeù
reuelandam confeſſionem dicti Don Michaelis,
& faciendum dicti honoris, & famę reſtitutionē,
cùm de ea conſtet in ſcriptis, & pręſumatur pro
declaratione, quam illius virtute fecit, iuxta ea,
quæ doctè fundat Lapus alleg. 94. nu. 3. & ſeqq.
vbi Additio Mandoſij plures refert Doctores,
Felyn. in cap. veniens 2. nu. 21. de teſtib. Anton.
Gabr. lib. 2. concluſ. tit. de teſtib. concluſ. 1. limit.
1. nu. 28. Menoch. lib. 6. præſumpt. 55. nu. 12. Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 1286. nu. 1. vbi alios al-
68 legat, & num. ſeq. id aſſerit procedere, † ſi Sa-
cerdos, qui reuelauit confeſſionem, erat bonæ,
atque honeſtæ vitæ, ac famæ, vt erat dictus Pater
F. Franciſcus de Ceſpedes, perſona ſcilicet gra-
uis, & maximæ auctoritatis, facit l. non omnis,
§. à barbaris, ff. de re milit. ibi, *Et ſi bonus miles
anteà exiſtimatus fuerit, propè eſt, vt affirmationi
eius credatur*, Mandoſ. ad Lap. vbi proximè lit. R.
Menoc. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 58. nu. 15. Ber-
nard. Diaz in praxi cap. 102. nu. 4. Petrus Pekius
tract. de teſtam. viri, & vxoris, lib. 1. cap. 9. nu. 5.
Felyn. in cap. 1. num. 4. de except. Ripa tract. de
peſte, in fin. nu. 111. Hieron. Magon. deciſ. Flo-
rentina 58. nu. 37.

Et quando fuiſſet neceſſarium aliud admini-
culum, ſufficit, quòd ſchedula, quam illi conſi-
gnauit dictus D. Michael, apparear comprobata
teſtibus, qui deponunt, eſſe illius manu ſcriptā,
69 quòd eam notam habeant, ex quo ſemiplena
probatio reſultat, Bar. & alij in l. admonendi, ff.
de iure iur. Gregor. Lopez gloſ. 6. in l. 119. tit. 18.
par. 3. Couar. in pract. cap. 22. nu. 6.

Et vltrà hæc adſunt teſtes fide digni, qui de-
poſuerunt audiuiſſe dictū D. Michaelem dixiſſe
Confeſſori, quòd faceret quod illi dixerat, tali-
tèr quòd non poteſt dubitari de dicta licentia,
qua mediante abſquè dubio potuit publicare ſa-
tisfactionem, quam faciebat dicto Alcalde, & te-
ſtificari, non contraueniendo ſigillo confeſſionis,
70 † licet enim prohibita ſit iuſtiſſimè ſacramenta-
lis confeſſionis reuelatio, & qui reuelauerit, gra-
uitèr punitur, cap. 2. de offic. ordin. cap. ſi Sacer-
dos, de pœnit. diſt. 6. cap. omnis vtriuſque ſexus,
de pœnit. & remiſſ. vbi latè Rebuff. l. 35. tit. 4.
par. 1. cum traditis per Couar. in 4. decret. 2. par.
cap. 8. §. 12. nu. 10. Bernard. Diaz in pract. crim. ca-
non. cap. 102. nu. 1. & ſeqq. Anton. Gom. tom. 3.
variar. cap. 13. de tortura reorum, nu. 9. Syluest.
in ſumma verb. *confeſſio*, lo terzo, nu. 1. & 4. Vi-
ctoria in ſum. de confeſſ. nu. 183. & ſeq. Nauar. in
manual. latin. cap. 8. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud.
caſu 414. nu. 1. & ſeqq. & lib. 6. præſumpt. præſ.
95. nu. 1. Didac. Canter. qq. crimin. quæſt. 6. nu. 7.
& alij, quos poſt hæc ſcripta adduxit Io. Aloyſ.
Riccius deciſ. Curiæ Archiep. Neap. 172. nu. 9.
& ſeqq. par. 1.

71 † De conſenſu tamèn confitentis poteſt reue-
lari confeſſio ſacramentalis, cap. ſignificaſti, de
adulter. & ſtupro, vbi Abb. nu. 4. & 5. Hoſtienſ.
in ſum. tit. de teſtib. §. quis poſſit, verſ. *ſed quo-
modo*, Io. Andr. nu. 1. Rebuff. verſ. *contraria*, in
d. cap. omnis vtriuſque ſexus, Ant. de Butr. nu. 4.
Abb. 2. Felyn. 1. in cap. Matthæus, de ſimonia,
idem Felyn. in cap. nemo, verſ. *intelligo*, eodem
tit. & in cap. 1. nu. 3. de except. Abb. nu. 2. in fine,
in cap. dilectus, de exceſſib. prælat. idem Felyn.
in cap. teſtimonium, nu. 31. de teſtib. Syluest. vbi
proximè nu. 2. verſ. *quod limita*, Victoria etiàm vbi
proximè nu. 187. & fuit ſententia Diui Thomæ,
& Paludani in 4. ſentent. diſtinct. 21. art. 3. Adria.
in tract. de ſigillo confeſſionis, cap. ſed probabi-
lior, Lapus d. alleg. 94. num. 2. in fine, Calderin.
conſ. 2. de teſtib. Ripa in tract. de peſte, vlt. part.
nu. 108. quos ſequitur Couar. in epitom. de ſpon-
ſalib. 2. par. cap. 8. §. vlt. num. 11. & alios adducit
Nauar. in cap. ſi Sacerdos, nu. 151. de pœnitent.
diſt. 6. Domin. Soto in 4. ſentent. diſt. 19. quæſt. 4.
art. 6. qui teſtatur eſſe receptam Theologorum
ſententiam, vt etiàm ſcripſit Io. Medina in tract.
de confeſſ. quæſt. 40. Nauar. in manual. lati. cap. 8.
no. 16. Gregor. Lopez in d. l. 35. gloſ. 2. Menoch.
d. lib. 6. præſumpt. 95. nu. 4. & hanc opinionem
ex motiuis Doctorum ſuffultam magis ſeruari
in praxi, & in conſulendo eſſe ſequendam, tra-
dit Cantera vbi proximè verſ. *ſed ſupradicta*, in-
telligendo, quòd vltra expreſſum confitentis
conſenſum dicta reuelatio ad ſuam, vel alte-
rius non paruam vtilitatem temporalem, aut
ſpiritualem tendat, ex ſententia Soti, Nauarri,
Medinæ, & aliorum, quos allegant, & ſequuntur
Couar. & Gregor. Lopez vbi proximè, quod in
caſu noſtro obtinere certiſſimum eſt, cùm age-
retur de exoneratione conſcientię, & ſalute ani-
mæ D. Michaelis de Leon, & reſtitutione hono-
ris dicti Alcalde Ayala.

72 † Ex quibus Menoch. vbi proximè nu. 5. con-
cludit, quòd hic conſenſus, & licentia hunc pa-
rit effectum, vt teſtimonio Sacerdotis ſic de-
tegentis, atque reuelantis confeſſionem fides ad-
hibeatur in iudicio. Siquidem habito hoc con-
ſenſu à confitente, deſinit eſſe hæc confeſſio ſa-
cramentalis, & Sacerdos non ampliùs Confeſ-
ſoris Sacerdotis perſonam ſuſtinet, ſed teſtis
73 † eſt tamen illi tanta fides adhibenda, quanta
adhiberi ſolet alteri teſti; imò plus propter Sa-
cerdotij dignitatem, & religioſæ vitæ profeſſio-
nem, cap. monachus, vbi gloſ. verb. *compendia*,
77. diſtinct. Aymon Crauet. conſ. 169. nu. 3. conſ.
516. nu. 10. & conſ. 706. nu. 39. Marian. Socc. conſ.
31. nu. 30. vol. 2. Petr. Paul. Pariſ. conſ. 88. num. 3.
vol. 3. Decius conſ. 448. nu. 76. Alex. conſ. 43. nu.
4. vol. 7. Carol. Ruin. conſ. 1. incip. videretur, nu.
20. lib. 3. Lancellot. Peruſin. conſ. 47. nu. 15. inter
conſil. crim. diuerſor. vol. 2. Ilo. de Amicis conſ. 31.
nu. 7. Tiber. Decia. reſponſ. 7. nu. 33. vol. 3. Franc.

Beccius

Beccius conſ.114.nu.37. Burſat.conſ.434.nu.26.
vol.4.Purpurat.conſ.606.num.44.tom.2. Morot.
reſpon.99. nu.4. Menoch.conſ.45.nu.26.tom.1.
Magon.deciſ.Lucenſ.9.nu.21. Cæſar Barz. deciſ.
Bonon. 50.nu.8. Maſtrill.deciſ.Sicil.150.nu.30.

74 † Cùm enim ſacerdotij qualitas tanta ſit, vt
notiſſimum eſt, & probat Hippol. Marſil. tract.
de fideiuſſor num.129. & ſeq. multum operatur
in teſtibus, & præualet data paritate, Anton.de
Butrio in cap.2.nu.3.de elect. Alex.conſ.43. in-
cip.ex his, nu.5.vol.7. Rolan.à Valle conſ.24.nu.
54. & 71. vol.1. Menoch. lib.2. de arbitr. iudic.
caſu 98. nu.6.

75 † Imò teſtem religioſum, & Sacerdotem vice
duorum aliorum teſtium cenſeri, ex gloſ. in d.
cap.monachus 77.diſt.tradunt Carol.Ruin.conſ.
137. nu.2. & 13. lib.1. Roland. à Valle conſ. 24.
num.54.lib.1.Menoch.conſ.92.incip. habet non
leues, nu.89.lib.1.Hiero.Magon.dec.Florent.58.
76 nu. 20. † Præcipuè cùm deponat ad fauorẽ in-
nocentiæ alicuius, qui perperàm reus impeteba-
tur, iuxtà ea, quæ tradit gloſ. fin. in cap. clerici
81.diſtinct. Abb. in cap. cùm P. Manconella 10.
nu.13. de accuſat.& in cap.ad noſtram, nu.4. de
probat.& in cap.in noſtra 32.num.4.& in cap.ex
tenore 35.nu.2.de teſtib.Pariſ.ad Bart.in l.ſi pars
10. ff. de inoffic. teſtam. Gregor. Lopez in l. 40.
tit.16. par 3. gloſ.5. Roland.à Valle conſ.93. in
cauſa de qua agitur. nu. 3. vol.4. Vndè maximè
releuat præfatum Alcalde Ayala, quòd dictus
D. Michael de Leon dicto eius Confeſſori reue-
lauit, cùm eſſet morti damnatus, & de proximo
77 decapitandus, † nàm cum hiſce damnatis de-
bet deſtinari Confeſſor, qui eorum confeſſio-
nem ſacramentalem audiat, iuxtà ſententiam
Baldi, & Pauli Caſtrenſ. in l. Archigerontes, nu.
2. C.de Epiſcop. audien. vel de proprij Parrochi
licentia, ſecundum Hoſtienſ.in ſum.de pœnit.&
remiſſ.verſ.*cui confitendum*, & verſ. *tu tamen dic*,
78 Greg Lop. in l.21.tit.4.par.1.gloſ.2. † vel hodie
virtute Bullæ Sanctæ Cruciatæ, quilibet ex ap-
probatis ab Ordinario, iuxtà Concil. Trident.
decretum ſeſſ.23. cap.15. ſub decreto de refor-
mat. cum traditis per Victoria in ſum. de con-
feſſ. nu.150. Nauar. in manual.cap.4. nu.2. verſ.
in poſtrema.

79 † Vndè cùm à Iudicibus deſtinàtus, & à dicto
D. Michaele electus fuerit dictus Pater F. Fran-
ciſcus de Ceſpedes ad audiendum eius vltimam
confeſſionem ad moriendũ, eius depoſitioni iu-
ratæ ſuper rebus ſibi confeſſis, & mediante dicta
licentia reuelatis, eſt fides adhibenda, cùm de
rebus ſui muneris deponat, & teſtis de ſuo mu-
nere deponens, fidem integram faciat, l.1. verſ.
quies, ff.de offic.Præfecti Vrb. text. optimus in
cap. ad audientiam, de preſcript. ibi, *Nec cre-
dentes ipſum ſcriniarium, (cùm iuratus ſit officium
ſuum fideliter exequi) aliud ſcripſiſſe, quàm à teſti-
bus diceretur*, l.2. C.de offic. ciuil.iudic. Bald. in
l.errore, nu.2.C.de teſtam.Tiraquell.de retract.
lignag.§.8 gloſ.9.nu.10.& ſeqq.Menoch.lib.2.de
arbitrar. caſu 91. nu.23.& caſu 112. nu.1.& 12.
l.1. vbi Gregor.Lopez gloſ.4. tit.7.par.3. Lapus
alleg.77.nu.6. Paz in praxi tom.2.tertio tempo-
re, nu.31.l.8.tit.14.lib.2.recop.

80 † Sicut litteris Epiſcopi creditur in his, quæ
ſpectant ad ſuum officium, Rota deciſ.1. num.1.
de probat. in nouis, Lambert. de iurepatronat.
2.par.quæſt.10.princ.art.7.nu.9.

81 † Vt nuntio aſſerenti ſe citaſſe creditur, gloſ.
verbo *in executoribus*, in cap. ſi teſtes 4.quæſt.3.
& notatur in cap. venerabilis, §. porrò, de ſent.
excommun.lib.6.Innoc.in cap.quoniàm contrà,
nu.3.de probat.Bart.tract.de citatione, nu.14.&
in extrauag. ad reprimendũ, verbo *per nuntium*,
nu.38.ex ea ratione, quòd ab eius pendet officio.

Quare cùm dictus Confeſſor de licentia Su-
periorum, & eiuſdem D. Michaelis potuerit te-
82 ſtificari, † facit plenam fidem ad exoneratiõẽ
dicti Alcalde in foro contentioſo, ex communi,
quam reſoluit Maſcard.de probat. concluſ.377.
nu.9. Fulu.Pacian. tract.de probat.lib.1.cap.48.
num. 61. qui plures alios refert, quia deputatus
fuerat ad dictum miniſteriũ veritatis eruendæ,
vt etiàm ſaluari poſſet anima dicti D.Michaelis,
debebit illi fides adhiberi circa ſatisfactionem
dependentem à confeſſione, arg. cap. translato,
de conſtit. Lapus d.alleg.94.nu.7.

83 † Accedit, quòd vnico teſti plena fides adhi-
betur circa ea, quæ ſibi commiſſa ſunt, cap.no-
biliſſimus, 97.diſtinct.cap.cùm olim, cum ibi no-
tatis de priuileg. Roman.conſ.59.nu.6.poſt me-
dium, Carol.Ruin.conſ.105.nu.4.vol.4. Thomas
Grammat.conſ.13.nu.13. loquens de Secretario
Principis, cui aliquid commiſſum eſt.

Et quando ex dictis circumſtantijs non face-
ret maiorem fidem quàm vnus teſtis, & aliquid
plus adiungitur comprobatio dictæ ſchedulæ
conſignatæ Confeſſori, vt ponderaui ſupra, alio-
rumq; teſtium, qui viderunt tradi dictam ſche-
dulam Confeſſori, & eſſe eandem, quæ publicè
84 lecta fuit. † Ex quo probatur illius identitas,
quæ leuioribus etiam demõſtrationibus proba-
tur, vt DD. tradunt in l. forma cenſuali, ff. de
cenſib. Bart. in l.demonſtratio, ff. de condit. &
demonſtr. Angel. in l. ſi certis annis, C. de pact.
Crauett.conſ.198.nu.1.

85 † Et per ſolam comparationem litterarum
probatur identitas, vt ex Bart.in l.quem heredẽ,
ff.de rebus dubijs, & in l.ſi ità ſcripſero, ff. de
condit.& demonſtrat. Pariſ.conſ.19.nu.32.verſ.
nec dicatur quòd identitas cedulæ, vol.3. Alexand.
conſ.164 nu.5.verſ *item talis ſchedula*, vol.3 Bar-
tholom.Soccin.conſ.142.nu.9.vol.1. tradit Ma-
ſcard.de probat.vol.2.concluſ.876.nu.1.

86 † Et præſupponitur, quòd epiſtola, quam ad
Suam Maieſtatem ſcripſit, cõtinet idem, & plus,
& ita adeſt confeſſio geminata, quæ eſt maioris
roboris, & efficaciæ, vt per Ruin.conſ.128.num.
17.vol.2. Ioan.Lupus in repetit. rubr. de donat.
inter vir.& vxor.§.17.nu.9.& 10. Maſcard.concl.
359.nu.34.tom.2.

87 † Neque obſtat dicere, præfatum D.Michaelẽ
ſi eum reputemus tanquàm teſtem non potuiſſe
per dictam ſchedulam deponere ad fauorem, &
exculpationẽ dicti Alcalde, ſed iudicialitèr exa-
minari, argum. l.3. §.tu magis, ff.de teſtibus, vbi
Bald.nu.3.cap.teſtes, 3.quæſt.9. Speculat.tom.1.
tit.de teſte, §.nunc tractandum, nu.17.cap.à no-
bis, qui matrim. accuſ.poſſ.Io.Andr.in cap.cùm
in Ec-

in Eccleſijs, nu. 13. de maiorit.& obedient. Bald.
in l. iuriſiurandi, nu. 7. C. de teſtib. Abbas in cap.
de teſtibus 29. nu. 10. & Felyn. nu. 7. de teſtib.
Nàm huiuſmodi concluſio contradictore non
caret, ex Bart. in l. Theopompus, nu. 12. de dote
prælegata, cuius ſententiam ſequitur Anton. de
Butrio in d. cap. de teſtibus, num. 7. ea adhibita
moderatione, quòd Iudici permittatur iteratò
teſtem examinare, quod tamen in iſto caſu fieri
nequiuit, quia paulò poſt conſignationem facti à
dictæ ſchedulæ Confeſſori fuerit decollatus,
88 † ideò non mirum, ſi comprobatio per compa-
rationem litterarum fuerit admiſſa, iuxta diſtin-
ctionem Bart. in auth. at ſi contractus, nu. 4. C.
de fide inſtrum, Bald. in l. admonendi, nu. 17. ff.
de iureiur, & in auth. ſed nouo iure, nu. 15. C.
ſi cert. pet. Alex. conſ. 184. viſo proceſſu, nu. 7.
vol. 7. Roland. à Valle conſ. 26. nu. 9. vol. 1. Abb.
in cap. 2. nu. 2. de fide inſtrum, Thom. Grammat.
deciſ. Neap. 34. num. 15. Viuius inter commun.
opin. lib. 4. tit. 11. de tabellionib. & fide inſtrum,
concluſ. 329.
89 † Et quia etiàm quando depoſitio ſolummo-
do producitur in ſcriptis, maximam præſum-
ptionem facit pro eo, in cuius fauorem fit, cap.
à nobis, qui matrim. accuſ. poſſ. vbi teſtimonium
in ſcriptis præſumptionem facit, quæ cum alijs
adminiculis ſufficit ad ferendam ſententiam,
tradit Anton. de Butrio in d. cap. cùm in Eccle-
ſijs, nu. 15. poſt Hoſtien. ibi de maiorit. & obed.
Felyn. in d. cap. de teſtibus, nu. 8. Rebuff. tract. de
reprob. teſtium, nu. 544.
90 † Et ſatis expreſſa depoſitio cenſetur, quæ fit
per relationem ad aliud, quod certum ſit, l. aſſe
toto 77 ff de hæred. inſtituend. l. ſi ita ſcripſero
38. ibi, *quantum per epiſtolam ſcripſero, quantum
ex illa actione detraxero, hæres dato*, l. in teſtamē-
to, ff. de condit. & demonſtrat. l. certum, cum
ibi notatis, ff. ſi cert. petat. l. vbi autem non ap-
paret, §. illud cum ſeq. ff. de verb. oblig Octauia.
Cacher. deciſ. Pedem. 128. nu. 2.
91 † Quia illud, quod intelligitur per relationem
ad aliud, verè, & propriè dicitur intelligi, Iaſ. in
l. ait prætor, §. ſi Iudex, nu. 5. ff. de re iudic. Ti-
raquell. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 9. nu. 27.
92 † Et relatum cum omnibus ſuis qualitatibus
cenſetur eſſe in referente, vt ex dictis iuribus
tradit Decius conſ. 47. incip. pro viribus, num. 2.
vol. 1. & conſ. 434 incip. placet, nu. 1. vol. 2. Man-
doſ. ſuper regul. 1. Cancell. de reſeruat. quæſt. 2.
nu. 3. & quæſt. 10. nu. 7 Burgos de Paz conſ. 26.
num. 24. & ita iudicari debet, ac ſi proprio ore
93 depoſuiſſet, † quia quod in ſcriptis fit, cum
magna deliberatione factum cenſetur, magis quā
quod ſimpliciter profertur, l. 1. C. de ſentent. ex
peric. recitand. Bart. in l. gerit 17. num. 18. ff. de
acquir hæred. Simon de Pretis lib. 1. de interpr.
vltim. volunt. ſolut 5. nu. 45. vnde Caſſiod. lib. 11.
94 variar. cap. 33. dixit: † *Eſt ſcriptura humanorum
actuum ſeruans fidele teſtimonium, præteritorum
loquax, obliuionis inimica nàm memoria noſtra,
& ſi cauſas retinet, verba tamen commutat, illic
autem ſecurè reponitur quod ſemper æqualiter au-
diatur*. D. Paul. epiſt. 2. ad Corinth cap. 10 & 13.
Et quia epiſtola pro exculatione illius, cui ali-
quid imputabatur, ſolet attendi, cap. veritatis, de
dolo, & contumac. ibi, *nec vnus pro eo defenden-
do, vel aliquatenùs excuſando*, (ſcripſerit ſcilicet.)

TERTIVS ARTICVLVS.

Et licet daremus ſine veritatis præiudicio,
quòd depoſitio ſecunda Don Michaelis de Leon
potuiſſet aliqualitèr præiudicare dicto Alcalde
Ayala, hoc ceſſauit ex confeſſione vltima per ip-
95 ſum facta in mortis articulo, † nàm licet Bart.
in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens, nu. 1. ff ad
Senat. Conſult. Syllan. & Bal. ibi nu. 2. tenuerint,
non credi teſti, qui in articulo mortis declara-
uit, falſum teſtimonium in aliquo negotio pro-
tuliſſe, vt ex ea declaratione tollatur ius parti
quæſitum, per text. ibi, & in cap. ſicut nobis, de
teſtib. l. penult. C. de probat. Alexan. in l. ſi con-
ſtante, §. quoties, nu. 10 ff. ſolut. matrim. Palac.
Rub. in repet. cap. per veſtras, notab. 3. num. 10.
verſ. *ſed propter*, de donat. inter virum, & vxor.
Carrer. in praxi crimin. §. 17. nu 4. & 5. Anton.
Gabriel lib. 7. concluſ. tit. de criminal. concl. 32.
nu. 2. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic. quæſt. 73.
nu. 15. vt in Iudice ſententiam perperàm dediſſe
affirmante tradit Paul. Caſtr. in l. Scia mancipia
28. nu. 2. & 6. ff. ad Senat. Conſult. Velleian. cum
traditis per Couar. lib. 2 variar. cap. 13. nu. 8. &
Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 53. nu. 48. nàm
vltrà quòd hoc argumentum valet retorqueri in
contrarium, quòd dicta ſecunda confeſſio non
valeat in præiudicium primę, quam fecerat in
fauorem dicti Alcalde Ayala, doctrina prædicta
plures patitur limitationes, quæ omnes conue-
niunt caſui præſenti, ex illiſq; conuincitur, con-
feſſionē, & declarationē, quam fecit D. Michael
de Leon in fauorē dicti Alcalde, efficacem eſſe,
integramq; exonerationem, ſiue exculpationem
continere culpæ, ſeù culparum, quas falsò illi
imputauit in ſecunda depoſitione iudiciali.
96 † In primis enim Bartoli, & aliorum ſententia
non procedit, quoties pro inculpatione nullum
concurrebat indicium, præſumptio, vel conie-
ctura, ſed ſola nuda inculpatio ipſius rei, quia
tunc exculpatio facta per eum ſuper furca, vel
patibulo in articulo mortis, prorſus tollit, & ex-
tinguit omnem vim prioris depoſitionis, & in-
culpationis, ſic reſoluit Hyppol de Marſil. in
pract. crimin. §. diligenter, num 119. & §. reſtat,
num. 1. & 2. in fine, & in tract. de fideiuſſor. nu.
44. ſequuntur Thom. Grammat. deciſ. Neapol.
21. nu. 27. Marcell. Fortunat. tract. de veritate, &
errore, nu. 124. Surd. deciſ. Mantua. 135. nu. 16.
Reuerter. deciſ. 63. par. 1. in manuſcript. Petr.
Foller. in praxi crimin. verb. *& ſi confitebuntur*,
3. par. tertiæ part. princ. num. 101. Burſat. conſ.
201. nu. 14 lib. 2. Hippol. Rimin. conſ. 420. nu. 17.
lib. 4. Maſcard. de probat. lib 3. concluſ. 1130 nu.
14. Farinac. tom. 1. tract. de indicijs, & tortura,
quæſt. 46. num. 72. D. Garſ. Maſtrill. deciſ. Sicil.
195. num. 7. & ſeqq. vbi adducit dictum Bald.
conſ. 162. incip. caſus, ſuper quo, num. 4. par. 2.
quòd cōfeſſio facta in articulo mortis valet, quia
non eſt præſumendum, quòd confitens illo tem-
97 pore mentiatur, † & falſum dicat, immemor ſa-
lutis æternæ, l. fin. C. ad l. Iuliam repetund. cap.
litteras, de præſumpt. cap. ſancimus, 7. quæſt. 1.

Crauett.

Digitized by Google

Crauett. conſ.275.num.6.lib.2. Cæphal.conſ.86.
nu.18.vol.1. Surd.conſ.382 nu.61. tom.2. Ioan.
Vinc.Honded. conſ 91. nu.89.vol.1. & conſ.41.
num.7. vol.2. Carol.Ruin. qui præciſè loquitur
de confeſſione facta per conſtitutum in mortis
98 articulo, conſ.100.num.6.lib.5. quia, vt inquit
Hippol.d. nu.119. ſi vnquàm habetur veritas ab
homine, habetur quando receſſurus eſt ab hoc
ſęculo, & quando anima debet ſtatim ſeparari à
corpore, vndè dixit Quintilian. oratio.17. cui
titulus venenum effuſum. *Nuntio vobis ſanctiſſi-*
mi viri, nihil à morientibus fingi, nihil vita labo-
rante ſimpliciùs, Ioan.Igneus in l.1. §.ſi quis mo-
riens, nu.9. ff de Senat. Conſult. Syllan. ibi, *Ego*
verò hoc dictum extendo, & maximè dico proce-
dere, quando moriens pro animæ ſuæ exoneratione
cum iuramento affirmat, vt in ſimili vult gloſ. in
cap tertio loco, in verbo præcognità, de præſumpt.
dùm allegat cap. lator, extra de re iudicata. Guil-
lelm.Benedict.in cap.Raynuntius,de teſtament.
verbo *in extremis poſitus*, nu.14. Maſtrill.d.deciſ.
99 195.num.9. † dicens,per talem exculpationem
taliter eneruari vires primæ depoſitionis, & in-
culpationis, vt inculpatus minimè torqueri poſ-
ſit,vt per Grammat.poſt *Iſer.*quem allegat voto
9. nu.15.& ſeq. & voto 11. nu.11.in fine,Franc.
Burſat. conſ.201. num.140.& ſeq. & eſſe magis
communem opinionem,& veriſſimam dixit Fa-
rinac.de indic.& tortura, quæſt.46.num.68. vbi
pro eo citat Hyppol.de Marſil. conſ.129. nu.30.
& ſeqq.Iul Clar.lib.5.ſent.in §.fin.pract.crimin.
100 quæſt.52.nu.5.& 6. † dicens,in hoc mirum
in modum verſari debere arbitriũ Iudicis, ma-
ximè ſi exculpatio fuit geminata, & reiterata,
tàm in conſortatorio,quàm in patibulo,vbi quis
fuit decapitatus,aut aliter morti addictus,vt lo-
quitur Farinac. vbi proximè n.69.& 70. Maſtrill.
101 num.10.& ſeq. vbi hoc † adeò operari aſſerit,
etiàm ſi exculpatio facta fuiſſet ſinè iuramento,
quia habetur, ac ſi fuiſſet iurata, ex Iaſon. in l.
ſed etſi poſſeſſori, §. final. quem legit cum l. ait
prætor, ff. de iure iuran. vbi æquiparat actum
geminatum actui iurato, Burſat. vbi proximè
num.149.
102 † Facit,quod de vi geminationis traditur in l.
ſi mulier, C.ad Senat.Conſul.Velleian.Bart.in l.
cùm ſcimus, nu.7.vbi Alex.in addit.C.de agric.
& cenſit. lib.11. Alex.de Imol.in rubr.nu.15.ff.
de verbor.oblig.Iaſ.in l.1.nu.16.C.de pact. Rol.
à Valle conſ.17.incip.in cauſa, nu.11.vol.1.Paul.
Caſtrenſ.conſ.151.num.2.vol.1.Gregor.Lopez
in l.7.tit.13.partit.3.gloſ.1.& in l.3. tit.22. par.
5.gloſ.7.Donat.à Fina inter communes Doctorũ
opiniones lib.7.tit.19.de confeſſ.concl.74. nám
vt dixit Hyppol.de Marſil.in alleg.§.reſtat,nu.2.
103 † cùm nihil tàm naturale ſit, quàm tollere eo-
dem modo id, quod dictum,vel factum eſt,l.ni-
hil tàm naturale, ff.de regul.iur. *ita in caſu noſtro*
(ait ipſe) *videtur, quod indicium ortum contra*
illum inculpatum ex verbis, & ex confeſſione dicti
rei debeat tolli ſimiliter ex verbis, & confeſſione
eiuſdem mei rei.
104 † Accedant in comprobationem verba nota-
bilia Baldi conſ. 476. incip. teſtamenta, num. 2.
vol. 5. ibi, *tamen in dubio fraus non præſumitur, vt*
notatur ff. de probatio. l. qui fratrem, maximè vbi
gladius hominis, & Dei eſt ſupra verticem moritu-
ri, quia nemo, qui confitetur, præſumitur mori cum
mendacio, & peccato, vt notatur inſtit. de iniur. §.
final. Nicol.Genua Patauin. tract.de ſcriptura
priuata, dubit.7.princ.quæſt.12. nu.2. vbi citat
Hyppol.Rimin.conſ.ſuo 58. num.30.cum ſeq.&
Maſcard.de probat.vol.3.concluſ.1079.per tot.
cri Palat. quòd penſio eſt prius ſoluenda, antequàm ſupec ea cognoſcatur, etiàm ſi dominus nō ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, dummodò literæ ſint expeditæ, ex Pariſ.conſ.94.lib.1. Caſſad. deciſ.10.de reſcript. Additio ad Mohedan.deciſ. 35.de præbend. Seraphin.deciſ.1017.nu.3. Marta tom. 6. digeſtor. nouiſſimor. tit. *penſio*, cap. 26. cùm habeat clauſulā, ſine retardatione ſolutionis penſionis, Rota deciſ.816.num.1.par.8. diuerſ. Sacri Palatij.

SVMMARIVM.

1 *FVndator Capellaniarū poteſt vocare ſuos conſanguineos Clericos.*
2 *Reipublicæ intereſt, ſeruari defunctorum voluntates.*
3 *Teſtatoris voluntas debet vt lex obſeruari.*
4 *Sententia, licet non appareant acta proceſſus, habet pro ſe præſumptionem.*
5 *Antiquitas temporis facit præſumi pro ſententia etiàm ſine proceſſu.*
6 *Acta, & proceſſus ſi enunciantur in ſentētia, præſumitur pro illa.*
7 *Poſſeſſionis mandatum datum vigore ſentētiæ, facit præſumi pro ea.*
8 *Acta præceſſiſſe ſententiam, poteſt teſtibus probari.*
9 *Acta ſi ſunt deperdita, præſumitur pro ſententia.*
10 *Conſanguinitas, teſtibus, & inſtrumentis probatur.*
11 *Antiqua dicuntur obſcura.*
12 *Antiqua ſunt difficilis probationis.*
13 *Probationes leniores ſufficiunt in antiquis.*
14 *Enunciationes probant in antiquis, etiam dominiũ.*
15 *Conſanguinitas antiqua probatur indicijs.*
16 *Inſtrumenta in antiquis præualent teſtibus.*
17 *Antiquitas temporis authoritatem tribuit inſtrumentis.*
18 *Antiquitas omnia ſolet conſumere.*
19 *Inſtrumentum regiſtratum probat, licet originale ſit deperditum.*
20 *Notariatus non debet probari, ſi inſtrumentum eſt antiquum.*
21 *Scripturæ mortui adhibetur maior fides; quàm viuentis.*
22 *Antiquitas efficit, vt imperfectæ probationi ſtetur.*
23 *Indictio etiàm ſi non appareat in inſtrumēto valet.*
24 *Antiquum tempus dicitur quadraginta annorum.*
25 *Citatio per edictum fit, quando Capellania vacat.*
26 *Citatio per edictum omnes aſtringit.*
27 *Sententia regulatur ſecundùm probationes.*
28 *Sententia declaratur per probationes, & acta, & num.29.*
30 *Sententia in cauſa conſanguinitatis lata an probet quòad omnes.*
31 *Sententia lata inter alios regularitèr non nocet.*
32 *Sententia quibus caſibus nocet, aut prodeſt, iiſdem acta, & probationes.*
33 *Sentētia, quæ declarauit aliquem conſanguineum, magnam babet præſumptionem pro ſe.*
34 *Dictio intrà, qualitèr intelligatur.*
35 *Gradus cognationis qualitèr computentur iure ciuili.*
36 *Gradus conſanguinitatis iure canonico computatur à communi ſtipite.*
37 *Inſtrumentis ex duobus fit liquida probatio.*
38 *Duæ ſemiplenæ probationes coniunguntur.*
39 *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*
40 *Probatio perfecta an poſſit fieri ex duabus imperfectis.*
41 *Teſtes ſingulares ad diuerſa tendentes non probant.*
42 *Probationis vna ſpecies, ſi ad aliam inferat, poteſt animum Iudicis mouere.*
43 *Teſtis vnus ſemiplenè probat.*
44 *Confeſſio facta parte abſente ſemiplenè probat.*
45 *Confeſſio abſente parte, & teſtis vnius iunguntur.*
46 *Semiplenæ probationes diuerſi generis an iunguntur.*
47 *Probatio facta non citata parte, non nocet illi.*
48 *Citari debent illi, quorum intereſt.*
49 *Citari debet ad omnem actum is, cui poſſet præiudicium cauſari.*
50 *Citatio per edictum fieri debet, quando non ſunt certi contradictores.*
51 *Probatio, quòd aliquis ſit conſanguineus, non infert, alios non eſſe.*
52 *Conſanguinitas debet probari concludentèr, cum diſtinctione graduum.*
53 *Conſanguineus dicitur ille, qui quoquo modo eſt ſanguine coniunctus.*
54 *Vſus communis loquendi attenditur.*
55 *Probatio non concludens, non attenditur.*
56 *Probatio debet concludere cum actione propoſita.*
57 *Probatio incerta non releuat.*
58 *Probatio incerta non dicitur probatio.*
59 *Frater nominatur aliquando, & fraterna charitate diligitur, qui non eſt frater.*
60 *Conſanguinitas non probatur ex ſola nominatione.*
61 *Probatio in genere non eſt ſufficiens, niſi in ſpecie concludat.*
62 *Teſtes deponentes in ſpecie præferuntur deponentibus in genere.*
63 *Probatio ſpecialis etiàm minoris teſtium numeri præfertur genericæ.*
64 *Teſtes duo in ſpecie deponentes præferuntur pluribus alijs in genere.*
65 *Teſtis conſanguineus repellitur.*
66 *Teſtis conſanguineus etiàm in ciuilibus nō probat.*
67 *Teſtis conſanguineus ſemper eſt ſuſpectus.*
68 *Teſtis conſanguineus nec ſemiplenam probationem facit.*
69 *Conſanguineus an admittatur ad probandum cōſanguinitatem.*
70 *Conſanguineus tunc admittitur ad probandum conſanguinitatem, quando non ſequitur commodum conſanguineo.*
71 *Teſtis nemo idoneus in re, ex qua commodum ſperat.*
72 *Teſtes deponentes per eundem, & præmeditatum ſermonem ſunt ſuſpecti.*
73 *Teſtes ſenes præferuntur iunioribus.*
74 *Teſtes valde ſenes præſumuntur obliuioſi, & memoria deficere.*
75 *Memoria mutilata, totus languet intellectus.*
76 *Tractatus parentelæ an detur in conſanguineis, prout in filijs.*
77 *Proximitas quando attendatur reſpectu inſtitutoris, & non vltimi poſſeſſoris.*

78 *Coniecturis non eſt locus in claris.*
79 *Parochus eſt tanquàm pater ſpiritualis Parochianorum.*
80 *Affectio viget in Parochianis verſus eorum Parochum.*
81 *Affinitas ſpiritualis eſt maior quàm carnalis.*
82 *Viciniores præſumuntur habere maiorem notitiam parentelæ.*
83 *Veriſimile dicitur cognatum naturæ.*
84 *Veriſimile quod non iſt, habet falſi imaginem.*
85 *Clericus originarius præferri debet ab Epiſcopo.*
86 *Ciues præferri debent in diſtributione annonæ.*
87 *Originarij, & naturales loci præferuntur forenſibus in beneficijs, & Capellanijs.*
88 *Originarij à iure ciuili præferuntur in pluribus rebus.*
89 *Ciues potiores fuere peregrinis apud Romanos.*
90 *Athenienſes prætulerunt Alcmenem ſtatuarium, quia ciuem ſuum Agoratteo in faciendo ſtatua Veneris.*
Originarij iure diuino, & canonico præferuntur, eodem num.
91 *Præſentari neceſſariò debent idonei de Ciuitate, aut Oppido.*
92 *Originarij debent præferri, licet ſit aliqua maior identitas in forenſe.*
93 *Taciturnitas nationis reddit impetrationem nullã.*
94 *Papæ intentio eſt prouidere cuicunque in ſua patria.*
95 *Beneficia ſunt magis debita naturalibus.*
96 *Indiuiſibilia debent eſſe penès vnum ſolum.*
97 *Res, & voluntas verbis, & factis declarantur.*
98 *Concluſa cauſa regularitèr via præcluditur productioni inſtrumentorum.*
99 *Scripturam de nouo repertam poſſe produci poſt concluſionem, qui DD. teneant.*
100 *Iuramentum, & aliquæ coniecturæ requiruntur ad probandum, inſtrumenta de nouo eſſe reperta.*
101 *Mandatum ſpeciale requiritur ad præſtandum iuramentum.*
102 *Sententia an caſu aliquo poſſit retractari, inſtrumentis de nouo repertis.*
103 *Fundans ſe in iure tertij, & non ſuo, non auditur.*
104 *Fundans ſe in inueſtitura alterius, debet de iure illius docere.*
105 *Fundamento ſublato, corruit ædificiũ, & intentio,*
106 *Matre excluſa, excluduntur qui ex ea procedunt.*
107 *Conſanguineũ ſe dicẽs, propinquiorẽ dẽt probare.*
108 *Artiũ facultas eſt preparatoria ad artes ſcietificas.*
109 *Tabellio, aut Notarius debet ſe ſubſcribere poſt depoſitiones teſtium, vt fidem faciant.*

P R O

Petro del Conde Clerico originario, & Incola Villa de Eſcamilla.

C O N T R A

Ioannem Martinez Clericum Oppidi Domus Sanæ, & Licentiatum Matthæum Garçia, & Alphonſum Fernandez Clericos Villa de Eſcamilla.

ARGVMENTVM.

Clericus proximior fundatori quando præferatur in relicto bonorum cum onere miſſarum, & quando declaratio antiqua facta per patronum ſit attendenda, non conſtito de actis, quæ fuerunt deperdita; & de prælatione originarij.

CONSILIVM CV.

SVPPONITVR in facto, quòd Ioannes Saiz de Lorençio Fernandez Vicinus Villæ de Eſcamilla reliquit plura bona ſtabilia, vt in illis ſuccederent Clerici de eius genere, cum onere dicendi miſſam vnã qualibet hebdomada pro anima ipſius, & ſuæ vxoris. Et per aliam diſpoſitionem factam in ſuo teſtamento, & vltima voluntate die 10. Martij 1509. reliquit quædã alia bona pro implemento legatorum, & nominatim in prima diſpoſitione vocauit Ioannẽ Rodriguez, ſi fuiſſet Clericus, qui fuit, & poſſedit bona, & onus adimpleuit vita durante, & in ſecunda dotatione, quã fecit, vocauit Petrum Gonzalez Clericũ, & poſt ipſum ſimilitèr Clericũ, qui foret illi proximior, facultatemq; conceſſit Parocho de Eſcamilla, vt declararet, quis ex concurrentibus eſſet præferendus, & qui erat Parochus tempore mortis dicti Ioannis Rodriguez, declarauit ad fauorem Sebaſtiani del Conde fratris Ioannis del Conde, & Aluendea aui dicti Petri del Conde, afferens, & affirmãs, probaſſe ſe conſanguineum propinquiorem dicti inſtitutoris, quo ſuppoſito, & cõſideratis probationibus partiũ, videtur pronunciandum fore ad fauorem dicti Petri del Conde.

1 † Primò, quia Fundator Capellaniarum, anniuerſariorum, & memoriæ miſſarum poteſt Clericos ſuos conſanguineos vocare, & alia pacta licita, & honeſta apponere, & conditiones, quæ debebunt ſeruari, ex reg. l. in traditionibus 49. ff. de pact. l. legem 10. C. eod. tit. & l. in rebus, C. de rerum permut. & proprijs in terminis tex. in cap. præterea in 2. de iure patronat. cap. quanto, de cenſib. & cap. Eleutherius 18. quæſt. 2. l. 9. tit. 6. lib. 1. nouæ recop. iunctis doctè traditis per Ioan. Guttier. conſ. 1. nu. 1. & conſ. 2. eodem nu. Roland. à Valle conſ. 62. incip. licet clara, nu. 14. vol. 1. Petr. Ioan. Anchar. quæſt. 67. num. 1. lib. 2. Ioſeph. Ludouic. in ſuis concluſ. tit. de iure patr. concluſ. vnic. ampliat. 4. verſ. *declara*, & 1. ac 7. fallent. vbi latè legem fundatoris in conſanguineorum vocatione, vel alia diſpoſitione ſeruari
2 debere ait. † Pro quo etiam facit, maximè Reipublicæ expedire, deficientium ſeruari voluntates, & executioni mandari, l. vel negare, ff. quemadmodum teſtam. aper. cap. vltima voluntas 13. quæſt. 2. Bal. in l. publicati, nu. 7. C. de teſtament. quod in noſtris terminis ponderat Rebuff. in praxi benefic. 2. par. tract. de diſpenſat. ad plura, num. 18.

Digitized by Google

num.18. quare voluntas,& diſpoſitio dicti Ioan-
3 nis Saez de Lorençio Fernandez, † tàm circa
conſanguinei proximioris vocationem, quàm
onus miſſę, vnico die in qualibet hebdomada ce-
lebrandę inuiolabilitèr obſeruãda erit, legiſq; ad
inſtar cuſtodienda, cùm & iuri innixa,& fauora-
bili ratione corroborata ſit, authent. de nuptijs,
§. diſponat itaquè, collat.4. cap. tua nos, iuncta
gloſſ. 2. de teſtament. quare cùm multis proba-
tionibus conſtet, de quibus inhac cauſa, Petrum
del Conde eſſe conſanguineum dicti Inſtitutoris
in quinto (vel ſecundùm aliam computationem
in quarto) conſanguinitatis gradu, bona ab eo
relicta applicari debent cum ſuo onere eidem.

Habet enim probatũ dictus Petrus del Con-
de, quòd dictus Sebaſtianus del Conde erat con-
ſanguineus in tertio gradu cum dicto Inſtituto-
re, ſuper cuius parentela produxit plures teſtes,
quorum depoſitionum virtute dictus Parochus
de Scamilla declarauit ex facultate ſibi conceſſa
per Fundatorem, quòd dicta bona illius memo-
rię ſpectabant ad dictũ Sebaſtianũ vt apparet ex
eius declaratione facta 28. Martij 1547. quæ in
actis eſt producta in forma publica,& authenti-
ca. Et cùm apprehendiſſet poſſeſſionem, & fuiſ-
ſet illi mota lis per quendam Ioannem de Cor-
taçar ſub prætextu, quòd dicta memoria erat
Capellania collatiua, & obtenta commiſſio Do-
ctori Alphonſo de Caſtro Prothonotario, & Iu-
dici Apoſtolico, coram quo dictus Sebaſtianus
produxit priores depoſitiones teſtium,& decla-
rationem dicti Parochi, alioſq; nouos teſtes fecit
examinari, fuit abſolutus à dicta impetitione, &
decretũ,& declaratũ, quòd debebat manuteneri
in ſua poſſeſſione, quę ſentẽtia trãſiuit in aucto-
ritatem rei iudicatæ: quare licet non appareat
de proceſſu, & actis, & aliqui tenuerint eo caſu
non præſumi pro rectitudine eius, vt per Carol.
4 Ruyn. conſ.48.nu.5.lib.4. † adhùc tamèn habet
pro ſe præſumptionem quòad rectitudinem, &
iuſtitiam, vt per Gloſſ. Imol.& Anton. de Butrio
in cap. quoniam contra, de probat. tradit Tho.
Grammat. deciſ. Neap.24.nu.5.& ſeqq.

5 † Maximè quando longius tempus tranſiuit,
Imol. vbi proximè nu.28. Thom. Grammat. nu.
9. Bald. conſ.204. incip. longum thema, nu.5. vol.
3. dicens, quòd ſi propter antiquitatem tempo-
ris non poteſt conſtare de proceſſu, præſumitur
pro ſententia, quòd fuerit lata ex probationibus,
ſi ſententia facit mentionem de actis, Burgos de
Paz conſ.40.num.11. Alciat. de præſumpt. reg.3.
præſumpt.10. num. 5. & 6. verſ. *niſi præteruiſſet*,
Rota Romana deciſ.143.nu.8.par.2. diuerſ. Sacri
Palatij, Steph. Grat. deciſ.197.nu.1.

6 † Idquè certius eſt, vt in eadẽ ſententia enun-
cientur ſolemnitates,& iuſtificationes præcedẽ-
tes, dicendo, *viſis videndis, & ſeruatis ſeruandis*:
quo caſu præſumitur pro ſentẽtia, ſiuè decreto
Iudicis etiã cauſæ cognitionem requirẽte, vt per
Aymon. Crauett. poſt alios de antiq. temp. par.2.
§. ex præmiſſis, num.9. Ant. Gabr. lib.2. concluſ.
tit.2. de ſenten. concluſ.4. nu.34.& 37. Alex. conſ.
113. nu.4. lib.7.

7 † Alia limitatio eſt, quando virtute ſententiæ
fuit emiſſum decretum de mittẽdo in poſſeſſio-
nem, illudq; executioni mandatum, prout verè
fuit in fauorẽ dicti Sebaſtiani, qui in ea permanſit
toto tempore illius vitæ, vt ex deciſ. Afflict. 368.
num.3.& ſeqq. Anchar. conſ.40.nu.2. verſ. *item
ex temporis diuturnitate*, Dec. Tiraquell.& Achil.
de Graſſ. tradit Rota vbi proximè nu.9. & quia
probatum eſt pluribus teſtibus, in dicta cauſa
fuiſſe factas probationes, aliaq; acta iudicialia,
8 † quod poſſet probari teſtibus, per Bald. in l.
emancipatione, nu.1. C. de fide inſtrumentor.&
in l. geſta, num.11. C. de re iudic. tradit Petrus
de Anchar. conſ.176.nu.3. Paul. Caſtrenſ. conſ.
60. num.2. par.1.

Et ideò licet deperdita ſint dicta acta, prout
colligitur ex eo, quòd non apparent, & ex pro-
bationibus factis ſuper caſu, & amiſſione illorũ,
& diligentijs factis in perquirendo illa coram
9 Notario ſucceſſore illius, † ante quem fuit pro-
mulgata dicta ſententia, ſufficit, vt præſumatur
pro illis; vt ex Caſſador. deciſ.5. ſuper reg. can-
cell. num.5. tradit Ioan. Petr. Bimius conſ.201.
nu.5. gloſ. fin. in cap. quoniam contra, & ibi Bald.
nu.27. verſ. *item fallit*, Butr. nu.56. verſ. *hæc vera*,
Abb. nu.19. poſt princ. verſ. *prædicta procedunt*,
Felyn. nu.32. verſ. *idem de eo*, Bero. nu.227. ante
med. verſ. *ſed ſi diceretur*, de probat. Gabr. d.
concluſ.4. num.13.& in his terminis fuit reſolu-
tum in vna Roman. ſpolij domus de Canſacchis
coram R.P.D. Decano 19. Iunij 1578. & coram
R.P.D. Blanchetto 20. Maij 1580. vt refert Rota
d. deciſ.143.nu.11.

10 † Quarè cùm conſanguinitas poſſit teſtibus,
& inſtrumentis probari, cap. ſeries 26. vbi Ioan.
Andr.& Bal. nu.1. de teſtib. præcipuè cùm ſimus
in facto antiquo, & rei antiquæ probatione,
11 † quia cùm antiqua dicantur obſcura, l. hæc
actio, §. Iudici, vbi Florian. de Sancto Petro nu.2.
12 ff. finium regundorum, † quia difficilis eſt eorũ
probatio, l. in finalibus, eo. tit. per indicia,& fa-
mam probari poterunt, vt ex l. indicia, C. de rei
vindicat. tradit Bald. nu.2. in l. cùm ſuper, eod.
tit. cap. cùm cauſam, de probat. vbi Anton. de
Butr. nu.4. Paul. de Caſtr. conſ.279. incip. viſa pe-
titione, nu.3. vol.2. latè Alex. conſ.187. incip. in
hac cauſa,& lite, nu.3. vol.2. & conſ.150. incip.
in cauſa appell. nu.10. vol.6. Menoc. lib.2. de ar-
bitr. Iudic. caſu 115.nu.3. Laurent. Syluan. tract.
13 de feud. recognit. quæſt.1. num.39. † quia rece-
ptiſſimum eſt, leuiores in eiſdem antiquis pro-
bationes ſufficere, vt ex d. cap. cùm cauſam, de
probat. l. ſi arbiter, ff. eod. tit. cap. veniens in 1.
de teſtib. tradit Duaren. in practic. quæſtionib.
cap.21. num.7. Matth. de Afflict. deciſ. Neap.13.
14 num.24. Alexan.& alij per eum allegati, † vndè
etiam enunciatiuæ probationes maximi sũt mo-
menti, dominiumq; probant, vt ex d. l. indicia, &
alijs Iuribus tradunt Ruyn. conſ.14. num.7.& 8.
vol.4. Decius conſ.428. num.4.& 5. Boer. quæſt.
42. nu.3. Alex. conſ.12. nu.8. lib.4. & conſ.90. in-
cip. in cauſa, nu.11. vol.6. Abbas conſ.92. incip.
in controuerſ. nu.11. verſ. *in contrarium*, 2. part.
Gregor. Lopez in l.10. tit.15. par.6. gloſ.8. alijquè
adducti per Bald. in l. proprietatis, nu.4. & 5. C.
de probat. Burg. de Paz conſ.16. num.12.& 17.
Michael Graſſ. inter communes Doctorum opi-
niones

Digitized by Google

niones lib. 3. tit. 26. finium regundorum, num. 3.
15 Kircou. lib. 4. tit. 11. nu. 90. † quæ traditio etiam
in conſanguinitatis probatione obtinet, vt poſt
gloſſ. & DD. in cap. Michael, de filijs presbyt.
& in cap. tranſmiſſæ, qui filij ſint legitimi, tradit
plures allegans Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
16 gloſ. 16. nu. 7. ideò † in huiuſmodi antiquis in-
ſtrumentalis probatio præualet teſtium proba-
tioni, l. cenſus, ff. de probat. Bald. nu. 3. in d. cap.
cùm cauſam, eod. tit. & in cap. ad audientiam 13.
vbi Anton. de Butrio num. 23. de præſcript. Ro-
deric. Xuar. allegat. 6. num. 11. Gregor. Lopez in
l. 115. tit. 18. par. 3. gloſ. 8. optimè Alex. conſ. 23.
incip. viſo proceſſu cauſæ, num. 1. vol. 5. dicens,
ex dictis inſtrumentis antiquis in ſimilibus pro-
bari, ex glo. verbo *inſtrumentis*, in cap. cùm olim,
de cenſib. & alijs ab eo allegatis.
17 † Confirmatur, quia tẽporis antiquitas magnã
eis authoritatem præſtat, adeò vt Bal. in l. compa-
rationes, nu. 26. C. de fide inſtrum. dixerit, quòd
inſtrumentis antiquis credendum eſt, quàmuis
Notarius ignoretur, eò quòd mortuus; mortui
ſecundum Ariſtotilem incorruptibiles ſunt; ideò
non eſſe neceſſariam notariatus probationem,
refert Iaſ. in l. Barbarius, nu. 51. ff. de offic. præ-
tor. Bellacomb. inter commun. opin. lib. 4. tit.
18 11. C. de fide inſtrum. concluſ. 134. † neque
obſtabit text. in authent. hæc conſtitutio inno-
uat. in princ. collat. 8. ibi, *quoniam per tantum ſæ-
culi, magis quàm temporis ſpatium, nec documentis
integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuf-
fragari*. Intelligitur enim loqui de materiæ inte-
gritate, quia ſenio corrumpitur ſcriptura, & ca-
rie materia ſicut homo. Nec mirum cùm illud
Auſonij de Partheniana toga id nobis oſtendat,
dùm dicit.

Miremur periiſſe homines monumenta fatiſcunt
Mors etiam ſaxis, nominibuſquè venit.

Ouid. lib. vlt. Metamorph.

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas.
Omnia conſumitis, vitiataquè dentibus æui,
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Cornelius Gallus Eleg. 1.

Ipſa etiam veniens conſumet ſaxa vetuſtas.
Et nullum eſt, quod non tempore cedat opus.

Ideò ſi ſit incorrupta in materia, in fide perpe-
tuam firmitatem habebit, l. iubemus, §. ſed ne
aliqua, C. de teſtament. l. geſta, vbi Bald. num. 18.
19 C. de re iudicata, † notans, inſtrumento regi-
ſtrato etiàm originali perdito eſſe ſtandum. In
quorum confirmationem idem Bald. in authent.
quas actiones, num. 19. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
20 aſſerit, † quòd in iſtis antiquiſſimis non expe-
dit probare, quòd Notarius fuerit Notarius,
quia ex ipſo actu antiquo oritur pro eo fauora-
bilis præſumptio, iuxta tradita per Innoc. in cap.
21 veniens, num. 2. de verbor. ſignif. † mortui enim
ſcripturæ maior datur fides, quàm viuentis, ſe-
cundum Aymon. Crauett. conſ. 6. nu. 52. & conſ.
158. num. 7. & conſ. 275. num. 6. Decius conſ. 36.
22 num. 3. & conſ. 368. nu. 6. † quia vnus ex prin-
cipalioribus, & præcipuis antiquitatis effectibus
eſt, vt imperfectæ probationi ſtetur, vt per Mat-
23 theum de Afflict. deciſ. Neap. 251. nu. 6. † atquè
ideò ſi in inſtrumento antiquo ratione antiqui-
tatis non appareret indictio, ſed apparerent anni
Domini, perinde iudicatur, ac ſi indictio minime
deeſſet; quia cætera, quæ leguntur, ſupplent, &
repræſentant intellectum, vt tradit Florian. in l.
vnum ex familia, §. ſi omiſſa, nu. 4. ff. de legat. 2.
per text. ibi. Quare prædicta huiuſmodi proba-
tionibus factis à Sebaſtiano del Conde mirè con-
ueniunt, cùm multum tempus ſit decurſum.
24 † Antiquumquè tempus dicatur, quod quadra-
ginta annorum curricula excedit, vt refert In-
nocent. in d. cap. veniens, nu. 2. in fine, de verb.
ſignific. Anton. de Butrio in cap. veniens, in 1.
num. 10. verſ. *quandoquè*, de teſtibus, Aym. Cra-
uetta tract. de antiquit. tempor. in princ. nu. 2. &
alij allegati à Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu
3. num. 5. Afflict. deciſ. Neapol. 13. nu. 23. Bartho-
lom. Caſſan. conſ. 15. num. 19. Ioan. Fichard. inter
communes DD. opiniones lib. 9. tit. 30. C. de pen.
25 num. 118. † vndè cùm citatio ad dictam proba-
tionem, & oppoſitionẽ ſua intereſſe putantium,
præceſſerit dicti edicti communis virtute in
contumacium, aut minimè comparentium dam-
num, iuxta cap. final. de elect. lib. 6. iunctis tradi-
tis per Anton. de Butr. in cap. cùm olim 7. nu. 16.
de dolo, & contumacia, Ioan. Anton. Maſſobrius
in praxi habendi concurſum ad parrochial. præ-
26 lud. 7. dub. 20. à nu. 142. † quo omnes adſtrin-
gebantur, vt tradit Bald. num. 7. in l. teſtamenta,
C. de teſtament. Ioan. Guttier. conſ. 4. nu. 27. &
dicto Sebaſtiano del Conde iuſtiſſimè profuit,
alijſquè eius conſanguineis prodeſſe debet, atq;
ità cùm iudicialitèr cauſa diſcuſſa dictarum pro-
bationũ virtute per dictum Petrum Nicto Pa-
rochum Villæ de Eſcamilla ſententia lata fue-
rit in fauorem dicti Sebaſtiani, videtur per eam
confirmari probationes tertio conſanguinitatis
27 gradu factas, † quia cùm ſententia reguletur ſe-
cundum probationes, l. de qua re, ff. de iudic. ità
vt Iudex ſecundum probationes ſibi factas iudi-
caſſe præſumatur, l. ſi quis, C. de offic. ciuil. Iudic.
& ex gloſ. verbo *verùm*, in l. hæ enim, in princ.
ff. de ſuſpect. tutor. verb. *rei iudicatæ*, in l. ſi quis
ad exhibendum, ff. de except. rei iudicatæ, Alex.
28 conſ. 49. in cauſa, & lite, nu. 9. vol. 7. † vt ità per
acta probatoria declaretur ſententia, l. penult.
cum gloſ. C. de ſenten. quæ ſine certa quantit. &
prædicta confirmans tradit Iaſon in l. ſub præ-
29 textu 29. nu. 6. C. de tranſact. † quia ſententia
recipit à libello, & actis declarationem, Bald. in
l. final. C. de ſuſpect. tutor. gloſ. verb. *rei iudicatæ*,
in d. l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. rei
iudic. Bart. in l. Iulianus verum debitorem, ff. de
condict. indeb. Deciſ. Genuæ 164. num. 19. vndè
dicta ſentẽtia relata ad probationes intelligi de-
bet, ipſum Iudicem pronunciaſſe dictum Seba-
ſtianum del Conde conſanguineum fundatoris
30 in tertio conſanguinitatis gradu. † Vndè ſentẽ-
tia prædicta in cauſa filiationis, & ſic ſuper con-
ſanguinitate habita cũ legitimo, & iuridico tra-
ctatu, & in aliorum defectum ipſius Parochi de
Eſcamilla cõtradictione, prodeſt etiam, & nocet
omnibus non citatis, iſteq; eſt vnus ex caſibus, in
31 quibus res iudicata alijs prodeſt, & nocet, † nàm
& ſi regularitèr ſentẽtia inter alios lata, magnam
pro ſe præſumptionem afferat, vt ex notatis in l.

quia

Digitized by Google

quia non debet, ff.de iureiur. tradit Rota in antiquis deciſ. 4. de re iudic. num.2. dicto in caſu præcipuè militat, iuxta text.in l.1.§.final.& l.ſequenti, ff.de liber.agnoſcend.& Tiraquell.tract. res inter alios acta, limit. 27. & Couar. in 4. decretal. 2.par. cap.8.§.3.num.2.l.20.tit.22.par.3. vbi Gregor. Lopez gloſſ. 23. & magis in terminis Ioan.Guttier. conſ.1. num.3.verſ.*vltimo*, ſecundum quem numero ſequenti etiàm acta præiudicabunt,aut prodeſſe poterunt etiàm non ci-
32 tatis, † eò quòd quibus caſibus nocet, vel prodeſt ſententia inter alios lata, in eiſdem nocent, & proſunt probationes, aliaquè cauſæ acta, & è contra, vt plures allegans tradit Matth. de Affl. deciſ.396.num.3.& notatur in cap.inter dilectos de fide inſtrument. Innoc. in cap. cauſam, quæ 11.num.1.de teſtib.Roderic.Xuar.allegat.27.nu. 2. & adiudicatio dictorum bonorum facta per ſententiam dicto Sebaſtiano del Conde patruo magno dicti Petri del Conde modò litigantis, vt
33 dicti Inſtitutoris conſanguineo. † Et quòd dicta ſententia talis fuit declaratus, magnam debet facere in hoc iudicio præſumptionem arbitrio digniſſimi Domini Iudicis, ex traditis per Couar.in practic.quæſtio. cap.13. num.4. Neque obſtabunt depoſitiones Mathæi de Lorençio,& Catharinæ Gonzalez teſtiũ dicti Sebaſtiani del Conde, quatenùs primus deponit, Marinã Martinez matrem eius eſſe conſanguineam Inſtitutoris intra tertium gradum, alia verò, quæ intrà
34 quartum; † quia huiuſmodi dictio *intrà*, cùm ſit incluſiua, l.1. §.cùm Vrbem, ff.de offic.præfect. vrb. §.qui autem, inſtit.de excuſat. tutor. l.ſtatu liberos, ff. de ſtatuliberis, l. final. ibi, *intra fines imperij*, ff.de captiu.& poſtlim.reuerſ.Rebuff.in l.ſi quis 133. verſ.*ſeptimo*, ff.de verb.ſignif. Prateius Lexiographus de verbis iuris,& noſtrorum aliorumq; bonorum Authorum teſtimonijs Tiraquell.de retract.lignag. §.1.gloſ.14.num.71.& ſeq. vndè ſecundum aliorum quatuor, vel quinque teſtium depoſitiones, qui affirmant eam in ſecundo gradu Teſtatoris conſanguineam,vt dictę dictionis vis ad teſtimonia aliorum referatur, cùm ſecundus gradus,de quo ipſi deponunt, in-
35 trà quartum ſit, vt ad ſenſum patet, † & iuxta enumerationem Caij,& Pauli Iuriſconſultorũ in l.1.& l.Iuriſconſultus,ff.de grad.affin.Oliuerius Textor in commentar.ad tit. inſtit.de gradibus
36 cognationum, quęſt.10.à num.4. † & cùm Iure Pontificio graduũ numeratio debeat incipere à primis radicis palmitibus,ſcilicèt parentis vnius communis filijs, ita vt hi ſint in primo gradu, & eorum filij in ſecundo, vt in arbore conſanguinitatis, & l. 3. tit. 6. par. 4. vbi Gregor. Lopez gloſ.3. Ioan.Andr.in cap.tua nos, num.1. Abb.1.& 6. per text. ibi de conſanguin. & affin. gloſ.1.in cap.ſeries 26. vbi Abb.num.1.de teſtib. Roland.à Valle conſ.32.incip.viſo proceſſu cauſæ, nu.24.vol. 3.cap.ad Apoſtolicam 35.q.5.cap. quod dilectio, cap.fin.de conſang.& affinit. Prateius de verbis iuris, verbo *graduum*, Oliuerius vbi proximè queſt.21. nu.2. Caius enim I. C. in l.vlt.ff.de gradib.ait, *Quoties quæritur, quoto gradu, quæque perſona ſit,ab eo incipiendum eſt, cuius de cognatione quæritur*: Hotoman. diſput.10. de gradib. cognat. verſ. *de cuius*, & verſ.*quoties*.

Ideò cùm dicta Marina Martinez Sebaſtiani del Conde mater, ipſeq; Laurentius Fernandez Inſtitutor duorum fratrum fuerint filij, concluditur,eos in dicto ſecundo conſanguinitatis gradu, Sebaſtianumq; eius filium in tartio cum dicto Inſtitutore fuiſſe. Et ita cùm omnes teſtes in hac inſtantia producti per dictum Petrum del Conde concludant, quod Ioannes de Aluendea eius auus paternus erat frater legitimus dicti Sebaſtiani del Conde ex Marina Martinez communi illorum matre, dictiq; teſtes ſint ſenes, & omni exceptione maiores,euidenter cõcluditur, quòd dictus Ioannes de Aluendea erat in eodem gradu conſanguinitatis cum Inſtitutore; in quo erat dictus Sebaſtianus del Conde clericus. Et ideò dictus Petrus reperitur in quinto conſanguinitatis gradu, facta coniunctione probationũ dictorum Sebaſtiani,& Petri,quod dubium non
37 eſt, poſſe fieri, † ſicut ex duobus inſtrumentis ſimul iunctis poteſt liquida probatio fieri, quæ ex vno ſolo non fieret, l.ait prætor, ff.de re iud. Bald.nu.4.in princ.in cap.auditis, de præſcript. & in l.refert, num. 1.C.de falſa cauſa adiecta legato, Reboff. 2.tom. ad conſtit.Galliæ tract. de literis obligatorijs, artic.1.gloſ.9.num.9.Iaſ.in l. Gallus, §.ille caſus, nu.11. ff.de liber.& poſthu. qui ex duarum ſcripturarum concurſu liquidationem fieri ad plenam probationem aſſerunt.
38 † Cùm regularitèr duæ ſemiplenæ probationes coniungantur,faciantq; vnam plenam probationem, vt argumento l.1.C.de ijs,qui numero tutelarum ſe excuſant tradit Alex.conſ.150.incip. in cauſa,& lite, num.28.vol.5. Matth.de Afflict. deciſ.Neapol.48.nu.4. Chriſtoph. de Caſtellio.
39 conſ. 38. num. 28. † obtinet enim vulgaris regula,quòd quæ ſingula non proſunt multa collecta iuuãt, l.ſancimus, C.de teſtament.l.necnon, §.ſi quis ſæpius, ff.ex quibus cauſis maiores, glo. verbo *legitimis* in l. 2. ff. de excuſat.tutor.verbo *alijs*, in l. inſtrumenta, C.de probat. gloſ. verbo *adminicula*, in d.cap. cùm cauſam, de probatin. Specular.2.tom.tit.de diſputationib. & allegat. §.nunc videndum,num.4.cum relatis ab Anton. Gabr.1.tom.commun.concluſ. tit.de probatio. concluſ.1.num.1.Roland.à Valle conſ.43.nu.14.
40 vol.4. † Indè probatio perfecta ex duabus probationibus imperfectis reſultat,vt ex l.quæro, §. fin. ff.de ædil.edict. & notatis in l.bonæ fidei, & l.admonendi, de iureiur. tradunt Bal. in l.excuſantur, num.4. ff.de excuſat.tutor. Abb.nu.6. in cap.cùm dilectus, de ſucceſſ.ab inteſt. Alexand. conſ.4.incip.attentis narratis, nu.11.vol.7. Florian.de Sancto Petro conſ.15.nu.22.ex tex. in cap.1.de appellat. & gloſ.verbo *ſpeciem* in l.3. §. eiuſdem, ff.de teſtib. idem Florian. nu.23. Roland.à Valle conſ.50.incip.quoniam apud omnes num.9.& 10.vol.4.& alij adducti per Ant.Gabr. vbi proximè,Abbas num.2.Bald.1.& 2.in d.cap.
41 cùm cauſam,qui ait, † quòd quemadmodum teſtes ſingulares non probant, quia ad diuerſa tendunt,cap.cùm dilectus 32. de elect. cum adductis per Bal. in l.iuriſiurandi, num.9. C.de teſtib, & Boer.conſ.40.nu.14.90. & ſeqq.Rebuff. tract.de reprobat. teſtium, nu.512. & ſeqq. Bal. in l.

Digitized by Google

in l.teſtium, nu.19. C. de teſtib. Alex. conſ.143.
incip.quoniam abundè, num.1.vol.2. Henric.de
Bottis tit.de ſynodo Epiſcopi, 3.par.artic.1.nu.
29 & tamen coniuncti plenè probant,ſi in idem
42 tendāt. † Ita eodē modo,ſi vna probationis ſpe-
cies ad aliam inſerat,vt animus Iudicis informa-
ri poſſit, huiuſmodi probationes non dicentur
ſingulares,nec diſcrepantes, ſed contextuales, &
conſerētes ad collectionem vnius legitimæ pro-
43 bationis. † Indè cùm vnus teſtis ſemiplenè pro-
bet,vt tradūt ex cap.ex inſinuatione,de procur.
d.cap.fin. de ſucceſſ. ab inteſt. Bart. nu.36. Bal.
num.22. Paul.num.45. Alex.nu.43.& Iaſ.in rep.
44 num. 178. in l. admonendi, ff. de iureiur. † &
confeſſio extrà iudicium parte abſente facta, ex
traditis per Ant.Gabr. concl.1. de confeſſis, nu.
2. & d.concl.1.de probat. à nu.3. Chriſtoph.de
45 Caſtellio.conſ.38.nu.27.& 28. † Et tamen iun-
guntur, & huiuſmodi duæ ſemiplenæ integrè
probant,vt per Bal.nu.2.in l.vnic. C.de confeſſ.
in auth.rogati, nu.4.C.de teſtib. Alex.conſ.143.
num.4,vol.2. Matth.de Afflict. deciſ.12.num.3.
46 † Fortiuſq; facit,nā duę ſpecies probationis etiā
diuerſæ, ſcilicet diuerſi generis,vtputa teſtium,
& inſtrumenti iunguntur ad implementū vnius,
cap.auditis, vbi Anton.de Butrio nu.7. de in in-
tegr.reſtit. Bald.in l.3. §.eiuſdem quoque, in 2.
num.1. ff. de teſtib. Iaſ. alios allegans in repetit.
d.l. admonendi, num.257. ff. de iureiur. Nicol.
Boer.conſ.40.num.105. Menoch.lib.2 de arbit.
Iudic.caſu 89.nu.66.præcipuè in rebus antiquis,
vt poſt Bartholom.Chaſſan. conſ.54. nu.18. tra-
dit Ant.Gabr.d.concl.1.de probat.nu.33.

Dictus autem Ioannes Martinez aduerſarius
non ità habet fulcitam ſuam intentionem,quod
probatur ſeqq. Primò,quia probationes ab eo in
hac cauſa factæ primo loco non præiudicant di-
cto Petro del Conde,quia ad teſtium productio-
47 nem citatus non fuit; † probatio autem non
valet,niſi parte citata,vt per text.ibi in l.de æta-
te 44. ff.de minorib.tradit Bald.in addit.nu.2.&
probatur in cap. ſignificauit, de teſtib. ibi, *de-
nunciando fundatoribus*, vbi Abb.in princ.Felyn.
in præfat.ante nu.1. Ioan.Andr.nu.1. Bald.codē
48 num. † dicens, citari debere eos, quorum inte-
reſt, aut eis mortuis ſuos hæredes, cuius dictum
communitèr eſt receptum, vt per Rolan.à Valle
conſ.2. incip. multiplici ex capite, nu.13.vol.2.
49 † citandus enim eſt ad quemlibet actum is,cui
præiudicari poteſt, l. de vnoquoque, ff. de re
iudic. l. nàm ità diuus, ff. de adoptionib. l. fin.
C.de legitim. hæred. l.ſi quando, C.de teſtib. l.
tres denunciationes, C.quomodo,& quando Iu-
dex, cap. dilecta, de ſentent. excommun. cap.
conſtitutionem, eodem tit. lib. 6. cum alijs ad-
ductis per Dueñas regul. 91. Bernard. Diaz 78.
vbi eius Additionator,Donat.à Fina inter com-
munes opiniones lib.2. tit.2. C.de in ius vocand.
conclu.86. & magis in noſtris terminis ex doctè,
& latè adductis per Rebuff. tract. de reprobat.
& ſaluat. teſtium, num.70.Ioan.Guttier.conſ.1.
nu.44. Nec obſtabit, ſi dicatur ex aduerſo,quòd
non erat perſona certa, quæ deberet citari,quia
veriſimiliùs eſt,ipſum Ioannem Martinez aduer-
ſarium ſciuiſſe, & ſcire dicti Petri del Conde
50 conſanguinitatem. † Imò adhuc caſu,quo da-
remus, perſonā eſſe incertam, ſaltim per edictū
requirebatur citatio, vt oībus ſua intereſſe cen-
ſentibus innoteſcere poſſet, iuxta ea, quæ tradit
idē Rebuff.reſpōſ. 76.verſ.*quarto,& ſequentib.*&
Octauian. deciſ. Pedemontan.157. nu.14. & ma-
gis in terminis Lambertin. tract.de iurepatron.
lib.2. 2.par. artic.6. ſecundæ quæſtionis princi-
palis num.3.

Vltràque teſtes tàm priorum, quàm ſecunda-
rum atteſtationum nihil concludunt; nàm Ci-
prianus Hernandez frater matris dicti Ioannis
Martinez, & ſi voluerit probare quintum arti-
culum, non diſtinguit, nec concludit gradum
conſanguinitatis, imò dicit, eum neſcire; & Di-
dacus Ximenez alter teſtis ſolummodò deponit
audiuiſſe ab vltimo poſſeſſore, quòd non aderat
conſanguineus proximior eo dicto teſtatori.
51 † Nec excludit,quòd non eſſent alij ſaltem eiuſ-
dem gradus, argum. cap. nonne, de præſumpt.
vbi gloſſa verbo *tacendo* in fine, & Ioannes de
Azanon, Alphonſus Brauo, Ioannes Galan, &
Matthæus Rodriquez, Petrus de Aluēdea, & Pe-
trus Nieto teſtes illius primę probationis ſolum-
modò affirmant,eſſe conſanguineum, & ita audi-
uiſſe,nec reddunt rationem à quibus,nec in quo
gradu, & eadem incertitudine deponunt teſtes
ſecundæ informationis, qui etiàm ſunt modicæ
ætatis,& conſanguinei,vt apparet ex declaratio-
nibus ad interrogatoria generalia, & dictus Ci-
prianus Hernandez,& Anna Hernandez eius ſo-
ror ſunt vicini de caſa ſana, & ideò,quia conſan-
guinei nec reddentes rationem nullatenùs pro-
bant.

52 † Primò,quia cùm cōſanguinitas debeat pro-
bari diſtinctis ſingularitèr gradibus, vt per Ti-
raquell. de retract.lignag.§.1.gloſ.16.nu.2.ita
vt non ſit ſatis, ſi dicatur quis habitus, & tracta-
53 tus,vt cōſanguineus, † quia cùm conſanguineus
dicatur ille, qui quouis modo ſāguine cōiunctus
ſit, c.coniunctiones 35.q.2.& 3. c.tua nos, c.non
debet, de conſang. & affinit. cap.poſtremo, vbi
gloſ.1. Ioan.Andr, Ant.de Butr. & Abb.& com-
munitèr DD. de appellat. Paul. de Caſtr. conſ.
384.incip. notandum eſt ad euidentiam, num.1.
vol.1.Alexand.conſ.182.incip.in cauſa vertente,
nu.1. vol.1. dicens ſecundum communem vſum
loquendi pro quocunque conſanguineo accipi,
vbi Additio,Tiraquell. de retractu lignag. §. 1.
gloſ.9. nu.4. verſ. *ſed intelligo*, Oliuerius Textor
in dictis commentarijs ad titulum inſtit. de gra-
54 dibus, quæſt.7.num.8. † dicens, debere attendi
dictum communem vſum loquendi,argum.l.La-
beo, §. non enim, ff. de ſupellect. legat. l.cùm de
lanionis, §.aſinam, ff.de fundo inſtructo,Couar.
in cap.alma mater, 1.par.relect.§.8.nu.5.de ſen-
tent. excommun. lib. 6. ex dicta probatione, &
depoſitione non inducitur quinti, imò nec vlte-
55 riorum gradnum legitima probatio, † cùm in
nullo concludat, vt tradit Alex. conſ.195. incip.
reddito per me conſilio num.1.vol.6. Tiraquell.
de retractu lignag. §.1.gloſ.16.nu.1. auctoritate
text.in cap.licet ex quadam,verſ.*teſtes*, vbi Abb.
56 col. vlt. de teſtib. † Quia cùm probatio debeat
ſemper concludere cum actione propoſita, Bal.

in l. ſi

in l. ſi præſidi notab. 2. C. de donatio. ante nuptias, l. final. ff. de officio Procuratoris Cæſaris, idem Bald. in l. non hoc num. 5. C. vnde legitimi, & in l. multis num. 2. C. de liberali cauſa,
57 † cùm fuerit incerta, non releuabit, cap. in præſentia, vbi Ioan. Andr. & Anton. de Butrio numer. 1. Abb. 5. & 6. de probatio. gloſ. verbo *benignè* verſic. *item eſt hic*, & ibi Abbas num. 5. in cap. cùm tu de teſtibus, Alexander conſil. 152. num. 1. volum. 5. Rodericus Xuares in l. 1. titulo *de las Arrhas* num. 20. Tiraquell. vbi pro-
58 ximè num. 4. & 5. † Quia probatio incerta nec dicitur probatio, ſecundum Baldum in l. 1.
59 num. 3. C. de probationib. Nàm † quandoquè quis fraterna charitate diligitur, & nominatur, licet frater non ſit, l. nemo ff. de hæredibus inſtituendis, Bald. in l. neque profeſſio in fine C.
60 de teſtamentis, † ex tali nominatione conſanguinitatis, illius probatio non concluditur, l. non epiſtolis, vbi Bart. & reliqui C. de probationibus, Tiraquell. dicto num. 1. cum adductis per Vincent. de Franch. deciſ. 1. à num. 9. Et dicta teſtium prædictorum deponentium, quòd dictus Ioannes Martinez, & Alphonſus Hernandez vltimus poſſeſſor bonorum memoriæ fuerunt reputati Inſtitutoris conſanguinei, poſſunt intelligi à vicinis duobus, vel tribus, vt l. inter illam §. vltimo ff. de verborum ſignificat.
61 † In quorum confirmationem facit, quòd probatio in genere non eſt ſufficiens, niſi in qualibet ſpecie concludat, vt tradit Bald. in l. & quæ non dum 15. §. quod dicitur, per text. ibi in lecturæ antiquæ additione num. 2. ff. de pignoribus, Abb. num. 9. Felyn. 54. in dicto cap. in
62 præſentia. † Ideò teſtes Petri del Conde iuxtà ſupradictam formam coniuncti, cùm ſpecialitèr, & præuia diſtinctione loquantur, præferendi erunt teſtibus, & probationi dicti Ioannis Martinez. Nàm ſicut per ſpeciem generi derogatur, cap. generi, vbi Dynus num. 5. Ioan. Andr. num. 2. de regulis iuris lib. 6. l. vxorem §. feliciſſimo, l. ſeruis vrbanis §. penult. ff. de legatis 3. dicta l. cùm de lanionis 18. ff. de fundo inſtructo, l. ſeruis 99. de legat. 5. l. ſi peculium 6. l. ſi ſeruo 15. ff. de pecul. legato. Bald. in l. Imperator numer. 5. ff. de pactis, & in l. ex facto §. item num. 1. ff. de vulgari, melius in cap. 1. num. 2. de reſcriptis, vbi Anton. de Butrio num. 6. & in cap. paſtoralis §. quoniam num. 3. eodem titulo, Abb. in eodem cap. 1. num. 10. & in cap. ſedes num. 12. eodem titulo, Alexand. in l. cohæredi §. qui patrem num. 4. ff. de vulgari, & in l. 1. num. 8. C. de teſtamento militis, Florianus in dicta l. vxorem §. feliciſſimo num. 5. Rebuff.
63 reſponſo 5. in princ. † Probatio, & depoſitio ſpecialis præferri debet genericæ, etiàm ſi numero eſſet inferior, vt poſt Innocent. in cap. auditis num. 8. de præſcriptio. tradit Alexand. conſil. 77. in cauſa accuſationis nu. 6. volum. 1. & conſ. 88. incipiente quoniàm omne num. 8. & 10. volum. 5. & vtrobiquè Additio cum alijs per Ant. Gabriel. concluſ. 4. de teſtibus num. 72. Boerius
64 quæſt. 23. num. 45. † dicens, duobus teſtibus in ſpecie deponentibus magis credi, quàm mille in genere, & in terminis probationis conſanguinitatis Tiraquell. vbi ſupra §. 11. gloſſ. 1. num. 10. Petrus Plaza lib. 1. epitome delictorum cap. 39. num. 22. Menoch. lib. 2. de arbitrarijs Iudicum caſu 48. num. 28. concludit, probationes Petri del Conde eſſe præferendas aduerſæ partis probationibus.

Atquè indè nôn etiàm obſtabunt depoſitiones dictorum Cipriani, & Annæ Hernandez, (quibus tantummodò aliquid ſuæ intentionis iuuare poterat dictus Ioannes Martinez) quia cùm ſit conſanguineus dictorum, qui eius ſunt auunculi, eius ſcilicèt matris fratres repro-
65 bantur. † Pro quo facit, huiuſmodi exceptionem contra teſtem, quòd ſit conſanguineus, vel affinis legitimam eſſe, cap. 1. 3. quæſt. 5. cap. abſens 3. quæſt. 9. Speculator lib. 1. tit. de teſte §. 1. num. 10. vndè repelli tradit Bald. in l. non ſolùm §. de viro num. 2. ff. de ritu nuptiarum.
66 † Et non eſſe integrum teſtem, etiam in ciuilibus, ex gloſ. verbo *profeſſio* in l. etiam ff. de probationibus tradit Alexand. conſil. 80. incip. viſo proceſſu cauſæ num. 7. volum. 4. & conſil. 133. incip. etiàm viſo proceſſu num. 8. volum. 1. plures allegati per Anton. Gabriel. lib. 1. concluſion. titulo de teſtibus, concluſ. 13. numer. 1. Vezinus inter communes opiniones Doctorum
67 lib. 4. tit. 10. C. de teſtibus num. 234. † Sunt què maximè ſuſpecti, Gloſſ. verbo *linea* in cap. accedens el 2. vt lite non conteſtata, Bart. in l. aut affinitate ff. de procurat. Thomas Gram-
68 mat. deciſ. Neapolitan. 34. num. 18. † Adeò vt notabilitèr Bart. in l. admonendi num. 37. ff. de iureiurand. tenuerit, conſanguineum non inducere ſemiplenam probationem, nec inducere poſſe Iudicem ad opinionem, ſed ad ſuſpicionẽ, ſequitur Iaſ. in repet. eiuſdem legis num. 579. qui plures alios allegat, & vtrobiquè Additio. Quare eiſdem duobus teſtibus maximè diminui de fide debere ratio poſtulat.

69 † Forſan tamen Pars aduerſa affirmare contendet, eos legitimos eſſe, cùm agatur de conſanguinitate probanda, ex cap. licet ex quadam de teſtibus, cap. quoties, vbi Ioan. Andr. num. 10. Anton. Abb. & Felyn. 2. cum alijs, quæ tradunt Bart. in authent. ingreſſi num. vltim. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, Paul. in l. final. num. 2. ff. de condictione cauſa data, & conſil. 283. videtur, quòd ita num. 2. volum. 2. cap. videtur qui matrimonia accuſare poſſunt, & Gregor. Lopez in l. 57. tit. 9. part. 4. gloſ. 5. quia huiuſmodi traditio, quam communem non
70 inficiamur, † limitari debet, & intelligi, quando ex illa depoſitione non reſultaret commodum conſanguineo, aliàs contra, vt per l. omnibus C. de teſtibus, cui conſonat l. 18. tit. 16. par. 3. tradit Rebuff. in tractatu de reprobatione, & ſaluatione teſtium num. 149. verſic. *ſaluatur*, Cicero in oratione pro Roſcio. *Itaque more maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent.* quòd autem commodum ſequatur, & ei, pro quo deponunt, & ipſis teſtibus deponentibus apparet. Primum de eo, pro quo deponunt, non indiget probatione, quia clarum eſt commodũ. Secundum ea probatur ratione, quòd ſi ſua-

Digitized by Google

rum depoſitionum virtute dicta bona ab Inſtitu-
tore relicta applicarentur dicto Io. Martinez vt
conſanguineo, filij, vel nepotes dictorum teſtium
Auunculorum dicti Martinez idem ius præten-
71 dentes venirent, † ideò pro eis viderẽtur ipſi pa-
rentes teſtificati contra l. teſtis idoneus ff. de te-
ſtibus, & l. 14. tit. 16. par. 3.
Et confirmatur, quia dicti duo fratres dicti
Ioan. Martinez Auunculi ſunt reprobandi, quia
vt ex teſtimoniorum conſtat contextura, vnum,
eundemquè premeditatum ſermonem afferunt.
72 † Ex quo ſuſpitio eorũ augetur, l. 3. §. ideoquè,
vbi Bartol. numer. 5. ff. de teſtibus, Alexand.
conſil. 237. incipiente, perſpectis num. 10. volum.
6. Rebuff. vbi proximè numer. 252. Roland.
conſil. 33. num. 8. lib. 2. Ioan. Guttier. conſ. 35.
num. 34.
Et corroboratur etiam, quia vltrà hos duos,
qui dictis de cauſis reprobati manent, reliqui
teſtes dicti Ioannis Martinez ſunt iuniores teſti-
bus dicti Petri del Conde, vt ex ipſorum depo-
ſitionibus in reſponſione ad generales conſtat.
Vndè præferendi cœteris paribus eſſent teſtes
73 dicti Petri del Conde: † Quia teſtes ſenes iu-
nioribus præferũtur, gloſ. verbo *nouum* in l. cùm
quid ff. ſi certum petatur, vbi Bart. & Paul. nu.
8. Alexand. 3. Iaſo. 11. Abb. notab. 3. Felin. num.
5. in cap. quotiès de teſtibus, Anton. Gabr. lib. 1.
concluſ. tit. de teſtibus, concluſ. 4. num. 68. Rol.
à Valle conſil. 24. num. 49. & conſil. 47. num. 71.
volum. 1.
74 † Dummodò multum ſenes non ſint, in qui-
bus quarumcunquè rerum ante actarũ memo-
ria excidit, Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudicum
caſu 26. num. 5. Hieronymus à Laurentiis deciſ.
Rotæ Aucnio. 33. num. 16. Cornelius Gallus li-
bro elegiarum, elegia 1. enumerans ſenectutis in-
commoda. *En lethæa meam ſubeunt obliuia men-
tem, nec confuſa, ſui iam meminiſſe poteſt.* Cicero
de ſenectute nu. 20. *at memoria minuitur, &c.* Se-
neca Tragædiographus in Odipo. actu quarto
ſcena ſecunda. *Prima langueſcit ſenum memoria,
longo lapſa ſub labens ſitu.* cuius (vt puto) aucto-
ritate Aldobrandin. in §. item maior num. 6. in-
ſtitut. de excuſat. tutor. poſt Soccinum in d. l.
cùm quid, Andr. Siculum conſil. 89. colum. 4.
volum. 4. aſſerit, huiuſmodi ſenioribus minus
eſſe à Iudice fidendum, quo nomine ſuæ ætatis
ratione taxandi veniunt dictus Cyprianus Her-
75 nandez, & eius ſoror, † quia memoria muti-
lata, totus languet intellectus, Bald. in l. cùm non
ſolùm nu. 17 C. de bonis, quæ liber.
Nec obſtat, quòd aliqui teſtes deponant, quòd
ſe tractabant vt conſanguinei vltimus poſſeſſor,
76 & Ioannes Martinez: † Et quia, vt eſt dari tra-
ctatum in filijs, ita in conſanguineis, vt ex gloſ.
final. in l. non epiſtolis C. de probationibus, vbi
Petrus, & Cyn. Bart. in l. ſiuè §. quia Plautia-
num num. 16. in fine ff. de liber. agnoſc. tradit
Ioannes Vincentius de Anna allegat. 57. num. 21.
& 22. quia non ex eo poteſt ius aliquod præten-
dere, animaduerſo, quòd verba teſtatoris ſunt
clariſſima, dùm ait. *Suceda el Clerigo, que fuere
mi pariente mas propinquo*; nec dicit vltimi poſ-
77 ſeſſoris; † quia in his Inſtitutori, qui ſuis conſan-
guineis proſpexit, & non vltimo poſſeſſori ſuc-
ceditur, argumento l. vnum ex familia §. ſi de
78 falcidia ff. de legat. 2. † Vnde in claris, conie-
cturis non eſt locus, l. continuus 137. §. cùm
ita in fine ff. de verbor. obligatio. l. ille, aut ille
25. §. cùm in verbis, l. non alitèr 67. ff. de legat.
3. Bart. in l. 1. num. 6. ff. de rebus creditis, Bald.
in l. 1. num. 9. C. de commodato, Anton. de
Butrio in cap. cùm dilectus 2. num. 34. de con-
ſuetud. Alexand. conſil. 81. incip. viſa conſulta-
tione num. 14. vol. 6. Ex quibus infertur, dictum
Petrum del Conde in ſuis probationibus circa
conſanguinitatem aduerſæ parti proculdubio
præualere.
Vltraquè omnes teſtes, quibus præcipuè in-
nititur Ioannes Martinez ſunt Oppidi de Caſa
ſana, filij (vt ita loquar) ſpirituales eius, quia
in dicto Oppido inſeruit beneficio curato, ſpi-
rituelia eis à multo tempore Sacramenta mini-
79 ſtrando. † Parochianus autèm eſt filius ſpiri-
tualis, vt argumento cap. omnes, & ſequent. 3.
quæſt. 1. tradit Rota deciſ. 4. de fil. Presbyter.
num. 1. in antiquis, Abb. in cap. tanta num. 11.
80 qui filij ſint legitimi. † Vndè aduerſus eos pro-
ptèr affectionem non leuitèr præſumitur, argu-
mento eorum, quæ in ſpirituali parente pro ſpi-
ritualibus filijs his in terminis tradunt Bal. in
l. generalitèr, verſic. *in eadem gloſ.* ff. de in ius
vocando, vbi Iaſo. num. 2. Alexand. conſil. 237.
81 incipiente perſpectis his num. 8. volum. 6. † eò
quòd affinitas ſpiritualis maior ſit quàm carna-
lis, cap. ità diligere 30. quæſt. 3. gloſ. *cap qui dor-
mierit* gloſ. 1. 27. quæſt. 2. Alexand. conſil. 143.
incipiente quoniam abundè numer. 6. volum. 2.
Franc. ad Abbatem Additione finali in cap. quo-
ties 5. de teſtibus, vt eodem modo filij ſpiritua-
les ratione continuæ adminiſtrationis ſacramen-
torum ſint, & efficiantur ſuſpecti, tamèn quia
aliqui relati per Additionatorem ad Alexand.
contrarium aſſeruerunt dicto num. 8. non mul-
tum in hoc ſundamento inſiſto, quo ſupradictis
extantibus minimè eſt opus: Infirmatur tamèn,
quia teſtes eiuſdem Ioannis Martinez naturales
Villæ de Eſcamilla, in qua omnes ferè conſan-
guinei Inſtitutoris ſemper adſuerunt, non po-
tuerunt de conſanguinitate, deponendo eam
diſcernere; ergò multò minus debebant extra-
nei, qui forſan nec parentelam, nec aliquem
82 ex ea nouerunt. † Cùm maxima circa ſcien-
tiam in aliquo actu requiſitam ſit præſumptio
pro vicinioribus, cap. quod dictis 16. diſtinct.
cap. quoſdam, vbi Ioan. Andr. Anton. Bal. &
Abb. num. 1. de præſumptionibus, cap. cùm
in tua, qui matrimon. accuſare poſſunt, Bald.
in l. ſcimus 22. §. cùm igitur num. 17. C. de iure
deliberandi, Bart. in l. ſi tertius num. 5. in fine
ff. de aqua pluuia arcenda, Alexand. conſil. 86.
incip. viſis dubitationibus num. 18. vol. 2. Menoc.
lib. 2. de arbitrarijs Iudicum caſu 122. num. 22.
Vndè eorum teſtimonia tanquàm veriſimilitu-
83 dine dicta ratione carentia reprobantur. † Nàm
ſicut illud, quod eſt veriſimile cognatum
naturæ dicitur, vt poſt Bal. conſ. 180. incip. mor-
tuo filio vol. 3. tradunt Euerard. in centuria le-
gali argumentorum, loco à veriſimili nu. 11. Lu-
douic.

Digitized by Google

douic. Zunt. in erudito reſponſo pro vxore num.
127. & ſeq. Rolan à Valle conſ. 1. nu. 112. & conſ.
84 11. omiſſo multiloquio num. 74. vol. 4. † Ità è
contrario, quod veriſimile non eſt, ſalſi ſpeciem,
ac imaginẽ habet, vt poſt alios à ſe allegatos tra-
dit Menoch. lib. 1. de arbitrar. Iudic. quæſt. 76.
num. 20. & lib. 2. caſu 85. num. 2. de recuperand.
poſſeſſ. remed. 15. num. 354. Roland. à Valle
d. conſ. 11. num. 18. & conſil. 49. incipiente legi-
timationem num. 38. vnlum. 4. & ex l. milites §.
oportet C. de quæſt. Zuntus vbi proximè dicto
num. 127.

Adhùc tamèn etiàm, ſi prædicta ceſſaſſent,
(quæ non ceſſant) & eſſemus in probationum
paritate, eſſet pręferẽdus dictus Petrus del Con-
de, quia vltrà qualitates bonæ vitæ, & ſamæ, ac
idoneitatis, & ordinis Presbyteratus habet pro-
batum ſe eſſe naturalem, & originarium Villæ de
Eſcamilla, vbi Inſtitutor reliquit bona, & dictas
memorias ſundauit, Ioannes autèm Martinez ex
aduerſo oppoſitor eſt naturalis Oppidi de Ca-
ſa ſana, ibiquè reſidet, ex quo dictus Petrus
85 præſerri debet. † Primò per text. in l. in Ec-
cleſijs C. de Epiſcop. & Cleric. vbi licèt Epiſco-
pus habeat liberam, & abſolutam poteſtatem or-
dinandi Clericos in Eccleſijs, tamèn à iure eſt
ſtatutus ordo, vt prius perſonas aptas natas in
eo vico, in quo eſt Eccleſia ordinet, vt propriæ
capitationis onus recognoſcat, & vbi onera re-
ceperunt, ibi ſuſtineant honores; idem probat
text. in cap. nullus 61. diſtinct. cap. quòd Archi-
diaconum 81. diſtinct. vbi prius ſunt ordinandi
Clerici loci, ſi idonei ſunt, quàm alij; idem pro-
bat text. in l. vt gradatim verſic. *& ſi lege*, & in
l. reſcriptum §. 1. ff. de munerib. & honorib. Ioan.
Vincent. de Anna allegat. 57. num. 7. & 8. & nu.
86 16. probans, † quòd ciuis præfertur in diſtri-
87 butione annonæ, & eleemoſynis exteris. † Et
pręferendos eſſe originarios forenſibus in bene-
ficijs, & Capellanijs, tradunt Selua tract. de be-
nefic. 1. par. quæſt. final. num. 34. & 35. Sotus
lib. 3. de iuſtit. & iure, quæſt. 7. artic. 2. Couar. in
pract. quæſt. cap. 35. num. 5. & 6. Azeuedo in l.
24. tit. 23. lib. 1. nouæ recopil. num. 23. cum
ſequentib. Cæuallos commun. concluſ. quæſt.
693. num. 33. & ſeq. Ludouic. Gomez ſuper re-
gul. Cancellar. de Idiomate quæſt. 1. Zerola in
praxi Epiſcopal. verbo *beneficium ad octauum*,
verſ. *ſecundo debent*, Perez de Lara lib. 2. de an-
niu. & capell. cap. 3. num. 19. Auguſt. Barboſa
in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reſor-
88 mat. cap. 18. num. 27. † quia etiàm ius ciuile
originarios cæteris præfert, l. Diuus ff. de tutor.
& curator. datis ab his, vbi in tutela præferuntur
originarij exteris, l. final. C. de officio Prætoris,
vbi in prætura vrbana originarij, alijs excluſis
præfici debent, & publica negotia originarijs cõ-
mittuntur, & à rure reuocantur, l. vnica C. ſi cu-
rialis relicta Ciuitate rus habitare maluerit lib.
10. l. final. ibi, *ciuibus noſtris debere conferri, &c.*
C. de annonis ciuilibus lib. 11. Lecerier. de pri-
mogenit. lib. 1. quæſt. 24. num. 15. Iacob. Bo-
naudius in panegyr. ad Regem Franciæ verſic.
poteſt in fine, & refert Caſſan. in catalog. gloriæ
89 mundi par. 11. conſider. 22. † vnde apud Ro-
man. dixit Cicero de Amicitia, *Potiores nobis
ſunt ciues, quàm peregrini*. Additio ad Abb. in
cap. ſi proponente 42. de reſcript. Luc. de Pen.
in l. quiſquis C. de omni agro deſerto lib. 11. al-
legans cap. final. de cleric. peregr. & fauet Ariſt.
3. Politicor. idquè Græcorum comprobat exem-
90 plum: † nàm cùm Alcmenes Athenienſis, &
Agoraticus in ſculpendo marmore clariſſimi.
Phidięq; diſcipuli inter ſe ambo de diſigno Vene-
ris ſaciendo certarent. Ex eo Alcmeni ſuffragijs
Athenienſium victorię palma data eſt, quia con-
tra peregrinum ciui ſuo ſuffragari Vrbanum
eſſe putarunt, concinentes illud prouerbium.
tunicam pallio propiorem ac chariorem eſſe, vt
meminit de his Beroal. ſenior in quadam oratio-
ne prouerbiali, tradit Ludouic. Gomez regul.
Cancell. de idiomate d. quæſt. 1. cum adductis à
Mandoſ. regul. 16. Cancellar. de dictio. nume-
ralib. quæſt. 39. num. 8. Imò etiam id iure diui-
no, & Pontificio probatur 1. Deuteronomij cap.
18. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis,
ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus, illiquè obedies*, l.
in Eccleſijs C. de Epiſcop. & Cleric. quæ licet
in Epiſcopis loquatur, in Clericis etiam obtinet,
cap. nullus inuitus 61. diſt. cap. ſacrorum 63. diſt.
cap. 1. vbi gloſſ. verbo *Ciuitatis* 70. diſtinct. cap.
hortamur 71. diſtinct. gloſ. verbo *de hoc* cap. ſi
proponẽte 42. de reſcript. ſingularis, vt per Ant.
Corſet. ſingul. ſuper verbo *ſubreptio*, Rebuff. in
tract. nominatio. quæſt. 9. num. 48. verſic. *imò*,
cap. bonę 2. circa finem de poſtulat. Prælator. ibi
nec vellemus ei præficere alienum, & extraneum,
Gregor. Lopez in l. 13. tit. 15. par. 1 gloſ. 3. cum
adductis in confirmationem per Seluam in tract.
de benefic. 3. par. quæſt. 26. num. 1. & 2. Rocch.
de Curte in tract. de iure patronat. verbo *honori-
ficum* quæſt. 18. nu. 45. & ſeqq. Mandoſ. vbi pro-
ximè num. 9. Ioannes Guttier. conſ. 2. num. 23. &
omnium latiſſimè Lambertin. de iure patronat.
lib. 2. 1. par. 7. quæſt. princip. artic. 24. num. 1. &
quinque ſeqq. ex quo idem nu. 20. verſ. *& ideò*,
91 aſſerit, † quòd ſi reperiantur idonei de illa Ci-
uitate, vel Oppido, illi erunt de neceſſitate prę-
ſentandi, ex rationibus ſupra adductis, Abb. no-
tab. 13. in d. cap. bonæ, latè Cæuallos in practic.
92 cap. 678. num. 35. † Imò etiam data aliqua
maiori idoneitate ex parte exteri, vt tradit Ioan.
Guttier. d. conſ. 2. num. 24. Lambert. lib. 2. de
iure patronat. 3. par. 5. quęſt. princ. art. 5. qui om-
nes aliquibus, & ſi friuolis in contrarium addu-
ctis rationibus reſpondent.
93 † Hinc eſt, quòd taciturnitas nationis in im-
petratione beneficij reddit impetrationem ſub-
reptitiam, & ſic nullam, Abb. in cap. ſi propo-
nente num. 3. poſt gloſſ. ibi verbo *de hoc*, quæ id
tenet ex aliquibus iuribus ſupra adductis, & cap.
94 te nobis de cleric. peregrin. † Eò quòd in dubio
Papa intẽdit prouidere cuicunquè in ſua patria,
quia nil eſt magis honeſtum, ſecundum Ioan.
95 Nicol. tit. de iure patronat. num. 198. † quia
beneficia naturalibus debentur, Roland. à Valle
conſ. 47. incip. viſis Iuribus num. 66. & ſeq. vol.
1. cum alijs adductis per Roland. num. ſeq. vbi
tenet, quòd præſẽtatio etiàm redditur ſubrepti-
tia, & nulla ex dicto defectu, quòd ſit forẽſis ipſe

Digitized by Google

prçſentatus,reſoluit Ioan.Nicol.tit.de iure patr.
num.200.quia non cenſetur idoneus, ſecundum
Dec.conſ.542. incip.in replicatione allegata nu.
15. eò quòd veriſimile nõ ſit,quòd ſi Epiſcopus,
aut eius Vicarius id ſciuiſſet,prçſentatum foren-
ſem eſſe,quòd illum inſtituiſſent,& quòd huiuſ-
modi cauſa ſaltem redderentur difficiles ad id
faciendum, arg. cap. poſtulaſſi, cap.ſuper literis
de reſcript. ſequitur Pariſ. conſ.74.nu.25.vol.4.
Ioſeph Ludou.concl.vnic.de iure patr.verſ.*fallit*
6. latè Surd. tract.de aliment. tit.1.quæſt.93.nu.
10. & ſeqq.

Et vt concludamus, & ſi eadem qualitas eſſet
in fauorem dicti Ioannis Martinez,quç cum alijs
deficit,eis omninò exiſtentibus paribus bona re-
licta ab Inſtitutore, dictis duobus ſui teſtamenti
clauſulis eſſent diuidenda, vt vni vnius clauſulæ
legata,alij alterius applicarentur, quod videtur
conforme, & conſentaneum voluntati Fundato-
ris,qui,vt eſt relatum in facto,cuilibet dotationi
nominauit perſonam diſtinctam,& ſeparatam,&
non vnicã ad vtramquè,& hic eſt legitimus mo-
96 dus coniecturandi voluntatẽ Inſtitutoris; † quia
ſi eſſet ius indiuiſibile. foret maius dubium,arg.
l.ſi fuerit ff. de rebus dubijs, & eorum, quæ de
concurrentibus in æquali gradu ad maioriæ
ſucceſſionem, & ſimul peruenientibus ad bra-
uium, tradit Gregor. Lopez in l.2. tit.15. par.2.
gloſ.18. verſ.*ſed pone iuxta iſtam* l.quod cùm hic
ceſſet, certaquè ſint bona cuilibet donationi ap-
plicata, dicta declaratio obtinet, quæ dicti facti
97 ratione omninò eſt admittenda. † Cùm res, &
voluntas non tantùm verbis, ſed etiam factis de-
clarentur,quia plus ponderis habent facta ad vo-
luntatis declarationem,quàm verba,l.ſi tamen §.
ei,qui ſeruum ff.de ædilit.edict.iunctis,quæ tra-
dit Ant.de Butrio in cap.1.nu.11.verſ.*ſic aliquid*
de dolo, & contumac. Crauett.conſ.298. incip.
Ferminius Didoli nu.15. 2.par.Tiraquell. de re-
tract. conuent. ad finem tituli nu.76. Burg. de
Paz conſ.33. num.15. Rebuff. tract.de pacificis
poſſeſſorib. nu.149. Anton. Maria Papacius in
addit.5.circa medium de officio delegati in no-
uis, Saluſtius in Iugurthino in orat. Marij. *Quæ
illi audire,& legere ſolent,eorum partem vidi, alia
egomet geſſi,quæ illi literis ea ego didici militando,
nunc vos exiſtimate facta, an dicta pluris ſint.* & in
oratione inuectiua Marci Tullij contra Saluſtiũ.
Sed vbi rerũ teſtimonia adsũt, quid opus eſt verbis.
Vndè quidam Athenienſis indiſertus, ſed factis
ſtrenuus, & artis peririor, quũ alius oratione fa-
cunda,meditataq; polliceretur.viri Athenienſes,
dixit, quæ iſte magnificè diſſeruit, ego re efficiã,
Eraſm. lib. 6. apophtegmat. variè mixturar.
num. 74.

Reſpectu autèm ſcripturarum productarum
in præſenti cauſa poſt illius concluſionem pro
parte dicti licentiati Matthæi Garçia debet ani-
98 maduerti, vt illorum ratio nõ habeatur, † quod
per cõncluſionem in cauſa inſtrumentorũ pro-
ductioni via præcluditur, prout teſtium produ-
ctioni,imò & allegationibus facti in l.fin. C.de
compenſationib.cap.auditis de procuratoribus,
cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & ibi Anton. de
Butrio num.13.& Rebuff.verſ.*capio*, gloſ.in ver.
concluſum, & in inſtrumentorum productione
expreſsè optimus text.in cap. cùm dilectus de
fide inſtrumentor.l.34.in fine tit.16.par.3. Spe-
culat.lib.2.tit.de renunciat.& concluſ.§.1.nu.3.
Abb.in cap.in cauſis 15.nu.3. & in c.cauſam 19.
eodem num. de teſtibus, & in cap. cùm veniſſet
25.eodem numero,& titulo,Alex.conſ.44.incip.
viſo, & diſcuſſo num.8. vol.2. Roland. à Valle
conſil.52. incip. duplici ex cap. num.4. & ſeqq.
vol.4. Menoch.lib.1.de arbitrar.Iudic.quæſt.35.
num.1. & 2.

99 † Nec obſtabit, Procuratorem allegaſſe,quòd
dictæ ſcripturæ de nouo peruenerunt ad noti-
tiam ſuæ partis, quo caſu aliqui tenuerunt, ſcri-
pturas de nouo repertas poſſe produci non ob-
ſtante concluſione,vt arg. text.in l.admonẽdi ff.
de iureiur. vbi Bar.nu.9. Anton.de Butrio nu.4.
& 5. Abb.3. Felyn.16. in d.cap.cùm dilectus, l.
videamus §.penult.in fine ff.de in litem iurando,
ibi, *& magis eſt, vt ex magna cauſa, & poſtea re-
pertis probationibus poſſit*, & tradit Iaſ. in d.l. ad-
monendi num.55. Matheſilan. notab.57. Rode-
ricus Xuarez allegat.5.num.8. Boer.conſ.27.nu.
18. Couarru. in pract.quæſtionib. cap.20. num.
eodem, Menoch.lib.1.de arbitr.Iudic.quæſt.35.
num.13. qui tamen id intelligunt, quando ſinè
culpa, & malitia ſunt de nouo reperta,& abſquè
eo, quòd aliqua poſſit imputari negligentia,
100 † & licet Paulus in d. l. admonendi num. 8. &
Matheſilan.vbi proximè,alijquè proximo nume-
ro allegati tenuerint,iuramẽto producentis pro-
bari dicta inſtrumenta nouitèr eſſe inuenta, ve-
riorem iudico Baldi opinionem, qui in d. l. ad-
monendi num. 8. in fine ſimul cum iuramento
aliorum indiciorum expoſtulat concurſum, ar-
gumento l.final. C.de fide inſtrumentor.& l.fin.
ff. de bonis author. Iudic. poſſid. cap.paſtoralis
de except.quç indicia non ſolùm deſunt,ſed alia
plura in contrarium adſunt, quia, vt conſtat ex
quodam libello eius nomine producto Kalendis
Februarij huius anni, etiã fuit decretum cõcedi
quoddam exemplar in eo petitum,& ex teſtium
depoſitione,ſcilicet Petri Lopez,Andreæ More-
no Clericorum, & Michaelis Diez vicinorum de
Eſcamilla,deponentium in 10. articulo Petri del
Conde, dictum exemplar deductum ex ſimpli-
cibus litteris,ac minimè auctoritate publica mu-
nitis fuit penès dictum Licentiatum Mathęum
Garçia, cuius ſcientia in hoc debet præcipuè at-
tendi,cùm de ſuo agatur facto; qui cautela prç-
habita voluit,dictam productionem differre, vſ-
quequò aduerſarij ſuas feciſſent probationes,
non Procuratoris ſui, quia dicta dictorum
traditio, de qua numero præcedenti ſemper ſe
refert ad dictum Dominum principalem, cu-
ius ignorantia hic dictis rationibus præſumi non
debet.

Quod cõfirmatur,quia etiã caſu,quo daremus,
factũ Procuratoris huiuſmodi eſſe attendendũ,
non erat ſufficiens iſtius Procuratoris mandatũ,
nec legitima forma.ſecundũ quã dicta ab aduer-
ſario nuncupata inſtrumenta fuerunt producta,
101 † quia ſecundum Couar. in pract. quæſt. c.20.
num.8.verſ.*eſt tamen*. eſt neceſſarium mandatum
ſpeciale ad præſtandũ hoc iuramentũ, vt ſcilicet
Procu-

Digitized by Google

Procurator iuret,nomine Domini,& in eius ani-
mam,quod aiunt,illa inſtruméta nouiſſimè à Do-
mino reperta fuiſſe nec antè potuiſſe eorum co-
gnitionem habere,diligenti inquiſitione facta, &
ad id ſpecialem mentioné eſſe habitam in man-
dato,nequè aliàs poſſet iurare,aut producere.
102 † Vtraque dicta traditio ita intelligenda eſt,
quòd ſi ſit caſus, in quo etiam poſt ſententiam
admitterentur talia inſtrumenta ad ipſam retra-
ctandam; & tunc procedat communis Bartoli,
& aliorum: & ita procedat d.l.admonédi, iuxta
primam lecturam gloſſæ verbo *noua inſtruméta*,
verſ.*ſolutio*, tradit Paul.de Caſtro ibi,nu.25. qui
pro eo adducit text.iuncta gloſ.verbo *opponi*, in
cap.licet cauſam de probat.& iſta opinio eſt ap-
probata,vt per Iaſ.in repet.d.l.admonendi num.
56. & ſeq. quod ſecundum eum dubio carebit,
quando cauſa erat talis,in qua poterat appellari,
quia tunc talia inſtruméta de nouo reperta poſt
concluſionem non debét admitti, ex d.cap.cùm
dilectus, ſed debebit producens ſententiã expe-
ctare, & appellatione interpoſita in eius diſcuſ-
ſione producere; vt tradit expreſsè Paul.de Ca-
ſtro vbi proximè nu.29. vndè ea non eſſe admit-
tenda videtur.

Et adhùc caſu, quo prædicta ceſſaſſent, quæ
minimè ceſſant, cùm dictus Licentiatus ſe fun-
dauerit ſuper iure, & conſanguinitate Alphonſi
103 Hernandez venit excludendus. Primò, † quia
nullum eſt fundamentum,quòd ex iure tertij,nõ
ſuo accipitur, l.1. in princ. ff. ſi pars hæreditatis
petatur, l.vti frui in princ. ff. ſi vſusfruct.petat.
l.ſi ſocer §.Lucius ff.ſolut.matrim. Alexan.conſ.
119. incip.quoniam omne datum num.41.vol.6.
Secundò,quia cùm ſuum poſuerit fundamentũ,
in eo debebat concludere, probando gradum,
& conſanguinitatem, quam habebat dictus Al-
phonſus Hernandez, pro quo facit in iure alte-
rius ſe fundantem de iure illius probare debere.
104 † Indè fundãs ius ſuum in inueſtitura alterius,
de iure illius docere debet, ſecundum Crauett.
conſ.124. quem refert,& ſequitur Rolan.à Valle
conſ.100.nu.163.vol.4.vndè cùm ipſe non oſten-
dat de conſanguinitate eius, ex cuius perſona
prætendat, licet ſe eius probet conſanguineum,
nihil probat.quia fundamentum principale defi-
105 cit; † & ideò eo ſublato, omnis vis ſuæ inten-
tionis corruit, l.2. ff. de vſufruct. vbi Paul. de
Caſtro ſimul legens cum l.1. nu.2. l.egi 26. ff.de
except.rei iudic.cap.cùm Paulus 26.quæſt.1. Ti-
raquell.in tract.de præſcript. §.1.gloſ.7. verſic.
hanc meam.Præcipuè,quia cùm clauſulæ inſtitu-
tionis vigore ſolummodò eo caſu,quo in defectũ
Clerici conſanguinei,extraneus bona poſſideret,
ſi poſteà inuentus eſſet Clericus, poſſet auferre
ab eo bona prædicta, concluditur de neceſſita-
te, quòd cùm per ſententiam ablata fuerint bo-
na dicto Alphonſo Hernandez per Alphonſum
Sanchez vltimum poſſeſſorem,non eſſe illũ con-
ſanguineũ Inſtitutoris in vllo gradu, quia ſi fuiſ-
ſet,auocari ab eo minimè potuiſſent. Et ideò cũ
excluſus fuerit,excludendus etiám erit, quia ius
106 idem ex eius perſona prætendit. † Pro quo fa-
cit excluſa matre,omnes cognatos ex eius venié-
tes perſona, excluſos fore,vt tradit Bal.num.3.&
4. Paul.de Caſtr. nu.2. in l.maximum vitium C.
de liber.præter. Decius conſ.657. incip. iuridicã
nu.3.2.par. facit tex.in ratione ſui in l.2. ff.de
coniungendis cum emancipato liberis eius, vbi
filius, qui ex patris perſona ad aliquid venturus
erat, iuxta patris conditionem venire debet, ne-
què erit melioris conditionis parente, l.1. C. de
condit.inſert.l.qui quadringenta verſ.*nam hæres*
ff.ad S.C.Trebell.Aymon.Crauett.conſ.243.in-
cip.deceſſit Dominus Petrus nu.6.2.par. Caſtill.
in l.40. Thauri gloſ. *de ſus padres* verſ. *propterea*
latiſſimè Anton.Gabr. lib.4.concluſ.tit.de fidei-
commiſſ.concl.6. Burg.de Paz conſ.27.num.27.
vndè omninò eſt excludendus.
107 † Præcipuè,quia cùm prætendat ratione con-
ſanguinitatis, debet probare ſe conſanguineum,
vt ex reg. l.ei,qui ff.de probat. l.actor C.eodem,
tradit poſt Deci.Cæphal.& alios Rolan.à Valle
conſ.10. incip.& ſi apud nu.24.vol.3 Ioſeph.Lu-
douic. concluſ.1. de probat. verſ.*infertur* 56. ſe-
cundũ quos numero,& verſiculo ſeqq. ſi expri-
mat, & prætendat certum conſanguinitatis gra-
dum,de eo ſimilitèr probare debebit,nequè aliàs
obtinebit. Vndè cùm non ſolùm gradum, verùm
nec cõſanguinitatem probauerit,de iuſtitia ſuc-
cumbet.

Vndè nõ obſtabit qualitas gradus,quia etiàm
ſi ſit in Artium facultate Licentiatus, nihil ei iu-
uaret etiam caſu, quo reliqua ad ſuam intentio-
nem haberet probata: quia cùm ſolummodò hic
agatur de munere dicendi miſſam in vna quali-
bet hebdomada, & dictus Petrus del Conde ha-
beat probatum ſe idoneũ etiam ad maiora mu-
nia, atquè ideò erit dictus Petrus præferendus,
& quòd nõ obſtet iſta gradus qualitas, tradit Io.
Guttier.conſ.2.nu.25.verſ.*non obſtat*, qui in for-
tioribus terminis, ſcilicet in Sacræ Theologiæ
Baccalaureo.Præcipuè quia vltra quòd de gradu
adbuc nõ conſtat, & ſi conſtaret, nil ſibi prodeſ-
108 ſet, † quia artium facultas & ſi ad alia ſit præ-
paratoria,iuxtà ea,quæ in Medicis,qui ex philo-
ſophia,& medicina perfecti efficiuntur,vt tradit
Palac. Rub.in repetit.rub.in introductione nu.
2.ad finem,& nu.3. Rebuff. in repet.rub. de re-
ſcript.nu. 25.verſ.*indè dicit gloſ.ipſa* de perſe cõ-
109 ſiderabilis non eſt. † Et vt vltimum appona-
mus punctum, dictæ depoſitiones teſtium in
nullo ſui ſine Notarij,aut Tabellionis habét ſub-
ſcriptionem, cùm iuxtà pragmaticam Matritij
cap.16. teſtis ſi litteras ſciat, ſe ſubſcribere, &
qui illum examinat, ſimilitèr ſubſcriptionem
ſéper adhibere debeant.Et ita adnotauit Ribera
2.par.de ord.iudic.ciuili, verſ. *dandoſe carta re-
ceptoria*, & eſt de iure, & practica receptiſſimũ;
quarè cùm deficiát vires,non debebat obtinere.
Ex quibus concludo,dictum Petrum del Conde
iuſtitiam hac in cauſa fouere,& ideò vt ei perti-
nentia debere applicari bona ab Inſtitutore Lau-
rentio Hernãdez relicta Clericis ſuis conſangui-
neis. Et ita mihi de iure videtur. Saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria actio an competat antè euentum conditionis.*
2 *Fideicommiſſario cauendum non eſſe, quis tenuerit.*
3 *Cautio non præſtatur niſi in caſibus à iure expreſſis.*
4 *Deſcendentes ſi ſunt ſubſtituti aſcendentibus, non cauetur eis.*
5 *Hæres debet cauere fideicommiſſario, eueniente caſu fideicommiſſi.*
6 *Subſtituto & fideicommiſſario regulariter cauetur.*
7 *Pater naturalis, qui non habet filios legitimos, ſi naturales inſtituat, poteſt illos grauare reſtituere alteri.*
8 *Conditio, ſi ſinè liberis, ſubintelligitur, etiàm naturalibus inſtitutis.*
9 *Naturales filij poſſunt ſuccedere ex teſtamento patris, & non contra.*
10 *Fideicommiſſarius vniuerſalis etiàm antè conditionis euentum ſpem probabilem habet, vt ſibi caueatur.*
11 *Grauatus de reſtituendo fideicommiſſo poſt mortē, benè poteſt antè mortem cogi cauere, vt eueniente caſu reſtituat.*
12 *Intellectus l. in omnibus ff. de iudicijs.*
13 *Cautio danda fideicommiſſario, intelligitur cum fideiuſſoribus.*
14 *Intellectus l. iubemus C. ad S.C. Trebell.*
15 *Filijs conceſſum priuilegium, ad nepotes non extenditur, ſi lex prohibet.*
16 *Filiorum appellatione in materia odioſa non veniunt nepotes.*
17 *Verba ſequentia obſcura declarantur per præcedentia.*
18 *Cautionem an poſſit teſtator remittere hæredi.*
19 *Hæres, cui datus eſt ſubſtitutus, debet facere inuētarium bonorum.*
20 *Inuentarium eſt caput rationum.*
21 *Cautio danda per hæredem continet duas partes.*
22 *Dolus futurus remitti non poteſt.*
23 *Conditio, ſi ſinè liberis, in ſubſtitutione ceſſat, hærede cum liberis decedente.*
24 *Conditio, ſi ſinè liberis, ceſſat, vel vnica filia ſuperſtite.*
25 *Conditione deficiente, ſubſtitutionis caſus reducitur ad non caſum.*
26 *Actus reſolutus habetur pro non actu.*
27 *Teſtator debet exprimere, ſi liberi debent eſſe maſculi, aliàs ſubſtitutio euaneſcit, vnica filia ſuperſtite.*
28 *Grauato decedente cum filijs, vel filio, ſubſtitutio ceſſat.*
29 *Filius etiàm ſi ſubitò decedat, facit deficere conditionem.*
30 *Subſtitutio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
31 *Naturalibus filijs debentur alimenta per patrem.*
32 *Alimenta filijs naturalibus debent relinqui in vſufructu, & proprietate.*
33 *Filius naturalis non cauebit fideicommiſſario pro portione ei debita cauſa alimentorum.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſsarius an, & quando poſſit petere aduerſus poſſidentem bona fideicommiſſi, vt caueat de reſtituendo illa adueniente caſu, vel conditione fideicommiſſi: Et quando ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi ſine liberis euaneſcat.

CONSILIVM CVI.

SVPPONITVR in facto, quòd quidam habens duas tantùm filias naturales, nulloſquè deſcendentes legitimos, eas hæredes inſtituit, facto autem quodam prælegato, ſeù melioratione in fauorem maioris natu, & reciproca ſubſtitutione vnius ad aliam, ſi ſine liberis decederent: Et caſu, quo vtraquè deceſſiſſet ſinè liberis, iuſſit, quòd omnia eius bona conuerterentur in emptionem annuorum redditSuum, qui redditus diſtribui deberent pro æquis partibus inter fratres dicti Teſtatoris; dubitatū autèm fuit, an aliqua ex dictis filiabus, vel vtraquè reſpectu alterius, vel fratrum ſubſtitutorum debeant cauere de reſtituendo fideicommiſſo, præſertim cùm Teſtator in alia parte eiuſdem diſpoſitionis cauerit, quòd ſi dictæ eius filiæ liberos haberēt, ad eos pertineret ſucceſſio.

1 † Et licet pro parte negatiua videatur facere, quod ante euentum conditionis reſtituendi fideicommiſſum, nulla actio competit fideicommiſſario, latè Alex. conſ. 65. num. 2. vol. 5. & conſ. 5. nu. 9 vol. 7. Franc. Monal. conſ. 75. nu. 6.

2 † Secundò, non debere caueri, tenuit Anguiſſ. conſ. 50. nu. 3. lib. 6. quem pro hac parte retulit Vinc. Fuſar. tract. de fideicommiſſar. ſubſtit. quæſt. 115. num. 2. quaſi non ſit lex, quæ ad hoc

3 obliget hæredem. † Et quia cautio non eſt præſtanda, niſi in caſibus à iure expreſſis. l. in omnibus 41. vbi Gloſſ. & DD ff. de iudic. l. 1. in princ. vbi etiàm DD. ff. ſolut. matrim. Roland. à Valle conſ. 37. incip. circa præſentem nu. 25. lib. 2.

4 Tertiò, quia cùm hic agatur de hæreditate aſcendentis in deſcendentes, videtur eos ſubleuandos eſſe ab onere, & grauamine dictæ cautionis, ex diſpoſitione l. iubemus in princ. & §. in ſupradictis C. ad S.C. Trebell. Alba. conſ. 79. lib. 1. cum alijs adductis à Molina lib. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 15. nu. 31. Io. Petr. Bim. conſ. 123. nu. 4. poſt med. tom. 2.

5 † Ex aduerſo autem videtur facere, & regulā eſſe, hæredem præſtare teneri cautionem eueniente caſu, aut conditione reſtitutionis fideicōmiſſi, vt videtur conſtare ex Rubrica. ff. vt legatorum, ſeù fideicommiſſorum ſeruandorū cauſa caueatur. l. ſi ex cauſa fideicommiſſi, l. poſtquàm hæres, l. ſi quando eod. tit. l. inter omnes 1. reſp. ff. qui ſatiſd. cogant. l. cùm Archimedoram C. vt legat. nomin. caueat. l. filiusfamilias §. idem Princeps ff. de legat. 1. vbi gloſſ. & in authent. contra

cùm

Digitized by Google

cùm rogatus C.ad Trebell. Paul.Caſtrenſ.nu.3.
in d.l.inter omnes,& ſcribunt Bart.in l.cùm tale
§.Titius, & ibi Imola, qui teſtatur de communi
opinione , & Paul. Caſtrenſ. ff. de condit. & de-
monſtrat.Bart.in l.is poteſt col.3. verſ.*ſed ſi eſſet
ſubſtitutus per fideicommiſſum* ff.de acquir.hæred.
Alex.conſ.187.col.3.verſ.*vndè grauati* lib.5.Ber-
trand.conſ.96.nu.5.lib.1. Cæphal. conſ.381.nu.
29.& conſ.619.nu.2.& ſeqq.Odd.conſ.91.num.
44.Moroſ.conſ.31.num.18. Decian.conſ.49.nu.
63.lib.2.Bardell conſ.6.nu.3. Plot.de turam.in-
lit.§.26.nu.4. Marzar.in epito.de fideicommiſſ.
quæſt.5. Ludouic. Molina de Hiſpanor.primog.
lib.1. cap.15. num.13.& ſeq. Petra de fideicom.
quæſt.10.num.13. vbi de communi opinione te-
ſtatur, Peregrin.de fideicommiſſ.artic.40.nu.10.
Intrigliol. de ſubſtit. centur.3.quæſt.73.nu.107.
Gall.de except.ſucceſſ.tit.4.except.23.nu.81.&
ſeqq. par.2. Ioſeph.Ludou. deciſ.Peruſ.63.nu.2.
Vincent.Fuſar. vbi proximè nu.1.

6 † Et eſſe clarum , & indubitabile in quolibet
fideicommiſſario,vel ſubſtituto. ex Alciat.conſ.
30.à num.3.lib.9. & Roland. à Valle tract. de in-
uentar. par.1. quæſt.19.Tiber.Decian. conſ.49.
nu.63.lib.2.Simon de Pret.lib.5.de interpret.vl-
timar.volunt.interpret.2. dubit.1.pag.43.nu.41.
verſ.*hæres grauatus*, tradit Petr. Bimius vbi pro-
ximè d.nu.4.& 5. & proſequitur Vinc.Fuſar.vbi
proximè num.5.& ſeqq. qui id ampliat pluribus
modis.

7 † Vltraque aduertendum eſt, quòd in his Re-
gnis ſtante l.10. Tauri, quæ eſt lex 8. tit.8. lib.5.
recopilationis , qua diſponitur, quòd ſi pater fi-
lios legitimos non habet , ſed naturales tantùm ,
poteſt eis relinquere omnia bona ſua , eorumuè
partem.etiàm ſi patrem,matrem,vel alios aſcen-
dentes habeat, quia tùc poterit talis teſtator hu-
iuſmodi naturales filios grauare alteri reſtitue-
8 re , † & ſi eo caſu conditio , ſi ſine liberis ſubin-
telligatur , iuxtà deciſionem l. cùm auus ff. de
condit. & demonſtr. l.generaliter §. cùm autem
C.de inſtitut.& ſubſtit.l.cùm acutiſſimi C.de fi-
deicommiſſ. l.10. tit.4. par.6. & ita tradit hanc
declarationem ad dicta iura Ant.Gomez 1.tom.
variar.cap.5.nu.32. verſ.*ex quo*. Cuius poteſtatis
apponēdi grauamen ea eſt ratio,quia huiuſmodi
naturales filij ad bona paterna non habentur vti
filij, niſi quatenùs concernit alimenta , quia quò
9 ad reliqua vt extraneus iudicatur, † eò quòd li-
cet poſſit ſuccedere ſecundum teſtamentum
parentis , non tamen præter , vel contra. vt ex l.
humanitatis,& auth.licet C.de naturalib.liberis,
tradit Gloſſ. verbo *naturales* in l.1. ff. de bonor.
poſſeſſ.contra tabul.notabilis ſecundum Bart.in
l.Gallus §.etiam ſi parente num.2.ff.de liber. &
poſthum.cum pluribus alijs adductis per Couar.
in 4.decretal.2.par.cap.8.§.4.num.vlt.Rojas in
epitome ſucceſſionum cap.11.nu.41.& ita tenet
Caſtill. in d.l.10.Tauri gloſſ.*le puede mandar*, &
10 ibi Anton. Gomez. num.11. † vndè cùm fidei-
commiſſarius vniuerſalis etiàm antè reſtitutio-
nem, & conditionis euentum ſpem probabilem
habere dicatur, poterit petere ſibi caueri de re-
ſtituendo fideicommiſſo adueniēte die, vel con-
ditione, ꝙ ceſſaret, ſi ſpes eſſet improbabilis,l.
cùm Archimedoram C.vt in poſſeſſ.legator. l.
Paulus 8. ff.de prætor.ſtipulat. l.fin. C. de pact.
l.2.§.interdum ff. de vulgar. Bart. in l. is poteſt
num.10.vbi Iaſo. 55. ff.de acquir. hæredit.Alex.
11 conſ.5. incip. attentis num.9. vol.7. † atquè ita
grauatus de reſtituendo fideicōmiſſo poſt mor-
tem ſuam , benè poteſt antè mortem cogi caue-
re,vt eueniente morte reſtituat, d.l.cùm Archi-
medoram,& per eam Alex.conſ.187.incip.*vide-
retur* num.13.vol.5.facit tex.in l.peto §.fratrem,
ibi. *Sed ita proximus quiſquè admittēdus eſt, ſi pa-
ratus ſit cauere ſe familiæ domum reſtituturum*,
l.vnum ex familia §. quod ſit alia in fine eod. tit.
vbi grauatus de reſtituendo vni ex familia,tene-
tur cauere de re ipſa reſtituenda poſt mortem
electi : cum alijs adductis à Palac. Rubios in re-
petit.cap.per veſtras §.44.nu.2.& ex l.1. & toto
tit. ff.vt legatorum, ſeù fideicommiſſorū nomi-
ne caueatur,alia allegat Ant.Gomez in l.40.Tau-
ri num.78. Molin. lib.1. de primogenijs cap.15.
num.1. & 2.

Neq; obſtabit,iſtum cautionis caſum expreſ-
ſum non inueniri , cautionemq; niſi in caſibus à
iure expreſſis non deberi , quia caſus iſte per ſu-
12 pradicta iura expreſſus eſt . † Vndè in eo fallit
regula d.l. in omnibus ff.de iudic.vt ibi tradunt
Bald.2.lectur. num.2. dicens, debere indiſtinctè
caueri, tenet ibidem Paul.Caſt. 1.lectur.num.3.
idem in d.l.inter omnes nu.3. Alex.1. Iaſo.nu.3.
& 4. imò Palac. Rubios vbi proximè nu. 3. aſſe-
rit ex d.l.in omnibus.eum,qui de reſtituēdo gra-
uatus eſt , teneri ad ſatiſdandum de reſtitutione
facienda , dùm caſus reſtitutionis aduenerit .

13 † Hæcquè ſatiſdatio ſecundū omnes proximè ,
& ſupra relatos fideiuſſoria eſſe debebit, l.ſi is,à
quo ff. vt in poſſeſſ. legator. l. prætoriæ ff. de
Prætor.ſtipulat.l.1.ff.de collat.bonor.& per to-
tum titulum ff.vt legatorū,cum adductis à Mo-
lina d.cap.15.à num.14.& ſeqq. Gregor.in l.10.
tit.33.par.7.gloſſ.10.

14 † Nequè ſimilitèr obſtabit d. l. iubemus in
princ.& §. in ſupradictis C. ad S. C. Trebellian.
quia ad hoc vt dicta traditio poſſit obtinere,ne-
ceſſarium eſt non ſolùm , quòd hæres grauatus,
& poſſeſſor ſit de liberis primi gradus,iſquè ta-
lis,cui legitima debeatur,ſed etiam quòd ſequēs
in gradu frater grauati ſit , vel eius filius , aut de-
ſcendens, aut ex deſcendendentibus inſtitutoris
maioràtus,vel fideicommiſſi, quomodo id intel-
ligit gloſ. ſuper verbo *non prohibueris* in l. cùm
Archimedorā C.vt in poſſeſſ.legator. Gloſ.verb.
exponet in auth. contra cùm rogatus C. ad Tre-
bell. ibi , *vel verius ibi dicit non caueri,cùm frater
fratri , vel pater filio , vel nepoti reſtituere rogatur ;
ſed ſi alij eſt reſtitutio facienda,cauetur,vt hic.* Qua-
re cùm in iſto caſu duæ fuerint fideicōmiſſi par-
tes , ſeù ſubſtitutiones, prima de vna ſorore ad
aliam , quando ſinè liberis decederent , ſecunda
eiſdem duabus ſinè filijs decedentibus , fratrum
teſtatoris , aut filiorum eius , & ſi in primo caſu
nō requireretur prædicta cautio:quia ſoror ſub-
ſtituta eſſet,in ſecundo tamèn, in quo nec ſoror,
aut inſtituētis deſcendētes ſubſtituti ſunt,requi-
retur,& hæc eſt veriſſima diſtinctio,in cuius cō-
firmationem facit d.l.iubemus §.1. vbi ſtatuitur
dictam

Digitized by Google

dictam ſatiſdationis remiſſionem obtinere ſo-
lummodò in caſu, in quo primi gradus liberi in-
ſtitui eſſent, & à ſuis parẽtibus grauati filijs, aut
alijs deſcendentibus procedit, ideò ſecùs ſi in-
ſtitueretur nepos, pronepos, aut alius deſcendẽs,
ex glo. ibi verbo *perſonis*, quæ interpretatur, idest
15 *liberis primi gradus*, † eò quòd priuilegium con-
ceſſum filijs, ad nepotes non extenditur, quando
lex id prohibet, vt tradit Bald ibi ante nu. 1. Bart.
in l. liberorum 220. nu. 4. verſ. *ſi verò lex* ff. de ver-
bor. ſignif. & alij adducti à Molina d. cap. 15. nu.
31. quia cùm legis interueniat prohibitio, iſta
16 materia efficitur odioſa. † Vndè in ea filiorum
appellatione nepotes non comprehenduntur, l.
ſed & milites §. hæc autem ff. de excuſat. tutor. l.
pater, & ſeq. ff. ad l. Iuliam de adulter. & tradit
Alex. conſ. 56 incip. Aldobrand. num. 2. vol. 5 &
conſ. 37. viſo themate nu. 1. in fine vol 6.

Neque obſtabunt verba poſtea poſita per Te-
ſtatorem, *que teniendo hijos legitimos, hayan y lle-
uen para ſi la dicha herençia.* quia debent intelligi
iuxta aliam clauſulam, ſcilicet *teniendolos à el tiẽ-
po de ſu muerte* ita vt requiratur, quòd tempore,
quo decedit filia, filios relinquat, vt dicta bona
17 habere poſſint abſq; reſtitutionis vinculo, † quia
licèt daremus, prædicta verba aliquam obſcuri-
tatem habere, debent per præcedentia clara de-
clarari, ex regula l. ſi. ſeruus plurium §. fin. ff. de
legat. 1. l. qui filiabus in princ. ff. de legat. 1. Flo-
rian. de Sancto Petro conſ. 9. nu. 1. Alex. conſ. 13.
circa primum num. 9. vol. 3. & conſ. 144. viſo the-
mate nu. 1. vol. 6. Iulius Clarus lib. 3. ſentent. §. te-
ſtamentum quæſt. 76. nu. 4.

18 † Hanc autem cautionem, ſeù ſatiſdationem
remittere poterit Teſtator ipſe, l. 1. & 2. vbi Bar.
& alij C. vt in poſſeſſ. legator. d. auth. contra cùm
rogatus C. ad S.C. Trebell. Bal. in l. iubemus in
princ. num. 19. C. ad S.C. Trebell. Molina d. cap.
15. num 27. gloſ. verbo *ante conſtitutionis* in l. cùm
tale 71. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. quam ſe-
quitur Bal. in l. filium, quem nu. 43. C. famil erciſ.
& iſta opinio magis placet Bart. in d. §. 1. nu. 3. nõ
obſtante gloſ. ibi verbo *non interponendæ*. quæ ius
nouum ignorauit in eo, quia ſecundum Bart. li-
cet non inueniatur, tamèn cùm prohibitum non
reperiatur, niſi quando frater fratri, & pater fi-
lijs reſtituere coguntur, in cæteris iura antiqua
incorrecta manent: & ita tradit Anton. Gomez
19 1. tom. variar. cap. 5. num. 10. † quia aſſerit, ceſ-
ſante dicta facultate debere facere inuentarium,
ſeù codicem rationum, arg. l. tutor, qui reperto-
rium l. 1. §. officio ff. de tutelis, & rationib. diſtra-
hend. copiamquè eius dare fideicommiſſario, vt
ſcire poſſit, quid, & quantum debeat reſtitui ad-
ueniente tempore, vel conditione, Io. Andr. ad
Specul. tit. de inſtrumentor. edit. §. fin. ſuper ver-
20 bo *fecerit*, † quia inuentarium eſt caput rationũ,
d. §. officio, ſequitur alios allegans Gregor. Lop.
in l. 5. tit. 6. par. 6. gloſ. 2. Et adhuc opinio dicta,
quando Teſtator remiſit, quam & ſequitur Viu.
inter communes opiniones lib. 6. tit. 28. C. de his
quib. vt indign. num. 26. ita intelligenda eſt iuxtà
diſtinctionem Molinæ d. cap. 15. num. 29. qui ait,
21 † quòd cùm huiuſmodi cautio duas contineat
partes. Primam, quòd res maioratui, vel fideicõ-
miſſo ſubiecta, die adueniẽte reſtituatur. Secun-
da, quòd in reſtitutione dolus malus abſit, l. 1. ff.
vt legatorum, ſeù fideicommiſſorum nomine
caueatur, & ſi prima remitti poſſit, non tamen
ſecunda, ex cuius remiſſione delinquendi dare-
22 tur occaſio, † & dolus futurus remitteretur,
quod fieri nequit, l. ſi vnus §. illud nulla ff. de pact.
l. ſi plagij cum ſimilib. ff. de verbor. obligat. cap.
actus de regul. iuris lib. 6. l. 29. vbi Gregor. Lopez
gloſ. 1. tit. 11. par. 5. idem in l. 25. tit. 5. par. 3. gloſ.
vlt. & gloſ. magna poſt medium in l. ſi ex cautio-
ne C. de non numer. pecun. & ita intelligatur d.
l. 2. C. vt in poſſeſſ. legator. quæ de prima tantum
parte loquitur.

23 † Illud tamen aduertendum eſt, quòd condi-
tio, ſi ſine liberis appoſita per Teſtatorem ceſſa-
bit, & deficiet eò ipsò, quòd dictæ eius filiæ, vel
aliqua earum deceſſerint, aut deceſſerit, relictis
filijs, aut filiabus, vt tradit Ioan. Andr. in cap. Rai-
24 naldus nu. 3. de teſtament. † imò vnica filia reli-
cta, l. 1. C. de condit. inſert. l. non eſt ſinè liberis
ff. de verbor. ſigniſ. Aymon Crau. conſ. 62. nu. 1.
Ioan. Vincent. de Anna allegat. 137. nu. 16. & 17.
25 † deficiente enim conditione, caſus ſubſtitutio-
nis ad caſum non ſubſtitutionis reducitur, Paul.
de Caſtro conſ. 282. incip. caſus proponitur nu.
1. & 2. par. 2. Franc. Burſat. conſ. 97. num. 5. & 6.
26 † dicens, quòd actus reſolutus pro non actu ha-
betur, l. nec vllam §. 1. ff. de petit. hæredit. Matth.
de Afflict. deciſ. Neap. 40. nu. 4. in fine.

27 † Et hoc certiſſimum eſt, quando Teſtator nõ
dixit expreſsè, niſi deceſſerit inſtitutus ſine fi-
lijs maſculis, vt videtur text. expreſſus in l. gene-
ralitèr §. cùm autem C. de inſtit. & ſubſtit. l. 10.
tit. 4. par. 6. vbi Gregor. Lopez gloſ. 6. & alij per
Ant. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. cap. 5. num. 32
verſ. *quinto*, Villalob. inter commun. DD. opinio-
nes lib. 5. tit. 41. C. de fideic. concl. 96.

28 † Et eſt regula iuris certiſſima, quòd grauato
decedẽte cum filijs, vel filio, ſubſtitutio expirat,
Marian. Soccin. iunior conſ. 75. nu. 16. vol. 3. Bur-
ſat. conſ. 195 num. 2. tom. 2. Lancell. Galliæ conſ.
29 114. nu. 17. & ſeq. † etiàm ſi filius ſuſceptus de-
cederet in continenti defecta ſemel conditione,
vt latè probat Decius conſ. 217. nu. 7. conſ. 268.
nu. 10. conſ. 286. nu. 1. & conſ. 290. nu. 5. & in plu-
ribus alijs Oldrad. conſ. 121. Celſus Hugo conſ.
68. nu. 4. & conſ. 71. nu. 1. Marc. Ant. Natta conſ.
191. nu. 7. Burſat. conſ. 51. nu. 23. & 37. tom. 1. Iaſ.
conſ. 66. col. 5. in fine vol. 3. & plures alij, quos re-
fert Ant. Gabr. lib. 4. concluſ. tit. de fideicommiſſ.
concluſ. 7. nu. 3. ampliat. 2. Alex. conſ. 133. nu. 1. &
2. vol. 7. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 169. in fine,
Io. Petr. Bimius conſ. 1. nu. 4. & conſ. 2. nu. 6. lib. 1.
& nouiſſimè Doctor Marta conſ. 3. nu. 47.

30 † Et eſt ratio, quia ſubſtitutio ſemel extincta
non reuiuiſcit, Oldrad. conſil. 139. incip. ad ha-
bendam verſic. *quintum*, Franc. Beccius conſil.
119. numer. 11. allegans l. cùm vxori C. quan-
do dies legati cedat, l. ſi quis hæredem C. de
inſtitut. & ſubſtit. Oldrad. conſil. 141. thema
tale eſt. Ioannes Petrus Bimius conſ. 165. num.
1. volum. 2. & conſil. 228. num. 1. volum. 3. Ioan.
Botta conſ. 50. num. 24. Menoch. conſ. 106. num.
123. conſ. 413. num. 29. & conſ. 822. nu. 32. vol. 9.

31 † Poſ-

Digitized by Google

31 † Poſſet tamen dici, quòd cùm ſint filiæ na-
turales, & tamèn iure Regio l.10. Tauri, quàm
præſumpta parentis voluntate debeantur alimé-
ta, Burſat.conſ.60.nu.7.lib.1.Decian.reſponſ.42.
num.19.& 34.& reſponſ.66.num.6.lib.2.Alciat.
conſ.11.num.2.lib.4. Franch.deciſ.494.nu.1.&
32 4.& deciſ.605.num.7. † tàm in vſufructu, quàm
in proprietate, Corduba in l. ſi quis à liberis §.
idem reſcripſit nu.59.ff.de liber.agnoſc.Franch.
deciſ.283.nu.16.& vltimo, Ròjas de ſucceſſ.cap.
33 21.num.26. † vt non cogantur ſatiſdare, aut ca-
uere pro ea parte, quæ eorũ alimenta concernit,
Surd de aliment.tit.8.priuileg.81.nu.4. Et ita
mihi videtur, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Temporum interſtitia in ordinibus ſunt ſeruanda.*
2 *Capitulum Sede vacante intra annum non concedit litteras dimiſſorias ad ordines.*
3 *Epiſcopis ſolis competunt, quæ ſunt ordinis.*
4 *Capitulum, aut eius Vicarius non ſuccedunt in his, quæ ſunt ordinis, ſed poſſunt aliquem Epiſcopum conuocare ad ea exercenda.*
5 *Capitulum ſuccedit in his, quæ ſunt iuriſdictionis.*
6 *Prohibito aliquo, prohibetur præparatorium ad id.*
7 *Concil Trident. remittit arbitrio Epiſcopi ſupplere interſtitia.*
8 *Epiſcopi dignitati conceſſum quando ad alium non tranſeat.*
9 *Mortuo eo, cui erat conceſſum arbitrium, expirat.*
10 *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in competentibus ei iure ſingulari.*
11 *Capitulum ſuccedit generaliter Epiſcopo in iuriſdictione ſpirituali, & temporalibus.*
12 *Capitulum diſpenſare poteſt Sede vacante, & in quibus.*
13 *Capitulum ſuccedit in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis non ei prohibitis expreſsè.*
14 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in omni iuriſdictione proueniente à iure communi generali, vel ſpeciali.*
15 *Capitulum Sede vacante conceſſa competunt Vicario ab ipſo deputato, & nu.16.*
17 *Facultas remittendi temporum interſtitia competit vni Epiſcopo etiam Capitulo Sede vacante. Et declaratio Congregationis Concilii ſuper eo, & communis DD. aſſertio.*

ARGVMENTVM.

Capitulum Sede Epiſcopali vacante, & Vicarius ab eo deputatus an poſſint ſupplere temporum interſtitia ad ordines neceſſaria.

CONSILIVM CVII.

Super dubio mihi propoſito pro parte Capituli Sanctæ Eccleſiæ Conchenſis; vtrum præfatum Capitulum Sede vacante poſſit ſupplere temporum interſtitia quòad ordinandos. Ad eius reſolutioné illud eſt præmittendum, pro parte negatiua eſſe plura fundamenta.

1 † Primò: quia temporum interſtitia in ordi-
nationibus ſunt ſeruanda, cap.literas de tempor.
ordin. Concil. Trident. ſeſſ.23. de reformat. cap.
11. Salçedo ad Bernard. Diaz in praxi cap. 25.
lit.C. Simon. Maiol. de irreg. lib.4. cap.11. num.1.
ex cap. in ſingulis, & cap. quicunque 57. diſt.
2 Rurſus: quòd Capitulum Sede vacante intra
annum primum non poteſt concedere licentiam
recipiendi ordines, nec ad talem effectum literas
dimiſſorias, cap. cùm nullus §. Epiſcopo de tem-
por. ordinat. in 6. Concil. Trident. ſeſſ.7. de re-
format. cap.10.& ſeſſ.23. eodem capite, Nauar.
conſ.27.nu.1.& conſ.44.nu.4. de tempor. ordin.
Thom. Zerol. in praxi Epiſc. par.1. verbo *Capitu-
lum* num.1. Simon. Maiol. de irregul. lib.4. cap.5.
deciſ.184 Dominorũ Cardinalium interpretum
3 Concilij. † Nam ea, quæ ſunt ordinis, ad ſolum
Epiſcopum pertinere, ait Speculat. lib.1. tit. de
4 diſpenſat. §. nunc de Epiſcoporum nu.11. † Et
ita nec Capitulũ, nec Vicarius deputatus ab ipſo
ſuccedunt in his, quæ ſunt ordinis; ſed poſſunt
aliquem conuocare Epiſcopum ad talia exercé-
da, ſub cautela, quòd nullum ius ſibi acquiratur,
cap. Pontifices 7. quæſt.1. cap. is, cui 42. de elect.
lib.6. gloſ. verb. *ſpiritualibus* in cap. ſi Epiſcopus
de ſupplen. neglig. prælat. eodem lib. Iacob. Put.
lib.2. deciſ.407. num.2. Nauar. d. conſ.44. Rebuſ.
in praxi benefic. tract. de deuolutionib. num.66.
5 † Et ſi ſuccedat in his, quæ ſunt iuriſdictionis,
cap. is, qui pro Eccleſia, vbi gloſſ. cap. cùm olim
de maior.& obedient.& ibi DD. Anton. de Butr.
in cap. quanquam 18. num.4. de elect. in 6. text. in
cap. ſi Epiſcopus, vbi gloſſ. verbo *ſpiritualibus*,
Feder. de Sen. quæſt.16. num.2. Iacob. Mandel.
conſ.61. nu.9. Coſmas Gumier. in pragmat. ſan-
ctione tit. de concubina §. nihilominus, latè Fla-
min. Pariſ. lib.7. de reſignat. benefic. quæſt.23. à
num.26. cap.2. de maior.& obedient. in 6. An-
ton. de Butrio in cap. ſcriptum 40. num.25. de
elect. Et iſta diſtinctio fuit originaliter gloſſæ
verbo *Sede vacante* in clem.1. de hæret. ſequitur
Anton. de Butrio in cap. accedentibus nu.4. de
6 exceſſib. prælator. † Et cùm prohibeantur, quæ
ſunt ordinis, videntur prohibita præparatoria, l.
oratio de ſponſalib. Bar. & cæteri in l. cùm lex ff.
de fideiuſſor. Soccin. in l. legem num.12. C. de
pact. Cæphal. conſ.175. nu.3. lib.2.
7 † Rurſus: quia Concil. Trident. ſeſſ.23. de
reformat. cap.11. iudicio Epiſcopi committit,
quòd neceſſitate, aut vtilitate Eccleſiæ poſtulan-
te interſtitia temporum ſuppleantur. Salçedo ad
Bernar. Diaz in praxi cap.25. lit.C. Maiol. d. cap.
11. nu.2. Nauar. conſ.6 nu.2.& conſ.12. de tem-
por. ordinat. Rodriq. in ſumma tom.2. cap.16.
num.6.

num.6. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi 2. par.
8 cap.26. §.27. num.3. † Et cùm Epiſcopo concedatur arbitrium ſub hoc dignitatis nomine, non videtur, quòd poſſit tranſire poteſtas, niſi ad aliũ Epiſcopum, argum. cap. quoniã Abbas, vbi DD. de offic. & poteſt. Iud. deleg. Abb. in d. cap. cùm
9 olim num.2. Felyn. 5. de maior. & obed. † Nàm mortuo eo, in cuius arbitrium erat res poſita, expirat, argum. l. final. verſ. vlt. C. de contrah. empt. l. ſi merces ff. locat. l. 9. tit. 5. par. 5. vnde Abb. in cap. at ſi clerici §. de adulterijs num. 16. de iudic.
10 † ait, quòd Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in his, quæ habebat iure ſingulari, veluti ex iuriſdictione delegata, vt poſt Roman. conſ. 506. ante nu. 14. tradit Rodobald. Parin. in tract. de iuriſd. & author. Capituli Sede vacante lib. 1. inſpect. 1. & tract. de gabellis 3. par. patrocinij nu. 26. Marta tom. 6. digeſtor. nouiſſ. tit. *Capitulum* cap. 12. Io. Franc. Leon. in Theſaur. fori Eccleſ. par. 1. cap. 10. num. 8. verſ. *quartò*, & verſ. *Capitulum*, Panuin. tract. de poteſt. Capit. Sede vacant. 1. par. princ. quæſt. 7. num. 8.

11 † Ex aduerſo pro parte affirmatiua facit, qđ Capitulũ ſuccedit Epiſcopo generaliter in ſpiritualibus, & temporalibus, cap. penult. & vlt. in gloſ. 1. de ſupplen. neglig. prælator. & in his, quæ ſunt ordinis, & iuriſdictionis; Butr. Zabarell. & Abb. in d. cap. cùm olim, communis opinio teſte Panuino tract. de poteſt. Capituli Sede vacante 2. par. quæſt. 1. ſub num. 4. verſ. *item ratio*, Flamin.
12 Pariſ. d. quæſt. 23. num. 27. † & ideò poteſt diſpenſare, licet diſpenſatio ſit voluntariæ iuriſdictionis, ex ſententia Federici de Senis tradit Abb. in d. cap. cùm olim nu. 2. verſ. *octauò* de maior. & obedient. & in cap. at ſi clerici num. 16.
13 de iudic. † Succedit enim Capitulum in omnibus, quę ſunt iuriſdictionis, niſi expreſsè reperiãtur prohibita, Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 85. Panuin. de offic. & poteſt. Capit. Sede vacante par. 1. quæſt. 1. num. 1. cum ſeqq. & quęſt. 5. num. 2. verſ. *item regulariter*, Nauar. conſ. 4. de tempor. ordinat. num. 1. Ioan. Guttier. tom. 1. canon. quæſt. cap. 11. num. 10. Rota deciſ. 1. nu. 13. par. 1. diuerſ. Sacr. Palat. Farinac. deciſ. 632. nu. 4. par. 2. tom. 2. nouiter nouiſſ. & ex cap. vnic. de maior. & obedien. in 6. Graff. deciſ. aurea. cap. 15. par. 1. lib. 4. num. 77. Ioan. Franc. Leon. in d. cap. 10. nu. 7. Ioan. Hieron. Campanil. Epiſc. Laquedonenſ. in diuerſ. Iur. Canon. rub. 12. cap. 13. nu.
14 75. dicens, † quòd Capitulum non tantum ſuccedit in ordinaria iuriſdictione iure communi generali ad Epiſcopum ſpectante, verùm in pertinente ad eundem iure communi ſpeciali, iuxtà doctrinam Abbatis in cap. at ſi clerici num. 17. vbi Decius nu. 150. de iudic. Prax. Cur. Archiep. Neapol. cap. 83. nu. 1. & cap. 85. nu. 2.
15 † Et quod dicitur de Capitulo, intelligitur de Vicario, quem debet deputare infra dies octo, ex decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform.
16 cap. 16. Leonius d. num. 8. † Nam Vicario competunt eadem, quæ Capitulo, ex Felyn. in cap. eam te num. 17. verſ. *& intellige* de reſcript. gloſ. in clem. & ſi principalis verbo *Epiſcopi* eod. tit. quam ſequitur Card. Zabarell. num. 15. Imol. 22. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 1. quæſt. 16. nu. 3.
17 † Et in terminis noſtris Congregatio Concilij cenſuit, facultatem remittẽdi interſtitia Epiſcopo ex cauſis comprehenſis in cap. 11. & 14. ſeſſ. 23. de reformat. tranſire in Vicarium Capituli Sede vacante, & ita reſcripſit Epiſcopo Aſtoricenſi 21. Martij 1591. vt habetur in deciſ. 2. par. 4. nouiſſimarum deciſionum Rotæ Romanæ, & Congregationis, dicente. Congregatio Concilij cenſuit, facultatem remittẽdi interſtitia Epiſcopo ex cauſis comprehenſis in cap. 14. & 24. ſeſſ. 23. tranſire in Vicar. Capit. Sede vacant. Et pro iſta parte affirmatiua reſoluunt Pater Franciſc. Suarez tom. 4. diſput. 28. ſect. 5. in princ. Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 29. num. 14. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 180. Auguſtin. Barboſa in remiſſ. ad Concil. Trident. d. ſeſſ. 23. cap. 15. fol. 76.

SVMMARIVM.

Animal conductũ ſi moriatur in itinere, debet probari identitas illius per conductorem.
2 *Idẽtitas animalis probatur ſignis, & colore illius.*
3 *Conductor equi, vel muli non tenetur de caſu fortuito.*
4 *Conductor equi, aut muli, ſi probet mortuum ex morbo, non tenetur.*
5 *Conductor debet facere, quòd benè pabuletur animal conductum.*
6 *Conductor ſi onerari permiſiſſet animal ſupra vires teneretur.*
7 *Conductor muli non tenetur, ſi illum onerauit ſecundum eius vires, & ſolitum.*
8 *Conuenta cenſentur, quæ ſunt de conſuetudine.*
9 *Animal conductum ad itinerandum, præſumitur mortuum caſualiter, niſi probetur culpa conductoris.*
10 *Dolum, vel culpam allegans, tenetur probare.*
11 *Argumentum à communiter accidẽtibus eſt multum probabile.*
12 *Mortis animalis caſus poteſt fieri probatio, parte non citata.*
13 *Naufragium poteſt probari in loco viciniori teſtibus, qui interfuerunt, etiam ſine partis citatione.*
14 *Teſtes ſemper, cùm poteſt, debent reduci ad concordiam.*
15 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ſed iuuanda.*
16 *Teſtis vnius depoſitio poteſt declarari ex dictis aliorum.*
17 *Mulus cõductus poteſt commodè itinerari, & ambulare leucas octo quolibet die, præſertim menſis Iunij, & aliorum veris.*

ARGVMENTVM.

Mulus, vel Equus conductus ad iter faciendum cum ſella, ſi perierit in itinere, vel hoſpitio, perit Domino, & nõ Conductori, qui vſus fuit eo ad laborem deſtinatum.

CON-

CONSILIVM CVIII.

IN cauſa vertente inter Ferdi-
nandũ Brauo de Paredes The-
ſaurarium ſanctæ Cruciatæ in
Epiſcopatu Conchen. cũ Mat-
theo de Villanueua, ſuper eo,ꝙ
cùm illi locaſſet mulum caſta-
neum, vt iret ad Ciuitatem Re-
giam Granatam, & alia loca, cùm in pabulo, &
alijs curam habuiſſet illius, morbo perijt,vt con-
ſtet ad nihilum teneri dictum Ferdinandũ Bra-
uo, ſequentia debent animaduerti.
1 † Primò, quòd habet probatam identitatem,
videlicet,quòd idem mulus,quem conduxit à di-
cto Villanueua, fuit,qui morbo perijt abſque ſua
culpa, qua probatione ſatisfactum habet reſolu-
tioni Doctorum tenentium in his caſibus debe-
re identitatem animalis probari à conductore,
ex Ioan.Andr.in cap.auditis de præſcript. quem
ſequitur Alex. conſ.32. viſo themate nu.3.lib.2.
ponderans cap.in præſentia de probatio. vbi eſt
materia probationis incertæ, Decius conſil.91.
incip. diligenter verſ. *vnde identitas*, & conſ.129.
pro tenui nu.2.Paul.Caſtrenſ.in l.cùm ita §.ſpe-
cies ff.de legat.2. Ioan.Vinc. de Anna ſingul.172.
Surd.conſ.135.num.76. vol.1. Corne.conſ.144.
col.final.num.12.vol.4. Aldouin.conſ.11.num.9.
Raudenſ.tract.de analog. cap.30.num.131. Cra-
uett.conſ.112.num.3.Ioan.Petr.Bimius conſ.18.
2 num.13. † dicens, ſufficere probari identitatem
ſignis, & colore, Seſe deciſ.137. num.11. par.2.
Carroc.tract.de locato 4.par.quæſt.5.
3 † Rurſus, quia conductor equi, vel muli, ſeu
alterius animalis nõ tenetur de caſibus fortuitis,
l.ſi vt certo §.nunc videndum,vbi Bart.& alij ff.
commod. Decius in l. contractus num.33. ff.de
regul.iur.Alex.in l.hæreditarias num.3. ff.de le-
gat.1. l.ex conducto §.ſi ius ff. locati, l. quæ for-
tuitis C.de pignor. act.§.final. inſt. locat. Igneus
in d.l.contractus num.37.Ioſeph Ludouic.deciſ.
Peruſ.25.num.3.l.22.tit.8.par.5.Hieron.Oliues.
ad ll.Sardiniæ cap.127.nu.1.
4 † Et ità ſufficit, quòd dictus Theſaurarius
probauerit caſum mortis præfati muli ex mor-
bo,iuxta ſingulare conſilium Baldi 22.vol.3. qui
ait, Vannutius accepit quandam beſtiam ad ve-
cturam,quæ infirmata eſt in itinere.& dimiſſa
fuit apud hoſpitem, & diligentèr cuſtodita per
hoſpitem: tandem mortua eſt. Quæritur,vtrum
Vannutius teneatur eam emendare. Reſp. non:
quia non tenetur de vitio naturali.

Itẽ nec de caſu fortuito,imò nec tenetur etiã
de leuiſſima culpa. Si autem non fuiſſet diligen-
tèr cuſtodita, tenetur. Et ſequuntur Alex.conſ.
33. nu.3.lib.2.conſ.137. viſo proceſſu num.4.&
conſ.217.num.3.lib.3.Iaſ.in l.bonorum num.10.
C.de bonor. poſſeſſ. contra tab. facit,quod in
ſcholari reſoluit Cotta in memorab. iur. verbo
ſcholaris, pag.558. quòd ſi ſcholaris conduxerat
equum, vt rediret in patriam; ſed equus in iti-
nere ſubitum incidit in morbum,propterea reli-
ctus fuit vicino hoſpiti. vt diligentèr eum cura-
ret,tandem mortuus eſt. Quæſitum eſt,an ſcho-
laris teneatur? Bald. elegantèr conſuluit; quòd
non: cùm conductor non teneatur de leuiſſima
culpa; & multò minus de caſu: & ſic nec de vitio
naturali, ſequitur Rebuff.de priuil.ſcholarium.or.
priuil.7.nu.1.& tradidere idem Bald. conſ.404.
vol.2.Ioan.Petr.Bimius conſ.18.num.25.tom.1.
Franc.Viuius inter commun. DD,opiniones lib.
4. tit.43. de locat. num.59. Rebuff. vbi ſupra
num.2. & Caroc. tract.de locat. par.4. quæſt.4.
à num. 3.

Habet enim probatum dictus Theſaurarius,
5 quòd non fiebant niſi ſolitæ itinerum dietæ, † &
dabant benè comedere eidẽ mulo,vt fieri opor-
tebat,ex adductis à Ludou.dec.Lucenſ.10.nu.16.
& 17.Ariſm.Tepat. tom.2. tit. de locat. & con-
duct. fol.65. gloſ.2. in l.animalia C.de curſu pu-
blico lib.12.dicens, quòd equus malè pabulatus
malè vadit.

Et quia probatum habet ſolummodò vſum
fuiſſe ad id,pro quo conduxerat dictum mulum
cum ſella,videlicet ad vehendum quendam illius
famulum. Et licet Mattheus de Villanueua arti-
culauerit, quòd ſublata ſella ſuperimpoſuit cum
6 quodam baule, † quaſi in eo exceſſerit oneran-
do, & teneatur de damno,ex Angel.in l.vnic. C.
nè quid oneri publico imponatur lib.11.cùm id
verum non eſſet,nullatenùs probare potuit, nec
aliud onus ei impoſuiſſe,niſi dictum famulũ,pro
quo vehendo fuerat conductus: nam quilibet
mulus, quantumuis debilis potuiſſet illum vehe-
re, præſertim cùm itinerarent modificate, nam
longior dieta in diebus tàm commodis,vti erant
in menſe Iunij,non exceſſit leucas octo vulgares,
quod eſt minus, q̃d ſimiles muli itinerare ſolẽt,
7 † vnde ſuccedit reſolutio, quòd conductor ani-
malis non tenetur, licet pereat, ſi illud onerauit
ſecundum vires eius,& ſicut fieri eſt conſuetum,
l. publici curſus, vbi Platea C. de curſu publico
lib.12.num.1. Gregor. Lopez in l.76. tit.18.par.
3.gloſſ.3.Bart.in l.vnic.C.ne quid oneri publico
imponatur lib.11.& in l. Parphiphum in fine C.
de curſu publico, & in d.l. publici, Salazar de
vſu,& conſuet.cap.2.num.4.Ariſm.Tepat.ſupra
8 fol.67. † Et omnia, quæ ſunt de conſuetudine
videntur in conuentionem deducta, l.circa C.lo-
cati, l. quòd ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædilit.
edict. l.ſed ſi prius §.1. ff.de aqua pluuia arcend.
Bart.conſ.193.commune Lucignani nu.2. 1.par.
l.fin.vbi DD.C.de fideiuſſor.
9 † Et in terminis, quòd ſimilia animalia, quæ
habentur ad conducendum, & laborandum in
itineribus,ſi moriãtur,præſumatur caſu fortuito
mori, cui prouideri non potuit, interim nõ pro-
batur culpa in conductore, probat l. qui Inſulã
in §.qui mulas ff. locati, vbi DD. quos ſequitur
Anton.Gom.2.tom.variar.cap.3.nu.22. Caualc.
deciſ.Fiuizan.7.num.22.& ſeqq. 2.par. pro quo
Gomezius allegat l.final. ff.commod. vbi in for-
tioribus terminis, ſcilicet commodato, quod fit
gratis,& recipientis gratia, hoc deciditur.
10 † Et quia dolum,vel culpam allegans interue-
niſſe debet probare, l.quoties §.qui dolo ff.de
probat.l.dolum C.de dolo,l.meritò ff.pro ſocio,
Menoch. lib.5.de præſumpt. præſumpt.3. num.
125. & lib.6.præſumpt.23.num.12. Deciſio Ge-
nuæ 8. num.9. & deciſ. 76. num.7. Et planum
eſt,quòd

Digitized by Google

eſt, quòd ſimilia animalia ſunt morbis obnoxia,
& ſicut aliæ res debent perire: & cùm illarum
domini ea habent pro ſuo lucro ad conducen-
dum, & grauitèr ferãt illa detinere, & alere otio-
ſa in ſuis domibus; quinimò non ſinunt illa re-
quieſcere, etiàm quando redeunt ab aliquo lon-
go itinere, non mirum ſi moriantur in eiſdem
itineribus, & in poſſe conductorũ, quàm in poſſe
11 domini, † quod argumentũ à communitèr ac-
cidentibus eſt multum conſiderabile de Iure
tanquàm probabile, frequens, & vtile, cap. 1. &
ibi hoc notant Card. Ioan. Calderin. Io. de Imola,
Panorm. & DD. de cleric. non reſident. & bonus
text. in l. ideoquè, & ibi tangitur per gloſſ. ff. de
legib. & text. pulcher in l. quædam §. nummula-
rios ff. de edendo, & eſt gloſ. notabilis in l. nequè
natales C. de probat. & ibi Cyn. Bal. Salic. & DD.
not. & tangit gloſſ. in l. cùm dotem, & ibi etiam
Bald. C. de iure dot. & Gloſ. in l. eum, qui in
princ. ff. de public. & glo. in l. 1. C. de arbitr. Eue-
rard. in loco argum. à communitèr accidentibus
in princ. Alex. conſ. 80. num. 3. lib. 4. & conſ. 131.
num. 17. lib. 5. Decius conſ. 277. nu. 7. & conſ. 278.
num. 3. Franc. Beccius conſ. 183. num. 56. & conſ.
215. nu. 7. Crauett. conſ. 6. nu. 23. Io. Vinc. Hon-
ded. conſ. 83. nu. 32. lib. 1.

Et caſus prædictus, & non ſucceſſiſſe mor-
tem muli culpa dicti Ferdinandi Brauo, nec ali-
cuius ex ſuis famulis, conſtat ex depoſitionibus
teſtium, quos iudicialitèr examinari fecit in Ci-
12 uitate Granatenſi, † quorum depoſitiones etſi
factæ fuerint, parte aduerſa non citata, in hoc, &
ſimilibus caſibus efficiunt plenam probationem
de iure, vt poſt Bar. in l. 2. num. 2. & 3. C. de nau-
frag. lib. 11. tradunt Bonacoſſ. in tract. equorum
quæſt. 16. & quæſt. 20. Alexan. conſ. 146. viſo the-
mate num. 3. vol. 6. Iacob. Patroc. conſ. 46. nu. 19.
Franciſc. Vegi. conſ. 9. num. 3. Franciſc. Tuntulus
voto 6. num. 17. Canalcan. d. num. 23. Petrus de
Rauenna ſingul. 756. Tepatus ſupra fol. 67. col. 2.
13 verbo *conductor*. † ſicut in probatione naufragij
poſſunt examinari teſtes, qui ei interſuerunt, etiã
abſquè citatione partis, l. 2. C. de naufrag. Abb.
in cap. quoniam frequentèr num. 13. vbi Additio
num. 14. vt lite non conteſt. Additio ad Bart. in
l. cùm hi §. eam tranſactionem ff. de tranſact. Fe-
lyn. in cap. 2. limit. 4. de teſtibus, Hippol. ſingul.
2[illegible] & in l. de vnoquoquè caſu 18. ff. de re iudic.
Deciſ. Tholoſana, vbi Additio deciſ. 447. Anton.
Gabr. lib. 2. concl. tit. de citat. concl. 1. nu. 336. &
ſeq. Io. Crot. in tract. de teſtib. verſ. *aggredior* nu.
34. Ioan. Garcia de nobil. gloſ. 1. in princ. nu. 50.
quod procedit magis ſinè dubio in præſẽti caſu,
cùm duo ex teſtibus examinatis Granatæ ſint
ratificati, citata parte aduerſa in iudicio plena-
rio, & alij duo nouitèr examinati, qui omnes
probant caſum mortis dicti animalis, abſquè vlla
culpa dicti Theſaurarij, qui in ſpecie declarant,
quòd cùm profectus fuiſſet à Ciuitate Conchẽſi
die 2. Iunij moratus fuit vſquè ad Ciuitatẽ Re-
giam dies octo, in qua requieuit per alios quinq;
dies, in quibus præfatus mulus extitit in hoſpi-
tio abſque vllo labore, & quòd ſexto die profecti
fuerunt verſus Ciuitatem Granatenſem, nec am-
bulauit niſi octo leucas, & alijs diebus ſeptem
ad minus, & extitere alijs quinque diebus Gra-
natæ, & in vltimo cœpit illum morbus, ex qua
perijt. Nec eſt conſiderabile dicere, quòd Geor-
gius de Leſcar in depoſitione, quam fecit Gra-
natæ, declarauit, quòd requieuerunt in Ciuitate
Regia per dies ſeptem: quia debet intelligi iuxta
depoſitiones aliorum teſtiũ de quinque diebus
integris, & parte illius, quo peruenere ad dictam
Ciuitatẽ, & eius, quo profecti fuere verſus Gra-
14 natam, † quia teſtes debent ad concordiam re-
duci, & eorum dicta ſaluari, cap. cùm tu 16. de
teſtibus, Alex. conſ. 143. quoniam abundè nu. 3.
volum. 2. Bald. in l. in exercendis num. 14. de fide
inſtrumentor. idem Alex. in l. diuortio in princ.
ff. ſolut. matrim. num. 7. Bart. in l. 2. §. creditum
num. 6. & 7. ff. ſi cert. pet.
15 † Et quia teſtium dicta non ſunt cauillanda;
ſed iuuanda, vt inquit Bald. in l. de quibus col.
vltima ff. de legib. & in rubr. ff. de rerum diuiſ.
Alex. conſ. 5. in caſu nu. 12. lib. 1. & conſ. 43. n. 35.
lib. 4. Roland. à Valle conſ. 33. viſis, ac diligenter,
num. 14. lib. 2.
16 † Et quia depoſitio præfati Iudici de Leſcar
debet intelligi iuxta depoſitiones aliorũ teſtium,
vt poſt Butr. conſ. 46. col. 3. Imol. conſ. 47. col. 5.
tradit Ioan. Cæphal. conſ. 113. incip. Notarius nu.
24. lib. 1. & quia apertè colligitur quàm modi-
cè itinerarent, cùm à Ciuitate Conchenſi vſque
ad Ciuitatem Regiã ſolummodò ſint quinqua-
ginta duo leucæ, in quibus conſumpſerunt dies
17 octo, † & quòd regularitèr ſolet in ſimilibus
diebus ambulari, & itinerari ſunt octo, aut decẽ
leucæ quolibet die, & hoc à iure nominatur, d. l.
1. vbi DD. ff. ſi quis cautionib. Rebuff. tract. de
priuileg. ſcholaſticor. priuileg. 161. Bertacch. in
repertor. verbo *dieta*, Villalob. in commun. opin.
eodem verbo num. 83. Ioan. Oroſcius in d. l. 1. nu.
4. Azeued. in l. 20. tit. 7. lib. 1. recopilat. per l. 18.
cap. 2. eiuſdem tituli. Et ex his omnibus cenſeo,
dictum Ferdinandum Brauo, & eius fideiuſſorẽ
eſſe abſoluẽdos á prætenſione dicti Matthæi de
Villanueua. Saluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *MInorum bona immobilia non poſſunt aliena-
ri per tutorem.*
2 *Minorum bona etiã cum cauſa non alienantur ſine
decreto Iudicis.*
3 *Alienatio bonorum minoris nec inter conſangui-
neos, aut affines facta valet.*
4 *Minoris bona immobilia etiam cum ipſius vtili-
tate non alienantur ſine decreto.*
5 *Minoris bona ſi alienentur ſine ſollemnitatibus,
alienatio non valet.*
6 *Minoris bona ſi nullitèr alienentur non transfer-
tur dominium.*
7 *Alienatio vbi prohibetur à iure, prohibita eſt do-
minij translatio.*
8 *Dominium ſinè cauſa non transfertur ex nuda
traditione.*
9 *Minor ſicut non poteſt alienare, ità nec alienanti
conſentire.*
10 *Minor poteſt venire contra alienationem per ip-
ſum malè factam.*

11 Minor petere poteſt penſiones domus malè alienatæ.
12 Impedito agere non currit præſcriptio.
13 Contractus reprobatus non præſtat iuſtam cauſam præſcribendi.
14 Qui contra iura mercatur non eſt in bona fide.
15 Bonæ fidei defectus impedit præſcriptionem.
16 Tutor, & Curator non poſſunt emere bona ſuorum minorum.
17 Tutor, & Curator palàm minorum bona emere poterant antiquitùs, ſecus Hiſpaniarum iure.
18 Simulatio eſt de rebus difficilis probationis.
19 Simulatio, & aliæ difficilis probationis probantur coniecturis.
20 Adulterium ſecretò committi ſolet, & coniecturis probatur.
21 Præſumptionibus probantur, quæ directò probari nequeunt.
22 Probatio per coniecturas legales dicitur euidentiſſima.
23 Probationis verbum non ſolùm de euidenti, ſed de coniecturali intelligitur.
24 Simulatio præſumitur, ſi poſt contractum, per quē dominium transfertur, quis remanet in poſſeſſione.
25 Simulatio præſumitur, ſi non poſſedit emptor, ſed aliquis tertius.
26 Simulatio probatur, quandò ineundi contractus gratia alia perſona interponitur.
27 Simulatus contractus eſt nullius momenti.
28 Simulatus contractus habetur pro non facto.
29 Simulata confeſſio habetur pro infecta.
30 Contractus ſimulatus non meretur nomen contractus.
31 Exceptio ſimulationis, & emptionis fraudulentæ eſt perpetua.
32 Alienatio nulla eſt etiam, quandò res tota non eſt minoris, ſed pars illius.
33 Decretum iudicis neceſſarium ſi deficit, dicitur actus fieri clandeſtinè.
34 Clandeſtini actus habēt præſumptionem contra ſe.
35 Contrahentes ſine ſollemnitatibus iuris dicuntur eſſe in mala fide.
36 Contractus celebratus, omiſſa forma nullus eſt.
37 Alienatione prohibita, prohibetur omnis actus tendens ad translationem dominij.
38 Alienatio facta contra prohibitionem expreſſam eſt irrita, & nulla.
39 Prohibitio ſimplex alienationis inducit præſūptionem conſeruandi bona in familia.
40 Conditiones, & grauamina poteſt quis apponere in traditione rei ſuæ.
41 Intellectus l. ſi creditor § fin. ff. de remiſſ. pignor.
42 Geminata prohibitio alienationis eſt magis efficax.
43 Indefinita verba prohibitionis alienationis æquipollent vniuerſali.
44 Alienationis prohibitio quandò eſt realis cenſetur perpetua.
45 Verbum perpetuamente inducit perpetuam prohibitionem alienationis.
46 Verbum perpetuamente intelligitur ſinè præfinitione temporis.
47 Dictio ſemper eſt vniuerſalis, & perpetuitatem continens.
48 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.
49 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia pariformitèr ea determinat.
50 Præſcriptio cenſetur prohibita, quandò alienatio fieri prohibetur.
51 Conſequens qui vult cenſetur velle omne antecedens neceſſarium.
52 Fideicommiſſum inducitur etiàm verbis enunciatiuis.
53 Verba enunciatiua propter ſe emiſſa diſponunt.
54 Fideicommiſſum reciprocum inducitur inter filias ex prohibitione alienationis, & ſubſtitutione ſuperuenientium.
55 Intellectus l. codicillis §. inſtituto ff. de legat. 2.
56 Fideicommiſſum non ſolùm temporale, ſed perpetuum inducitur, quotieſcumquè conſtat de voluntate, & num. 57.
58 Fideicommiſſi ſubſtantia, eſſentia, & qualitas coniecturis inducitur.
59 Voluntas ſola attenditur in fideicommiſſis, & n. 60.
61 Breuiloqua ſubſtitutio, aut fideicōmiſſaria ex quibus inducantur.
62 Alienationis prohibitio inducit fideicommiſſum in caſu contrauentionis.
63 Renunciare iuri ſuo quandò aliquis poſſit.
64 Prohibitioni alienationis rei minoris renunciari non poteſt.
65 Res iudicata pro veritate habetur.
66 Venire contra factum ſuum regularitèr quis non poteſt.
67 Alienans nullitèr poteſt contrauenire alienationi.
68 Minoribus grauitèr læſis conceditur reſtitutio in integrum.
69 Minoris rem emens debet probare, pretium eſſe verſum in illius vtilitatem.

P R O

Eleonora de Ouiedo Ciuitatis Conchenſis

C O N T R A

Alphonſum de Aluelda Ciuem, & Decurionem Villæ Sancti Clementis, & Agnetem de Ouiedo.

A R G V M E N T V M.

Res immobilis, domuſuè minoris ſi alienetur: alienatio erit nulla, præſertim ſi fuerit empta à Tutore: & ex quibus colligatur ſimulatio: & probetur fideicommiſsū: & quandò minor, qui nullitèr alienauit, poſſit contra ſuum factum, & alienationem venire.

CONSILIVM CIX.

SVpponitur in facto, quòd dicta
Eleonora eſt filia legitima Ro-
derici Gonzalez de Ocaña, &
Catharinæ Sanchez eius vxo-
ris, quaſdamq; habuit ſorores
iàm vita functas: & quòd di-
ctus Rodericus peregrè pro-
fecturus fecit quandam ſcri-
pturam publicam, & authenticam in fauorem
vxoris, & filiarum, donando eis magnam bonorũ
quantitatem tàm mobilium, quàm immobilium,
& inter ea domum quandam, quam, vt à ſe relin-
quebatur, permanere iuſſit cum melioramentis,
ſi quæ fieri in ea contingeret, cum alienationis
(in rem directis verbis) prohibitione, verbis ge-
minatis confirmata, & ſubſtitutione fideicõmiſ-
ſaria facta, vt pars ſororis, ſi aliqua mori contin-
geret, ſuperſtitibus accreſceret cum quodã gra-
uamine perpetuò miſſarum, & cereorum, quos
cereos coràm ſanctiſſimo Sacramento accenſos
iuſſit poni die Iouis ſancti, ab hora, qua claude-
batur Sacramentum, vſquè ad ſequentis diei Sa-
cramenti recluſionem, & cum hoc onere à dicta
Catharina Sanchez, & filiabus fuit acceptata do-
natio, & cùm ab eis de validitate in diſcrimen
adduceretur, conantibus ipſis domum vendere,
idquè contradicentibus Didaco de Ouiedo, &
Syndico Monaſterij Sancti Franciſci Villæ Sancti
Clementis, eorum pars obtinuit, ſententia diffi-
nitiua, quæ in rei iudicatæ authoritatem tranſijt,
validũ vinculũ, & grauamen declarãte. Quo non
obſtante, & dicto Didaco de Ouiedo id ſciente,
qui amore habendi domum, quendam interpo-
ſuit, qui quibuſdam vilibus mercibus, & cum
magna læſione à dicta Catharina, & filiabus mi-
noribus domũ emeret. Simulatione hac, & per-
ſonæ ſuppoſitione, prout factum fuit, & ideò ad
domus reſtitutionem, irrita alienatione non ob-
ſtante, æquo agitur iure.

Primò, quia tempore, quo prætenditur alie-
nationem iſtius domus factam fuiſſe per dictam
Catharinam Sanchez, Eleonora, & ſorores eius
minores, & paruæ ætatis erant ſinè diſcernendi
ſibi noxia, aut vtilia neceſſario conſilio, vndè do-
1 mus alienari nõ potuit, † quoniàm bona immo-
bilia minorum nequeunt, nec debent alienari
etiàm per tutorem, aut curatorem, l. non ſolùm
C. de prædijs minorum, l. final. C. de rebus alie-
nis non alienand. l. lex, quæ tutores C. de admi-
niſtratio. & periculo tutor. l. 4. tit. 5. part. 5. gloſ.
2 5. & generalitèr bona minorum etiàm cum cau-
ſa nequeunt alienari ſine decreto Iudicis, & alijs
requiſitis neceſſarijs, l. magis puto §. nè paſſim
ff. de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt,
l. 59. & 60. tit. 18. par. 3. vbi Gregor. Lop. gloſ.
3. & 8. & idem in d. l. 4. gloſ. 6. Bart. in l. alio
num. 13. ff. de alimentis, & cibarijs legatis, Ro-
land. à Valle conſil. 53. num. 6. & alijs conſil. 99.
num. 7. volum. 1. Alciat. reſponſ. 164. num. 6.
3 † etiã ſi alienatio inter affines, vel conſanguineos
minoris fiat, l. 4. C. de prædijs minorum, vbi
DD. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudicum caſu
4 171. num. 65. † imò & ſi eſſet ad euidentem
minoris vtilitatem, vt per eum ibi nũm. 63. d. l.
5 60. tit. 18. par. 3. † nám aliqua deficiente ex di-
ctis alienationis ſolemnitatibus, contractus eſt
ipſo iure nullus, d. l. magis puto §. ſi ob æs, An-
tonius de Prato inter Martianeſij conſilia conſ.
70. num. 168. lib. 1. gloſſ. verbo *reſciſſa eſt* in l. &
ſi is, quem C. de prædijs minorum, Roland. à
Valle conſ. 7. quoniam rei nu. 16. & ſequenti vol.
3. Bellacomba inter communes Doctorum opi-
niones d. tit. C. de prædijs minorum num. 23.
6 † imò certum eſt, quòd quandò alienatio bono-
rum minorum non valet, dominium non tranſ-
fertur, cùm nulla ſit transferendi cauſa, vt poſt
Imol. conſ. 98. in cauſa, quæ vertitur, & l. cùm hi
§. ſi prætor ff. de tranſactionibus, tradit Decius
conſ. 556. viſo conſilio num. 5. tom. 2. Roland. à
Valle conſ. 33. viſis alienationibus num. 22. vol. 1.
7 † quia vbi alienatio eſt à iure prohibita, impedi-
tur dominij tranſlatio, d. l. vltim. C. de reb. alien.
non alienand. l. non dubium C. de legib. l. quem-
admodùm C. de agricolis, & cenſitis lib. 11. Ro-
man. conſ. 321. incip. in caſu propoſitæ conſulta-
tionis num. 2. in fine colum. vlt. Roland. à Valle
8 d. conſ. 33. num. vltimo, † quia ex nuda, & ſim-
plici traditione ſine cauſa facta non transfertur
dominium, l. nunquàm nuda ff. de acquiren. re-
rum dominio, Bart. in l. quòd meo 18. ante num.
1. ff de acquirend. poſſeſſ. Roland. vbi proximè
9 num. 23. † & qua forma minor alienare non po-
teſt, ita nec alteri alienanti præſtare conſenſum,
cùm militet eadem ratio: & quia ſi ſecùs dice-
retur, de facili fraus eueniret, vt poſt Bald. & Sa-
lyc. in l. 2. C. ſi aduerſ. donat. Barbat. in cap. ſi quis
presbyterorum de reb. Eccleſ. nõ alien. & in cap.
peruenit de empt. & vend. Decius nu. 9. in rubr.
C. de pactis, & in l. aliud 120. in princ. num. 3.
de regulis iuris, vbi Additio, Rodericus Suarez
in l. quoniàm in prioribus ampliat. 10. num. 69.
10 † & ità dicta Eleonora, quæ malè minor ætate
exiſtens alienauit, ſeù conſenſum matri alienanti
præſtitit, hanc poterit cauſam agere ad recupe-
randum domum malè alienatam, vt in l. 1. §. 1.
l. magis puto §. penult. ff. de rebus eorum, Pa-
11 riſius conſil. 100. colum. 3. volum. 1. † & ſic ad
fructuum, & ità domus penſionum recupera-
tionem, l. ſi prædium, l. non ſolùm, & l prædio-
rum C. de prædijs minorum. Roland. à Valle d.
conſ. 33. nu. 21. vol. 1. cùm viginti ducatos domus
prædicta quolibet anno pro mercedis pretio
mereretur.

Et vltrà quòd non eſt tantum tempus tran-
ſactum à prætenſa venditione iſtius domus, vt
ex eo dici poſſit præſcriptam eſſe, non poteſt
modo aliquo præſcriptio opponi: quia dicta
Eleonora, & ſorores eius eo tẽpore, & poſt mul-
tis annis ætate minores fuerunt, & omne hoc
tempus ob impedimentum iuris reſultãs ex mi-
nori ætate debet deduci à tempore, quod tran-
12 ſactum fuit, † quia impedito agere non currit
præſcriptio, l. 1. in fine C. de annali exceptione,
Bart. in l. 1. §. ſi quis autèm ff. de itinere actuq;
priuato, Roland. à Valle conſil. 89. viſo proceſ-
ſu numer. 14. & ſequent. volum. 1. Burgos de
Paz conſil. 37. num. 10. Roderic. Suarez alle-
13 gat. 3. num. 2. † & quia contractus reprobatus

non

non dat iuſtam præſcribendi cauſam, l.vlt. §.ſin
autem C.commun.de legat. l.quemadmodum
C.de agricol.& cenſit.lib.11.cap.dudum lo primo,
de decimis, Archidiac. in cap. quia cognouimus
10. quæſt. 3. Tiraquell. de retractu con-
14 uentionali §.1.gloſ.2.num.35. & ſeq. † quia qui
contra iura mercatur, non poteſt prætendere ſe
bonam habere fidem, cap. ſi quis deinceps 16.
quæſt.7.cap.2.de rebus Eccleſ.non alienand. lib.
6. cap. qui contra 82. de regulis iuris,eodem lib.
d.l.quemadmodum C.de agric.& cenſit. Anton.
de Butrio in cap.grauis num.11.de reſtit.ſpoliat.
15 Rebuff.tract.de decimis quæſt.13.num.85. † &
ſinè bona fide præſcriptionem non procedere,
notiſſimum eſt, cap.2. de regul.iuris in 6.cap.vigilanti
de præſcript. Bart. in l.omnes populi nu.
22. ad finem ff.de iuſtit. & iure, Gregor. Lopez
in l.54.tit.5.par.5.gloſſ.2.

Et quòd in hoc caſu bona fides defecerit,conſtat:
quia Didacus de Ouiedo pater dictę Agnetis
ſciebat alienationis prohibitionem iſtius domus
fuiſſe factam per Rodericum de Ocaña; pro
cuius validitate totis viribus cauſam in hoc Tribunali
tractauerat vſquè ad ſententiam contra
dictam Catharinam Sanchez, & quia erat tutor
dictæ Eleonoræ, & cuiuſdam ſororis eius, quo-
16 rū bona hac de cauſa emere non valebat, † cùm
iure ſit certiſſimum, tutorem, aut curatorem
non poſſe minorum ſuorum bona emere, l. cùm
ipſe C. de contrahend. empt. l. ſi in emptione §.
final.ff.eodem titulo,l.4.tit.5.par.5.vbi Gregor.
Lopez gloſ.9. Anton. Gomez. 2.tom. variar. reſolut.
cap.14. num.33. verſ.*quintò*, Ioannes Guttierez
de iuram.confirm. 1.par.cap.40. in princ.
17 † nàm licet iure antiquo admitteretur, quando
palàm, & bona fide fiebat emptio, iure tamen
nouiori nec publicè, aut occultè hoc eis licet,
l.15.tit.5.lib. 5. ordinamenti, hodiè l.23. tit. 11.
lib.5. recopilationis, & tradit vbi proximè Gregor.Lopez
d.gloſſ.9. vbi conſtat, contrarium facientibus
pœnam quatrupli imponi poſſe,ſi venditionem
factam, & emptionem à tutore poſſit
probari; quod probatum eſt in noſtro caſu ſufficientèr:
quia teſtes deponūt, quòd emptio fuit
in veritate facta pro Didaco de Ouiedo, & ſi ſimulauerit,
Petrum Martinez emptorem fuiſſe
ad palliandum ſuam ſimulationem,& fictionem,
& ità conſtat: quia in domo nunquàm vixit dictus
Petrus Martinez; ſed Didacus de Ouiedo.
18 † Vndè cùm huiuſmodi ſimulationes clandeſtinè
fieri ſoleant, & difficilis ſint probationis, vti
Menoch. tradit lib. 2. de arbitrar. Iudicum caſu
19 116. num.8. † per coniecturas probari poſſunt,
vt in ſimili ex cap.cùm in diœceſi de vſuris, tradunt
Ioan. Andr. in cap.ex literis num. 4. in fine
de iure iurando, Alex.conſ.54.circa primum nu.
3.vol.3. & conſ.197.viſis dubitationibus num.7.
& 8. vol.7. Decius conſ.543. num.13.& ſeqq. &
conſ.589.num.3.2.tom. Cæphal.conſ.198.num.
16.tom.2.Greg.Lop.in l.40.tit.5.p.5.gloſſ.6. fa-
20 cit † in adulterio, quòd cùm occultè, ſecretòq;
latebris ad hoc quæſitis cōmitti ſoleat, præſumptionibus,&
coniecturis probatur,cap.prętereà
de teſtibus, cap.literis, cap. tertio loco, de probationib.
Brun.in tract.de indic.& tortur.1.par.
quæſt.4.num.7.verſ.*item adde*, Menoch.lib.1.de
præſumpt. quæſt.58.num.3. Abbas in cap.final.
num.1. de adulterijs, Iaſo. in l. non dubium nu.
32.& 34. C.de legibus, Alexand.conſ.89.in cau-
21 ſa,& lite num.12.vol.6. † & in omnibus,quę directò
à communitèr contingentibus nequeunt
probari, coniecturis, & præſumptionibus probari
ſufficiat, poſt Guidonem Papæ tract. de
præſumpt.num.86. tradit alios allegans Menoc.
d.quæſt.58.num.1.& 2. Ioſeph Ludouic.de pręſumpt.
concluſ.vnica, Boerius deciſ.101.num.6.
& Paulus Caſtrenſ.in l.admonendi num.40.ff.de
iure iurand. Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo *do-*
22 *natione largitus* num.160. † Nàm probatio,quæ
fit per coniecturas legales, dicitur euidētiſſima,
l.ſi tutor C.de periculo tutorum,vbi gloſſ.verb.
oſtenderis in fine, quæ ſingularis per omnes DD.
ibi reputatur, l.& ſi ſcijſſes C.de adminiſtrat.tutor.
l.a.de ſuſpectis tutoribus, l.licet Imperator,
vbi Iaſo.num.8. ff.de legatis 1. Tiraquell. in l.7.
23 connubiali num. 164. † nàm & verbum *probationes*
non ſemper intelligitur de euidenti probatione,
ſed interdum etiam de coniecturali, l.Lucius
ff.de condit. & demonſtrat. Bald. num.24.
in l.id, quod pauperibus C.de Epiſcop. & Cler.
Alexand.conſ.24.num.6.vol.2.& conſ.146.num.
1. vol.6. & per Menoch.lib.2.de arbit.Iud.caſu
279. num.2.
24 † Quarè cùm præſumptio vrgens ſimulationis
ſit,quando poſt contractum, de cuius natura
eſt dominium transferri, venditor in poſſeſſione
remāſit, l.ſicut §.ſuperuacuum ff.quibus modis
pignus, vel hypotheca ſoluitur, Bald. in l.1.
nu.6. C.de donatio. antè nuptias, Boer.conſ.11.
num.24. Paul. de Caſtro in l.ſi falſum num.8. C.
plus valere,quod agitur, Rota Auenion.deciſ.67.
num.5. & deciſ.129.nu.27. Roland.à Valle conſ.
40.num.31.vol.2.indè Specular. lib.4. tit.de donationib.
in princ.nu.7. verſ.*ego dico* tenet,quòd
ſi donator,vel is, qui alienauit diu poſt confectū
inſtrumentum bona ipſa tenuit, nec apparet illum,
in quem alienatio fuit facta,bona tenuiſſe,
aut ex eis fructus percepiſſe, fraudem præceſſiſſe
præſumitur, argumento l.Procula ff. de probat.
d.§.ſuperuacuum, l.ſi colonus 31.§.1.ff.de
acquiren. poſſeſſ. Rota deciſ.2.de donationib.in
25 nouis nu. 5. † ità eadem ratione ſimulatio præſumitur,
quando non poſſedit ille,quem emiſſe
ſcriptura oſtēdebat; ſed alter tertius emere prohibitus.
Nàm vbi eadem iuris ratio militat, eadem
debet iuris diſpoſitio militare, l.illud ff. ad
leg.Aquiliam, l.à Titio ff.de verbor.obligat.Bolognin.
inter Alexandri conſilia,conſ.53.inuocato
nu.3.vol.4. Cæphal.conſ.84. quamuis mihi nu.7.
1.tom. Atquè ità contractus iſte verè ſimulatus
26 eſt: † nàm ſimulatio interueniſſe dicitur,& probatur,
quando ineundi contractus gratia alia
perſona interponitur,vt tradit Bald.in l.multum
num.4.C.ſi quis alteri,vel ſibi, & ex l.mulier §.ſi
cùm eſſet ff.ad Senat.Conſult.Velleian.Paul.Caſtrenſ.
conſ. 109. viſa petitione num. 2. in princ.
27 vol.2. † & ideò nullius momēti eſt contractus,
quia ſimulatus,l.nuda ff.de contrahen.empt.l.2.
C.plus valere,quod agitur,Parlador.lib.2.rerum
quotidianarum cap.final. 4.par. §.5. numer. 10.

28 † imò habetur pro non facto, nec celebrato, vt
tradit Speculator lib. 2. de confeſſionib. §. nunc
29 videndum num. 23. † dicens, in ſimulata con-
feſſione vt haberi debeat pro infecta, l. ſi non ſin-
gula in fine C. ſi certum petatur, & l. ſi ex pretio
eodem tit. cap. per tuas, qui filij ſint legitimi,
30 l. contractus ff. de actionib. & obligatio. † nec
contractus nomen meretur, l. ſimulatæ nuptiæ
ff. de ritu nuptiar. l. emptor ff. de aqua pluuia
arcenda, tradit Ripa in l. nemo poteſt num. 65.
ff. de legat. 1. Menoc. de recuper. poſſ. remed. 15.
num. 183. Bart. in l. filias C. de reuocandis his,
quæ in fraud. creditor. Ripa reſponſ. 5. num. 31.
Et ità hac ex parte etiam eſt excluſa præſcri-
31 ptio. † Nàm exceptio emptionis fraudulentæ,
& ſimulationis eſt perpetua, vt ex gloſ. verb. *pe-
tendis* in l. ſi voluntate C. de dotis promiſſione
tradit Bald. in cap. ſi cautio nu. 3. de fide inſtru-
mentor. Rebuff. 2. tom. Conſtitutionum Galliæ
tract. de remiſſio. contract. artic. vnico gloſſ. 19.
num. 25. Cephal. conſ. 101. incipiente anno num.
25. tom. 1. & conſ. 163. Dominus Philippus num.
21. tom. 2. Carol. Ruyn. conſil. 130. in princ. lib. 1.
32 Gozadin. conſ. 28. num. 23. verſic. *octauo*. † quæ
omnia non ſolùm obtinent, quando res alienata
eſt propria minoris in totum, ſed etiàm, quando
ei cum alijs eſt communis, l. qui neque in fine ff.
de rebus eorum, Boer. conſ. 134. nu. 4. vol. 1. Ro-
land. à Valle conſ. 60. incip. clariſſimi nu. 59. vol. 4

Et confirmatur pars hæc aduerſus hanc irri-
tam alienationem: quia cùm fuerit de re mino-
rum, & ſine iuris ſollemnitatibus, ſuccedit iuris
33 certiſſima regula; † quòd ſemper vbi requiri-
tur Iudicis decretum, vel Superioris authoritas,
ſi deficiat, dicitur actus clandeſtinè fieri, l. 1. vbi
Bart. num. 5. C. de prædijs decurion. idem Bart.
in l. 1. C. de his, qui ex publicis rationibus mu-
tuam pecuniã acceperunt, vbi gloſſ. & gloſ. ver-
bo *clandeſtina* 1. & 2. in cap. cùm inhibitio, de
clandeſtina deſponſatione. Fely. in cap. conſuluit
nu. 22. de officio delegati, Bartol. in l. non intel-
ligitur, §. tacitè nu. 1. ff. de iure fiſci, Dec. in l. quo
tutela §. clàm num. 1. ff. de regul. iuris, Ant. Cor-
34 ſet. ſingul. verbo *occultè*. † contra omnia autem,
quæ clandeſtinè fiunt magna eſt fraudis, & ſimu-
lationis ſuſpitio, dicto cap. conſuluit, Bald. in
cap. ſi ſcripturam num. 5. de fide inſtrumentor.
Bart. conſ. 137. ſtatuto num. 5. 1. par. Speculator
lib. 4. tit. de donationib. num 8. Iaſo. in §. item
ſi quis num. 41. Inſtit. de actionib. Menoc. lib. 3.
de præſumption. præſumpt. 122. num. 15. & 90.
& alijs, Cepolla in tract. de ſimulat. præſumpt.
19. & quia ſecundum gloſſ. in l. 1. verbo *mala
fide* C. de fide inſtrumentor. & iure haſtæ fiſcalis
35 lib. 10. † vbi non contrahitur cum ſollemnita-
tibus, aut ordinationibus requiſitis à iure ciuili,
vel municipali, contrahentes dicuntur eſſe in
36 mala fide; † nàm contractus omiſſa forma ce-
lebratus, eſt nullus, l. an inutilis in princ. ff. de
acceptilationib. Anton. de Butrio in cap. ſuper
eo 51. num. 6. de ſentent. excommun. facit ſen-
tentia Alexandri in l. ex duobus §. etiam ſi con-
tra tabulas num. 2. ff. de vulgari, quem ſequitur
Henricus de Bottis tract. de ſynodo Epiſcopi
3. par. artic. 1. num. 292.

37 † Facit etiam pro clariori iuſtitia dictæ Eleo-
noræ, quia cùm eſſet prohibita alienatio prædi-
ctæ domus prohibitione multùm expreſſa, &
clara in rem, & perpetuò prohibitus eſt omnis
actus, per quem dominium transfertur, ſiuè ad
dominij tranſlationem tendens, l. 1. in fine C. de
fundo dotali, l. alienationis verbum ff. de verbor.
ſignificat. l. final. C. de rebus alienis non alienand.
Decius conſil. 584. viſa prohibitione num. 11. vol.
2. l. non ſolùm C. de prædijs, & alijs rebus mi-
nor. Gregor. Lopez in l. 43. tit. 5. part. 5. gloſ. 3.
& dicta domo alienari prohibita, alienata tamen
de facto, alienatio eſt nulla, vt latè probat Thom.
38 Grammat. deciſ. 92. à num. 1. Nàm quando quis
contra prohibitionem expreſſam rem alienat, ir-
rita eſt, & nulla alienatio, l. cùm pater §. libertis,
l. peto §. fratre ff. de legat. 2. cum alijs, de quibus
Nouiores in l. filiusfamilias §. diui lo ſecondo, ff.
de legat. 1. Burgos de Paz conſ. 44. num. 3. Fran-
39 ciſc. de Aret. conſil. 18. num. 2. dicens, † quòd
prohibitio ſimplex alienationis facta in vltima
voluntate annullat omnem alienationem: quia
prohibitio non alienandi inducit præſumptio-
nem conſeruandi familiam, & in ea rem alienari
prohibitam, vt ex l. Proculus ff. de vſufructu,
cum alijs tradunt Iaſo. conſil. 4. num. 3. lib. 1. Cæ-
phal. conſil. 153. incipiente magnificus num. 53.
& 89. tom. 2. præcipuè cùm dictus Rodericus de
Ocaña filiabus domum reliquerit, ſub conditio-
ne, nè domum alienarent, nec ipſa alienari poſ-
40 ſet; quia animaduerſo, † quòd in ſuæ rei tradi-
tione quilibet poteſt conditiones, & grauamina
pro voluntatis libito interponere, l. in traditio-
nibus ff. de pact. cap. quantò de cenſib. cap. Eleu-
therius 18. quæſt. 2. Bart. in l. ſi tibi decẽ in princ.
in l. ſi intra 42. nu. 1. ff. de pact. Io. Guttier. lib. 3.
41 pract. quæ t. 84. nu. 6. & conſ. 1. num. 1. † in quo
eſt clara deciſio l. ſi creditor §. fin. ff. de diſtract.
pignor. vbi dicitur, quòd ſi creditor, qui habebat
pignus, aut hypothecam bonorum ſui debitoris
in eius remiſſione fecit pactũ, vt non liceret rem
vendere, nec alienare, non poterit modo aliquo
res alienari, ita Bart. ibi Angel. Fulgoſ. & commu-
nitèr DD. idem Bart. commendans ad hoc il-
lum text. in l. ſi ità quis §. ea lege num. 3. ff. de
verbor. obligatio. & plures alij relati per Anton.
Gomez in l. 40. Tauri num. 18. præcipuè cùm
alienationis prohibitio domus prædictæ inducta
42 fuerit verbis geminatis, † nàm geminata prohi-
bitionis verba magis exploratam, & enixam Te-
ſtatoris voluntatem oſtendunt, & cuiuſlibet di-
ſponentis, l. Baliſta ff. ad Senat. Conſult. Trebell.
Decius conſ. 584. num. 7. Caphal. conſ. 153. num.
32. & conſ. 296. num. 25. tom. 2. Roland. à Valle
conſ. 28. num. 42. vol. 3. Mantica lib. 8. de coniect.
vltimar. volunt. tit. 18. num. 18. Menoch. lib. 4.
43 de præſumption. præſumpt. 81. num. 24. † Et
cùm verba prohibitiua alienationis ſint indefi-
nita, æquipollent vniuerſali, l. ſi pluribus ff. de
legatis 1. l. ſi plures ff. de legat. 3. & vtrobiquè
DD. Bartol. in l. Lucius §. Semproniæ num. 3.
ff. de legat. 3. vbi ait, quòd ſi Teſtator indefi-
nitè alienationem vetat, aſſerens ſe hæredem
prohibere, nè alienet, ad omnes hæredes illa
prohibitio porrigitur, & etiam ad ſucceſſo-
res,

Digitized by Google

res, ſequitur Alexand. conſil. 56. conſideratis
verbis num. 5. volum. 1. Burgos de Paz conſ. 44.
44 num. 6. † quia cùm dictus Rodericus de Ocaña
diſpoſuerit, quòd domus non alienaretur, per-
petuò alienationem inhibuiſſe exiſtimandus eſt,
l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum, vbi Cuman.
& Peralta d. l. peto §. fratre ff. de legat. 2. Cæphal.
conſil. 259. num. 43. tom. 2. Burgos de Paz vbi
proximè nu. 7. idquè in noſtro caſu certiſſimum
eſt, cùm in vna ex clauſulis, quibus alienatio do-
mus prohibetur, & miſſarum, & cereorum gra-
uamen adimpleri iubetur, ponatur verbum *per-*
45 *petuamente, y para ſiempre jamas.* † Nàm ex vir-
tute verbi *perpetuamente*, inducitur perpetua
prohibitio non alienandi, & volutas, vt ſucceſſi-
uo tractu domus in familia perpetuò remaneret,
l. codicillis 91. §. inſtituto ff. de legat. 2. Iacob.
de Bellouiſ. in authent. de reſtitutione fideicom-
miſſi §. nos igitur colum. vlt. verſic. *quæritur* col-
lat. 9. Soccin. conſil. 43. num. 1. 2. & 3. vol. 1. Ale-
xand. conſil. 56. conſideratis verbis num. 2. vol. 1.
Iaſo. in l. filiusfamilias §. Diui 1. lectur. num. 113.
vbi Ripa nu. 112. verſ. *tertio reſtringe* ff. de legat.
1. Decius conſil. 23. num. 3. volum. 1. Molina lib.
1. de primogen. Hiſpanor. cap. 4. num. 14. Couar.
lib. 3. variar. cap. 5. num. 5. Cæphal. conſil. 114.
nu. 35. lib. 1. Burgos de Paz Iunior quæſt. 2. ciuili
num. 114. & ſeqq. Roland. à Valle conſil. 6. num.
46 30. volum. 4. † Ex natura dictionis *perpetuamen-*
te, quæ intelligitur ſinè temporis præfinitione,
l. ſi vſusfructus 8. ff. de vſufruct. legat. l. 2. C. de
diuerſ. reſcript. l. purè 5. §. final. ff. de doli except.
Alberic. in dictionar. verbo *perpetuum* verſ. 17.
Paz dict. quæſt. 2. num. 116. Moron. de tregua, &
pace quæſt. 32. num. 3. Cæphal. conſil. 268. bona
num. 32. tom. 2. Cicero 4. in Catilinam *ignem*
47 *Veſtæ perpetuum, & ſempiternum*; † quod iuua-
tur etiàm ex dictione *ſiempre*, quæ ex propria
natura perpetua, & vniuerſalis eſt, l. 1. vbi Do-
ctores ff. ſolut. matrimon. Salicet. in l. 1. C. quo-
modo, & quando Iudex, Boerius deciſ. 158. nu.
1. cum ſequentib. Molina lib. 1. de primog. cap.
5. num. 32. Cæphal. conſil. 40. incipiente Magni-
fica num. 5. volum. 1. Marc. Anton. Eugen. conſil.
81. numer. 37. lib. 1. Roland. à Valle conſil. 23. à
num. 18. volum. 4. Cicero Tuſculanar. quæſtion.
quòd ſemper mouetur, id æternum eſt, idquè pro-
48 cedere conſtat, † quia clauſula prædicta in fine
eſt poſita. Vndè ad omnia præcedentia refertur,
ſcilicet ad alienationis prohibitionem, & imple-
mentum oneris, vt per Scribentes in l. talis ſcri-
ptura ff. de legat. 1. Felyn. in cap. eam, quæ col. 3.
num. 4. de reſcript. quod pro regula tradit Ale-
xand. conſil. 66. viſo teſtamento num. 3. volum. 2.
Soccin. Iunior conſil. 139. num. 5. volum. 1. Ro-
land. à Valle conſil. 54. in præſerti num. 5. volu. 4.
Mantica lib. 5. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 1.
49 num. 23. † Et quia vna determinatio reſpiciens
plura determinabilia, debet ea pariformitèr de-
terminare, l. iàm hoc iure ff. de vulga. & pupill.
ſubſtit. Alexand. conſil. 50. viſo inſtrumento nu.
3. volum. 4. Menoch. lib. 4. de præſumptionib.
præſumpt. 75. num. 3. & præſumpt. 76. num. 4.
Cæphal. conſil. 67. num. 22. volum. 1. Marc. Ant.
50 Eugen. conſil. 48. num. 7. lib. 1. † Quatè non po-
teſt opponi præſcriptio; nàm quando, & quo-
ties alienatio eſt prohibita, eſt etiam prohibita
præſcriptio, Bart. in l. vbi lex ff. de vſucapion. &
alijs in locis, de quibus per Roland. à Valle conſ.
3. incipiente deuenio num. 19. volum. 1. Ferdi-
nandus Loazes in allegata l. filiusfamilias §. diui
num. 101. ff. de legat. 1. Donat. à Fina inter com-
munes opiniones Doctorum lib. 6. tit. 15. C. de
inſtitut. & ſubſtit. num. 207. Gregor. Lopez in l.
10. tit. 26. par. 4. gloſ. 3.

Facit etiam, quòd prædictus diſponens indu-
xit quòad domum prędictam, & alia bona quan-
dam communionem, & ſocietatem inter ſuas fi-
lias, ad effectum vt non diuiderentur, & com-
modiùs poſſent ſuſtentari, & vt pars decedentis
alijs accreſceret, quod videtur non potuiſſe in-
51 duci alia, quàm fideicommiſſi via. † Et ita di-
cere debemus, dictum Rodericum induxiſſe fi-
deicommiſſum ſucceſſiuum, & reciprocum in-
ter ſuas filias, & deſcendentes earum: quia qui
vult conſequens, videtur velle omne neceſſarium
antecedens ad illud, l. 2. ff. de iuriſdict. omn. Iu-
dic. l. ad rem, & l. ad legatum ff. de procuratorib.
l. deniquè §. interdum ff. de peculio legato, per
quem in caſu ſimili fideicommiſſum probando
hoc arguit modo Bart. in l. centurio verſic. *quæ-*
ro vlterius ff. de vulgar. Decius conſ. 584. viſa
prohibitione num. 8. tom. 2. & conſ. 481. in caſu
52 num. 4. † Et quia etiam verbis enunciatiuis fi-
deicommiſſum inducitur, vt notat Bartol. in l.
Pamphilo in princ. ff. de legat. 3. & facit text. in
l. fideicommiſſa §. cùm eſſet, & §. hæc verba eod.
53 tit. Decius d. conſil. 481. num. 4. † Et quando
verba enunciatiua ſunt propter ſe emiſſa, doctè
reſoluit Mantica lib. 8. de coniectur. vltim. vo-
lunt. tit. 1. num. 7. & à fortiori in noſtro caſu, in
quo ſunt verba diſpoſitiua, per quæ fideicom-
miſſum inducitur, vt tradit Decius d. conſ. 584.
54 num. 9. † Nàm cùm voluerit diſponens, quòd
domus alienari prohibita inter filias ſuas eſſet
communis, verba hęc præſeferunt, & ſignificant,
quòd inter eas fideicommiſſum ſit, l. final. §. Lu-
cius ff. de legat. 2. l. Lucius in princ. ff. ad Senat.
Conſult. Trebell. l. vbi purè §. te rogo eodem
55 titulo, Decius d. num. 9. † facit text. in l. codi-
cillis §. inſtituto ff. de legat. 2. vbi inducitur fidei-
commiſſum in domibus Teſtatoris, ſi eas aliena-
ri prohibuit, & vltrà prohibitionem alienationis
diſpoſuit, vt permanerent apud filios in perpe-
tuum, vt euenit in noſtro caſu, facit etiam text.
in d. l. codicillis §. matre, vbi per hæc verba *habes*
filios ſororum, quibus relinquas, videtur impoſi-
tum fideicommiſſum, & tale, vt eius virtute ex-
cludatur frater, qui ab inteſtato vocatus, & ven-
turus erat, vt tradit Decius conſil. 481. nume. 4.
56 tom. 2. † quia non ſolum inducitur coniecturis
fideicommiſſum temporale, ſi de voluntate con-
ſtet ex eis, vt ex l. etiam hoc modo, & l. eo modo
de legat. 1. l. 2. C. commu. de legat. l. cùm propo-
nebatur in fine, l. qui ſolidum §. 1. ff. de legat. 2.
l. licet Imperator, vbi Bart. ff. de legat. 1. l. cùm
auus ff. de condit. & demonſtr. Dec. d. conſ. 584.
nu. 1. Roland. à Valle conſ. 18. incip. ab hoc num.
16. volum. 4. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. num.
57 24. † Sed etiam perpetuum, vt conſtat ex Soc-

Digitized by Google

cino conſ.43. num.19.lib.3. Padilla num.3. in
rubric.C.de fideicommiſſ.Mieres de maioratib,
1.par.quæſt,1.num,3.Molina lib.1.cap.1,num.7,
& qui eos refert Menoch. de præſumpt. lib. 4.
preſumpt.67.num,7.verſ.*recedimus* circa finem,
58 † quia clarum eſt,quòd ſi fideicommiſſi ſubſtā-
tia, & eius eſſentia poteſt coniecturis induci, fa-
cilius inducetur qualitas,quod ſit perpetuum,
vt arguit Cæphal.conſ.188.Dominus Ambroſius
num.7.tom.2.Mantic.lib,10,de coniectur, tit.1,
59 nu. 2. † cùm ſola voluntas ſeruatur in fideicom-
miſſis potius quàm verba, l.penult.ff.de legat.1.
l. fideicommiſſa §.item ſi quis in fin. ff.de legat.
2.l.3. §.conditio ff.de alim. & cibar, legat. l.cùm
virum C.de fideicommiſſ. Roland. à Valle conſ,
6.magnificus num.10, & conſ.23.num.30,vol.4,
60 Menoch.lib.4.præſumpt.23.nu.3. † & ità Alex.
conſ.100.viſa parte teſtamenti num.5. vol.4. re-
ſoluit, quòd fideicommiſſorum materia in tan-
tum eſt fundata in voluntate defuncti, & diſpo-
nentis,vt per quælibet verba,aut quaſcunq; con-
iecturas,aut præſumptiones patere poſſit, ſuffi-
ciat ad inducendum fideicommiſſum, d, l. 2. C,
commun.de legat.l.vnum ex familia §.fin,ff.de
legat,2.l,fideicommiſſa § hæc verba,l.nutu ff.de
legat.3.l.mulier ff.ad S.C.Trebell.Iaſ.conſil.52,
col.5.lib.3.& alij adducti per Marc.Anto,Natta
in Addit,ad Alex.proximè,

Et hoc minùs dubitabile redditur inſpecta
clauſula inſtitutionis,vbi dictus Rodericus iuſſit,
partem attinentem cuicunq; filiarum, ſi ſine li-
61 beris morerentur,alijs debere accreſcere, † or-
dine breuiloquę ſubſtitutionis ſuccedente caſu,
quo ætate minores morerentur,iuxta l. 13,tit.5,
par. 6. aut fideicommiſſi reciproci per Mantic,
lib.7. de coniectur.vltimar.volunt. tit.5. num.1,
& 16.l.Titia Seyo 89. §.Seya libertis ff.de legat,
2. Aluarado lib.2.de coniecturata mente defun-
cti cap,2 §.1.num.12.& ita tàm ratione dicti fi-
deicommiſſi, quàm ceſſionis productæ per di-
ctam Eleonoram in eius fauorem factæ per Ca-
tharinam Sanchez matrem eius de omni iure
ſibi ad huiuſmodi domum competēti per mor-
tem aliarum filiarum apparet ſatis de legitimo,
& pleno iure dictæ Eleonoræ ad vincendum
in hac cauſa.

62 † Confirmatur etiam, quia ſola prohibitio nō
alienandi inducit fideicommiſſum in caſu, quo
prohibitioni contraueniatur, & impeditur do-
minij translatio, l.filiusfamilias §,Diui, vbi Soc-
cin.Iunior num.25. ff.de legat.1. Alexan,in l.qui
Romæ §,cohæredes ff.de verbor.obligat,Decius
conſ.481.in caſu,de quo nu.7,Cæphal.conſ.293.
Teſtatrix nu.1.tom.2.Menoc.d,lib.4.præſumpt,
189 nu.109.hic autem per irritam alienationem
factam obtinet,& non ſolùm id procedit in alie-
natione partis, quæ à principio vnicuiquè relin-
quitur, quàm eſt alienare prohibitus, l.pater
filium §.quindecim libertis ff.de legat. 3. Cæph,
conſ.259.num.69. tom.2. ſed etiam in parte ali-
cui obueniente ex iure accreſcendi,vt tradit latè
Mantic,lib.10,de coniectur.vltimar.volunt. tit,
3. num.17.

Nec obſtabit dicere, quòd quādo dicta Eleo-
nora, & ſorores eius minores ætate exiſtentes
alienationi irritæ quendam aſſertum præſtitere
63 conſenſum,renunciarunt fauori ſuo, † quod li-
cere prima videtur facie, ex vulgari regula l. ſi
quis in conſcribendo C.de pact,quia nullius mo-
64 menti eſt, † cùm prohibitioni factę propter mi-
norem ætatem, (& ita nè res minorum alienen-
tur,aut ipſi eas alienent) renunciari nequeat,glo,
verbo *non potuerunt* in l.2. C.de vſucap.pro em-
ptore, Bart.in d.l.filiusfamilias §,Diui num.2. ff.
de legat,1. Aretin.conſ.22. diligentèr,& maturè
conſideratis verſ.*venio ad ſecundum*,Dec.conſil,
386. incip. licet in controuerſijs num.4. tom.2.
præcipuè cùm vinculum, & grauamen fuerit va-
lidum declaratum ſentētia diffinitiua huius Tri-
bunalis in rem iudicatam tranſacta ad inſtantiam
65 dicti Didaci de Ouiedo, † quæ pro veritate ha-
betur, l. ingenuum ff. de ſtatu hominum, l.1. ff.
de re iudic. l.res iudicata ff.de regul. iur. Cæph.
conſ.272,in facto num.76.tom.2, Rolan. à Valle
conſ.98,num.2.vol.2,

66 † Nec obſtet dicere, Eleonoram venire non
poſſe contra factum ſuum, quod fuit in iſtius
domus alienatione conſenſū præſtitiſſe, l.ſicut
C.de action. & obligat. l.poſt mortem,vbi Bart,
ff,de adoptionib. facit l.in diem,vbi DD. ff.de
aqua pluuia, l. quoties C. de fideicommiſſ. pro-
prius text.in cap.Titius propè finem ſi de feud,
defunct.content.ſit inter domi.& agnatos vaſalli
in vſib.feudor.Cephal.conſ.30.nu.31.vol.1.quia
cùm agatur de reſcindēda alienatione,quæ præ-
67 dictis ex cauſis eſt nulla, † ſuccedit regula gene-
ralis,& certa, quòd qui alienauit, poteſt contra-
uenire proprio facto, & reuocare alienationem
ipſo iure nullam,vt tradit Thom.Grammat,de-
ciſ.93, num.1.& 3. Cæphal, conſ.271. num.54,
iuncto cap.ſi quis presbyterorum de reb Eccleſ,
non alienand. & traditis per Menoch.de recup.
poſſeſſ.remed,9.nu.140.& ſeqq. Pinell.in l.1. C.
de bon.matern.3.par,num.73. Ioan.Guttier.lib,
3.practicar.quæſt.41,à nu.6,& ſeqq.& rationem
reddunt Bart, in d. l. poſt mortem, Aretin. in
princ.num,5.inſtit.quibus alienare licet,vel non,
Io.de Anan.conſ,47.nu.12.& 13.

Et cùm læſio,quæ in iſtius domus alienationę
interuenit, fuerit in exceſſiua quātitate vltrà di-
midiam iuſti pretij, & euenerit tempore, quo
dicta Eleonora, & ſorores eius, ad quas omnes
domus pertinebant tàm ex capite minoris æta-
tis,quàm læſionis, & alienationis prohibitæ, do-
68 mus debet eidem Eleonoræ reſtitui; † quia mi-
noribus grauitèr læſis datur reſtitutio in integrū
etiàm poſt 40. annos, l.vltima in fin.C.in quibus
cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt,
Carol.Ruin.conſ.143.num.16.lib.4.& conſ.103,
col,vlt. lib.5. alij, quos refert,& ſequitur Marc.
Anton,Ergen. conſil,1.num.94.lib.1. præcipuè
quòd ex paruo pretio pro domibus dato nō fuit
aliqua vtilitas dictis minoribus, imò earum ma-
69 ter,vt alia bona perdendo conſumpſit, † & iu-
ris certiſſima eſt reſolutio, quòd rem à minore
emens debet probare pretium fuiſſe verſum in
vtilitatem eius, l, 3. C. quando ex facto tutoris,
Cardin.in clem.1.quæſt,30.de rebus Eccleſ.non
alienand. Decius in l.Ciuitas ad finem ff.ſi cert,
petat,l.59.tit.18.par.3. vbi Gregor. Lopez qui-
bus

bus de cauſis mihi videtur de iuſtitia, debere domum reſtitui Eleonoræ, vt eas in proprietate, & poſſeſſione ſibi habeat, & impleat onera miſſarum, & alia pia, quæ Rodericus pater eius impleri iuſſit, & quæ cauſa dictæ alienationis irritæ impleri deſierunt, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Diffamare ſtatum ingenuorum errore, aut malitia periniquum eſt.*
2 *Maledicis, qui nec propriæ exiſtimationi, nec aliorum famæ parcunt, credendum non eſt.*
3 *Sanctum nihil tàm eſt, quod calumnia tentare non audeat.*
4 *Suſurro, & criminator abominabiles ſunt apud Deum.*
5 *Libellis clanculum porrectis fides adhibenda non eſt.*
6 *Auditis malis nemo debet moueri, quia ſæpè perperàm diſſeminantur.*
7 *Nomina, & cognomina inuenta ad cognoſcẽdos, & diſcernendos homines.*
8 *Nomina ſolent ad libitum imponi, & de illis non eſt curandum.*
9 *Nomina nuda non ſunt in conſideratione.*
10 *Nominis ſola ſimilitudo ad confirmandum cuiuſquè originem ſatis non eſt.*
11 *Nomen ſimile proprium, & appellatiuum nõ probat identitatem perſonæ.*
12 *Nomen, quod poteſt pluribus competere, non reddit rem certam.*
13 *Identitas perſonarum non probatur ex nomine, & cognomine, niſi etiam probetur eſſe eoſdem, qui deſcripti ſunt in inſtrumento.*
14 *Amicitia ſpecialis nominis obſcuritatem declarat, niſi ſint plures eiuſdem nominis, & amicitia.*
15 *Identitas nominis non infert neceſſariò identitatẽ corporis, quando per alias circumlocutiones poteſt apparere, quòd idem corpus non ſit.*
16 *Identitas rei, vel perſonæ debet probari ab eo, qui ſe fundat in ea.*
17 *Identitatem perſonæ non probans ſuccumbet.*
18 *Probatio debet eſſe certa, aliàs non releuat, non ſolùm in odioſis; ſed in fauorabilibus, & nu. 19.*
20 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
21 *Incertitudo reſultans ex duobus eiuſdem nominis, efficit, vt neutri deferatur tutela.*
22 *Inſtitutio deficit, ſi propter nominum pluralitatẽ non poteſt conſtare de corpore inſtituti.*
23 *Nomina rerum propria ſæpè conueniunt rebus diuerſis.*
24 *Incertitudo perſonæ propter diuerſos eiuſdem nominis, & cognominis non obeſt, imò releuat in materia nobilitatis, & puritatis ſanguinis, nè quis excludatur à rebus qualificationem requirentibus.*

ARGVMENTVM.

Quale debeat eſſe æquum, & religioſum iudicium Dominorum Regij Conſilij ordinum, & aliorum, qui habent iudicare de informationibus captis ſuper nobilitate, & puritate ſanguinis, ſi occurrerit æquiuocatio aliqua, vt aſſolet in ſimilibus ſuper nomine, aut cognomine.

CONSILIVM CX.

ILLVD in primis præſupponendum eſt iuxta grauitatẽ
1 materiæ, quòd Imperatores in l. 5. C. de ingenuis manumiſſis, † periniquũ cenſuiſſe diffamari ſtatũ ingenuorum, ſeù errore, ſeù mali-
2 gnitate quorundam, † ſunt enim quidam ita maledici, qui nec propriæ exiſtimationi, nec aliorũ famæ parcunt, quibus credendum non eſſe conſtat ex l. is, cui 9. ijſdem ff. de accuſat. Carol. Ruyn. conſ. 146. incip. magnifice, & clariſſime num. 3. verſ. *quia, ex quo conſueuerunt* vol. 5. & ex cap. qualiter, & quando lo ſecondo de accuſat. Salic. in l. ea quidem num. 104. C. eodem tit. Ioan. Turrius inter conſil. crimin. Ziletti conſ. 81. incip altiſſimi nu. 47. verſ. *nam opus eſt* volum. 2. Polydor. Ripa tract. de noctur. tempore cap. 67. num. 18. facit cap. deteriores, & cap. meritò 6. quæſt. 1.
3 † Nàm, vt dixit Nicetas Choniates lib. 2. hiſtoriar. in vita Manuelis Comneni pag. mihi 89. *Omnes ad nocendum ſunt procliuiores, nihilq; tàm ſanctum eſt, quòd calumnia tentare non audeat*, cui conſonat illud Annæi Senecæ lib. 2. ad Serenum, quòd in ſapientem non cadit iniuria cap. 3. *Nihil in rerum natura tàm ſacrum eſt, quòd ſacrilegiũ non inueniat*, contra quos eſt illud Leuitici cap.
4 19. † *non eris criminator, nec ſuſurro in populo*, & Prouerbior. cap. 26. *verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima ventris*, & ibi *cùm defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt.* Eccleſiaſtic. cap. 5.
5 27. & ſeq. † multi enim clanculum porrectis libellis aliorum famas denigrare conantur, quòd quàm iuribus aduerſetur, conſtat ex cap. inquiſitionis 9. tertiæ dubitationi de accuſationib. vbi dicitur, *nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto procedendum eſt ad inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendam*, per quem text. notant ibi Doctores, quòd ſchedulæ, quæ dantur in occulto, non debent mouere Iudicem ad inquirendum, ità Io. Andr. ibi num. 6. Anton. de Butrio numer. 22. Abb. in 2. notab. num. 4. Ioan. de Anania num. 2. Franciſc. de Aret. num. 6. Felyn. 11. notab. 2. & probat lex vnica in fin. C. de famoſis libellis, Ceuall. lib. 3. pract. quæſt. quæſt. 821. nu. 20. & ſeqq. vbi etiàm obſeruat illud Traiani ad Plinium inter eius Epiſtolas lib. 10. epiſt. 98. *ſine Auctore*

verò

verò propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent, nàm & peſſimi exempli nec noſtri ſæculi eſt: Maſtrill. de mag iſtr. lib. 6. cap. 2. nu. 47.

6 † Siuè moueantur tales maledici malis auditis multoties perperàm diſſeminatis cõtra id, quod habetur in cap. ſi quid 86. diſtinct. cap. in cunctis, & cap. quamuis 11. quæſt. 3. cap. iudicantem 30. quæſt. 5. nàm vt dicit Euariſtus Papa epiſt. 2. *mala audita nullum moueant, nec paſſim dicta abſquè certa probatione quiſquam vnquam credat, ſed antè audita diligentès inquirat, nè præcipitando quicquàm aliquis agat*; vt non immeritò de contrario doleant Petrus Ceñedo lib. 3. collectan. 6. & Ioan. Petrus Bimius conſ. 398. num. 30. Segura Daualos lib. 2. director. Iudic. Eccleſiaſticor. cap. 14. à num. 24. Lucas de Penna in l. Tribuni C. de re milit. lib. 10. Ioan. Franciſ. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 12. nu. 19.

7 † Quarè licèt nomina & cognomina inuenta fuerint ad cognoſcendum, ſeù diſcernendos homines, l. ad recognoſcendos C. de ingen. manumiſſ. l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos ff. de legat. 1. Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo nu. 2. vbi Alciat. num. 15. eodem titulo, §. ſi quis in nomine inſtit. de legatis, in auth. de conſulibus §. ſi quis collat. 8. quod ſenſit etiam Ariſtoteles 4. Metaphiſicor. & Marc. Tull. lib. 2. de inuentio. dicens, nomen eſſe, quod vnicuiquè perſonæ datur, quo ſuo quoquè proprio, & certo vocabulo appelletur, l. idem Pomponius §. ſi plures ff. de reiuend. dicens, *ad quid enim nomina, niſi vt per ea ſignificentur res, de quibus ſentiunt, qui loquuntur*, l. Labeo 7. ff. de ſupellectili legata, Bald. in l. vnica num. 2. C. de mutatione nominis, Angel. in l. hac conſultiſſima nu. 1. C. qui teſtam. facer. poſſunt, Hieronym. Gratus reſponſ. 16. num. 18. volum. 1. Anton. Faber lib. 6. rationalium tit. 1. ſuper d. l. idem Pomponius, Menoch. lib. 3. præſumpt. 64. nu. 1. & conſ. 173. nu. 5. lib. 2. Roland. Cauagnol. in obſeruat. legalib. in primum librum conſiliorũ eiuſdem Menoch. ſuper conſ. 40. num. 23. Aloyſ. de Leo in l. procurator num. 19. C. de edendo, idem Cauagnol. ad decretum 73. Montisferrati §. 5. nu. 6. Bellamera conſ. 38. num. 9. Anaſtaſ. Germon. tract. de indultis Cardinaliũ in inſcriptione

8 §. *Hieronymus* num. 4. † cùm tamen nomina ſoleant imponi ad libitum, non eſt de nominibus curandum, vt ſunt verba Bart. in rubr. nu. 2. vbi Claud. Seyſſell. num. 7. ff. ſolut. matrim. idem Bar. in l. Imperatores §. item reſcripſerunt ff. ad municipal. & de incol. d. l. 1. vbi DD. C. de mutatio. nomin. Ioan. Bapt. Magon. de recta patrocinand. ratio. cap. 1. num. 15. Corneus conſil. 146. num. 4. vol. 3. Bartholom. Soccin. conſ. 63. num. 2. lib. 2. Bened. Capra in ſuis regul. tract. ſubſtitutionum num. 23. Mar. Antonin. lib. 2. reſolut. 82. num. 8.

9 † nuda enim nomina non eſſe in conſideratione, tradit Pariſ. conſ. 49. num. 59. vol. 4. per text. in l. 2. §. ſed ſi fini ff. ad S.C. Tertullian. & in §. ſed hec ſolemnia inſt. de verb. obligat. vnde pulchrè Iuriſconſultus Papyrius in l. final. §. vltimo ff. ad
10 municip. & de incol. dixit, † ſolam nominis ſimilitudinem ad confirmandam cuiuſquè originem ſatis non eſſe, Franciſc. Vegius conſ. 9. nu. 8. dicens, *nõ dicitur conſtare de nomine certo Stephani etiam per confeſſionem illius, qui ſic nominabatur, etiam in præiudiciũ ipſius confitentis, per text. in l. non epiſtolis, & l. non nudis C. de probationib.* Chriſtophor. Torniol. conſ. 38. num. 22. dicens poſt Decium conſil. 400. col. 3. in fine num. 8. & Aymon Crauetta conſ. 35. num. 5. & conſ. 146. in fin. num. 7. quòd coniectura, & præſumptio nominis cedit veritati, quæ apparet, Ioan. Franciſc. Purpurat. in l. certum num. 6. ff. ſi cert. petatur, comprobat Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 41. nu. 18.

11 † Imò quod plus eſt nomen ſimile etiàm proprium, & appellatiuum non inferre, nec probare identitatem perſonæ, poſt Bart. in l. demonſtratio falſa ff. de condit. & demonſtr. tradit Philippus Corneus conſ. 143. num. 12. vol. 2. eam rationem ſubiungẽs, quòd in eadem Terra, & Caſtro plures ſolent reperiri eiuſdem nominis; & cùm nomina ſint conuenientia pluribus, non inferunt identitatem reſpectu vnius, ſequitur Philippus Decius conſ. 36. incip. pro tenui num. 4. in hæc verba: *Quia non conſtat, illum eſſe Gratianum Dati Notarium, qui fuit rogatus: nam potuit eſſe alius eiuſdẽ nominis, & cognominis, vt in ſimili in notabili quæſtione tradũt Cardinalis, & Dominus Abbas in cap cùm Ioannes de fide inſtrum. col. fin. verſ. ſed extrà gloſſ. quæro, vbi dicunt, quòd ſi duo ſunt in inſtrumento deſcripti pro teſtibus, puta Andreas, & Bartholomæus, eorum cognomine expreſſo, poſtea inſtrumentum falſum dicitur, & duo producuntur iiſdem nominibus; ſed negant ſe interueniſſe in tali inſtrumento, hoc non ſufficit ad reprobationem inſtrumenti, quia non eſt probatum, illos eſſe eoſdem, qui ſunt deſcripti in inſtrumento: nam poſſunt alij eſſe, qui iiſdem nominibus vocarentur; & ità probatio non concludit*, repetit idem Decius conſ. 101. nu. 2. verſ. vnde, & plures alij relati per Aymon Crauett. conſ. 169. incip. opponitur contra teſtes, Platea in l. omnis num. 5. C. de indict. lib. 10. Anton. Faber lib. 4. tit. 14. C. de probatio. diffinit. 34.

12 † Quod comprobatur per Ioſeph. Maſcard. de probatio. concluſ. 503. nu. 18. vol. 1. dicentem, quòd ſolùm nomen, quod pluribus poteſt competere, non reddit rem certam; vt colligere eſt ex l. hac conſultiſſima C. qui teſtam. facere poſſ. cũ alijs adductis à Bart. in d. l. demonſtratio poſt num. 18. verſ. *ſi verò probationes*, & tunc illi, qui vult tueri hanc demonſtrationẽ, incumbit onus probandi, de tali corpore fuiſſe cogitatum, Ioan. Ann Hal in rubr. nu. 219. ff. ſolut. matrim.

13 † Et magis in terminis probat idem Maſcar. concluſ. 875. num. 2. vol. 2. vbi limitando concluſionem, de qua nu. 1. quòd identitas perſonarum, debeat probari per nomen, & cognomen illius perſonæ, de qua agitur, dicit concluſionem non procedere. quando eſſent alij eiuſdem nominis, quia tunc non ſufficit conſtare de nomine, & cognomine; ſed debet articulari, & probari, illos eſſe eoſdem, qui deſcripti reperiuntur, veluti in inſtrumento, vel alia ſcriptura; adducit in comprobationem Decium, & alios ſupra allegatos, & Philippum Corneum in alio conſ. videlicet 146. col. 2. verſ. *nec probatur identitas* lib. 3. ſequitur, & comprobat Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. nu. 39. & duobus ſeqq.

14 † Et

Digitized by Google

14 † Et licet ſpecialis amicitia nominis obſcuri-
tatem declaret, vt per Roman. in l. hæredes pa-
làm num. 5. ff. de teſtam. quem ſequitur Cardin.
Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 4. tit. 6.
num. 3. & antè eos Bart. in l. duo ſunt Titij in fin.
ff. de teſtament. tutel. vbi ait, incertitudinem ex
amicitia, vel alijs declarari, Surd. conſ. 378. num.
17. tom. 3. Iaſo. in l. qui Romæ §. Seia num. 11. ff.
de verbor. obligat. reſpondet Petr. Bimius conſ.
2. num. 21. vol. 1. ibi. *Et ſi dicatur, quid igitur fa-
cient adiectæ qualitates, quæ earum vis erit? nonnè
res ipſa magis demonſtratur, affert enim, vt nomen
appellatiuum aliàs aptum ad comprehendendum
maiorem numerum perſonarum, de minori numero
prædicetur, ſed cùm adhùc id incertum relinqua-
tur, non poterit dici nomen proprium, quod certu,
& minimè dubium non eſt, ex text. inſigni in l. ſi ità
legatum ff. de rebus dubijs, vbi ſi fiat legatum Sem-
pronio amico ſuo, & ſint duo eius nominis æqua
charitate coniuncti, legatum vitiabitur. Idem ſi fiat
duobus, vel tribus, qui ſunt eiuſdem nominis, ratio
videtur optima: quia licet perſona ſatis videatur
demonſtrata adiectione proprij nominis cum illa
qualitatè amici; tamen cùm illud nomen, illaquè
qualitas adiecta conueniat & alteri, redditur incer-
ta perſona, & ideò legatum vitiatur.* Vnde dixit
Alexand. Raudenſ. variar. reſolut. cap. 36. num. 10.
15 † quòd identitas nominis non infert neceſſariò
identitatē in corpore, quando per alias circum-
locutiones poteſt apparere, quòd non ſit idem
corpus, ex Anchar. in cap. ſignificante num. 19.
fol. 19. de reſcript. Marian. Soccin. conſ. 64. num.
5. volum. 4.
16 † Et eſt ratio, quia identitas rei, vel perſonæ
eſt probanda ab eo, qui eam allegat, & in ipſa ſe
fundat, Felyn. poſt Abbat. in cap. auditis de præ-
ſcript. Iaſ. & Moderni in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ.
ſecundum tabul. Purpurar. conſil. 414. num. 8.
conſ. 434. num. 7. & conſ. 503. num. 14. Crauett.
conſ. 112. num. 3. & conſ. 198. num. 4. Peregr. de
fideicommiſſ. art. 44. num. 43. Surd. deciſ. 55. Af-
flict. deciſ. 23. num. 3. in princ. Magon. deciſ. Lu-
cenſ. 21. num. 9. Corneus conſ. 144. poſt num. 11.
17 lib. 4. Ludouiſ. deciſ. Rotæ 195. num. 5. † aliàs
ſuccumbit, qui ſpecificè non probat identitatē
perſonæ, Signorol. conſ. 16. num. 5. Crauett. conſ.
294. ſub num. 4. verſ. *iſtud argumentum*, Berret.
conſ. 9. num. 32. & ſeq. Surd. deciſ. 336. num. 22.
18 Et hoc ratione incertitudinis, † cùm probatio
debeat eſſe certa, aliàs non relcuet, cap. in præ-
ſentia de probat. l. certum ff. de confeſſ. l. ſi fue-
19 rit ff. de rebus dub. † non ſolùm in cauſa odio-
ſa; ſed etiam in cauſa fauorabili, Vinc. Honded.
conſ. 31. num. 33. & conſ. 39. nu. 19. tom. 1. Pariſ.
conſ. 19. num. 27. lib. 3. & conſ. 23. num. 243. lib. 1.
Ruin. conſ. 49. num. 4. lib. 4. Natta conſ. 673. nu.
20. Maſcard. de probat. concluſ. 472. nu. 9. Surd.
conſ. 5. num. 47. lib. 1. Steph. Gratian. deciſ. Mar-
chiæ 4. num. 55. ex quo proceſſit vulgarium iu-
20 ritum regula, † quòd non probat hoc eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe. Iacob. Gall. conſil. 126.
num. 15. l. non hoc C. vndè legitimi, Io. Anton.
Bellon. conſ. 1. num. 64. Ioan. Petr. Bimius conſil.
269. num. 16. & conſ. 281. num. 15. Federic. de
Sen. quæſt. 117. num. 5. Roland. Cauagnol. ad
decret. 11. Montisferrati nu. 85. & ad decret. 72.
nu. 29. Ripæ reſponſ. 17. de reſcript. nu. 4. Beccius
conſ. 194. num. 14.
21 † Facit in comprobationem tex. in l. duo ſunt
Titij 17. de teſtament. tutel. vbi propter incerti-
tudinem, quæ reſultabat ex duobus eiuſdem no-
minis, nulli eorum decernitur tutela à Teſtato-
re iniuncta, l. tutor incertus ff. eodem titulo, &
vtrobiq; Gloſſ. & DD. qui inferunt ad alia ſimi-
lia, Bimius d. conſ. 2. num. 23. Angel. in l. in tem-
pus 62. §. quoties num. 1. ff. de hæredib. inſtit. vbi
22 ait, † quòd ſi propter pluralitatem nominum
non poteſt conſtare de corpore, inſtitutio defi-
cit in ſubſtantia: quia nominis eiuſdem plurali-
tas obſcuritatem inducit, idem Angel. in l. quo-
ties 30. num. 4. ff. de verbor. oblig. Vndè Petrus
23 Philip. Corne. conſ. 123. nu. 4. vol. 1. dixit, † quòd
nomina rerum propria ſæpè conueniunt diuer-
ſis rebus, præcipuè in pœnalibus, & odioſis, l. idē
Pomponius 5. §. ſi plures ff. de rei uend. vbi dici-
tur, *ſi plures ſint eiuſdem nominis ſerui, putà plu-
res Erotes, nec appareat, de quo actum ſit, Pompo-
nius dicit, nullam fieri condemnationem*; Anton.
Faber lib. 6. rational. iur. tit. 1. §. 5. pag. 400.
24 † Et nè deſit in proprijs terminis deciſio hoc
determinās habetur inter deciſiones Sacræ Ro-
tæ Romanæ coram D. Alexandro Ludouiſio, qui
poſteà fuit Summus Pōtifex Gregorius XV. de-
ciſ. 445. quæ etiam repetitur apud Proſper. Fari-
nac. deciſ. 277. tom. 1. par. 2. vbi poſtquàm proba-
uerat, quòd puritas non eſt poſitiuè probanda
per admittendum; ſed eius impuritas debet è
contrario probari, concludit, quòd incertitudo
perſonæ, eò quòd reperiebantur duo eiuſdem
nominis vitiabat probationem, talitèr quòd non
poterat dici probata impuritas ſanguinis, quæ
videbatur inferri ex regiſtris Sancti Officij, non
obſtante, quòd in nominatione aſcendentium
appoſuiſſent nomen cuiuſdam Gundiſalui San-
chez de Vbeda, & in regiſtris ſancti Officij fuiſ-
ſet repertus quidam eiuſdem nominis, & cogno-
minis, qui fuerat pœnitentiam paſſus per Tribu-
nal ſancti Officij. In cuius comprobationem
plura adducit Oliuerius Beltramin. in annotatis
ad dictam deciſ. Rotæ Ludouiſij. Et cùm funda-
menta poſſint penès eos videri, breuitatis cauſa
omittuntur.

S V M M A R I V M.

1 D*Omus relicta cum onere aliquo pio, cum ipſo
poteſt vendi regularitèr.*
2 *Alienationis prohibitio geminata impedit dominij
translationem.*
3 *Alienare rem vetans, cenſetur fideicommiſſum
inducere.*
4 *Alienationis prohibitio, ſi eſt realis, durat perpe-
tuò de vno in alium.*
5 *Pater ſemper cenſetur propriam ſobolem præferre
alienæ.*
6 *Patres naturali ratione proſpiciunt liberis ſuis.*
7 *Litigioſa res alienari non poteſt.*
8 *Litigioſa dicitur res effici, quando agitur de do-
minio illius.*
9 *Litigioſi vitium inducitur litis conteſtatione.*

10 Liti-

10 *Litigioſa res tranſit cum ſuo vitio ad quemcunquè.*
11 *Litigioſæ rei alienatio cenſetur facta dolo, & fraude.*
12 *Litigioſam poſſeſſionem occupans non dicitur poſſeſſor.*
13 *Litigioſæ rei alienatio dicitur attentata.*
14 *Realis cenſetur actio reſpectu rei deductæ in iudicio.*
15 *Actio ad feudum cenſetur feudalis.*
16 *Alienatio facta in potentiorem, & mutandi iudicij cauſa non valet.*
17 *Vaſallus non poteſt inuito Domino directo alienare in potentiorem.*
18 *Poſſidere, vel dolo deſijſſe poſſidere æquiparantur in petitorio.*
19 *Habere dicitur qui fecit quòminus habeat.*
20 *Litigioſa re alienata, iudicium perficitur cum eo, in quem tranſit.*
21 *Litigioſæ rei emptor ſibi debet imputare.*
22 *Executoria ius facit, & exequitur contra ementem rem litigioſam.*
23 *Executio fit contra tertium habentem cauſam ab eo, qui alienauit lite pendente in fraudem.*
24 *Executio fieri debet ſuper re, de qua litigatum eſt, nec impeditur per tertium poſſeſſorem eius.*
25 *Litigioſæ rei emptio eſt prohibita.*
26 *Cautio, quæ præſtatur tertio ſe opponenti, ad quem finem inducta.*
27 *Litigioſam rem ſcienter emens, nil poteſt prætendere, ſed meretur puniri.*
28 *Alienatio in fraudem paratæ executionis non impedit illam.*
29 *Litis notitia, & ſcientia præſumitur ex vicinitate.*
30 *Scientia litis, & mala fides probantur coniecturis.*
31 *Auctoritas neceſſaria ad actũ debet interuenire in ipſo actu.*
32 *Auctoritate neceſſaria, quæ ſunt facta non ſuo tempore non valent.*
33 *Appellari regularitèr non poteſt ab executore.*
34 *Acta originalia non debent dari appellanti; ſed exemplar illorum.*
35 *Appellari poteſt ab executore, ſi excedat in exequendo.*
36 *Cauſa exceſſus debet eſſe non ſolùm veriſimilis, ſed vera, & expreſſa.*
37 *Appellans ab executore habet præſumptionem contra ſe.*
38 *Executio locum habet contra tertium poſſidentem rem litigioſam.*
39 *Tertio quandò non liceat appellare ad impediendũ executionem.*
40 *Cautio quandò impediat retentionem pro prætenſis melioramentis.*
41 *Malæ fidei poſſeſſor non habet ius retentionis pro melioramentis.*
42 *Aedificantes in re fideicommiſſo ſubiecta ſcientèr amittunt meliorationes.*
43 *Meliorationes factæ lege prohibente dicuntur factæ mala fide.*
44 *Lites non debent ex litibus ſemel deciſis oriri.*
45 *Domus alienata contra prohibitionem debet reſtitui in ſua forma ſecundùm tempus alienationis.*
46 *Reſtitutio rei quandò non differatur prætextu expenſarum factarum in ea.*

P R O

Eadem Eleonora de Ouiedo.

C O N T R A

D. Rodericum de Ortega vicinum, & Decurionem Villæ Sancti Clementis.

A R G V M E N T V M.

Executio ſententiarum conformium fieri poteſt aduerſus emptorem domus litigioſæ vnà cum penſionibus, & ſatisfactione deteriorationum propter demolitionem, aut mutationem formæ domus.

C O N S I L I V M CXI.

VLTRA ea, quæ pro facti intelligentia ſunt adducta in præcedenti conſilio, illud etiam eſt aduertendum, quòd contra prohibitionẽ non alienandi domos vinculatas per Rodericum Gonzalez, Didacus de Ouiedo eius frater, tutor, & curator ſuarum filiarum machinatus fuit, quòd venderentur ſimulatè in caput Petri Martinez de Valdelecha pro confiſto pretio ducatorum 361. ſolutorum in quibuſdam mercibus inutilibus, cùm valerent vltra ducatos 800. exiſtente tunc temporis dicta Eleonora ætatis nondùm annorum ſex, & ſub tutore, & abſq; illius cõſenſu, dictuſq; Petrus Martinez ceſſit eidem Didaco præfatas domos, quarum reſtitutionẽ cum fructibus dicta Eleonora petijt coram Prouiſore Conchenſi tàm ſuo nomine, quàm piorum operũ, quæ erant ſubſtituta 29. Aprilis 1599. & intimata. ac citata 29. Maij ſequentis Agnete de Ouiedo filia, & hærede dicti Didaci, dictus Prouiſor 3. Iulij 1600. ſententiam, protulit condemnando illã, & Alphonſum de Aluelda eius virum, vt adimplerent onera pia impoſita ſuper eiſdem domibus tàm pro præterito, quàm in futurũ: & reſpectu nullitatis venditionis, & alienationis dictarum domorum partes proſequerẽtur ſuam iuſtitiam coram quibus eis conueniret: à qua ſententia appellauit dicta Eleonora, & per breue Illuſtriſſ. Nuntij commiſſa cauſa Iudicibus ſynodalibus Conchenſibus, & requiſitus D. Ludouicus Barba Archipresbyter, vnus ex dictis Iudicibus ritè, & rectè procedens, ſententiam protulit in fauorem dictæ Eleonoræ, reuocando ſententiã dicti Prouiſoris, & declarando nullam venditionem dictarum domorum, & condemnando ad reſtitutionem illarũ heredes dictæ Agnetis de Ouiedo vnà cum penſionibus illarum à die conteſtationis vſquè ad effectualem reſtitutionem pro adimplemento dictorum piorum onerum. A qua ſententia

tia

tia fuit appellatum prò parte Franciſci de Aluelda minoris filij,& hæredis dictorum Agnetis, & Alphonſi; & commiſſa cauſa D. Ioanni Zapata Theſaurario,& Canonico Conchenſi, Iudici Synodali confirmauit ſententiã dicti D. Ludouici Barba. A qua etiã interpoſita appellatione,& cõmiſſa cauſa per Breue Ill. Nuntij Iudicibus Synodalibus Carthaginen.& requiſito Licentiato Alphõſo Rodriquez Canonico,& comparens corã eo dictus Rodericus de Ortega, ſub prætextu, ꝙ emiſſet dictas domos,obtinuit decretum per viam attentatorum, innuendo, quòd manuteneretur in poſſeſſione dictarum domorum: Demùmq; protulit ſententiam, reuocando ſententias latas per Synodales Conchenſes, & confirmando ſententiam Prouiſoris, à qua appellauit dicta Eleonora, & commiſſa cauſa Decano Carthaginenſi protulit ſententiam,confirmãdo alias duas Synodalium Conchenſium, & reuocando latas per Prouiſorem, & Licentiatũ Rodriguez: & cùm iàm eſſent tres ſententiæ conformes,expediri fecit litteras executoriales illarum, & vt conſignaretur dictæ Eleonoræ poſſeſſio dictarũ domorum; quibus literis executorialibus requiſitus Prouiſor Conchenſis; illas exequi iuſſit,data commiſſinne vni ex Receptoribus ſui Tribunalis, quod vt impediret dictus Rodericus comparuit coram Iudice ſæculari Villæ Sancti Clementis,allegans ſe poſſeſſorem dictarum domorum,& in eis meliorationem feciſſe,quaſi dictus Iudex ſuas valuiſſet partes interponere ad tuendum ipſum. Demùm cauſa executionis ventilata coram dicto Prouiſore, & probante dicta Eleonora,quòd dictus Rodericus vt vniret dictas domos cũ alijs,quas habebat coniunctas,demolitus erat partẽ ipſarum, formamq; mutauerat,taliter ꝙ non habebât meliorationes, ſed deteriorationes, & detrimenta, cùmq; diuerſis modis verificaſſet fines primitiuos dictarũ domorum, dictus Prouiſor protulit decretum 10. Maij 1608. quòd proſequeretur executio,& conſignaretur poſſeſſio dictarum domorum dictæ Eleonoræ iuxta declarationem factam limitum illarum per Michaelem Lopez de Lope,& Melchiorem Rodriquez, Alphonſum, & Petrum de Guerta coram Ioanne Barone de Aualos tabellione, reſeruato etiàm iure dictæ Eleonoræ, quòd ſi ſcripturis, aut alio legitimo modo oſtenderet domos prædictas protendi vltra dictos fines, ſuam iuſtitiam ſuper eo proſequi valeret, vtquè dictus Rodericus intrà viginti dies reſtitueret domos in eum ſtatum,& formam,quæ erant tempore, quo illas apprehendit,& reſpectu refectionum, ſeù reparationum infra ſex dies vtraquè pars nominaret Expertum, vt cum iuramento declararent, quæ fuiſſent neceſſariæ, & vrgentes pro ipſarum cõſeruatione,& reſpectu prætenſarum meliorationum ſua iura reduceret aduerſus dictam Agnetẽ de Ouiedo,à qua cauſam habebat,& illius bona, & hæredes: cuius decreti prætextu appellauit ad Tribunal Illuſtriſſ. Nuntij,prætendens,dictum Prouiſorem exceſſiſſe, & cauſam debere retineri, dicta autem Eleonora prætendit, nullatènus exceſſiſſe, & debere illi cauſam remitti ex ſequentibus.

1 † Primò, nàm licet videatur,dictas domos potuiſſe vendi cum dicto onere, argumento text. in l. nihil proponi ff. de legat. 1. dum ait: *nihil proponi, cur prohibeatur hæres ædificia diſtrahere, è quorum redditu ſportulæ ſunt relictæ; ſalua tamen cauſa legati*, iuncta l. fundi Trebatiani ff. de vſufruct. legato, per quæ ità tenent Ripa in l. 1. §. ſi hæres nu. 14. verſ. *qua ratione* ff. ad S.C. Trebell. Cæphal. conſ. 35. nu. 16. Decius conſ. 336. & 374. nu. 14. Anton. Gama deciſ. Portugal. 30. vbi Additio, idem Gama deciſ. 48. num. 1. & deciſ. 224. Aluar. Valaſc. conſult. 82. nu. 8. Addit. ad Gamam d. deciſ. 224. nu. 8. Velazquez in l. 40. Tauri gloſſ. 1. num. 62. & l. 41. gloſ. 3. num. 12. dicentes, non ſemel ità fuiſſe iudicatum. Tamèn in præſenti caſu ſecùs dicendũ eſt, propter expreſſam prohibitionem à Teſtatore factam dictarum domorum tàm fauore filiarum,& deſcendentiũ,quàm piorum operum non ſolùm ſemel; ſed cum ge-
2 minatione, † quare prætenſa alienatio dictarum domorum fuit nulla ipſo iure, & impediuit dominij tranſlationem, & trãſtulit ius in fideicommiſſarium, l. quidam teſtamento ff. de fideicom. libert. Bart. Alex. & Alij in l. filiusfamilias §. Diui ff. de legat. 1. Franciſc. de Aretio conſ. 18. nu. 2. Gratus reſponſo 17. nu. 16. Anton. Gama deciſ. Portugal. 111. num. 1. Burg. de Paz conſ. 44. nu. 3.
3 † Nàm vetans alienare fideicommiſſum inducit, l. penult. §. inſtituto ff. de legat. 2. l. pater §. quindecim ff. de legat. 3. Alciat. reſponſ. 665. num. 1. Graſſus §. fideicommiſſum quæſt. 5. Anto. Theſaur. deciſ. Pedem. 96. num. 29.
4 † Maximè quandò prohibitio fuit realis, vt in iſto caſu ex verbis, ibi, *las dichas caſas no puedan ſer vendidas, ni quiero, que ſe puedan vender.* Nàm quandò prohibitio alienationis eſt realis, durat perpetuò tranſeundo de vno in alium, l. peto §. fratre, vbi Bart. ff. de legat. 2. Corneus conſ. 22. num. 6. lib. 2. Soccin. ſenior in l. qui Romæ § cohæredes num. 15. verſ. *quartus caſus* ff. de verb. obligat. poſt Aretin. ibi, idem Soccin. conſ. 202. verſ. *confirmatur*, & conſ. 249. num. 25. verſ. *circa tertiam* lib. 2. Decius conſ. 23. Ripa in l. filiusfam. §. Diui num. 122. in fine de legat. 1. Menoc. conſ. 85. num. 14. vol. 1. Cæſar Barzius deciſ. Rotę Bonon. 1. num. 18. & ſeqq.

Et fideicommiſſaria legitima eſt dicta Eleonora de Ouiedo, cùm non remanſerit alia filia ſuorum parentum, quæ poſſet ſuccedere in eo, imò ſi ſorores vixiſſent, renunciauerant ad illius fauorem ſua iura,& portiones, ſubtrahẽtes ſe de
5 medio. † Quia, vt inquit Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi 3. par. cautel. 10. num. 4. ſemper parens cenſetur voluiſſe ſobolem propriam præferre alienæ, l. cùm auus, vbi DD. ff. de conditio. & demonſtrat. l. cùm acutiſſimi C. de fideicom. cùm filijs debeatur ſucceſſio in bonis parentum, l. nàm & ſi ff. de inoffic. teſtam. l. in ſuis ff. de lib. & poſthum. D. Paul. ad Roman. cap. 8. Bald. in l. cùm hæreditas 9. num. 2. C. depoſiti, in l. ſi abducta nu. 6. C. de furt. Tiraquell. ad l. ſi vnquàm num. 4. & ſeqq. C. de reuocan. donat. l. ſi quis legatum §. fin ff. ad l. Cornel. de falſ. l. fin. C. de co-
6 dicill. Ioan. Dilect. d. tit. 3. caute. 11. num. 1. † & hoc tàm naturali ratione, l. cùm ratio ff. de portionib.

tionib. quæ liberis damnatorum conceduntur,
quàm pietatis officio, l. hoc colore ff. de inoffic.
teſtam. cap. final. 17. quæſt. 4. gloſ. 1. in l. ſi quis ad
declinandā verſ. *ſimili modo* C. de Epiſc. & cler.

Quarè nec valuit alienatio dictarum domo-
rum facta per Agnetem de Ouiedo in dictum
D. Rodericum de Ortega per ſcripturā factam
die 20. Iunij 1620. cùm prius per annū, & tem-
pus fuiſſent effectæ litigioſę ad inſtantiam dictę
7 Eleonoræ, † alienatio autem rei litigioſæ fieri
non poteſt, Bald. in l. Iulianus §. ſed cùm num. 4.
ff. de actionib. empt. & in l. ex hoc edicto §. ait
Prætor num. 1 ff. de alienat. iudicij, l. 2. & l. pen.
auth. litigioſa C. de litigioſ. Roderic. Xuar. conſ.
7. nu. 32. Bellamer. concl. 748. nu. 3. Cępoll. caut.
192. Guido Papæ quæſt. 337. Alpha. collect. 482.
Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 3.
8 nu. 3. † & dicitur res litigioſa, quandò agitur do
dominio rei, Bart. in l. quanquàm §. Iulianus nu.
1. ff. de aqua pluuia arcenda, Ripa in cap. cùm
M. in gloſ. vlt. de conſtitut. Villalob. in commun.
opin. lit. L. num. 181. Millis in repertor. verbo *li-*
9 *tigioſa*, † & eſt lis conteſtata, Bart. in l. poſt con-
tractum nu. 14. ff. de donat. Cæuall. tom. 3. queſt.
10 820. nu. 35. † nàm eo ipſo tranſit cum vitio liti-
gioſi, Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ el pri-
mo, nu. 9. vt lite pend. Boer. quæſt. 33. nu. 2. Ad-
ditio ad Matth. de Afflict. deciſ. 331. num. 1. Re-
buff. in l. alienationis verbum 28. verſ. *niſi in re*
11 ff. de verbor. ſignific. † quia facta videtur cum
dolo, & fraude, Flamin. Pariſ. lib. 7. de reſignat.
benefic. quæſt. 3. num. 4. ideò litigioſi vitium af-
ficit ignorantem, Bald. in l. 4. num. 1. C. de litig.
Couar. in pract. quæſt. cap. 15. num. 7. Gregor.
Lopez in l. 13. tit. 7. par. 3. Cæuall. in pract. quęſt.
tom. 3. quæſt. 820. num. 34. nec poteſt ſe iuuare
12 poſſeſſione: † quia litigioſam poſſeſſionem oc-
cupans non poteſt dici poſſeſſor, Bald. in l. Iu-
13 lianus num. 3. ff. qui ſatiſd. cogan. † cùm rei liti-
gioſæ alienatio dicatur attentata, & Iudicis offi-
cio veniat reuocanda, toto titulo ff. & C. de li-
tigioſis, Bouer. ſing. verb. *litigioſi* num. 6. & ſeqq.
Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 396. nu. 10. Rota
deciſ. 487. nu. 5. par. 2. diuerſ. ſacri Palatij.

Et confirmatur; nàm iſta lis fuit intentata
14 actione reali, & reiuindicationis, † actio enim
iudicatur realis, inſpecta re, ſuper qua deduci-
tur, plures relati per Io. Vinc. de Anna ſingul. 5.
15 dicentē alleg. 122. nu. 7. † actionem ad feudum
eſſe feudalem iuxtà gloſſ. in l. iubemus §. ſanè C.
de ſacroſ. Eccleſ. & in l. quam Tuberonis §. in
peculio ff. de pecul. in l. fin. C. de reſtit. in integ.
Bald. in cap. ſciendum de feud. cognit. num. 3.
Vinc. de Franch. deciſ. 593. nu. 1.

16 † Maximè quandò facta fuit mutandi iudicij
cauſa, & in potentiorē contra l. vnic. vbi Bald. in
princ. & num. 1. C. de alienat. iudicij, Anton. de
Butr. in cap. 1. num. 9. eod. tit. Speculat. lib. 2. tit.
de ceſſio. actio. §. 1. num. 14. Gregor. Lop. in l. 25.
17 tit. 7. gloſſ. 2. in l. 16. gloſſ. 1. partit. 3. † ſicut aliàs
alienatio in potentiorem eſt prohibita vaſſallo,
nè Domini cōditio fiat deterior, l. ſi quis curialis,
l. milites C. locati, & l. final. C. de alienat. iudicij
18 cap. 2. eod. tit. Bellam. concluſ. 724. num. 3. † &
quia in petitorio iudicio æquiparantur poſſide-
re, vel dolo deſijſſe poſſidere, l. qui petitorio ff.
de rei vendic. cap. Rainaldus §. penult. de teſtam.
19 Martin. Vran. conſ. 7. num. 2. tom. 2. † nàm ille
dicitur habere, qui facit, quò minùs habeat, l. ſed
etſi lege §. proindè ff. de petit. hæred. l. ſi verò §.
perueniſſe ff. ſolut. matrim. Surd. tract. de alim.
tit. 9. quæſt. 4. num. 31. optimus text. in l. 2. §. hoc
interdictum ff. nè quid in loco publico, dicens:
Etenim parem eſſe conditionem oportere eius, qui
quid poſſideat, vel habeat, atq; eius, cuius dolo ma-
lo factum ſit, quò minus poſſideret, vel haberet. Nec
poteſt dubitari, quòd D. Rodericus de Ortega
propter diuitias, & Decurionatum, quem habet
in dicta Villa ſit potentior Agnete de Ouiedo,
cum qua lis vertebatur.

Et quàmuis ſufficiens fuiſſet litem proſequi
contra dictam Agnetem de Ouiedo, & Franci-
ſcum de Aluelda eius filium, & curatorem illius.
20 † Nàm, vt inquit Ant. de Butrio in cap. 2. nu. 7.
de alienat. iudicij quandò conuētus actione rea-
li, vel perſonali rem litigioſā alienat perficitur lis
cum illo, cū quo eſt cępta, l. quanquàm §. 1. ff. de
aqua pluuia arcen. auth. nunc ſi hæres C. de litig.
21 † quia ſi emptor ſciuit cauſam agi, ſibi imputet:
quia rem videtur emiſſe cum onere, vel euentu
litis, ſi ignorauit, agit de euictione, l. ſi fundum
C. de euictionib. pro maiori cautela, & iuſtifica-
tione iudicij, cùm fuiſſet facta cōparitio per di-
ctum Rodericū coram Licentiato Alphonſo Ro-
driguez Canonico Carthaginēſi Iudice Apoſto-
lico, fuit iudicium proſequutum cum eo, & de-
mùm coram Decano Carthaginenſi, qui aucto-
ritate Apoſtolica cognouit in gradu appellationis
22 vltimo loco tractatæ; & ità illi præiudicat exe-
cutoria, quæ ius facit, c. cùm inter de ſent. & re
iudic. l. 1. ff. eod. tit. Cæph. conſ. 241. nu. 1. iuncta
l. ingenuū ff. de ſtatu homin. vndè Paul. de Caſtr.
in l. ab executore §. alio col. 2. verſ. *reſpondeo* de
appellat. vult, quòd vt ſententia noceat tertio,
ſufficit quòd ſciuerit cauſam agi, Cæphal. conſ.
106. num. 6. tom. 1. Boer. quæſt. 79. nu. 3. & quòd
potuerit exequi aduerſus illum, eſt clarum de
23 iure, quia exequutio poteſt etiàm habere locū
contra tertiū habentem cauſam à debitore, qui
in fraudem lite pendente alienauerat, Bald. in l.
certa C. vt in poſſeſſ. legat. & in l. ob maritorum
num. 8. C. ne vxor pro marito, Paul. de Caſtro in
l. à Diuo Pio §. ſi ſupèr rebus ff. de re iudic. Ang.
in auth. de litigioſ. Petr. Beninten. deciſio. Rotæ
Bonon. 48. num. 20. Villalob. in commun. opin.
lit. A. nu. 142. Boer. deciſ. 182. nu. 49. & ſeq. Pract.
Papienſ. in forma exequutionis ſententiæ, gloſ.
ſapiens nu. 18. verſ. *ſed quid dices*, Roder. Suar.
in l. poſt rem iudicatam limit. 1. nu. 4. Couar. in
pract. cap. 15. nu. 7. verſ. *his, vtcumquè præmiſſis*,
cum adductis per Felicianum tom. 2. de cenſib.
lib. 3. cap. 4. num. 12. Guttier. conſ. 3. nu. 4. Par-
lador. lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. 4. par. §. 5. nu. 9.
Cæuall. d. quæſt. 820. num. 36. & ſeq. & in Regno
Neapolis eſt cap. conuentus rub. 151. de conuen-
tis, qui alienāt poſſeſſionem nu. 2. Neuizan. conſ.
20. num. 13.

24 † Facit in confirmationem, quòd quandò ſen-
tentia eſt exequenda ſuper eademmet re, ſuper
qua fuit prolata ſententia; tunc executio mini-
mè

Digitized by Google

inè poteſt per tertium impediri, l.ſticho ff. de
reiuendicat. Bart. in l. à Diuo Pio d. §. ſi ſuper
rebus num. 2. & ibi Iaſo. num. 14. Ioſeph. Ludo-
uic. deciſio. Peruſina 26. num. 8. & 9. dicens,
quòd licet aliás requiratur cautio legis is, à quo
cum ſequenti ff. de reiuendicat. ſecùs quandò
eſſet res litigioſa, quo caſu poteſt exequutio
fieri contra tertium, etiam non data ei aliqua
25 cautione, † quia cùm emptio rei litigioſæ ſit
probibita, d. l. final. C. de litigioſ. Iacob. Emi-
lian. conſil. 51. in præmiſſo num. 6. Neuizanus
26 conſil. 20. num. 13. & ſeqq. † & cautio, quæ
pręſtatur tertio ſe opponenti executioni ſenten-
tiæ præſtatur ob ius, quod ille tertius præten-
dit in re exequenda, d. l. is, à quo, & ſeq. Iaſo.
27 in d. §. ſi ſuper rebus num. 17. † & ex quo quis
emit ſcientèr rem litigioſam, non poteſt ius ali-
quod prætendere, imò punitur, d. l. final. C. de
litigioſis, propterea iure, meritòque exequutio
fieri poteſt, non data ei aliqua cautione, ceſſan-
te ratione legis, cap. cùm ceſſante de appellat.
l. adigere §. quàmuis ff. de Iurepatronat. Bart.
in repetitio. l. omnes populi num. 55. ff. de iu-
ſtit. & iure, Bald. in l. per diuerſas num. 27. C.
mandati, Abb. num. 4. in cap. cùm dilectus de
fide inſtrumentor. facit Vincentius de Anna
28 ſingul. 28. dicens, † quòd alienatio facta in frau-
dem paratæ executionis illam non impedit; nec
eſt opus reuocatoria, Bald. in l. ob maritorum
C. ne vxor pro marito, ſequitur Capyc. deciſ.
128. num. 6.

29 † Et quòd dictus Rodericus mala fide eme-
rit dictas domos, habendo litis notitiam, quæ
publicè agitabatur in dicta Villa Sancti Clemen-
tis, conſtat ratione propinquitatis, cap. quanto
de præſumpt. l. octaui C. vnde cognati, & ex
actis iudicialibus inductis erat litis notorietas,
cap. veſtra de cohab. clericor. & mulier. Menoc.
conſ. 55. num. 9. vol. 1. Aufrer. ad Cappel. Tholoſ.
quæſt. 199. num. 3.

Et quia litis timore, vt ſibi conſuleret fecit,
quòd ei cauerent de euictione domorum, & de-
fenſione litium, & etiam pro expenſis non ſo-
lùm neceſſarijs; ſed voluntarijs, quas feciſſet in
dictis domibus, quæ coniecturæ ſunt vrgentes,
30 & ſufficientes ſcientiæ litis, & malæ fidei, † quę
coniecturis probantur, l. penult. C. de euictio.
Burgos de Paz conſ. 20. num. 30. & 31. conſ. 22.
num. 14. & conſ. 40. num. 16. Deciſio Genuæ 172.
num. 10. & de litis ſcientia Iacob. Puteus deciſ.
Rotæ 349. num. 2. lib. 3.

Neque obſtabit, quòd tacita litis pendentia,
& parte inaudita 20. Aprilis 1601. & ſic multò
poſt venditas nullitèr domos obtenta fuit licen-
tia quædam à Prouiſore Conchenſi, qui eo tem-
pore erat ad vendendum illas; nàm nullius fuit
31 efficaciæ: † quia vbi requiritur auctoritas ad
validitatem alicuius actus, debet neceſſariò in-
teruenire in ipſo actu, l. obligari §. final. ff. de
administrat. tutor. gloſ. verbo *tractatus* in fine in
cap. dudùm de rebus Eccleſ. non alienand. lib. 6.
Rota deciſ. 17. num. 1. de iurepatronat. in anti-
32 quis. † Nàm, quæ ſunt auctoritatis facta non
ſuo tempore, non valent, Rota deciſ. 10. num. 6.
eodem tit. de iurepatronat. maximè ſine cogni-
tione cauſæ, & ſupprimendo litis pendentiam, &
poſt venditionem nullitèr factam fuit malè licen-
tia conceſſa, & auctoritas perperàm interpo-
ſita, l. nulla eſt differentia ff. de auctor. tutor.
Rota deciſ. 2. num. 7. de reb. Eccleſiæ non alien.
in antiquior.

Et per conſequens non eſt locus appellationi
interpoſitæ per dictum Rodericum de Ortega
ad Tribunal Nuntiaturæ Apoſtolicæ ſaltim quo-
ad effectum ſuſpenſiuum, eo animo, vt proceſſu
originali tranſlato ceſſet proſequutio executio-
nis, maximè cùm cauſam legitimã non exprimat,
quæ ſuam appellationem à Prouiſore Conchenſi
33 executore iuſtificet, † à quo regulariter appel-
lari non poteſt, l. ab executore ff. de appellat. & l.
ab executione C. quorum appell. non recip. cap.
quod ad conſultationem de ſentent. & re iudic.
Bald. in l. ſi vt proponis num. 2. C. de execut. rei
iudic. Paul. Caſtren. conſ. 271. ſuper dubio primo
num. 1. par. 1. Hieron. Grat. reſponſ. 16 nu. 2. vol.
2. Borgaſius tract. de irregular. & diſpenſat. 6. par.
§. quæ ſit ratio, quarè ſententia excommunica-
tionis trahat ſecum executionem.

Multòque minus adduci acta originalia, quæ
34 pendent coram dicto Prouiſore: † quia acta
originalia non debent dari appellanti, ſed tantùm
exemplum, ſeù copia in forma probanti, text. eſt
in l. eos §. ſuper his, verbo *exempla*, & ibi gloſſ. &
Bart. C. de appellat. Salyc. in l. final. in fine C. de
relation. ſubdens, quòd ità ſeruatur communitèr
in practica. Matth. de Afflict. in comment. ſuper
ritu Mag. Cur. Vic. Neapol. *Item ſeruat ipſa Curia,
quòd quamuis.* ſub rubr. Practica ſuper copijs in-
ſtrumentorum pag. 390. & idem Afflict. in conſt.
appellationum tempora not. 5. allegans pro eo l.
quoniàm nonnulli, ibi, *nec iàm opinionis exem-
plum*, & in l. à proconſulibus, ibi, *ita vt appellan-
ti Iudex præbeat opinionis exemplum* C. de appel-
lationibus.

35 † Et quàmuis licita ſit appellatio ab executo-
re, ſi excedat, vt per Bald. Bart. Pauſ. de Caſtro,
& alios in d. l. ab executore, & in d. l. ab execu-
tione, Felyn. & alij in d. cap. quod ad conſulta-
tionem, Rota deciſ. 45. de appellat. in nouis nu. 1.
Rota deciſ. 100. num. 17. par. 1. diuerſ. Sacri Pala-
tij. Tamen vt eadem deciſio ait num. 18. id pro-
cedit, vbi verè executor exceſſit, aut aliàs graua-
36 uit, † & cauſa exceſſus, ſeù grauaminis debet
eſſe non ſolùm probabilis, & veriſimilis; ſed etiã
vera, & expreſſa, Innoc. in cap. in noſtra nu. 5. &
6. de Procur. Bellamera in cap. conſtitutis il pri-
mo num. 31. in fine, & ſeq. de appellat. Geminia.
in cap. quàmuis num. 4. in princ. de elect. lib. 6.
Imol. in cap. bonæ num. 15. Decius num. 9. 23. &
ſeq. de appellat. Roman. conſil. 41. num. 1. & eſt
bonus text. in clement. appellante de appellat.
Felyn. in d. cap. quod ad conſultationem nu. 10.
Capyc. deciſ. 1. eodem nu. 20.

37 † Habet enim contra ſe præſumptionem ap-
pellans ab executione, vt poſt Ægidium in d. c.
conſtitutus il primo nu. 31. in fin. cum ſeq. de ap-
pellatio. & Zabarell. in d. cap. quod ad conſulta-
tionem in fine, vbi Felyn. num. 2. tradit Rota d.
deciſ. 100. nu. 19.

Nec obſtabit dicere, quòd tertius poteſt ab

executione appellare, Anton. de Butrio in cap.
cùm ſuper num.1.de ſentent.& re iudic. quia in
hoc caſu veritas eſt in contrarium, quia dictus
Rodericus de Ortega habet cauſã à dicta Agne-
te de Ouiedo, quo caſu ſuccedit reſolutio Ioan-
nis Parladorij lib.2. rerum quotidianar. cap. fin.
38 5.par.§.15. de appellat. num.2. † quòd quandò
executio locum habet aduerſus tertium poſſeſ-
ſorem, vel quia is cauſã habet à debitore, erat-
que res alienari prohibita, vel alijs de cauſis, de qui-
bus ipſe 4.par.§.4.qui inter alias num.6.& ſeqq.
comprobat, aduerſus tertium poſſidentem rem
litigioſam habere locum executionem, ex l.2.&
finali C.de litig.l.ſi mater §.final.ff.de except.rei
iudic. l.ſi ſuperatus §.1. ff. de pignorib. Bart.&
Salycet.in d.l.final.& in l.3.C.de pignorib.idem
Bald.in l.1.num.4.& 5. C.commun.diuidundo,
Abb.in cap.Eccleſia num.10.vt lite pendente,
& in cap.final. in fin. de alienat. iudicij mutandi
cauſa facta, Philipp.Franch. in quæſt.in materia
39 poſſeſſorij dub.4.num.8.& 25. † & in dictis ca-
ſibus nec tertio quidèm licebit appellare, quia
eodem iure vti debet, quo ille, à quo cauſam ha-
bet, l.ſi aquæductus ff.de contrahend.emptio.l.
forma §.quanquàm de cenſibus, l.1. §.permitti-
tur, verſic. *planè* ff.de aqua quotid & æſtiua, l.qui
in ius 137. ff. de regul. iur. ſicut de exceptioni-
bus recipiendis, vel non diffusè probat ipſe Par-
lador.d.cap.fin.par.5.§.11.

Siquidèm ſi benè conſideretur, decretũ Pro-
uiſoris Conchenſis eſt ſatis iuſtificatum, & ſinè
vllo exceſſu, cùm admiſerit, & viderit probatio-
nes dicti Roderici de Ortega ſuper confinibus,
& limitibus domorum, reparationibus, & præ-
tenſis meliorationibus illarum (quas neceſſarias
fuiſſe prætendit) & alijs expenſis, quorum om-
nium reſpectu reſeruauit illi iura, ſi qua compe-
terent, contra qué de iure eſſet locus, prout ſunt
bona, & hæredes dictæ Agnetis, nec illi competit
alius recurſus, cùm tàm ea, quàm pretium prin-
cipale emptionis habeat aſſecuratum in ſcriptu-
ra venditionis cum alijs damnis, & intereſſe, quæ
pati cõtingeret propter euictionem domorum,
40 † quia vbi eſt data cautio, ceſſat retentio præ-
textu melioramentorum, quæ non ſunt liquida;
ità ex Paulo Caſtr. conſ.270. col.2. verſ. *ſecundò
videndum* vol.2. Gozadin.conſ.100.num.21.Ne-
guſan.tract.de pignor.in 4.membr.par.5.nu.15.
Surd.de aliment. tit.8.priuileg.62.num.9. Vinc.
41 de Franch.deciſ.112. num.17. † nàm malæ fidei
poſſeſſori hoc remedium non competit, vt reti-
neat rem ſub melioramentorum prætextu, Ca-
ualc. deciſ.Fiuizan.28.nu.5.& 6. par.1. maximè
non neceſſariorum, l. domum C. de rei vendic,
ibi, *eius autèm, quod impendit, rationem haberi
non poſſe; meritò reſcriptum eſt, cùm malæ fidei
poſſeſſores eius, quod in rem alienam impendunt
non eorum negotium gerentes, quorum res eſt, nul-
lam habeant repetitionem, niſi neceſſarios ſumptus
fecerint*, l.ſi is C. de ædificijs priuatis, ibi, *cùm
ædificia, quæ alieno loco imponuntur, ſolo cedant,
nec impenſæ ijs, qui improbè id fecerint, reſtitui de-
beant*, l.ſi præcario ff. commun.prædior. §.& ex
diuerſo, inſtit. de rer. diuiſ. l. in fundo alieno 39.
cum l.ſeq. ff.de reiuend. Ioan.Garcia de expenſ.
& meliorat. cap.2. num.1.& 7. ponderans ad id
42 l.44. tit.29.par.3. † & quòd ædificantes in re
ſubiecta fideicommiſſo illud ſcientes, perdunt
meliorationes, ex l.fin. §.emptor C.commun. de
legat. Couar.lib.3.variar.reſolut. cap.17.num.5.
Vincent.de Franch.deciſ.110.nu.8.& dixit Cur-
43 tius Iunior conſ.165. num. 8. † quòd meliora-
menta facta lege prohibente, dicuntur mala fide
facta, l.cùm lex, vbi Bart.ff. de fideiuſſor. l. non
dubium C.de legibus.

Et cùm pro liquidatione expenſarum dictus
Prouiſor decreuerit, quòd partes nominarẽt pe-
ritos, qui eas viderent, & prçuio iuramento æſti-
marent, & appretiarent, & in ſcriptis relationem
facerent, in quo nullatènus grauauit, ideò cauſa
debet illi remitti, vt ſuum exequatur decretum,
non permittẽdo, quòd dicta Eleonora, quæ pau-
per eſt, habeat neceſſe aſſiſtere in hac Regia Cu-
ria cum incommodo, & expẽſis ab ea inſoppor-
tabilibus, vel cauſam deſerere poſt executoriam
44 obtentam, l.terminato C.de fructib.& litium
expenſ. ibi. *Poſt abſolutum enim, dimiſſumque iudi-
cium nefas eſt litem alteram conſurgere ex litis pri-
mæ materia*, Caſſiodor.lib.1.variar.cap.5.dicens:
*In immenſum trahi nõ decet finita litigia, quæ enim
dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſenten-
tijs acquieſcitur? vnus enim inter procellas huma-
nas portus inſtructus eſt, quem ſi homines feruida
voluntate prætereũt in vndoſis iurgijs ſemper erra-
bunt.* idem Caſſiodor.lib.4.cap.37.dicens: *Qua-
proptèr ſi nobis iubentibus iudicata cognoſcitis, nec
conſtat, aduerſarium prouocaſſe legaliter, finitum
iure negotium in ſua facias firmitate manere. Nè
longa quæſtio litigantium non tam augeat patrimo-
nia, quàm euertat, & quod ſit ambitu lucri cauſa
videatur eſſe diſpendij.*

Nec poteſt dictus Rodericus de Ortega ſe
grauatum prætendere, eò quòd dictus Prouiſor
iuſſerit, illum debère domum reſtituere in eadẽ
forma, & ſtatu, in quo erat tẽpore, quo peruenit
45 ad illum, † cùm hoc ſit iuri conforme, l.non ſo-
lùm 13.ff.de rei vend. ibi. *Non ſolùm autem rem
reſtitui iubebit, verùm et ſi deterior res ſit facta, eius
rationem Iudex habebit*, d.l.domum C.eod.tit.ibi,
& omni cauſa damni dati reſtitui iubebit, l.ei, qui §.
fin. ff.de petit.hæred. l.quod ſi nolit §.ſi manci-
pium verſ. *culpam*, l. cùm autem verſ. *redhibetur*
ff.de ædil.edict. vbi Gloſſ.& Io.Garcia d.cap.2.
nu.16. Et cùm etiam ſeruata diſpoſitione dicti
decreti, adhuc remaneat indemnis dictus Rode-
ricus, cùm reſpectu reparationum neceſſariarũ
eas valeat exigere à dicta Eleonora, & reſpectu
aliarum expenſarum à bonis, & hæredibus dictæ
46 Agnetis de Ouiedo † non poteſt differri execu-
tio dictarum ſententiarum, & executoriæ, & de-
creti illarum virtute lati, vt ex notatis per Bart.
in l.penult. ff.de petit.hæred. & in l.ità tamen §.
quotiès ff.ad S.C.Trebell.tradit Paul.de Caſtro
conſ.179.nu.9.part.1.& ita mihi videtur, & cau-
ſam debere remitti dicto Prouiſori, vt executio-
nem proſequi valeat, & finire, ſaluo, &c. Matriti
8. Aprilis 1610.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua in Regnis Caſtellæ præſcribitur decem annis.*
2 *Apocæ recognitæ, vel habitæ pro talibus habent executionem paratam.*
3 *Anni decem currunt a die præfixæ ſolutionis, aut implementi.*
4 *Scriptura authentica præfertur apocis.*
5 *Apocæ recognitio non attenditur, vt currant decem anni.*
6 *Declinans iuriſdictionem non cenſetur conſentire in Iudicem.*
7 *Iuriſdictio Iudicis non ſui, vt prorogetur, requiritur ſpontanea comparitio.*
8 *Incompetentia Iudicis reddit acta, & proceſſum nullum.*
9 *Confeſſio illa ſolùm attenditur, quæ fit in iudicio valido.*
10 *Confeſſio ſolet habere vim rei iudicatæ, & executionem paratam.*
11 *Confeſſio facta coram Iudice incompetenti non valet.*
12 *Delictum, licet conſtet confeſſione, non punitur à Iudice incompetenti.*
13 *Confeſſio coram incompetenti Iudice facta nõ meretur executionem.*
14 *Incompetentia ſufficit, quòd ſit ratione perſonæ, vel fori.*
15 *Incompetentia ex quacunquè cauſa reddit iudicium nullum.*
16 *Confeſſio, & recognitio nullæ, nullum producunt effectum.*
17 *Actor debet conuenire reum in foro ſui domicilij.*
18 *Competens Iudex dicitur, de cuius foro reus eſt.*
19 *Confeſſio etſi vera ſit, facta in iudicio nullo non inducit effectum validum.*
20 *Confeſſio facta poſt appellationem, etiam coram Iudice competenti non nocet.*
21 *Recognitio facta apocæ per compulſionem Iudicis incompetentis non nocet.*
22 *Confeſſio quandò purgare valeat nullitatis defectum.*
23 *Confeſſio debet eſſe ſpontanea, non extorta per vim.*
24 *Confeſſionis nullitas ex iuriſdictionis defectu non purgatur.*
25 *Facienti aliquid de neceſſitate iura proſpiciunt.*
26 *Recognitio cenſetur inuoluntaria, quam quis fecit coactus.*
27 *Iudicium redditur in initum.*
28 *Experientia dicitur rerum magiſtra.*
29 *Iudicis à coactione difficilitèr quis ſe eximit.*
30 *Recognitio apocæ debet fieri coram Iudice, vt exequi poſſit.*
31 *Recognitio, quæ non fit coràm Iudice, non nocet.*
32 *Intellectus l.6.tit, 21.lib.4.nouæ recopilatio.*
33 *Commiſſio non præſumitur facta tabellioni, aut alguazello per Iudicem, ſi de ea non conſtat.*
34 *Argumentum à contrario ſenſu eſt de iure validũ.*
35 *Iudex intelligitur ſolùm de competenti.*
36 *Iudex incompetens quod facit, cenſetur fieri à priuato.*
37 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ius, & non de facto.*
38 *Factum contra ius habetur pro non facto.*
39 *Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum.*
40 *Nomine debet carere, quod caret effectu.*
41 *Nomen ſinè effectu nõ habetur in conſideratione.*
42 *Intellectus l.5. tit 21.lib.4 nouæ recopil.*
43 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformitèr determinare.*
44 *Diffinitio eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
45 *Recognitio apocæ, vt valeat, debet fieri per confeſſionem in iudicio.*
46 *Conueniri qui nequit, non ſibi præiudicat recognoſcendo.*
47 *Confeſſio facta coram Iudice incompetenti non nocet coram competenti.*
48 *Recognitio apocæ facta coram incompetenti non nocet.*
49 *Recognitio in Francia quandò valeat facta coram incompetenti.*
50 *Lex Franciæ non debet practicari in his Regnis Caſtellæ.*
51 *Leges nouæ recopilationis ſeruandæ ſunt in Regnis Caſtellæ, & nu.52.*
53 *Leges regiæ ſunt in his Regnis ius commune proprium.*
54 *Leges regias non eſt noſtrum reprehendere, aut de ipſis diſputare.*
55 *Recognitione apocæ facta coram incompetenti, an petiti etiam debeat coram competenti Iudice, & num. 57.*
56 *Correctio iuris communis induci nõ debet per ſubauditos intellectus.*
58 *Formæ omiſſio reddit actum ipſo iure nullum,*
59 *Confeſſio debet acceptari cum ſuis qualitatibus.*
60 *Confeſſio, & recognitio non debent diuidi.*
61 *Declaratio facta per Conſilium ſupremũ ſuper nullitate executionis præſupponit nullitatem recognitionis, ſuper qua fundabatur.*
62 *Conſequens præſupponit antecedens neceſſarium.*
63 *Supremi Conſilij decreta habent vim ac ſi fuiſſent à Principe prolata.*
64 *Senatus æquiparatur Principi.*
65 *Inferior mutare non poteſt ſententiam Superioris.*
66 *Inferior non poteſt efficere id, per quod ius Superioris lædatur.*
67 *Verbum, petat, reſpicit initium iudicij.*
68 *Petere non dicitur, ſed velle petere antè incoatũ iudicium.*
69 *Cauſa conſideranda eſt, propter quam aliquid fit.*
70 *Cauſa finalis attenditur in conuentionibus.*
71 *Cauſa finalis, quæ dicatur.*
72 *Cauſa vnica quando poteſt aſſignari, habetur pro expreſſa.*
73 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
74 *Actus agentium non operantur vltrà illorum intentionem.*
75 *Opus operantis non debet extendi vltrà finem deſtinatum.*
76 *Contractus regulatur ſecundum ſubiectam materiam.*
77 *Contractus qualitates cenſentur venire in conſenſu contrahentium.*
78 *Qualitate deficiente, cuius reſpectu fit, actus corruit.*

79 *Collegio diſſoluto ceßat beneficium conceſſum ſub illius nomine.*
80 *Contractus ceſſat, ceßante cauſa illius.*
81 *Actionis cauſa ceſſante, ceſſat actio.*
82 *Obligationis cauſa ceſſante, obligatio ceſſat.*
83 *Obligatio intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.*
84 *Promiſſio ceſſat, ceſſante illius cauſa. & nu. 85.*
86 *Contractus correſpectiuus, ſi ex vna parte non adimpletur, non producit effectum contra alterã partem.*
87 *Contractus non debet claudicare.*
88 *Obligatio debet continere cauſam.*
89 *Obligatio ſcripturæ publicæ, aut priuatæ debet habere cauſam.*
90 *Cauſa non ſolùm debet eße expreſſa, ſed vera, & ſubſiſtens.*
91 *Cauſa redacta ad non cauſam, perindè eſt, ac ſi actus factus eſſet ab initio ſinè cauſa.*
92 *Paria ſunt aliquid ab initio dari ſine cauſa, vel poſtea deficere.*
93 *Cauſa redacta ad non cauſam, competit repetitio ſoluti.*
94 *Error contrarius eſt conſenſui.*
95 *Delegatio nominis debitoris quandò tollat actionẽ delegantis nè illud valeat exigere.*
96 *Societatis debitum illi, & non ſocio priuato nomine debet peti.*
97 *Sociorum ſunt communia damna ſocietatis, licèt non eſſet conuentum expreſsè.*
98 *Debitoris eſt electio in alternatiuis.*
99 *Vnum impleri ſufficit in alternatiuis.*
100 *Inſtrumentum deperditum poteſt iterum deduci, & exemplari à prothocollo.*
101 *Inſtrumentum eße deperditum, probari poteſt etiã iuramento.*
102 *Agens ſinè actione poteſt officio Iudicis repelli.*
103 *Rei ad fauorem pronunciandum eſt in dubijs.*

P R O

Ioanne Baptiſta de Pareja Ciue Conchenſi

C V M

Petro de Vrgenio Ciue, & Decurione eiuſdem Ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Recognitio apocæ facta ſub proteſtatione, quòd eſſet illiquida, & illius virtute nihil deberetur, & quod peteretur, & fuerit ordinatum fieri per Iudicem incompetentem non nocet nec via executiua, nec ordinaria.

CONSILIVM CXII.

SVpponitur in facto, quòd dictus Petrus de Virgenio intentauit viam executiuam aduerſus dictum Ioannem Baptiſtam de Pareja pro ſumma 1.q.90.v660, marauedinorum, quos prætendit ſibi deberi virtute apocæ per eum ſubſcriptæ tertio Februarij 1592. ſub prætextu dicendi, quòd non conſignauerat illi quandam obligationem aduerſus Petrum Vidal, & mandatum, vt eandem ſummam ab eo poſſet recuperare ex cauſa cuiuſdam ſocietatis inter eos initæ ſuper fabricatione monetæ æneæ per eos factæ in dicta Ciuitate, vigore cuiuſdam contractus initi cum ſua Maieſtate; quam apocam produxit in Ciuitate Valliſoletana coram Licentiato D. Didaco Alderete Alcalde, ſiue Præfecto Domus, & Curię Suæ Maieſtatis, qui commiſit Petro de Montoya Alguazelo, vt eum ad recognitionem compelleret, quã dictus Ioannes Baptiſta de Pareja fecit compulſus proteſtatione etiam præmiſſa, quòd declinabat iuriſdictionem Iudicis propter eius incompetentiam, & cum qualitatibus, quòd nihil debebat, & quòd conſignauerat per plures annos antè dictam obligationem, & mandatũ, & quòd erat elapſum decennium: quare videtur, quòd executio ſit nulla ex ſequentibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 † Primò, quia poſt datam dictæ apocæ vſquè ad illius præſentationem elapſi fuere non ſolùm decem anni, ſed plures; quarè illius vigore nullatènus potuit induci via exequutiua, quæ ſolius decennij tranſcurſu eſt præſcripta, l. 63. Tauri, vbi ordinarij gloſſatores l.6. tit.15.lib.4. recopilationis, Parlador.lib.1. rerum quotidian. cap.1. §.11.nu.1.& §.12.num.3. Gregor. Lopez in l.5. tit.8.lib.6.partitar. gloſſ.9. Ioan.Oroſc. in l.omnes populi num.75. ff.de iuſtit.& iure, & in l.de quibus num.125 ff.de legib.Mieres in tract.de maioratib.1.par.q.58.nu.51.

Quod non ſolùm procedit in debitis, quæ pretenduntur vigore ſcripturarum publicarum,
2 ſed etiam priuatarũ, quarum ceſſerat dies, † quę recognitæ, aut habitæ pro recognitis coràm cõpetenti Iudice ſolent habere effectum exequutiuum ex cap.final. de confeſſis in 6. Rebuff. in tract. de chirographorum, & ſcripturarũ recognitione in præfat. num.26. & 98. Couar. lib.2. variar. cap.1. num.4. in fin. Ioan.Guttier. lib.1. practicar. quæſt.122. Vincent. de Franch. deciſ. Neap. 502. pro intelligentia pragm.63. de offic. Procur. Cæſar. vbi Scipio Rouitus num.1. vt ex l.1. tit.21. lib.4.recopilat. tradit in proprijs ter-
3 minis Azeued.in d.l.6.tit.15.num.6.& 10. † vbi reſoluit, quòd anni decem currunt à die factæ apocæ, & termini ſolutionis, ſiuè adimplementi in ea præfiniti, quia non debet eſſe magis priuilegiata aut potioris cõditionis apoca, quam ſcriptura publica, & guarentigia facta coram tabel-
4 lione publico, † quæ de iure etiã ſi ſit poſterior præfertur, l.ſcripturas C. qui potio.in pign.hab. l.31. tit.13.par.5. Azeued. vbi proximè num.11. & ſeqq.

5 & ſeqq.vbi affirmat,opinionem eſſe verã † quòd
vt currant decem anni non eſt neceſſariũ expe-
ctare tempus recognitionis apocæ,ſeù ſcripturæ
priuatæ, prout petijt elapſis decem annis dictus
Petrus de Vrgenio, in cuius facultate exitit pe-
tere quàm primum,quòd cõſignaretur ſibi man-
datum,& ideò debet ſibi imputare, cur in tem-
pore legitimo non petijt recognitionem fieri ,
cum qua ſentẽtia,vt veriori ſatisfaciẽs contrarijs
tranſit Azeuedo vſquè ad nu.14. & in l. 5. tit.21.
lib.4.recopilat.num.19.

Secundò eſt nulla exequutio,quia confeſſio,&
recognitio, in quibus ſe fundat dictus Petrus de
Vrgenio fuere factæ de mandato incompetentis
Iudicis, & non coràm ipſo ; ſed officialibus ſuis.
6 † Cùm autèm dictus Ioannes Baptiſta de Pareja
ante omnia declinauerit ipſius iuriſdictionem ,
ſuum ius conſeruauit,nè in alienam iuriſdictionẽ
conſenſiſſe allegetur, cap.inter Monaſterium de
re iudic. l.3.ff.de exceptionib. §.appellãtur inſt.
eodem, Rebuff.in tract.de except. num.241. &
ſeq. l.1.vbi Azeued. num.6.tit.5.lib.4.recopilat.
& in terminis allegationis incompetentiæ,quan-
dò quis citatur ad recognoſcendũ tradit Rebuff.
1.tom.comment.ad leges Gallicas, tract.de chi-
rographor.& cedular. recognit. artic.1.num.32.
7 † nàm vt iuriſdictio Iudicis non ſui prorogari
poſſit, opus eſt, quòd conuentus voluntariè re-
ſpondeat,iuxta l.eſt receptum.ff.de iuriſd.omn.
Iudic. Specul.tom.1. tit.de competentis Iudicis
aditione §.1.num.6.in fin. l.33.verſ.*La nona* tit.2.
par.3.vbi Gregor.Lopez gloſ.14. l.1.& 2. ff.de
iudicijs ,
8 † Facit in confirmationem, quòd incompetẽ-
tia Iudicis reddit acta, & proceſſum nullũ, l.fin.
C. ſi à non competenti Iudice, l.2.ff.ſi quis in ius
vocatus non ierit, cap. veniens de accuſat. gloſſ.
verbo *ſecundum* in fin. in princ.inſtit.de obligat.
Marian. in cap. ſi clericus laicum col. 3. de foro
compet. Ripa lib.1.reſponſ. cap.13. circa princ.
9 Cephal. conſ.100.nu.23. lib.1. † & ſola illa con-
feſſio attenditur,quæ fit in iudicio valido, vt ex
Croto conſ.90.tradit Vinc. de Franch. dec.654.
num.2.comprobat Fulgoſ.conſ.105.nu.1.
10 Vndè licet confeſſio ſit tantæ efficaciæ , quòd
in ciuilibus vim habeat ſentẽtiæ, & rei iudicatæ;
imò & exequutionẽ paratam, l. vnic. C. de con-
108 Teſtatoris voluntas tacita, & coniecturata debet ſeruari, prout expreſſa.
109 Voluntas coniecturata inſpicitur etiam in fideicõmiſſo perpetuo.
110 Coniecturis legitimis quod apparet, dicitur apparere expreſsè.
111 Manifeſtum eſt, quod legitimis cõiecturis conſtat.
112 Expreſſum dicitur, quod perpenſis verbis, & mente diſponentis colligitur.
113 Coniecturata mente diſponentis receditur à proprietate verborum.
114 Verba propter mentem, & non è contrario natura conceſſit.
115 Fœmina ſi fœminas excluſit, illud attendi debet.
116 Coniecturis locus non eſt in claris.
117 Experientia eſt rerum magiſtra.
118 Diſpoſitionis, & inueſtituræ tenor attendi debet.
119 Subſtitutionem non loqui de aliquo, poteſt opponi.

P R O

Don Ramiro Florez de Andrada vicino Ciuitatis Conchenſis

C V M

Dionyſio Muñoz eius Nepote, vicino Ciuitatis Terulenſis.

A R G V M E N T V M.

Maſculorum prælatio ex quibus colligatur in vinculo, & maioratu, etiàm ad excluſionem maſculi ex fœmina.

CONSILIVM CXIII.

SVPPONITVR in facto, quòd D. Beatrix Carrillo per clauſulam eius teſtamenti fecit patronatum, & vinculum duarũ tertiarum partium ad eam ſpectantium deſenſę vulgaritèr dictæ *la naue de los Aragoneſes*, vt in eis ſuccederent via patronatus, & vinculi Franciſcus Carrillo, Iulianus, & D. Georgius Florez Carrillo eius filij pro ęquis portionibus, durantibus eorũ vitis, & quòd decedente aliquo ipſorum, portio accreſceret ſuperuiuentibus cum onere quatuor miſſarũ qualibet hebdomada celebrandarum in Eccleſia S. Franciſci Conchenſis: quarum eleemoſynæ filiorum vita durante deberent ſolui ex fructibus, vel affictu dictæ deſenſæ, & demùm ſubiunxit ſequentia verba: *Y deſpues de los dias de los dichos mis hijos quiero, que haya, y tenga la dicha debeſa con el dicho cargo, el hijo major Varon legitimo de los dichos mis hijos Franciſco Carrillo, y Iulian Florez Carrillo, ò de qualquier dellos, que primero naçiere, y por defeto de Varon la hija major legitima de los dichos mis hijos prefiriendo toda via el Varon à la hembra suceſiuamente, perpetuamente con el dicho cargo para ſiempre jamas, y que los dichos mis hijos, ni alguno dellos, ni los, que deſpues dellos ſucedieren en la dicha debeſa con el dicho cargo, no la puedan vender, trocar, ni cambiar, ni enagenar en manera alguna, ſi no que ſiempre eſtè, y ſuceda en ellos, y en ſus suceſores, como dicho es con el dicho cargo, y que ſi la vendieren, ò enagenaren en manera alguna, que por el miſmo caſo aya perdido, y pierda la tenencia, y poſeſion de la dicha debeſa, y que venga, y ſuceda en ella el pariente ſiguiente en grado con el dicho cargo, y que todauia ſuceda el hijo major como dicho es, y por defeto de Varon en hembra, y ſaluando hijos, ò hijas de qualquier de los suceſores de los dichos mis hijos, venga, y ſuceda con el dicho cargo el pariente mas propinquo, y de mis hijos con el dicho gramen.*

Dictus Franciſcus Carrillo habuit filium maſculum, qui nominabatur D. Ioãnes Florez Carrillo, & aliquas filias, quarum maior dicebatur D. Maria Carrillo: dictus Iulianus Florez Carrillo habuit filium dictum D. Ramirum, qui natus fuit poſt dictum D. Ioannem, qui durante eius vita poſſedit vinculum, & deceſſit nullis relictis deſcendentibus: qua de cauſa dictus Dionyſius Muñoz eius nepos ex dicta D. Maria ſorore ipſius prætendit ſuccedere in dicto vinculo; dictus autèm D. Ramirus prætendit, ipſum eſſe præferendum tanquàm maſculum maiorem filiũ dicti Iuliani, eò quòd deceſſerit dictus D. Ioannes, qui eum præcedebat, & dicti D. Ramiri iuſtitia ſequentibus fulcitur fundamentis.

Primò, quia in dicta clauſula, & inſtitutione ſunt vocati, & prælati fœminis filij maſculi tàm dicti Franciſci, quàm Iuliani, vt colligitur ex prima vocatione maſculi, qui primò naſceretur, iuncta clauſula immediatè ſequenti ibi, *y por defeto de Varon la hija major legitima de los dichos mis hijos*, quæ in recto ſenſu debet intelligi hoc modo, ſcilicet in defectu maſculi filiorũ Teſtatoris, filia maior illorum, vt colligitur manifeſtè, quia poſteà præferr maſculos; & ita ſunt duo vocationum genera. In primo, & principali includuntur filij maſculi Franciſci, & Iuliani Florez Carſillo; in ſecundo filiarum ipſorum, & ideò D. Ramirus tanquã maſculus ex primo vocatis debebat præferri D. Mariæ Carſillo, & per conſequens Dio-
1 nyſio Muñoz eius filio: † quia ex priori nominatione maſculorum colligitur prædilectio, & prelatio, l. 1. & 2. ff. de albo ſcrib. l. vt gradatim ff. de muner. & honor. l. ſciendum §. ordine ff. de legationib. & eſt caſus ferè in proprijs terminis in l. cùm pater §. à te peto ff. de legat. 2. l. qui ſoluẽdo ff. de hæred. inſtit. l. quoties ff. de vſufr. Greg. Lop. in l. 9. tit. 5. p. j. glo. 4. Io. Gutier. cõſ. 26. n. 9.
2 † Maximè quãdo ſunt nominati ſpecificè, quo caſu primò vocati cenſentur magis dilecti, l. cùm ità legatum §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. l. generalitèr §. quis ergo ff. de fideic. libert. auth. hoc amplius C. de fideicom. & in corpore vndè ſumitur, Alex. conſ. 36. viſo themate nu. 12. vol. 3.
3 † Et omnes, qui ſunt magis dilecti veniunt præferendi in his ſubſtitutionibus, l. cohæredi §. qui diſcretas ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. vbi Paul. de Caſtro, Alexand. & Aretin. Iaſon notab. 3. Bartol. in l. Lucius verſ. *quærò* num. 8. cod. tit. Iaſo. in l. qui liberis §. hæc verba nu. 7. ibidem,
4 † vbi in ſubſtitutione præfertur ille, qui Teſtatoris habet affectionem, & iudicium, Imol. in d. l. cohæredi §. qui Patrem notab. 3. Alexand. conſ. 66. viſo teſtamento nu. 1. vol. 2. Decius conſ. 185. & diligentèr nu. 4. tom. 1. Gratus reſponſ. 48. nu. 22. Soccin. Iun. conſ. 121. nu. 8. lib. 2. Cephal. conſ. 16. viſis omnibus nu. 12. tom. 1.

Et ita cùm ſolummodò vocauerit maſculum, qui procederet ab eius filijs, præferendo inter maſculos eum, qui primò naſceretur, & omnes maſculos generalitèr fœminis; ſequitur apertè voluiſſe excludere quaſcunque fœminas deſcendentes à dictis Franciſco, & Iuliano, exiſtente
5 quolibet maſculo ex eis, † quia maſculorum mentio excludit fœminas, cap. Raynaldus, vbi Gloſſa, & Collectarius, Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Cardin. de teſtament. Decius conſ. 15. prò tenui num. 2. & duob. ſeqq. Pariſ. conſ 86. nu. 31. Bart. in l. liberorũ ff. de verbor. ſignif. Brunus in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos art. 6. memb. 3. quæſt. 1. art. 7. q. 1. vbi plura in confirmationem adducit Probus in addit. ad Ioan. Monach. in cap. filij in princ. de hæret. in 6.
6 † Vlteriùs, quia incluſio aliquorum, eſt cæterorum excluſio, iuxta text. vulgarem in cap. nonnè de præſumptionib. l. cùm prætor ff. de iudic. Roland. à Valle conſil. 58. in præſenti num. 76. volum. 1. Cæphal. conſil. 224. num. 5. tom. 2. & ita cùm in prima generali vocatione ſolummodò vocauerit filios maſculos dictorum Franciſci, & Iuliani, ſolùm debet admitti dictus Don Ramirus, & non Donna Maria eius conſobrina,
7 & eius filij, qui iure illius prætendunt: † quia dictio, maſculus non poteſt in fœminis verificari, vt tradit Dec. cõſ. 192. pro tenui nu. 1. & 2. Abb. conſ. 36.

conſ. 36. videtur primò num.2.1.par. Gozadin.
conſ.87. prima facie nu.16. Cæphal.d.conſ.134.
num.10. Bal.num.3. in l.maximum C. de liberis
præteritis.

8 † Quia vocando,& præferendo maſculos, cẽ-
ſetur Teſtator voluiſſe conſeruare bona in fami-
lia,& agnatione ſua, ſaltim donec fuerint maſcu-
li,vt tradit Ioan. Andr. in Addit. ad Speculator.
lib.4.in rubr.de ſucceſſionib.ab inteſtato verſic.
eſt ſciendum, Decius conſ.15. num.2. & Pariſius
conſ.37.nu.35.& conſ.55.num.9.& 10. & conſ.
63. num.21.lib.2.& conſ.66.nu.50. Cæphal.vbi
proximè num.11. & ita præferre in dictis bonis
deſcendentes ſuos maſculos deſcendentibus fœ-
minis, & per conſequens dictum D.Ramirum
D.Mariæ,vt tenet optimè Anto. de Butrio conſ.
1.dub.1.quem refert,& ſequitur Franc.de Ripa
in l. hæredes mei §. cùm ità ff. ad Trebell. facit
quod in terminis conſuluit Curtius Senior conſ.
40. vbi ponit caſum, quandò Teſtator inſtituit
filium, & prohibuit alienationem, quia voluit ad
poſteros peruenire,& determinat,quòd maſcu-
li tantùm includuntur, & excluduntur fœminæ,
9 licet ex maſculis procedant; † nàm in maſculis
conſeruatur inſtitutoris familia, & non in fœmi-
nis, quæ cùm nuptæ ſint,tranſeunt in alienam
familiam, ſcilicet virorum, §.final. inſtit. de pa-
tria poteſtate,Aretinus in §.cœterùm inſtit.de
legitima agnator. ſucceſſ. §. 1. inſtit. de legitima
agnatorum tutela, cap. ex parte M. iuncta gloſſ.
vnica in princ. de appellationib. cap.2. iuncta
gloſ. verbo *poteſtate*, de conuerſione infidelium,
Bald.in l.maximum vitium num.32. verſic.*quar-*
tò, C.de liber.præter. l.final.C.de liber.exhiben.
l.quicunquè C.de re milit. lib.12. l.aduerſus C.
de crim. expil. hæred.

Vlteriùs,quia dicta D.Beatrix viſa fuit maiorẽ
dilectionem habere erga eius deſcendentes ma-
ſculos,quàm fœminas: cùm illos vocauerit priùs
quàm feciſſet illarum mentionem; & quia mul-
totiès repetijt in alijs vocationibus,quòd maſcu-
li eſſent præferendi fœminis,quod vtiquè indu-
cit prælationem inter vocatos, non ſolùm quan-
dò ſunt diſtinctæ,& ſeparatæ vocationes,ſcilicet
10 primò maſculi, & poſteà fœminæ; † quo caſu
ſemper maſculus excludit fœminam, nec eſt poſ-
ſibile, quòd tunc fœmina maſculum excludat;
ità tenet ſingularitèr Bald. in l.in multis 9. nu.4.
ff.de ſtatu hominum,dicens,& rationem ſubinn-
11 gens, † quia expreſſum facit ceſſare præſum-
ptum, l.ſi ità ff. de liber. & poſthum. l.Clemens
patronus ff.de hæredib.inſtituend. probat text.
vbi notat Iaſo.in d.l.cohæredi §.qui diſcretas ff.
12 de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. † & in confir-
mationem facit optimus caſus in cap. vnic. tit.
Epiſcopum, vel Abbatem in vſibus feudorum,
in cap. 1. §.final. de ſucceſſ.feud. eodem lib.qui-
bus iuribus expreſſiſſimè deciditur, quòd ſi ad
feudi ſucceſſionem ſint vocati paritèr, & ſimpli-
citèr maſculi, & fœminæ, non ſuccedit in tali
feudo fœmina cum maſculo ſimul; ſed maſculus
ei præfertur, & fœmina, licet inſimul cum ma-
ſculo vocata excluditur per maſculum; & ità
per illa iura tenet Bald.in l.quoties num.5. C.de
legitim.hæredib.Guilielm.Benedict.in alleg.cap.
Raynuntius in verbo *duas habens* num. 63. Alex.
alia referens conſ.29.quoniàm abundè n. ... vol.
1. vbi extendit hoc ad Conſtitutionem Regni,
qua idem cauebatur, idem tenet Curt.Iun.conſ.
13 140. num.2. 2.par. † & ità etiam, quandò con-
iunctim fuiſſent vocati ità maſculi, ſicuti & fœ-
minæ,maſculos præferri.notant gloſſ. & DD. in
l.Gallus §.quidam rectè ff. de liber. & poſthum.
Bart.in d.l.ſi cognatis nu.2. & 3. ff de reb. dub.
DD.in l.penul.& fin.C.de verbor.ſignif. probat
benè caſus in l.cùm ita §. in fideicommiſſo, l.pe-
to § fratre ff.de legat.ſecundo.

Quod confirmatur,quia etiam in caſu,quo nõ
conſtaret ità clare,vt conſtat ex tenore iſtius di-
ſpoſitionis maſculorum,prelatio adhuc in dubio
14 debebat præſumi, † cùm naturalitèr parentes
magis diligãt filios,& nepotes, quàm filias,& ne-
ptes, Iaſo. in l.qui filiabus 17. nu.22. ff.de leg.1.
vt latè fundat Guillelm. Benedict. vbi proximè
num.134. Mantica de coniectur vltimar.volunt.
15 lib.8. tit.18.num.4. ea ſcilicet ratione, † quòd
maſculinum eſt dignius fœminino,vt tradit Phi-
loſoph. lib.1. Polyticor. cap.1. & lib. de anima-
lib.cap.17.l.1.ff.de Senatorib. l.vltim. ff.de fide
inſtrumentor. Sanctus Thomas 1.par.quæſt.99.
16 artic.2. † & ideò in multis, fœminarum eſt de-
terior conditio, quàm maſculorum, l. in multis
ff.de ſtatu homin. Speculat. lib.1. tit.de procu-
17 rator. nu.2. † nàm vltrà, quod per ſolos maſculos
familia conſeruatur,per fœminam perditur,quę
poſtquàm ad virum tranſit, eſt inimica familiæ,
l.pronunciatio §.communi iure, l. familiæ ff. de
verbor. ſignificat. l.1. §.ſed etſi ſeruus ff.de ven-
tre inſpicien.l. Titia §.Lucius ff de legat.2.Bald.
in l.vnic. num.8. C. quandò non petentium par-
tes, Cynus,& Salicetus in l.1. C.ad leg.Iuliam
de adulterijs, cum alijs relatis per Soccin. conſ.
18 90.num.2.1.par.vbi ex hoc infert, † quòd quã-
dò Teſtator voluit ſuam familiam conſeruare,
nunquàm admittitur fœmina, exiſtente quocun-
que maſculo, vti notat Signorolus de homod.
conſ.172. ſingulariter dicens nu. 4. quod diſpo-
ſitio, in qua agitur de conſeruatione familiæ,
debet ſemper intelligi, & interpretari in fauorẽ
19 maſculorum contra fœminas, † eò quòd publi-
cæ vtilitati conueniens ſit, quòd deſcendentes
maſculi habeant maiores diuitias, cùm debeant
conſeruare decus agnationis, domus,& familiæ,
l.pronunciatio §.communi ff. de verbor. ſignif.
l.ab omnibus circa princ. ff. de legat.1. l.1. §.ſi
ſeruus verſic. *publicè* ff.de ventre inſpiciendo, l.
ſuper ſtatu C.de quæſtion. Ioan. Andr. in addit.
ad Speculat. in rubr. de ſucceſſionibus ab inte-
ſtato verſic. *eſt ſciendum*, Ioan.Garcia de nobilit.
in diuiſione num.13.

Qua de cauſa eſt optima DD. reſolutio, quæ
& militat in noſtro caſu, in quo multotiès repe-
tita eſt prohibitio alienationis dictarum partiũ
20 defenſæ; † quòd ex prohibitione alienationis
inducitur præſumptio conſeruandi familiam, vt
reſoluunt Bart.& cœteri in l.filiusfamilias §.Diuĩ
ff.de legat.1.in l.peto §.fratre ff.de legat.2. & in
l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verbor. obligar.
Cæphal. conſ.25. quoniàm in hac cauſa num.53.
& ſeq.tom.2. cum alijs adductis per Molin.lib.

1. de primog. cap. 6. num. 35. in cuius confirma-
tionem facit, quod determinauit Paul. de Caſtr.
21 conſ. 91. præſuppoſito nu. 4. vol. 2. † quòd quan-
dò Fundator habuit reſpectum ad conſeruatio-
nem ſui generis, & familiæ, ſemper debet inter-
pretari in fauorem maſculi contra fœminam, li-
cet maſculus ſit remotior, quàm fœmina reſpe-
ctu vltimi poſſeſſoris, quod in proprijs terminis,
& eadem ratione conſuluit Andreas Sicul. inter
Alexandri conſilia conſ. 52. circa hanc dubita-
tionem vol. 4. vbi inter alia nu. 5. dicit, quòd cùm
Teſtator excluſerit proprias filias propter ma-
ſculos, multò magis videtur excludere voluiſſe
filias filiorum, & num. 8. ſubiungit, quòd quandò
teſtator facit differentiam inter maſculos, & fœ-
minas proprias filias, efficaci ratione debet dici,
quòd idem ſit obſeruandum reſpectu neptum;
Nàm quòd maſculinum concipiat fœmininum
22 ratione affectionis falſum eſt, † quia teſtator
præſumitur habere maiorem affectionem ad fi-
lias, quas tunc habebat, quàm ad neptes, quæ
tunc non erant in rerum natura, vt voluit Bart.
in l. Lucius num. 2. ff. de hæred. inſtit. Et ità non
cõprehenderentur filiæ fœminæ, præſertim non
vocatæ ad paria cum maſculis; Et multò minùs
neptes, vt erat dicta D. Maria Carrillo, Et nu. 11.
addit Andr. Siculus, quòd quandò prædilegun-
tur deſcendentes maſculi, ſequitur quòd omnes
clauſulæ poſitæ in ſubſtitutionibus, debent re-
duci ad fauorẽ agnationis, cuius aſſignat rationẽ,
& nu. 15. dicit, quòd dicta interpretatio non di-
cetur extenſiua, ſed intellectiua, argum. text. in l.
quàmuis in verſ. *intelligi poteſt* C. de fideicommiſ.
& illud habetur, ac ſi fuiſſet expreſſum in teſta-
mento, vt probatur ſecundũ eum in l. cùm auus
ff. de condit. & demonſtrat. & dicit pulchrè nu.
20. quòd talis ratio ſe refert ad intellectum, & ſic
ad fabricationem intellectiuam; nàm quandò ap-
paret, quòd Teſtator magis honorauit maſcu-
los, tũc abſquè dubio videtur voluiſſe, quòd exi-
ſtẽte maſculo, remaneret fœmina excluſa, & ideò
concludit per totum conſilium pluribus, & effi-
cacibus rationibus, quæ ſatis conferunt præſenti
cauſæ, & debet multùm ponderari, vt ipſe Andr.
Sicul. loquitur nu. 21. & 32. quod ſecurim ponit
ad arborem, quòd exiſtẽtibus prædictis patruus
non excluditur per exiſtentiam neptis, & eandẽ
opinionem tenet, & latè comprobat Curt. Iun.
conſil. 11. in penult. & final. colum. vbi ait, quòd
hæc opinio eſt communis, tenet Soccin. conſ. 6.
num. 19 & ſeqq. vol. 3. & paſſim Doctores conſu-
lentes in fauorem maſculi contra fœminã, quos
enumerare potius eſſet laborioſum, quàm ſub-
tile, qui proptèr ſolam rationem conſeruandi fa-
miliam tenent, quòd maſculus præfertur etiam
fœminæ proximiori, & ita D. Ramirus erat præ-
ferendus D. Mariæ eius conſobrinæ, & eadem ra-
tione Dionyſio Muñoz, & alijs ab ea deſcenden-
tibus.
23 † Et ratio eſt, quia excluſa radice, & perſona,
propter quam aliquis vult ſuccedere, excluditur
qui ab ea procedit, cap. 1. §. hoc autem notandũ,
de his, qui feud. dare poſſ. l. 1. §. eius rei ff. de of-
fic. eius, cui mandat. eſt iuriſd. l. tria prædia ff. de
ſeruit. ruſt. præd. notat Bald. in l. fin. in fin. C. de
verb. ſignif. & in l. quoties C. de ſuis, & legit. hæ-
redib. Hartam. Piſtor. qq. iur. par. 2. tom. 2. q. 34.
nu. 2. Franc. Schenard. conſ. 47. nu. 16. nàm vt di-
24 cunt DD. † radix corrupta non producit effe-
ctum ſanum, Barth. Soccin. conſ. 241. nu. 7. vol. 2.
Io. Franc. Purpurat. conſ. 325. nu. 15. Io. Vuameſ.
conſ. 12. nu. 10. tom. 2. Hierony. Gonzal ad regul.
25 8. Cancell. de alternat. gloſ. 5. nu. 113. † nàm for-
mæ defectus, qui eſt in radice, & origine, reperi-
tur in quolibet deriuato, l. in ratione 11. §. filio ff.
ad leg. falcid. l. tutor ff. de fideiuſſor. l. qui id 33.
ff. de donation. & proptereà non admittuntur,
quia carent medio, & non habent principium,
26 ſed radicem excluſam. † Et excluſa radice, ex-
cluditur quidquid deſcendit ab ea iuxta Bald. in
l. maximum vitium nu. 4. verſ. *prætereà iſta neptis*
C. de liber. præter. vbi Paul. de Caſtro nu. 2. De-
cius conſ. 657 incip. iuridicam num. 3. 2. par. Ti-
raquell. in tract. de iure primogenior. quæſt. 12.
num. 16. & alij adducti per Rojas in epitome ſuc-
27 ceſſionum cap. 26. nu. 25. & 47. † & quia exclu-
ſa fœmina, cenſentur excluſi maſculi ab ea de-
ſcendentes, vt tradit Ioan. Andr. *in* cap. lator nu.
3. & 9. qui filij ſint legitimi, Hieronym. Grat. re-
ſponſ. 120. nom. 15. lib. 2. Bart. in l. 2. §. videndum
nu. 2. ad finem ff. ad Tertull. dicens, quòd ſi ſta-
tutum diſpoſuerit, quòd filia excludatur per ma-
ſculos, idem ſerit dicendum de nepte, & alijs à fi-
lia deſcendentibus. Bar. Idem in l. liberorum nu.
14. ff. de verb. ſignif. Bald. in l. maximum vitium
nu. 7. C. de liber. præter. Paul. Caſtrens. in l. illam
nu. 8. & 9. C. de collat. Mieres de maiorat. 2. par.
quæſt. 2. nu. 18. Molina lib. 3. de primogen. cap. 5.
nu. 41. & 47. cum adductis per Mantic. lib. 11. de
coniectur. vltim. volunt. tit. 12. nu. 35. Burgos de
28 Paz Iun. quæſt. 3. nu. 17. & ſeqq. † quia non de-
bet eſſe melioris conditionis, quã Author meus,
à quo ius in me tranſire debebat, l. in omnibus
136. §. non debeo ff. de reg. iur. cap. is, qui in ius,
29 eod. tit. lib. 6. † nec remotiores debent eſſe me-
lioris conditionis, quàm proximiores, vt tradit
Curt. Iun. conſ. 113. nu. 15. & conſ. 125. & arg. l.
ſi viua matre, vbi Cyn. nu. 3. & communitèr DD.
C. de bon. mater. tradit Ioan. Garcia de nobilit.
in diuiſ. nu 13. verſ *facit*, l. Publius §. 1. ff. de con-
dit. & demonſtr. Cæphal. conſ. 178. incip. deceſſit
num. 83. tom. ſecundo.
30 † Vlteriùs, quia maioratus iure ſanguinis de-
fertur quòad ſucceſſionem, l. 2. tit. 15. par. 2. l. 9.
tit. 7. par. 2. ibi *por razon del linaje*, Molina de
primogen. lib. 1. cap. 3. num. 11. & cap. 8. num.
2. & ſequentib. Velazquez in l. 40. Tauri gloſ. 1.
num. 1. & ex ratione l. cohæredi §. cùm filiæ ff.
de vulgar. & pupillari ſubſtitut. l. vnum ex fami-
lia §. ſi de falcidia ff. de legat. 2. l. eum, qui ff. de
interdict. & relegat. Alexand. conſ. 30. quoniàm
omne num. 15. volum. 1. Gozadin. conſ. 53. num.
31 6. & 15. † in his autem, quæ iure ſanguinis de-
feruntur, maſculus, & ab eo deſcendens fœminæ,
& ab ea deſcendenti præfertur, argumento cap.
1. & per totum de ſucceſſ. feudi, vbi DD. cap.
1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, An-
ton. Gomez in l. 40. Tauri nu. 62. Ioan. Guttierr.
conſ. 3. num. 5. Azeued. in l. 5. tit. 7. lib. 5. recopil.
num. vltimo.

Et

Et ità dictus D.Ramirus Florez debebat præ-
ferri dictæ D.Mariæ Florez eius conſobrinæ, &
per conſequens eſt præferendus præfato Diony-
ſio Muñoz eius filio, quia non eſt comprehenſus
in diſpoſitione Teſtatricis, in qua maſculi, & de-
32 ſcendentes maſculini ſexus ſunt prælati; † nàm
maſculis ſubſtitutis, maſculi ex filia non com-
prehenduntur, Ioan.Andr.in addit.ad Specular.
lib.4. rubr.de teſtament. dicit communem opi-
nionem Dec.conſ.138.primò non videtur nu.6.
tom.1. Crauett.alios referens conſ.22. num.10.
Mantic.lib.8.de coniectur.vltimar.volunt. tit.8.
num.23.Molina lib.3.de primogen.cap.5.nu.45.
& ideò omnes reſolutiones, quæ ſunt pondera-
tæ, & aliæ, quæ in præſenti diſcurſu afferentur,
obtinent cõtra dictum Dionyſium Muñoz cum
eadem efficacia, qua obtinerẽt aduerſus eius ma-
trem, ſi viueret tempore mortis D. Ioannis Flo-
rez ſui fratris.

Quod confirmatur, quia conſtat ex dicta in-
ſtitutione non ſolùm eſſe vocatos expreſsè ma-
ſculos, ſed fortiſſimis clauſulis prælatos, & ità il-
lorum prælatio debet habere tractum ſucceſſiuũ
in tota diſpoſitione, & ſucceſſionibus, & eorum
33 gradibus; † nàm prælatio, quæ attribuitur de-
ſcendentiæ maſculorum in aliqua parte diſpoſi-
tionis, iudicatur eodem modo, & ordine, & cum
eiſdem qualitatibus repetita in ſequẽtibus par-
tibus, & vocationibus diſpoſitionis ex his, quę te-
net ſingularitèr Bart. in l.ex facto §.ſi quis roga-
tus, & ibi Ripa num.17. ff.ad Senat.Conſ.Treb.
Abb.conſ.36.incip.videtur primò à verſ. *ſed his
non obſtantibus* maximè num.3. par.1. Crotus in
repetit. l. omnes populi ff. de iuſtit. & iure,
Iaſo.conſ.137.col.6. & ſeq. lib.4. Dec.conſ.480.
in caſu, qui contingit num. 1. & 2. tom.2. Pariſ.
conſ.18.num.22.& alijs lib.2. Molina lib.3. cap.
5.num.56. Ioan.Guttier.conſ.18.num.53.& plu-
res relati per Ioannem Garcia d.tract.de nobilit.
34 in diuiſ.nu.12. † Et in terminis proprijs, quòd
qualitas maſculinitatis ex maſculo appoſita per
Inſtitutorem alicuius maioratus, aut vinculi cen-
ſeatur in alijs clauſulis, & ſubſtitutionibus ſe-
quẽtibus repetita, colligitur clarè ex verbis Bart.
in l.fin.col.2.num.2. ff.ad S.C.Trebellian. Bald.
in l.Lucius in fine ff.de vulgar. & pupill. ſubſtit.
Cuman.conſ.417. Paul.Caſtren. conſ.409. caſus
iſte frequentèr num.1.& 2.par.2. Corne.conſ.2.
& conſ.110.vol.4.Andr.Sicul.conſ.81.vol.3. De-
cius 1.par.conſ.15.pro tenui num.5.& alijs, Iaſ.
in l.qui filiabus 17. num.3. ff.de legat.1.& conſ.
140.verſic.*octauò facit*, & in l.ſi quis id, quod ff.
de iuriſd. omn.Iudic. limit.11. & eſt opinio ma-
gis communis, & veriſſima, pro qua eſt optimus
caſus in cap.1.§.ſi clientulus tit.de alienat.feudi,
quam commendat Bald.ibi notab.8. Aluarot.1.
col.Curtius Senior conſ.51.col.antepenult.& fa-
cit benè cap.1.§.his deficientibus de ſucceſſ.fra-
trum in vſib.feudor.

35 † Et confirmatur, quia clauſula poſita in pri-
ma inſtitutione intelligitur poſita, & repetita in
ſecunda, & omnibus vlterioribus ſubſtitutioni-
bus, l. licet Imperator ff.de legat.1. l.cùm pater
§.ab inſtituto ff.de legat.2.l.quæ conditio ff.de
condit. & demonſtr. l.in repetendis ff.de legat.
3. & ſingularitèr Oldrad. conſ.141.vol.1.vbi de-
cidit, quòd conditio expreſſa in perſona primi
inſtituti, aut ſubſtituti, intelligitur tacitè repeti-
ta in perſona ſecundo loco ſubſtituti, quod etiã
tenet Bart.in l.quidam §.fin. ad finem ff.de reb.
dub. pro quo facit, quòd præcedentia declarant
ſequentia, l.ſi ità ſtipulatus §.Griſogonus cum
vulgatis, l.ſi pluribus, & l.ſi ſeruus plurium §.fin.
ff.de legat.1.Cæphal.conſ.107.magn.ficus nu. 9.
vol.1.& conſ.197.nu.12.lib.2.

Vlteriùs, quia in dicta prima principali voca-
tione dicta Inſtitutrix quàmuis haberet tres fi-
lias legitimas, & naturales, nullam ex eis vocauit;
ſed ſolùm ſuos tres filios maſculos, ſubſtituendo
eos ad inuicem reciprocè, & per fideicommiſ-
ſum, vt decedentium partes ſuperuiuentibus ac-
creſcerent. Et cùm hoc fecerit inter plus dile-
ctos, cùm noluerit proprias filias ſuccedere, mi-
36 nùs videtur voluiſſe vocare neptes: † quia filia
excluſa, multò magis excluſa remanet neptis, l.ſi
viua matre C.de bonis maternis, & iſta cõiectu-
ra magni habetur, l.Publius in fin. ff. de condit.
& demonſtrat. Cæphal. conſ.46. adhuc videtur
num.7.35.& ſeq.tom.1.& conſ.151.nu.30.tom.
2.l.qui filiabus in princ.ff.de legat.1. & quia di-
cta Inſtitutrix dùm peruenit ad vocandum ne-
potes filios dictorum Franciſci, & Iuliani Florez,
quàmuis iam eſſet nata dicta D.Maria, non fecit
mentionem eius; ſed nepotum maſculorum tan-
tùm, præferendo tamen eum, qui prius naſcere-
37 tur ex dictis ſuis filijs. † Et cùm reputaretur
magis dilecta filia dicti Franciſci Carrillo, quàm
nepos ex ea, vt probatur benè ex his, quæ in ſpe-
cie notat Bart. in l.ſi cognatis num.3. ff.de verb.
ſignificat. l.qui ſoluendo iuncta gloſ.de hæredib.
inſtituend.& per Cæphal.conſ.62.num.4.tom.1.
& conſ.293.num.3. & conſ.294.num.16.tom.2.
ſequitur, quòd ſi omiſſis, vel relictis filiabus, &
nepte iàm nata vocauit ſolos ſuos filios maſcu-
los, & nepotes maſculos ex ipſis non dùm eo tẽ-
pore natos, hi veniebant omninò præferendi. Et
per conſequens dictus Don Ramirus, dictæ D.
Mariæ, & eius filio, qui habetet ſuccedere ſi ipſa
fuiſſet vocata, & prælata maſculis, ex regula,
38 † quòd ſi vinco vincentem te, à fortiori vincam
te, vt in l.de acceſſionibus ff.de diuerſis, & tem-
poralibus præſcriptionibus, l.æquiſſimum, & l.2.
§.obijcitur cum vulgaris ff. ad S. C. Tertyllian.
Oldrad.conſil.198.num.6. Soccin.Iun.conſil.10.
num.17.lib.2.Mantica lib.10.de coniectur.tit.7.
num. 6.

39 † Tertiò, quia quando fœmina propinquior,
(vti erant aliæ Inſtitutricis) eſt excluſa propter
maſculum, à fortiori videtur excluſa fœmina
remotior, vt elegantèr notat Oldrad.conſ.141. l.
venia, vbi Fulgoſ.& DD. ff.de in ius vocando, la-
tè Soccin. in l.cùm Auus col.44. ff.de condit. &
demonſtrat. Curtius conſ.11.nu.8. Soccin.conſ.
6.nu.18.& ſeqq.3.par. Bart.in l.Iulius ff.ad S.C.
Trebellian.

Nec obſtabit huic fundamento, ſi dicatur, quod
in hac materia non eſt facienda extenſio vnius
caſus ad alium, nec de vna perſona ad aliam: quia
40 reſpondeo, † quòd vbi concurrit maioritas ra-
tionis, vt in noſtro caſu benè eſt licita extenſio

de vna perſona ad aliam, & de vno caſu ad alterum, vt tenet, & latè fundat Soccin. conſ. 28. vo-
41 lum. 4. † Imò eo caſu non tàm extenſio, quàm declaratio dicitur interuenire, & fieri, vt voluit Salyc. in l. 2. ff. de noxalibus, Alexand. conſ. 73. in princ. vol. 5. Crotus in l. 2. in princ. num. 47. in
42 fine ff. ſolut. matrim. dicens, † quòd vbi eſt omnimoda ratio, non dicitur fieri extenſio, nec declaratio extrinſeca, ſed intẽſiua, Ruyn. conſ. 143. num. 5. vol. 2. Soccin. Iunior conſ. 39. num. 49. vol. 3. communem dicens, & in conſ. 62. num. 47. eodem volum. Roland. à Valle conſ. 14. & ſi ambigui
43 num. 30. vol. 3. † & quia vbi adeſt identitàs rationis, non dicitur fieri aliqua extenſio, ſed omnes caſus dicuntur comprehenſi, l. his ſolis C. de reuocand. donat. Roland. à Valle vbi proximè nu. 31. cum alijs adductis per Tiraquell. de retract. lignagier. §. 20. gloſ. 2. num. 2. Deciſio Genuæ 181. nu. 4. & ità debet intelligi, quòd vocatio, & prælatio D. Ramiri Florez per mortem D. Ioannis Florez Carrillo ſui conſobrini abſq; liberis, preſertim maſculis eſt comprehenſa in diſpoſitione D. Beatricis eius auiæ.

44 † Et in terminis proprijs, quòd per identitatem rationis tàm reſpectu perſonæ, quàm rei, quæcunque qualitas anteà adiecta videatur poſteà repetita ex veriſimili voluntate diſponẽtis; iuxta notabilem doctrinã Bart. in l. Seyæ §. Caio nu. 1. ff. de fundo inſtructo, quẽ ſequitur Franc. de Aretio conſ. 11 nu. 5. latè Iaſo. in d. l. qui filiabus 1. col. ff. de legat. 1. ſed clarum eſt, quòd in noſtro caſu concurrit in vtraque vocatione, ſcilicet filij maſculi Franciſci, & Iuliani idẽtitas rationis tàm reſpectu rei, cùm agatur de familiæ conſeruatione, quàm reſpectu perſonarum; cùm vterquè ſit maſculus, ergo neceſſariò eſt dicendum, quòd qualitas, & prælatio maſculorum in dicta inſtitutione, & ſubſtitutione poſita in ſequentibus, & omni tempore repetita cenſeatur;
45 † cùm ea, quæ ex identitate rationis intelliguntur propriè, & nõ per extenſionem dicantur intelligi, cap. ſæpè in ſta gloſ. verbo *quid ergo* de temporib. ordinat. lib. 6. gloſ. in cap. 1. verbo *Italiæ* ibidem Bald. in l. omnes populi nu. 95. ff. de iuſtitia, & iure, Abb. in cap. nihil col. 5. nu. 9. de electiò. Alexand. in l. curatoris 1. col. in fine C. de negot. geſtis.

Et quia dicta Inſtitutrix in vocatione, & prælatione maſculorum proceſſit per viam regulæ
46 generalis, † cuius natura eſt non reſtringi ad certas perſonas, neque ad certos caſus, vt in l. 1. ff. de regulis iuris, l. regula ff. de iuris, & facti ignor. l. iura ff. de legib. Et ita nõ ſolùm D. Ioannes Carrillo, quia fuit nepos primò natus, ſed Don Ramirus per defectum illius venit præferendus tanquàm maſculus ex maſculo vocatus, excluſa dicta D. Maria ſorore D. Ioannis tãquàm fœmina, & non vocata, & per conſequens deſcẽdentibus ex ea.

47 † Demùm, quia de iure ſubſtitutio præcedẽs ſequentem declarat. l. ſi ſeruus plurium §. final. l. qui filiabus §. 1. ff. de legat. 1. l. vtrum ff. de petitio. hæred. & l. 1. ff. de rebus dubijs, & facit in terminis ſingularis deciſio Bar. in l. Iulius Phœbus nu. 2. ff. ad S.C. Trebellian. vbi determinat, quod ſi pater inſtituit hæredes vniuerſales ſuos filios maſculos, & filiam in certa quantitate, ſeù portione, & ſubſtituerit aliquos ex ſuperuiuentibus, & euenerit aliquem ex maſculis decedere, non admittetur filia fœmina ad ſuccedendum; nàm prout illam excluſit Teſtator ab omni hæreditate propter maſculos; eodem modo fuit viſus voluiſſe illam excludere in ſubſtitutione; idem voluit Bart. in l. Lucius col. 5. num. 18. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & habetur in l. cohæredi §. qui
48 diſcretas ff. eodem titulo, † & facit text. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis in vſibus feudorum, vbi deciſum eſt, quòd ſi aliquis fuit inueſtitus de feudo pro ſe, & filijs maſculis, & his deficientibus fœminis, fœmina quantumcunquè proximior eius, qui ſine filijs maſculis deceſſit, repellitur per maſculum etiàm remotiorem deſcendentem ex illo, qui primò de feudo fuit inueſtitus; & aſſignat text. rationem admirabilem: dicens; *non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de feudo inueſtitus fuit*: & ità tenet per illum tex. Aluarot. ibi col. 2. verſ. *primò nota ex prima parte*, vbi dicit, quòd quando vaſallus inueſtitur de feudo pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, cum pacto, quòd deficiẽtibus maſculis, fœminæ admittantur, in tali ſucceſſione non admittitur fœmina, extante quocunquè maſculo deſcendente à primo inueſtito (quod eſt notatu dignum ſecundùm eum.) Et dicit, quòd ratio eſt, quia non curamus quo tramite feudum deſcẽdat, ſed attendimus primum eius principium, & fundamentum, vt in cap. 1. quibus modis feudum conſtitui poſſit, & in cap. 1. de beneficio fœminæ in vſibus feudorum. & hoc idem per illum elegantem tex. tenet ibi Bald. & idem in l. quoties num. 6. C. de ſuis, & legitimis hæredibus, vbi tenet, quòd etiã ſi feudum ſit effeminatum, præfertur ſexus gradui, & ſic filiæ fœminæ præfertur maſculus nepos ex altera filia; nulla alia ratione, quàm propter qualitatem maſculinitatis, & idem voluit Fulgoſ. conſ. 86. col. 3. eſtq; in propoſito ſingularis ratio, quam aſſignat Bart. in d. l. Iulius Phœbus num. 2. ad S.C. Trebell. ibi. *Nàm cùm maſculos prædilexiſſet in inſtitutione, inſtituendo eos vniuerſaliter, præſumendum eſt eos prædilexiſſe in fideicommiſſo*, vt l. Lucius §. pater eodem tit. auth. hoc amplius C. de fideicommiſſ. l. 1. C. de impuber. & alijs ſubſt. à fortiori itaquè in noſtro caſu debet dici ex textu illo, quòd dictus D. Ramirus debet excludere dictã D. Mariam, & eius filium tanquàm maſculus ex maſculo procedẽs, quo exiſtente eſt præcluſa via fœminæ, & ab ea deſcendenti.

Nec obſtabit dicere, quòd tex. ille loquitur in
49 feudo, & non in maioratu, † quia reſpondeo, quòd de vno ad aliud valet argumentum, vt tenet expreſsè Bald. in l. cùm antiquioribus nu. 18. verſic. *ſexto* C. de iure deliber. Archidiac. & Præpoſit. in cap. quàm periculoſum 7. quæſt. 1. Soccin. conſ. 47. num. 6. verſ. *tertia ratio* lib. 3. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 5. Pariſ. conſ. 72. nu. 74. lib. 4. Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 23. num. 10. & quæſt. 40. num. 96. Cæphal. conſil. 251. nu. 40. tom. 2. Pinell. in l. 1. C. de bonis matern.

tern. 3.par. num.99. Simanc.de cathol. inſtitut.
tit.9.num.260.in nouiori editione, Molina lib.1.
de primogen.cap.7.num.1.Matienço in l.6.tit.7
50 lib.5.recopilat. gloſ.3.num.31. † & ſepoſito di-
cto argumento text.ille non ſolùm habet locum
in diſpoſitione feudali, ſed in maioratu,& quali-
bet alia, in qua diſpoſitum, & cautum ſit, quòd
fœminæ ſolùm ſuccedant in defectum maſculo-
rum,vt in noſtro caſu ità notantèr tenet Anchar.
in conſ.359.incip. Nos Petrus de Anchar.& Flo-
rian. de Sancto Petro per totum maximè in fi-
nali columna num.3.quod conſilium eſt omnino
videndum, quia confert multum ad caſum no-
ſtrum.

Et confirmatur magis iuſtitia D. Ramiri Flo-
rez, cùm Inſtitutrix habuerit voluntatem fauen-
di maſculis, & eos præferendi, & excludere fœ-
minas ex illis verbis, *ſucceſſiuamente, y perpetua-*
51 *mente*, appoſitis in clauſula inſtitutionis; † nàm
verbum (perpetuò) denotat perpetuitatem, l.
cùm hæredibus fideicommiſſi ff. ad S. C. Tre-
bellian. in princ.inſtit.de ſatiſdat.tutor.Anchar.
conſ.27.num.7.Ripa in l.2.num.3.ff.ſolut.matr.
& in l.filiusfamilias §.Diui num.112. ff.de leg.1.
Pariſ.conſ.2.num.13.lib.1. Couar.d.cap.5.nu.4.
Molina lib.1.de primogen.cap.5.num.33.Velaz-
quez in l.41.Tauri gloſ.3. num.14. Ioan.Garcia
de nobilitate gloſſ.1.§.1.num.24.& tractum, ſeu
prælationem ſucceſſiuam in omnem generatio-
nem maſculorum, argum. l.codicillis 91.§.inſti-
tuto ff.de legat.2.Iacob.de Belloviſ.in auth.de
reſtitutione fideicommiſſi §.nos igitur col. final.
verſ.*igitur quid* collat.9. Soccin.conſ.43. num.1.
2.& 3.lib.3.Decius conſ.23.num.8.vol.1.Cæph.
conſil.124. num.55. lib.1. Burgos de Paz Iunior
quæſt.2.ciuili num.114.Ruin.conſ.103.num.13.
52 & 14. vol. 2. † idquè ex natura dictionis *perpe-
tuamente*, quæ intelligitur ſinè temporis præfini-
tione, l.ſi vſusfructus 8. ff.de vſufruct. legat. l.2.
C. de diuerſ. reſcript. l.purè 5. §.final. ff.de doli
except.Albericus in dictionario verb. *perpetuum*
verſ.17.Burgos de Paz d.quæſt.2.num.116. Mo-
ron.in tract.de tregua,& pace quæſt.32.num.3.
l.falſo iuncta gloſſ. C.de diuerſ. reſcript. cap.2.
de decim.in 6.cap.perpetuò de electio. eod.lib.
Cæphal.conſ.268.num.31.

53 † Maximè attento verbo *ſucceſſiuamẽte*, quod
nihil aliud importat, quàm ſi fuiſſet dictum ſe-
cundùm diſpoſitionis huius tenorẽ, vt ex l.cùm
pater §. à te peto ff. de legat.2. l.hæredes mei §.
final. ff. ad S. C.Trebellian. in proprijs terminis
determinat Philip.Corneus conſ.200. paulò poſt
princ. volum.2. ille enim maſculus dicitur veni-
re ſucceſſiuè, hoc eſt per ordinem ſucceſſorij
54 edicti, † (quo mediante) quandò proximior eſt
excluſus morte, ſeù repudiatione, aut temporis
lapſu, vel ex alia quacunquè cauſa defertur ſuc-
ceſſio ad ſequentẽ, quàmuis ſit remotior reſpe-
ctu vltimi poſſeſſoris,non conſiderato, an ſucce-
dat recto tramite, vel an ſit tranſuerſalis, vt ha-
betur in l.1.& per totum ff. & C.de ſucceſſorio
edicto, præcipuè in l.fin.eiuſdem tituli in Dige-
ſtis l.1.§.penult.ff.de iuris,& facti ignorant.Bri-
ſonius lib.17. de verb.ſigniſ.verbò *ſucceſſorium*.
Vlpianus in inſtitution.tit.28. cum adductis per
Matienço in l.tit.4.lib.5.recopilat. gloſ.14.nu.
78. & ſequent.Roderic. Xuarez in l.quoniam in
prioribus ampliat. 10. nu.59. C.de inoffic.teſta-
ment.Ioan.Gutier.l.pater filium num.24. ff.de
inoffic. teſtament. Et ad ſimilitudinẽ huius ſuc-
ceſſorij edicti voluit Inſtitutrix, quòd in ſucceſ-
ſione huius maioratus ſeruaretur inter maſculos
à ſe procedentes ordo edicti ſucceſſorij, videli-
cèt, quòd deficiente maſculo ex vltimo poſſeſſo-
re, ſuccedat in dicto maioratu alius propinquior
maſculus ab ea deſcendens, non conſiderato, ne-
què attento, quòd ille eſſet tranſuerſalis reſpectu
vltimi poſſeſſoris, nec in gradu propinquiori, vel
remotior reſpectu illius lineæ, quandò non erat
alius maſculus, qui eum præcederet, & ità iuxtà
hoc clarum eſt, quòd eùm in noſtro caſu non
remanſerit maſculus vltimi poſſeſſoris, & pro-
pinquior maſculus, qui fuit repertus tempore
illius mortis ſit dictus D. Ramirus Florez, debet
ſuccedere in hoc maioratu, excluſa dicta D. Ma-
ria, & Dionyſio Muñoz eius filio, quàmuis reſpe-
ctu vltimi poſſeſſoris foret illis remotior, hoc
enim importat illud verbum, *ſucceſſiuamente*, per
quod vtique fuit diſponere Inſtitutrix, quòd inter
omnes eius deſcendentes maſculos ſeruaretur
ordo ſucceſſorij edicti, quærendo ſemper ma-
ſculum in omni eius deſcendentia, quàmuis eſſet
remotior in gradu reſpectu vltimi poſſeſſoris ad
excluſionẽ fœminæ, quàmuis foret propinquior,
& hoc vltimum eſt ſummè notandum.

Facit etiã pro hac parte, quòd cauſa, proptèr
quam Teſtator fecit vocationem ſuorum nepo-
tum maſculorum ex dictis Franciſco, & Iuliano
Florez, præferendo eum, qui primò naſceretur
ex quolibet ipſorum, fuit, vt euitaret querelas
inter eos,& non quòd moriente primo nato, non
poſſet ſuccedere filius maſculus alterius fratris,
prout eſt dictus D. Ramirus, excludendo di-
ctam D. Mariam, cùm ſit ſecunda ſimilis primæ
55 vocationi; † & quando vna diſpoſitio eſt alteri
ſimilis, debet ſecundùm eam regulari, l. 2. ff. ſi
ſeruitus vindicetur, l.naturalis §.final.ff.de præ-
præſcript.verb. Albericus in l.Cæſar num.8. ff.
de publican.& vectigalib. l.final.C.de inſtitut.&
ſubſtitut.Cephal.conſ.37.incipit magnificus nu.
12. tom.1. & cùm fuiſſet generalis diſpoſitio in-
ter maſculos, priuſquàm deſcenderet ad vocatio-
nem fœminarum tàm reſpectu maſculorum fi-
liorum Franciſci, quàm Iuliani, debet intelligi in
56 omnibus idem eſſe diſpoſitum; † Cùm idem
operetur particularis diſpoſitio in ſingulis, quod
vniuerſalis in vniuerſo, l.ſi chorus in princ. ff.de
legat.3. l.omnes C.de præſcript. 30.vel 40.anno-
rum,& l.ſi duo cum vulgatis. ff.de arbitr.& quia
clarum eſt, quòd ſi dicta D. Beatrix fuiſſet inter-
rogata de caſu occurrenti, quandò inſtituit ma-
ioratum, reſpondiſſet, quòd deficiente filio ma-
ſculo primo nato ex dictis Franciſco, & Iuliano
Florez eius filijs haberet ſuccedere filius maſcu-
57 lus alterius; † & ideò operatur idem, ac ſi clarè,
& ſpecificè diſpoſuiſſet, iuxta gloſſam in l. tale
pactum §.final. verbo *per exceptionem* ad finem
ff.de pact. communitèr recepta, vt per Crauett.
conſ.25. dubia plura num.25. & conſ.32. incipit
teſtator num.5.1.par. Rebuff.in reper.cap.Ray-
nutius

nutius num.13. verſic. *facit quo* de teſtament.
Pariſius conſ.57.num.14.lib.2.Cephal.conſ.134.
num.50.tom.1. & in maioratus terminis Molina
lib.1.de primogen.cap.3.num.90. lib.4.cap.4.
num.6.& pro eo eſt optimus caſus, ubi Doctores
notant in l.Titius 6. Lutius ff.de lib. & poſth.
& in l.final. ſecundùm intellectum art. C. de
poſthum.hæredib.inſtituend. & in terminis no-
ſtræ conſultationis Iaſo.in allegato conſ.140.col.
7.vol.2.& conſ.141.col.8.

58 In cuius confirmationē facit bona ratio; † nàm
illud,quod à veriſimili eſt remotum, falſitatem
continet,& eſt falſitatis imago,vt elegantèr tenet
Bald.in l.1.nu.9.C.de ſeru.fugit.l.milites §.opor-
tet C.de quæſtionib. Afflict. deciſ. Neapol. 345.
nu.2.Grammat.conſ.crim.8.nu.2.Cephal.conſ.85
nu.38.Roland.à Valle conſ.100.num. 12.vol. 4.
59 † quod autem veriſimile non eſt, nō eſt conſide-
rabile,nec credibile, l.qui habebat ff.de legat.3.
Ruyn.conſ.1.nu.2. ad finem lib.5. Cæpha conſ.
76.nu.52.tom.1. l.final.ff.de eo, quod met.cauſ.
60 cap. quia veriſimile de præſumpt. † Nàm nulla
diſpoſitio tàm generalis poteſt reperiri,quæ tra-
hi debeat ad ea,quę non eſt veriſimile diſponen-
tem voluiſſe,vt egregiè dixit Angel. conſ.24.in-
cip. Philippus num.2.verſ.*nunquid*, Bald.in fin.
num.10.notab.vltimo C.de hæredib.inſtituend.
Rolan.à Valle conſ.25.num.3.vol.4. ſed cui ſanæ
mentis videbitur veriſimile, quòd dicta Funda-
trix voluerit præferre dictā D. Mariam, aut eius
deſcendentes, quos nec vocauit, nec vocandi ha-
buit intentionem dicto Don Ramiro? certè ne-
mini,maximè viſa,& intellecta diſpoſitione dicti
maioratus: ſi ergo nulli veriſimile, ergo falſum,
& ab omni veritate remotum iudicandū eſt per
ſupradicta; & ſic patet,quòd dictus Don Rami-
61 rus,in quo concurrit tàm veritas, † quàm veri-
ſimilitudo,quæ eſt cognata naturæ, l.1.ff.de his,
qui ſunt ſui,vel alieni iuris, Aymon Crauetta de
antiquit.tempor.1.par.num.218.Cęphal.d.conſ.
85.num.39. & in conſ.287. num.22. tom.2. Ro-
land.à Valle conſ.81.num.8.vol.4.debet præfer-
ri tàm dictæ Dominæ Mariæ, quàm Dionyſio
Muñoz eius filio.

Nec obſtabit dicere, quòd D Ramirus Florez
fuit excluſus per D.Ioannem ipſius conſobrinū;
& quòd ex eo non debet admitti,quàmuis deceſ-
ſerit; ſed iudicari perpetuò excluſus; nàm re-
ſpondeo,quòd illa prælatio fuit perſonalis,eò quòd
primò erat natus maſculus, & cùm deceſſerit
abſquè deſcendentibus, ſucceſſio ſortita fuit ef-
fectū in perſona dicti D. Ramiri, iuxta illius vo-
cationem, tanquàm in maſculum filium dicti Iu-
liani Florez. Et ideò non obſtat excluſio prædi-
64 cta, † nec diſpoſitio cap.1. § quin etiam in tit.
Epiſcopum, vel Abbatem in vſibus feudorum,
vbi habetur, quòd perſona ſemel excluſa à ſuc-
ceſſione feudi, durat perpetuò excluſa, nàm re-
ſpondetur multiplicitèr.

Primò,quòd dicta regula non procedit, quā-
dò ceſſauit cauſa excluſionis, vt in noſtro caſu;
& ità tenet notabilitèr Bald. in l. cùm antiquio-
ribus in noſtro argumento, quod facit pro parte
nepotis nu.18. C.de iure deliber. vbi concludit,
quòd tunc demum durat excluſio in ſecundoge-
nito per primogenitum, quandiù durat cauſa
excluſionis, quia ſupereſt deſcendens maſculus
ex primogenito; Nàm eo deficiente ſtatim ad-
mittitur ſecundogenitus; & hoc idem per eadē
verba, licet de Baldo mentionem non faciat, di-
cit Præpoſ.Alexand.in cap.1. de feudo Marchiæ
in argum.17. quod facit pro parte nepotis, Cę-
63 phal. conſ.251.num.91.& ſeqq. vol.2. † quia
excluſionis cauſa ceſſante,excluſio ceſſat, l.ſi in-
ſtituta, l. pater filium, & l.ſi is, qui ff. de inoffic.
teſtam.cum ſimil. Cęphal.conſ.103.incip.Fabri-
tius nu.10.tom.1.Suar.conſ.10.nu.71.

Secundò reſpondetur, quòd ſupradicta obie-
ctio tunc procedere poſſet, quandò excluſio eſ-
ſet pura,& perpetua, nō autèm procedit,nec eſt
vera in excluſione temporali, & conditionali ſu-
ſpenſā in aliquem euentum, prout eſt excluſio,
de qua in noſtro caſu, quæ fuit conditionalis, &
ad tempus, quandiù videlicet ſupereſſet maſcu-
64 lus primò natus ex aliquo filiorum, † Nàm eo
deficiente ex dicto Franciſco, prout deficit per
mortem D. Ioannis Carrillo eius filij, neceſſariò
eſt admittendus dictus D Ramirus,cùm cauſa
illius excluſionis temporalis defecerit, ità decla-
rat elegantèr per dictam regulam Bald. in l. in
quibus in princ.nu.3.C.de ſecund.nupt. allegans
in argumentum text.in auth.de non eligendo ſe-
cundò nuben.§.Gregoria.collat.1.auth.de nupt.
§.quoniam infirmus collat.4. idem Bald. in auth.
ſed ſi quis C.de ſecund. nupt. & in allegato cap.
1.§.quin etiam,& in l.ſi quis poſthumos §.filium
ff de liber. & poſthum. notant gloſ. ff. Cyn. Bald.
& Salycet.in l.ſi quis prioris §.talem, per tex.ibi
C.de ſecund. nupt. probat benè text.in auth. de
hæredib. & falcid.a §.ſi quis autèm non implens
verſ. *inordinatum* iuncta gloſ.ibi verbo *prior* col-
lat.1. Guillelm. de Monteferrato in tract. de ſuc-
ceſſ.Regum Galliæ num.34.cum.ſeqq.Alexand.
conſ.53.num.11.& 12.lib.7. Molina lib.1.cap.6.
num.22.

6 † Tertiò reſpondetur,quòd hic agitur de ſuc-
ceſſione maioratus, quæ eſt perpetua, l. cùm ità
33.§.in fideicommiſſo ff.de legat.2. l.peto 71. §.
fratre ff. eodem l.29. l.40. l.45 Tauri l.11. tit.6.
lib.5. recopilationis, & l.2. tit.15. par. 2. & poſt
antiquiores Ioannes Lupus in rubrica de donat.
inter vir.& vxor.§.69.num.21.ad finem. Couar.
lib.3.variarum cap.5.nu.4.verſ.*verùm*, Matienço
in d.l.11.gloſ.8.num.3. Molina lib.1.de primog.
cap.4.num.13. Burgos de Paz conſ.2.num.75.&
conſ.44.num.11. & Burgos de Paz Iunior quæſt.
2. num.67.& cùm non poſſit finiri in primo, aut
ſecundo ſucceſſore,conſequens neceſſarium eſt,
quòd ſemel excluſus propter exiſtentiam alicu-
ius maſculi primò vocati, nō debet iudicari per-
petuò excluſus, ſed tantū ſuſpenſa ſucceſſio, du-
rante vita illius, cuius reſpectu fuit excluſus, eo
autē abſquè deſcendentibus mortuo poterit ſuc-
cedere: quia alias non poſſet fieri perpetua ſuc-
ceſſio ad maſculorum fauorem; idque in proprijs
terminis maioratuum Hiſpaniæ tradidere Paul.
Caſtrenſ.conſ.164.num.11.vol.2.Bolognin.conſ.
62.col.penult.& final. Pariſius conſ.72.num.100.
& ſeqq.lib.4.Velazquez in l.40.Tauri gloſ.9.nu.
78. Molina de primogen. lib.1.cap.6.num.22.&
lib.3.

lib.3.cap.5.num.72. Roderic.Xuar. conſ.10. nu.
72. & ſeqq.
Finalitèr reſpondeo, quòd D.Ramirus non
poteſt dici verè,& propriè excluſus per D.Ioan-
nem eius conſobrinum, qui prior natus fuit; ſed
ſolùm ſuſpēſus interim, quòd ſupereſſet maſcu-
lus ex eo deſcendens; vndè cùm caſus euenerit,
quòd dictus D. Ioannes mortuus fuit ſinè deſcē-
dente maſculo, neceſſariò debet admitti in di-
cta ſucceſſione D. Ramirus, cùm cauſa ſuſpen-
ſionis ceſſauerit non obſtante prædicta regula,
66 † quæ, vt diximus, ſolùm procedit in vera, &
perpetua excluſione, non in ſuſpenſione, de qua.
in noſtro caſu, vt tenet ſingularitèr Roman.conſ.
1.num.3. Bart.in l.fin.§.1.num.2.ff ad S.C.Ter-
tyll. Decius conſ.390.num.4. tom.2. incip.quo-
niàm, Pariſius conſ.72.num.102.vol.4.Molina
vbi proximè, & vltrà iura per eos allegata facit
67 optima ratio, † quòd de natura ſuſpenſionis nō
eſt tollere in totum, ſed tantum differre, l.cede-
re diem ff de verbor.ſignif.§.ex conditionali, cū
68 vulgatis inſtit. de verbor obligat. † & quod dif-
fertur non aufertur, l. cùm furioſus ff. de iudic.
§. itaquè, inſtit. de ſingulis rebus per fideicom-
miſſum relictis.
Confirmatur magis, nàm quàmuis dicta D.
Beatrix poſt dies dictorum Franciſci, & Iulia-
ni Florez Carrillo prætulerit filium maſculum,
qui ex aliquo ipſorum fuiſſet natus, viſa fuit de
iure diſponere, quòd deficiente primo nato, ſuc-
cederet ſequens maſculus ex eis, tanquàm præ-
occupans illius locum, cùm iam nullum haberet
69 proximiorem, qui eum antecederet, † quia di-
ſpoſitio legis, vel hominis vocans ad maioratum,
Baroniam, vel aliam rem primò natum, ſeù filiū
maiorem, videtur etiàm vocare ſecundò natum,
primo deficiente, iuxta doctrinam ſingularem
Bald. per gloſſ. ibi in l.ſi quis priori §.talem verſ.
ſed pone num.7.C.de ſecund.nupt. & in authen.
hoc amplius num.10. C.de fideicommiſſ. ſequi-
tur Ripa in rubr.col 2.ff.de vulg.& pupill.ſubſt.
docte Alexand.conſ.4.incip. ponderatis num.1.
70 & 2. & nu.11. vol.4. † & ratio eſt, quia primus
dicitur, quē nemo præcedit, vt in proœmio di-
geſtorum §.diſcipuli, l.ex duobus ff.de vulgar.&
pupill. ſubſtit. l.1. §.proximus ff.vndè cognat.l.
proximus 92. l.proximi 153. ff.de verb.ſignif.&
in l.2.§.legitima ff.de ſuis,& legitim.hæred. & in
cap.Ioſeph de verb.ſignif. notat elegantèr Bald.
in rubr.C.de ſeru.fugitiu.num.3.Bart.& DD.in
l.qui duos, per text. ibi ff.de rebus dubijs, Are-
tin, etiàm & Moderni in l. qui filiabus in princ.
& in §.1. ff. de legat. 1. quibus iuribus conſtat,
71 quòd † primus dicitur non ſolùm qui eſt antè
aliquem, ſed etiam is, poſt quem nemo ſit, Bald.
in l.2. col.1. C de iure emphit. & in l.cum anti-
quioribus num.11.verſ.*& primò præmitto* C.de
iure deliber. Tiraquell.de iure primogen.quæſt.
1.nu.3.& ſeqq. iuncta l.2.tit.15.par.2. Matienço
72 in l.1.tit.7. lib.5.recopil.gloſſ.1.num.4. † ſic di-
citur vnigenitus ſecundū D. Hieronym. in Pro-
uerb. cap.2.& 4. quem frater præceſſit, & de vi-
ta deceſſit, cap. nàm & ego de verb. ſignific. &
quia cùm deceſſerit dictus D. Ioannes Carrillo,
qui præcedebat D.Ramirum, remanſit illi libera
73 ſucceſſio, & pōt verè dici primogenitus; † nàm
qui ſuccedit in locum primogeniti poteſt ſine
mendacio dicere ſe primogenitum, iuxta tex op-
ptimum in cap. quæritur §. item opponitur 22.
quæſt.2. Gregor.Lopez in d.l.2 gloſ.17. verſ.*&*
quod, vnde licet Fundatrix ſolummodò vocaue-
rit in hac prima principali ſubſtitutione filium
maſculum, qui primò naſceretur ex dictis Fran-
ciſco, & Iuliano, non per hoc eſt dicendum, viſā
fuiſſe excludere maſculum ſecundò natum, imò
dicendum eſt, eum expreſsè vocaſſe, deficienti-
bus primo nato, & eius deſcendētibus maſculis,
vt in iuribus, & authoritatibus ſuprà relatis. Et
ſecundùm hoc illa verba: *El hijo mayor Varon*
legitimo de los dichos mis hijos Franciſco Carrillo,
y Iulian Florez, ò de qualquier de ellos, que pri-
74 *mero naçiere*; † debent intelligi, & verificari in
maſculo, qui reperitur maior, & proximior Te-
ſtatricis eo tempore, quo dies ſucceſſionis de-
fertur, ſiuè ſit primogenitus, ſiuè ſecundus, vel vl-
terior, argumento text.in l. ſi Titius ff.de teſta-
ment. milit. l. in delictis §.ſi extraneus ff. de no-
xalib.actionib. ex quibus in ſucceſſionum mate-
75 ria communitèr Doctores notant, † quòd qua-
litas iuncta verbo debet intelligi ſecundùm tem-
pus verbi, Roland.à Valle conſ.6.num.9.& conſ.
96.ſi ſola num.6.vol.4.Cæphal.conſ.251.num.13.
& conſ.264.nu.19.tom.2. Menoch.de recuper.
poſſeſſ.remed.16.num.19. Velazq. in l.40.4 auri
gloſ.6.num.75.
Et ſi benè conſideretur, dictus D.Ramirus eſt
in gradu proximior reſpectu dictæ D. Beatricis
eius auiæ, & venit per lineam maſculinam præ-
latam, quod deficit in dicto Dionyſio Muñoz re-
motiore, & à fœmina deſcendente, cuius voca-
tionis caſus non dùm euenit, & ita debet illi præ-
76 ferri D. Ramirus; † nàm proximior in gradu
remotiorem excludit, l.2.§.hæreditas ff.de ſuis,
& legitim. hæredib. l.Iuriſconſultus in princ. ff.
de gradib.l.1.§ gradatim ff.vndè cognat. l.2. C.
de ſucceſſorio edicto, l. auunculo C. commun.
de ſucceſſion. Cæphal.conſ.103. incip.Fabritius
num.3.vol.1.& conſ.251.num.82.tom.2 Molina
77 lib.3. cap.20.num.9. † præſertim cùm maiora-
tus ſucceſſio reguletur ad inſtar ſucceſſionis ab
inteſtato, l.cùm ità §.in fideicommiſſo, vbi gloſſ.
recepta ff. de legat.2. & conſtat in cap.1. de na-
tura ſucceſſ.feud & in cap.1.de gradibus ſucceſ-
ſionum in vſibus feudorum, l.fin. C. de verb. ſi-
gnif. cum congeſtis per Tiraquell. de retract. li-
gnagier. §. 11. gloſ. 4. numer. 2. Burgos de Paz
conſ.29. num.10. Ludouic. Molina lib.3. cap. 9.
78 num.7. quod adiuuatur etiàm, † nàm in his fi-
deicommiſſis perpetuis non poſſeſſori vltimo;
ſed inſtitutori primo ſucceditur, l. cohæredi §.
cùm filiæ ff.de vulgar.& pupill.ſubſtitut.l.vnum
ex familia §.ſi de falcidia ff.de legat.2.l.ſancimus
§.cùm autem C. ad S.C.Trebell. Bart.in l.Mar-
cellus §.quidam liberis ff.eodem tit. Mantic.lib.
8. de coniectur. vltimar.volunt. tit. 12. num.31.
Molina lib.1. cap.6.num.46. & lib.3.cap.9.num.
3.& ſeqq. Roland.à Valle conſ.100. à num.2. &
ſeqq. lib.1. Ioan.Guttier. lib.3.practicar. quæſt.
66. num.14.
Præſertim, quia Teſtatrix vlteriùs progreſſa
fuit

ſuit in prælatione maſculorum; nàm perueniens
ad vocationem ſœminarum apponit illa verba:
*y por defeto de Varon la hija mayor legitima de los
dichos mis hijos.* ac ſi dixiſſet, in defectum maſcu-
li dictorum meorum filiorum, filia maior legiti-
ma cuiuſlibet eorum, talitèr quòd ſolùm indu-
cit prælationem fœminæ, quæ primò naſceretur
ex aliquo ſuorum filiorum reſpectu aliarum fœ-
minarum, quæ poſteà naſcerentur; non autèm
reſpectu maſculorum filiorum tàm Franciſci,
quàm Iuliani Florez, quos prætulerat in prima
vocatione maſculorũ, cum ſola prælatione eius,
qui primò naſceretur; & ità eſt in illa compre-
henſus D. Ramirus in caſu mortis D. Ioãnis eius
79 conſobrini, † nàm quotieſcunquè duo copu-
lantur, qualitas, ſeù aliud in vno poſitum, in alte-
ro cenſetur repetitum, l. final. §. cui dulcia ff. de
tritico, vino, & oleo legato, l. legatorum §. 1. ff. de
legat. 2. l. Seyę §. Gaio, vbi Bart. ff. de fundo in-
ſtruct. & inſtrument. legat. Decius in l. 2. §. credi-
tum nu. 18. in fine ff. ſi cert. petatur, & conſ. 92.
viſo puncto num. 2. Carol. Ruyn. conſ. 15. num. 8.
lib. 1. & conſ. 134. nu. 15. lib. 2. Cæphal. conſ. 140.
80 nu. 19. tom. 1. † Et quia vna determinatio, quæ
reſpicit plurà determinabilia, debet pariformi-
tèr determinare, l. iàm hoc iure ff. de vulg. & pu-
pill. ſubſt. Menoc. lib. 4. præſumpt. præſ. 75. nu. 3.
& pręſumpt. 79. nu. 29. Mar. Ant. Eugen. conſ. 48.
num. 7. lib. 1. & ideò cùm in eadem clauſula dicta
D. Beatrix prætulerit maſculos vtriuſquè, priuſ-
quàm perueniret ad vocationem ſœminarum,
clarum eſt, quòd D. Ramirus incluſus in prima
vocatione venit præferendus dictæ D. Mariæ, &
per conſequens eius filio.

Vlteriùs, quia dicta Fundatrix, vt omnẽ diffi-
cultatem tolleret, appoſuit clauſulam, *prefiriendo
todauia el Varon à la hembra ſuceſiuamente perpe-
tuamente con el dicho cargo para ſiempre jamas.* Et
poſteà, *y que todauia ſuceda el hijo major, como di-
cho es, y por defeto de Varon en hembra, y faltan-
do hijos, ò hijas. de qualquier de los ſuceſores de
los dichos mis hijos.* Ex qua conſtat voluiſſe, quòd
omninò deficerent filij, & poſteà filiæ, arguendo
81 ab ordine literæ, † quod argumentum eſt in
iure validum, l. quotiens ff. de vſufruct. l. ſi quis
ſeruum, §. ſi quis ff. de legat. 2. l. 2. §. prius ff. de
vulgar. & pupill. ſubſt. Burgos de Paz conſil. 33.
num. 32. Mantic. lib. 7. de coniect. vltim. volunt.
tit. 7. num. 3. Cæphal. conſ. 133. nu. 37. tom. 1. Et
debet multùm cõſiderari, quòd dicta Fundatrix
in ſuo caſu non vocauit ſimplicitèr maſculũ ſuo-
rum filiorum; ſed eum, qui ſucceſſiuè foret ma-
ior, vt ſignificaret, quòd eius intentio nõ erat vo-
care ſolummodò maſculum primò natum, qui
aliquo tempore habuiſſet huiuſmodi qualitatẽ,
ſed eum, qui quandòcunquè eueniret caſus, quo
ſucceſſio iſtius maioratus eſſet deferenda, repe-
riretur maſculus maior; quàmuis attento ordine
naſcendi fuiſſet ſecundogenitus pro quo faciũt,
quæ ſuprà fundauimus circa verbũ *ſuceſiuamen-
te*, videlicèt, quòd indutat inter maſculos vim
ſucceſſorij edicti, quo prioribus non petẽtibus,
vel morte excluſis, ſeù alia quauis de cauſa defer-
tur ſucceſſio maſculo ſequenti, qui ſucceſſionis
tempore proximior reperitur (vt eſt dictus D.
Ramirus,) vt in allegata l. 1. & per totũm C. &
ff. de ſucceſſorio edicto, Roderic. Xuar. in l. quo-
niàm in prioribus ampliat. 10. nu. 66. C. de inoff.
teſtament.

Et eſt multùm notandum, quòd in prælatio-
ne maſculorum non dixit *majores*; ſed ſimplici-
tèr *Varones*, vt daretur intelligi, quòd omnes ma-
ſculi procedentes à dictis eius filijs ſuccederent
in dicto maioratu, non facta differentia, ſi fuiſ-
ſent maiores, ſecundò, aut tertiò geniti, quos
omnes vocauit priuſquàm poſſet fœmina ſuc-
82 cedere. † Idquè coadiuuatur ex geminatio-
ne prælationis maſculorum in inſtitutione no-
ſtra, ex qua colligitur enixa voluntas dictæ D.
Beatricis, vt ſcilicet maſculi prelationem ſemper
haberent, iuxta text. in l. Baliſta ff. ad S.C. Tre-
bell. cum his, quæ tradunt Pariſ. conſ. 58. nu. 10.
& conſ. 66. nu. 36. lib. 3. Decius conſ. 66. de duo-
bus num. 3. & conſ. 138. diligentèr pro tenui nu.
3. tom. 1. Matienço in l. 1. tit. 16. lib. 5. recopilat.
gloſ. 7. num. 1. Cæphal. conſ. 219. nu. 7.

Vlteriùs, quia cùm vocauerit primo loco ma-
ſculos, & non ſœminas; ſed illas in defectũ ma-
ſculi, ſatis colligitur vocaſſe non ſolùm filium
maiorem, ſed vlteriores in defectũ illius, & ſuo-
rum deſcendentium maſculorum, quia ſi ſolum-
modò vocaſſet primo natum, aut maiorem, non
erat opus addere, & diſponere, quòd filius ma-
ſculus primò natus veniret alijs præferendus;
83 quia induceretur verborum ſuperfluitas, quod
non eſt dicendum, vt in l. ſi quando ff. de legat. 1.
Roland. à Valle conſ. 53. viſo, ac diligenter nu. 8.
vol. 1. Mantica lib. 5. de coniectur. vltim. volunt.
tit. 8. num. 5. Cæphal. conſ. 104. num. 25. tom. 1.
84 Burgos de Paz conſ. 27. nu. 15. † nàm etiã quæ-
libet ſyllaba poſita in diſpoſitione, cenſetur poſi-
ta cum myſterio aliquid operandi, vt tenet Bal.
in rubr. num. 16. C. de contrahend. empt. l. hanc
legem ff. eod. tit. l. ſi ſtipulatus ff de vſur. Pariſ.
conſ. 66. num. 9. vol. 2. Soccin. Iunior. conſ. 6. nu. 5
vol. 1. Roland. à Valle conſ. 61. num. 19. vol. 3. ma-
ximè, nàm cùm fuerit excluſio maſculi ſecundò
nati, propter exiſtentiam alterius maſculi primò
nati ex eiſdem verbis fuit viſa Teſtatrix inclu-
dere, & vocare maſculum ſecundò natum, defi-
85 ciente illo, qui primò natus fuerat; † nàm ex-
cluſus ad tempus, poſt tempus hoc videtur in-
cluſus, l. pater filium §. fundum ff. de legat. 3. &
argumento l. Imperatores, vbi DD. ff. de poſtul.
Soccin. Iunior conſ. 36. num. 4. vol. 3. & conſ. 67.
num. 44. vol. 2. Roland. à Valle conſ. 100. num. 84.
& ſeq. vol. 4.

Rurſus non obſtat dicere, quòd excluſio ſœ-
minarum non debet extendi de vno caſu ad aliũ:
86 quia contrarium eſt verius, quotiès ſi non extẽ-
deretur ad illũ, perſona proximioris gradus, atq;
magis dilecta deterioris cõditionis eſſet, quã ea,
quę eſt remotioris gradus, & minùs dilecta, vt ex
l. Publius §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi viua
matre C. de bon. mater. tradit Fulgo. in l. 1. ad fin.
C. de condit. inſert. vbi Paul. nu. 9. Corn. 3. Socc.
in l. cùm auus nu. 2. ff. de condit. & demonſtrat.
Decius conſ. 15. num. 5. Ruin. conſ. 133. num. 3.
lib. 3. Soccin. Iunior conſ. 1. num. 114. vol. 1. & alij
adducti per Molinam lib. 3. de primogen. cap. 5.
nu. 51.

Digitized by Google

87 num.52. † nàm iſto caſu qualitas maſculinitatis
cenſetur repetita, vt tradunt Curt.Iun.conſ.114.
num.19. Gratus conſ.111.nm.24.& ſeqq. lib.2.
& alij, de quibus Molina vbi proximè num. 63.
Aymon Crauetta conſ.98.num.14.& 15.& conſ.
161. nu.7. Ioan.Garcia de nobilit.in initio nu.6.
88 cuius magna eſt ratio, † nè magis dilectus ſit de-
terioris conditionis, quàm minus dilectus, quod
eſſe non debet contra text.in d.l.Publius §.1.vbi
Doctores, & l. ſi viua matre C. de bon. matern.
Ioan.Guttier. conſ.18.num.41.& 43. Io. Caph.
conſ.146. ſubſtitutionem nu.18.tom 2. Rolan.à
Valle conſ.58 num.77 lib.3.Burgos de Paz conſ.
27. num. 27. & conſil. 29. num. 53. quod eſſet,
ſi D.Ramirus, qui eſt filius Iuliani Florez præla-
ti excluderetur per D. Mariam, quod dicendum
non eſt,& minus, quòd Dionyſius Muñoz remo-
89 tior præferatur ei; † cùm nepos, ſeù pronepos
non debeat eſſe melioris conditionis ſua matre,
contra text.in d.l ſi viua matre, vbi Pinell. nu.23.
& ſeqq. Bal. in l. quod verò quæſt. 1. ff.de legib.
melius Raphael Fulgoſ. quem ibi ſequûtur Alex.
& Moderniores ſecundùm Decium ibi in l.2. C.
de in ius vocãdo, Iaſo.conſ.141.col.5.verſ.*ſecun-
dò pro eadem parte*, pro qua doctrina eſt gloſ. in
l.1. in princ. ff.ſi quis aliquem teſtari prohibue-
90 rit, verb. *fiſco*, quæ ſingularitèr vult, † quòd di-
ſpoſitio excludens proximiorem in gradu, vide-
91 tur à fortiori excludere remotiorem, † quia
fauorabilior eſt cauſa proxima, quàm remota, &
de prima magis, quàm de ſecunda cogitatũ cen-
ſetur per diſponentem, l.qui liberis §.hæc verba,
l. ſed ſi plures §.in arrogato ff.de vulgar. & pu-
pillar.ſubſtit. l.ſocium, qui ff.pro ſocio, & l.huic
ſcripturæ ff. ad l. Aquiliam, Bald. in l. ex placito
num.1. & 2. C.de rerum permutat. Matienço in
l.8.tit.11.lib.5.recopilat. gloſ.17.num.1. Rolan.
à Valle conſ.48.num.30.vol.2.

Minùs obſtat dicere, quòd iſte maioratus in-
troierat in lineam Franciſci Carrillo, & D. Ioan-
nis ſui filij, & quòd ideò donec ſit finita dicta li-
nea, in qua prætendit ſe exiſtere Dionyſius Mu-
ñoz, non debet tranſitum facere ad aliam lineam,
ſcilicèt Iuliani Florez, quia quoàd deducendum
lineam à Franciſco, caret omni fundamẽto, cùm
inſimul cũ eo fuerit vocatus, & ſucceſſerit Iulia-
nus Florez eius frater, cuius eſt filius D. Rami-
rus, ſi inſpicitur perſona D. Ioannis, qui primò
natus fuit, nec eius ſoror, aut filius eius ſunt de
eius linea, & vt conſtat eſſe verum, prout eſt, de-
92 bet animaduerti, † quòd linea eſt collectio per-
ſonarum ab eodem ſtipite deſcendentiũ, prout
diffinit Ioannes Andræas in arbore conſanguini-
tatis in margine, Capyc. deciſ.159.num.3. Tira-
quell.in tract.de retractu gloſ.9. num.2. Ruinus
con.23.nu.6.vol.4. Oliuer. Textor in comment.
ad titulum inſt.de gradib.cognat. quæſt.9.nu.1.
93 Gregor.Lopez in l.2.tit.6.par.4 gloſ.1. † & ità
vt dicatur propriè linea alicuius, debet intelligi
de ea, quæ habet originem in illius perſona, &
reſpectu ſuorum deſcendentium, & ità de linea
recta ſurſum, & deorſum, vt poſt Bald.conſ.237.
lib.3 & alios tradit Cæphal.conſ.5.num.36.tom.
1.Barbatia in l.cùm acutiſſimi num.125.C.de fi-
deicommiſſ.Roland.à Valle conſ.23.nu.28.vol.4
l. Iuriſconſultus ff. de gradib. l.qui liberis §.hæc
verba ff.de vulg. & pupill. ſubſtit. Decius conſ.
379.requiſitus num.3.Soccin.conſ.33.volum.3.
94 † & linea alicuius dicitur, cuius ipſe eſt caput,
& ab ipſo tanquàm à fonte deriuatur, argum. l.
pronunciatio in fin. ff. de verbor. ſignif. Soccin.
conſ.33.circa præſentem nu.8.& 11. lib.3. Bur-
gos de Paz conſ.29.num.29.Alciat.conſ.523.nu.
10. Molina lib.3.de primogen.cap.6.nu.34.qua-
rè iuxtà voluntatem D. Beatricis illicò intelligi-
tur finita linea poſſeſſoris iſtius maioratus, cùm
primùm deceſſit ſinè filio, aut alio deſcendente
maſculo, quàmuis reliquiſſet ſororem. quod vo-
luit, & ſignificauit, vocando ſolummodò filios
maſculos Frãciſci, & Iuliani Florez Carrillo ſuo-
rum filiorum, & ideò cùm D. Ioannes deceſſerit
ſinè filijs maſculis, clarum eſt ſucceſſiſſe D. Ra-
mirum.

95 † Et quandò non intelligeretur linea de effe-
ctiua, ſed de contentiua reſpectu eiuſdem D.
Beatricis, à qua omnes deſcendunt, dictus D.Ra-
mirus quàmuis tranſuerſalis reſpectu D. Ioannis
ſui conſobrini, debet dici de linea, vt magiſtrali-
tèr declarat Bald.in conſ.334. nu.7. vol.3. quem
refert, & ſequitur Soccin. in l.Gallus §.nunc de
lege Velleia ff. de liber. & poſthum. Hoſtienſ.in
ſumma de conſang.& affin.col.2.verſ.*quòd lineæ
ſunt*, & ſequitur Præpoſ.in cap.vir in 2.lectura
arboris col.7.de conſang.& affinit.doctè Burgos
de Paz conſ.27.num.40.& ſeqq. & conſ.29.nu.
27. & ità ceſſat obiectio, pro quo facit, quod le-
gitur, & notatur in cap.quòd dilectio de cõſang.
& affinit. text. cum gloſ.in cap.final. eod. tit. &
quia cùm maſculi reperiantur prælati, parùm at-
tenditur, quòd ſint tranſuerſales reſpectu vltimi
96 poſſeſſoris; † nàm adhuc maſculus ex maſculo
dicitur propriè de linea maſculina, vt declarat
optimè Cuman. conſ.2. & tenet Soccin. in alleg.
§.nunc de lege Velleia col 2. vbi allegando præ-
dictum Baldi conſilium, licet corruptè, tenet, in
linea maſculorum contineri omnem maſculum,
& ex maſculo procedentem à Teſtatore: & ideò
cùm D.Ramirus ſit maſculus, & deſcendat à ma-
ſculo, quàmuis tranſuerſalis reſpectu D.Ioannis,
eſt præferendus Dionyſio, qui etiàm tranſuerſa-
lis eſt, & procedit ex fœmina.

Secundò reſpõdetur, quòd quàmuis voluntas
dictæ Inſtitutricis non fuiſſet ità aperta, prout
eſt, adhùc mediante iuris diſpoſitione, neceſſa-
riò fatendũ eſt, quòd linea poſſeſſoris huius ma-
ioratus extinguebatur eo decedente ſinè filio, vt
97 deceſſit dictus D.Ioannes, † nàm etiàm ſi relin-
queret fœminam, nedùm ſororem, ſed quod ma-
gis eſt filiam, eis excluſis ſucceſſio pertineret hu-
ius maioratus ad maſculum proximiorem alte-
rius lineæ deſcendentem à primo fundatore, vt
probat caſus ad literam in cap. vnic. de eo, qui
ſibi, & hæredibus, & tenet Ancharan. alleg. conſ.
359. Raphael Cuman.conſ.2. dicẽs, quòd in ſub-
ſtitutione, in qua ſunt vocati maſculi principa-
litèr, & per prius, & poſteà fœminæ, tunc maſcu-
lus etiàm tranſuerſalis admittitur, & fœmina
etiam ſi ſit ſoror, vel filia exclúditur, quod pro-
ſequitur latiùs Soccin.in l.cùm auus num.8.ff.de
condit.& demonſtrat.qui dicit valdè notandum

pro

Digitized by Google

pro limitatione illius text. qui videtur decidere,
quòd filia vltimi poſſeſſoris non videtur excluſa,
quia intelligitur, niſi maſculi vocentur, quo caſu
excluſio fœminarum videtur facta propter qua-
litatē ſexus, vt itá conſiderabile non ſit, quo gra-
du ſit maſculus, vel fœmina, vel an ſit ſoror vlti-
mi poſſeſſoris, vel non; nàm in omni caſu exclu-
ditur in tali diſpoſitione per maſculum, quod in
effectu ſentit idem Soccin. conſ. 61. & conſ. 63.
vol. 3. dicens, fœminam excludi etiàm per ma-
ſculum alterius lineæ, quãdò adeſt diſpoſitio vo-
cans, & præferens maſculos, vt in præſenti tenet
Paul. Caſtr. conſ. 175. caſus præſens nu. 3. verſ. *vel
ſi vera* vol. 1. Fulgoſ. conſ. 18. & conſ. 38. Alexand.
conſ. 52. circa hanc num. 4. & ſeqq. vol. 4. & conſ.
29. incip. quoniàm abundè num. 3. verſ. *ſed præ-
miſſis*, & num. 5. vol. 1. Curtius conſ. 34. & conſ.
51. latè Decius conſ. 15. cum adductis per Abb.
conſ. 75. num. 6. & ſeqq. vol. 1. vbi tenet, quòd in
omni diſpoſitione, in qua fœmina propter ma-
ſculum excluditur, id procedit non tantùm per
maſculum eiuſdem lineæ, ſed etiàm per maſculũ
alterius lineæ, quod & ſentit Bal. in l. ſed etſi hac
§. liberos ff. de in ius vocando.

Nec ſimilitèr obſtabit, ſi Dionyſius Muñoz
dixerit, quòd eſt nepos ex ſorore vltimi poſſeſ-
ſoris, & ideò eſt præferendus, quia D. Ramirus
eſt gradu proximior, cùm ſit conſobrinus matris
illius, & quæſtio non eſt tàm de proximitate, ſed
de excluſione fœminæ, ſuperſtite quocunq; ma-
ſculo quantumcunquè remoto, dummodò à pri-
ma Inſtitutrice deſcendat. Secundò vt tetigimus
ſupra nu. 78. ſecundùm veriorem, & communem
98 ſententiam † in ſucceſſione maioratus non eſt
attendenda proximitas reſpectu vltimi poſſeſſo-
ris, ſed reſpectu primi ſtipitis, à quo maioratus
proceſſit, l. cùm ità §. in fideicommiſſo ff. de le-
gat. 2. l. cùm pater §. rogo ff. eodem tit. cap. vnic.
de eo, qui ſibi, & hæredib. ſuis in feudis, Bart. in
l. cohæredi §. cùm filiæ ff. de vulgar. Decius conſ.
1. nu. 5. & eſt communis opinio, vt per Ioannem
Dilect. de arte teſtand. tit. 5. de ſubſ. it. cautel. 21.
num. 3. Decius latè conſ. 474. incip. in cauſa nu.
11. Tiraquel. de vtroque retract. par. 1. §. 11. gloſ.
10. num. 18. vbi in effectu reſpondet legi 7. tit. 7.
lib. 5. ordinam. Hieron. Gab. conſ. 86. nu. 11. & 14
& conſ. 121. nu. 9. Roland. à Valle conſ. 70. nu. 78.
99 lib. 3. † Tertiò, vt omnis ceſſet ſcrupulus, atten-
ta l. 2. tit. 15. par. 2. in qua Pars aduerſa fundatur,
reſpondetur, obiectionem prædictam non pro-
cedere in noſtro caſu, in quo, vt ſupra latiſſimè
eſt declaratum per exempla, & iura, Fundatrix
non conſiderauit proximitatem reſpectu vltimi
poſſeſſoris, ſed qualitatē maſculinitatis, & ideò
decedente poſſeſſore ſine filio maſculo, quàmuis
ſororem reliquerit, vel ex ea filium, adhùc dicta
Inſtitutrix vocauit maſculos procedentes à ſe,
nedùm eiuſdem, ſed & alterius lineæ etiã remo-
tioris gradus, & cõditionis, quàm fœmina reſpe-
ctu vltimi poſſeſſoris.

Et ex eadem ratione ſatisfit alio tertio modo,
quòd non conſideratur proximitas reſpectu vl-
timi poſſeſſoris, quandò Teſtator aliud diſpo-
100 ſuit; † nàm tunc eius diſpoſitio eſt ſeruanda,
vt tradit Molina lib. 3. de primogen. cap. 6. nu. 47.
ad finem, Mieres 2. par. quæſt. 8. num. 1. ibi, *niſi
aliud appareat ex verbis, & mente Teſtatoris*, Co-
uar. in pract. cap. 38. num. 3. verſ. *ſecunda conclu-
ſio*. ibi, *niſi ex voluntate Teſtatoris, vel expreſſa,
vel tacita contrarium deduci valeat*. & certè idē
diſpoſuit I. C. in l. cùm ità legatur §. in fideicõ-
miſſo ff. de legat. 1. ibi, *niſi ſpecialitèr defunctus
voluntatem ſuam ad vlteriores extenderit*, & cla-
riùs l. 40. Tauri hodie l. 5. tit. 7. lib. 5. recopilat. in
verſ. *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el, que
primeramente conſtituyo, y ordenò el mayorazgo,
que en tal caſo mandamos, que ſe guarde la volun-
tad del, que lo inſtituyo.*

Quod magis abſquè vllo ſcrupulo procedit
in præſenti caſu, in quo Teſtatrix ſolummodò
vocauit filios maſculos Franciſci, & Iuliani Flo-
rez Carrillo, & non fœminas; quarè nulla illarũ
poteſt ſe iuuare dicta diſpoſitione, vt aſſerat ſe
101 proximiorē vltimi poſſeſſoris: † quia in ma-
ioratus ſucceſſione quandò aliquis eſt nominatus
ad illũ, ceſſat alterius etiàm propinquioris ſuc-
ceſſio, d. §. in fideicommiſſo l. 2. tit. 15. par. 2. Bal.
in l. cùm antiquioribus num. 11. verſ. *nono* C. de
iure deliber. Paul. Caſtr. conſ. 164. num. 4. & 5.
lib. 2. & in d. §. in fideicommiſſo verb. *poſt omnes*
determinans, quòd prius debent totalitèr extin-
gui primò nominati, antequàm ad vlteriores de-
ſcendat fideicommiſſum, etiàm ſi primò nomi-
nati eſſent vlteriorès in gradu, quod eſt ſummè
in propoſito notandum, Molina lib. 3. cap. 6. nu.
30. & ſeqq. Ioan. Guttier. conſ. 4. num. 24. Couar.
d. cap. 38. num. 1. & 8.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd diſpoſitio excluſi-
ua fœminarum debet intelligi, quandò maſcu-
lus, & fœmina sũt in eodem gradu, proùt foret,
ſi dictus D. Ramirus eſſet frater D. Mariæ, & nõ
quandò maſculus eſt remotior fœmina reſpectu
vltimi poſſeſſoris, quia huic obiectioni duplici-
tèr reſpondetur; Primò, quòd non fundatur iu-
102 re, nec authoritate, † & ideò non eſt de illa
curandum, argumento text. in l. illàm cùm vul-
garis C. de collat. authent. de trient. & ſemiſſ. §.
conſideremus collat. 3. Decius conſ. 638. Com-
munitas nu. 5. tom. 2. Bart. in l. frater à fratre nu.
21. ff. de condict. indeb. Petr. Royz. deciſ. Lituan.
1. nu. 192. Roland. à Valle conſ. 45. viſa inquiſitio-
ne num. 38. vol. 1. Iaſo. in l. vinum nu. 8. ff. ſi cert.
petat. & quia falſum eſt omninò, quod in ea ſup-
ponitur: quia hic nõ agitur de ſucceſſione hære-
ditaria, vbi attēditur proximitas reſpectu vltimi
poſſeſſoris defuncti, ſed de ſucceſſione maiora-
tus, in qua non curamus de proximitate reſpectu
vltimi poſſeſſoris, ſed de excluſione feminæ fa-
cienda per maſculum quantùmuis remotiorem
103 ex voluntate Fundatricis, † à qua dicitur pro-
uenire ſucceſſio, vt in alleg. l. vnum ex familia in
princ. & §. ſi de falcidia ff. de legat. 2. Bart. in l.
mortis cauſa capitur in princ. ff. de donat. cauſa
mortis, Iaſo. in l. 2. num. 211. C. de iure emphyt.
104 † & facit, quod vulgò dici ſolet; quòd à pri-
mordio tituli poſterior formatur euentus, l. 1. C.
de imponend. lucratiu. deſcript. lib. 10. Gregor.
Lopez in l. 21. tit. 13. par. 2. gloſ. 1. antè finem, &
in l. 5. tit. 7. par. 5 gloſ. 8. ex qua lege Gloſ. & DD.
105 ibi notant, † quòd origo cuiuſquè actus, ſeu
diſpo-

di poſitionis eſt inſpicienda, Anchar.conſ.57. col.
v. Tiraquell.de retract.lignagier.§.1.gloſſ.8.nu.
26. Iaſo.in l.ſi is, qui pro emptore num.43. in
fine ff. de vſucapionib. & in l. clàm poſſidere in
princ. num.15. & ſeqq. ff.de acquirend.poſſeſſ.
Cæphal.conſ.4.num.47. Roland.à Valle conſ.32.
num.10.& 31.vol.3. Menoch. lib.1. de arbitrar.
Iud.quæſt.80 num.105.

Et in effectu dicta Teſtatrix voluit,quòd in
eo, qui haberet ſuccedere in hoc maioratu,con-
curreret non ſolùm proximitas, ſed etiam copu-
latiuè qualitas maſculinitatis,quę cùm deficiat in
dicta D. Maria, neceſſariò dicendum eſt, quòd
quàmuis eſſet proximior vltimo poſſeſſori, non
poteſt ad huiuſmodi ſucceſſionem admitti, exi-
106 ſtente dicto D.Ramiro tanquã maſculo,† quia
quandò duo copulatiuè requiruntur,neceſſe eſt,
quòd vtrumquè concurrat, nec ſufficit alterum
adeſſe,vt in l.ſi hæredi plures ff.de condit.& de-
monſtrat. cum alijs vulgatis, l. ſi is, qui ducenta
§.verum ff.de rebus dubijs,cap.inter cœteras de
reſcript.Soccin.in l.Gallus §.nunc de lege Velle-
ya num.2. ff.de liber. & poſthum. l. ſi quis ita
ſtipulatus ff.de verbor.oblig. Cæphal.conſ.132.
num.1. tom.1. & ita ceſſant, quæ Molina, & alij
diſputarunt de fœmina propter maſculos diuer-
ſæ lineæ,aut gradus,non excludenda,cùm diſpo-
ſitione prædictę Fundatricis ſolus dictus D.Ra-
mirus tãquàm maſculus admiſſus inueniatur, ſe-
cuſq; ſit in dicta D.Maria,& deſcẽdentibus eius.
107 † Nec obſtabit dicere, quòd lex 40. Tauri,
quam ſupra ponderaui in illis verbis, *ſaluo ſi otra
coſa eſtuuiere diſpueſta por el, que primeramente
conſtituyo, y ordenò el maiorazgo, que en tal caſo
mandamos, que ſe guarde la voluntad del, que lo
inſtituyo*. Procedit in diſpoſitione expreſſa Te-
ſtatoris,& non in tacita; nàm reſpondeo dupli-
citèr: Primò, quòd dicta diſpoſitio eſt clara, &
aperta in fauorem maſculi contra fœminam,
cùm voluerit, & diſpoſuerit verbis tàm expreſ-
ſis, quòd exiſtente maſculo, ipſe veniret præfe-
rendus, & quia primo loco vocauit maſculos
vtriuſquè ex eius filijs, vt latè ſuperiùs fundaui.
Secundo reſpondetur, quòd quàmuis diſpoſitio
non fuiſſet ita aperta ad fauorem maſculi contra
fœminas, & eſſemus in terminis dicendi, quòd
voluntas Fundatricis ad fauorem D.Ramiri con-
tra D. Mariam, & eius deſcendentes erat tacita,
adhùc debet obſeruari, ac ſi verbis expreſſis de
ipſa conſtaret, quia prædicta lex Tauri nõ dicit,
neq; requirit,quòd diſpoſitio Fundatoris ſit ex-
preſſa, ſed ſolùm dicit, quòd ſeruetur, quod di-
108 ſpoſuerit, † & de iure ità ſeruanda eſt volun-
tas Teſtatoris tacita, & coniecturata, ſicut ex-
preſſa, l. cùm proponebatur in fine ff.de legat.2.
l.cùm auus cum concordant. ff de condit.& de-
monſtrat. iuncta l. rum quid ff. ſi certum peta-
tur, l.hæredes mei §.cùm ità in verſ. *nepis* ff. ad
S.C. Trebell. l. cùm virum C.de fideicommiſſ.
l.4.§.final. ff.de liberatio.legat. ibi, *Et eſt verum
non ſolùm eum, cuius nomen in teſtamento ſcriptum
eſt legatarium habendum, verùm eum quoquè, qui
non eſt ſcriptus. ſi eius contemplatione liberatio re-
licta ſit*, l. cùm pater §. donationis ff.de legat.2.
109 Mantic. lib.8.tit.1. num.18. † idque nedùm in
fideicommiſſo,& ſucceſſione temporali,ſed etiã
in fideicommiſſo,vel maioratu perpetuo,ita Soc.
conſ.43.nu.19.vol.3.Padilla in rubr.nu.3.C.de
fideicom.Micres in tract.de maiorat. 1.par. q.1.
nu.3. Molina lib.1.cap.1.nu.7. & Menoch. lib.4.
præſumpt.67.verſ.*recedimus*,& per Cæph.conſ.
110 188. nu.7. † maximè quia illud, quod apparet
ex legitimis cõiecturis per legem approbatis, di-
citur apparere expreſſe, vt ex l. licet Imperator,
vbi Bar.& DD.notãt ff.de legat.1. & ex l.ſi quis
locuples ff.de manum.teſtam. Alex.conſ.24.nu.
6.vol.2. Tiraq.in l.7.connubiali nu.164. Bald. in
l.ita demum nu.7.C.de procurat.Angel.in tract.
maleficiorum verbo *comparuerunt dicti inquiſiti*
111 nu.5. † & manifeſtum dicitur, quod legitimis
coniecturis apparet,cap.1.vbi Abb.notab.2.de
cenſib.Bart.in l.ſi quis ex argentarijs §.pen.nu.3.
in fin. ff.de edend. Affl. deciſ.Neapol.43. nu.14.
Cauale.deciſ.Fiuiz.2.nu.18.par.2.Menoch.lib.4.
pręſumpt.19.nu.5.& in terminis Ant.Rub.conſ.
31. incip. præſupponitur in facto, Iaſ. conſ.140.
112 col.9. vol.2. † & expreſſum dicitur, quod ex
perpenſis verbis, & mente diſponẽtis colligitur,
vt in ſimili dicit gloſſ.in cap.1.de tempor.ordin.
lib.6.in verbo *Italiæ* gloſ.in clem.1. verb.*eligatur*
de elect. Decius conſ.15. col.vlt. Mantic. lib. 6.
tit.1. nu.8. Cæphal. conſ.196.nu.12. Rol.à Valle
conſ.2.viſa conuentione nu.8.& conſ.27. nu.35.
lib.4.& facit,quod tenet Bal. in l.fin. col.penult.
num.7.C.de impub.& alijs ſubſt.dicens;quòd in
tantum eſt ſeruanda defuncti voluntas, quæ ap-
113 paret ex coniecturis, † quòd ex ea quantum-
cunquè coniecturata,& non expreſſa recedimus
114 à vi,& natura verborum, † quia verba propter
mentem, & non mentem propter verba natura
cõceſſit, l.Labeo ff de ſupellect.legat. cap.ſecun-
dò requiris in princ. de appellat. cap. ſedulò 38.
diſt.Rebuff.de verbor.ſignif.in rubr.verſ.*tertia
pars* Bald. nu.3. in l.ſi donationis C. de contrah.
empt. Quintilian.in procem.libri 8.inſtit.orato-
riar.dicẽs: *Cùm verba ipſa rerũ gratia ſint reperta.*

Nec obſtabit dicere,quòd cùm huiuſmodi ma-
ioratus fuerit inſtitutus à fœmina, non fuit viſa
fœminas excludere, iuxta ea, quæ tradunt Socc.
in d. §. nunc de lege Velleya verſ. *ſecundò poteſt*,
Rain.Corſius lib.2.indagat.iur.c.11 nu.2. & alios
relatos per Burg. de Paz conſ.23. num.10.& alij
115 DD. † nàm reſpondeo, id ceſſare, quando ap-
paret de clara diſpoſitione, in qua fœmina præ-
tulit maſculos, quo caſu ceſſat cõiectura contra-
116 ria; † nàm in claris non eſt locus coniecturis, l.
continuus 137. §.cùm ità in fin. ff.de verb.oblig.
Dec.conſ.125.in cauſa ſpoliationis nu.5. & conſ.
324.nu.1.Rol.à Valle cõſ.32.nu.30.vol.4. Menoc.
lib.5 præſumpt.31.nu.23. vel ſecundò reſpõdeo
cum Paul.Caſtr.conſ.91.pręſuppoſito nu.4.verſ.
profectò vol.2.prædictam obiectionẽ potiùs pro-
cedere ex ſtudio contradicendi, quàm pro veri-
tate,quia æquale votum eſt vtriuſq; parentũ, pa-
tris ſcilicet,& matris,qui optant, vt filius maſcu-
lus,nepotes,& pronepotes maſculi deſcendentes
eis ſuccedant vniuerſalitèr,tanquàm per eos ma-
gis conſeruetur eorũm memoria, quàm per fœ-
minas,quę sũt de aliena familia,ſcilicet maritorũ,
117 aut patrum earũ; † & quia hoc per experien-

 tiam,

tiam, quæ eſt rerum magiſtra, cap. quàm ſit de elect. lib. 6. videmus quòd mulieres, ſicut & viri filios maſculos inſtituũt vniuerſales hæredes, aut maioratibus, vel melioratiónibus honorant plus, quàm fœminas, quas dote contentas eſſe volunt, vt doctè proſequitur Paul. Caſtrenſ. vbi proximè.

Vltimò facit pro complemento, quòd dictus D. Ramirus Florez, tanquàm maſculus, & comprehenſus in prima, & principali vocatione habet intentionem fundatam aduerſus quamcunq; fœminam ſolummodò vocatam in defectũ maſculorum, & ità veniebat præferendus D. Mariæ, ſi viueret, & per conſequens dicto Dionyſio Muñoz eius filio;
118 † nàm cùm diſpoſitionis prout tenor inueſtituræ debeat inſpici, iuxta cap. 1. ibi, *propter tenorem inueſtituræ* de duobus fratribus in vſibus feudorum, & ibi Bald. in cap. final. de extraordinarijs capitibus Corradi, quod ad hóc expendit Bald. in l. quoties C. de ſuis, & legitim. hæred. & in cap. 1. §. deniquè nu. 2. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. vbi elegantèr tradit, formã inueſtituræ præcisè ſeruandam, & ab ea non debere recedi, Curtius Senior conſ. 50. num. 5. Tiraquell. in l. ſi vnquàm verbo *libertus* nu. 9. & ſeqq. C. de reuocand. donat. Molina lib. 1. de primogen. cap. 2. num. vlt. Sigiſmund. conſ. 1. num. 21. inter conſilia feudalia, & ità elegantèr Soccin. conſ. 64. & conſ. 104. vol. 3. in ſimili ſucceſſione fideicommiſſi perpetui, ſeù maioriæ arbitratur, vt in primis is videatur ad ſucceſſionem inuitatus, qui ex
119 tenore inueſtituræ apparebit vocatus, † aliàs iuſtè opponitur, de te non loquitur ſubſtitutio, ſed de me, bonus caſus in l. ad probationem C. de probat. vbi Bald. notat l. cùm ità legatur §. in fideicommiſſo, ibi *priùs ad nominatos* ff. de legat. 2. quo arguendi modo vtuntur Ioan. Andr. in addit. ad Specular. tit. de teſtament. §. 1. Pariſius conſ. 86. num. 11. Gozadin. conſ. 21. nu. 8. Aymon Crauetta conſ. 161. num. 16. Roland. à Valle conſ. 58. num. 73. vol. 3. Molina lib. 1. cap. 4. nu. 5. idem poteſt dicere D. Ramirus dicto Dionyſio, quòd nec ipſe, nec eius mater ſunt pro nunc vocati, & ipſum eſſe illis præferendum, quod cenſeo de iure non ſolùm reſpectu iudicij poſſeſſorij; ſed etiã petitorij, ſaluo, &c. Conchæ 27. Maij 1601.

S V M M A R I V M.

1 *DEcimæ inter alia fuere à Deo inſtitutæ pro alimentis Sacerdotum, prout & Leuitarum.*
2 *Decimarum nomine venit, quod neceſſarium eſt Sacerdotibus alendis.*
3 *Decimæ ſoluendæ ſunt de animalibus, & pecoribus, fætibus, lana, & caſeo.*
4 *Lana eſt in fructu.*
5 *Decimæ neceſſariæ pro victu Parochi, & Miniſtrorum ſunt de iure diuino.*
Mercenarius dignus eſt mercede ſua. eod num.
6 *Decimæ reſpectu ſuſtentationis Miniſtrorum non præſcribuntur.*
7 *Decimæ in eo, quod excedunt ſuſtentationem Miniſtrorum, ſunt iuris poſitiui.*
8 *Conſuetudo in ſoluendis decimis mixtis multùm attenditur.*
9 *Decimæ dicuntur ſolui integralitèr, attenta conſuetudine.*
10 *Conſuetudo eſt ſeruanda in decimis etiam ſi diminuantur.*
11 *Decimæ quoad quotam ſunt iuris poſitiui.*
12 *Conſuetudo quadraginta annorum attenditur in decimis.*
13 *Conſuetudo circa ſoluendum decimam lanæ attenditur.*
14 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
15 *Conſuetudo longiſſima eſt ſimilis priuilegio.*
16 *Conſuetudo immemorialis priuilegium licitum inducit.*
17 *Priuilegium attenditur in decimis.*
18 *Conſuetudo legitimè præſcripta habet vim legis.*
19 *Conſuetudo præſcripta habet vim pacti conuenti.*
20 *Pacto, aut conſuetudine præſcripta deberi, paria ſunt.*
21 *Conſuetudo præſcripta vim habet conceſſionis factæ à Principe ex certa ſcientia.*
22 *Conſuetudo immemorialis eſt efficacior Principis gratia.*
23 *Antiquo tempore conſuetum ſeruari debet.*
24 *Præſcriptio immemorialis habet vim tituli, & bonæ fidei.*
25 *Immemorialis inducit præſumptionem iuris, & de iure.*
26 *Præſumptio iuris, & de iure excludit probationem in contrarium.*
27 *Nouitates ſæpiſſimè cauſant diſcordias.*
28 *Nouitas omnis præſumitur mala.*
29 *Nouitas fieri non debet in præſtatione homagij.*
30 *Nouitas non eſt admittenda in decimis.*
31 *Actus, de quo tractatum eſt, vt fieret ſcriptura, interim non eſt perfectus.*
32 *Ius alicui quæſitum ſine eius facto non aufertur.*
33 *Vnionẽ fieri quandò impediat contradictio vnius.*
34 *Contradicens actui ex hoc ſolo ius ſuum poteſt proſequi coram Superiore.*
35 *Contradictio eſt ſpecies appellationis.*
36 *Conſenſus omniũ requiritur in his, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis.*
37 *Maiori parti non ſtatur in communibus rebus pluribus, vt ſingulis.*
38 *Vnus poteſt impedire diſpoſitionem maioris partis in his, quæ communia ſunt pluribus vt ſingulis.*
39 *Prohibentis conditio melior eſt in cõmunibus pluribus vt ſingulis.*
40 *Omnes quod tangit, quando debeat ab omnibus approbari.*
41 *Voluntas ex reclamatione, & contradictione videtur ceſſare.*
42 *Priuilegium immemoriali quæſitum, quanto tempore amittatur.*
43 *Conſuetudo inducitur ex pluribus actibus.*
44 *Conſuetudo præſcripta non tollitur per vnicum actum, etiam ſi fiat à toto populo.*
45 *Priuilegium inductum conſuetudine non tollitur niſi, & prout ipſa conſuetudo.*

PRO

P R O

Incolis Villæ Pouedæ ſitæ in Montaneis Ciuitatis, & Diœceſis Cõchenſis, qui sũt Paſtores, vulgò appellati Ganaderos.

C V M

Parocho dictæ Villæ.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo cuius ſit efficaciæ in ſolutione decimarum, & an ſit valida, quòd Paſtores, & Domini gregum non ſoluant decimam lanæ ab illis detonſæ in ſua ſpecie; ſed in pecunia ex venditione illius, ceſſante fraude peruenta.

CONSILIVM CXIV.

CVm probatum ſit pro parte vicinorum, ſeù incolarum dictæ Villæ de Poueda, quòd ſunt in quaſi poſſeſſione, non ſolùm quadraginta annorum; ſed à tempore immemòriali ſoluendi decimas lanæ detonſæ ab ipſorum pecoribus, non in ſpecie, ſed de pecunia ex venditione illius peruenta, ſcilicèt de decem regalibus nũmis, aut ducatis vnum, ſcientibus, & patientibus Parochis, & ſi à tribus annis venerint in quamdam conuentionem cum dicto Parocho, quòd ſub quibuſdam conditionibus decimam prædictam ſoluerent in ſpecie, & quòd ſi experientia agnouiſſent id ſibi non conuenire, liceret illis reuerti ad dictam conſuetudinem, & obſeruantiam, cùm in hac innouatione, nec omnes vicini intereſſe habentes, interueniſſent, & duo ex his, qui fuerunt vocati contradixiſſent, nec pro parte Parochi fuiſſet ſatisfactum dictis conditionibus, videtur, de iure dictam conſuetudinem eſſe validam, liceretque illis ad illius obſeruantiam redire.

1 † Licèt enim inter alias rationes, quibus decimæ fuere à Deo inſtitutæ, ea fuerit, vt eſſet cibus Sacerdotibus miniſtrantibus in domo Domini pro ipſorum alimonia, vt habetur Numer. c. 18. in c. reuertimini 16. q. 1. Petrus de Anchar. conſ. 196. nu. 2. dicens, quòd in illo capite inhibet Deus Sacerdotibus dicens, *In terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis inter eos*, & poſteà, *decimarum oblatione contenti, quam in vſus eorum, &*
2 *neceſſaria ſeparati*, † Et ità nomine decimarum venit, quod pro ſubſtentatione ipſorum Sacerdotum tribuitur, Io. Franc. Leon. in theſauro fori Eccleſiaſtici p. 2. c. 12. nu. 15. Rebuff. tract. de decimis q. 2. nu. 1. & 2. Et ex D. Thoma 2. 2. q. 87. art. 1. Soto lib. 9. de iuſtit. & iure q. 4. art. 1. Sarmiento tract. de redditib. Eccleſiaſt. c. 4. nu. 8. & ex c. ſi ergò 12. q. 1. cap. nouum de decim. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 17. Tyndar. tract. de decimis n. 17. & 43. ex Rebuf. & alijs tradit Io. Petr. Moneta tract. de decim. q. 2. & 3. nu. 41. Martin. Bonacina tract. de legib. diſput. vlt. q. 5. propoſ. 1. n.
3 2. in fi. † Et decimæ de animalibus, & pecoribus ſint ſoluẽdæ, præſertim de caſeo, lana, & fœtibus, vt ex 2. Paralypomen. c. 31. apparet, vbi filij Iſrael ſoluerunt decimas bobum, & ouium, c. ad Apoſtolicę, c. non eſt de decim. clem. 1. vbi Card. q. 15. eod. tit. Archidiac. in c. quicumquè 16. q. 7. Andr. de *Iſer.* & Matth. de Affl. in Conſtit. Regni Neap. quanto cœteris lib. 1. rubr. 7. de decimis n. 27. Io. Ant. de Nigr. ad Cap. eiuſdem Regni incip. Volumus, rubr. de decim. nu. 8. Rebuf. tract. de decimis q. 2. nu. 11. & 12. & reſponſ. 131. nu. 2. l. 13. tit. 20. par. 1. ibi, *E otro ſi de los frutos de los ganados*, Loffred. tract. de libellis p. 4. C. de quib. reb. decima ſit ſoluenda nu. 6. Io. Petrus Moneta d. tract. de decim. c. 4. q. 1. nu. 15. Cardoſo in praxi iudiciali verbo *decima* nu. 5. & 11. fol. 84. Vgol. tract. de offic. & poteſt. Epiſcopi c. 9. §. 2. nu. 5. in fi. Io. Franc. Leon. in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 12. nu. 20. Angel. in ſumma verbo *decima* §. 1.
4 † cùm lana veniat fructuum appellatione, l. ſi cui lana 70. ff. de leg. 3. l. 4. §. vlt. ff. de vſucap. l. fructus 7. §. non ſolùm ff. ſol. mat. l. in pecudum 28. ff. de vſuris, Io. Cop. tract. de fructib. naturalib. lib. 2. tit. 3. c. 7. nu. 3. Iacobus Gallus conſ. 118. n. 18.

5 † Tamèn animaduerſo, quòd decimæ quatènus ſunt neceſſariæ pro victu Parochi, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum cenſentur eſſe de iure Diuino, & naturali, iuxta Chriſti ſententiam, dignus eſt operarius mercede ſua, Lucæ cap. 10. Matthæi eod. cap. Et repetitur à Diuo Paulo 1. ad Timoth. c. 5. per hæc verba. *Neſcitis quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt edunt, & qui altari deſeruiunt cum altari participant*, 1. ad Corinth. 9. addo c. cùm ſecundùm 16. extra de præbend. & c. ex his 12. q. 1. Henric, Caniſius tract. de decim. c. 3. nu. 7.

6 Adeò vt reſpectu dictæ portionis neceſſariæ pro victu Miniſtrorum non procedat decimarũ præſcriptio, ex Guid. Papæ deciſ. 284. num. 2. vbi Additio, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 106. nu. 8. & 9. p. 2. Franc. Marc. deciſ. 205. p. 1. & 667. p. 2. Roland. à Valle conſ. 53. vol. 4. Io. Bapt. Coſta conſ. 40. nu. 17. Guttier. lib. 2. canon. qq. c. 21. nu. 29. & 30. & ſenſit Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. Vgol. tract. de offic. & poteſt. Epiſc. c. 9. §. 2. nu. 4. verſ. *quintò*, Bonacina d. tract. de legib. diſput. vlt. q. 5. puncto 5. nu. 6. verſ. *dixi quatènus*, Io. Pet. Moneta d. tract. de decim. c. 5. q. 1. nu. 90. Molſ. in ſumma tract. 6. c. 4. nu. 41.

7 † Tamèn quatènus decimæ excedunt neceſſariam ſubſtentationem Miniſtrorum, non ſunt iuris diuini, ſed poſitiui. vt ex D. Thoma 2. 2. q. 87. art. 2. in 2. argum. & eiuſdem reſponſione, quem Sot. Caietanus, & Theologi omnes communitèr ſequuntur, teſte Gregorio de Valentia tomo 3. Commentariorum Theologicorum diſput. 6. q. 5. de decimis pũcto 1. verſ. *vt hæc omnia*, & Didac. Couarr. lib. 1. variar. reſol. c. 17.

H 3 nu. 2.

nu.2.verſ.*præterea*.vbi & plures eiuſdem ſenten-
tiæ enumerat Io. Petrus Moneta d.c.1. q.2. & 3.
nu.36. Guttier.lib.2.canonic.qq.c.21.nu.35.
8 † Et ideò in decimis mixtis, vt ſoluantur vno
modo,vel alio,attenditur conſuetudo diù obſer-
uatà,vt ex cap.ad apoſtolicam in fine,de decimis,
& Suarez lib.1.de Religione c.22.nu.15.& Mol-
feſ in ſumma tract. 6.c.4.nu.12.& 45. tradit Bo-
nacina d. diſput.vltima q.5. propoſ.3. puncto 3.
nu.17. Cardoſo vbi ſuprà d.nu. 11.
9 † Et ideò decima dicitur ſolui cum integrita-
te, quæ attenta conſuetudine eſt ſolita dari, Re-
buff. de decimis q.13. nu.19. Coſta conſ.40. nu.
19 Marius Anton.lib.1.var.reſol. reſol.17 nu.8.
10 & 9. dicens, † quòd conſuetudo ſeruanda eſt
in ſolutione decimarum, etiam ſi illæ diminue-
rentur,c.cùm ſint,vbi Abb.nu.1. & 5. de decim.
Balbus de præſcript. par.1. 5.partis princ. q.7.
n.9. Puteus deciſ.176.nu.3.par.3. Pariſ.conſ.25.
nu.21.& 36.lib.4.Nauarrus conſ.2.de decim.nu.
1.lib.3. Doctor Marta conſ.12. nu.16. Io. Petrus
Bimius conſ.184.nu.37 lib.2. Card.Zabar.conſ.
26.nu.2.idem Cardin.in clem.1. q.11.de decim.
Barthol.Soccin.conſ.297.nu.2.vol.2. Guttier.d.
c.21.n.32.& 36. Vgolin.tract.de offic. & poteſt.
Epiſcopi c.9.§.2.nu.4. verſ.*quinto*, Leon. in the-
ſauro fori Eccleſ. p.2.c.12.nu.19. Ant.de Nigris
ad c.volumus de decimis nu.21. Bonacina d.q.5.
puncto 5.nu.6.verſ.*dico primò*,& verſ.*dico ſecun-
dò*, Io.Petrus Moneta tract. de decimis q.1. §.2.
11 nu.4.& 5.& cap.5. q.1.nu.87. † Qui omnes eã
adducunt rationem, quòd decimæ quòad quotã
ſunt iuris poſitiui. Et ideò laici poſſunt præſcri-
bere quotam decimæ, vt ſcilicèt non ſoluant,niſi
duodecimam, vigeſimam, aut aliam partem, vt
conſtat ex adductis per Nauarr.in manuali c.21.
verſ.*ex quibus*,Couarr.d.c.17. nu.8. Carraſco ad
leges quaſdam nouæ recopilat.c 6.in princ. nu.
10.& ſeqq. Io.Bapt.Coſta conſ.40. nu.17. & 19.
Io Guttier.d.c.21. num.63. Anton. Faber in ſuo
Codice lib.7.tit.13.diffinit.14.nu.1. Cabedo de-
ciſ.Portug.205. nu.2. par.1.
12 † Ex quo proceſſit communis Doctorum re-
ſolutio, quòd in præſtatione decimarum ſit ſtã-
dum conſuetudini ſaltim quadraginta annorũ,
non obſtantibus ordinarijs iuris regulis, c.fin. de
Parochijs,c.1.& 2.c.commiſſum,c.cùm ſint ho-
mines 18. c. ad Apoſtolicæ 20.c. in aliquibus de
decim.l.8.tit.20.p.1. Greg.Lop.in l.7. ibid.gloſ.
1.Hoſtienſ.in ſumma,verſ.*cui danda* de decim.&
nu.15.Ant.de Butrio,& Abb.in d.c.cùm ſint ho-
mines, idem Anton. in d. c. ad Apoſtolicæ nu.9.
Rebuff.in tract.de decim. q.6.nu.1.& q.13.nu.
102. Lallus de Thuſcia lib.1. ſuper Conſt.Siculæ
tit. de decimis præſtandis nu.3. Didac. Couarr.
lib.1.var.reſolut.c.17.nu.8. Gomez à Leon.alle-
gat.20.nu.1. Iacob.Put.lib.1. dec.154. nu.6.& 7.
& lib.8.deciſ.176 nu.3.ità in Rota fuiſſe iudica-
tum referens Azeuedo in l.2.nu.4.& in l.4.nu.3.
13 lib.1.nouæ recopil.tit 5. † & in noſtriſmet ter-
minis decimarum lanæ Ioan. Andr. in addit. ad
Specolat.lib.4.tit.de decimis n.6.lit.C. & qui eũ
ſequitur Greg.Lop in l.10.tit.20. p.1.gloſ.1. Io.
Bapt. Moneta d.tract.de decim.c.6.nu.16.& c.5.
nu.203.& ſeqq.vbi probat, non requiri titulum,
quando eſſet inducta cõſuetudo quadraginta annorũ
ex Couar.d n.8.verſ.10 *his omnib. animaduerſis*.
Et hoc multò magis procedit in noſtro caſu,
in quo eſt probata conſuetudo immemorialis le-
gitimè præſcripta ſcientibus,& patiẽtibus dictis
14 Parochis Villæ Pouedæ. † Nàm vltrà quòd con-
ſuetudo eſt legum interpres optima,l.ſi de inter-
pretatione, vbi Angel.n.2.ff.de legib.l.qui inter-
rogatur ff.de interrogat.actionibus, c.cùm dile-
ctus de cõſuetud.c.certificari de ſepulturis,Bar.
in princ nu.7.Inſt de actio. Abb. in c.1. nu.4.de
teſtib. & conſ.9.nu 3. vol.2. Angel.in l.nunquàm
plura nu.7.de priuatis delictis,cum adductis per
Io.Andr.in c.2 nu 3.de confeſſis in 6. Florian.de
Sancto Petro in l.cùm quidam nu.24.ff.de leg.2.
Euerar.in centuria legali,loco ab uſitato num.4.
15 † Conſuetudo longiſſima priuilegio eſt ſimilis,
l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. &
æſtiua,cap.duo ſimul §.de offic.ordinarij,c.con-
queſtus 9.q.3.c.quia per ambitiones 64.diſtinct.
gloſ. verbo *Conſuetudinem* in c.nouit de iudicijs;
Alex.cõſ.195.n 2.lib.2.Rolan.à Vall.cõſ.3.incip.
deuenio n.116.vol.1.tex.in l.5.tit.2.lib 7.recopil.
16 † imò ipſa conſuetudo immemorialis priuilegiũ
licitum inducit, cap.ſeruitium, vbi gloſ.18. q.2.
c.ſuper quibuſdam §.præterea,vbi gloſ.de verb.
ſignif.Bar.in prima Conſt.digeſtorum § Hæc au-
tem tria nu.3.vbi Bal.2.l.Domini prædiorum C.
de agric.& cenſ.lib.10.Bal.in c.omnes n.7.C.ſine
cenſu,vel reliquis, l.fin. C.de emancipat.liberor.
c.cum contingat de foro competenti, quem tex.
meliorem de iure ad hoc vocat Io.And.ibi,Abb.
in c.1.nu 9. vt lite pendente, Rebuff. 3.tomo ad
Conſtit.Gallicas tract.de conſuetudine in præf.
nu.95 Put.deciſ 466.nu.4.cum allegatis ab Ant.
Gabr.lib.5.concluſionum tit.de præſcriptionib.
17 concl.1.nu.1. † Ergo ſicut priuilegio circà de-
cimas diſponenti eſſet ſtandum, cap.ad Audien-
tiam 12.cap.ſi terra, vbi Abbas nu.3. c.ex parte,
cap.nuper de decimis c.fin.de priuilegijs,l.4.tit.
20.p.1.ità eodem modo conſuetudini, ſi ſit legi-
18 timè præſcripta, vt hæc eſt. † Cùm non ſolùm
vim legis conſtitutæ habeat, l.1.verſ. *ſi tamen* ff.
de aqua pluuia arcenda.Bar.in l.1.§.deniquè n.1.
eodem tit.§.ex non ſcripto,Inſt.de iure naturali,
c.conſuetudo 2.diſtinct.& ex l.1. C.quæ ſit lon-
ga conſuetudo,& c.fin.de conſuetud.Hyppol.de
Marſil.conſ.33.incipiente in cauſa nu. 16. vol.1.
Hoſtienſ.in c.peruenit col.3 de cenſib.optimè in
terminis text.in l.legis virtus ff.de legib.Rebuff.
vbi proximè in præf nu.75.Menoch.de adipiſc.
19 poſſeſſ.remed.2. nu 7. † & pacti conuenti dicta
l.Domini §.C.de agric.& cenſ.lib.10.gloſ.in rub.
C. de decurionibus eodem libro, Rebuff. vbi
proximè n.98.ex l.ſi pupillus in fin. ff.de admin.
tut.Affl.in c.1.§.ſi quis per notabile n.5.ſi de feu-
do fuerit,cõtrouerſia inter Dom.& agnat.vaſſal-
20 li,vbi ait † paria eſſe aliquid mihi deberi ex pa-
cto,vel ex præſcriptione,aut conſuetudine præ-
ſcripta,l.2.§.Caſſius ff.de aqua pluuia arcen. Iaſ.
in l.quò minus n.96.ff.de flumin Ant Gabr.pro-
ximè allegat,nu.68.Anton.de Butrio in c.2.nu.3.
de conſuetud in 6. Boerius deciſ. 107. num. 4.
Greg.Lopez in l.3.tit.2.p.1. gloſ.1. Rolan.à Valle
21 conſ. 42. num. 29. volum.1. † Sed etiàm con-
ceſſionis

Digitized by Google

ceſſionis à Principe cum cauſa,& ex certa ſcien-
tia factæ,vt tradit Bald. in l.cùm proponas num.
18. C. de nautico fœnore, & poſt Iſerniam à ſe
allegatum ex iuribus ſuprà adductis tradit Iaſon
in d.l.quominus num. 41. Alexan.conſ.52.incip.
viſis his nu.4.vol.5.Rebuff.in cap.extirpandæ §.
qui verò verſ.ſecundo nàm ea de præbend.Rolan.
à Valle conſ.89. num.11.vol.2.& conſ.59.nu.16.
lib.4. & conſ.13.num.4. & duobus ſeqq. eodem
vol.Anton.Gabriel d.concluſ.1.num.67. Burgos
de Paz conſ.15.num.13. & conſ.16.num.14. Do-
natus à Fina inter commun. DD.opin. lib.1. tit.
17. C.de legibus concluſ.380. & Fichardus 391.
22 † Imò plus poſſe conſuetudinem iſtam,quàm
Principis, aut Papæ gratiam, ex Innoc.in cap.ad
Apoſtolicam num.2.& 3. de ſimonia, tradit Re-
buff. d.tract. de conſuetud. vſu, & ſtilo num.96.
23 ideò † meritò ſeruandũ eſſe illud, quod ab an-
tiquo fieri conſueuit, tradit text.in princ.verſic.
ab antiquo de pace Conſtant.vbi Bald.conſuetu-
dines antiquas ſeruandas eſſe aſſerit; nec quid
contrà longam conſuetudinem eſſe inducendũ,
l.1.C.quæ ſit longa conſuetudo,l.ſi manifeſtè C.
de ſeruit.Barbatia inter Alex. conſilia conſ.135.
24 inc p. & quidem num. 10. vol. 4. † cùm huiuſ-
modi immemorialis præſcriptio loco tituli, &
bonæ fidei habeatur, cap.1. de præſcript. lib. 6.
& ex l.1. §.fin. l.2.& fin.ff.de aqua pluuia arcen.
l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. &
æſtiua, l.ſi quis diuturno ff. ſi ſeruitus vendice-
tur, gloſ.verbo *non extat* in d.cap. ſuper quibuſ-
dam de verbor.ſignific. & verbo *vſquè ad hoc tē-
pus* in cap.fin. 18.quæſt.2. Dynus in regula poſ-
ſeſſor num.29. vbi Additio lit. Q de regul.iur.
Ioan Lup. in repetit.cap. per veſtras verſ. *ſed eſt
pulchra* num.48.de donat.inter virum,& vxorē,
Couar.in d.reg.poſſeſſor 2.par. §.3.num.7.verſ.
alioquì, & §.5.num.2.verſ.*tertia concluſio*, idem
lib.1.variar.reſolut.cap.17.num.5. verſ.*ſed ſi du-
bitetur*, Burgos de Paz conſ.15. num.12.& 33. &
25 conſ.16 num.14.& conſ.50.num.4.† in tantum
quòd hac immemoriali probata, probatio in
contrarium excluditur,quia immemorialis con-
ſuetudo iuris, & de iure inducit præſumptionē,
vt tradit Anton. de Butrio in cap. peruenit verſ.
ad tertiam, ibi *mihi videtur* de cenſibus, Felyn.
in cap.cùm nobis num.7 verſ.*ſcias etiàm* de præ-
ſcript. cum allegatis ab Ant. Gabr. d.concluſ.1.
26 nu.50.& Burgos de Paz d.conſ.15.nu.18 † hanc
autèm præſumptionem nõ admittere probatio-
nem in contrarium,notiſſimum eſt,cap.is,qui fi-
dem, iuncta gloſſ. verbo *contra præſumptionem*
de ſponſalib. verbo *quod non fuit* in cap. ferrum
50.diſtinct.l.antiquæ C.ad S.C.Velleian. l.vltim.
C.arbitrium tutelæ,Bart.in auth. ſed iam neceſ-
ſe num.3.C.de donationib.ante nupt. Speculat.
lib.2.tit.de præſump.§.ſpecies num.5.Octauian.
deciſ.Pedemontan.101.nu.25.Florian de Sancto
Petro in rubr.num.5.ff.de probationib. Mantic.
lib.1.de coniectur.vltimar.volunt. tit.2. num.3.
Menoch.lib.4.de præſumpt. præſumpt.89.num.
26.vndè cùm vicini loci de Poueda in hac imme-
moriali conſuetudine fuerint,& ſint. quòd deci-
marum lanæ à ſuis gregibus detonſæ loco pecu-
niam ſoluant numeratam in ea ſunt conſeruan-
di, quia talis conſuetudo eſt valida, vt doctè re-
ſoluit Rota nouiſſima à Paleoto recollecta lib.3.
27 deciſ. 381. nec nouitas inducenda: † cùm enim
nouitates ſæpiſſimè cauſent diſcordias,vt tradit
text. in cap. cùm conſuetudinis de conſuet. cap.
quòd dilectio in fin.de conſang.& affinit. Iaſo.in
l.in rebus num.2. ff.de conſtit. Principum, Re-
buff. in repet.rubricæ de reſcript. num.25. verſ.
28 *item in rebus*, † omnis enim nouitas præſumi-
tur mala,ſecundùm Iaſ.vbi proximè num.1. Re-
buff. in tract. nominationum quæſt.5. num. 34.
29 † ſic videmus in homagijs nullam debere indu-
ci nouitatem, l. cùm ſatis §. caueant C. de agric.
& cenſit. lib.11. & ex cap. dilecti de maiorit. &
obedient.& d.cap.cùm cõſuetudinis tradit Spe-
culator lib.4. tit. de feudis §.quoniàm num. 70.
Aluarot.in cap.vnic.de forma fidelit. nu.10. Bel-
lacomba inter communes Doctorum opiniones
lib.3. tit.21. C.de ſeruitutib. num.27. præcipuè
quia omnis diſcordiarum materia eſt reſecanda,
ad quod iura fauēt, l.cùm pater.§. dulciſſimis de
legat.2. iunctis, quæ tradit Florianus in l. com-
muni diuidundo §.de vſufructu nu.2.ff.commu-
ni diuidundo, Gregor. Lopez in proemio tit.15.
30 par.6. † quare nouitas aliqua in petitione,& ſo-
lutione decimæ cuiuſcunquè non eſt inducenda,
nec permitti debet, vt inducatur; ſed antiqua
forma ſeruari debet, gloſ.verbo *decimarum*.verſ.
alij dicunt in cap.1. de decimis lib.6. & ex nota-
tis per Bald.in l.3. num.6. C.de ſeruitu. & aqua,
tradit Barbatia in additio.finali ad eum ibi, opti-
mè Antonius de Butrio in cap. 2. num.1. de de-
cimis, quod iuſtiſſimè ſtatutum eſt l.6. tit.5. lib.
1.recopilat.vbi Azeuedo num.1.& antè eum Co-
uarr. lib.1. variar.reſolut. cap.17. num.8. verſic.
nonò principalitèr, Rebuff. in tract. de decim. q.
10. nu.6. Ioan.Guttier.lib.1.practicar.quæſt. 10.
num.2. Gregor.Lopez in l.1.tit.20.par.1.gloſ.3.
ad finem, vndè cùm ius ſuum fulcitum haberēt
dicti vicini particulares Oppidi de Poueda vir-
tute dictę immemorialis conſuetudinis,nõ obeſſe
eis tractatus inter conſilium eiuſdem Oppidi ha-
bitum de ſoluendo decimam in lana cum certis
conditionibus, & ſi Parochi voluntas acceſſerit.
31 † Primò,quia fuit habitus tractatus,quòd de eo
fieret ſcriptura, cui omnes ſubſcriberent, quæ
cùm deficiat, nihil agitur, l.cùm res, vbi gloſ.1.
C.de probationib. gloſ.verbo *in ſcriptis* in l.con-
tractus C.de fide inſtrument. & Bald.ibi num.7.
optima gloſſ.verbo *ſcriptura* in princ. Inſtit.de
empt.& vendit.optimè Paul.Caſtren. in d.l.cùm
res num.4.& in l.contractus num.9.l.6 vbi Gre-
gor. Lopez gloſ.1. hoc verius eſſe reſoluit tit. 5.
par. 5. Salazar de vſu, & conſuetud. cap.2. nu.
11. imò cùm dictum ius acquiſitum ad ſingula-
res ſpectaret perſonas,abſquè eorum facto euelli
nequiuit ex decreto Conſilij non conceſſo, & ſi
32 [illegible]demus,ipſum fuiſſe validum, † quia ius in alicu-
ius perſona radicatũ ab eo ex facto alieno euelli
nequit, l.fin.ff.de pact. l.id, quod noſtrum ff.de
regul.iur. l.ſi cùm Hermes C.locati, l.nouatione
C.de fideiuſſor.& l.cùm à ſocero,vbi DD. C.de
iure dotium, Roland.à Valle conſ.10. et ſi [illegible]
num.37.vol.3. et quia quandò Vniuerſitas vellet
aliquid ſtatuere, quod in præiudicium ſingula-

H 3 rium

rium perſonarũ tẽderet, omniũ illorum, quibus
præiudicium generari poteſt, voluntas requiri-
tur: quia etiam ſi millies conſentiat maior pars,
quòd aliquis alicui teneatur, non ex eo teuebi-
tur, gloſ. optima verbo *aut legem* verſ. *hæc autem*
C. quæ ſit longa conſuetudo, quam ſequitur Ab-
bas in cap. cùm omnes num. 5. de conſtitutionib.
Iaſo. in l. iuris gentium §. hodie tamen num. 8. in
fine ff. de pact. Abb. in cap. 1. num. 15. de his, quę
fiunt à maiori parte capituli, adducens pro eo d.
cap. cùm omnes de conſtitutio. facit in proprijs
noſtris terminis Auendaño reſponſ. 34. num. 1. &
Burgos de Paz conſ. 10. nu. 9. 10. & ſeqq. maximè
cùm duo ex aſſiſtentibus contradixerint, ſerua-
riquè petierint antiquam conſuetudinẽ, pro quo
facit, quòd cùm non ſubeſſet cauſa immutandi
conſuetudinem prædictam, contradictio actui
interueniens obeſſe debet, facit in ſimili notatũ
per Caccialup. in tract. de vnionib. artic. 6. in
33 princ. quòd † vbi non ſubeſt cauſa faciẽdi vnio-
nem, vnius contradictio illam vitiat, Rebuff. in
praxi benefic. 1. par. reg. de vnionibus gloſſ. 11.
num. 4. Macagnanus Azoguidus lib. 3. commun.
opin. cap. 8. num. 15. quod autem prædicta con-
tradictio ſufficiat, probatur optimè ex ſententia
Abbatis Panormitani vbi proximè num. 13. poſt
Innoc. à ſe allegatum, vbi reſoluunt, quòd non
tenetur quis appellare, ſed ſatis eſt contradice-
re, ſiuè tractetur de præiudicio ſuo, ſiuè tertij,
ſiuè ipſius Vniuerſitatis; nàm cùm Vniuerſitas
procedit extraiudicialitèr, non tranſeunt huiuſ-
34 modi geſta in rem iudicatam: † vndè poteſt
quis ex contradictione ſola proſequi coram Su-
periore, vt geſtum per maiorem partem minus
rationabilitèr retractetur, argumento cap. con-
certationi de appellat. lib. 6. ſequitur idem Abb.
in cap. cùm olim 33. num. 10. de teſtibus, dicens,
neceſſariam non eſſe appellationem, nec mirum
35 † cùm contradictio ſpecies appellationis ſit, au-
thent. ſi quis litigantium, vbi Bald. num. 1. C. de
Epiſcopali audient. facit in confirmationem,
36 † quòd in his, quæ ſunt communia pluribus, vt
ſingulis, requiritur omnium conſenſus, l. per fun-
dum 11. vbi Bart. & DD. Florianus in princ. &
num. 1. ff. de ſeruitutib. ruſticor. prædior. Abbas
num. 4. in cap. ex parte 3. de his, quæ fiunt à ma-
37 iori parte capituli. † Nec in eis maiori parti ſta-
tur, Lambert. lib. 2. 3. par. artic. 2. 4. quæſt. princ.
num. 7. ex gloſ. in cap. cùm omnes de conſtitut.
Aldobrand. in §. ſed ſi ex teſtamento num. 23. in-
38 ſtit. de ſatiſdat. tutor. † ideò vnus ſolus poteſt
impedire diſpoſitionem maioris partis, cap. in re
communi de regul. iur. lib. 6. Abb. vbi proximè
gloſ. magna in fine in cap. cùm omnes de conſtit.
quam ſequitur Abbas ibi num. 7. Ioan. Andr. in d.
cap. ex parte num. 1. tex. in cap. quòd omnes, vbi
Dynus num. 1. de regul. iuris lib. 6. ideò actum
comprobatum ab alijs omnibus, vnus poteſt im-
39 pedire † in his, quæ communia ſunt vt ſingulis,
& melior conditio eſt prohibentis, vt doctè pro-
bat Paul. de Caſtro conſ. 281. num. 1. lib. 2. & ex
conſenſu nouiſſimi actus perficitur, non prius, l.
40 per fundum ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. † &
hoc caſu habet locum iuris regula, quod omnes
tangit, &c. & alia, quòd potior eſt conditio pro-
hibentis, l. Sabinus ff. commun. diuid.

Nec oberit, dictos vicinos ſoluiſſe in lana per
tres annos, quia primis duobus libera voluntate,
& præcaria fecerunt, quatènus cautũ erat, quòd
41 ſi libitum eis fuiſſet, poſſent reclamare, † vndè
eorum voluntas ex reclamatione ceſſat, cap. fin.
de præcario, l. cum præcario ff. eodem tit. l. 9.
vbi Gregor. Lopez gloſ. 1. tit. 2. par. 5. Couar. in
4. decretal. 2. par. cap. 3. §. 1. num. 17. alterius au-
tèm anni ſolutio facta ſimilitèr non obeſt: quia
ſicut quandò quis priuilegium habet nõ ſoluen-
di decimas, illud non amittit per vnicam præſta-
42 tionem; † ſed requiritur, quòd priuilegio abu-
ſus fuerit per 40. annorum tempus, cap. ſi de ter-
ra, & cap. accedentibus de priuileg. gloſſ. expreſ-
ſa in cap. cùm acceſſiſſent, verbo *contrauenerint*
ad finem de conſtitut. vbi Anto. nu. 17. Abbas nu.
8. qui reſoluit, quòd ſi habens priuilegium ſe non
tueatur eo, & aliquid voluntariè ſoluerit, ſibi nõ
præiudicat in alijs, & requiritur legitimum præ-
ſcriptionis tempus, vt præiudicium generetur,
l. voluntariè C. de excuſat. tutor. Vndè cùm hoc
procedat in priuilegio, pari ratione ex ſupra ad-
43 ductis in immemoriali conſuetudine, † quia
quãdò priuilegium eſt conſuetudine inductum,
eò quòd non eſt inductum vnico actu, ſed pluri-
bus, vt eſt de conſuetudinis eſſe, ſecundùm Bald.
nu. 2. in rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo, Aym.
conſ. 327. nu. 485. Ità multiplici contrauentione
tolli debet, argum. c. 1. de reg. iur. cum concor-
dantijs, Innoc. in d. c. accedentibus verſ. *item ha-
bent*, Anton. de Butr. in cap. cùm acceſſiſſent nu.
18. verſ. *Hæc temperat* de Conſtitut. pulchra
gloſ. verbo *temporaria* in l. nemo 166. §. tempo-
raria ff. de reg. iur. quam ſequitur Bald. in d. cap.
44 cùm acceſſiſſent num. 19. dicens, † quòd per
vnum actum contrarium conſuetudini præſcri-
ptæ, etiàm ſi ille actus fiat à toto populo, non
tollitur conſuetudo, idem Bald. in l. 1. nu. 2. & in
l. 2. nu. 8. C. quæ ſit longa conſuetudo, & in c. 1.
nu. 1. de feudi cognit. in vſibus feudor. Abb. n. 19.
in c. fin. de conſuetud. alij, quos allegat Felyn. in
d. c. cùm acceſſiſſent nu. 30. verſ. *Septimò limita*, &
Ioan. Guttier. lib. 3. practic. q. 18. nu. 11. Bald. in
rubr. nu. 15. de conſuetud. Io. Andr. in c. accedẽ-
tibus 15. nu. 6. de priuileg. Vndè prædictam con-
45 cluſionem, † quòd priuilegium conſuetudine
inductum non tollatur vno actu contrario, ſicut
nec ipſa conſuetudo tollitur, poſt Decium in d.
c. cùm acceſſiſſent tradit Menoch. lib. 6. de præ-
ſumpt. præſumpt. 41. nu. 13. & in eius partis con-
firmationem Alex. conſ. 193. nu. 15. & ſeq. vol. 2.

Et ità mihi videtur ſatis iuſtum, & iuri con-
forme, non fuiſſe generatum præiudicium præ-
fatæ conſuetudini immemoriali, non obſtante
prætenſa ſolutione triennij facta de decimis la-
næ in ſpecie, & eſſe in futurum ſtandum præ-
fatæ conſuetudini, adimplereque vicinos, & pa-
ſtores dictæ Villæ, ſatisfaciendo in pecunia de-
cimas lanæ ſuorum pecorum, eò maximè cùm
Parochus dictæ Villæ non ſolùm conſequatur
ex eo ducatos annuos ſexcentum, ſed plus, &
habeat pro eius congrua ſuſtentatione vltrà du-
catos mille quolibet anno, ſaluo, &c.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 TEmplariorum Ordinis inſtitutum quale, & quibus floruerit temporibus.
2 Templariorum Ordo, quo tempore, & qualitèr fuerit extinctus.
3 Templariorum bona in Luſitania applicata fuere Ordini militiæ Ieſu Chriſti.
4 Templariorum bona in Regno Valentiæ applicata Ordini militari S. Mariæ Monteſiæ.
5 Paulus III. Gregorius XIII. & Sixtus V. conceſſere militibus Monteſiæ, vt poſſent vxores ducere, qualificatas tamèn, & de licentia Superioris, & eorum filij ſuccedunt eis ex teſtamento, & ab inteſtato.
6 Militibus S. Iacobi conceſſum eſt primas, & ſecundas nuptias contrahere.
7 Milites S. Mariæ Monteſiæ gaudent priuilegiis conceſſis, & concedendis militibus S. Iacobi Calatrauæ & Alcantaræ ſuper nuptiis, & aliis.
8 Caſtitas cenſetur coniunctio cum legitima vxore.
9 Milites militarium Ordinum licèt ducant vxores, cenſentur Religioſi.
10 Religiones poſſunt inſtitui ad militandum contra hoſtes Fidei.
11 Milites Ordinum militarium approbatorum à Summo Pontifice ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.
12 Penſio poteſt haberi per vxoratum ex diſpenſatione Apoſtolica.
13 Milites Ordinum militarium ſunt capaces penſionum.
14 Religioſus retinet penſionem ex diſpenſatione Papæ.
15 Penſionarius non amittit penſionem ipſo iure per profeſſionem.
16 Penſiones ſui natura ſunt quid temporale.
17 Penſio non connumeratur inter ſacra beneficia.
18 Penſiones non comprehenduntur in ſtatutis à iure ſuper beneficiis.
19 Penſiones, quæ non requirunt miniſterium Eccleſiaſticum, poſſunt à laicis obtineri.
20 Papa poteſt, & ſolet diſpenſare cum vxorato, vt retineat penſionem.
21 Penſionis retentio continet diſpenſationem.
22 Diſpenſatio regularitèr eſt odioſa.
23 Quatenus dictio importat conditionem.
24 Milites Ordinum militarium exceptis Hieroſolymitanis S. Ioannis poſſunt ſemel, & bis vxorem ducere, etiam viduam.
25 Obſeruantia eſt optima interpres priuilegiorum.
26 Bigamia incurritur ex ſecundis nuptiis, vel cum vidua contractis.
27 Militibus Ordinum Militarium eſt permiſſa bigamia.
28 Penſionis retinendæ facultas non obſtante matrimonio ad primum, & ſecundum extenditur.

P R O

Don Ludouico Blaſco milite Ordinis militaris Sanctæ Mariæ Monteſiæ, & Sancti Georgij de Alſama.

C V M

Decano Eccleſiæ Archiepiſcopalis Valentinæ.

A R G V M E N T V M.

De Religione Templariorum, illius progreſſibus, & extinctione, ac origine Ordinis militaris S. Mariæ de Monteſia, & qualitèr illius milites adimpleant ſeruando caſtitatem coniugalem, poſſintquè ſemel, & bis ſucceſſiuè ducere vxorem, & penſiones Eccleſiaſticas ſibi auctoritate Apoſtolica conceſſas retinere.

CONSILIVM CXV.

CVM D. Ludouicus Blaſco auctoritate Apoſtolica reſeruatam haberet penſionem annuam certæ ſummæ ſcutorum auri ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus Decanatus Archiepiſcopalis, & Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ cum indulto ſpeciali, quòd ipſam poſſet retinere, etiam ſi matrimonium contraheret, & ſecundùm Ordinis militaris Monteſiæ priuilegia primas contraxiſſet nuptias cum virgine, & illa defuncta velit ſecundas contrahere cum vidua, dubitauit, an id efficere poſſit, & retinere penſionem, abſque metu amiſſionis illius propter bigamiam, ex his, quæ tradunt Flam. Pariſ. lib. 5. de reſign. benef. q. 3. nu. 102. & q. 6. nu. 66. Garſ. de benef. par. 7. c. 6. de bigamis à nu. 1. Io. Montaig. tract. de bigamia q. 5. nu. 4. Io. Coraſ. de benef. p. 3. c. 4. nu. 2. Rebuſ. de pacificis poſſeſſ. nu. 232. Pius V. in ſua Conſt. quæ incipit Sacroſanctum 13. Septem. 1568.

Et quia videtur tutò poſſe retinere penſionem, & ſi cum vidua nuptias ſecundas contraheret ad potiorem fundamentorum iuſtitiæ illius intelligentiam illud præſupponendum duxi.

1 † Quòd Templarij milites cùm circitèr annum Domini 1117. ſub Gelaſio Papa II. initium ſumpſiſſent hoc nomen ſortiti, quia in parte ædium Templo vicina habitabant non longè à ſepulchro Domini, Chriſtianos peregrinos hoſpitio cum charitate ſuſcipientes, quos per ſacra loca, & Templa armati ducebant, & comitabantur, vt omnem Terram Sanctam tutò inuiſerent, & indè ſinè aduerſariorum moleſtia reducerentur incolumes, exiſtentibus primis huius charitatis officij auctoribus nouem viris inſignibus, quorũ Principes extitiſſe feruntur, Hugo Paganus, & Gaufredus de S. Alexandro, qui vtebantur mantellis albis cum cruce rubea, in omnique Chriſtiano Orbe ſe dilatarunt, vigueréquè per annos ferè ducentum, vt latiùs videri poterit apud Polydor. Virgilium lib. 7. de inuento. rerum cap. 5. Philipp. Bergomenſ. in ſuo ſupplem. Chronicorũ lib. 12. Paul. Aemilium in hiſtoria Franciæ in Ludouico Iuniore, & Philippo Auguſto, Marc. Anton. Sabellicum Aenead. 9. lib. 4. pag. mihi 361.

Carol.

Carol. Sigon. lib. 11. hiſtor. Regni Italiæ in Lothario III. pag. 261. Caſſan. in cathal. glor. mundi par. 9. conſ. 5. Raphael. Volaterr. lib. 21. Antropologiæ pag. mihi 636. Cælium Rhodigin. lib. 25. lectio. antiqua. c. 30. Guillel. Tyrium lib. 12. de bello ſacro cap. 6. & 7. Pet. Gregor. ſyntag. iuris vniuerſi 2. par. lib. 15. cap. 33. nu. 6. & de Republ. lib. 3. cap. 3. nu. 17. Spiegel. Alberic. & alios Lexicographos in eorum dictionarijs, verbo *Templarij*, Franciſ. Sanſouin. in libro, cui titulus eſt, *Origine de Caualieri* lib. 2. fol. 37. & ſeq. Hieronym. Zurit. tomo 1. Annal. Aragon. lib. 1. c. 45. & 52. Et lib. 2. c. 47. & lib. 3. cap. 4. Faſciculum temporum ſexta ætate fol. 75. & in Bibliothecę Cluniacenſis tomo lib. 6. Epiſtolarum S. Petri Abbatis epiſt. 23. & 26. Chronicon Chronicorum Mundi ſexta ætate fol. 197. Iacob. de Vitriaco lib. 1. de hiſtor. Hieroſolymitana c. 31. Garibai Zamallos lib. 11. Compen. hiſtor. cap. 25. Platin. in vita Gelaſij, Theatrum vitæ humanæ vol. 27. lib. 3. pag. 4131. dicẽtes, quòd ex ea pietate, ac fide erga peregrinos, in longis etiàm diſſitis Prouincijs hominum ſibi conciliarunt fauorem, qui de illis viciſſim benemereri cupientes ampliſſima in eos beneficia contulere, vt in immenſum penè eorum opes excreuerint, taliter quòd Regibus ditiores effecti cenſerentur, vt Bergomenſis, Schedelius, & Matthæus Pariſienſis ſcribunt.

2 † Accuſari tamèn poſteà fuere, quòd ad Saracenos defeciſſent, eſſentquè in fęda vitia prolapſi nonnulli ex ipſis, haudquè omninò viuerent honeſtè, vt res humanæ ſempèr in deteriora labi ſolent, ſenſim ſubintrantibus delitijs, atquè libidinibus; nàm vti à principio relictis perituris diuitijs homines ſacro operi ſubintrabant, ſic in proceſſu quaſi ad paratos theſauros cœperunt impatiẽtes inopiæ euolare, indèq; Caſtris, Vrbibus, Populis imperare ſibi quietem, ſeruis bella committere, & militiæ Magiſtratum oneris olim officium in honorem potiſſimùm ſublimare, quibus ſic in decliuum à virtute labentibus, cùm Iacobus Mola Burgundus Magiſter Templariorum Familiæ præeſſet, Lutetiæq; Pariſiorum degeret, Philippus Rex Francorum, Pulcher cognominatus, quod forſan non omnium, ſed aliquorum vitium erat, tranſtulit ad totam Vniuerſitatem, & ſiuè iure, ſinè iniuria, (vt nonnulli aſſerunt) perpulit Pontificem Clementem V. tùnc in Gallijs in ipſius poteſtate conſtitutum, & prorſus illi obnoxium, vt extinctioni illius Ordinis aſſentiretur coacto Viennenſi Concilio, vt latè proſequũtur Papyrius Maſſonius, & Paulus Aemilius, ac Robertus Gaguinus lib. 7. hiſt. Franciæ fol. 70. omnes in vita Philippi Pulchri, Ioann. Trithemius in Chronica Spenhermenſi pag. 302. Chronicon Chronicorum vbi ſuprà, & fol. 222. Martin. Polon. in appendice hiſtor. pag. 174. Ioannes Villan. lib. 9. hiſtor. cap. 22. Raphael Volaterran. vbi ſupra, Iacobus Mayer lib. 11. hiſt. Flandriæ, Petrus Crinitus lib. 24. de honeſta diſciplina cap. 13. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ tomo 2. ſigno 81. cap. 1. pag. 369. Caſſan. d. par. 9. conſider. 5. Tarcagnota in hiſtor. Mundi 2. par. lib. 15. fol. 362. Hieronym. Zurita in Indice latino rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum lib. 2. Illeſcas lib. 6. hiſtor. Pontificalis, in vita Clementis V. cap. 1. Platina in eodem, Polyd. Virgilius, Cœlius Rhodigin. Caſſan. M. Ant. Sabellic. Sanſouinus, & Petr. Gregor. vbi ſuprà. idem Petr. Gregor. lib. 16. de Republ. c. 2. nu. 5. Zurita tomo 1. Annal. Aragon. lib. 5. in vita Regis Don Iacobi Secundi cap. 73. Io. Mariana in hiſt. de reb. Hiſpan. lib. 15. c. 10. Io. Franc. Longus à Coriolano in Breuiario Chronologico pag. 367. & in Summa Conciliorum in Concilio generali Viennenſi 15. pag. 899. & ſeq. Scolanus lib. 9. hiſt. Valentinæ cap. 6. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſu 286. nu. 424. Camill. Borrell. tract. de præſtantia Regis Catholici cap. 74. num. 81. & ſeq. Ludouic. Param. lib. 2. de origine officij SS. Inquiſitionis cap. 4. nu. 24. & ſeq. Theatrum vitæ humanæ vol. 24. lib. 2. pag. 4027. & pag. 4029.

Extinctis, ſeù deletis Templarijs maior pars bonorum, quibus ditati fuerant, vt ijdem Auctores recenſent, militibus S. Ioannis Hieroſolymitani, Rhodienſibus nuncupatis addicta fuere, cũ onere tamèn æris alieni, quod in aliquibus Prouincijs non modicum erat. 3 † Luſitani, qui iàm Portugalliæ Regnum conſtituerant, obtinuerũt, vt bona, quæ Templarij poſſederant, in ſuis Ordini Ieſu Chriſti iàm etiàm in illis inſtituto, vt tradit Chronicon Chronicorum 6. par. fol. 226. adiudicarentur, vt ex Paulo Morigio in hiſtoria Religion. c. 4. lib. 3. Franciſ. Sanſouino lib. 2. fol. 48. Io. Mariana lib. 15. de rebus Hiſpaniæ cap. 16. Marc. Guazo in Chronic. fol. 263. Ioann. Petro Maffæo lib. 1. hiſtor. Indicarum, Camill. Borrell. de præſtantia Regis Catholici cap. 74. nu. 48. & habetur in diffinitionibus dicti Ordinis, & per Hieronym. Coneſtagium lib. 1. de vnione Portugalliæ Regni, Caſtellæ Regno, Pater Anton. Vaſconcelos in vita Dionyſij I. Portugalliæ Regis VI. num. 10. pag. 85. nouiſſime Manuel Faria in Compen. hiſtor. Luſitan. par. 3. cap. 7. nu. 13. pag. 405. Zuritam Annal. Regn. Aragon. par. 2. lib. 6. cap. 26. Illeſcas in hiſtor. Pont. 2. in vita Ioannis XXII. cap. 2. Steph. Garib. tomo 4. Compendij Hiſtorialis Hiſpaniæ lib. 34. cap. 24. & ſi Thomas Bozius non ſatis noſtrarum hiſtoriarum cõſcius cenſuerit, applicationem factam fuiſſe Ordini D. Iacobi eiuſdem Regni.

4 † Etiàm per tempora eadem Iacobus II. Aragonum Rex, Valentiæ Hiſpaniarum inſtituiſſet Ordinem militarem S. Mariæ Monteſiæ cum mantello albo, & cruce rubea, vt recenſent Raphael Volaterran. d. lib. 1. antropolog. col. mihi 637. Polydor. Virgil. lib. 7. de inuento. rer. cap. 5. Genebrar. lib. 2. Chronographiæ pag. mihi 194. Sanſouin. d. lib. 2. fol. 48. Petrus Ant. Beuter lib. 2. Chronic. Hiſpan. cap. 22. Dominus Regens Carolus Tapia in Auth. ingreſſi verbo *Monaſteria* cap. 51. nu. 5. C. de Sacroſ. Eccleſ. Illeſcas in vita Clementis V. Zurita d. cap. 26. Io. Mariana lib. 15. cap. 16. Camill. Borrell. d. cap. 74. nu. 15. D. Regẽs D. Franc. Hiero. de Leon. deciſ. Valent. 89. nu. 25. lib. 1. Gaſpar Eſcolanus decade 1. hiſtor. Valentiæ lib. 5. cap. 13. num. 4. & lib. 9. cap. 7. dicentes, Ordinem prædictum approbatum fuiſſe à Ioanne XXII. ſucceſſore Clementis V. per eius Bullam Dat. Auinionij 4. Idus Iunij Pontificatus

Digitized by Google

ſui anno primo, quæ inſerta eſt in principio diffinitionum dicti Ordinis impreſſarum Valentiæ anno 1573. ſub inſtituto Ordinis Calatrauæ, vt per Ferdinandum Vaſquium de ſucceſſ. progreſſu vol.1.lib 3.par.3.§.30.limit.34.n.300. Camill. Borrell ſuprà nu.56. D.Carol. Tapia nu.2. ſuprà. Præfatus Rex Iacobus recuſauit, quòd bona, quæ Templarij habuerant in eius dominijs applicarentur Militiæ S.Ioannis, tandemquè obtinuit à præfato Pontifice, quòd applicatis militibus S Ioannis bonis, quæ fuerant Templariorum in dictis dominijs extra Regnum Valentiæ, quæ erant in dicto Regno, exceptis domo, & Eccleſia, cenſibus, & redditibus, quos habebant in Ciuitate Valentiæ, & eius territorio per dimidiam leucam, Caſtrum, & Villam de Torrēt applicarentur dictæ militiæ Monteſiæ, vt latiùs referunt Zurita d.c.26. fol. 12. & ſeq. Illeſcas in vita Ioannis 22. cap.2. fol. mihi 12. Eſcolanus dicto c.13. nu.6.

5 † Deniquè ſuccedentibus temporibus cùm Paulus III. Summus Pontifex per eius Bullam ſub dat. Romæ apud S. Marcum 3. Auguſti anno Incarnationis Dominicæ 1540. conceſſiſſet militibus Calatrauæ, vt nuptias poſſent legitimè cōtrahere, votumquè adimplerent, caſtitatem coniugalem ſeruando, vt habetur in diffinitionibus dicti Ordinis editis Vallisoleti anno 1603. pag. 31. dummodò id facerent de licentia expreſſa Magiſtri, & cum vxore qualificata, & puri ſanguinis, abſquè aliqua macula Iudæorum, Maurorum, aut Conuerſorum, vt diſponitur in eiſdem diffinitionibus tit.29.cap.2.pag.372. & obſeruāt Azeuedo in l.7.tit.8. lib.5 nouæ recopilat. n.50. Ioann Gutier. lib.2. pract. quæſt.111. nu.1. Ceuallos tomo 3. practic. quæſt. q.796.nu.30.

6 † Sicut & Alexand. III. per aliam Bullam ſub data diei 5. Iulij indictio.8. anni 1175. quam refert Licentiatus Mota lib.2. de origine, & principio Ordinis Diui Iacobi pag.66. & ſeq. conceſſit militiæ, & militibus eiuſdem Ordinis, vt primas, & ſecundas nuptias valerent contrahere, adimplerentquè ſimilitèr votum, caſtitatem, ſeù continentiam coniugalem ſeruando, vt idem Mota proſequitur in annot.129 pr. tit & Paulus III. in Bulla ſuprà citata conceſſit idem militibus Alcantaræ, & ratum habuit Gregorius XIII. per ſuam Bullam ſub data ſexta die Octobris apud S. Petrum anno 1576 ſui Pontificatus quarto, quæ habentur in diffinitionibus eiuſdem Ordinis tit.22.cap.5. & tit.37. cap.15.

7 † Ad inſtar dictorum priuilegiorum idem Summus Pontifex Paulus III. per eius Bullam ſub dat. 4. Auguſti 1540. & poſteà Gregor. XIII. per aliam Bullam ſub dat. Romæ apud S Petrum die 5. Nouembris 1584. anno 13. ſui Pontificatus, & Sixtus V. per aliam Bullam Dat. Romæ die 6. Decembris 1588. Pontificatus ſui anno 4 conceſſere militibus Monteſiæ, vt gauderent priuilegijs, & indultis conceſſis, & concedendis militijs S. Iacobi, & Calatrauæ tàm ſupèr nuptijs cōtrahendis, & vt ipſorum liberi ex matrimonio concepti legitimi eſſent, ſuccederentquè tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato in eorum bonis, de quibus etiàm teſtari poſſent, fruerenturquè aliis immunitatibus, & prærogatiuis dictorum Ordinum præſertim Calatrauæ, vt indultum anteà fuerat per Leonem X. eius diplomate Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1510. decimo quinto Kalend. Maij Pontificatus ſui anno tertio, quæ duæ Bullæ habentur impreſſæ in libro diffinitionum dicti Ordinis fol.15. & 19. & aliæ duæ conſeruantur in archiuijs illius, vt mihi teſtatum fuit per Dominū Don Franciſcum de Caſtelui eiuſdem Ordinis militem, & præfatum Don Franciſcum Hieronymum de Leon meritiſſimos Regentes Supremi Conſilij Aragonum, & proſequitur Menchaca de ſucceſſ. progreſſ. dicto §.30. nu 300. & ſeq.

8 † Quæ indulta iuſtificantur ex eo, quòd coniunctio habita cum propria vxore legitima pro caſtitate habetur, l. mulier §. cùm proponeretur ff. ad S.C. Trebell. l. caſtitati C. ad l. Iuliam de adult. l. conſenſu §. ſi qua C. de repudijs, cap. hic autem diſt. 30, cap Nicena 31. diſtinct. cap. Deus 32.q.1. Guillel. Onciacus lib.2. Academicar. qq. quæſt.18 nu.1. Couarr. de ſponſal. 2.par.cap.7.§. 3.nu.1.& 2. Anton. Gomez in l. 80. Tauri nu.3. & habetur in ſtabilimentis Ordinis S. Iacobi tit. 5. cap.6. de voto caſtitatis, & in diffinitionibus Monteſiæ cap. 43. & loquendo de omnibus his militibus diffusè probat Licentiatus Didacus dela Mota in libro de confirmatione Ordinis Diui Iacobi lib.2. cap.1. §.12. nu.5. 14. & 15. &
9 lib. eod. cap.2. nu.5. 8. & 9. † probans, milites militarium Ordinum, quibus eſt permiſſum cōiugium adhùc eſſe verè Religioſos, confirmat Nauarr. conſil.11. nu.2. tit. de regularib. & tractando de militibus S Iacobi, qui ſunt ſub Regula S. Auguſtini, Et de Calatrauæ, & Alcantaræ, qui ſunt ſub Ciſtercienſi, quę originatur à Regula S. Benedicti, tenuit idem Nauarrus contra Sarmientum in tract. de redditibus Eccleſiaſt. in reſponſ. ad apologiam monito 28 & ex cap. religioſo de ſententia excommun. lib.6. Petrus Beluga in Speculo Principum rubr.7. nu.7. vbi Camill. Borrell. in annot. Burgos de Paz conſ.17.nu. 1.& ſeqq. Ioann. Gutier. lib.2. pract. quæſt. q. 111.nu.2. Cenedo in collect.29. ad decretum p.2. licèt enim militares Ordines ad bella contra fidei hoſtes ſint inſtituti, ſunt verè Religiones,
10 † quia poteſt Religio ad militandum inſtitui, vt per S. Thomam 2.2.q.188. art.11. Nauarr. de redditib. Eccleſiaſt. q.1 monito 55. ex nu.8. cum
11 ſeqq. vbi latè probat, † equites, ſeù milites Ordinum militarium ab Eccleſia approbatorum eſſe perſonas Eccleſiaſticas, ex clem. quia contingit §. præmiſſa de Religio. domib. cap. porrò, cap. dudùm, cap. adeò de decimis, cap cùm & plantare, cap. dilecti, cap. patentibus de priu leg. cap. canonica de ſententia excommunic. DD. in cap. ex parte de decimis, cap.1. vbi gloſ & DD. de verbor. ſignif. lib.6.

12 † Vndè ſicut penſio retineri poteſt ex indulto apoſtolico per habentem vxorem, vt tradit Rota deciſ.367 nu 1. par.1. tomo 2. nouitèr nouiſſimarum, Gigas de penſionib. q.21. num.4.& 5. Io. Franc. Leon in theſauro fori Eccleſ. par. 2. cap.7. de penſionib. nu.24. Redoan. in tract. de ſimonia 3.par.c.15.nu.19. Petr. Andr. Gambara lib.6. de

officio,

Digitized by Google

officio,& poteſt.Legati de latere nu. 242. Ità &
13 per dictos milites. † nàm vt inquit declaratio
DD.Cardinalium Interpretũ Concil.Trid.259.
de qua in 4.par. deciſ.Sacri Palatij milites regu-
lares S.Iacobi de Spata,alijquè huiuſmodi non
ſunt incapaces beneficiorum ſæculariũ, ſiuè ſim-
plicium, ſiuè curatorum, vt ſunt comendæ,
neque etiàm penſionum, & loqueodo de Militi-
bus Hieroſolymitanis idem reſoluit Gambara
d.lib. 6.nu.255.269.& ſeqq. Cæſar de Graſſ.dec.
47.de probat.q.1.nu.xj.& ſeqq.

Quod maximè certum eſt, attenta diſpenſa-
tione,quam habet à Sua Sanctitate D.Ludouicus
Blaſco ad retinendum dictam penſionem, licet
14 matrimonium contraheret. † cùm etiàm reli-
gioſus ex diſpẽſatione Papæ poſſit retinere pen-
ſionem, vt per Innoc. Card.& Abbat.in cap.niſi
eſſent de præbend. Mandoſ.de ſignat. gratiæ tit.
penſiones,Hieron.Gigas tract.de penſion.queſt.
15.nu.1.& 2.& q.57.nu.7.in fin. Paul.Æmil. de-
ciſ.Rotæ 225.per totam, & dec.320.nu.4.par.2.
15 dicens † ex eo, quòd non obſtante exceptione
extinctæ penſionis per profeſſionem, ſuper qua
non eſt judicatum, non impeditur ſolutio illius,
cùm interim non ſit priuandus ſua poſſeſſione,
c.quætelam de elect. c. conſultationibus de iure
patronatus,c.licèt Epiſcopus de præbend.lib.6.
Abbas in c.nouit de appellat. nu. 7. vbi Philipp
Franc.verſ. *ſed dubitatur*, Barbat. conſ.37.nu.1.
lib.4.Caſſador.deciſ.10. nu.7.in fine, & nu.8. de
reſcript. Parlador. lib.1. rerum quotid. cap. 19.
nu.3. & 4.

16 † Et confirmatur, quia huiuſmodi annuæ pẽ-
ſiones ſui natura ſunt quid temporale, non Ec-
cleſiaſticum, Gigas de penſion. q. 1. 21. & 52.
Bald. in c. ad audientiam 31. nu.3.de reſcriptis,
vbi Felyn.no.2. & 5.per cap. quàmuis lo.1. de
reſcriptis lib.6.Ludou.Gomezius regula Cancel-
lar.de infirmis reſignan.q.16.nu.2.Petrus Benin-
ten.deciſ.Bonc.69.nu.6. Surdus conſilio 333.nu.
10.vol.3.Puteus deciſ.202.nu.3. lib.3. Cæſar de
Graſſis deciſ.Rotæ 114.aliàs 3.de præbend. n.8.
Petrus Gregorius in partit.iuris canonici de be-
neficijs Eccleſ.cap.6.nu.2.& 27. Steph. Gratian.
tomo 2.diſcept.forenſ.cap.397. nu.13. Nicolaus
Garzia de beneficijs par.1.cap. 5.nu.7.& 8.Ioan-
nes Franc. Leon. in theſauro fori Eccleſ. par. 2.
17 c.7.nu.75. & cap.15. nu.44. † & ideò intèr ſa-
cra beneficia non recenſentur,cap.prætereà de
tranſact. Hieronym. Gonzalez ad regul.8. Can-
cellariæ de alternatiua menſium,gloſ.5.§.5.nu.2.
18 & 3. † Nec quæ de beneficijs ſunt iure Ponti-
ficio conſtituta pertinent ad penſiones, dicto c.
quàmuis, & notant Doctores communitèr in di-
cto cap.ad audiẽtiam, Ludouic.Gomez tract.de
expectatiuis nu.75.& 92. Selua de beneficijs 1.p.
q.3.nu.11.Flamin.Pariſius lib.12.de reſignat.be-
neficiorum q.3.nu.56. Villar. de patronatu Bil-
19 bilis, ſeù Calatarubij 4. par.§.3. nu. 12. † ideò
laicis hominibus non minùs, quàm initiatis tri-
buuntur, quia nullum ſacrum munus, aut mini-
ſterium deſiderant, Duaren.libro 6.de Sacris Ec-
cleſ.miniſter. cap.4. Flaminius Pariſius ſupra li-
bro 2.q.15.nu.20.niſi vt officium paruum B.Ma-
riæ reciteot ex Conſtitut. Pij V. incip. ex proxi-
mo 12.Kalend. Octobris 1571.

20 † Quarè cùm Papa poſſit diſpenſare, vt pen-
ſionarius non obſtante matrimonio poſſit reti-
nere penſionem, vt per Gigantem de penſio. q.
54.nu.12. imò vt bigamus poſſit beneficium ha-
bere, vt per eumdem Flam.Pariſ. lib.4. de reſig.
benef.q.4. nu.19. ex Diuo Thoma diſt.37. art.4.
quodlibet.4.art.13. Simone Maiolo de irregular.
lib.1.c.25.nu.14.Vargas eodem tract.rub de bi-
gamis nu.1.par.5.gloſ.in c.lector 34.diſt. Ioannes
Hieronymus Campanil. in diuerſ iuris canonici
rubr.11.cap.6.nu.26.& 28. Anton.Ricciull. tract.
de iure perſonarum extrà Eccleſiæ gremium
exiſtentium lib.7.cap 3.nu.7.& 8.probans,mili-
tes Lauretanos,& S.Mauritij, & Lazari, & S.Ste-
phani poſt contractum matrimonium poſſe re-
tinere penſiones, vt non ſit mirum,ſi conceſſa
fuerit facultas eadẽ dicto Don Ludouico Blaſco,
licèt matrimonium etiàm ſecundum contrahe-
21 ret.Neque obſtabit dicere, † quòd dicta reten-
tionis facultas cõtinet diſpenſationem, c.cùm in
cũctis §.cùm verò de elect. Paul.Aemil.dec.Rot.
22 305.nu.5.p. 2. † & quòd omnis diſpenſatio ſit
odioſa,vt idem ait nu.6.& deciſ.145 nu.4.deciſ.
272.nu.3.par.1.& deciſ.100.nu.2.par.3. Et quòd
iſta diſpenſatio limitatur,quatènus priuilegia,
23 & indulta dicti Ordinis hoc permittunt, † &
dictionem *quatènus* inducere conditionem, l. in
hæredem ff.de dolo,Bart.in l.1.nu.20. ff.de con-
dit.& demonſtrat. l.ſtichum ff.de leg.1. gloſ.in l.
1.§.1. ff.de ſuperficiebus, Rebuff. in l. littus 112.
ff. de verb. ſigniſ. Angel. Gratus de dictionibus
verbo *quatènus* nu.1.

24 † Nàm virtus priuilegiorum militarium San-
cti Iacobi Calatrauæ, & Monteſiæ vſu, & obſer-
uantia ità eſt interpretata, quòd poſſint primas,
& ſecundas nuptias contrahere non ſolùm cum
virgine ſed cum vidua; & retinere penſiones ſibi
25 aliàs legitimè reſeruatas. † Quæ obſeruantia
eſt optima priuilegiorum interpres, & de iure
attendenda,vt pluribus probant Cæſar de Graſ-
ſis deciſ.13.nu.3.deciſ.121.nu.7.deciſ.185. nu.6.
& deciſ.189. nu.5. Ludou.Morotius reſponſ.14.
nu.8.Ioan.Guttier.lib.3.pract.quæſt.q.14. n.76.
Hieronym.Gonzalez, vbi ſuprà gloſ.9.§.2.n.63.
Rota Romana deciſ.503.nu.2. p.3. diuerſ. Sacri
Palat.& deciſ.104.nu.16.par.2.

26 † Quarè licèt bigamia incurratur per ſecun-
das nuptias,iuxtà c.Acutius 26.diſt. gloſ.in cap.
vna diſt. eadem,c.curandum cum ſeq. diſt.n.34.
c.1.cap.debitum de bigamis,vbi Abbas nu.1. &
ſeq. & in cap. verùm nu.5. de conuerſ.coniuga-
torum,Speculat.de diſpenſat.§.iuxtà nu.6. Paul.
Caſtrenſ.in Auth.multò magis nu.2. C.de Epiſc.
& Cler. Rota in nouis deciſ.1. de bigamis, Na-
uarrus tomo 3. tract. de ceſſatione à diuinis nu.
195.Ioann.Coraſ.de beneſ.par.3.cap.4. nu.3. vel
per primas cum vidua,c.maritum 33.diſt.Ioann.
Montaign. tract. de bigamia q.4. & 6. num. 1.&
ſeqq.Flamin.Pariſ.lib.5. de reſign. beneficiorum
q.3.nu.188.& ſeq.Ioann.Franc.Leon.in theſauro
fori Eccleſ.par.1.cap.4.nu.35.& 37.Gregor.Lop.
in l.4. tit.1. partita 4. gloſ. 4. Campanilis dicto
cap. 6. num. 6.

27 † Hæc videntur ceſſare in his militibus, qui-
bus

Digitized by Google

bus cum nuptijs eſt concesſa, & permiſſa bigamia, vt deducitur ex traditis per Guttier. lib. 2. practicar. quæſt. 14. num. 2. ad finem, *Molina* Ieſuita de iuſt. tract. 2. diſput. 141. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 6. quæſt. 2. num. 119. & ſeq. Phœbo decit. Luſit. 68. num. 8. virtute dictorum priuilegiorum, & obſeruantiæ interpretatiuæ illorum, ac indulti concesſi dicto D. Ludouico retinendi penſionem, etiàm ſi ad ſecundas nuptias
28 tranſiret, illam retinere poteſt, † nàm licet videatur intelligenda de primis nuptijs, argum. l. Boues §. hoc ſermone ff. verb. ſign. hoc procedit, niſi alitèr exprimatur, vt tradit ibi Tiraq. num. 36. & 51. ex gloſ. verbo *antiquus* in cap. final. 33. quæſt. 2. & in cap. ſi aſſtèm verbo niſi 36. q. 1. Hieron. Gonzal. ad dictam regul. 8. gloſ. 11. num. 83. dicens, ità fuiſſe reſolutum à Rota in vna Palent. penſionis coram D. Blanchetto 2. Nouembris 1596. & in alia Cæſaraugustana Penſionis die Veneris 18. Iunij 1610. coram D. Lancellotto, de qua Dominicus Picus deciſ. 2. poſt eius tract. de contract. num. 1. & 27. Et ex his omnibus mihi videtur, dictum D. Ludouicum Blaſco poſſe retinere dictam penſionem, etiàm ſi ſecundas nuptias contraxerit cum vidua, ſeruatis in alijs ſtabilimentis dicti ordinis Sanctæ Mariæ Monteſiæ, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Fraudem facit debitor, qui ſciens creditores habere bona ſua alienat.*
2 *Alienationes factæ in fraudem creditorum reuocantur.*
3 *Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem eſt nulla.*
4 *Alienatione prohibita, prohibetur dominij trãslatio.*
5 *Alienatio ſi prohibetur à lege, prohibetur dominij translatio.*
6 *Contractus accipiunt legem ex partium conuentione.*
7 *Hypotheca ſpecialis cum pacto non alienandi, efficit nullam alienationem.*
Intellectus l. creditor §. vlt. ff. de diſtract. pignor. ibidem.
8 *Alienatio vbi prohibetur cum pacto reſolutiuo impeditur dominij translatio.*
9 *Inſtrumentum guarentigiũ cum clauſula, non alienandi, & hypotheca exequitur contra tertium.*
10 *Excuſſio contra principalem non eſt opus vt fiat, quandò alienatio fuit nulla.*
11 *Nullum quod eſt, non operatur effectum.*
12 *Nihil ſequitur ex nihilo.*
13 *Alienatio fit ſub ea conditione, qua erat res penès alienantem.*
14 *Debitor debet citari ad ſententiam addictionis in executiuis.*
15 *Citari ſufficit regularitèr eum, quem tangit negotium principalitèr.*
16 *Debitor principalis debet citari in via executiua, licet bona poſſideantur à Colono, vel Commendatario.*
17 *Diuinare nemo cogitur.*
18 *Ignorantia præſumitur; vbi ſcientia non probatur.*
19 *Ignorantia facti alieni præſumitur.*
20 *Fraus admitti non debet.*
21 *Fraudibus eſt obuiandum.*
22 *Fraudis materia, & occaſio non eſt danda debitoribus.*
23 *Sententia addictionis, vel de remate exequitur, data fideiuſſione, iuxtà l. Toleti.*
24 *Hypothecæ vis eſt, vt miſſus in poſſeſſionem rei etiàm ex inordinato proceſſu conſeruetur in ea, donec illi ſatisfiat.*
25 *Intellectus l. fin. §. vlt. ff. de eo, quod metus cauſa.*
26 *Captura debitoris nullitèr facta ſuſtinetur, ſi conſtat de veritate debiti.*
27 *Tenuta nullitèr data poteſt confirmari, ſi de iure erat danda.*
28 *Iuſtè poſſidet, qui authore prætore poſſidet.*
29 *Expenſæ, & ſalaria veniunt in via exequutiua, vigore pacti obligationis propter morã, & nu. 30.*
31 *Annuus redditus in his Caſtellæ Regnis ſolebant currere ad rationem 14. pro centum.*
32 *Fructus ſpectant ad quem pertinet rei dominium ex venditione iudiciali.*

P R O

Franciſco de Briones Presbytero beneficiato Parochialis Eccleſiæ Sancti Nicolai Ciuitatis Conchenſis

C V M

Barnaba de Oropeſa vicino Villæ de Villar de Cañas.

A R G V M E N T V M.

Hypotheca ſpecialis rei immobilis, vel molendini facta pro aliquo debito, cum obligatione non alienandi, donec fuerit ſatisfactum, & quòd alienatio alitèr facta eſſet nulla, quid operetur in caſu contrauentionis, ignorante creditore facta alienatione; & an exequi poſſit vigore clauſulæ guarentigiæ, & pacti executiui, citato principali debitore: Et quid ſi in executione non fuerint citati illi, in quos alienatio nullitèr facta fuit, qualitèrue creditori conſulatur, vt ſuum valeat creditum recuperare.

CON-

CONSILIVM CXVI.

SVpponitur in facto, quòd Coſmas de Humada incola oppidi de Villar de Cañas emit à Petro de Sanctos eius patre medietatem, quam habebat cuiuſdam molẽdini in territorio Villæ de Montaluo pro pretio ducatorũ 450. ex quibus promiſit, & ſe obligauit ſoluere ducatos 350. Franciſco de Briones, cui erat debitor eiuſdem ſummæ dictus eius pater, & reliquos ducatos 100. promiſit ſoluere præfato eius patri, cum clauſula guarentigia per ſcripturam factam 23. Iunij anni 1587.

Et poſteà die 20. Auguſti 1589. idem Coſmas fecit aliam ſcripturam, in qua dixit, & confeſſus fuit, quòd tempore priori erat conuentũ, quòd fieret hypotheca medietatis dicti molendini pro ſecuritate, & ſatisfactione dictorum ducatorum 350. expenſis, & ſalarijs. & per obliuionem fuerat omiſſum. Et ideò hypothecabat illud ſpeciali, & expreſſa hypotheca, & firma obligatione, & ſollemni ſtipulatione, vt non poſſet vendere, nec alienare interim dùm non ſatisfeciſſet dictã quantitatem, ſub pœna quòd venditio, & alienatio eſſet nulla, & nullius roboris: Quarum ſcripturarum virtute, quæ productæ fuere in Tribunali Regio Ciuitatis Conchenſis: & ſecundo Maij 1592. exequutio, & decretũ à Iudice, quòd fieret pro dictis ducatis 350. expenſis, & ſalarijs. Et fuere expeditæ literæ requiſitoriales: quibus productis fuit facta exequutio per Iuſtitiã Villæ de Montaluo aduerſus dictũ Coſmam, & ſuper medietate dicti molendini 13. eiuſdem menſis; qui declarauit, quòd habebat ſubhaſtationes pro factis. Demùm expedita alia requiſitoria, vt citaretur ad ſententiam addictionis, fuit illi intimata 24. Iulij, & ſententia prolata 7. Auguſti; & præſtita fideiuſſio iuxta formam legis Toleti: factaq; venditio medietatis dicti molendini, & ceſſio illius ad fauorẽ dicti Franciſci de Briones, & data illi poſſeſſio 7. Maij 1600. in qua fuit illi conceſſa manutentio.

His ſuppoſitis non videtur obſtare, quòd Barnaba de Oropeſa poſteà prætendit, ſcilicet quòd 10. Aprilis eiuſdem anni 1592. dictus Coſmas vendiderat medietatem dicti molendini Licentiato Salas pro regalibus 5000. Et demùm primo Octobris eiuſdem anni dictus Licentiatus Salas vendiderat illam dicto Barnabę de Oropeſa pro regalibus 6000. quia vtraque venditio fuit nulla, & nullius roboris, & effectus, & ex illis non fuit translatum dominium aliquod, vt eum illis de neceſſitate fuiſſet proſequenda via exequutiua, ignorante dicto Franciſco de Briones alienationem, vt præfertur nulliter factam ex ſequẽtibus.

Primò, quia venditio, quã de facto fecit Coſ-
mas de Humada fuit fraudulenta contrà dictas
1 ſcripturas, & pacta: † Nàm qui ſcit ſe credito-
res habere alienando ſua bona, fraudem facit, l. ſi
quis cùm haberet ff. quæ in fraudem creditorũ,
l. 7. tit. 15. part. 5. vbi Gregor. Lopez gloſſ. 6. Pe-
guera in quæſtionib. criminalib. cap. 50. num. 10.
2 Straccha in tract. de decoctor. b. 3. par. n. 34. † &
tales alienationes reuocantur, vt in toto tit. ff. &
C. quæ in fraud. creditor. in princ. & §. in fraudem inſtit. quibus ex cauſis manumittere non licet, §. in fraudem inſt. de actio. Molina tom. 2. de iuſtitia diſput. 310.

Secundò, quia virtute clauſulæ, & obligatio-
nis, ac prohibitionis non alienandi factæ per di-
ctum Coſmam alienatio, quam intẽtauit facere,
3 fuit nulla, † quia alienatio, quam quis facit con-
tra expreſſam prohibitionem eſt nulla, argum. l.
cùm pater §. libertis, l. peto §. fratre ff. de legat.
2. Paul. Caſtrenſ. in l. filiusfamilias §. Diui num. 7.
ff. de legat. 1. Laderch. de Imola conſ. 150. nu. 3.
lib. 1. Burgos de Paz conſ. 44. nu. 3.

Et vigore illius nõ potuit dominium trãsferri
in Licentiatũ Salas medietatis dicti molendini.
4 † Nàm vbi eſt prohibita alienatio, eſt etiàm do-
minij tranſlatio prohibita, l. vlt. C. de rebus alien. non alienan. l. non dubium C. de legib. l. quemadmodùm C. de agric. & cenſit. lib. xj. Roman. conſ. 321. incipiente, in caſu propoſitæ conſultationis num. 1. in fin. Peguera in qq. criminal. cap. 49 nu. 5. Cephal. conſ. 51. num. 2. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 33. nu. vlt. lib. 1.

5 † Et ſicut alienationis prohibitio à lege facta
impedit dominij tranſlationem, l. quædam ff. de acquir. rerum domin. l. 1. ff. de fundo dotali in princ. inſt. quibus alienare licet, Matienzo in l. 3. tit. 10. lib. 5. recopilat. gloſ. 8. nu. 1. Gamma deciſ. Portugall. 222. nu. 4. Anton. Gomez in l. 40. Tauri num. 35.

6 Eadem forma quandò factum fuit per contra-
ctum inter partes, quia ex ipſarum conuentione legem, & legis robur accipit, l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſiti, l. contractus cum ſimilibus ff. de reg. iur. Roman conſ. 475. incip. quòad primum nu. 8. Roland. à Valle conſ. 58. num. 45. lib. 3.

7 † Et in noſtris proprijs terminis, quòd per di-
ctam hypothecam ſpecialem cum clauſula, non alienandi, fuerit nulla alienatio dicti dimidij molendini, probat textus clarus iuxtà Florentinam, & veriorẽ lectionem in l. creditor 7. §. vltimo ff. de diſtract. pignor. dùm ait. *Quæritur ſi pactum ſit à creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quid iuris ſit? an & pactio nulla ſit talis quaſi contra ius ſit poſita, ideòq; iure venire poſſit. Et certum eſt, nullam eſſe venditionem, vt pactioni ſtetur*, ſequuntur ibi Bartol. Angel. Fulgoſ. & communitèr DD. idem Bart. ad hoc commendans in l. ſi quis ità §. ea lege num. 3. ff. de verb. obligat. & in l. nemo 62. num. 1. ff. de pact. & in l. filiusfamilias §. Diui num. 14. ff. de legat. 1. & in l. ea lege num. 3. & 4. C. de condict. ob cauſam, Alexand. in l. filiofamilias §. ſi vir in quinquenniũ num. 5. ff. ſolut. matrim. Anton. Gomez alios allegans in l. 40. Tauri num. 18. Anton. Auguſtin. lib. 4. emendat. iur. ciuil. cap. 17. Roderic. Xuarez in l. poſt rem iudicatam in declarat. l. Regni limit. 1. num. 5. Gratus reſponſo 95. num. 11. lib. 1. Anton. Gabr. lib. 3. concluſ. vnica de pignor. num. 3. Bar. in l. creditores nu. 16. C. de pignor. Donat. à Fina inter cõmunes opiniones tit. C. de inſtit. & ſubſt. nu. 269. Parlador. lib. 2. rerum quotidianar. cap. final. 4. par. §. 4. num. 16. & 17. Villalobos in erario commun. opin. lit. A. num. 139. & eſt aperta l. fin.

tit. 5.

Digitized by Google

tit.5.par.5.ibi: *otro ſi deçimos, que ſi vn ome em-
peñaſſe à otro alguna coſa obligādoſe en tal manera,
que no la podieſſe vēder, ni dar, ni enagenar en nin-
guna guiſa fatta, que la ouieſſe quita, ſi deſpues que
ouieſſe empeñado aſſi la vendieſſe à otro, no valdria
la vendida, y podria ſer deſatada por eſta razon*,
ſequitur Greg. Lopez ibi gloſ.6.

In quorum conſequentiam cùm in ſcriptura
prædicta vltrà hypothecam, & clauſulam pro-
hibitiuam alienationis ſit alia appoſita, quòd ca-
ſu, quo de facto alienauerit, aut vendiderit, talis
venditio, ſiuè alienatio eſſet nulla, redduntur cer-
8 tiores reſolutiones præfatæ, † nàm quandò in
contractu ſimùl cum pacto, & prohibitione rei
non alienandæ eſt pactum reſolutiuum alienatio-
nis, impeditur dominij tranſlatio, ſecundùm
Bart. in l. filiusfamilias §. Diui quæſt.4. verſic. *aliud
ponit* ff. de legatis 1. vbi Ripa num. 88. Crotus
num. 100. Opizo. 154. Decius conſil. 187. num.
4. Roland. à Valle conſil. 62. num. 17. & ſequent.
lib. 2. Marc. Ant. Eugen. conſ. 29. num. 35. lib. 1.

Et ità iuſtè locum habuit via exequutiua ad-
uerſus medietatem molendini, non obſtante
quòd dictus Coſmas de Humada de facto vendi-
diſſet Licentiato Salas, & ipſe dicto Barnabæ de
9 Oropeſa, † quia inſtrumentum guarentigium,
in quo eſt appoſita clauſula, non alienandi rem
habet paratam executionem contra tertium, in
quem de facto fuerit res alienata, aut vendita,
ſecundùm Iaſ. conſil. 111. colum. 6. lib. 2. Roder.
Xuarez in d. l. poſt rem iudicatam in declaratio-
ne l. Regni limit. 1 num. 5. Couar. lib. 3. variarum
cap. 7. num. 6. verſic. *hinc etiam* ad finem, & lib.
2. cap. 15. num. 3. l. final. tit. 3. partita 5. l. 19. tit.
8. eadem partita, Menchac. lib. 3. de controuer.
vſufreq. cap. 53. num. 9. Anton. Gomez. in l. 40.
Tauri num. 13. Dueñas regul. 24. Abbas in cap.
Raynaldus num. 20. de teſtament. Palaçios Rub.
in repetit. rubricæ §. 16. num. 14. Ioan. Guttier.
in l. nemo poteſt num. 38. ff. de legat. 1. Paz in
praxi tom. 1. par. 4. cap. 1. num. 49. Parlador. dicto
§. 4. num. 16. Salazar de vſu, & conſuetudine cap.
11. num. 63. Felicianus lib. 1. de cenſibus cap.
10. num. 3. qui dicunt, quòd tali caſu idem eſt,
ac ſi res eſſet in bonis, & poſſe primi debitoris,
talitèr quòd etiàm ſi detentatio, & poſſeſſio ſit
penès tertium, adhùc in re hypothecata cum
dicta clauſula poteſt fieri executio, Villalob. vbi
10 ſupra dicens, hoc verum adeò, † vt non ſit ne-
ceſſarium facere excuſſionem contra principa-
lem, tenet Soccin. conſil. 24. lib. 1. & apparet ex
authent. de litigioſis collat. 8. & l. 13. tit. 7. par. 3.
Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 6. quæſt. 19.
nu. 143. Parlador. vbi proximè nu. 18.
11 † Quia nō poterat operari effectum aliquem
actus nullus alienationis, cap. non præſtat de re-
gulis iuris in 6. gloſſ. magiſtra vbi DD. in cap. ex
tenore de reſcript. Nauar. in cap. cùm contin-
gat eodem tit. remed. 3. nu. 1. Ioan. Bapt. Perrett.
conſ. 366. num. 35. Ioan. Cephal. conſ. 64. nu. 17.
lib. 1. Roland. à Valle conſ. 63. lib. 1. Azeuedo in
12 l. 1. nu. 48. tit. 1. lib. 5. recopilat. † quia ſecundùm
Philoſophum, à quo ſumpſit Perſius Satira 3. ex
nihilo nihil ſequitur, vt & tradunt Bal. & Salyc.
notab. 2. in l. ea quidèm C. ſi mancipium ità fue-
rit alienatum, Iaſ. in l. 1. §. hæc autèm verba nu.
13. ff. quod quiſque iuris, Meſſia ad l. Toleti *de
los terminos* fundam. 7 nu. 36.

Et ideò videtur ſufficiens fuiſſe exequutionē
proſequi aduerſus Coſmam de Humada, eumq;
citaſſe tanquàm originarium debitorem, non ob-
ſtante venditione nullitèr per eum facta medie-
tatis dicti molēdini, ac ſi eam non feciſſet, & de-
tineret penès ſe, prout tempore dictarum ſcri-
pturarum. Quarè videtur non fuiſſe neceſſariū
citari ad ſententiam addictionis dictos Licentia-
tum Salas, aut Barnabam de Oropeſa, cùm non
haberent dominium, aut alium titulum vigore
venditionis nullæ. Pro quo facit l. alienatio ff. de
contrahen. empt. l. traditio in fine principij ff. de
13 acquirend. rerum domin. † vbi cùm ſit aliena-
tio rei in alium, transfertur eadem conditione,
qua futura eſſet, ſi apud alienantem remanſiſſet,
ſecundùm Matienzo in l. 18. tit. 10. lib. 5. recopil.
14 gloſ. 1. num. 1. rurſus quia lex 19. tit. 21. lib. 4. re-
copilat. ſolùm diſponit, quòd factis ſubhaſtatio-
nibus debitor citetur ad addictionem perſonali-
tèr ſi poſſit haberi. ſin verò domi, vt adnotauit
ibi Azeued. à nu. 95. Auendan. in dictionar. verbo
almoneda, verſ. *& quòd requiratur*. Parlador. lib. 2.
rerum quotidian. cap. fin. 5. par. 6. 9. nu. 7.
15 † Et ità videtur ſufficiens fuiſſe citaſſe perſo-
nalitèr dictum Coſmam de Humada debitorem,
quem principalitèr cauſa tangebat. Nàm tenet
tali caſu iudicium, & ſi alij, quos negotiū minùs
principalitèr, vel acceſſoriè tangit citati non fue-
rint, iuxta l. de vnoquoq; ff. de re iud. Innoc. Bal.
Felyn. & alij in c. fin. de maior. & obed. Hyppol.
in d. l. de vnoquoq; nu. 57. & alij, quos allegat Par-
lador. vbi proximè nu. 20. & 25. qui pro eo alle-
16 gat, † quòd ſi bona in cauſam executionis capta
non à debitore, cuius ſunt, ſed à Colono, Com-
mendatariouè poſſideantur, non erunt iſti citādi,
ſed ſat erit debitorē ipſum citari de remate, ex
Innoc. Cardin. in cap. quoniā frequētèr §. quòd ſi
ſuper, vt lite nō cōteſt. Boer. dec. 277. n. 8. Valdes
in addit. ad Roder. Xuar. in d. l. poſt rē limit. 1. n. 5.

Præſertim nàm cùm medietas molendini non
potuerit alienari, & alienatio fuerit nulla, nō de-
buit creditor diuinare, quòd de facto fuiſſet facta
17 alienatio, vt emptorē citaret, † quia parcendum
eſt ei, qui tali ſecuritate, & credulitate ductus nō
diuinauit, arg. cap. vt noſtrū, vt eccleſiaſtica bene-
ficia, cū adductis per Abbat. in cap. illud nu. 9. de
præſumpt. Gomez. in reg. cancell. de annali q. 10.

Et quia venditio, quæ prætēditur facta Licen-
tiato Salas per dictum Coſmam de Humada fuit
in loco diuerſo, ſcilicèt in via Belmontis, quæ di-
ſtat ab Oppido Montalui, in cuius territorio eſt
molendinum, & multò magis à Ciuitate Con-
chenſi, in qua incolatum habet dictus Franciſcus
de Briones, & exequutio facta fuit paucis diebus
poſt, quot ſunt à die 10. Aprilis 1592. quo præ-
tenditur facta vēditio vſquè ad 13. Maij ſequen-
tis, quo facta fuit exequutio, talitèr quòd non ha-
buit notitiam venditionis, imò illam ignorauit,
18 † prout eſt veriſimile, & ius præſumit, arg. l. ve-
rius ff. de probat. cap. ignorantia de regul. iuris,
Menoch. lib. 4. præſumpt. 116. num. 35. Ioan. Ce-
phal. conſil. 146. num. 36. lib. 1. Roland. à Valle

conſ.68.num.10.lib.3.Guido Papæ conſ.299.nu.
2.Roman.conſ.403.num.16.
19 † Maximè cùm ſit ignorantia facti alieni, quæ
de iure præſumitur, l.final.ff.pro ſuo,& l.quàm-
uis ff.ad S.C.Velleianum, Cæphal. conſ.3. num.
101. lib.1.& conſ.23.nu.99. Roland.à Valle conſ.
36.num.1.vol.2.

Et foret viam fraudibus aperire, ſi ſimilibus
alienationibus prohibitis,& nullis,ac clandeſtinè
factis impedirentur effectus,quos iura concedũt
hypothecæ ſpeciali cum obligatione non alie-
20 nandi, & nullitate alienationis † contra legiti-
mas ſanctiones diſponentes non eſſe admitten-
dam fraudem, l.fraus ff.de legibus, l. Iulianus §.
mutui ff. ad Macedonianum, l. fraudis ff.de re-
gulis iuris cum ſimilibus, Ioan.Cæphal.conſ.191.
21 num.8. tom.2. † imò ipſi obuiandum, l.in fun-
do ff.de reiuendicat.clem.1.vbi Cardin.de vſur.
clem.1.§.final.vbi idem Cardinal.de conceſſione
præbend. Hyppol. Riminald. in rubr. num.112.
ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſdictio, Ro-
land.à Valle conſ.79. num.95. lib.3. & conſil.75.
22 num. 6. lib.4 † Nec fraudis materiam eſſe de-
bitoribus dandam, argumento l.ſi quis intrà C.
de bonis proſcript. Gratus conſ 63.num.69.lib.
1. Ioſeph.Ludnuic. deciſ.Peruſin 65.nu 4 par.2.

Quod maiori vi militat quòad venditionem,
quam Licentiatus Salas fecit Barnabæ de Oro-
peſa primo Octobris 1592.quo tempore iam
in cauſa fuerat ſententia addictionis prolata,
23 & pro illius exequutione præſtita fideiuſſio iux-
ta formam legis Toleti, ex traditis per Parlador.
lib.2. rerum quotidianarum cap.final. 4.par. §.5.
num.6. Et licèt opponeretur ordinis defectus in
procedendo, & adipiſcendo poſſeſſionem mo-
24 lendini hypothecari non debet obeſſe, † quia
tanta eſt vis hypothecæ, quòd licet quis ex inor-
dinato, aut nullo proceſſu fuerit miſſus in poſ-
ſeſſionem alicuius rei, poteſt, donec ei debitum
ſoluatur illam retinere, gloſ.in l.fundus qui Lutij
ff.de reſcind.vendit. quam notat Bal.ibi, Decius
conſ.449.num.21.Curtius iunior conſ.185.nu.4.
tex.in l. Imperatores ff.de priuileg.creditor. Ne-
guſant.tract.de pignorib. 2.memb.part.3. num.
20. Ioan.Vincent. de Anna allegat.22. num.4. al-
legat.80. num. 10.& allegat.93.nu.8. Crem.ſing.
92.vt in cap.tenuta.
25 † Et hoc etiàm ſi in ordine aliquis defectus
adfuiſſet, cùm conſtet de veritate crediti, ex l.
final. §. vltimo ff. de eo, quod metus cauſa ibi,
*quàmuis non extra ordinem exactionem fieri, ſed
ciuilitèr oportuit, quæ tamèn ſolutioni debitarum
ab eo quantitatum profecerunt reuocari inciuile eſt.*
Et ibi Bald.dicit eſſe ſingularem ad hoc,quòd li-
cet executio ſit facta præpoſterè, & inordinatè,
non debet vitiari,de quo per Innocent.in cap.2.
de in integrum reſtitut. Bart.in diſput.incip. La-
pus,& Paul.Caſtr. conſ.penult, num.4.volum.1.
Cotta in memorabil.iur.verbo *creditor*, Morot.
reſponſ.80. num.12. Pariſius conſ.99. num. 34.
26 lib. 3. † ſicut captura debitoris nullitèr facta
non retractatur, ſi conſtat de debito, Surd. de
aliment. tit. 9. quæſt.32.num.35. dicens, quòd
confirmatur,vel de nouo conceditur, ſecundùm
Paul.Caſtr. conſ.475.num.4.verſ.*poſtremo* par.1.
1292

& alios à ſe allegatos,& num.36. poſt Angel.in
l.ſi finita in princ. ff.de damno infecto, reſoluit,
27 † quòd tenuta,quæ fuit nullitèr à Iudice conceſ-
ſa non retractatur, ſed debet confirmari,ſi de iu-
re erat danda,ſequuntur Paul.Caſtrenſ.Imola,
Salic.& alij citati per eundem Surdum.

Qua de cauſa, & quòd poſſeſſio medietatis
molendini fuit data dicto Francisco de Briones
7.Martij 1600. & fuit conceſſa manutentio illius
eius ceſſionario, licet ex eo, quòd ſit ſituatum in
terra Baronali dictus Barnabas de Oropeſa de
facto percepit fructus, & emolumenta illius in
fraudem,& præiudicium dictę poſſeſſionis iudi-
28 cialis, † cuius iuſtitia nequit controuerti, iuxta
l.iuſtè poſſidet ff. de acquirend. poſſeſſ. l. 10. tit.
30.par.3.maximè cùm non fuiſſent illis ſatisfacti
ducati tercentum quinquaginta,& illorum inte-
29 reſſe,ſalaria, † & expenſæ viæ executiuæ, qui in
illa veniunt vigore pacti,ſecundùm Parlador.lib.
2.rerum quotidianar. cap.fin. 1.par.limit.4.§.12.
num 37.& 5.par.§.18.num.10.
30 † Et ſunt notoriè debiti, prout ſors principa-
lis, & poſſunt peti ratione moræ contractæ, vt
erant promiſſi, iuxta gloſſ. & notata in cap.con-
queſtus de vſuris, & in l.2. C.eodem,& in l.cu-
rabit C.de actionib.empt.Celſus Hugo conſ.104.
incipient. omne pondus num.4. Franc.de Aretio
conſil. 159.incipient. longa num. 13. Gratus re-
ſponſ.18.num.13.lib.1.5. Afflict. deciſ.20. num.4.
ad finem. Anton.Gabr. lib.3.commun.opin. tit.
de emption.& vendit. concluſ.4.num.17. & alij,
quos congerit Thoro in compend. deciſ. Neap.
31 verbo *intereſſe pretij*. † Nàm ſi conſtituiſſent
ad annuum cenſum lucrati fuiſſent ad rationem
quatuordecim pro centenario, iuxta l.6. tit.15.
lib.4.recopilat.quæ tunc temporis vigebat.
32 † Quod confirmatur, nàm cùm fuiſſet facta
venditio medietatis molendini, & poſſeſſio tra-
dita, in conſequentiam veniebant illius reddi-
tus, iuxta notata in l.Herennius 42. cum ſeq. ff.
de vſuris, l.1.C.de condict.indeb. l.indebiti in
princ.l.fructus,& l.ex diuerſo ff.de rei vendicat.
Tiraquell.de retractu conuention. §.2. num.34.
Cæſar de Graff.deciſ.105. aliàs 22.de ſentent. &
re iudic.num.11.Cæphal.conſ.3.num.71.& conſ.
50.num.3.lib.1.Roland.à Valle conſ.41.num.36.
lib.3.Alciat.reſp.234.nu.2.Grat.reſp.18.num.2.
Flamin.Pariſ.lib.1.de reſignat.beneficior. quæſt.
6. num. 20.

Et ideò cùm Barnabas de Oropeſa illos per-
ceperit indebitè, debebit reſtituere dicto Fran-
ciſco de Briones, & eius ceſſionario, vel ſaltèm
dictos ducatos 350. cum intereſſe, ſalarijs,& ex-
penſis, ſaltèm à die moræ,vel captæ dictæ poſſeſ-
ſionis. Saluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum eſt irrita de iure.*
2 *Donatio omnium bonorum non firmatur iura-
mento.*
3 *Donatio omnium bonorum cenſetur dilapidatio.*
4 *Donatio omnium bonorum validatur ex reſerua-
tione vſusfructus.*

Donatio

Digitized by Google

5 *Donatio omnium bonorum collata poſt mortem valebit quoad præſentia.*

6 *Donatio omnium bonorum præſentium iure regio Caſtellæ non valet.*

7 *Vſufructu reſeruato non veniunt fructus in donatione futurorum.*

8 *Vſufructu reſeruato veniunt reſeruati fructus peruenti ex bonis donatis.*

9 *Fructus percepti viuente vſufructuario pertinent ad eius heredem.*

10 *Vſufructui ineſt commoditas.*

11 *Merita probantur aſſertione donantis inter non prohibitos.*

12 *Probatio incumbit aſſerenti aliquid.*

13 *Ingratus nemo præſumitur, niſi probetur.*

14 *Donatio remuneratoria non reuocatur ingratitudine.*

15 *Donatarij præſentia cum taciturnitate inducit acceptationem.*

16 *Præſentia donatarij præſumitur.*

17 *Inſinuatio requiritur in donationibus ſimplicibus.*

18 *Donatio remuneratoria eſt merces accepti beneficij.*

19 *Donatio remuneratoria non indiget inſinuatione.*

20 *Remunerationis gratia receditur à iuris regulis.*

21 *Donatio facta vxori conſtante matrimonio non valet.*

22 *Nefas eſt aliquid inter virum, & vxorē eſſe, quod commune non ſit.*

23 *Donatio remuneratoria, & proptèr merita fit inter virum, & vxorem.*

24 *Donatio inter patrem, & filium in poteſtate regulaiter non valet.*

25 *Donatio proptèr merita valet inter patrem, & filiū.*

26 *Solidorum auri valor qualis ſit in materia inſinuationis donationis.*

27 *Commodi cauſa inductum non retorquetur in damnum.*

28 *Inducta ad vnum effectum nō debent operari contrarium.*

29 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

P R O

Chriſtophoro de Arcas, & Quitteria de Yçaguirre eius vxore

CONTRA

D. Alphonſum Pacheco Decurionem Ciuitatis Conchenſis.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum, quæ de ſe non valeret, ſuſtinebitur ex reſeruatione vſusfructus facta per donantem, qui de dictis fructibus, & ab eis prouenientibus poterit alias donationes remuneratorias facere.

CONSILIVM CXVII.

SVpponitur in facto, quòd D. Eliſabetha Pacheco mater dicti D. Alphonſi poſt donationem bonorum omnium per eam factam ad illius fauorem, ipſoque poſteà hærede inſtituto, cùm vsūfructū ſibi reſeruaſſet in dicta donatione proptèr grata ſeruitia eidem impenſa per dictam Quitteriam de Yçaguirre fecit illi donationem quingentorum ducatorum, quos prætendit conſequi à dicto D. Alphonſo, & vt conſtet iuſtitiam fouere: conſiderabantur ſequentia.

Primò, quòd licet dicta D. Eliſabetha feciſſet donationem omnium bonorum, reſeruato eorum vſufructu prò tempore ſuæ vitæ, potuit de
1 tali vſufructu liberè diſponere. † Nàm cùm donatio omnium bonorum ſit de iure irrita, l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. oblig. Durand. de arte teſtandi tit. 10. cautel. 2. ſub nu. 2. Cæphalus conſ. 44. Magnifici num. 32. tom. 1. Iulius Clarus lib. 4. ſententiar. §. donatio quęſt. 19. num. 1. Bald. Fulgoſ. Paul. de Caſtro, & alij in l. final. C. de pactis, Bertrand. conſ. 260. incip. etiàm ſi donatio num. 1. volum. 8. Curtius Iunior conſil. 23. num. 1. Horat. Mandoſ. in addit. ad Roman. conſil. 26. litera A. l. 69. Tauri, vbi Caſtillo, & Anton. Gomez. Paul. de Caſtro conſil. 339. Dico non num. 2. part. 1. Alexand. in l. lex Cornelia num. 5. ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitut. Boerius deciſ. 353. num. 7. Roland. à Valle conſil. 39. num. 1. & conſil. 65. eod. num. volum. 1. Burg.
2 de Paz conſil. 2. num. 44. † etiàm ſi ſit iuramento firmata, vt per Scribentes in d. l. ſtipulatio, & l. final. C. de pactis, tradit vbi proximè Roland. à Valle, plures relati per Couar. in rubr. de teſtament. 2. par. num. 4. Ripa lib. 3. reſponſor. cap. 14. Mieres de maioratibus 1. par. quæſt. 58. num. 36. Iulius Clarus in dicto §. donatio quæſt. 20. Matienzo in l. 8. tit. 10. lib. 5. recopilat. gloſ. 1. num. 2.

Nàm eò ipsò, quòd ſit omnium bonorum do-
3 natio, † cùm ſit dilapidatio, l. final. ff. de curatore furioſi, l. filius ff. de donationib. Alexan. conſ. 86. num. 15. lib. 2. Rodericus Xuarez in l. 1. titulo *de las ganançias* nu. 53. præſumitur fraus, argumento l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraudem creditorum, Alex. conſ. 53. nu. 5. lib. 1. Ioan. Guttier. conſ. 14. num. 18.

4 † Et ideò vim ex reſeruatione vſusfructus cōſequitur, iuxta tradita per Couarru. lib. 3. variar. reſolut. cap. 12. nu. 3. & 4. Iulius Clarus d. quæſt. 19. num. 9. Roland. d. conſil. 65. num. 5. Rebuff. in authent. ſacramenta puberum illat. 5. C. ſi aduerſus vendit. Angel. de Vbaldis conſil. 265. num. 2. Matienzo in l. 7. tit. 11. lib. 5. recopilat. gloſſ. 1. num. 37. Soccin. in d. l. ſtipulatio num. 93. Viuius inter communes Doctorum opiniones lib. 8. tit. 32. C. de donationib. num. 17. verſ. *tertiò limitatur.* Ideòq; dicta D. Eliſabetha potuit diſponere liberè de fructibus bonorum ſuorum, quorū vſumfructū reſeruauit, & ideò cùm dos 2000. ducatorum, quā promiſit dicto Chriſtophoro de Arcas

cùm dicta Quitteria de Yçaguirre fuerit ſoluta
in tritico, & ordeo redditũum bonorum dictæ
D. Eliſabethæ, non poteſt dictus D. Alphonſus
Pacheco prætendere, id eſſe inualidum in præ-
iudicium donationis omnium bonorum in ſuũ
fauorem factæ.

5 † Quia donatio omnium bonorum collata
poſt mortem ſolùm valebit quoad præſentia do-
nationis tempore per donantem poſſeſſa, non
quoad futura, vt poſt Alexand. in d. l. ſtipulatio
col. 5. verſ. *in quantum* tradit Decius in l. de quæ-
ſtione nu. 19. C. de pactis, & hoc etiàm iure com-
6 muni, † nàm regio iure inſpecto, nec præſentiũ
tantummodò bonorum omnium eſt valida do-
natio, d. l. 69. Tauri, quæ eſt lex 8. tit. 10. lib. 5.
recopilat. & vtrobique Doctores, maximè Ma-
7 tienzo gloſ. 1. num. 3. † vnde reſeruato vſufructu
non veniunt fructus in donatione futurorum, vt
poſt Decium in l. final. num. 37. C. de pact. quem
ſequitur contra Alexand. Matienzo in l. 7. tit. 11.
lib. 5. recopilat. gloſ. 1. num. 37. qui eam ratio-
nem aſſignat, quòd ab initio excepti ſunt fructus
conſentiente donatario, & quaſi alienati, & ideò
etſi poſteà redimantur, & quærantur, non inclu-
dentur in bonorum futurorum donatione, arg.
l. vltimæ C. de rem ſ. ſ. gloſ. Idem tenet, & ſe-
quitur Paul. de Caſtro in d. l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta in finalibus verbis, eam aſſignans ra-
tionem, quòd iſto caſu fructus non cadunt in do-
8 natione, † quia vſumfructum reſeruando vide-
tur reſeruaſſe fructus, qui ex bonis donatis per-
cipientur, & de illis teſtari poterit, Paul. de Ca-
ſtro conſil. 75. notandum num. 3. lib. 2. ſequitur
Ioan. Guttier. de iurament. confirmator. 1. par.
cap. 11. num. 14. in princ. & verſic. *breuitèr*, pon-
9 derans, † quòd fructus percepti viuente vſufru-
ctuario ad eius hæredem pertinent, vt in l. defun-
10 cta ff. de vſufruct. † nàm in iure vſusfructus cõ-
moditas ineſt, l. 1. ff. de vſufruct. & ità iſtam re-
ſolutionem vti communem ſequuntur Raphael
Cumari num. 18. Iaſo. 10. Alex. eodem num. 18. in
d. l. ſtipulatio, Iacobin. in l. final. num. 39. C. de
pactis, vbi Alciat, Roman. conſ. 26. Abb. conſ. 102
num. 2. lib. 2. Aretin. conſ. 54. num. 3. & alij relati
per Molinam lib. 2. de Hiſpanor. primog. cap. 10.
num. 20. Crauetta conſ. 222. num. 2. Couar. lib. 3.
variar. reſolut. cap. 12. num. 1. Iulius Clarus lib. 4.
ſententiarum §. donatio quæſt. 19. in fine, Boer.
deciſ. 204. num 38. optimè Crauetta vbi proxi-
mè num. 4. & 5. in tom. 2. dicens, quòd de fru-
ctibus talitèr reſeruatis poteſt donator diſpone-
re tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, etiã
abutendo, vndè non poteſt dubitari de firmitate,
& valore dictarum donationum; cùm omnes di-
ctæ fuerint de fructibus reſeruatis per dictam
D. Eliſabetham Pacheco.

Nec poteſt dictus D. Alphonſus ſe excuſare à
præſtatione dictorum quingentorum ducatorũ,
de quibus donationẽ fecit remunerationis cau-
ſa dictæ Quitteriæ de Yçaguirre; cùm in ſche-
dula donationis dictus D. Alphonſus merita cõ-
fiteatur, & ea probata habeat dicta Quitteria, ſci-
licet eius reſpectu, & contemplatione, dictam D.
Eliſabetham in ſuam gratiam admiſiſſe dictum
D. Alphonſum, & quaſdã Villas ſui dominij, cum
earum iuriſdictionibus ei donaſſe; Quarè cùm
11 dicta † Quitteria nõ ſit de perſonis prohibitis
donationem accipere, ſufficeret dicta meritorum
aſſertio per donatorem facta, Bart. in l. ſi for-
tè num. 5. ff. de caſtrenſi peculio, Soccin. in l. ex
hac ſcriptura à nu. 71. ff. de donationib. Iacobin.
in l. vnica nu. 35. C. ne liceat potentioribus, Guido
Papæ quæſt. Delphinat. 95. Viuius, & Fichard. in-
ter communes opiniones eit. C. de donat. nu. 75.
& ſeq. Gamma. deciſ. 255. num. 2. Soccin. conſil.
295. nu. 8. verſ. *tertius caſus*, & num. 9. lib. 2. Gre-
gor. Lopez in l. 3. tit. 10. part. 2. verbo *ſi merecieſſe*.
Matienzo in l. 15. tit. 10. lib. 5. recopilat. gloſſ. 12.
num. 5. Iulius Clarus lib. 5. ſententiarum §. dona-
tio quæſt. 3. num. 2. Viuius inter dictas commu-
nes opiniones num. 17.

Nec obeſt dicere, dictam Quitteriam de
Yçaguirre fuiſſe ingratam dicto D. Alphonſo Pa-
checo; nàm non probat talem ingratitudinem,
ideò eius prætextu non valet reuocare donatio-
12 nem, † nàm afferenti aliquid incumbit onus pro-
bandi, l. actor C. de probation. l. 2. ff. eodem tit.
l. 1. tit. 14. par. 3. Couar. in cap. alma mater de
ſentent. excommun. lib. 6. 1. par. §. 1. num. 5. verb.
13 *tertia ſpecies*. † Et nemo præſumitur ingratus,
niſi arguatur, & probetur, gloſſ. verbo *non licebit*
in l. omnimodò C. de inoffic. teſtament. Gomez
in tract. de gratijs expectatiuis num. 80. Menoc.
lib. 1. de præſumpt. quæſt. 18. nu. 6. & lib. 5. præ-
ſumpt. 4. num. 11.

14 † Et quia deciſio l. final. C. de reuocand. do-
nat. quæ loquitur de reuocanda ex cauſa ingrati-
tudinis donatione, non habet locum in remune-
ratoria, iuxtà gloſſ. verbo *inuenıatur* ibi, quam
ſequuntur Doctores, vt per Rip. quæſt. 23. Alex.
conſ. 40. num. 16. & conſ. 43. num. 32. lib. 4. Rolan.
à Valle conſ. 5. num. 12. lib. 1. & conſ. 76. num. 15.
lib. 1. & conſ. 13. num. 62. lib. 3. Iulius Clarus in §.
donatio quæſt. 21. num. 4. & eſt pro eo text. ſin-
gularis, iuncta gloſſ. in l. ſi pater §. 1. verſ. *irreuo-
cabilis* ff. de donat. Caſtill. in proœm. legum Tau-
ri verbo *gratia* illat. 3. Ioan. Guttier. de iurament.
confirm. 1. par. cap. 4. nu. 31. Tiraquell. in l. ſi vn-
quàm verbo *donatione* num. 51. & ſeq. C. de re-
uoc. donat.

Maximè cùm dicta Quitteria eam acceptaue-
rit, quandò in ſui præſentia donatio fiebat, & di-
ctus D. Alphonſus ei tradidit ſchedulam ſuo no-
mine ſubſcriptam, in qua donatio continebatur;
15 † nàm donatarij præſentia cũ taciturnitate con-
ſenſum, & acceptationem inducit, & donationis
irreuocabilitatem, vt poſt Cagnol. in reg. ſemper
qui non prohibet de reg. iur. tradit Stracch. in
tract. de adiecto 3. part. nu. 100. & 102. Ioſeph. Lud.
deciſ. Peruſ. 29. num. 8. Socc. in l. ex hac ſcriptura
nu. 53. ff. de donat. Villalob. inter com. opin. DD.
C. eod. tit. nu. 48. Greg. Lop. in l. 4. tit. 4. partit. 5.
16 gloſſ. 1. † quæ præſentia in dubio præſumitur,
& ſi nihil in donatione dicatur, ſecundũ Boer.
dec. 358. nu. 3. Ioan. Guttier. in cap. quàmuis pa-
ctum nu. 58. de pact. lib. 6. Caualc. deciſ. Fiuiz. 42.
num. 18. 1. par. Paul. de Caſtr. conſ. 41. num. 15. &
16. lib. 3. & eſt communis opinio DD. in l. Titia §.
idem reſpondit cùm Septitius ff. de verb. oblig.
relati per deciſ. Genuæ 45. nu. 4.

Nec

Nec obſtabit dicere, non fuiſſe inſinuatam di-
17 ctam donationem, † nàm inſinuatio ſolùm re-
quiritur in donationibus ſimplicibus, & ex mera
liberalitate procedentibus; donatio autèm re-
muneratoria non eſt mera donatio, aut liberali-
tas, ſed antidoralis debiti ſolutio, l. Aquilius Re-
gulus ff. de donationib. l. conſuluit ff. de petit.
hæredit. Soccin. Iunior conſ. 94. num. 13. lib. 2.
Couarru. in cap. cùm in officijs num. 10. de teſta-
ment. Iulius Clarus §. donatio quæſt. 3. num. 1. la-
tè Tiraquell. in l. ſi vnquàm, verbo *donatione lar-
gitus* à num. 12. C. de reuocand. donatio. Roland.
à Valle conſil. 98. num. 48. lib. 1. Caſtillo in l. 29.
Tauri gloſ. *las otras donaçiones* fallent. 4. Gregor.
Lopez in l. 10. tit. 4. part. 5. gloſ. 1. Ioan. Guttier.
lib. 2. practic. quæſt. 159. num. 2. Menoch. de præ-
28 ſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. nu. 9. vbi ait, † quòd
donatio remuneratoria eſt accepti beneficij mer-
ces, Connanus lib. 5. commentariorũ iuris ciuilis
cap. 10.

19 † Vndè donatio ob merita, tanquàm donatio
ob cauſam non indiget inſinuatione, ſecundùm
Iulium Clarum d. §. donatio quæſt. 16. nu. 5. & 6.
Alexand. conſ. 12. num. 5. lib. 1. & conſ. 133. nu. 10.
vol. 7. Marc. Anton. Eugen. conſil. 7. num. 9. & 50.
lib. 1. Burgos de Paz conſil. 3. num. 66. Roland. à
Valle conſ. 13. num. 24 lib. 3. Rebuff. tom. 2. com-
mentar. ad leges Galliæ tract. de donation. inſi-
nuand. artic. 2. gloſ. 1. num. 220. Graſſ. inter com-
mun. opin. tit. C. de donation. num. 144. vbi Sua-
rez num. 171. Cephal. conſ. 61. num. 17. Matienzo
in l. 15. tit. 10. lib. 5. recopilatio. gloſſ. 2. num. 2.
20 † nàm remunerationis gratia receditur à iuris
regulis ſecundùm Decium qui multa citat in l. ſi
donatione num. 9. C. de collat. Cæphal. conſil. 97.
num. 35. tom. 1.

21 † Videmus enim, quòd licet donatio facta
vxori conſtante matrimonio non valeat, l. 1. ff.
de donationib. inter virum, & vxor. Paul. de Ca-
ſtro conſ. 50. num. 4. lib. 5. Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 12. num. 3. Rodericus Xuarez in
l. 1. tit. *de las Arrhas* num. 33. Couar. in rubr. de
22 teſtament. 2. par. num. 10. † nàm vltrà rationem
aſſignatam in d. l. 1. eſt alia, quòd putatur nefas
videri aliquid inter virum, & vxorẽ, quod com-
mune eis non ſit, vt Alciatus lib. 3. diſpu. cap. 14.
ex Plutarcho in præceptis connubialibus cap. 20.

23 † Et tamen ſi fiat propter merita valet, ſecun-
dùm Decium in d. l. ſi donatione num. 8. Gregor.
Lopez in l. 1. tit. 20. par. 2. gloſſ. 1. Cæphal. conſil.
61. nu. 17. tom. 1. ex l. quod autèm §. ſi vir, & vxor
ff. de donation. inter vir. & vxor. Cynus, Bald. Sa-
licet. & Iaſo. in l. ſi pater C. de inoffic. teſtament.
Iaſ. conſ. 173. nu. 5. lib. 4. Cæpoll. cautel. 112. Ro-
land. à Valle conſ. 5. num. 11. & conſ. 98. num. 44.
lib. 1.

24 † Similitèr donatio, quæ inter patrem, & fi-
lium regularitèr non valet, l. donationes, quas pa-
rentes C. de donationib. inter virum, & vxorem,
Albericus in l. ſi pater in princ. C. de inofficioſ.
teſtament. Pariſius conſ. 16. num. 16. & 19. lib. 2.
l. 3. tit. 4. par. 5. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap.
4. num. 25. Ioan. Guttier. de iurament. confirm.
25 1. par. cap. 4. in princ. † ſi tamèn fiat propter me-
rita valet ſtatim, ac ſi fieret extraneo, Decius in
d. l. ſi donatione nu. 6. Ioannes Guttier. vbi pro-
ximè num. 1. Bernard. Diaz regul. 214. Cæphal.
d. conſ. 61. num. 13. Roland à Valle conſ. 98. num.
45. lib. 1. ex authent. vndè ſi parens C. de inoffic.
teſtament. vbi Gloſſa, Viuius inter communes
Doctorum opiniones tit. C. de donationib. num.
18. verſic. *fallit ſimilitèr*, & Bellacomba ibidem
num. 102.

Maximè quia iſta donatio non excedit, imò
nec attingit quingentos ſolidos, de quibus in
26 l. ſancimus C. de donation. b. † cùm aurei, qui
in vſu verſantur, ſint minoris valoris quàm anti-
qui, quorum 72. faciebant libram auri, poſteà
96. vt dicit Bart. in rubr. C. de veter. numiſ. po-
teſtate, Angel. in d. l. ſancimus num. 4. & alij re-
lati per Roland. à Valle conſ. 39. in præſenti cau-
ſa nu. 40. lib. 1. Dueñas regul. 224. limit. vlt. Gre-
gor. Lopez in l. 9. tit. 4. par. 5. gloſ. 14. Bellon. conſ.
74. num. 22. quem refert Iulius Clarus d. §. dona-
tio quæſt. 15. num. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peru-
ſina 66. num. 9. par. 2. dicentes, facere ſummam
ſeptingentorum ſcutorum auri huius temporis,
aliàs ducenta, & quinquaginta millia marauedi-
norum, ſecundùm practicum Monteroſſo in
praxi tract. 7.

Nec obſtat dicere, adimplere ſoluẽdo redditus
dictorum quingentorũ ducatorũ interim quòd
eas non ſoluit; nàm hoc fuit appoſitum gratia
dictæ Quitteriæ de Yçaguirre, vt eſſet in eius ele-
ctione vel dictam quantitatem petere, vel reddi-
tibus frui, interim quòd ſibi non ſoluebatur,
27 † vndè cùm incommodum eius appoſitum fue-
rit, non debet in eiuſdem damnum retorqueri,
l. quod fauore ff. de legib. cap. ad Apoſtolicam de
regularibus, Roland. à Valle conſ. 36. num. 9. vol.
4. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 123.
28 num. 5. & præſumpt. 169. num. 18. quia inducta
ad vnum effectum, non debet contrarium ope-
rari, l. nulla ff. de legibus, Tiraquell. de retractu
lignag. §. 9. gloſſ. 2. nu. 51. Aymon Crauetta conſ.
236. num. 8. par. 2 Roland. à Valle conſ. 70. nu. 46.
29 vol. 3. maximè in inductis ad augmentum, quæ
non debent diminutionem operari, contrà text.
in l. legata inutilitèr ff. de legat. 1. l. legata cum
ſimilibus ff. de adimend. legat. Gregor. Lopez in
l. 21. tit. 1. par. 6 gloſſ. 4. Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 2. num. 19. & præſumpt. 190. nu.
30. Et ità mihi videtur de iure, dictas donatio-
nes debere continere omnimodam firmitatem,
& dictum Don Alphonſum Pacheco eſſe con-
demnandum, & via exequutiua compellendum
ad præſtationem dictorum quingentorum du-
catorum, & dictos Chriſtophorum de Arcas, &
Quitteriam de Yçaguirre debere abſolui quoàd
donationes dotis cauſa factas eis per dictam D.
Eliſabetham, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Paries ſi ſit communis pro indiuiſo non poteſt
extolli ab vno ſocio, alio inuito.*
2 *Socius non poteſt facere feneſtram in pariete com-
muni.*
3 *Socius regularitèr nihil poteſt facere in re commu-
ni, inuito ſocio.*

4 *Socius poteſt propria authoritate deſtruere factum in re communi in ſpretum illius.*
5 *Parieti communi non poſſunt admoueri tubuli propter ignis periculum.*
6 *Parieti cōmuni etiam pro indiuiſo nihil admoueri poteſt, per quod de damno timeatur.*
7 *Fratres duo ſi habent territorium, non poteſt vnus inuito alio facere fortalitium.*
8 *Aedificium factum ſuper muro meo cedit illi, & num. 11.*
9 *Frater quandò non repetat expenſas factas in re communi.*
10 *Aedificans ſcienter in ſolo alieno præſumitur donare.*
11 *Intellectus l. cùm duobus §. idem reſpondit ff pro ſocio.*
13 *Parietem ſuprà communem non poteſt quis habere parietem proprium.*
14 *Aedificium regularitèr cedit ſolo.*
15 *Aedificium naturalitèr ſolo cohæret.*
16 *Aedificium cedit ſolo l. 2. ...*
17 *Ratio eadem eſt de toto quoad totum, quæ de parte quoad partem.*
18 *Intellectus l. ſi ſuprà tuum ff de acquirend. rerum domin.*
19 *Murum ſuprà communem quandò, & qualitèr poſſit quis ædificare, vel repetat expenſas.*
20 *Superædificatū efficitur commune, prout erat murus, ſupèr quem ædificatur.*

ARGVMENTVM.

Socius parietis communis quid poſſit vel non facere in eo, & an poſsit superædificare in pariete communi, & vicinus poſteà immittere tigna in pariete ſuperædificato abſq; ſatisfactione expenſarum.

CONSILIVM CXVIII.

1 INterrogatus à Ferdinādo de Alarcon ciue nobili Conchenſi, reſpondi, q. † quandò paries eſt communis pro indiuiſo; vnus non poteſt parietem altius tollere, inuito vicino, ſeù condomino parietis, ex l. Sabinus, l. ſi ædes ff. communi diuidundo, l. fiſtulas §. final. l. parietem ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior. Bald. conſ. 233. incip. ſi per inſtrumenta par. 1. Bartholom. Cæpoll. conſ. ciuil. 35. nu. 5. & de ſeruitut. vrbanor. prædior. cap. 40. de pariete, ſeù muro nu. 19. & ſeqq. Berous quæſt. 26. num. 1. & 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 73. nu. 24. Io. Vinc. Honded. conſ. 80. num. 6. vol. 1. Bellacomba inter commun. DD. opiniones tit. de noui oper. nunc. num. 17.

2 † Sic ſocius non poteſt facere feneſtram in pariete communi inuito ſocio, Angel. & alij communitèr in l. quidam Hiberus ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior. Cepoll. eodem tract. cap. 40. nu. 25. & cap. 62. de feneſtra nu. 3. Honded. vbi proximè num. 4. Surd. conſ. 387. nu. 4.

3 † Et regularitèr ſocius inuito ſocio nihil poteſt facere in re cōmuni, & indiuiſa; & tunc melior eſt conditio prohibentis, etiàm ſi ſua non interſit, l. Sabinus ff communi diuidundo, l. receptum ff commun. prædior. l. fin. eodem tit. l. 2. §. ſi quis à Principe ff nè quid in loco publico, Bald. conſ. 165. incip. tres erant vol. 1. Paul. Caſtr. conſ. 334. incip. a ſecundo num. 182. par. 2. Marta conſ. 50. num. 22.

4 † Aliàs ſocius, in cuius ſpretium ædificatum, vel innouatum fuerit in re communi de facto, & propria auctoritate poteſt deſtruere, text. cum gloſ. in l. ſi viten §. ſi ad ianuam ff. quod vi, aut clàm, Marta vbi proxime nu. 23.

5 † Ideo pro regula tradit I C. in d. l. quidam Hiberus, non poſſe vicinum admouere tubulos parieti communi, per quos igne torreatur, & periculum ſit, nè damnum vicino afferatur, & ità Bart. Bald. Ang. Florian. de Sancto Petro, & Paul. Caſtrenſ. notant, non poſſe caminum fieri iuxtà parietem communem, ità vt ignis noceat, Pariſ. conſ. 63 num. 3. & ſeqq. lib. 1. Hieronym. Gabr. conſ. 130. nu. 1. 2. 4. & 5. vol. 1. & conſ. 149. nu. 7.

6 † dicens, quòd parieti nèdum alieno, ſed communi pro indiuiſo nihil pōt admoueri, vndè timeri poſſit de aliquo damno vicini, vel debilitate muri, idem Hieronym. Gabr. per dicta duo conſilia, & quandò paries eſt ità ſubtilis, quòd timeri poteſt, nè comburatur hoc procedit ſinè dubio, quo modo venit intelligendus Surd. conſ. 126. num. 21. lib. 1. Stephan. Gratian. tom. 3. diſceptat. cap. 572. num. 62. Cepoll. de ſeru. vrbanor. prædior. cap. 64. de camino num. 6. poſt med. & num. 9.

7 † Facit, quod reſoluit Roman. conſ. 52. quòd ſi duo fratres habēt territorium commune, vnus non poteſt altero inuito caſtrum ædificare, l. ſed ſi inter te, & me, §. ſi in area communi ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. reg. in re communi de reg. iur. in 6. Boer. deciſ. 320. num. 11. Hieron. Gabr. vbi proximè nu. 4. dicens, quòd in re communi ſemper conditio prohibentis eſt potior, d. l. Sa-
8 binus, † vndè ædificium factum ab alio etiàm ſuis ſumptibus ſuper muro meo, cedit muro, l. 2. in princ. C. de rei vendic. vbi Cynus, & DD. bonus text. vbi Bart. Bal. Angel & Alberic. in l. ex
9 duobus ff. de negot. geſt. † vbi frater in re communi cum fratre minore annis 25. non poteſt repetere expenſas factas ratione ædificij facti in re cōmuni, Boer. vbi proximè nu. 12. Cæpoll. conſ.
10 ciuil. 35. nu. 13. dicēs, † quòd cùm ædificās ſcientèr in ſolo alieno præſumatur donare, l. vlt. ff. de acquirend. rerum domin. l. ſi is C. de ædific. priuat. §. ex diuerſo inſtit. de rerum diuiſ. Bald. nu. 4. in d. l. 2. C. de rei vendic. Menoch. lib. 3 præ-
11 ſumpt. 32. num. 1. † eodem modo, qui ædificauit ſuper muro cōmuni, quàmuis murus ſuperædificatus communis efficiatur, non poteſt repetere expenſas, quia eo caſu non potuit ignoran-
12 tia cadere, † nec ſecundùm Cepoll. d. num. 13. obſtat l. cùm duobus §. idem reſpondit, ſi ſocius, qui ceſſantis ff. pro ſocio, quia loquitur in reficiente ob neceſſitatem, ſocio effecto certiore, l. ſi vt

ſi vt proponis C.de ædific.priuat.l.35.tit.33.par. 3. facit l.in parietis communis ff. de damno infecto, M. Anton.Eugen. conſ.47. num. 50. ſecus in altiante, quà ſuper ædificante. Et ratio diuerſitatis eſt, quia ibi refectio erit neceſſaria, poſſet ſocius compelli ad reficiendã rem;& ideò ſi alter ſocius reficit, non mirum ſi cogatur ad refundendum expenſas,quod tamèn non habet locum in reficiente animum vtiliter, maximè multo ſocio,vt notant DD.in d.§.idem reſpondit,& in d. l.Sabinus.

23 † Quarè Bart. in d.l.quidam Hyberus num.2. aperte reſoluit, ſuprà parietem communem non poſſe quem habere parietẽ proprium, niſi id faciat eo modo, quòd paries ità ædificatus remaneat cõmunis. ſicut erat paries, ſuper quo ædificatum eſt, d.l. Sabinus, l. ſi ſuprà communem 28. vbi Hubertus Giphan. num.2. & 4. ff. de acquirend. rerum domin. Paul. Caſtr. conſil. 334. num.1.par.1.& iſtam Bart.reſolutionem ſequutus tenet Rebuff. in repet. d.l.quidam Hyberus notab 2.pag.592.per l.parietes, l.inter quos ff.de damno infecto, Berous d.quæſt.26. num.3. per text.in l hoc,quod dictũ §.ſi ex tribus ſecundùm vnam lecturam gloſſæ ff de ſeruit. vrbanor. prædior.Cæpoll.de ſeruit.vrbanor.cap.40. de pariete num.7.& d.conſ.35 nu.6.& 9. Riminald. Sen. conſ.401. num. 14. & conſ.402.vol.3. l.regia 26. in fine tit.33. par.3. Mar.Anton.Eugen.conſ.47. num.39.& 41. Caualcan.deciſ.9. num 14. par.2. probat text.in d.l.ſed ſi intèr te §.final. ff de ſeruit. vrbanor. prædior. l.2. & l.ſi in area C.de rei
24 vendicat. Boer.conſ.5.num.24.& ſeqq. † quia quèmadmodum ædificium cedit ſolo, l. adeò 7. §.cùm in ſuo ſolo ff.de acquirend.rerum domin. §.cum in ſuo inſtit. de rerum diuiſ. Iaſo.in l.quod dicitur num. 22. ff. de verbor. obligat. l. ſi quis ſciens C.de rei vendicat. Paul.Caſtr.in l.2.nu 2. & 3. eodem tit. l. qui res 98. §.aream ff.de ſolut. l.38.tit.28.par.3.Caius lib.2.inſtitut.tit.1.Molin. tom.1.de iuſtit.tract.2 diſput 57.circa finem, Menoch.in addit.ad lib 2.de arbitrar.iudic. caſu 258.num.59. Marc.Anton.Eugen.d.conſ.47.nu.
25 37 † quia naturaliter ſolo cohæret, l.obligationum ferè §.placet ff.de oblig.& action.Matienzo in l.6.tit.7.lib.5. recopilat. gloſ.2.nu.1. tanquàm acceſſoria ſolo, Cæphal. conſ.98.num.24 tom.1.
26 † adeò vt ædificium cedat ſolo legato, Bald. in l.ſeruum §.ſi in area ff.de legat.1. ità omne, quod ſupèr parietem communẽ ædificatur, debet eius
27 naturam ſortiri, Cæpoll d. conſ.35.nu.7. † eademq; ratio debet haberi, cùm eadem militet de pariete ad parietem; & ſic parte quòad partem, quæ de area,& ædificio,& ſic de toto quòad totum, argum. l quæ de tota ff.de reiuendic, vbi gloſ. verbo *dicta ſunt*, cui ſimilis eſt verbo *nàm & Iulianus* in l. ſed & ſi quis §. itèm quæritur ff.ſi quis cautio. Bart. in lectura l. de quibus num.15.ff.de legib. & ità cedere parieti inferio-
28 ri, Boer.d.num.25. † & ità tenet expreſſus tex. qui cauillari non poteſt in l.ſi ſuprà tuum 28. ff. de acquirend.rerum domin. dicens: *Si ſuprà tuũ parietem vicinus tuus ædificauerit proprium eius id,quod ædificauerit fieri. Labeo, & Sabinus aiunt; ſed Proculus tuum proprium; quemadmodùm tuũ fieret, quod in ſolo tuo alius ædificaſſet.* Quod verius eſt, facit l.redemptores ff de rei vendicat. l.
19 ſed & ſi quid ff. de vſufruct. † pro cuius materiæ intelligentia Cæpoll.d.cap.40. de pariete nu. 27. diſtinctionem facit, dicens, quod aut murus erat communis pro diuiſo,aut pro indiuiſo. Primo caſu non poteſt repetere ſumptus: quia ædificauit in ſuo,& tunc ceſſaret quæſtio, quia alius debet altius tollere aliam ſuam dimidiam tantũ. ſi verò ſuper vtraque parte ædificauit, & paries eſſet ità groſſus, quòd ſupèr ſua tantùm parte potuit ædificare, ſi ædificaret ſuper parte ſocij diuiſa, diceretur ædificare ſupèr alieno,& non poſſet ſumptus repetere, l. adeò §. ex diuerſo ff. de acquirend rerum domin. quandò verò murus non erat ità groſſus,ſi ſolùm egit de refectione, alter ſocius tenebitur, l. ſi vt proponis, vbi Cyn. & DD. C.de ædific.priuat. aut fecit ſolùm pro ſua vtilitate, quia in muro per eum eleuato appoſuit tigna a latere ſuo,& ſuperædificauit ſolarium, & tunc ſi ſocius fuit proteſtatus, quòd non eleuaret, & ſi feciſſet nolebat ſoluere,non teneretur ad ſumptus pro dimidia. argum. l.fin. C.de negot. geſtis, & l.ſi pro parte ff.mandati, l. adeò, §. ex diuerſo ff. de acquir. rerum domin.
20 † nàm ſuperædificatum efficitur commune eo modo, quo prius erat murus inferior, ſuper quẽ ædificatur, l. ſi ſuprà tuum ff. de acquirend. rer. domin. l.2. & l. ſi in area C.de rei vend. l ſi is C. de ædific.priuat. Cæpoll.d.cap.40.nu.28. & ſeq. & ità mihi videtur, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *MEliorationes etiàm per viam maioratus, et ſint irreuocabiles in Regnis Caſtellæ, quæ requirantur.*
2 *Exceptio caſuum aliquorum firmat regulam in contrarium.*
3 *Contractus ſui natura reuocabiles aſſimilantur vltimæ voluntati.*
4 *Vltima voluntas eſt deambulatoria vſquè ad mortem.*
5 *Donationes poſſunt fieri in fauorem abſentium.*
6 *Donationes poſſunt reuocari ante acceptationem donatarij.*
7 *Donatario non quæritur ius antè acceptationem, & interim donans eſt dominus, & poteſt de re donata diſponere.*
8 *Acceptatio ſi non apparet, donatio eſt inefficax.*
9 *Donatio etiàm iurata antè acceptationem poteſt reuocari.*
10 *Donatio ad fauorem piæ cauſæ eſt reuocabilis antè acceptationem.*
11 *Dominium ex titulo ſolo quãdò quæratur Eccleſiæ.*
12 *Beneficium poteſt conferri abſenti.*
13 *Beneficium collatum abſenti requirit acceptationẽ illius.*
14 *Confeſſio non acceptata per aduerſariũ non iuuat.*
15 *Renunciatio non acceptata non nocet.*
16 *Donatio non habet effectum irreuocabilem antè acceptationem.*
17 *Donatio facta abſenti habet tacitam conditionem ſi acceptetur.*

18 *Dona-*

Digitized by Google

18 *Donatio quibus modis fiat legitimè abſenti.*
19 *Donatio non eſt ſinè acceptatione ſequenti.*
20 *Datum non videtur, quod non eſt acceptum.*
21 *Liberalitas alterius non quæritur nolenti.*
22 *Notarij ſtipulatio & acceptatio pro abſente non efficit donationem irreuocabilem, & quid operetur.*
23 *Specialia plura non ſunt multiplicanda, & num 142.*
24 *Donans antè acceptationem donatarij poteſt tanquàm dominus rem donatam obligare alteri.*
25 *Donatio facta abſenti requirit acceptationem prius quàm alteri fiat.*
26 *Donatarius ſecundus, cui res eſt tradita præfertur primo.*
27 *Conſtitutum non operatur in abſentia.*
28 *Poſſeſſio antè ratificationem non transfertur.*
29 *Acceptatio donationis abſenti factæ requiritur etiã ſtante l. 2. tit. 64 lib. 5. nouæ recopilat.*
30 *Donatio facta abſenti antè acceptationem poteſt reuocari, non obſtante conſtituto.*
31 *Clauſula conſtituti, & aliæ acceſſoriæ non operantur, ſi actus principalis eſt imperfectus.*
32 *Mutatio non præſumitur.*
33 *Intellectus l. 3. tit 8 lib. 3. ordinam & nu. 155.*
34 *Donationis contractus pendet à duorum conſenſu.*
35 *Minor quandò reſtituatur aduerſus donationis acceptationem omiſſam.*
36 *Quæſitum quod non eſt, amitti non dicitur.*
37 *Pœnitentia donantis licita eſt antè donatarij acceptationem.*
38 *Obligatio, nec ciuilis, nec naturalis contrahi poteſt abſq; conſenſu vtriuſquè partis.*
39 *Donatarij voluntas donèc concurrat donantis voluntas non eſt perfecta.*
40 *Donatio etiàm ſtante iure regio requirit acceptationem.*
41 *Donatio abſenti facta an aliquibus ex qualitatibus ſit irreuocabilis.*
42 *Donans non cenſetur ſe obligare niſi ſecundùm formam iuris.*
43 *Perſonalis obligatio non tranſit contrà ſingularem ſucceſſorem.*
44 *Acceptatio non præſumitur in re, quæ poteſt eſſe onerosa.*
45 *Acceptatio expreſſa requiritur in maioratu.*
46 *Donatio continens grauamina non cenſetur acceptata ex ſola præſentia.*
47 *Acceptatio non poteſt fieri poſt mortem donantis, aut ius olteri quæſitum.*
48 *Ratihabitio fieri debet re integra.*
49 *Acceptatio, & ratihabitio re non integra non iuuant.*
50 *Ratihabitio non operatur in præiudicium tertij.*
51 *Donationis ſcriptura, mortuo donante remanet elinguis.*
52 *Maioratus reuocatio on debeat fieri eadem forma, qua confectio.*
53 *Maioratus reuocatio debet fieri per ſcripturam.*
54 *Vſusfructus retentio in donatione habet vim traditionis.*
55 *Vſusfructus reſeruatione elicitur animus non reuocandi.*
56 *Cauſa, propter quam aliquid fit, debet conſiderari.*
57 *Cauſa finalis attenditur in contractu.*
58 *Verba appoſita in principio inſtrumenti multùm operantur.*
59 *Primordio tituli poſterior formatur euentus.*
60 *Principium eſt potiſſima pars cuiuſque rei.*
61 *Diei principium eſt pars potiſſima, & pulcherrima.*
62 *Verbum, quodlibet, in contractu non debet eſſe otioſum, ſed operari, quod potuerit.*
63 *Præmiſſa præſtant euidentiorem ſequentium intellectum.*
64 *Præfatio, aut proœmium in lege, aut conſtitutione cenſentur apponi cum myſteria.*
65 *Proœmium declarat mentem in conſtitutionibus, ordinationibus & ſtatutis.*
66 *Mens diſponentis colligitur ex ratione proœmiali.*
67 *Proœmium promiſſionis declarat mentem promittentis.*
68 *Donatio Principis declaratur ex ratione eius proœmioli.*
69 *Proœmium generale efficit diſpoſitionem generalem.*
70 *Præfationes præſtant lumen diſpoſitioni.*
Verba generalia diſpoſitionis declarantur ex ratione proœmiali, eod. num.
71 *Præfatio obtinet vim cauſæ, deciſio cauſati.*
72 *Diſpoſitionis verba referuntur ad præfationem.*
73 *Præfatio in contractibus habet vim cauſæ finalis ad ampliandum, vel reſtringendum eos.*
74 *Præfatio declarat expreſſa, & ſupplet nõ expreſſa, & num 75.*
76 *Proœmij, & præfationis natura qualem vim habeat in expreſſione cauſæ.*
77 *Cauſa in dubio præſumitur finalis.*
78 *Cauſa finalis dicitur, ſine qua quis non eſſet facturus ſaltem eo modo.*
79 *Auguſtus Cæſar ideò inſtituit hæredem Tyberium ex parte dimidia, & ſextante, quia Caium, & Lucium filios amiſerat.*
80 *Cauſa vbi deficit voluntas deficit diſponentis.*
81 *Ceſſante finali cauſa ceſſat effectus.*
82 *Cauſa finalis defectus facit inutilem effectum diſpoſitionis.*
83 *Inſtitutionis cauſa ceſſante, inſtitutio ceſſat.*
84 *Subſtitutionis cauſa ceſſante, ſubſtitutio ceſſat.*
85 *Concedentis mens eſt attendenda.*
86 *Actus agentium non operantur contra illorum intentionem primitiuam, aut ſecundariom,*
87 *Conceſſionis cauſa ceſſante, conceſſio ceſſat.*
88 *Geminata conceſſio denotat enixam voluntatem concedentis.*
89 *Triplicata conceſſio efficacior eſt.*
Triplex funiculus difficile rumpitur, eod. num.
90 *Conceſſio quadruplicata eſt fortior.*
91 *Tertio ius quæſitum ex contractu inter alios inito an poſſit a contrahentibus tolli, & reuocari.*
92 *Actio reuocabiliter tertio quæſita poteſt tolli inuito eo.*
Donator poteſt pactum tollere abſenti factum nondùm acceptatum, eod. num.
93 *Donationes plures ſunt, quot ſunt vocati.*
94 *Acceptatio primi donatarij quandò ſequentibus proſit.*
95 *Acceptatio primi donatarij debet fieri non ſolùm pro ſe, verùm & pro alijs nominatis.*

96 Donatio

96 Donatio, & melioratio non acceptata eſt reuocabilis vſquè ad mortem.
97 Matre meliorationem faciente, habet locum reuocatio, iuxta leges Tauri, niſi concurrant aliqua contenta in eis.
98 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, pariformiter ea determinat.
99 Finis legis debet referri ad principium.
100 Limitatio diſpoſitio limitatum producit effectum.
101 Incluſio vnius eſt excluſio alterius.
102 Pactum de non reuocando adiectum diſpoſitioni reuocabili intelligitur, niſi pœniteat.
103 Acceſſoria contractus, ſui natura reuocabilis, ſunt reuocabilia.
104 Stipulatio appoſita ſuper contractu reuocabili eſt reuocabilis.
105 Clauſulæ omnes contractus intelliguntur ſecundum naturam, & ſubſtantiam illius.
106 Verba debent intelligi iuxta ſubiectam materiam, de qua agitur.
107 Verba etiam ſi improprientur, intelliguntur iuxta ſubiectam materiam.
108 Donationem mortis cauſa, aut alium contractum reuocabilem faciens, etiam ſi promittat non reuocare, poterit reuocare.
109 Arctare ſe quis nō præſumitur, niſi quatenus actus natura requirit.
110 Clauſula appoſita in executiuis non alterant ſubſtantiam contractus.
111 Experientia eſt magiſtra rerum.
112 Clauſulæ appoſitæ de ſtylo Tabellionis nil operantur contra mentem contrahentium.
113 Intellectus l. vbi ita donatur ff. de mortis cauſa donatio.
114 Diſpoſitum cenſetur quod interrogatus diſponens veriſimilitèr diſpoſuiſſet.
115 Mater præſumitur habuiſſe maiorem dilectionem ergà filiam quàm ergà nepotem, & nu. 117.
116 Nepos non debet eſſe melioris conditionis, quàm filius.
118 Filia eſt proximior gradu, quàm nepos.
119 Proxima cauſa magis influit, quàm remota.
120 Cauſa immediata præualet mediatæ.
121 L. ſi vnquàm C. de reuocand. donat. procedit etiā quandò comparuere liberi, quos pater putauit mortuos.
122 Monialis reputatur mortua poſt profeſſionem.
123 Aequalitati inter filios fauent iura.
124 Aequalitas inter filios debet ſeruari, etiàm ſi à proprietate verborum recedatur.
125 Dilectus minus non debet eſſe melioris conditionis magis dilecto.
126 Acceptatio an præſumatur ex ſola ſcientia, vt donatio fiat irreuocabilis.
127 Priuilegij ius an acquiratur priuilegiato à die notitiæ.
128 Acceptatio, de qua non apparet, non præſumitur.
129 Præſentia, & acceptatio, de quibus non fit mentio in donatione non præſumuntur, & num. 131. & 133.
130 Facti quæ ſunt non præſumuntur, niſi probentur.
132 Intellectus l. 1. & l. optimam C. de contrah. & commit. ſtipulat.
134 Ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur.
135 Ignorantia facti alieni præſumitur.
136 Conſanguineus an præſumatur ſcire facta conſanguinei.
137 Intellectus l. octaui ff. vndè cognati.
138 Dictum Doctoris intelligitur ſecundùm iura, quæ allegat.
139 Conſanguineus non præſumitur ſcire actus momentaneos conſanguinei, vt ſunt contractus, & teſtamentum.
140 Scientia ſine præſentia non inducit acceptationem.
141 Præſens, & tacens quandò videatur conſentire.
143 Donatio facta infanti an indigeat acceptatione, vel quæratur illi ius ſine illa.
144 Infans an poſſit adoptari.
Emancipatio an requirat conſenſum emancipandi, ibidem.
145 Infantis legitimatio facta Principis authoritate non indiget conſenſu infantis, ſecundùm plures.
146 Infans cenſetur conſentire in ſibi vtilibus.
147 Intellectus l. donaturum C. de acquirend. poſſeſſ.
148 Infans per ſe non habet affectionem tenendi, nec poteſt incipere poſſidere.
149 Tutor, vel alius pro infante debet poſſeſſionem apprehendere.
150 Infans non poteſt legitimari per reſcriptum, ſecundùm aliquos.
151 Conſenſus requiritur ad legitimationem.
152 Abſens legitimari nequit.
153 Infans dicitur vſquè ad ſeptennium.
154 Aetas vbi eſt cauſa beneficij, ceſſante illa ceſſat beneficium.
156 Donans non cenſetur ſe velle obligare, niſi donatarius acceptauerit.
157 Contractus naturæ quæ ſunt, contrahentes præſumuntur voluiſſe.

P R O

Donna Catharina Mexia de Guzman.

C V M

Don Didaco Hernandez de Ynistroſa.

ARGVMENTVM.

Melioratio Tertij, & Quinti facta etiam per viam maioratus à matre habente filios, & nepotem an poſſit reuocari, vel vocationes priùs factæ mutari; Et quāti momenti ſit ratio procemialis ad colligendū voluntatem diſponentis.

CON-

CONSILIVM CXIX.

PRæſupponitur in facto, quòd D. Florentia Mexia Torres de Guzman Domina Villarum de la Parra, & Villarejo Pedro Eſteuan fecit quodam inſtrumentum meliorationis per viã maioratus, dicẽs in eius procœmio, quod attento D. Gomez Hernandez de Yniſtroſa erat diues, & potẽs nominus triũm Villarum, & reliqui eius filij, & filiæ erant religioſi, his, & alijs iuſtis cauſis eius mente mouentibus ex tunc ad tempus ſuæ mortis faciebat meliorationem, & donationem puram, perfectam, & irreuocabilem dictam inter viuos tertij, & reſidui quinti bonorum, iurium, & actionũ, quæ habebat, aut in futurum haberet D. Briandę Mexia de Guzman eius filiæ pro ſe, & ſuis filijs, & ſucceſſoribus, quam meliorationem aſſignauit in iuriſdictione, tertijs, & gabellis dictæ Villæ de la Parra, prout ipſa eas habebat, & dicta D. Brianda, & ſucceſſor, poſt eam vocatus ad dictam meliorationẽ voluiſſent eligere, vocauitq; illius deſcendentes cum prælatione ſexus, & gradus, & caſu, quo decederet ſine filijs vocauit dictum D. Didacum eius nepotem ex dicto D. Gomez, & eius filios, & ſucceſſores, iuxta ordinem, quem dederat in deſcendentibus D. Briandæ, & in defectum illorũ bona diuidi poſſent inter eius hæredes, quæ in primis caſibus prohibuit poſſe alienari etiàm cum auctoritate regia, ſub pœna priuationis contrarium facientis, & vocatione ſequentis in gradu, ac obligatione, quòd nunquã vllo tempore, nec pro aliqua cauſa, quæ potuiſſet eſſe non reuocaret, nec impugnaret dictam meliorationem, & donationem, nec ſuper ea aliquod grauamen apponeret, imò quòd futura erat certa, & ſecura dictæ D. Briandæ, & eius ſucceſſoribus, aut eis haberet ſatisfacere damna, & intereſſe, quæ ſcriptura fuit ſtipulata 14. Februarij 1575. non tamèn fuit acceptata per dictam D. Briandam, nec dictum D. Didacum, aut perſonã legitimã pro eis, nec facta traditio illius, nec bonorum meliorationis.

Item ſupponitur, quòd dicta D. Catharina filia legitima, & naturalis dictę D. Florentiæ tempore dictæ ſcripturæ reperiebatur in quodam Monaſterio, expectando tempus probationis, quo non impleto exiuit, & nupſit Alphonſo Aluarez de Toledo, & Luna: ex cuius matrimonio habet vnã filiam eiuſdem nominis auiæ.

Item ſupponitur, quòd dicta D. Florentia per eius teſtamentum ſtipulatum vltimo Nouembris 1581. declarauit ſe feciſſe dictam ſcripturam, eamque confirmauit, excepto quoad vocationẽ, quam ſecundo loco fecerat in fauorem dicti D. Didaci, declarandò id feciſſe, quia à dicta D. Catharina eius filia erat tractatum, quòd fieret Monacha, quod non habuit effectum, ideòq; diſpoſuit, quòd non obſtante illius vocatione ſuccederet poſt mortem D. Briandæ abſque ſucceſſoribus dicta D. Catharina, & eius filij priuſquàm dictus D. Didacus, & caſu, quo neceſſariũ foret, & hoc obſeruaretur, & ſortiretur effectum, reuocauit, & annullauit vocationem, quam fecerat dicti D. Didaci poſt dictam D. Briandam, & eius ſucceſſores, diſponendo, quòd illius vocatio intelligeretur effectum habitura poſt dictam D. Catharinam, & eius deſcendentes, prohibendo, nè litem moueret illis, ſub pœna priuationis iuris ſuccedendi in dicta melioratione.

Demùm eadem D. Florentia per codicillum, quem ſtipulata fuit quarto Iulij 1584. idem confirmauit. Itèm declarauit ſuam voluntatem, & per ſcripturam publicam 18. Aprilis eiuſdem anni coram Petro de Torres Tabellione, idemq; apparet declaraſſe alijs inſtrumentis 6. Februarij 1578. & 12. Decembris 1579. & demùm 28. Auguſti 1584. ratificauit dictas ſcripturas, & tradidit poſſeſſionem bonorum meliorationis, reſeruato ſibi vſuſfructu vita durante, quæ ſcripturæ fuere acceptatæ per dictos Alphonſum Aluarez de Toledo, & Luna; & D. Catharinam eius vxorem; cuius iuſtitia his ſuppoſitis videtur fulciri aduerſus dictum D. Didacum ſequentibus fundamentis.

Primò, quia de iure regio eſt præfinita regula diuerſa ab eo, quod de iure communi erat cautũ ſuper donatione inter viuos, & illius reuocatio-
1 ne, † nam meliorationes factæ etiàm maioratus titulo ſunt reuocabiles, niſi facta fuerit traditio rerum in melioratione contentarum, aut traditio inſtrumẽti; vel ſi fieret ex cauſa oneroſa cum aliquo tertio, vt probatur in l. 17. & l. 44. Tauri, Caſtillo in d. l. 17. gloſ. *reuocar*, Velazquez ibidem gloſ. 6. num. 1. Angulo gloſ. 5. num. 5. Matienzo in l. 10. tit. 6. lib. 5. recopilat. gloſ. 3. num. 3. vſquè ad finem, & communiter DD. in dictis legibus Tauri, Molina in lib. 4. de primogen. cap. 2. in princ. & num. 1. & lib. 1. cap. 52. nu. 2. & ità aliquo deficiente ex exceptis in d. l. 44. Tauri, maioratus
2 non fit irreuocabilis, † caſus enim exceptus regulam in contrarium firmat, l. nàm quod liquidè §. final. ff. de penu. legata. Quod in tantum eſt verum, quòd maioratus non ſolùm poſſunt reuocari quòad vocationes, aut conditiones mutando illas, ſed etiàm ſupprimendo in totum, ità & talitèr, quòd bona remaneant libera, vt ponderat Molina d. cap. 2. num. 1. & Velazquez in l. 44. Tauri glo. 6. num. 2. qui reprobant Peraltam, qui in l. 3. §. qui fideicommiſſum num. 124. verſ. *cùm ità in propoſito* ff. de hæredib. inſtituend. cenſuit, maioratum in totum reuocari non poſſe, ità, vt bona efficiantur libera; ſed ſolùm vocationes, & ſubſtitutiones alterari, bonis ipſis remanentibus reſtitutioni obnoxijs, nàm ad hoc debili fuit fundamento motus.

3 † Et ità huiuſmodi meliorationes, & maioratus quàmuis facti ſint in contractu inter viuos, ſtante ipſorum natura, qua ſubijciuntur mutationi, & reuocabilitati, habent naturam vltimæ voluntatis, vt poſt Oldrad. conſil. 231. in princ. & Tiraquell. de iure primogeniorum quæſt. 68. num. 1. & 2. & quæſt. 8. num. 2. & ſeqq. pro quo allegant text. in l. ſi filia §. ſi pater ff. famil. erciſc. ibi: *non videri donationem, ſed ſupremi Iudicij diuiſionem*. vbi diuiſio hæreditatis facta à patre inter eius filios non habet vim donationis; ſed vltimæ voluntatis, & in terminis maioratuum Hi-

Hiſpaniæ

ſpaniæ id tradit Celſus Hugo conſ.100. num.12.
& conſ.120.num.43.& reſoluunt Caſtillo in l.44.
Tauri gloſ.2.vbi Palac.Rub.num.2 Menchac.de
ſucceſſ.creat.lib.1.§.1.num.32.& Gregor.Lopez
in l.43.tit.5.par.5.gloſ.verbo *no vale*, Palac.Rub.
in repetit.rub.de donat. inter §.44 nu 3.& ſeqq.
alij, quos recenſet Molina lib.1. de Hiſpan. pri-
mogen.c.1.nu.7. & c.12.nu.1. & 2. qui allegat l.
10.tit.12.lib.3.fori, quæ hoc apertè inſinuare vi-
detur ibi, *por que tal donaçion es ſemejable à las
otras. que ſe hazen en manda por raçon de muerte.*
4 † Et ità cùm voluntas vltima vſquè ad mortem
deambulatoria ſit, & reuocabilis, l.4. ff. de adi-
mendis legatis, l. translatio ad finem cum ſimili-
bus ff.eod.tit. l.cùm hic ſtatus §.pœnitentiam
ff.de donationib.inter l.3.C.de codicillis, c.cùm
Marthæ,vbi gloſ.de celebrat.miſſarum, Mantica
lib.12.de coniectur.tit.1.nu.1. Couarr.in rub.de
teſtam.2 par.in præfat.& num.1.ideò non mirũ,
ſi dicta melioratio, & ſi ad titulum maioratus
valeat,& poſſit reuocari, non ſolùm quoàd voca-
tionem dicti D. Didaci, & ſucceſſorum eius, vt
eſt caſus noſter, ſed etiàm valet ſi reuocaretur
in totum,iuxtà ſupradicta.

Et quàmuis exiſteret in vim contractus,vt aliq
qui DD.voluerunt, adhùc iſta melioratio fuit re-
uocabilis.& multò magis vocatio dicti D.Didaci
de Yniſtroſa,& Prælati, prout ſunt tot inſtrumē-
tis dicta D. Catharina, & deſcendentes illius,
5 † nàm quàmuis donationes poſſint fieri in fauo-
rem abſentium, l. velles, necnè 6. C.de reuocan.
donat. l.nec ambig. C.de donationib. l.4. iuncta
l.abſenti ff.eodem tit. l.4.tit.4.par.5. Othoman.
in diſputat.de donat.verſ.*deinceps*, & verſ. *quòd
ſi res*. Anton.Gomez. 2.tom. variar. cap.4. nu.2.
Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 29. num.16. &
6 ſequenti, † tamèn antè acceptationem donatarij
poſſunt reuocari, d.l.abſenti ff.de donat.Aretin.
conſ.17.num.6.verſ.*ſed ex ſecundo capite*,Ripa
in rubr.ff.de verb.obligat.num.21. Rebuff.in l.
alienatum §.donationis, verſ.*tertiò donatio* ff. de
verbor.ſignif.Andræas ab Exea de pactis à nu.87.
vſque ad 110. Alciat.in cap.cùm contingat num.
331. de iureiur. Cagnol. in l.quo tutela §.final. in
fin.ff.de regul.iur.Plotus in l.ſi quandò §.1.nu.8.
C.vnde vi, nouiſſimè Menoch.conſ.443. num.3.
lib.5.Octauian.Cacheran.conſ.55.num.10.Natta
conſil. 94.num.5.Nicol.Valla tract. 2. de rebus
dubijs num.3.Proſper Paſſer.conſ.122.num.13.
Mandell.Albenſ.conſ.97.num.8. Magon.deciſio.
Lucana 38. num. 23. Vueſembec.conſ.38.nu.51.
lib.1.Berous conſ.4.num.43.lib.1. qui poſt alios
7 eam aſſignat rationem, † quia antè acceptatio-
nem nullum ius donatario fuit quęſitum,ſed re-
manſit penès donantem; qui cùm interim ſit do-
minus poteſt ad libitum de re donata diſponere,
ſingularitèr idem Berous in cap.in præſentia nu.
77.& 78.de probation.latè comprobans Lancell.
Galiaul.in rubr.num.195.ff.de verbor.obligat. l.
4.tit.4.par.5.ibi, *la terçera quando ſon preſentes
en el lugar, el que dà, y el que reçibe la donaçion,y
la quarta quando aquel que quiere hazer la dona-
çion es en otra tierra ca entonces no la puede hazer
ſi non por carta, ò por menſagero*, l.ſi ego ff. de ne-
got.geſt. Molina lib.4.de primogen.cap.1.num.
58.Paul.de Caſtro in l.Titia §.ſidem reſpondit lo
ſecondo, num.3.ff.de verbor.obligat.vbi inquit,
quòd ſi in inſtrumento contineatur, quòd talis
donauit tali,& non dicatur preſenti,& recipien-
ti, cum donatio poſſit inter abſentes fieri, non
8 præſumetur pręſentia,& ſi non apparet de acce-
ptatione illius, donatio non valet, idem in l.illud
num.6. C.de ſacroſanct. Eccleſ. Gregor. Lopez
in l.67.tit.18.par.3. gloſſa 1.& in l.4.tit.4. par.5.
eadem Gloſſa, Ioan.Gutier.in repet.cap.quàm-
uis pactum in princ.nu.53.de pact.lib.6.& conſ.
9 20. num.1. † & in donatione iuramento firmata
lib.3.practicar. quæſt.96. num.6. Mieres de ma-
ioratibus 1.par. quæſt.36.num.1. Burgos de Paz
Iunior lib.1.quæſt.ciuili 10.num.13.& ſeqq. Al-
uarado lib. 3. de coniecturata mente defuncti
cap.2. num.55. Burgos de Paz conſ.14.num.21.
& ſeqq. Couar.in rubr. de teſtament. 3.par. nu.
13. & alij, quos allegat Angulo de meliorat. l.1.
gloſ.8.num.18.
10 † Quod in tantùm eſt verum, quòd procedit
etiàm in donationibus factis ad fauorē piæ cau-
ſæ, gloſſ.communitèr recepta verbo *alia cauſa* in
fin. in l.illud C.de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſ. in l.qui
Romæ §.Flauius nu.4. ff.de verbor.obligat. Re-
buff.in l.quod iuſſit notab.1.ff.de re iudic.num.
33.Decius in l.contractus num.16. ff.de reg.iur.
& conſ.226.num.7.Curtius Iunior conſ.120.nu.
2. Gratus conſ.25. num.37. 1.par. Carol.Ruyn.
communem dicens conſ.13. nu.10. lib.4.& conſ.
97.num.14.eodem lib. Molina d.num.58.& plu-
res alij,quos allegant Couar.vbi proximè, & Ti-
raquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg.115.verſ.
contrarium, Iulius Clarus lib.4. ſententiarum §.
donatio quæſt.12.num.6. Marc.Ant.Natta conſ.
94.num.5.Nicol.Mezius lib.de contractib. tit.de
donation. §. de ſubſtantialibus donationis num.
23.in fine, Hippolyt. in l. ſi quis num.69. ff.de
quæſtionib. Auguſtin. Berous in rubr. de iudic.
num.77.Grat.reſponſ.25.in pręſenti nu.16.lib.1.
& Cardin.Pariſ. conſ.77.ſubſcripſi nu.42.& ſeq.
11 lib.1.Burgos de Paz quæſt.10.num.10. † ſi ergò
donatarij dignitate, cui aliàs ex priuilegio com-
petit ex ſolo titulo dominium acquirere, vt in
d.l.illud,& in l.1.verſ.e *aun ſin eſtar* tit.11. par.1.
nō ſuppletur acceptationis defectus, minus ſup-
plebitur in eo, qui ſimile priuilegium nō habet.

Et confirmatur magis eo ſimili, quòd quàm-
12 uis verum ſit, † quòd beneficium poſſit confer-
ri abſenti, gloſſ.verbo *poſſe* ad finem in l.Labeo ff.
ff.de iureiur. Bald.in l.vnica §.ſed & ſi quis nu.1.
C. de latina libertate tollenda, cap. accedens de
præbend. Paul.de Cittadinis in tract. de iure pa-
tronatus 6.par.artic.3.num.57.Gregor.Lopez in
13 l.7.tit.16 par.1.gloſ.3. † non tamèn illi acquiri-
tur talitèr, quòd poſſit dici ſuum, donec acce-
ptauerit illud, cap. ſi tibi abſenti de præbend.
lib.6 ibi,*donec eam ratam habueris*, Alexand. in l.
qui abſenti 37.in princ.num.3. ff.de acquir.poſ-
ſeſſ.facit cap.gratia,cum gloſ.verbo *ignorantis* in
princ. de reſcript. lib.6 gloſ. verbo *debitum* in
clem. auditor eodem tit. Pariſ. conſ.142. incip.
quòd reſeruatiō num. 10.vol.4. Mandoſ.regul. 5.
Cancellariæ de reſeruationib. quæſt. 5. num. 6.
Iacob.Putei lib.1. deciſ.25. num.3. Couar. lib.3.
variar.

Variar.cap.15.nu.3. Molina conciuis noſter tom. 1. de iuſtitia tract.2. diſput.2. verſ.alias, Rebuff. tom. 2. commentar. ad conſtitutiones Gallicas tract.de donationib.inſinuand.art.2.gloſ.1.nu.5.

14 † Facit vlteriùs, quòd non acceptans aduerſarij confeſſionem, aut verba non poteſt ſe illis iuuare, l.3.vbi Bald. nu.2. C.de repudiand.vel abſtinend.hæred. Alex. nu.3.& 5. in l.ſicut, eodem tit. Salycet.in l.1.oppoſit.15. C.de confeſſis,vbi Cynus num.9. Florian.in l.final. num.5. ff.de interrogator. actionib. Iaſ.in l.qui Romæ §.cohæredes num.4.ff.de verbor.obligat. Alex.conſ.20.
15 in cauſa appellationis nu.1.vol.4. † ſicut nec renunciatio nocet renuncianti, ſi nō fuerit per partem acceptata, Bart. & Iaſ. in l.poſtquàm liti C. de pactis, vbi Decius num.7. per gloſſ.verbo *obtulit*, & ibi Bald.colum.penult.verſ.*ex quo nota* in cap.cùm veniſſent, de eo,qui mitt. in poſſ. ff. Caſſador.deciſ.1. de renunc. & alij adducti per Boer. quæſt.350. nu.5. Menoc.de recup. poſſeſſ. remed.1. num.302. Viuius inter commun. opin. tit.C.de donat.num.19.

Et eſt ratio fundamentalis dictarum deciſio-
16 num, † quòd donationes non habeant effectum irreuocabilē antè acceptationem.vt per Rebuff. d. gloſ.1.nu.1. nec donatarius habeat dominium aliquod.oſtendit acutè Cuman.in d.l.qui abſenti
17 in finalibus verbis ff. de donation. dicens, † donationem abſenti factam eſſe conditionalem; videlicèt ſi acceptauerit, & antequàm perueniat conditio iſta, impoſſibile eſt acquiſitionem fieri, vt doctè ponderat Alciat. reſponſ.119. num.22.
18 lib.9. † & quia donatio non alitèr fit abſenti re-ctè, quàm ſi abſens rem ſibi miſſam acceperit, vel iàm apud ſe conſtitutam donatam ſcierit, ac donantis liberalitatē agnouerit, d.l.abſenti ff.
19 de donationib. † quia ſine acceptatione donatio non eſt, l.ſi verò 8. §.ſi ſeruo ff.de bonis libertor. ibi, *cæterùm ſi ei viuus libertus donauerit, & ille acceperit*, & in loco illo Terentij in Andria actu 5. ſcena 4. cuius meminit Burgius lib.1. electorū cap.11. CH. *Dos Pamphila eſt x. talenta P. Accipio.* vbi Donatus inquit, *niſi dixiſſet, accipio dos*
20 *non eſſet datio enim ab acceptu confirmatur.* † nec poteſt videri datum id, quod nō ſit acceptum, vt cum iudicio aduertit Cuiacius lib.12.obſeru. cap.28. elegantèr Franc.Coñan.lib.5.comment. iuris ciuilis c.9.col.3.his verbis. *Cùm in donatione traditio ſit neceſſaria, oportet ei, cui traditur acceptare, alioqui donatio perfecta dici non poteſt.* Sic Cicero in Topicis negat, Mancinum deditum fuiſſe hoſtibus, quòd ab eis receptus non fuiſſet, *quo in genere* (inquit Cicero) *etiam Mancini cauſa defendi poteſt poſtliminio rediſſe, deditū non eſſe, quoniàm non ſit receptus; nàm neque deditio, neque donatio ſine acceptatione intelligi poteſt*: & poſtmodùm ſubiungit Coñan.hæc verba. *Acceptatio enim requiritur, vt perfectioni donationis aſſenſiſſe dicatur is, cui donatur: ſine cuius aſſenſu*
21 *non rata eſſet donatio.* † non poteſt enim liberalitas nolenti acquiri, l. hoc iure ff. de donationib. cuius verba vt pulchra in propoſito refert, & ſequitur Hippol.Rimin. conſ.119.nu.87.ante quē, & Coñan.idem tradiderat, ſingularitèr Alciat.lib. 3.parergon.iuris cap.13.vbi poſt relationem prę-dicti loci Ciceronis egregiè inquit. *Cæterùm ex Ciceronis verbis videtur illa quæſtio diffiniri de donatione facta abſenti antè acceptationem, quia etiam ſi Tabellio nomine abſētis ſtipulatus ſit, adhuc enim facti eſt, nec ius antè donatarij acceptationem oritur.* in quam ſententiam ſæpènumero & ipſe reſpondit, vt patet conſ.14. num.21.lib.8. & his non citatis Guillelm.Mayner. in l.cuius per errorem
22 num.52. ff. de regul.iur. † nàm dicta ſtipulatio, ſeù acceptatio Notarij ſolùm operatur, quòd etiā non interueniente Nuntio, vel Epiſtola; vt de iure requirebatur, d.l.abſenti, donatiō valeat, non tamèn efficit eam irreuocabilem, vt tenet Paul. Caſtrenſ. conſ.195. num.1.lib.2.& in l.Paulus in fine principij ff. de rebus dubijs, Decius in l. 1. num.22. C. de pactis, & in l.certi condictio §. ſi nummos ff. ſi certum petatur, & conſ. 432. in fine, Carol.Ruyn. conſ.126.num.10. verſ.*nec eſt etiam verum* lib.1. Berous conſ.4. num.35.& 36. lib.1.Bertrand.conſ.173.num.13.lib.1.Matth.de Afflict.in conſtit.Neapol. lib.1.rubr.73.num.41. Ant.Rubeus in l.non ſolùm §.morte num.6.ff.de noui oper. nunciat. Cagnol.in l.fin. num.273. C. de pact. Hugo Donellus in l.ſtipulatio iſta §.alteri num.63.ff.de verbor.obligat.Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſ.29. num.7.1.par. Alciat reſponſ.14. à num.11.cum ſeqq.lib.8.qui eſt videndus, quia hanc partem doctè confirmat contrarijs ſatisfaciens, & Additio. ad Alexand.conſ.31. num.16. lib.6.qui dicit, hoc tempore eſſe communiorem opinionem, & in Francia conſtitutione regia firmatam, idem Addit. Alexand. conſ.185.num.7. lib.6. ſingularitèr Iacob.Portiiconſ.176.nu.14. & 15.cum ſeqq. qui poſt Bal.Ang.Hippol. Roman. & alios huius opinionis aſſertores: hęc verba ſubiungit, *alioqui ſi Tabellionis ipſius ſtipulatiō ipſi abſenti perfectam induceret acquiſitionem; quæ naturali, atquè actuali poſſeſſione contingit, pareret ſingularia plura*, & vt inquit Grat. reſp.108.nu.17. tom.2. ipſa multiplicarentur, nempè quòd ipſe Tabellio perſonam publicam gerens abſenti ſtipulando acquireret, atque in illius poſſeſſionem
23 transferret; † quod quàm abſurdum ſit, nemo non videt, l.1.C.de dotis promiſſ.vbi Alber.Bal. Salyc.& Angel. pulchrè Paul. à Montepico conſ. 86.nu.27. Franciſc.Purpurat. conſ.118.num.13. lib.1.Simon de Præt.conſ.150.nu.42. latè Guido Panciroi.conſ.62.num.11.& 12.& conſ.172. nu. 10.Tiber. Decian. reſponſ.1. num.61. lib.3. latè Ioan.Cæph.conſ.440. à num.30.cum ſeqq.lib.3. Caſſan. conſ.7. num.43. nouiſſimè Ant.Teſſaur. deciſ.Pedemont.70. num.5. vbi inquit, quòd ſecundùm hanc ſententiam iudicauit Senatus Pedemontanus, Plotus conſ.54. nu.25.& in Hiſpanor. primogen. veriſſimum eſſe teſtatur Molina lib.4.cap.2.num.69.

24 † Imò donans antè acceptationem donatarij remanet dominus rei donatę, & ſic eam poteſt obligare, l.quod ſæpè §. ſi res ff. de contrahend. empt. l.penult. §.Lucius ff.de donat.Caſtill.in d. l.17. Tauri gloſſ.*la poſſeſſion* verſ. *antè enim*, Bart. in l.1.col.2.verſ.*ſed quantùm ad præſentem* C.de iure fiſci lib.10.& proſequitur Decius conſ.645. præſuppoſita num.4.Burgos de Paz conſ.14.nu. 23.Gregor.Lopez in l.4.tit.4.partit.5.gloſ.1.Ca-

ualcan.

Digitized by Google

ualcan. deciſ. Fiuizan. 42. num.13. & alijs.
Et cùm dictus Don Didacus non acceptauerit
meliorationem, imò nec dicta D.Brianda; clarũ
eſt,quòd bona illius remanſere in dominio dictæ
D.Florentiæ. & potuit ea donare quibus voluiſ-
ſet, & ad ſucceſſionem vocare dictam D.Catha-
rinam reuocãdo vocationem, quam fecerat, dicti
25 D. Didaci; † nàm donatio facta abſenti requirit
acceptationem, & ratificationem, antequàm per
donantem alteri fiat donatio,vt per l.ſi ego ff.de
negot.geſt.tradunt Paul.Caſtr. conſ.195. viſis his
num.1.& 3.vol.2. Decius conſ.226.col.2. Carol.
Ruyn.conſ.121.col.2.vol.1. Cagnol.in l.2. num.
127.C.de pact.inter empt.& vendit. Rol. à Valle
conſ.4. quod malè num.27.vol.2. Ioſeph.Ludou.
deciſ.Peruſ.29. num.3. Ideòq; venit præferenda
dicta D.Catharina,quę per tot diſpoſitiones tàm
inter viuos,quàm vltimarum voluntatum eſt vo-
cata, & prælata. Et quia acceptauit dictas ſcri-
26 pturas tempore habili,† ex regula text.in l.quo-
tiens C. de rei vendic. vt ſcilicet donatarius ſe-
cundus, cui res tradita eſt,priori,donatario præ-
feratur, l.ſi carens §.fin. ff. de action.empt. cum
alijs,de quibus Iaſ.in d.l. quotiens num.10.Alex.
conſ 14. circaprimum num.8. vol.1. allegans l.ſi
autèm §.ſi duobus ff.de public.Hippol.ſingul.82.
in fine, Marian.Soccin.Iun. conſ.93.vol.2. Ruin.
conſ.121. Ant.Gabr. concl.2.de empt.& vendit.
nu.8. Burgos de Paz conſ.14. nu.24. Couar.in 3.
par. rubr.de teſtament.num.13.verſ.*ſextum*, Ca-
ualcan.deciſ.Fiuizan.42.nu.31.
Et hoc eſt verum in tantum,quòd licèt prima
ſcriptura, quæ eſt ſimplex,& paucis vinculis ro-
borata,habuiſſet clauſulam conſtituti, cùm facta
fuerit in abſentia ſine acceptatione nihil operari
27 poterat, † quia conſtitutum non operatur in
abſentia; cùm poſſeſſio ſine animo,& corpore
non poſſit acquiri, l.3. ff. de acquirend. poſſeſſ.
quæ in abſentem, & ignorantem non reperiun-
tur ſecundùm Soccini ſententiam in l.1.§.ſi iuſ-
ſerim eodem tit. latè Tiraquell. de iure conſtit.
3. par. limit. 30. Tell. Fernandez in l.17. Tauri
num.30.vbi Angulo gloſ.8.num.17.Velazquez in
28 l.44.gloſ.12.num.6. † nec antè ratificationem
transfertur poſſeſſio, vt doctè aduertit Ant.Go-
mez in l.45.Tauri num.82.l.ſi ſeruus communis
§.fin.ff.de acquir.poſſeſſ.l.ſi ego ff.de negot.geſt.
Anton.de Butrio in cap.cùm veniſſent in fine de
reſtitut.ſpoliator. Soccin.in l.1.§.ſi iuſſerim nu.
21.ff.de acquir.poſſeſſ.
Nàm ſemper quandò per conſtitutum, præ-
carium, aut ſimilem modum fictum fit traditio,
eſt præcisè neceſſaria acceptatio inſtituti, aut
donatarij,vt donatio,vel maioratus remaneat ir-
29 reuocabilis, † etiàm ſtante l.3. tit.8.lib.3. ordi-
namenti,hodie l. 2. tit.16. lib. 5. recopilationis,
qua ſtatuitur, quę poſſe abſenti obligari, ità poſt
Curtium Iunior.conſ.120.1.& 2.col. id in ſimili
tradentem Pariſ.conſ.77.num.32.lib.1. Paul.Ca-
ſtrenſ.conſ.171.in caſu præſenti num.2.volum.2
Decium in l.contractus num.16. ff.de regul.iur.
tradunt plures allegantes Mieres de maioratibus
1.par.quæſt.36. Molina d.lib.4. cap. 2.num.60.&
Burgos de Paz d.conſ.14.num.20.& Burgos de
Paz Iunior quæſt.ciuili 10.Velazquez vbi proxi-
mè num.18. in gloſ.9. Bertrand. conſ.173. num.
11.& 12.lib.1.Marius Anguiſſola conſ.130. nu.4.
30 & 17. † Et antè dictam acceptationem non ob-
ſtante conſtituto eſt reuocabilis, vt in terminis
d.l.17. Tauri reſoluit Aluarado lib.3. de conie-
cturata mente defuncti cap. 2. num.55. vt ità in-
telligatur, & limitetur traditio Doctorum, qui
voluerunt, conſtitutum efficere irreuocabilem
maioratum,ac vera traditio,qua in opinione fue-
runt Caſtillo in l. 17. Tauri gloſſa *la poſſeſſion*,
Anton. Gomez in l.45. num. 78. & 81. & Palac.
Rubios in eadem l.17. vbi Tellus num.17. Velaz-
quez in l.44.gloſ.11.num.7. Peralta in l.cùm pa-
ter §.à filia num.25. ff.de legat.2. & in l.vnum
ex familia in princ.num.25.eodem titulo,Mieres
de maioratib. 1.par.quæſt.49. Molina lib.4.cap.
2.num.4.& ſeqq. Aluarado lib.3.cap.2.num.38.
& Ioan.Guttier.lib.3.practicar.quæſt.64.nu.22.
& ſequentibus.
31 † Vlteriùs, quia quandò in donatione non ap-
paret de conſenſu donatarij,cõtractus eſt imper-
fectus in principali diſpoſitione;quo caſu clauſu-
la conſtituti, & ſimiles tanquàm acceſſoriæ nihil
operantur, Socc.conſ.126.nu.15.& 16.lib.2. pul-
chram rationem aſſignãs Purpurat.conſ.478.nu.
21.in fin.lib.2.Hieron.Grat.reſp.36.nu.32.lib.1.
Caſſan.conſ.59.nu.18. Sim.de Præt.conſ.30.nu.
48.Girald.Mazzoll.conſ.66.nu.2. Crotus in l.ſti-
pulatio hoc modo concepta nu.16. ff.de verbor.
oblig.Hippol.Rimin.conſ.522.nu.60.lib.2.loqui-
tur enim Girardus de alia donatione, in qua in-
teruenit conſtitutum, & iuramentum donantis,
& dubitãs, an poſſet ſecundo loco alteri donare,
diſtinguit,quòd primus donatarius ſit potior,vbi
donationem ſequuta fuit acceptatio, antequàm
ſecundo loco donans alienauerit, ſecùs verò ſi
poſt,quia tunc quandò donatarius vult donatio-
nem,non inuenit amplius voluntatem donatoris,
vt ſecum concurrat, cùm alteri dederit, vbi verò
antè tunc reperitur voluntas vti non mutata,
32 quia mutatio nõ præſumitur, pulchrè Ioan.Bo-
lognett.in l.quod meo nu.38.& ſeq.& nu.49. ff.
de acquir.poſſ. Ant.Theſaur.dec.Pedemont.70.
nu.7. in fin. vbi aſſerit,Senatum Pedemontanum
pro hac ſententia iudicaſſe,& nu.8.poſt plùrium
Doctorum allegationem ampliat, etiàm ſi iura-
mentum adeſſet,& in proprijs terminis maiora-
tus hoc declarat Mieres 1.par.quæſt.36.nu.4.vbi
poſtquàm pręcedentibus numeris probauerat in
tribus caſibus contentis in l.17. & 44.Tauri,in
quibus maioratus ſit irreuocabilis; inquit, nihi-
lominùs eſt neceſſaria acceptatio donatarij, &
infert ex eo, quòd ſi pater faciat maioratum in
filium,& conſtituat ſe eius nomine poſſidere res,
quas dedit maioratus titulo,adhùc ſi filius nõ ac-
ceptat hunc maioratum, licitum eſt patri reuo-
care,& filio nullum ius remanet poſt reuocatio-
nem,idem tradit Molina lib.4.cap.2.nu.64.Ant.
Gomez in l.45.Tauri nu.82. & ſeq. meliùs Tell.
Fernandez in d.l.17.Tauri nu.30.
33 † Nec obſtat prędictis l.3.tit.8.lib.3.ordinam.
quæ eſt hodiè lex 2. tit.16.lib.5. nouæ recopil.ex
qua aliqui inferre volunt,quòd iure regio ad per-
fectionẽ donationis, acceptatio non requiritur.
Nàm reſpondetur, quòd licet illa lex dicat,

K quòd

quòd contractus valeat intèr abſentes non dicit,
nec inducit valere abſq; eo, quòd concurrat mu-
34 tuus partium contrahentium conſenſus; † nàm
cùm donatio ſit contractus, debet ad minus ex
duorum conſenſu pendere, vt inquit glo. in l. hæ-
reditas verbo *interpoſitum* ad finem C. de pactis
conuentis, probat l. ſicut C. de action. & obligat.
l. ab emptione cum ſimil. ff. de pact. tradit in pro-
poſito Paul. à Montepico conſ. 76. nu. 8. Simon de
Prætis lib. 2. de interpret. vltimar. volunt. ſolut. 3.
num. 7. & ità ſola vnius voluntate interueniente
nullus fuit contractus, ex quo vtriuſq; partis con-
ſenſus non interuenit, & conſequentèr ex eo nul-
lum ius donatario fuit quæſitum, & poteſt reuo-
cari, vt in ſimili arguit Hippol. Rimin. conſ. 556.
nu. 93. lib. 5. quod mediocritèr confirmat elegans
Hieron. Grat. reſponſ. 67. nu. 14 lib. 1. quē ſequi-
tur Sfortia Peruſinus in tract. de reſtitut. 2. par.
35 quæſt. 89. nu. 13. vbi tractans, † an minor reſti-
tuatur aduerſus donationem non acceptatam, ſic
diſtinguit, aut res eſt adhùc integra, quia donatio
non eſt reuocata, & tunc reſtitutio datur, aut re-
uocatio interuenit, antequàm cōſtet de accepta-
tione, & tunc minor conqueri non poteſt, ea vi-
delicèt ratione, quia antè acceptationem nullum
ius quæſitum eſt donatario, d. l. qui abſenti ff. de
donat. Hieron. Gratus reſp. 76. nu. 44. lib. 1. Alciat.
36 reſponſ. 112. à num. 7. & ſeqq. † & quod non eſt
quæſitum, amitti nō poteſt, arg. l. manumiſſiones
ff. de iuſtit. & iure, cap. ad diſſoluendum de de-
ſponſat. impub. l. decem ff. de verbor. oblig. vndè
37 Gratus d. nu. 44. ait, † quòd antè acceptationem
licita eſt pœnitētia, ex notatis in d. l. qui abſenti,
& per Decium in l. contractus 23. nu. 20. ff. de re-
gul. iuris, vbi Additio, & conſ. 432. incip. cùm ſit
quod nu. 26. per text. in l. ſi ego §. ſi res ff. de iure
dotium, l. ſi indebitum §. 1. ff. rem ratam haberi,
vbi notatur, idem Deci. conſ. 35. nu. 1. tom. 1.

Aliàs autèm abſurdum induceretur; nàm licet
benè poſſit, qui donat, aut alium contractū facit,
hoc in fauorem abſentis facere, quòd autèm do-
natio, vel contractus ſit perfectus antè abſentis
38 acceptationem impoſſibile eſt, † quia nulla po-
teſt contrahi obligatio ciuilis, nec naturalis, niſi
adſit vtriuſq; partis conſenſus, l. 1. §. 1. ff. de pact.
in illis verbis: *Adeò autèm conuentionis nomen ge-
nerale eſt, vt elegantèr dicat Pædius, nullū eſſe con-
tractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe
conuentionem, ſiuè re, ſiuè verbis fiat*, quæ conuen-
tio eſſe non poteſt antè abſentis acceptationem;
nàm ad eam neceſſe eſt, vtriuſque voluntates in
vnū concurrere, vt Iur. Conſult. probat in eodem
loco, dicens: quòd *ſicut conuenire dicuntur, qui ex
diuerſis locis in vnum colliguntur, & veniunt, ità, qui
ex diuerſis animi motibus in vnum cōſentiunt, ideſt
in vnam ſententiam decurrunt*, Bart. in l. lecta nu.
39 12. ff. ſi cert. pet. † & ità interim, quòd nō con-
currit voluntas donatarij cum voluntate donātis
nō poteſt eſſe perfecta, vt probat tex. iuncta gloſ.
in l. ſi conſenſu ff. de action. & obligat. & in l. 1. in
fin. ff. de contrah. empt. elegans tex. in l. cùm am-
pliùs §. is natura debet ff. de reg. iur. *Is naturæ de-
bet*, (inquit Conſultus) *quem iure gentium dare
oportet*. Hoc magis declarans, addit, *Cuius fidem
ſecuti ſumus*: Itaq; dùm aliquis fidem alterius nō
ſequitur acceptando promiſſionem, aut donatio-
nem, non poteſt oriri obligatio, & quouſq; dona-
tarius abſens non acceptat, non dicitur alterius
fidem ſequi; idquè probatur etiàm ex verbis d. l.
3. ibi, *e que fue fecho el contrario, ò obligaçion entre
auſentes*. Vbi præſupponit, quòd etiam intèr ab-
ſentes debet eſſe contractus, quod eſſe non po-
teſt, niſi poſtquàm ambo conſenſerint, vt probāt
iura prædicta.

Vndè ex dicta lege regia, per quam immutatur
ius cōmune, & partitarū eſt, nō eſſe neceſſariā in-
teruentionē Nuntij, aut Epiſtolæ, ſed poſſe abſq;
eorū aliquo fieri in abſentia, ſi tamèn acceptatio
40 ſequatur, † & ità quòd ſtante iure regio acce-
ptatio requiratur, vltrà ſuprà adductos tenent
Couar. lib. 3. variarum cap. 16. nu. 1. verſ. *nàm & ſi
bis*, & in cap. quàmuis pactum 2. par. §. 4. nu. 15.
Auendañ. lib. 2. de exeq. mandat. cap. 29. nu. 12. &
veriorem eſſe profitetur Ioan. Olan. in concordia
iuris communis, & Regij verbo *donatio* nu. 46. &
Molina lib. 4. de primogen. cap. 2. nu. 60. & ſeqq.
Burgos de Paz Iunior d. quæſt. ciuili 10. nu. 46.

Nec aduerſatur dicere prædicta procedere,
quādò donatio fuit abſenti ſimplicitèr facta, nul-
la alia in ea concurrente qualitate, ſecùſq; eſſe,
quādò donator abſens in ſuis verbis oſtendit ani-
mum deliberatum non reuocandi eam vllo tem-
pore, ad idquè fecit; quo caſu dubitandum non
videtur per dictam l. ordinamenti, donationem
eſſe irreuocabilem, vt tenuit Gregor. Lopez in l.
4. tit. 4. par. 5. gloſ. 1. verſ. *ſi tamèn ex verbis*.

41 † Nàm reſpōdetur, dictam doctrinam ſimpli-
citèr ſumptam nullo modo poſſe eſſe veram; nàm
præſuppoſito, quòd donatio iuxta ipſius naturā
nullo pacto diei donatio poſſit, donec ille, cui fit
acceptet, & conſentiat, vt ſuprà retulimus, clarū
eſt, quòd nullus animus donantis quātùmuis de-
liberatus poteſt ius tertio acquirere interim, qđ
non conſentit, nec ſuam voluntatem applicat, &
cùm hæc ſit propria donationis natura, creden-
42 dum vtiquè eſt, † quòd quandò quis vult facere
contractum donationis, non intelligatur ſe obli-
gare, niſi ſecundùm formam à iure traditam ad
donationis valorem, vt ad interpretationē dictæ
legis ordinamenti inquit cum iudicio Gregor.
Lop. vbi ſuprà verſ. *ſed an hodie*, & vltrà eum pro-
bat l. ſi duo in fine, vbi notant Bald. & alij DD. ff.
de acquir. hæred. idquè generale eſſe in omni cō-
tractu tradit Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ.
38. Carōl. Ruyn. conſ. 163. num. 8. vol. 1. Hippol.
Riminal. conſ. 295. num. 43. lib. 3. & conſ. 569. nu.
38. lib. 5. & hoc ipſum ſentiens Greg. Lopez loco
in contrarium citato cum conſideratione ait,
quòd donatio cum animo deliberato donantis id
poſſet operari, quòd tunc talis donans obligabi-
tur perſonalitèr ipſi abſenti per d. l. ordinamen-
ti, non tamèn dominiū donationis in eum tran-
ſire acceptatione donationis non ſequuta, & ità
non tranſlato dominio in donatarium antè acce-
ptationem, vt Gregor. concludit, poteſt optimè
donator dominium, quod à ſe nō receſſit, in alte-
rum transferre abſq; eo, qđ obligatio perſonalis,
quam ſentit Gregor. Lopez, in conſideratione
43 ſit. † Cùm obligatio perſonalis non detur con-
tra particularem ſucceſſorem bonorum, vti eſt
dona-

Digitized by Google

donatarius, l. 1. §. ſi hæres ff. ad S.C. Trebellian.
Bald. in l. ſi abducta num. 2. C. de furtis, & in l. manifeſtiſſimi 22 eod. tit. Gregor. Lopez in l. 50. tit.
5. par. 5. gloſ. 1. verſ. & inquantùm, Bart. in repet.
l. ſi arrogator num. 20. ff. de adoptionib. & in l.
frater à fratre num. 26. ff. de condict. indeb. Iaſo.
in §. itèm ſi quis num. 104. inſtit. de actionib. Anton. Gomez tom. 1. variar. cap. 2. nu. 11. poſt medium, ſed ſolum aſtringat perſonam, non verò
rem, quæ per ſecundum maioratum translata
fuit in D. Catharinam, & eius deſcendentes, maximè quia aduerſus doctrinam Gregorij Lopez
in terminis dictæ legis Regiæ, etiàm quandò in
donatione eſſet poſitum iuramentum, aut pactum de non reuocanda, cum iudicio tenet Couar. lib. 1. variar. cap. 14. num. 13. & Gregorium
reprobant Molina lib. 4. cap. 2. num. 64. verſic.
id ipſum.
44 † Quæ omnia ex eo maximè procedunt in
noſtro caſu, in quo agitur de maioratu: nàm etſi
lex præſumat acceptationem, quandò res eſt omninò vtilis, & fauorabilis donatario, ſecùs autèm
in eo, quod eſt, vel poteſt eſſe oneroſum ſecundùm Bart. in l. quo enim ff. rem ratam haberi,
Panormit. in cap. nonnè num. 4. vbi latè Felyn. de
præſumpt. maioratus autèm non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam, quæ ſolet eſſe oneroſa
proptèr plures conditiones, & grauamina, quæ
45 continet. † Vndè ad hoc vt cenſeatur ius quæſitum, neceſſaria eſt acceptatio expreſſa, vt in terminis perpendit Bertrand. conſil. 173. num. 10.
verſic. *præterea aduertendum eſt* lib. 1. Bartholom.
Bertazzol. conſ. 18. num. 15. lib. 1. ciuilium, & eis
non citatis Molina d. cap. 2. num. 66. & 69. & doctè Franc. Perſonal. conſ. 44. num. 28. vbi ait, in
tantùm eſſe præciſam, & neceſſariam acceptationem,
46 † quòd ſi donatio contineret aliqua
grauamina, non ſufficeret præſentia ad eam inducendam, aut præſumendam, ſi expreſſa non
adeſſet, Angulo in l. 1. tit. 6. lib. 5. recopilat. gloſ. 5.
num. 27. qui dicit, quòd licèt dicta opinio inter
extraneos aliquam pateretur controuerſiam, tamèn intèr parentes, & filios veriſſima eſt, donationem ſcilicet, aut meliorationem factam filio,
aut deſcendenti abſenti eſſe omninò reuocabilè.

Et cùm acceptatio non fuerit facta in vita
Donnæ Florentiæ, nec antè reuocationem per
47 ipſam factam prioris ſcripturæ, non poteſt fieri
poſteà, & multò minus poſt illius mortem, cùm
ius fuerit quæſitum irreuocabilitèr D. Catharinæ, vt argumento l. bonorum ff. rem ratam haberi decidit ſingularitèr Anton. de Butrio in
cap. fin. de confeſſis, vbi Ioan. de Imol. Alex. conſ.
24. ponderatis his nu. 9. vol. 5. Hern. in cap. 1. §.
donare col. penult. in fin. qualitèr feudum poterit alienari in vſibus feudorum, Decius conſ. 432.
cùm ſit nu. 26. Alciat. in cap. cùm contingat nu.
23. de iureiur. Cæphal. conſ. 163. num. 26. tom. 2.
Greg. Lop. in l. 4. tit. 4. par. 5. gloſ. verbo *no lo pueda façer* verſic. *ſed quid ſi donator*, Burgos de Paz
conſ. 33. nu. 14. Couar. 3. par. rubricæ de teſtam.
num. 13. verſ. *illud*, Hieron. Gratus d. reſponſ. 76.
48 nu. 44. ratio cuius eſt, quia ratihabitio debet fieri re integra, rebus manentibus in eodèm et ſtatu,
vt in d. l. bonorum, & tradit Specul. lib. 4. tit. de
obligat. & ſolut. §. 1. nu. 3. verſ. *itèm pone*, Dynus,
& Bar. in l. ſi vxor §. ſi quis vxorem ff. de adulter.
& Dynus in l. Panthonius ff. de acquir. hæredit.
Alex. conſ. 110. viſis acutiſſimis nu. 3. vol. 1. & conſ.
135. ponderatis nu. 6. vol. 2. & vtrobiq; Additio,
Roland. à Valle conſ. 78. habita diligent. nu. 24.
vol. 3. Decius nu. 15. in l. contractus ff. de reg. iur.
49 & ibi Cagnol. † aliàs enim ratihabitio, aut acceptatio facta re non integra nô retrotrahitur, Carol. Ruyn. conſ. 119. col. 2. vol. 4. Pariſ. conſ. 14.
nu. 3. vol. 1. & conſ. 12. nu. 110. vol. 2. & alij adducti per Rol. à Valle conſ. 46. quia in nu. 39. vol. 2. &
50 conſ. 4. nu. 14. eod. vol. † nec operatur in præiudicium tertij, arg. l. ſi partem §. vlt. ff. quemadm.
ſeruit. amitt. l. 2. §. ſi quis filium ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, l. potior §. 1. ff. qui potiores in pign. hab. gloſ. in l. ſi indebitum §. ſi procurator verbo *committi*, & ibi Bart. ff. rem ratam
haberi cum pluribus congeſtis per Tiraquell. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. nu. 69. qui omnes reſoluunt, quòd ratificatio, aut ratihabitio fieri nequit in præiudicium tertij, cui interim fuerat ius
quæſitum, vt per Decium conſil. 226. nu. 8. Pariſ.
conſ. 18. col. 2. vol. 1. Roland. à Valle conſ. 97. nu.
38. vol. 1. & conſ. 63. nu. 53. vol. 4. Alciat. reſponſ.
200. num. 12.
51 † Præſertim ſi dictus D. Didacus prætenderet
ſe iuuare acceptatione poſt mortē dictæ D. Florentiæ facta, quia dicta ſcriptura remanſit elinguis, argum. cap. fin. cum ibi notatis per Innoc. de
de ſucceſſ. ab inteſt. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex.
d. conſ. 24. num. 9. lib. 5. & ità cùm iàm dicta D.
Catharina haberet ius quæſitum ad dictam meliorationem, non poteſt illam prætendere dictus
D. Didacus ante ipſam propter defectum acceptationis factæ tēpore legitimo, vt opus erat interuenire, & ità reſoluit Molina d. l. 4. cap. 2. nu.
76. in fine.

Et dicta reuocatio eſt valida, & legitima;
52 † nàm licet verum ſit, quòd debet fieri cum
iiſdem ſolēnitatibus, cum quibus maioratus fuit
inſtitutus, ex regula, quæ habet eandem ſolemnitatem eſſe neceſſariā in actus reuocatione, quæ
in eius confectione, l. ab emptione ff. de pactis,
auth. contrà ſi filij C. de repudiand. hæred. l. nihil
tàm naturale, vbi Decius ff. de regul. iur. l. 23. &
25. tit. 1. par. 6. & l. 10. tit. 5. partit. 6. ad finem,
Alex. conſ. 109. ſtatutis accuratè nu. 13. vol. 2. Cæphal. conſ. 3. nu. 110. & conſ. 97. nu. 30. vol. 1. Deciſio Genuæ 34. nu. 10. Pedemontan. 75. num. 4.
53 Talitèr † quòd debeat fieri alia ſcriptura ſimilis, vt ex dictis iuribus probat Hippol. in rubr. de
donationibus nu. 435. Segura in l. filius dùm in
Ciuitate nu. 45. ff. de verbor. oblig. Peralta in l. ſi
quis in princ. nu. 197. ff. de legat. 3. Burg. de Paz
alios referens in l. 3. Tauri num. 813. Velazquez
in l. 44. gloſ. 6. num. 3. & 4. iunctis, quæ tradit
Palaçios Rubios in repetitio. rubricæ de donat.
inter virum, & vxorem §. 69. num. 11. Adimpleuit ſufficientiſſimè dicta D. Florentia quatuor inſtrumentis publicis, & intèr viuos, & teſtamento, ac codicillo, quibus reuocauit, vel immutauit
donationem dicti D. Didaci, & ſuorum deſcendentium, vocando dictam D. Catharinam, & deſcendentes eius, reſeruando per vltimam ſcri-

Digitized by Google

54 pturam vſumfructum pro ſe, † quo mediante
fuit viſa facere eidem D. Catharinæ traditionem
bonorum contentorum in melioratione, l. quiſ-
quis C. de donationibus, vbi patet, quòd ſi do-
nator rerum à ſe donatarum vſumfructum reti-
neat, videtur eas tradere, & in donatarium do-
55 minium, & poſſeſſio transfertur, † & non re-
uocandi animus elicitur, l. ſi quis argentum §. ſed
ſi quidem C. de donat. l. quædam mulier ff. de
rei vindicat. gloſſ. verbo *annuam* in cap. cùm
veniſſent, vbi Anton. de Butrio num. 13. verſic.
non ſolùm de reſtitut. ſpoliator. l. 30. tit. 9. par. 3.
Iaſ. in l. traditionibus num. 7. C. de pactis, Boer.
quæſt. 172. num. 9. & 10 Anton. Gomez. in l. 45.
Tauri à num. 63. Burgos de Paz conſ. 8. num. 11.
Molina lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 9. l. Seya,
vbi Bart. ff. de donat. cauſa mortis, Cæphal. conſ.
61. num. 24.

Quod eſt magis certum, & indubitabile in
56 caſu noſtro, ſi animaduertamus, † quid debet
conſiderari cauſa, proptèr quam aliquid fuit di-
ſpoſitum. l. ſi quis neque cauſam ff. ſi certum
petatur, Cæphal. conſil. 80. Magnificus num. 13.
57 † præcipuè ſi ſit finalis in contractu, l. 1. C. de
condictione ob cauſam datorum. Soccin. conſil.
251. col. 4. verſic. *comprobatur* volum. 2. Roland.
à Valle conſ. 99. viſo inſtrumento num. 46. vol. 4.
& in donatione ex l. & generalitèr ff. de dona-
tionibus, tradit Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſina 29.
num. 21.

Et ratio finalis, quæ mouit dictam D. Floren-
tiam, vt in prima ſcriptura donationis poſt voca-
tionem D. Briandæ eius filiæ, & ſuorum deſcen-
dentium vocaret dictum D. Didacum, & de-
ſcendentes eius fuit, quam ipſamet declarauit in
principio, & procemio dictæ ſcripturæ, dicens:
*Y atento, que D Gomez Hernandez de Yniſtroſa
mi hijo mayor, y del dicho mi marido tiene mayo-
razgo y es rico, y poderoſo, Señor de las tres Villas
de el Olmeda, y mitad de Villar del Saz de Don
Guillen, y la Torre el monge, y todos los demas
mis hijos, e hijas ſon religioſos, por tanto por eſtas
dichas cauſas, &c.* Ex quibus verbis colligitur,
quòd ſi dicta D. Catharina non exiſteret in Mo-
naſterio, & in habitu monachali in anno proba-
tionis, aut dicta eius mater intellexiſſet, quòd
non eueniret caſus faciendi profeſſionem, nulla-
tenus feciſſet dictam diſpoſitionem ſaltèm quò-
ad vocationem dicti D. Didaci, ſed ipſam feciſ-
ſet in fauorem dictæ D. Catharinæ, prout tot ite-
ratis vicibus fecit, poſtquàm exiuit à Monaſte-
rio, & matrimonium contraxit, declarando ma-
gis apertè eius voluntatē, & cauſas, proptèr quas
eam omiſerat nominare, vocaueratq; dictum
58 eius nepotem, † quia animaduerſo, quòd verba
prædicta ſunt appoſita in principio dictæ ſcri-
pturæ, debent multùm conſiderari, ex regula
l. 1. §. non ſolùm, verbo *initium* ff. depoſiti, l. ſi
procuratorem in princ. ff. mandati, vbi hæc ver-
ba ponuntur, *Vniuſcuiuſque enim contractus ini-
tium ſpectandum eſt, & cauſa* cum alijs ſimilibus
59 in gloſſ. notatis, & in l. vnica verſic. *& ſi ad pri-
mordium tituli poſterior formatur euentus* C. de
imponend. lucratiu. deſcription. lib. 10. & in l. qui
id, quod ff. de donationib. vbi dicitur, cauſam, &
originem contractus, non iudicij poteſtatem
præualere debere, pulcher text. in l. tutor verſic.
*& non titulus actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda
eſt* ff. de fideiuſſor. Octauian. deciſ. Pedemontan.
167. num. 26. Cæphal. conſil. 181. num. 7. tom. 2.
60 † nàm cuiuſque rei potiſſima pars principium
eſt, vndè poſteriora eluceſcunt, & conſiſtunt, l.
1. ff. de origine iuris, l. regula circa finem ff. de
iuris, & facti ignorant. l. ædificio 139. ff. de ver-
bor. ſignificat. quod & Lucianus ille Sophiſta in
61 dialogo de domo, innuit dicens: † *Nàm quod
& ad pulcherrimam dici partem pertinet, & reſpi-
cit (pulcherrima autèm ipſius pars, & amabilis ma-
xime principium eſt)* cum his, quæ doctè tradit
Cæphal. conſ. 234. in præſenti num. 14. & tribus
ſeqq. & conſ. 255. à num. 12. vol. 2.
62 † Et vltrà quod debemus intelligere, quòd in
contractu, & diſpoſitione quodlibet, & ſi mini-
mum verbum non debet exiſtere ſine virtute
operandi, quod magis potuerit, l. ſi quandò ff. de
legat. 1. Roland. à Valle conſ. 67. num. 24. volum. 1.
Alciat. in reſponſ. 563. num. 4. optimè Bald. in
rubr. quæſt. 9. C. de contrahend. emptio. Beccius
conſ. 21. num. 25. Ioan. Guttier. lib. 3. practicar.
quæſt. 10. num. 3. Cæphal. conſ. 257. pactum num.
33. tom. 2. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
173. num. 15. & eſt bonus text. in cap. ſi Papa de
priuileg. lib. 6. Deciſio Genuæ 156. num. 4. Hoc
efficaciùs obtinet in verbis poſitis in procemio,
63 aut præfatione inſtrumenti; † nàm quædam ſæ-
pè præmittuntur, quæ ſequentium præſtant eui-
dentiorem intellectum in rubr. num. 1. C. de ſer-
uis fugitiuis, ex l. 1. ff. de origine iuris, & l. 1. ff. ſi
certum petatur, Ioan. Garzia in tract. de nobilit.
in diuiſione num. 2. vndè meritò Rebuff. 1. tomo
commentarior. ad conſtitutiones Galliæ tract. de
64 ſentent. prouiſionalib. artic. 1. gloſ. 1. ait, † quòd
quàuis in lege, aut ordinatione de neceſſitate nō
debeat apponi prœmiū, ſi apponatur, intelligitur
fieri cum ſpeciali myſterio, cap. ſecundò requiris
de appellationib. Bald. in 1. conſtitut. Codicis §.
quibus num. 3. ex l. 1. §. 1. C. de ſumma Trinit. &
65 fide cathol. Barbatia conſ. 1. col. 2. vol. 3. † nàm
prœmium declarat mentem non ſolùm in con-
ſtitutionibus, & ordinationibus, ſed etiàm in
ſtatutis, teſte Bart. in l. 1. nu. 1. vbi Additio ff. ad
Senat. Conſ. Macedonianum, Barbat. conſ. 2. col.
5. vol. 3. & conſ. 34. col. 2. eodem volum. qui in
contractibus, & vltimis voluntatibus ideò hæc
eſſe plurimū notanda Rebuff. aſſerit pro proc-
mijs, & præfationibus, quæ in inſtrumentis ap-
ponuntur, vt Iudices niſi eis animaduerſis iudi-
care non debeant.
66 † In cuius confirmationem facit, quòd mens,
& voluntas diſponentium colligitur melius ex
eorum rationibus procemialibus, l. item quia
§. vltim. ff. de pactis, l. cùm hi in princ. vbi Bart.
col. 1. verſ. *item nota*, & in §. eam tranſactionem,
vbi Rayner. ff. de tranſactionib. l. regula §. ſi quis
vbi Bart. & alij ff. de iuris, & facti ignorant. l.
Titia §. idem reſpondit ff. de verbor. obligatio.
d. l. 1. & ibi Doctores C. ad Macedonianum, l.
cùm pater §. dulciſſimis de legat. 2. cap. ex multa
§. ſecundò quæſiui, vbi Abb. notab. 4. de voto,
cap. vt periculoſa, vbi Ioan. Andr. nè clerici, vel
monachi,

Digitized by Google

monachi lib.6.Paul.Caſtrenſ.in l.ſi poſthumus §.
ſi quis num.3.ff.de liber.& poſthum. Tiraquell.
in tract.ceſſante cauſa limit.1.nu.65.
67 † Et quòd ratio appoſita in prooemio inſtru-
mēti promiſſionis, aut donationis,declaret men-
tem promittentis, ex l.fin.ff.de hæred.inſtituen.
l.1.ff.ſi certum petatur, vbi Alciat.tradunt Bart.
& cæteri in l.final. ff.de teſtamentar.tutel. Zuc-
chard.in l.vlt. nu.330. C.de edict. Diui Adrian.
tollend. Molina lib.1.de primogen.cap.5.num.1.
& alijs, Menoch.lib.4.præſumpt.190.num.5. Al-
uarad.lib.4.de coniecturata mente defuncti cap.
2. nu.vlt. & ex alijs iuribus Burgos de Paz conſ.
68 32.num.6. † Et ità donatio Principis regulatur
ex ratione per eum appoſita in prooemio ipſius,
vt ex dictis iuribus,& adductis per Scribentes in
cap.2.de appellationibus, tradit Burgos de Paz
conſil.25. num.19. Purpurat. in l. cùm quid nu.
110.verſic. *& in præfatione reſcripti* ff. ſi certum
petatur. Barbat.conſ.40.colum.17.volum.4.Me-
noch.alios adducens de præſumpt. lib.6.præſ.2.
num. 5.
69 In cuius confirmationem facit, † quòd quan-
dò prooemium eſt generale, quàmuis poſtea ap-
ponantur verba ſpecialia virtute prooemij gene-
ralis, efficitur diſpoſitio generalis, d. l. regula ad
finem, ibi, *nàm initium conſtitutionis generale eſt*,
ff. de iuris,& facti ignorant. per quam Bart. ibi,
quem cōmunitèr Scribentes ſequuntur,ait,quòd
ſi præfatio legis ſit generalis, lex debet genericè
intelligi,Curtius Iunior conſ.185.num.1.& conſ.
174. num.1. & 2. Villalobos in ſuis communibus
opinionibus lit.P. nu. 144. Aldobrandin. in §.ex-
cuſantur num.67. inſtitut.de excuſat. tutor. Fe-
lyn. in cap.paſtoralis in princ. colum.2. de offic.
deleg. Roland. à Valle conſ.67.num.84.volum.3.
Molina d.cap.5.num.3. Ioan.Guttier.lib.3.pra-
cticar.quæſt.17.num.91. inde Bald.quem ſequi-
tur Zaſius in l.cùm quidam ff.ſi certum petatur,
70 ait, † quòd præfationes præſtant lumen diſpo-
ſitioni,& per eas incertitudo, & verba generalia
diſpoſitionis declarantur ex ratione in prooemio
poſita; Soccin. conſ.24. num.3. volum.4. Decius
conſ.86.alij relati per Molinam vbi proximè nu.
4. & 5. Roland. à Valle conſil.86. num.50. & alij
num.1.Ioan.Garzia d.tract.de nobilit.in diuiſio-
71 ne num. 2. & 3. † eò quòd naturalis ratio exi-
git, vt præfatio vicem cauſæ obtineat, deciſio
cauſati ex Baldo vbi ſuprà, iuncta gloſ. in rubr.
C.de rei vxoriæ actione, l.Imperator,vbi Segura
ff.ad S.C.Trebellian.d.l.final.ff.de hæred.inſtit.
72 † & ità debent illi referri, vt ab eo non diſcre-
pent, ex Baldo in l.& ſi non ſint §.fin.ff.de auro,
& argento legato, & in l.2. num.2. C. de locato;
quē referunt,& ſequuntur Ioan.Garzia vbi pro-
ximè num.9.Ioan.Guttier. d.quæſt.17.num.89.
Mantica lib.5. de coniectur. vltimar. volunt. tit.
15.num.7.
73 † Quod eſt magis clarum in contractibus, in
quibus ſemper obſeruatur, quòd præfatio, ſeù
prooemium continet cauſam finalem, vt ex præ-
fationibus reſtringantur,aut amplientur, ex tex.
expreſſo in l.Titia 134.§.1. ff.de verbor.obligar.
Idem reſpondi (inquit Paulus) *plerumque ea, quæ
in præfationibus conueniſſe concipiuntur, etiàm in
ſtipulationibus repetita creduntur*, vbi Bart. & Iaſ.
id expendunt, Tiraquell.tractatu ceſſante cauſa
limit.1.num.64. Alexand.conſ.143.num.3.lib.6.
& conſ.7.num.9.lib.7.Bald.num.3.in d.l.final.ff.
de hæredib. inſtituend. Rebuff. d.tract. de ſent.
prouiſion.artic.1.gloſ.1.verſ.*cauſa*. Cæphal.conſ.
156.num.9.lib.2.Roland.à Valle conſ.44.num.9.
lib.4. Octauian. deciſ.Pedemont.23. num.31. &
deciſ.100.num.9. Aluarad.lib.4.cap.4.nu.9.verſ.
hinc etiàm, Ioan.Guttier.lib.3. practicar. quæſt.
15. num. 44. & quæſt. 17. num. 115. quod adeò
74 verum eſt, † vt ex præfationibus tanquàm ex
cauſis,& ratione diſpoſitionis ſuppleantur,& de-
clarentur etiàm non expreſſa, text.egregius in
l. & quia §. final. ff. de pactis, ibi, *conditionem
ineſſe ſtipulationi, atquè ſi hoc fuiſſet expreſſum*,
75 † ità vt in omni parte iuris, & in omni hominū
actu præfatio obtineat rationem cauſæ finalis, l.
1.ff.de orig.iuris, l.cùm hi, vbi Bart. ff.de tran-
ſact. l. regula §. ſi quis ff.de iur. & facti ignor. Ia-
cobut. de Franch. ad prælud.feud. rubr.quid ſit
feudum num.1.& 2. Ioan.Vincent.de Anna in al-
legar.1. num.7.tom.1. Ioan.Garzia vbi proximè
in diuiſione num.vltimo,facit tex.in l.alumnæ §.
final.ff.de adimend.legar. Curtius Iunior conſil.
185. num. 2.& alij relati per Molinam d.cap. 5.
num.6. Philipp. Portium conſ.125. num.10. vol.
2. Ioan.Guttier. lib.1.practicar. quæſt.89. num.
3. & ſeqq. Hieronym.Grat. reſponſ.44.num.18.
volum.2.
Quia,vt aduertit Tiraquell.d.limit.1.num.65.
quàmuis non haberet dictam vim ex ſola natura
76 prooemij, aut præfationis, † id operatur natura
cauſæ expreſſæ in tali præfatione, vt aduertit
Peralta in l.ſi quis in principio teſtamenti nu.83.
ff.de legat.3.Aluarad.de coniecturata mente de-
functi cap.4. num.10. quia cauſales præfationes,
ſeù prooemiales finalem cauſam cuiuſcunque di-
ſpoſitionis deſignare, & non impulſiuam eſſe aſ-
ſerit, & ità ceſſat in hoc caſu quæſtio ventilata
per DD.an cauſa præſumatur finalis, vel impul-
77 ſiua, † & ſi finalem eſſe in dubio debere præſu-
mi,vt poſt Ioan.Andr.nu 29.in cap.poſt tranſla-
tionem de renunc. tradit Anton. de Butrio ibi
num.35.& ſequent:Bart.poſt text.& gloſſ.in l.2.
§.final.ff.de donationib. Rebuff.in præfat.ad ti-
tulum de cauſa poſſeſſionis,& proprietatis, verſ.
& circa, Felyn.in cap. ſolitæ num.2. de maiorit.
& obedient.gloſ.in l.cùm tale §.falſam cauſam
ff.de condit.& demonſtrat.Marc.Anton.Eugen.
conſ.17.num 4.lib.1 Hugo Celſus conſ.91.num.
2. Meſſia ad ad l.Toleti tit. *de los terminos* 2.par.
fundam.2.num.3.
Et certum, & apertiſſimum eſt, quòd cauſa
finalis, propter quam D.Florentia in prima ſcri-
ptura vocauit dictum D. Didacum, fuit, quia D.
Catharina erat deſtinata, vt fieret monacha, &
niſi illius mater id certum futurum cogitaſſet,
vtiquè non vocaſſet antè ipſam dictum D. Dida-
cum, ſed poſt eam, vt fecit poſtquā exiuit à Mo-
naſterio,quod ſufficit,vt intelligatur, quòd dicta
78 cauſa fuit finalis in dicta diſpoſitione, † quia
cauſa finalis dicitur illa, ſine qua quis non eſſet
facturus, vel eo modo non feciſſet, niſi illa cau-
ſa adeſſet, maximè ſi cauſa reſpiciat vtilitatem

muerte la pueda reuocar quando quiſiere. Nàm re-
98 fertur tàm ad patrem, quàm ad matrem, † quia
vna determinatio reſpiciens plura determinabi-
lia, debet ea pariformitèr determinare, l. iàm hoc
hoc iure ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione,
Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſumpt. 75. nu. 3.
& præſumpt. 76. nu. 4. Cæphal. conſ. 67. circa nu.
22. tom. 1. Alexand. conſ. 50. ponderatis num. 3.
lib. 4. Roland. à Valle conſ. 74. num. 2. vol. 2. Bald.
in l. precibus num. 54. C. de impuber. & alijs ſub-
ſtitut. Deciſio Pedemont. 20. num. 5. & ità intel-
ligunt dictas leges Tauri Caſtillo in d. l. 17. gloſ.
la madre, Anton. Gomez ibi num. 5. Angulo l. 1.
de meliorationib. gloſ. 2. Molina lib. 1. de primo-
gen. cap. 12. num. 20. & Mierès de maioratibus
1. par. quæſt. 23. nu. 15. Olanus in antinomijs ver-
bo *melioratio facta* num. 35. ad finem, Velazquez
99 in l. 44. Tauri gloſ. 1. num. 8. † nàm finis dictæ
legis debet referri ſuo principio, vt poſt Specul.
tom. 2. tit. de diſputat. & allegat. §. poſt hoc num.
7. tradit Caſtillo vbi proximè, qui hanc ſententiã
alijs rationibus confirmat.

Nequè obſtat clauſula non reuocandi in dicta
ſcriptura adiecta, quia ipſius verba limitari vi-
dentur ad ſolam D. Briandam, & ſucceſſores
eius, non tamèn ad dictum D. Didacum, & ſuos
extendi, cùm dicit: *e me obligo à que en tiempo al-
guno, ni por alguna cauſa, que ſea, ò ſer puede no
reuocare, ni contradire eſta dicha mejora, y dona-
çion, ni ſobre ella pondrè otro grauamen ſino que le
ſera cierta, y ſegura à la dicha D. Brianda mi hija,
y ſus ſucceſſores, como dicho es*. Et ità non dixit
dicto D. Didaco, & ſucceſſoribus eius, & ideò di-
ſpoſitio limitata fuit in fauorem D. Briandæ, &
ſuorum ſucceſſorum, nec poteſt operari, nec ex-
100 tendi in fauorem dicti D. Didaci: † quia limi-
tata diſpoſitio, limitatum effectum producit
quòad perſonas in ea non comprehenſas, vt ex l.
in agris ff. de acquirend. rerum domin. l. cancel-
lauerat ff. de his, quæ in teſtament. delentur, l.
ſempèr §. negotiatores ff. de iure immunit. tradit
Marian. Soccin. in l. centurio nu. 133. ff. de vulg.
& pupill. ſubſtitut. Decius conſ. 63. nu. 3. Pariſius
conſ. 85. num. 45. vol. 2. Roland. à Valle conſil. 31.
incip. migrauit num. 14. vol. 4. Imò ſi benè conſi-
deretur per dictam clauſulã fuit viſa Inſtitutrix
ſibi reſeruaſſe facultatem reuocãdi, prout reuo-
101 cauit vocationem dicti D. Didaci, † quia inclu-
ſio vnius eſt excluſio alterius, l. cùm prætor in
princ. ff. de iudic. l. maritus C. de procuratorib.
cap nonnè de præſumpt. Alexand. conſ. 75. incip.
videtur num. 13. vol. 5. Iaſ. in l. Gallus §. quidam
rectè num. 2. ff. de liber. & poſthum. Tiraquell. de
retractu lignagier. §. 1. gloſſ. 9. num. 39.

Et hoc eſt ità certum, quòd etiàm in perſona
D. Briandæ proptèr defectum acceptationis ne-
ceſſariæ nil operata fuit clauſula non reuocandi;
nàm cùm diſpoſitio ſui natura reuocabilis eſſet
per pœnitentiam vſquè ad mortem, ſequitur re-
102 cepta iuris reſolutio, † quòd pactum de non
reuocãdo adiectũ de ſua natura reuocabili ſem-
per intelligitur, niſi pœniteat, iuxta gloſſ. verbo
acceperit in l. ſi alienam §. Marcellus ff. de donat.
quæ licet non ſit recepta in propoſito illius text.
ſcilicèt in donatione mortis cauſa, eſt tamèn ve-
ra in alia quauis diſpoſitione reuocabili, ex l. cũ
præcario ff. de præcar. cap. final. de procurator.
in 6. Angulo de meliorat. l. 1. gloſſ. 11. num. 41. in
103 fine, & num. ſeq. † & quia quandò contractus
ſui natura reuocabilis eſt, clauſula acceſſoria in
eo appoſita cenſetur reuocabilis, l. ſub conditio-
ne ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, l. in ſerui-
tutem §. ſed & ſi quis ff. de bonis libertor. gloſſ.
verbo *Fauiana* in l. ſi patronus ff. ſi quid in frau-
dem patroni, Iaſ. in l. non dubium num. 56. C. de
legibus, & in l. ex teſtamento num. 1. & 2. C. de
104 fideicommiſſ. † quemadmodùm ſtipulatio ap-
poſita ſuper cõtractu reuocabili, reuocabilis eſt,
l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Scribentes
ff. de verbor. obligat. l. cùm mota, vbi Angel. Alex.
& Iaſ. C. de tranſact. Molina lib. 4. de primogen.
105 Hiſpanor. cap. 2. num. 41. quia omnes clauſulæ
in contractu poſitæ debent intelligi ſecundùm
contractus naturam, & ſubſtantiam, l. ſi ità ſtipu-
latus ff. de vſuris, Bart. in l. quod dicitur ff. de tu-
tel. Berous quæſt. 17. Auendaño reſponſ. 12. nu. 1.
106 ad finem, & nu. 2. † quia omnia verba debent
intelligi iuxta ſubiectam materiã, de qua agitur,
l. ſi vno ff. locati, l. inſulam ff. de præſcript. verb.
l. damni infecti quidam ff. de damno infect. cap.
ſolitæ de maiorit. & obedient. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 133. num. 5. Cæphal. conſ.
259. incip. teſtator nom. 53. tom. 2. Straccha in
107 tract. de adiecto 4. par. quæſt. 1. nu. 10. † etiàm
ſi impropriè capiatur, vt in ſpecie reſpondet
Riminald. Senior conſ. 116. nu. 26. lib. 1. Menoch.
lib. 4. præſumpt. 129. num. 12. Alciat. in l. in con-
uentionibus ff. de verbor. ſignific. Gomez de
Leon allegat. 87. nu. 3. & allegat. 34. num. 6. Eue-
rard. in loco à ſubiecta materia num. 2.
108 † Rurſus, quia quandò quis facit donationem
mortis cauſa, vel alium contractum, qui ſui natu-
ra ſit reuocabilis, etiàm ſi promittat ſe illum
non reuocaturum, poteſt nihilominùs reuocare,
vt tenuit gloſ. verbo *acceperit* in l. ſi alienã §. Mar-
cellus ff. de donationibus cauſa mortis, Bald. in l.
cùm quis verſic. *ſed quid ſi dixi* ff. de condict. ob
cauſam, Alexand. in l. quæ dotis fallent. 6. ff. ſol.
matrim. Angel. conſ. 254. incip. hæc quæſtio col.
2. Corneus conſ. 126. col. 2. lib. 1. quos refert Mo-
109 lina d. cap. 2. num. 40. † quia in dubio non vi-
detur quis ſe arctare, niſi quatènus neceſſe ha-
bet, & quatènus importat ad actum, qui geritur,
l. ſolutum §. penult. ff. de pignor. action. Angulo
d. gloſſ. 11. num. 42. nàm vt ipſe ibidem num. 28.
tradit, donator non præſumitur elegiſſe viam,
per quam donatio valida præſumatur.

Maximè, quia dicta clauſula eſt appoſita in exe-
cutiuis contractus, ideòq; non tàm reſpicit ſub-
ſtantiam illius diſpoſitionis, quàm executionem
110 in caſu, quo valeret. † Clauſulæ autèm appoſi-
tæ in executiuis non alterant contractus ſubſtan-
tiam, clem. 1. de præbend. Abb. in cap. cùm no-
ſtris ad finem de conceſſ. præbend. Alex. in l. quæ
dotis num. 12. ff. ſolut. matrim. Decius conſ. 2. nu.
9. & conſ. 205. nu. 18. & eſt optimus text. in l. qui-
dam teſtamento in princ. ff. de legat. 1. quem no-
tat Roman. ſingul. 430. Bald. in l. etiàm C. de falſa
cauſa adiecta legato, Paul. Caſtrenſ. in l. ſed ſi fi-
deicommiſſum §. 1. ff. de iudic. Molina vbi pro-
ximè

ximè num. 41. Couarru. qui alios allegat 2. par.
rubricæ de teſtament. num. 13. Angulo d. gloſ.
11. num. 5.
111 † Vlteriùs, quia, vt docet experientia, quæ eſt
rerum magiſtra, cap. quàm ſit de elect. in 6. ſimi-
les clauſulæ non reuocandi potiùs apponuntur
de ſtylo Tabellionũ, quàm ex animo contrahen-
112 tium † & ideò nihil operantur, vt tradit Bart.
in l. 1. num. 10. in fine ff. de iure codicillor. Bald.
in l. quoties num. 1. C. de hæred. inſtituend. Ant.
de Butr. in cap. cùm contingat num. 13. in fin. vbi
Abbas num. 23. de iure iurando, Alex. conſil. 141.
num. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 6. circa reſolutionem nu.
22. & conſ. 20. conceſſio num. 87. lib. 1. Burgos de
Paz conſ. 2. num. 71. & conſ. 28. num. 19. Couar.
vbi proximè num. 14. Curtius Iunior conſil. 101.
num. 11.
113 † Et ſecundùm hanc reſolutionem non obſtat
l. vbi ità donatur ff. de mor. cauſ. donat. in qua
conſiſtit fundamentũ principale opinionis con-
trariæ, quia ex traditis per Molin. d. cap. 2. num.
24. dupliciter ſatisfit. Primò, quòd ibi ea de cau-
ſa ex pacto de non reuocando irreuocabilitas in-
ducitur, quia mortis cauſa donatio, in donatio-
nem inter viuos tranſit, quandò autèm contra-
ctus, de quo inter partes conuenit, in aliam ſpe-
ciem contractus non tranſit, perſpicuũ remanet
ex pacto de non reuocando, non effici irreuoca-
bilem, ex allegata l. cum præcario ff. de præcar.
per quam Bar. Paul. Caſtr. & alij in d. l. vbi ità do-
natur ff. de donat. cauſa mortis hoc notant, & ità
cùm melioratio ad titulum maioratus in aliam
ſpeciem tranſire nequeat, ſed ſempèr in ſuo pri-
mo eſſe remaneat, licet clauſula non reuocandi
ſit adiecta, ſequitur ex ea, irreuocabilem minimè
fieri, vel ſecundò diſpoſitionẽ d. l. vbi ità nil aliud
continere, niſi quòd donatio, quæ aliàs mortis
cauſa eſſet, adiecto pacto de non reuocando ha-
beatur, ac donatio inter viuos; vt eius verba
oſtendunt ibi, *perindè haberi debet, atque alia
quæuis inter viuos donatio*: cùm autem & ſi me-
lioratio, aut maioratus inter viuos fiat, ſit vſquè
ad mortem reuocabilis, ex d. l. 17. & l. 44. Tauri,
niſi traditio rerum, aut alia in eis contenta inter-
uenient, ſequitur conſequens neceſſarium, quòd
& ſi maioratus tranſeat in donationem inter vi-
uos, nõ ax eo efficitur irreuocabilis, quibus ratio-
nibus nec ex toto, imò nec ex congruenti parte
ſatisfacit Molina proximè allegatus numeris ſe-
quentibus, & contrà eum per plura fundamenta
hanc noſtram comprobat ſententiam Angulo d.
gloſ. 11. num. 6. & ſeqq. quod in noſtro caſu eſt
iuxta ſuprà adducta extra omnis dubitationis
aleam.

Quod coadiuuatur ex ea ſatis vrgenti conie-
ctura, quia certiſſimum eſt, quòd ſi tempore, quo
D. Florentia fecit primam ſcripturam fuiſſet in-
terrogata de eo, quod poſteà euenit, ſcilicet
qualis eſſet illius voluntas in caſu, quo D. Catha-
rina non faceret profeſſionem, ſed exiret à Mo-
naſterio, reſpondiſſet, quòd eſſet præferenda in
dicta melioratione, prius quàm dictus D. Dida-
cus eius nepos, & ideò habetur, ac ſi eo tempore
declaraſſet, & expreſſiſſet in eadem ſcriptura,
114 † nàm diſpoſitum id cenſetur, quod diſponen-
tem eſt veriſimile diſpoſuiſſe, ſi interrogatus fuiſ-
ſet, iuxta gloſſ. verbo *per exceptionem* ad finem,
in l. tale pactum §. vlt. ff. de pactis. ex l. ſi totas C.
de inoffic. donat. l. eum, qui §. 1. ff. de verb. oblig.
l. ſi duobus §. hæres ff. de legat. 1. cuius gloſſ. de-
ciſionem ſequitur Crauetta conſ. 25. dubia plura
num. 25. 1. par. & conſ. 32. teſtator reliquit num.
5. Rebuff. in repetit. cap. Raynuntius nu. 13. verſ.
facit, quod de teſtamentis, Cæphal. conſil. 134.
num. 50. tom. 1. Et hæc veriſimilitudo coadiuua-
115 tur, quia dicta D. Florentia † præſumitur ha-
buiſſe maiorem affectionem erga dictam D. Ca-
tharinam eius filiam, quàm verſus D. Didacum
eius nepotem, argum. l. ſi viua matre C. de bonis
maternis, Roland. à Valle conſ. 82. factum præ-
116 ſentis num. 12. vol. 3. † quia nepos non debet
eſſe melioris conditionis, quàm filius, vt in d. l. ſi
viua matre, & tradit Bald. in l. ſi emancipati num.
2. C. de collationib. & in l. 2. in fin. C. de in ius vo-
cando, l. Publius §. fin. ff. de condit. & demonſtr.
Bal. in l. quod verò in princ. num. 3. ff. de legib. &
in l. ſi verò §. de viro nu. 1. ff. ſolut. matrim. Dec.
117 conſ. 514. ſatis nota eſt num. 2. & 3. tom. 2. † vbi
ait, quòd nõ poteſt credi, quod Teſtator, aut di-
ſponẽs diligat plus nepotes, quàm proprias filias,
Raphael Cuman. in conſ. 117. A. in teſtamento
inſtituit, Paul. Caſtrenſ. conſ. 409. incipiente, ca-
ſus iſte frequentèr contingit num. 1. lib. 2. Cæph.
118 conſ. 5. num. 12. † filia enim eſt in primo gradu
proximior, nepos autèm in vlteriori, l. Iuriſcon-
ſultus §. nunc ſingulos ff. de gradibus affinitatis,
§. primo gradu, & ſeq. inſtitut. de gradib. cognat.
Oliuerius Textor in comment. ad eundem titu-
lum quæſt. 15. num. 2. & 4. l. 3. tit. 7. par. 4. & l. 2.
tit. 13. par. 6. Roland. à Valle d. conſ. 82. num. 15.
potentius autèm ius eſt in cauſa immediata,
119 † nàm & proxima cauſa magis influit, quàm
remota, l. ſi mulier, vbi gloſſ. ff. rerum amotarũ,
Roland. vbi proximè num. 14. & conſ. 48. nu. 31.
vol. 2. Pariſius conſ. 127. num. 4. vol. 1. & conſ. 47.
num. 7. vol. 4. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudicum
120 caſu 287. nu. 18. † & ità cauſa immediata me-
diatæ præualet, l. ſocium, qui §. 1. ff. pro ſocio, l.
conſilij §. ſocij mei ff. de regulis iuris, Soccin. in
l. 1. in princ. num. 10. ff. de verbor. obligat. Ioan.
Cæphal. conſ. 46. incipien. adhùc num. 22. tom. 1.
Bald. in l. ex placito C. de rerum permut. Greg.
Lopez in l. 32. tit. 9. par. 6. gloſ. 3. col. 4.
121 † In cuius confirmationem facit, quòd reme-
dium l. ſi vnquàm C. de reuoc. donat. col. 8. tit.
4. partit. 5. quibus diſponitur, quòd donatio, quã
aliquis facit non habens liberos, reſcinditur, ſi
poſteà eos habuerit, procedit etiàm quandò pa-
ter habebat filios viuos, quos aliquo rumorè in-
certo putabat eſſe mortuos, vt poſt Angel. conſil.
108. iſta quæſtio num. 2. & in auth. vt cùm de ap-
pellat. cognoſcitur, §. ſiuè igitur num. 3. collat. 8.
Aretin. in l. ex facto in princ. verſ. *confirmatur iſta
concluſio* ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. & conſ.
156. Ripam in eadem l. ſi vnquàm, quæſt. 5. C.
de reuocand. donat. Anton. Gabriel lib. 3. con-
cluſionum tit. de donationibus concluſ. 2. nu. 25.
doctè Tiraquell. ibidem, verbo *filios non habens*
num. 15. & 16. quod coadiuuatur ex l. final. ff. de
hæredib. inſtituend. ergò eadem ratione in noſtro
caſu

Digitized by Google

CONSILIVM CXIX.

PRæſupponitur in facto, quod D. Florentia Mexia Torres de Guzman Domina Villarum de la Parra, & Villarejo Pedro Eſteuan fecit quodam inſtrumentum meliorationis per viã maioratus, dicẽs in eius proœmio, quod attento D. Gomez Hernandez de Yniſtroſa erat diues, & potẽs nominus trium Villarum & reliqui eius filij, & filię erant religioſi, his, & alijs iuſtis cauſis eius mẽtẽ mouentibus ex tunc ad tempus ſuæ mortis faciebat meliorationem, & donationem puram, perfectam, & irreuocabilem dictam inter viuos tertij, & reſidui quinti bonorum, iurium, & actionũ, quæ habebat, aut in futurum haberet D. Briandę Mexia de Guzman eius filiæ pro ſe, & ſuis filijs, & ſucceſſoribus, quam meliorationem aſſignauit in iuriſdictione, terrijs, & gabellis dictæ Villæ de la Parra, prout ipſa eas habebat, & dicta D. Brianda, & ſucceſſor, poſt eam vocatus ad dictam meliorationẽ voluiſſent eligere, vocauitq; illius deſcendentes cum prælatione ſexus, & gradus, & caſu, quo decederet ſine filijs vocauit dictum D. Didacum eius nepotem ex dicto D. Gomez, & eius filios, & ſucceſſores, iuxta ordinem, quem dederat in deſcendentibus D. Briandæ; & in defectum illorũ bona diuidi poſſent inter eius hæredes; quæ in primis caſibus prohibuit poſſe alienari etiàm cum auctoritate regia, ſub pœna priuationis contrarium facientis, & vocatione ſequentis in gradu, ac obligatione, quòd nunquã vllo tempore, nec pro aliqua cauſa, quæ potuiſſet eſſe non reuocaret, nec impugnaret dictam meliorationem, & donationem, nec ſuper ea aliquod grauamen apponeret, imò quòd futura erat certa, & ſecura dictæ D. Briandæ, & eius ſucceſſoribus, aut eis haberet ſatisfacere damna, & intereſſe, quæ ſcriptura fuit ſtipulata 14. Februarij 1575. non tamèn fuit acceptata per dictam D. Briandam, nec dictum D. Didacum, aut perſonã legitimã pro eis, nec facta traditio illius, nec bonorum meliorationis.

Item ſupponitur, quòd dicta D. Catharina filia legitima, & naturalis dictę D. Florentiæ tempore dictæ ſcripturæ reperiebatur in quodam Monaſterio, expectando tempus probationis, quo non impleto exiuit, & nupſit Alphonſo Aluarez de Toledo, & Lunæ: ex cuius matrimonio habet vnã filiam eiuſdem nominis auiæ.

Item ſupponitur, quòd dicta D. Florentia per eius teſtamentum ſtipulatum vltimo Nouembris 1581. declarauit ſe feciſſe dictam ſcripturam, eamque confirmauit, excepto quoad vocationẽ, quam ſecundo loco fecerat in fauorem dicti D. Didaci, declarandò id feciſſe, quia à dicta D. Catharina eius filia erat tractatum, quòd fieret Monacha, quod non habuit effectum, ideòq; diſpoſuit, quòd non obſtante illius vocatione ſuccederet poſt mortem D. Briandæ abſque ſucceſſoribus dicta D. Catharina, & eius filij priuſquàm dictus D. Didacus, & caſu, quo neceſſariũ foret, & hoc obſeruaretur, & ſortiretur effectum, reuocauit, & annullauit vocationem, quam fecerat dicti D. Didaci poſt dictam D. Briandam, & eius ſucceſſores, diſponendo, quòd illius vocatio intelligeretur effectum habitura poſt dictam D. Catharinam, & eius deſcendentes, prohibendo, nè litem moueret illis, ſub pœna priuationis iuris ſuccedendi in dicta melioratione.

Demùm eadem D. Florentia per codicillum, quem ſtipulatã fuit quarto Iulij 1584. idem confirmauit. Item declarauit ſuam voluntatem, & per ſcripturam publicam 18. Aprilis eiuſdem anni coram Petro de Torres Tabellione, idemq; apparet declaraſſe alijs inſtrumentis 6. Februarij 1578. & 12. Decembris 1579. & demùm 28. Auguſti 1584. ratificauit dictas ſcripturas, & tradidit poſſeſſionem bonorum meliorationis, reſeruato ſibi vſufructu vita durante, quæ ſcripturæ fuere acceptatæ per dictos Alphonſum Aluarez de Toledo, & Lunã & D. Catharinam eius vxorem, cuius iuſtitia his ſuppoſitis videtur fulciri aduerſus dictum D. Didacum ſequentibus fundamentis.

Primò, quia de iure regio eſt præfinita regula diuerſa ab eo, quod de iure communi erat cautũ ſuper donatione inter viuos, & illius reuocatio-
1 ne, † nam meliorationes factæ etiàm maioratus titulo ſunt reuocabiles, niſi facta fuerit traditio rerum in melioratione contentarum, aut traditio inſtrumẽti, vel ſi ſtaret ex cauſa oneroſa cum aliquo tertio, vt probatur in l. 17. & l. 44. Tauri, Caſtillo in d. l. 17. gloſ. *reuocar*, Velazquez ibidem gloſ. 6. num. 1. Angulo gloſ. 1. num. 1. Matienzo in l. 10. tit. 6. lib. 5. recopilat. gloſ. 3. num. 3. vſquè ad finem, & communitèr DD. in dictis legibus Tauri, Molina in lib. 4. de primogen. cap. 2. in princ. & num. 1. & lib. 1. cap. 12. nu. 2. & ità aliquo deficiente ex exceptis in d. l. 44. Tauri, maioratus
2 non fit irreuocabilis, † caſus enim exceptus regulam in contrarium firmat, l. nàm quod liquidè §. final. ff. de penu. legata. Quod in tantum eſt verum, quòd maioratus non ſolùm poſſunt reuocari quòad vocationes, aut conditiones mutando illas, ſed etiàm ſupprimendo in totum, ità & talitèr, quòd bona remaneant libera, vt ponderat Molina d. cap. 2. num. 1. & Velazquez in l. 44. Tauri glo. 6. num. 2. qui reprobant Peraltam, qui in l. 3. §. qui fideicommiſſum num. 124. verſ. *cùm ita in propoſito* ff. de hæredib. inſtituend. cenſuit, maioratum in totum reuocari non poſſe, ità vt bona efficiantur libera; ſed ſolùm vocationes, & ſubſtitutiones alterari, bonis ipſis remanentibus reſtitutioni obnoxijs, nàm ad hoc debili fuit fundamento motus.

3 † Et ità huiuſmodi meliorationes, & maioratus quàmuis facti ſint in contractu inter viuos, ſtante ipſorum natura, qua ſubijciuntur mutationi, & reuocabilitati, habent naturam vltimæ voluntatis, vt poſt Oldrad. conſil. 231. in princ. & Tiraquell. de iure primogeniorum quæſt. 68. num. 1. & 2. & quæſt. 8. num. 2. & ſeqq. pro quo allegant text. in l. ſi filia §. ſi pater ff. famil. erciſc. ibi: *non videri donationem, ſed ſupremi Iudicij diuiſionem*. vbi diuiſio hæreditatis facta à patre inter eius filios non habet vim donationis: ſed vltimæ voluntatis, & in terminis maioratuum Hiſpaniæ

ſpaniæ

Digitized by Google

ſpaniæ id tradit Celſus Hugo conſ.100. num.12.
& conſ.120.num.43.& reſoluunt Caſtillo in l.44.
Tauri gloſ.1.vbi Palac.Rub.num.2 Menchac.de
ſucceſſ.creat.lib.1.§.1.num.32.& Gregor.Lopez
in l.43.tit.5.par.5.gloſ.verbo *no vale*, Palac.Rub.
in repetit.rub.de donat. inter §.44 nu 3.& ſeqq.
alij, quos recenſet Molina lib.1. de Hiſpan. pri-
mogen.c.1.nu.7. & c.12.nu.1, & 2. qui allegat l.
10.tit.12. lib.3.fori, quæ hoc apertè inſinuare vi-
detur ibi, *por que tal donaçion es ſemejable à las
otras, que ſe hazen en manda por raçon de muerte.*
4 † Et ità cùm voluntas vltima vſquè ad mortem
deambulatoria ſit, & reuocabilis, l.4. ff. de adi-
mendis legatis, l. translatio ad finem cum ſimili-
bus ff.eod.tit. l.cùm hic ſtatus §.pœnitentiam
ff.de donationib.inter l.3.C.de codicillis, c.cùm
Marthæ, vbi gloſ.de celebrat.miſſarum, Mantica
lib.12.de coniectur.tit.1.nu.1. Couarr.in rub.de
teſtam.2.par.in præfat.& num.1.ideò non mirũ,
ſi dicta melioratio, & ſi ad titulum maioratus
valeat,& poſſit reuocari, non ſolùm quoàd voca-
tionem dicti D.Didaci, & ſucceſſorum eius, vt
eſt caſus noſter, ſed etiàm valet ſi reuocaretur
in totum,iuxtà ſupradicta.

Et quàmuis exiſteret in vim contractus,vt alij
qui DD.voluerunt, adhùc iſta melioratio fuit re-
uocabilis,& multò magis vocatio dicti D.Didaci
de Yniſtroſa,& Prælati, prout ſunt tot inſtrumẽ-
tis dicta D. Catharina, & deſcendentes illius,
5 † nàm quàmuis donationes poſſint fieri in fauo-
rem abſentium, l. velles, necnè 6. C.de reuocan.
donat. l.nec ambigi C.de donationib. l.4.iuncta
l.abſenti ff.eodem tit. l.4.tit.4.par.5. Othoman.
in diſputat.de donat.verſ.*deinceps*, & verſ. *quid
ſi res*, Anton.Gomez. 2.tom. variar. cap.4. nu.2.
Ioſeph. Ludouic. deciſ.Peruſina 29. num.16. &
6 ſequenti, † tamèn antè acceptationem donatarij
poſſunt reuocari, d.l.abſenti ff.de donat.Aretin.
conſ.17.num.6.verſ.*ſed ex ſecundo capite*,Ripa
in rubr.ff.de verb.obligat.num.21. Rebuff.in l.
alienatum §.donationis, verſ.*tertiò donatio* ff. de
verbor.ſignif.Andræas ab Exea de pactis à nu.87.
vſque ad 110. Alciat.in cap.cùm contingat num.
331. de iureiur. Cagnol. in l.quo tutela §.final. in
fin.ff.de regul.iur.Plotus in l.ſi quandò §.1.nu.8.
C.vnde vi, nouiſſimè Menoch.conſ.443. num.3.
lib.5.Octauian.Cacheran.conſ.55.num.10.Natta
conſil. 94. num.5.Nicol.Valla tract. 2. de rebus
dubijs num.3.Proſper Paſſer.conſ.122.num.13.
Mandell.Albenſ.conſ.97.num.8. Magon.deciſio.
Lucana 38. num.23. Vueſembec.conſ.38.nu.51.
lib.1.Berous conſ.4.num.43.lib.1. qui poſt alios
7 eam aſſignat rationem, † quia antè acceptatio-
nem nullum ius donatario fuit quęſitum,ſed re-
manſit penès donantem, qui cùm interim ſit do-
minus poteſt ad libitum de re donata diſponere,
ſingularitèr idem Berous in cap.in præſentia nu.
77.& 78.de probation.latè comprobans Lancell.
Galiaul.in rubr.num.195. ff.de verbor.obligat. l.
4. tit.4. par.5. ibi, *la terçera quando ſon preſentes
en el lugar, el que dà, y el que reçibe la donaçion, i
la quarta quando aquel que quiere hazer la dona-
çion es en otra tierra ca entonces no la puede hazer
ſi non por carta, ò por menſagero*, l.ſi ego ff. de ne-
got.geſt. Molina lib.4.de primogen.cap.1.num.
58.Paul.de Caſtro in l.Titia §.idem reſpondit lo
ſecondo, num.3.ff.de verbor.obligat.vbi inquit,
quòd ſi in inſtrumento contineatur, quòd talis
donauit tali,& non dicatur præſenti,& recipien-
ti, cùm donatio poſſit inter abſentes fieri, non
8 præſumetur præſentia,& ſi non apparet de acce-
ptatione illius, donatio non valet, idem in l.illud
num.6. C.de ſacroſanct. Eccleſ. Gregor. Lopez
in l.67.tit.18.par.3. gloſſa 1.& in l.4.tit.4. par.5.
eadem Gloſſa, Ioan.Gutier.in repet.cap.quàm-
uis pactum in princ.nu.53.de pact.lib.6.& conſ.
9 20. num.1. † & in donatione iuramento firmata
lib.3.practicar. quæſt.96. num.6. Mieres de ma-
ioratibus 1.par. quæſt.36.num.1. Burgos de Paz
Iunior lib.1. quæſt.ciuili 10.num.23.& ſeqq. Al-
uarado lib. 3. de coniecturata mente defuncti
cap.2. num.55. Burgos de Paz conſ.14.num.21.
& ſeqq. Couar.in rubr. de teſtament. 3.par. nu.
13. & alij, quos allegat Angulo de meliorat. l.1.
gloſ.8.num.18.
10 † Quod in tantùm eſt verum, quòd procedit
etiàm in donationibus factis ad fauorẽ piæ cau-
ſæ, gloſſ.communitèr recepta verbo *alia cauſa* in
fin. in l.illud C.de ſacroſanct.Eccleſ. Iaſ. in l.qui
Romæ §.Flauius nu.4. ff.de verbor.obligat. Re-
buff.in l.quod iuſſit notab.1.ff.de re iudic.num.
33.Decius in l.contractus num.16. ff.de reg.iur.
& conſ.226.num.7.Curtius Iunior conſ.120.nu.
2. Gratus conſ.25. num.37. 1.par. Carol.Ruyn.
communem dicens conſ.13. nu.10. lib.4.& conſ.
97.num.14.eodem lib. Molina d.num.58.& plu-
res alij,quos allegant Couar.vbi proximè, & Ti-
raquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg.115.verſ.
contrarium, Iulius Clarus lib. 4. ſententiarum §.
donatio quæſt.12.num.6. Marc.Ant.Natta conſ.
94.num.5.Nicol.Mozius lib.de contractib. tit.de
donation. §. de ſubſtantialibus donationis num.
25.in fine, Hippolyt. in l. ſi quis num.69. ff.de
quæſtionib. Auguſtin. Berous in rubr. de iudic.
num.77.Grat.reſponſ.25.in præſenti nu.16.lib.1.
& Cardin.Pariſ. conſ.77.ſubſcripſi nu.42.& ſeq.
11 lib.1.Burgos de Paz quæſt.10.num.10. † ſi ergò
donatarij dignitate, cui aliàs ex priuilegio com-
petit ex ſolo titulo dominium acquirere, vt in
d.l.illud,& in l.1.verſ.*e aun ſin eſtas* tit.11. par.1.
nõ ſuppletur acceptationis defectus, minus ſup-
plebitur in eo, qui ſimile priuilegium nõ habet.

Et confirmatur magis eo ſimili, quòd quàm-
12 uis verum ſit, † quòd beneficium poſſit confer-
ri abſẽti, gloſſ.verbo *poſſe* ad finem in l.Labeo ff.
ff.de iureiur. Bald.in l.vnica §.ſed & ſi quis nu.1.
C. de latina libertate tollenda, cap. accedens de
præbend.Paul.de Cittadinis in tract. de iure pa-
tronatus 6.par.artic.3.num.57.Gregor.Lopez in
13 l.7.tit.16 par.1.gloſ.3. † non tamèn illi acquiri-
tur talitèr, quòd poſſit dici ſuum, donec acce-
ptauerit illud, cap. ſi tibi abſenti de præbend.
lib.6 ibi,*donec eam ratam habuèris*, Alexand. in l.
qui abſenti 37.in princ.num.3. ff.de acquir.poſ-
ſeſſ.facit cap.gratia,cum gloſ.verbo *ignoranti* in
princ. de reſcript. lib.6 gloſ. verbo *debitum* in
clem. auditor eodem tit. Pariſ. conſ.142. incip.
quòd reſeruatio num.10.vol.4. Mandoſ.regul.5.
Cancellariæ de reſeruationib. quæſt. 5. num. 6.
Iacob.Putei lib.1. deciſ.24. num.3. Couar. lib.3.
variar.

Variar.cap.15.nu.3. Molina conciuis noſter tom. 1. de iuſtitia tract.2. diſput.2. verſ.alias, Rebuff. tom. 2. commentar. ad conſtitutiones Gallicas tract.de donationib.inſinuand.art.2.gloſ.1.nu.5.

14 † Facit vlteriùs,quòd non acceptans aduerſarij confeſſionem, aut verba non poteſt ſe illis iuuare, l.3.vbi Bald. nu.2. C.de repudiand.vel abſtinend.hæred. Alex. nu.3.& 5. in l.ſicut, eodem tit. Salycet.in l.1.oppoſit.15. C.de confeſſis,vbi Cynus num.9. Florian.in l.final. num.5. ff.de interrogator. actionib. Iaſ.in l.qui Romæ §.cohæredes num.4.ff.de verbor.obligat. Alex.conſ.20.
15 in cauſa appellationis nu.1.vol.4. † ſicut nec renunciatio nocet renuncianti,ſi nõ fuerit per partem acceptata, Bart. & Iaſ. in l.poſtquàm liti C. de pactis, vbi Decius num.7. per gloſſ.verbo obtulit, & ibi Bald.colum.penult.verſ.ex quo nota in cap.cùm veniſſent, de eo,qui mitt. in poſſeſſ. Caſſador.deciſ.1. de renunc. & alij adducti per Boer. quæſt.350. nu.5. Menoc.de recup. poſſeſſ. remed.1. num.302. Viuius inter commun. opin. tit.C.de donat.num.19.

Et eſt ratio fundamentalis dictarum deciſio-
16 num, † quòd donationes non habeant effectum irreuocabilẽ antè acceptationem.vt per Rebuff. d. gloſ.1.nu.5. nec donatarius habeat dominium aliquod,oſtendit acutè Cuman.in d.l.qui abſenti
17 in finalibus verbis ff. de donation. dicens, † donationem abſenti factam eſſe conditionalem; videlicèt ſi acceptauerit , & antequàm perueniat conditio iſta, impoſſibile eſt acquiſitionem fieri, vt doctè ponderat Alciat. reſponſ.119. num.22.
18 lib.9. † & quia donatio non alitèr ſit abſenti rectè, quàm ſi abſens rem ſibi miſſam acceperit , vel iàm apud ſe conſtitutam donatam ſcierit , nec donantis liberalitatẽ agnouerit, d.l.abſenti ff.
19 de donationib.† quia ſine acceptatione donatio non eſt, l.ſi verò 8. §.ſi ſeruo ff.de bonis libertor. ibi, *cæterùm ſi ei viuus libertus donauerit, & ille acceperit*, & in loco illo Terentij in Andria actu 5. ſcena 4. cuius meminit Burgius lib.1. electorũ cap.11. CH. *Dos Pamphilæ eſt x. talenta* P. *Accipio.* vbi Donatus inquit, *niſi dixiſſet , accipio dos*
20 *non eſſet datio enim ab acceptu confirmatur.* † nec poteſt videri datum id, quod nõ ſit acceptum, vt cum iudicio aduertit Cuiacius lib.12.obſeru. cap.28. elegantèr Franc.Coñan.lib.5.comment. iuris ciuilis c.9.col.3.his verbis, *Cùm in donatione traditio ſit neceſſaria, oportet ei, cui traditur acceptare, alioqui donatio perfecta dici non poteſt* . Sic Cicero in Topicis negat , Mancinum deditum fuiſſe hoſtibus , quod ab eis receptus non fuiſſet, *quo in genere* (inquit Cicero) *etiam Mancini cauſa defendi poteſt poſtliminio rediſſe, deditũ non eſſe , quoniàm non ſit receptus ; nàm neque deditio , neq; donatio ſine acceptatione intelligi poteſt* : & poſtmodùm ſubiungit Coñan.hæc verba. *Acceptatio enim requiritur , vt perfectioni donationis aſſenſiſſe dicatur is , cui donatur ; ſinè cuius aſſenſu*
21 *non rata eſſet donatio.* † non poteſt enim liberalitas nolenti acquiri, l. hoc iure ff. de donationib. cuius verba vt pulchra in propoſito refert,& ſequitur Hippol.Rimin. conſ.119.nu.87.ante quẽ, & Coñan.idem tradiderat,ſingularitèr Alciat.lib. 3.parergon.iuris cap.13.vbi poſt relationem prædicti loci Ciceronis egregiè inquit . *Cæterùm ex Ciceronis verbis videtur illa quæſtio diffiniri de donatione facta abſenti antè acceptationem,quia etiàm ſi Tabellio nomine abſẽtis ſtipulatus ſit, adhùc enim facti eſt,nec ius antè donatarij acceptationem oritur.* in quam ſententiam ſæpènumero & ipſe reſpondit,vt patet conſ.14. num.21.lib.8. & his non citatis Guillelm.Mayner. in l.cuius per errorem
22 num.52. ff. de regul.iur. † nàm dicta ſtipulatio, ſeù acceptatio Notarij ſolùm operatur,quòd etiã non interueniente Nuntio,vel Epiſtola; vt de iure requirebatur, d.l.abſenti, donatio valeat, non tamèn efficit eam irreuocabilem , vt tenet Paul. Caſtrenſ. conſ.195. num.1.lib.2.& in l.Paulus in fine principij ff. de rebus dubijs , Decius in l. 1. num.12. C. de pactis, & in l.certi condictio §. ſi nummos ff. ſi certum petatur,& conſ. 432. in fine, Carol.Ruyn. conſ.126.num.10. verſ.*nec eſt etiàm verum* lib.1. Berous conſ.4. num.35.& 36. lib.1.Bertrand.conſ.173.num.13.lib.1.Matth.de Afflict.in conſtit.Neapol. lib.1.rubr.73.num.41. Ant.Rubeus in l.non ſolùm §.morte num.6.ff.de noui oper. nunciat. Cagnol.in l.fin. num.273. C. de pact. Hugo Donellus in l.ſtipulatio iſta §.alteri num.63.ff.de verbor.obligat.Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſ.29. num.7.1.par. Alciat reſponſ.14. à num.11.cum ſeqq.lib.8. qui eſt videndus, quia hanc partem doctè confirmat contrarijs ſatisfaciens , & Additio. ad Alexand.conſ.31. num.16. lib.6.qui dicit ,hoc tempore eſſe communiorem opinionem, & in Francia conſtitutione regia firmatam, idem Addit. Alexand. conſ.185. num.7. lib.6. ſingularitèr Iacob.Porticonſ.176.nu.14. & 15.cum ſeqq. qui poſt Bal.Ang.Hippol. Roman. & alios huius opinionis aſſertores:hęc verba ſubiungit,*alioqui ſi Tabellionis ipſius ſtipulatio ipſi abſenti perfectam induceret acquiſitionem; quæ naturali, atquè actuali poſſeſſione contingit , pareret ſingularia plura*, & vt inquit Grat. reſp.108.nu.17. tom.2. ipſa multiplicarentur,nempè quòd ipſe Tabellio perſonam publicam gerens abſenti ſtipulando acquireret, atque in illius poſſeſſionem
23 transferret ; † quod quàm abſurdum ſit ; nemo non videt, l.1.C.de dotis promiſſ.vbi Alber.Bal. Salyc.& Angel. pulchrè Paul. à Montepico conſ. 86.nu.27. Franciſc.Purpurat. conſ.118.num.13. lib.1.Simon de Præt.conſ.150.nu.42. latè Guido Pancirol.conſ.62.num.11.& 12.& conſ.172. nu. 10.Tiber. Decian. reſponſ.1. num.61. lib.3. latè Ioan.Cæph.conſ.440. à num.30.cum ſeqq.lib.3. Caſſan. conſ.7.num.43. nouiſſimè Ant.Teſſaur. deciſ.Pedemont.70. num.5. vbi inquit,quòd ſecundùm hanc ſententiam iudicauit Senatus Pedemontanus, Plotus conſ.54. nu.25.& in Hiſpanor. primogen. veriſſimum eſſe teſtatur Molina lib.4.cap.2.num.69.

24 † Imò donans antè acceptationem donatarij remanet dominus rei donatę , & ſic eam poteſt obligare, l.quod ſæpè §. ſi res ff. de contrahendi empt. l.penult. §.Lucius ff.de donat.Caſtill.in d. l.17. Tauri gloſſ.*la poſſeſſion* verſ. *antè enim*, Bart. in l.1.col.2.verſ.*ſed quantùm ad præſentem* C.de iure fiſci lib.10.& proſequitur Decius conſ.645. præſuppoſita num.4.Burgos de Paz conſ.14.nu. 23.Gregor.Lopez in l.4.tit.4.partit.5.gloſ.1,Caualcan.

ualcan. deciſ. Fiuizan. 42. num.13. & alijs.
Et cùm dictus Don Didacus non acceptauerit
meliorationem, imò nec dicta D.Brianda; clarũ
eſt,quòd bona illius remanſere in dominio dictæ
D.Florentiæ. & potuit ea donare quibus voluiſ-
ſet, & ad ſucceſſionem vocare dictam D.Catha-
rinam reuocãdo vocationem, quam fecerat, dicti
25 D. Didaci; † nàm donatio facta abſenti requirit
acceptationem, & ratificationem, antequàm per
donantem alteri fiat donatio,vt per l.ſi ego ff.de
negot.geſt.tradunt Paul.Caſtr. conſ.195. viſis his
num.1.& 3.vol.2. Decius conſ.226.col.2. Carol.
Ruyn.conſ.121.col.2.vol.1. Cagnol.in l.2. num.
527.C.de pact.inter empt. & vendit. Rol. à Valle
conſ.4. quod malè num.27.vol.2. Ioſeph.Ludou.
deciſ.Peruſ.29. num.3. Ideòq; venit præferenda
dicta D Catharina,quę per tot diſpoſitiones tàm
inter viuos,quàm vltimarum voluntatum eſt vo-
cata, & prælata. Et quia acceptauit dictas ſcri-
26 pturas tempore habili,† ex regula text.in l.quo-
tiens C. de rei vendic. vt ſcilicet donatarius ſe-
cundus, cui res tradita eſt,priori,donatario præ-
feratur, l.ſi carens §.fin. ff. de action.empt. cum
alijs,de quibus Iaſ.in d.l. quotiens num.10.Alex.
conſ.14. circa primum num.8. vol.1. allegans l.ſi
autèm §.ſi duobus ff.de public.Hippol.ſingul.82.
in fine, Marian.Soccin.Iun. conſ.93.vol.2. Ruin.
conſ.121. Ant.Gabr. concl.2.de empt.& vendit.
nu.8. Burgos de Paz conſ.14. nu.24. Couar.in 3.
par. rubr.de teſtament.num.13.verſ.*ſextum*, Ca-
ualcan.deciſ.Fiuizan.42.nu.31.
Et hoc eſt verum in tantum,quòd licèt prima
ſcriptura, quæ eſt ſimplex,& paucis vinculis ro-
borata,habuiſſet clauſulam conſtituti, cùm facta
fuerit in abſentia ſine acceptatione nihil operari
27 poterat, † quia conſtitutum non operatur in
abſentia; cùm poſſeſſio ſine animo,& corpore
non poſſit acquiri, l.3. ff. de acquirend. poſſeſſ.
quæ in abſentem, & ignorantem non reperiun-
tur ſecundùm Soccini ſententiam in l.1. §.ſi iuſ-
ſerim eodem tit. latè Tiraquell. de iure conſtit.
3. par. limit. 30. Tell. Fernandez in l.17. Tauri
num.30.vbi Angulo gloſ.8.num.17.Velazquez in
28 l.44.gloſ.12.num.6. † nec antè ratificationem
transfertur poſſeſſio, vt doctè aduertit Ant.Go-
mez in l.45.Tauri num.82.l.ſi ſeruus communis
§.fin.ff.de acquir.poſſeſſ.l.ſi ego ff.de negot.geſt.
Anton.de Butrio in cap.cùm veniſſent in fine de
reſtitut.ſpoliator. Soccin.in l.1.§.ſi iuſſerim nu.
11.ff.de acquir.poſſeſſ.
Nàm ſemper quandò per conſtitutum, præ-
carium, aut ſimilem modum fictum ſit traditio,
eſt præcisè neceſſaria acceptatio inſtituti, aut
donatarij,vt donatio,vel maioratus remaneat ir-
29 reuocabilis, † etiàm ſtante l.3. tit.8.lib.3. ordi-
namenti,hodie l. 2. tit.16. lib. 5. recopilationis,
qua ſtatuitur, quẽ poſſe abſenti obligari, ità poſt
Curtium Iunior.conſ.120.1.& 2.col. id in ſimili
tradentem Pariſ.conſ.77.num.32.lib.1. Paul.Ca-
ſtrenſ.conſ.171.in caſu præſenti num.2.volum.2.
Decium in l.contractus num.16. ff.de regul.iur.
tradunt plures allegantes Mieres de maioratibus
1.par.quæſt.36. Molina d.lib.4. cap.2.num.60.&
Burgos de Paz d.conſ.14.num.20.& Burgos de
Paz Iunior quæſt.ciuili 10.Velazquez vbi proxi-
mè num.18. in gloſ.9. Bertrand. conſ.173. num.
11.& 12.lib.1.Marius Anguiſſola conſ.130.nu.4.
30 & 17. † Et antè dictam acceptationem non ob-
ſtante conſtituto eſt reuocabilis, vt in terminis
d. l. 17. Tauri reſoluit Aluarado lib.3. de conie-
cturata mente defuncti cap. 2. num.55. vt ità in-
telligatur, & limitetur traditio Doctorum, qui
voluerunt, conſtitutum efficere irreuocabilem
maioratum,ac vera traditio,qua in opinione fue-
runt Caſtillo in l. 17. Tauri gloſſa *la poſſeſſion*,
Anton. Gomez in l.45. num. 78. & 81. & Palac.
Rubios in eadem l.17. vbi Tellus num.17. Velaz-
quez in l.44.gloſ.11.num.7. Peralta in l.cùm pa-
ter §.à filia num.25. ff.de legat.2. & in l.vnum
ex familia in princ.num.25.eodem titulo,Mieres
de maioratib. 1.par.quæſt.49. Molina lib.4.cap.
2.num.4.& ſeqq. Aluarado lib.3.cap.2.num.38.
& Ioan.Guttier.lib.3.practicar.quæſt.64.nu.22.
& ſequentibus.
31 † Vlteriùs, quia quandò in donatione non ap-
paret de conſenſu donatarij,cõtractus eſt imper-
fectus in principali diſpoſitione; quo caſu clauſu-
la conſtituti, & ſimiles tanquàm acceſſoriæ nihil
operantur, Socc.conſ.126.nu.15.& 16. lib.2. pul-
chram rationem aſſignãs Purpurat.conſ.478.nu.
21.in fin.lib.2.Hieron.Grat.reſp.36.nu.32.lib.1.
Caſſan.conſ.59.nu.18. Sim.de Præt. conſ.30.nu.
48.Girald.Mazzoll.conſ.66.nu.2. Crotus in l.ſti-
pulatio hoc modo concepta nu.16. ff.de verbor.
oblig.Hippol.Rimin.conſ.522.nu.60.lib.2.loqui-
tur enim Girardus de alia donatione, in qua in-
teruenit conſtitutum, & iuramentum donantis,
& dubitãs, an poſſet ſecundo loco alteri donare,
diſtinguit,quòd primus donatarius ſit potior,vbi
donationem ſequuta fuit acceptatio, antequàm
ſecundo loco donans alienauerit, ſecùs verò ſi
poſt,quia tunc quandò donatarius vult donatio-
nem,non inuenit amplius voluntatem donatoris,
vt ſecum concurrat, cùm alteri dederit, vbi verò
antè tunc reperitur voluntas vti non mutata,
32 quia mutatio nõ præſumitur, pulchrè Ioan.Bo-
lognett.in l.quod meo nu.38.& ſeq.& nu.49. ff.
de acquir.poſſ. Ant.Theſaur.dec.Pedemont.70.
nu.7. in fin. vbi aſſerit,Senatum Pedemontanum
pro hac ſententia iudicaſſe,& nu.8.poſt plùrium
Doctorum allegationem ampliat, etiàm ſi iura-
mentum adeſſet,& in proprijs terminis maiora-
tus hoc declarat Mieres 1.par.quæſt.36.nu.4.vbi
poſtquàm pręcedentibus numeris probauerat in
tribus caſibus contentis in l.17. & 44. Tauri,in
quibus maioratus ſit irreuocabilis; inquit, nihi-
lominùs eſt neceſſaria acceptatio donatarij, &
inſert ex eo, quòd ſi pater faciat maioratum in
filium,& conſtituat ſe eius nomine poſſidere res,
quas dedit maioratus titulo,adhùc ſi filius nõ ac-
ceptat hunc maioratum, licitum eſt patri reuo-
care,& filio nullum ius remanet poſt reuocatio-
nem,idem tradit Molina lib.4.cap.2.nu.64.Ant.
Gomez in l.45.Tauri nu.82. & ſeq. meliùs Tell.
Fernandez in d.l.17.Tauri nu.30.
33 † Nec obſtat prędictis l.3.tit.8.lib.3.ordinam.
quæ eſt hodiè lex 2. tit.16.lib.5. nouæ recopil.ex
qua aliqui inferre volunt,quòd iure regio ad per-
fectionẽ donationis, acceptatio non requiritur.
Nàm reſpondetur, quòd licet illa lex dicat,

quòd contractus valeat intèr abſentes non dicit,
nec inducit valere abſq; eo, quòd concurrat mu-
34 tuus partium contrahentium conſenſus; † nàm
cùm donatio ſit contractus, debet ad minus ex
duorum conſenſu pendere, vt inquit glo. in l. hæ-
reditas verbo *interpoſitum* ad finem C. de pactis
conuentis, probat l. ſicut C. de action. & obligat.
l. ab emptione cum ſimil. ff. de pact. tradit in pro-
poſito Paul. à Montepico conſ. 76. nu. 8. Simon de
Prætis lib. 2. de interpret. vltimar. volunt. ſolut. 3.
num. 7. & ità ſola vnius voluntate interueniente
nullus fuit contractus, ex quo vtriuſq; partis con-
ſenſus non interuenit, & conſequentèr ex eo nul-
lum ius donatario fuit quæſitum, & poteſt reuo-
cari, vt in ſimili arguit Hippol. Rimin. conſ. 556.
nu. 93. lib. 5. quod mediocritèr confirmat elegans
Hieron. Grat. reſponſ. 67. nu. 14. lib. 1. quē ſequi-
tur Sfortia Peruſinus in tract. de reſtitut. 2. par.
35 quæſt. 89. nu. 13. vbi tractans, † an minor reſti-
tuatur aduerſus donationem non acceptatam, ſic
diſtinguit, aut res eſt adhùc integra, quia donatio
non eſt reuocata, & tunc reſtitutio datur, aut re-
uocatio interuenit, antequàm cōſtet de accepta-
tione, & tunc minor conqueri non poteſt, ea vi-
delicèt ratione, quia antè acceptationem nullum
ius quæſitum eſt donatario, d. l. qui abſenti ff. de
donat. Hieron. Gratus reſp. 76. nu. 44. lib. 1. Alciat.
36 reſponſ. 112. à num. 7. & ſeqq. † & quod non eſt
quæſitum, amitti nō poteſt, arg. l. manumiſſiones
ff. de iuſtit. & iure, cap. ad diſſoluendum de de-
ſponſat. impub. l. decem ff. de verbor. oblig. vndè
37 Gratus d. nu. 44. ait, † quòd antè acceptationem
licita eſt pœnitētia, ex notatis in d. l. qui abſenti,
& per Decium in l. contractus 23. nu. 20. ff. de re-
gul. iuris, vbi Additio, & conſ. 432. incip. cùm ſit
quod nu. 26. per text. in l. ſi ego § ſi res ff. de iure
dotium, l. ſi indebitum §. 1. ff. rem ratam haberi,
vbi notatur, idem Deci. conſ. 35. nu. 1. tom. 1.

Aliàs autèm abſurdum induceretur; nàm licet
benè poſſit, qui donat, aut alium contractū facit,
hoc in fauorem abſentis facere, quòd autèm do-
natio, vel contractus ſit perfectus antè abſentis
38 acceptationem impoſſibile eſt, † quia nulla po-
teſt contrahi obligatio ciuilis, nec naturalis, niſi
adſit vtriuſq; partis conſenſus, l. 1. §. 1. ff. de pact.
in illis verbis: *Adeò autèm conuentionis nomen ge-
nerale eſt, vt elegantèr dicat Pædius, nullū eſſe con-
tractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe
conuentionem, ſiuè re, ſiuè verbis fiat,* quæ conuen-
tio eſſe non poteſt antè abſentis acceptationem;
nàm ad eam neceſſe eſt, vtriuſque voluntates in
vnū concurrere, vt Iur. Conſult. probat in eodem
loco, dicens: quòd *ſicut conuenire dicuntur, qui ex
diuerſis locis in vnum colligūtur, & veniunt, ità, qui
ex diuerſis animi motibus in vnum cōſentiunt, ideſt
in vnam ſententiam decurrunt,* Bart. in l. lecta nu.
39 12. ff. ſi cert. pet. † & ità interim, quòd nō con-
currit voluntas donatarij cum voluntate donātis
nō poteſt eſſe perfecta, vt probat tex. iuncta gloſ.
in l. ſi conſenſu ff. de action. & obligat. & in l. 1. in
fin. ff. de contrah. empt. elegans tex. in l. cùm am-
pliùs §. is natura debet ff. de reg. iur. *Is naturæ de-
bet,* (inquit Conſultus) *quem iure gentium dare
oportet.* Hoc magis declarans, addit, *Cuius fidem
ſecuti ſumus*: Itaq; dùm aliquis fidem alterius nō
ſequitur acceptando promiſſionem, aut donatio-
nem, non poteſt oriri obligatio, & quoùſq; dona-
tarius abſens non acceptat, non dicitur alterius
fidem ſequi; idque probatur etiàm ex verbis d. l.
3. ibi:, e *que fue fecho el contrario, ò obligaçion entre
auſentes.* Vbi præſupponit, quòd etiàm intèr ab-
ſentes debet eſſe contractus, quod eſſe non po-
teſt, niſi poſtquàm ambo conſenſerint, vt probāt
iura prædicta.

Vndè ex dicta lege regia, per quam immutatur
ius cōmune, & partitarū eſt, nō eſſe neceſſariā in-
teruentionē Nuntij, aut Epiſtolæ, ſed poſſe abſq;
eorſi aliquo fieri in abſentia, ſi tamèn acceptatio
40 ſequatur, † & ità quòd ſtante iure regio acce-
ptatio requiratur, vltrà ſupra adductos tenent
Couar. lib. 3. variarum cap. 16. nu. 1. verſ. *nàm & ſi
bis,* & in cap. quàmuis pactum 2. par. §. 4. nu. 15.
Auendañ. lib. 2. de exeq. mandat. cap. 29. nu. 12. &
veriorem eſſe profitetur Ioan. Olan. in concordia
iuris communis, & Regij verbo *donatio* nu. 46. &
Molina lib. 4. de primogen. cap. 2. nu. 60 & ſeqq.
Burgos de Paz Iunior d. quæſt. ciuili 10. nu. 46.

Nec aduerſatur dicere prædicta procedere,
quādò donatio fuit abſenti ſimplicitèr facta, nul-
la alia in ea concurrente qualitate, ſecùſq; eſſe,
quādò donator abſens in ſuis verbis oſtendit ani-
mum deliberatum non reuocandi eam vllo tem-
pore, ad idquè fecit; quo caſu dubitandum non
videtur per dictam l. ordinamenti, donationem
eſſe irreuocabilem, vt tenuit Gregor. Lopez in l.
4. tit. 4. par. 5. gloſ. 1. verſ. *ſi tamèn ex verbis.*
41 † Nàm reſpōdetur, dictam doctrinam ſimpli-
citèr ſumptam nullo modo poſſe eſſe veram; nàm
præſuppoſito, quòd donatio iuxta ipſius naturā
nullo pacto dici donatio poſſit, donec ille, cui fit
acceptet, & conſentiat, vt ſuprà retulimus, clarū
eſt, quòd nullus animus donantis quātùmuis de-
liberatus poteſt ius tertio acquirere interim qđ
non conſentit, nec ſuam voluntatem applicat, &
cùm hæc ſit propria donationis natura, creden-
42 dum vtiquè eſt, † quòd quandò quis vult facere
contractum donationis, non intelligatur ſe obli-
gare, niſi ſecundùm formam à iure traditam ad
donationis valorem, vt ad interpretationē dictæ
legis ordinamenti inquir cum iudicio Gregor.
Lop. vbi ſuprà verſ. *ſed an hodie,* & vltrà eum pro-
bat l. ſi duo in fine, vbi notant Bald. & alij DD. ff.
de acquir. hæred. idquè generale eſſe in omni cō-
tractu tradit Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ.
38. Carol. Ruyn. conſ. 163. num. 8. vol. 1. Hippol.
Riminal. conſ. 295. num. 43. lib. 3. & conſ. 569. nu.
38. lib. 5. & hoc ipſum ſentiens Greg. Lopez loco
in contrarium citato cum conſideratione ait,
quòd donatio cum animo deliberato donantis id
poſſet operari, quòd tunc talis donans obligabi-
tur perſonalitèr ipſi abſenti per d. l. ordinamen-
ti, non tamèn dominiū donationis in eum tran-
ſire acceptatione donationis non ſequuta, & ità
non tranſlato dominio in donatarium antè acce-
ptationem, vt Gregor. concludit, poteſt optimè
donator dominium, quod à ſe nō receſſit, in alte-
rum transferre abſq; eo, qđ obligatio perſonalis,
quam ſentit Gregor. Lopez, in conſideratione
43 ſit. † Cùm obligatio perſonalis non detur con-
tra particularem ſucceſſorem bonorum, vti eſt
dona-

donatarius, l.1. § ſi hæres ff. ad S.C.Trebellian.
Bald. in l. ſi abducta num.2. C.de furtis, & in l.ma-
nifeſtiſſimi 22 eod.tit.Gregor.Lopez in l.50.tit.
5.par.5.gloſ.1. verſ.& inquantùm, Bart.in repet.
l.ſi arrogator num.10. ff. de adoptionib. & in l.
frater à fratre num.26.ff.de condict.indeb. Iaſo.
in §.itèm ſi quis num.104.inſtit.de actionib. An-
ton.Gomez tom.1.variar. cap.2.nu.11. poſt me-
dium, ſed ſolum aſtringat perſonam, non verò
rem, quæ per ſecundum maioratum translata
fuit in D.Catharinam, & eius deſcendentes,ma-
ximè quia aduerſus doctrinam Gregorij Lopez
in terminis dictæ legis Regiæ, etiàm quandò in
donatione eſſet poſitum iuramentum, aut pa-
ctum de non reuocanda, cum iudicio tenet Co-
uar.lib.1.variar.cap. 14.num.13.& Gregorium
reprobant Molina lib. 4. cap. 2. num. 64. verſic.
id ipſum.
44 † Quæ omnia ex eo maximè procedunt in
noſtro caſu, in quo agitur de maioratu; nàm etſi
lex præſumat acceptationem,quandò res eſt om-
ninò vtilis, & fauorabilis donatario, ſecùs autèm
in eo, quod eſt, vel poteſt eſſe oneroſum ſecun-
dùm Bart. in l. quo enim ff. rem ratam haberi,
Panormit.in cap.nonnè num.4. vbi latè Felyn.de
præſumpt. maioratus autèm non eſt ſimplex do-
natio, ſed ob cauſam, quæ ſolet eſſe oneroſa
proptèr plures conditiones, & grauamina, quæ
45 continet. † Vndè ad hoc vt cenſeatur ius quæſi-
tum, neceſſaria eſt acceptatio expreſſa,vt in ter-
minis perpendit Bertrand. conſil.173. num.10.
verſic. *prætereà aduertendum eſt* lib.1.Bartholom.
Bertazzol.conſ.18. num.15.lib.1. ciuilium,& eis
non citatis Molina d.cap.2.num.66.& 69. & do-
ctè Franc.Perſonal.conſ.44.num.28.vbi ait, in
tantùm eſſe præciſam, & neceſſariam accepta-
46 tionem, † quòd ſi donatio contineret aliqua
grauamina, non ſufficeret præſentia ad eam in-
ducendam, aut præſumendam, ſi expreſſa non
adeſſet,Angulo in l. 1.tit.6.lib.5.recopilat.gloſ.5.
num. 27. qui dicit, quòd licèt dicta opinio inter
extraneos aliquam pateretur controuerſiam, ta-
mèn intèr parentes, & filios veriſſima eſt, dona-
tionem ſcilicet, aut meliorationem factam filio,
aut deſcendenti abſenti eſſe omninò reuocabilē.
Et cùm acceptatio non fuerit facta in vita
Donnæ Florentiæ, nec antè reuocationem per
47 ipſam factam prioris ſcripturæ, non poteſt fieri
poſteà, & multò minus poſt illius mortem, cùm
ius fuerit quæſitum irreuocabilitèr D. Cathari-
næ, vt argumento l. bonorum ff. rem ratam ha-
beri decidit ſingularitèr Anton. de Butrio in
cap.fin.de confeſſis,vbi Ioan.de Imol. Alex.conſ.
24. ponderatis his nu.9. vol.5. Iſern. in cap.1. §.
donare col.penult. in fin. qualitèr feudum pote-
rit alienari in vſibus feudorum, Decius conſ.432.
cùm ſit nu.26. Alciat. in cap. cùm contingat nu.
23.de iureiur. Cæphal.conſ.163.num.26.tom.2.
Greg.Lop.in l.4.tit.4.par.5.gloſ.verbo *no lo pue-
da façer* verſic.*ſed quid ſi donator*, Burgos de Paz
conſ.33.nu.14. Couar. 3.par. rubricæ de teſtam.
num.13.verſ.*illud*, Hieron.Gratus d.reſponſ.76.
48 nu.44. ratio cuius eſt,quia ratihabitio debet fie-
ri re integra,rebus manentibus in eodēmet ſtatu,
vt in d.l.bonorum,& tradit Specul. lib.4.tit.de
obligat.& ſolut. §.1.nu.3. verſ.*itèm pone*, Dynus,
& Bar.in l.ſi vxor §.ſi quis vxorem ff.de adulter.
& Dynus in l.Panthonius ff. de acquir. hæredit.
Alex.conſ.110.viſis acutiſſimis nu.3.vol.1.& conſ.
135.ponderatis nu.6. vol.2. & vtrobiq; Additi.,
Roland. à Valle conſ.78. habita dilgent. nu. 24.
vol.3. Decius nu 15. in l.contractus ff.de reg.iur.
49 & ibi Cagnol. † aliàs enim ratihabitio,aut acce-
ptatio facta re non integra nō retrotrahitur, Ca-
rol. Ruyn. conſ.119. col.2. vol.4. Pariſ. conſ. 14.
nu.3.vol.1.& conſ.12.nu.110.vol.2. & alij addu-
cti per Rol.à Valle conſ.46.quia in nu.39.vol.2.&
50 conſ.4.nu.14. eod.vol. † nec operatur in præiu-
dicium tertij, arg.l.ſi partem §.vlt.ff quemadm.
ſeruit.amitt.l.2.§.ſi quis filium ff.ſi tabulæ teſta-
menti nullæ extabunt, l.potior §.1. ff.qui potio-
res in pign.hab. gloſ.in l.ſi indebitum §.ſi procu-
rator verbo *committi*, & ibi Bart.ff.rem ratam
haberi cum pluribus congeſtis per Tiraquell. de
retract.lignag. §.1.gloſ.10.nu.69. qui omnes re-
ſoluunt,quòd ratificatio, aut ratihabitio fieri ne-
quit in præiudicium tertij,cui interim fuerat ius
quæſitum,vt per Decium conſil.126.nu.8. Pariſ.
conſ.18.col.2.vol.1. Roland. à Valle conſ.97.nu.
38.vol.1. & conſ.63.nu.53.vol.4. Alciat.reſponſ.
200.num.12.
51 † Præſertim ſi dictus D. Didacus prætēderet
ſe iuuare acceptatione poſt mortē dictæ D. Flo-
rentiæ facta, quia dicta ſcriptura remanſit elin-
guis,argum.cap.fin.cum ibi notatis per Innoc.de
de ſucceſſ.ab inteſt.l.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.Alex.
d.conſ.24. num.9.lib.5. & ità cùm iàm dicta D.
Catharina haberet ius quæſitum ad dictam me-
liorationem, non poteſt illam prætendere dictus
D. Didacus antè ipſam propter defectum acce-
ptationis factæ tēpore legitimo, vt opus erat in-
teruenire,& ità reſoluit Molina d.l.4. cap.2. nu.
76.in fine.
Et dicta reuocatio eſt valida, & legitima;
52 † nàm licet verum ſit, quòd debet fieri cum
ijſdem ſolēnitatibus, cum quibus maioratus fuit
inſtitutus, ex regula, quæ habet eandem ſolem-
nitatem eſſe neceſſariā in actus reuocatione,quæ
in eius confectione, l. ab emptione ff. de pactis,
auth.contrà ſi filij C.de repudiand.hæred.l.nihil
tàm naturale,vbi Decius ff.de regul.iur. l.23. &
25. tit.1.par.6. & l.10.tit.5.partit.6. ad finem,
Alex.conſ. 109.ſtatutis accuratè nu. 13 vol.2.Ce-
phal. conſ.3.nu.110.& conſ.97.nu.30.vol.1. De-
ciſio Genuæ 34. nu.10. Pedemontan.75.num.4.
53 Talitèr † quòd debeat fieri alia ſcriptura ſimi-
lis,vt ex dictis iuribus probat Hippol.in rubr.de
donationibus nu.435. Seguta in l.filius dùm in
Ciuitate nu.45. ff.de verbor.oblig. Peralta in l.ſi
quis in princ. nu.197. ff.de legat.3. Burg.de Paz
alios referens in l. 3. Tauri num.813.Velazquez
in l. 44. gloſ. 6. num. 3. & 4. iunctis, quæ tradit
Palaçios Rubios in repetitio. rubricæ de donat.
inter virum,& vxorem §.69. num.11. Adimple-
uit ſufficientiſſimè dicta D.Florentia quatuor in-
ſtrumentis publicis, & intèr viuos, & teſtamen-
to, ac codicillo, quibus reuocauit,vel immutauit
donationem dicti D. Didaci, & ſuorum deſcen-
dentium, vocando dictam D.Catharinam,& de-
ſcendentes eius, reſeruando per vltimam ſcri-

54 pturam vſumfructum pro ſe, † quo mediante
fuit viſa facere eidem D. Catharinæ traditionem
bonorum contentorum in melioratione, l. quiſ-
quis C. de donationibus, vbi patet, quòd ſi do-
nator rerum à ſe donatarum vſumfructum reti-
neat, videtur eas tradere, & in donatarium do-
55 minium, & poſſeſſio transfertur, † & non re-
uocandi animus elicitur, l. ſi quis argentum §. ſed
ſi quidèm C. de donat. l. quædam mulier ff. de
rei vendicat. gloſſ. verbo *annuam* in cap. cùm
veniſſent, vbi Anton. de Butrio num. 13. verſic.
non ſolùm de reſtitut. ſpoliator. l. 30. tit. 9. par. 3.
Iaſ. in l. traditionibus num. 7. C. de pactis, Boer.
quæſt. 172. num. 9. & 10 Anton. Gomez. in l. 45.
Tauri à num. 63. Burgos de Paz conſ. 8. num. 11.
Molina lib 4. de primogen. cap. 2. num. 9. l. Seya,
vbi Bart. ff. de donat. cauſa mortis, Cæphal. conſ.
61. num. 24.

Quod eſt magis certum, & indubitabile in
56 caſu noſtro, ſi animaduertamus, † quòd debet
conſiderari cauſa, proptèr quam aliquid fuit di-
ſpoſitum. l. ſi quis neque cauſam ff. ſi certum
petatur, Cæphal. conſil. 80. Magnificus num. 13.
57 † præcipuè ſi ſit finalis in contractu, l. 1. C. de
condictione ob cauſam datorum. Soccin. conſil.
251. col. 4. verſic. *comprobatur* volum. 2. Roland.
à Valle conſ. 93. viſo inſtrumento num. 46. vol. 4.
& in donatione ex l. & generalitèr ff. de dona-
tionibus, tradit Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſina 29.
num. 31.

Et ratio finalis, quæ mouit dictam D. Floren-
tiam, vt in prima ſcriptura donationis poſt voca-
tionem D. Briandæ eius filiæ, & ſuorum deſcen-
dentium vocaret dictum D. Didacum, & de-
ſcendentes eius fuit, quam ipſamet declarauit in
principio, & prooemio dictæ ſcripturæ, dicens:
Y atento, que D Gomez Hernandez de Yaiſtroſa
mi hijo mayor, y del dicho mi marido tiene mayo-
razgo y es rico, y poderoſo, Señor de las tres Villas
de el Olmeda, y mitad de Villar del Saz de Don
Guillen, y la Torre el monge, y todos los demas
mis hijos, e hijas ſon religioſos, por tanto por eſtas
dichas cauſas, &c. Ex quibus verbis colligitur,
quòd ſi dicta D. Catharina non exiſteret in Mo-
naſterio, & in habitu monachali in anno proba-
tionis, aut dicta eius mater intellexiſſet, quòd
non eueniret caſus faciendi profeſſionem, nulla-
tenus feciſſet dictam diſpoſitionem ſaltèm quò-
ad vocationem dicti D. Didaci, ſed ipſam feciſ-
ſet in fauorem dictæ D. Catharinæ, prout tot ite-
ratis vicibus fecit, poſtquàm exiuit à Monaſte-
rio, & matrimonium contraxit, declarando ma-
gis apertè eius voluntatē, & cauſas, proptèr quas
eam omiſerat nominare, vocaueratq; dictum
58 eius nepotem, † quia animaduerſo, quòd verba
prædicta ſunt appoſita in principio dictæ ſcri-
pturæ, debent multùm conſiderari, ex regula
l. 1. §. non ſolùm, verbo *initium* ff. depoſiti, l. ſi
procuratorem in princ. ff. mandati, vbi hæc ver-
ba ponuntur, *vniuſcuiuſque enim contractus ini-*
tium ſpectandum eſt, & cauſa cum alijs ſimilibus
59 in gloſſ. notatis, & in l. vnica verſic. *& ſi ad pri-*
mordium tituli poſterior formatur euentus C. de
imponend. lucratiu. deſcription. lib. 10. & in l. qui
id, quod ff. de donationib. vbi dicitur, cauſam, &
originem contractus, non iudicij poteſtatem
præualere debere, pulcher text. in l. tutor verſic.
& non titulus actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda
eſt ff. de fideiuſſor. Octauian. deciſ. Pedemontan.
167. num. 26. Cæphal. conſil. 181. num. 7. tom. 2.
60 † nàm cuiuſque rei potiſſima pars principium
eſt, vndè poſteriora eluceſcunt, & conſiſtunt, l.
1. ff. de origine iuris, l. regulæ circa finem ff. de
iuris, & facti ignorant. l. ædificio 139. ff. de ver-
bor. ſignificat. quod & Lucianus ille Sophiſta in
61 dialogo de domo, innuit dicens: † *Nàm quod*
& ad pulcherrimam diei partem pertinet, & reſpi-
cit (pulcherrima autèm ipſius pars, & amabilis ma-
ximè principium eſt) cum his, quæ doctè tradit
Cæphal. conſ. 234. in præſenti num. 14. & tribus
ſeqq. & conſ. 255. à num. 12. vol. 2.
62 † Et vltrà quod debemus intelligere, quòd in
contractu, & diſpoſitione quodlibet, & ſi mini-
mum verbum non debet exiſtere ſine virtute
operandi, quod magis potuerit, l. ſi quandò ff. de
legat. 1. Roland. à Valle conſ. 67. num. 24. volum. 1.
Alciat. in reſponſ. 563. num. 4. optimè Bald. in
rubr. quæſt. 9. C. de contrahend. emptio. Beccius
conſ. 21. num. 25. Ioan. Guttier. lib. 3. practicar.
quæſt. 10. num. 3. Cæphal. conſ. 257. pactum num.
33. tom. 2. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
173. num. 15. & eſt bonus text. in cap. ſi Papa de
priuileg. lib. 6. Deciſio Genuæ 156. num. 4. Hæc
efficaciùs obtinet in verbis poſitis in prooemio,
63 aut præfatione inſtrumenti; † nàm quædam ſæ-
pè præmittuntur, quæ ſequentium præſtant eui-
dentiorem intellectum in rubr. num. 1. C. de ſer-
uis fugitiuis, ex l. 1. ff. de origine iuris, & l. 1. ff. ſi
certum petatur, Ioan. Garzia in tract. de nobilit.
in diuiſione num. 2. vndè meritò Rebuff. 1. tomo
commentarior. ad conſtitutiones Galliæ tract. de
64 ſentent. prouiſionalib. artic. 1. gloſ. 1. ait, † quòd
quàuis in lege, aut ordinatione de neceſſitate nō
debeat apponi proœmiū, ſi apponatur, intelligitur
fieri cum ſpeciali myſterio, cap. ſecundò requiris
de appellationib. Bald. in 1. conſtitut. Codicis §.
quibus num. 3. ex l. 5. §. 1. C. de ſumma Trinit. &
65 fide cathol. Barbatia conſ. 1. col. 2. vol. 3. † nàm
proœmium declarat mentem non ſolùm in con-
ſtitutionibus, & ordinationibus, ſed etiàm in
ſtatutis, teſte Bart. in l. 1. nu. 1. vbi Additio ff. ad
Senat. Conſ. Macedonianum, Barbat. conſ. 2. col.
5. vol. 3. & conſ. 34. col. 2. eodem volum. qui in
contractibus, & vltimis voluntatibus ideò hæc
eſſe plurimū notanda Rebuff. aſſerit pro proœ-
mijs, & præfationibus, quæ in inſtrumentis ap-
ponuntur, vt Iudices niſi eis animaduerſis iudi-
care non debeant.
66 † In cuius confirmationem facit, quòd mens,
& voluntas diſponentium colligitur melius ex
eorum rationibus prooemialibus, l. item quia
§. vltim. ff. de pactis, l. cùm hi in princ. vbi Bart.
col. 1. verſ. *item nota*, & in §. eam tranſactionem,
vbi Rayner. ff. de tranſactionib. l. regula §. ſi quis
vbi Bart. & alij ff. de iuris, & facti ignorant. l.
Titia §. idem reſpondit ff. de verbor. obligatio.
d. l. 1. & ibi Doctores C. ad Macedonianum, l.
cùm pater §. dulciſſimis de legat. 2. cap. ex multa
§. ſecundò quæſiui, vbi Abb. notab. 4. de voto,
cap. vt periculoſa, vbi Ioan. Andr. nè clerici, vel
monachi,

Digitized by Google

monachi lib.6.Paul.Caſtrenſ.in l.ſi poſthumus §.
ſi quis num.3.ff.de liber.& poſthum.Tiraquell.
in tract.ceſſante cauſa limit.1.nu.65.
67 † Et quod ratio appoſita in procemio inſtru-
mẽti promiſſionis, aut donationis,declaret men-
tem promittentis, ex l.fin.ff.de hæred.inſtituen.
l.1.ff.ſi certum petatur, vbi Alciat.tradunt Bart.
& cœteri in l.final. ff.de teſtamentar.tutel. Zuc-
chard.in l.vlt. nu.330. C.de edict. Diui Adrian.
tollend. Molina lib.1.de primogen.cap.5.num.1.
& alijs, Menoch.lib.4.præſumpt.190.num.5. Al-
uarad.lib.4.de coniecturata mente defuncti cap.
2. nu.vlt. & ex alijs iuribus Burgos de Paz conſ.
68 32.num.6. † Et ità donatio Principis regulatur
ex ratione per eum appoſita in procemio ipſius,
vt ex dictis iuribus,& adductis per Scribentes in
cap.2.de appellationibus , tradit Burgos de Paz
conſil.25. num.19. Purpurat. in l. cùm quid nu.
110. verſic. *& in præfatione reſcripti* ff. ſi certum
petatur, Barbat.conſ.40.colum.17.volum.4.Me-
noch.alios adducens de præſumpt. lib.6.præſ.2.
num. 5.
69 In cuius confirmationem facit, † quòd quan-
dò procemium eſt generale , quàmuis poſtea ap-
ponantur verba ſpecialia virtute procemij gene-
ralis, efficitur diſpoſitio generalis, d. l. regula ad
finem, ibi, *nàm initium conſtitutionis generale eſt*,
ff. de iuris, & facti ignorant. per quam Bart. ibi,
quem cõmunitèr Scribentes ſequuntur,ait,quòd
ſi præfatio legis ſit generalis , lex debet genericè
intelligi,Curtius Iunior conſ.185.num.1.& conſ.
174. num.1. & 2. Villalobos in ſuis communibus
opinionibus lit.P. nu.144. Aldobrandin. in §.ex-
cuſantur num.67. inſtitut.de excuſat. tutor. Fe-
lyn. in cap.paſtoralis in princ. colum.2. de offic.
deleg. Roland. à Valle conſ.67.num.84.volum.3.
Molina d.cap.5.num.3. Ioan.Guttier.lib.3.pra-
cticar.quæſt.17.num.91. inde Bald.quem ſequi-
tur Zaſius in l.cùm quidam ff.ſi certum petatur,
70 ait , † quòd præfationes præſtant lumen diſpo-
ſitioni,& per eas incertitudo, & verba generalia
diſpoſitionis declarantur ex ratione in procemio
poſita ; Soccin. conſ.24. num.3. volum.4. Decius
conſ.86.alij relati per Molinam vbi proximè nu.
4. & 5. Roland. à Valle conſil.86. num.50. & alij
num.1.Ioan.Garzia d.tract.de nobilit.in diuiſio-
71 ne num. 2, & 3. † eò quòd naturalis ratio exi-
git , vt præfatio vicem cauſæ obtineat , deciſio
cauſati ex Baldo vbi ſuprà , iuncta gloſ. in rubr.
C.de rei vxoriæ actione, l.Imperator,vbi Segura
ff.ad S.C.Trebellian.d.l.final.ff.de hæred.inſtit.
72 † & ità debent illi referri , vt ab eo non diſcre-
pent, ex Baldo in l.& ſi non ſint §.fin.ff.de auro,
& argento legato, & in l.2. num.2. C. de locato;
quẽ referunt,& ſequuntur Ioan.Garzia vbi pro-
ximè num.9.Ioan.Guttier. d.quæſt.17.num.89.
Mantica lib.5. de coniectur. vltimar. volunt. tit.
15.num.7.
73 † Quod eſt magis clarum in contractibus , in
quibus ſemper obſeruatur , quòd præfatio , ſeù
procemium continet cauſam finalem, vt ex præ-
fationibus reſtringantur,aut amplientur, ex tex.
expreſſo in l.Titia 134.§.1. ff.de verbor.obligat.
Idem reſpondi (inquit Paulus) *plerumque ea , quæ
in præfationibus conueniſſe concipiuntur, etiàm in
ſtipulationibus repetita creduntur*, vbi Bart. & Iaſ.
id expendunt, Tiraquell.tractatu ceſſante cauſa
limit.1.num.64. Alexand.conſ.143.num.3.lib.6.
& conſ.7.num.9.lib.7.Bald.num.3.in d.l.final.ff.
de hæredib. inſtituend. Rebuff. d.tract. de ſent.
prouiſion.artic.1.gloſ.1.verſ.*cauſa*, Cæphal.conſ.
156.num.9.lib.2.Roland.à Valle conſ.44.num.9.
lib.4. Octauian. deciſ.Pedemont.23. num.31. &
deciſ.100.num.9. Aluarad.lib.4.cap.4.nu.9.verſ.
hinc etiàm, Ioan.Guttier.lib.3. practicar. quæſt.
15. num. 44. & quæſt. 17. num. 115. quod adeò
74 verum eſt , † vt ex præfationibus tanquàm ex
cauſis,& ratione diſpoſitionis ſuppleantur,& de-
clarentur etiàm non expreſſa, text.egregius in
l. & quia §. final. ff. de pactis , ibi , *conditionem
ineſſe ſtipulationi , atquè ſi hoc fuiſſet expreſſum* ,
75 † ità vt in omni parte iuris, & in omni hominũ
actu præfatio obtineat rationem cauſæ finalis, l.
1.ff.de orig.iuris, l.cùm hi, vbi Bart. ff.de tran-
ſact. l. regula §. ſi quis ff.de iur. & facti ignor. Ia-
cobut. de Franch. ad prælud.feud. rubr.quid ſit
feudum num.1.& 2. Ioan.Vincent.de Anna in al-
legat.1. num.7.tom.1. Ioan.Garzia vbi proximè
in diuiſione num.vltimo,facit tex.in l.alumnæ §.
final.ff.de adimend.legat. Curtius Iunior conſil.
185. num. 2. & alij relati per Molinam d.cap.5.
num.6. Philipp. Portium conſ.125. num.10. vol.
2. Ioan.Guttier. lib.1.practicar. quæſt.89. num.
3. & ſeqq. Hieronym.Grat. reſponſ.44.num.18.
volum.2.

Quia,vt aduertit Tiraquell.d.limit.1.num.65.
quàmuis non haberet dictam vim ex ſola natura
76 procemij, aut præfationis, † id operatur natura
cauſæ expreſſæ in tali præfatione , vt aduertit
Peralta in l.ſi quis in principio teſtamenti nu.83.
ff.de legat.3.Aluarad.de coniecturata mente de-
functi cap.4. num.10. quia cauſales præfationes ,
ſeù procemiales finalem cauſam cuiuſcunque di-
ſpoſitionis deſignare , & non impulſiuam eſſe aſ-
ſerit , & ità ceſſat in hoc caſu quæſtio ventilata
per DD.an cauſa præſumatur finalis, vel impul-
77 ſiua, † & ſi finalem eſſe in dubio debere præſu-
mi,vt poſt Ioan.Andr.nu 29.in cap.poſt tranſla-
tionem de renunc. tradit Anton. de Butrio ibi
num.35.& ſequent:Bart.poſt text.& gloſſ.in l.2.
§.final.ff.de donationib. Rebuff.in præfat.ad ti-
tulum de cauſa poſſeſſionis,& proprietatis, verſ.
& circa, Felyn.in cap. ſolitæ num.2. de maiorit.
& obedient.gloſ.in l.cùm tale §.falſam cauſam
ff.de condit.& demonſtrat.Marc.Anton.Eugen.
conſ.17.num 4.lib.1 Hugo Celſus conſ.91.num.
2. Meſſia ad ad l. Toleti tit. *de los terminos* 2.par.
fundam.2.num.3.

Et certum , & apertiſſimum eſt , quòd cauſa
finalis, propter quam D.Florentia in prima ſcri-
ptura vocauit dictum D. Didacum, fuit, quia D.
Catharina erat deſtinata , vt fieret monacha , &
niſi illius mater id certum futurum cogitaſſet,
vtiquè non vocaſſet antè ipſam dictum D. Dida-
cum, ſed poſt eam, vt fecit poſtquã exiuit à Mo-
naſterio,quod ſufficit,vt intelligatur, quòd dicta
78 cauſa fuit finalis in dicta diſpoſitione , † quia
cauſa finalis dicitur illa , ſine qua quis non eſſet
facturus , vel eo modo non feciſſet , niſi illa cau-
ſa adeſſet, maximè ſi cauſa reſpiciat vtilitatem

tertij, l.ſi tibi purè ff. de legat. 3. Ioan. Andr. d.
num.19. Abbas ibidem num.18. Bald.conſil.340.
col 2.vol.3. Crauett. conſ.142.nu.9.& conſ.192.
num.21. Roland.à Valle conſ.69. pro fundamen-
to num.39.vol.4. Bald.in authent. ex teſtamento
num.13.C.de collat. & in l.3. nu.2. C.ſi ex falſis
inſtrumentis,& in contractibus,ex l.damus ff.de
condict.indeb.idem Bald.in l.1.num.12.& 17.C.
79 de falſa cauſa adiecta legato, † ad quod eſt bo-
nus locus Suetonij in vita Tiberij cap. 16. vbi
agens de teſtamento Auguſti, in Senatu recitato,
ait. *Teſtamenti initium fuit: quoniàm ſiniſtra fortu-
na Caium, & Lucium filios mihi eripuit Tyberius
Cæſar ex parte dimidia, & ſextante hæres eſto. Quo
& ipſo aucta eſt ſuſpitio opinantium ſucceſſorē aſci-
tum eum, neceſſitate magis, quàm iudicio, quandò
ità præfati nō abſtinuerint*, Gerard.Maynard.dec.
Tholoſ.14.num.5.lib.5.
80 † Et cùm defecerit dicta cauſa, defecit volun-
tas dictæ D. Florentiæ, vt in ſimili ex allegata l.
final.ff de hæredib.inſtituend. tradit Bald.in l.1.
num.2. C.quandò non petentiū partes, ad quod
facit, quòd cùm primùm exíuit à Monaſterio di-
cta D. Catharina defecit cauſa vocationis dicti
D.Didaci, & ideò ceſſauit effectus illius, quem
potuiſſet habere, ſi non exiuiſſet, & feciſſet pro-
81 feſſionem, † quia ceſſante cauſa finali, ceſſat ef-
fectus, l.quod dictum ff. de pactis, cap.cùm ceſ-
ſante, vbi DD.de appellationib. Bar.in l.demon-
ſtratio falſa §.1.nu.14. ff.de condit.& demonſtr.
& in l.ſi iure num.2. ff.de legat.3. Iaſ. in l.ſi filius
num.21.de liber.& poſthum.& in l.eam, quam
num.18. C. de fideicommiſſ. Tiraquell. in tract.
ceſſante cauſa 1.par. num. 125. Rebuff. 1.tomo
commentar. ad conſtitut. Gallicas tract.de ſent.
prouiſ. artic.1.gloſ.5. l.adigere §.quàmuis ff.de
iurepatronat. cap.duæ ſunt 19.quæſt.2.cap.dixit
Dominus 32.quæſt.1.Aldobrandin.in §.cùm au-
tèm nu.13.inſtit.quibus modis ius patriç poteſt.
ſolu. Ariſtoteles lib.2. Phyſicor.Anto.in cap.pe-
nult.num.7.de conſang.& affinit. Menoch.lib.4.
82 præſumpt.139. num.196. † defectus enim cau-
ſæ finalis inutilem facit effectum diſpoſitionis, l.
l.cùm codicillis 34. vbi Bald. hoc notat ff.de te-
ſtament.tutel.& in l.poſthumus nu.3. ff.de inoff.
teſtament.Afflict.in commentar.ad conſtit.Sicil.
conſtitutione, quæ incipit, ſi quis aliquem col.3.
83 Tiraq.in tract.ceſsāte cauſa nu.149.† & quia in-
ſtitutionis cauſa ceſsāte, inſtitutio ceſſat, l.ſi eam,
quam, vbi latè Ang.C.de fideic.Gratus conſ.124.
incip. cùm hæc cauſa col.2. verſic. *nec poteſt etiàm
vt extraneus* lib.1. Tiraquell. in d.tract.1.par.nu.
120. pulcher text.in d.l.final. ff.de hæred.inſtit.
cum his, quæ doctè congerit Menoch. lib.4.de
præſumpt. præſumpt. 24. num.5. Vincent. de
Franch. deciſ.1. num.7. dicens poſt Barr.in l.de-
monſtratio falſa §.1.verſ. *tertiò de modo*, & verſic.
quartò quæro ff. de condit. & demonſtrat. quòd
84 falſa cauſa finalis vitiat inſtitutionem. † Et ſub-
ſtitutionis ſimilitèr ceſſante cauſa, ceſſat ipſa,
l.ſi ità quis ff.de vulgari, & pupillari ſubſtit.l.vlt.
C.de inſtitut.& ſubſtitut. l.penult. C.de impub.
& alijs ſubſtitut. Couar. in cap.Raynuntius de
teſtament. §.6. num.4. in fine, & nu.7. Tiraquell.
vbi proximè in ampliat.num.243. Menoch.lib.4.
85 præſumpt.50.num.1. † & ſimilitèr cùm conce-
dentis mens ſpectanda ſit, vt tradit Bald.nu.17.in
fin. in l.cùm acutiſſimi C.fideicom. quem ſequi-
tur Cæphal.conſ.197.proponitur num.3.tom.2.
86 † nè actus agentis operetur contra eius intētio-
nem primitiuam, aut ſecundariam, contra text.
in l. ſi quis neque cauſam, l.non omnis ff.ſi cert.
petat. Bal. in l ſi abſentis nu.3. C.eodem tit. Me-
noch. lib.6.præſumpt. 1.num.3. Mantic.lib.4.de
coniectur.vltimar.volunt.tit.2.nu.4. Ioan.Gut-
tier.conſ.22.num.21.Roland.à Valle conſ.50.nu.
87 11.vol.4. † conceſſionis cauſa ceſſante (prout in
noſtro caſu ceſſauit) ipſa etiàm ceſſauit conceſ-
ſio, cap. reliqui.vbi Abb. notab.3. de cuſtodia
Euchariſtiæ, cap.generalitèr 16.quæſt.1. Matth.
de Afflict.in cap.1.§.moribus col.1. num.3. tit.ſi
de feudo fuerit controuerſia inter dominum, &
agnatos vaſalli, Tiraquell. d.tract. ceſſante cauſa
1.par.num.52. quod ſolùm ſufficiebat, vt rema-
neret abſq; effectu vocatio Don Didaci de Yni-
ſtroſa, etiàm quandò nō adeſſent tot reuocatio-
nes illius, & vt illi præferantur D. Catharina, &
ſui deſcendentes, vt tot ſcripturis voluit D.Flo-
88 rentia oſtendens ſuam enixam voluntatē, † quia
conceſſio geminata præciſam, & certam mentē
diſponentis oſtendit, vt poſt Brun.conſ.97. tra-
dit Roland.à Valle conſ.2. in cauſa nu.169.vol.1.
Ioan.Cæphal.conſ.40. Magnifica num.8.& conſ.
90. num.29. & ſeqq. tom.1. l.Baliſta ff. ad S.C.
Trebellian. Bart.in l.cùm ſcimus C.de agricol.&
cenſit.lib.11.num.7. & Menoch.lib.4.præſumpt.
81. num.24. cum traditis per Palacios Rub. in
repetit.rubricæ de donar.inter vir.& vxor.§.17.
num.9. & ſeqq. Euerard. loco à vi geminationis
89 num.1. † & multò magis triplicata, vt dicit De-
cius conſ.504.col.fin. in princ. Aymon Crauetta
conſ.54.col.2. Petr.Paul.Pariſ. conſ.3.nu.91.vol.
4. Roland.à Valle conſ.71. viſis priuilegijs nu.50.
vol.2.& conſ.2.num.29.vol.4. nàm & vulgò dici-
tur, quòd triplex funiculus difficilè rumpitur,
Eccleſiaſtes cap.4. c.1. de treugua, & pace, Spe-
culat. lib.2. tit.de diſputat. & allegat. §.nunc vi-
dendum num.4. Hoſtienſ.in ſumma de decimis
num.16. Roland.à Valle conſ.1.num.69.volum.3.
90 † & multò fortius, ſi conceſſio, & donatio ſit
quadruplicata, & ſextuplicata, vt ponderat Cæ-
phal.conſ.51.Domina nu.18.tom.1. Nàm ſi benè
ponderetur, non potuit melius ſignificare, &
oſtendere D.Florentia voluntatē, quam habebat,
quòd D.Catharina ſuccederet antè D.Didacum,
vocādo eam per ſex ſcripturas, & in qualibet ip-
ſarū exprimendo, quòd vocauerat D.Didacum,
quia putauit, quòd D.Catharina fuiſſet monialis
profeſſa, quod cùm non euenerit, ex omni parte
apparet notoria illius iuſtitia.

Ex quibus ſatisfactum eſt his, quæ in contra-
rium adduci poſſunt, his præcipuè, quibus nite-
bamur probare donationes non poſſe reuocari,
nàm inſpectis deciſionibus dictarum legum 17.
& 44. Tauri, contrarium eſt hodiè pro regula
tenendū, ſi cauſæ irreuocabilitatis in eis expreſſę
deficiant, vt in noſtro caſu deficere palàm eſt, re-
liqua autèm non obſtant, ſcilicèt actuum, per quē
ius fuit quæſitū Tertio non poſſe reuocari; nàm
verius eſt, quòd donatio facta abſenti poteſt in

prætiu;

præiudicium ipſius abſentis reuocari, cui ex pa-
cto, ſeù ex aliquo contractu intèr alios inito, ius
91 fuerat iàm quæſitum,† quia ius tertio quæſitum
ex contractu inito inter aliquos poterit ab ipſis
contrahentibus reuocari, l.3.ff.de ſeruis expor-
tandis, & hoc ſiuè cōſentiat donatarius,ſiuè non,
vt ex d.l.3.& ex l.1. C.ſi mancipiū ità fuerit alie-
natum,quibus patet,quòd ille,qui ſecit pactum,
vt ſeruus venditus, vel donatus manumitteretur
poſt tempus , poteſt pœnitendo auferre ſibi be-
neficium iuris,vt non ſit liber ex conſtitutione
lapſo tempore,quo debuit manumitti, Boer.de-
ci.353.nu.15.Bellacomba intèr communes Do-
ctorum opiniones lib.8. tit. 34. C. de reuocand.
donat. num.34. qui rationem congruentem aſſi-
gnāt, quòd licèt ex pacto illo ius ſit tertio acqui-
ſitum , non tamèn id eſt irreuocabilitèr , & pro-
92 pterea reuocari poterit , † quia quandò actio
quæſita nobis eſt reuocabilitèr , illa tolli poteſt
etiàm tertio inuito, l.ſed & ſi quis in princ.ff.de
vſufruct. quæ fuit ſententia Bart. in l. qui Romæ
§.Flauius nu.1.ff.de verbor.obligat.tenens,quòd
poteſt donator tale pactum remittere in præiu-
dicium ipſius abſentis , cuius opinionē commu-
nem dicit Soccin. in d.§.Flauius num.6.& conſ.
115. num.12. lib 4. idem Iaſ.in eodem §.Flauius
num.14.& in l.2.num.66. C.de iure emphit. re-
latus per Cagnolum in l.id,quod noſtrum num.
12.ff.de reg.iur. Carol.Ruin.conſ.182.poſt nu.21.
verſ.*nec obſtat* lib.1.And.ab Exea in rub.de pact.
nu.143. Grat.conſ.25.poſt nu.39.verſ.*non obſtat*
lib.1. dicens, quòd DD. communitèr ſequuntur
Bart.Couar.lib.1.variar.cap.14.num.7. Iul.Clar.
lib.4.ſententiar.§.donatio quæſt.13.num.5.& ex
l Ariſto in princ. ff.de donationib. & l.3. ff.de
his , qui ſine manumiſſione ad libertatem perue-
niunt, Bald. in l. cùm à ſocero num.5.& ſeq. C.
de iure dotium, Crauett.conſ.135.nu.10. Berous
in cap.in præſentia num.80. de probat. & plures
alij,quos adducit,& ſequitur Ludouic.Molina
lib.4.de Hiſpanor.primogen.cap.2.num.74.Co-
93 uar.vbi proximè num.13.verſ.*quàmobrem.* † Cu-
ius ratio eſt ſecundum Molin. nàm cùm reſultēt
duæ donationes ex dicta diſpoſitione , vna in fa-
uorem primò vocati , altera in fauorē ſecundi,vt
docuit Paul. de Caſtro in l.ſi pecuniam num.11.
ff.de condict.ob cauſam,& conſ.164.nu.4.par.1.
Abbas conſ.85.nu.2.lib.1. & Bart. à quo ipſi ac-
ceperunt,conſil.59. num.3.lib.1. Bald.conſ.215.
num.1.lib.2.Chriſtoph.de Caſtellioneo conſ.10.
num.51. Decius conſ.498.nu.19. Andr.de Iſern.
in cap. Imperialem §.prætereà Ducatus nu.4. de
prohib.feud.alienat.per Federic. Roderic.Xuar.
in l.quoniàm in prioribus in declarat.l.Regni q.
8.num.6. Alciat. lib.8. parergon.iuris cap.15. ad
finem, Pariſ.conſ.65.nu.17.lib.3. & conſ.72. nu.
2.lib.4.Marinus Freccia lib.3.de ſubſeud.§.1.nu.
2.Tiraquell.de iure primogen.quæſt.40.nu.108.
Molina lib.1.de primogen.cap.1.num.17. ſequi-
tur ex eo, quòd vtraque donatio debet regulari
eodem iure, talitèr , quòd ſicut prior debuit ac-
ceptari ad eius firmitatem , idem deberet eſſe in
poſteriori ex ſuperius adductis,quia non poteſt
dari aliqua ratio differentiæ inter eas : Et ideò
opinio Bar.debet neceſſariò recipi,cùm nec pri-
mi , nec ſecundi donatarij interuenerit accepta-
tio, & ſecundùm hæc debet intelligi opinio ali-
quorum Doctorum, qui tenuere contra Bart. vt
poſt Decium conſ.58.num.3.Bald.& Imol.à ſe
allegatos tradit Molina vbi proximè,Iulius Clar.
d. num.5. qui & ſi referat Authores , qui contra
Bart. tenuerunt, iudicauerit que,iſtum punctum
eſſe arduum propter varietatem Doctorum; re-
ſoluit tamèn,quòd ſi aliquis caſus ei eueniret,nō
auderet in iudicando,nec in conſulendo recede-
re ab opinione Bartoli,quam aſſerit veriorem,&
magis communem, quandò res eſt integra ; quia
non fuit factà traditio bonorum donatorum
tertio, nec veniſſet dies ipſius vocationis , & ità
tradunt Iaſ.in l.vlt.num.5.ff.de pact.Bartholom.
Soccin.conſ.115.nu.12.lib.4.Pariſ.conſ.77.n.15.
lib.1. Corne.conſ.50.nu.14. lib.1. Greg.Lop.in
l.7.tit.4.par.5.glo.verbo *el otro*,qui & Bartolum
ſequuntur,& hoc procedit, quàmuis melioratio
dicatur facta titulo maioratus;de quo agit Moli-
na d.cap.2.nu.75.verſ.*in ſecundo caſu* ; qui in de-
ciſione quæſtionis procedit cum præſuppoſito,
94 quod deficit in noſtro caſu : † ſcilicèt quòd ac-
ceptatio primi donatarij etiàm pro ſequentibus
valeat irreuocabilem donationem efficere , ex l.
quotiès, C.de donat.quæ ſub mod.Roder.Xuar.
in l.quoniàm in prioribus d.q.8.nu.8.& alleg.19.
nu.3.Dec.conſ.498.nu.18. & ſeqq. DD.commu-
nitèr in l.quod dicitur,ff.de verb.obligat.Auen-
dan.in cap.Pretorum 2.par.cap.1.num.1.ad fin.
95 Angulo de meliorat.l.1. glo.8. nu.21. † Maximè
quia in tantùm eſt neceſſaria acceptatio , vt in
hoc caſu requiratur non ſolùm primi donatarij
pro ſe ipſo,ſed ſit etiàm neceſſaria pro expreſsè
nominatis poſt eum,vt probat tex.in l.63.tit.18.
par.3. Burg. de Paz in quæſt. ciuili 10. num.11.
Et cùm hic non oſtendatur acceptatio d.D.Briā-
dæ,nec d.D.Didaci,vt ex illa poſſet ſe iuuare , &
quòd etiàm ſi adfuiſſet,ſolùm poterat operari ad
fauorem D.Briandæ ; imò eò ipſò , quòd D.Ca-
tharina non fecit profeſſionem, ſed exiuit à Mo-
naſterio, ceſſauit vocatio eiuſdem D.Didaci ; &
cauſa finalis,propter quam fuit facta .

Neque obſtat , dictam donationem factam
fuiſſe à d.D Florentia matre D.Briandæ , & auia
d. D. Didaci , nàm quicquid de iure communi
hoc caſu ſtatuatur, de iure regio ſecus eſt dicen-
dum, deficiente, prout deficit donatarij nedùm
acceptatio, ſed & tempore confecti inſtrumenti
96 præſentia, † quo caſu donationem , & meliora-
tionem prædictam vſquè ad donantis mortem
reuocabilem eſſe,vltrà ea, quæ ſuprà adduximus
tradunt Decius conſ.126. num.6. ex l.2. §.ſed &
ſi quis donaturus ff.de donationib. Gratus reſp.
25.num.37.lib.1.Pariſius conſ.77.num.31.37. &
40.lib.1. Caſſan.conſ.7.num.42. Ruinus conſil.5.
lib.1. Alciat.reſponſo 149.num.42. Ant.Gomez.
in l.45.Tauri num.83.Tellus in l.17.num.30.Ve-
lazquez in l.44. gloſ.12.num.2.Villalobos relatus
inter communes DD.opiniones tit. C.de donat.
97 nu.97.ex deciſionibus ll.17.& 44.Tauri, † qua-
rum deciſio, & facultas reuocandi in eis conceſ-
ſa , obtinet ſinè dubio, quandò mater fuit dona-
trix, vt oſtendunt verba illa d. l. 17. *quando el pa-
dre, ò la madre mejorare.* (& ibi) *aſta la hora de ſu*

muerte

Digitized by Google

muerte la pueda reuocar quando quiſiere. Nàm re-
98 feruur tàm ad patrem, quàm ad matrem, † quia
vna determinatio reſpiciens plura determinabi-
lia, debet ea patiformitèr determinare, l.iàm hoc.
hoc iure ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione,
Menoch. lib.4. dc præſumpt. præſumpt. 75. nu. 3.
& præſumpt. 76. nu. 4. Cæphal. conſ. 67. circa nu.
22. tom. 1. Alexand. conſ. 50. ponderatis num. 3.
lib. 4. Roland. à Valle conſ. 74. num. 2. vol. 2. Bald.
in l. precibus num. 54. C. de impuber. & alijs ſub-
ſtitut. Deciſio Pedemont. 20. num. 5. & ità intel-
liguni dictas leges Tauri Caſtillo in d. l. 17. gloſ.
la madre, Anton. Gomez ibi num. 5. Angulo l. 1.
de meliorationib. gloſ. 2. Molina lib. 1. dc primo-
gen. cap. 12. num. 20. & Mierès de maioratibus
1. par. quæſt. 23. nu. 15. Olanus in antinomijs ver-
bo *meliorano facta* num. 35. ad finem, Velazquez
99 in l. 44. Tauri gloſ. 1. num. 8. † nàm finis dictæ
legis debet referri ſuo principio, vt poſt Specul.
tom. 2. tit. de diſputat. & allegat. §. poſt hoc num.
7. tradit Caſtillo vbi proximè, qui hanc ſententiã
alijs rationibus confirmat.

Nequè obſtat clauſula non reuocandi in dicta
ſcriptura adiecta, quia ipſius verba limitari vi-
dentur ad ſolam D. Briandam, & ſucceſſores
eius, non tamèn ad dictum D. Didacum, & ſuos
extendi, cùm dicit: *e me obligo à que en tiempo al-
guno, ni por alguna cauſa, que ſea, ò ſer puede no
reuocare, ni contradire eſta dicha mejora, y dona-
çion, ni ſobre ella pondrè otro grauamen ſino que le
ſera cierta, y ſegura à la dicha D. Brianda mi hija,
y ſus ſucceſſores, como dicho es*. Et ità non dixit
dicto D. Didaco, & ſucceſſoribus eius, & ideò di-
ſpoſitio limitata fuit in fauorem D. Briandæ, &
ſuorum ſucceſſorum, nec poteſt operari, nec ex-
100 tendi in fauorem dicti D. Didaci: † quia limi-
tata diſpoſitio, limitatum effectum producit
quòad perſonas in ea non comprehenſas, vt ex l.
in agris ff. de acquirend. rerum domin. l. cancel-
lauerat ff. de his, quæ in teſtament. delentur, l.
ſempèr §. negotiatores ff. de iure immunit. tradit
Marian. Soccin. in l. centurio nu. 133. ff. de vulg.
& pupill. ſubſtitut. Decius conſ. 63. nu. 3. Pariſius
conſ. 85. num. 45. vol. 2. Roland. à Valle conſil. 31.
incip. migrauit num. 14. vol. 4. Imò ſi benè conſi-
deretur per dictam clauſulã fuit viſa Inſtitutrix
ſibi reſeruaſſe facultatem reuocãdi, prout reuo-
101 cauit vocationem dicti D. Didaci, † quia inclu-
ſio vnius eſt excluſio alterius, l. cùm prætor in
princ. ff. de iudic. l. maritus C. de procuratorib.
cap nonnè de præſumpt. Alexand. conſ. 75. incip.
videtur num. 13. vol. 5. Iaſ. in l. Gallus §. quidam
rectè num. 2. ff. de liber. & poſthum. Tiraquell. de
retractu lignagier. §. 1. gloſſ. 9. num. 39.

Et hoc eſt ità certum, quòd etiàm in perſona
D. Briandæ proptèr defectum acceptationis ne-
ceſſariæ nil operata fuit clauſula non reuocandi;
nàm cùm diſpoſitio ſui natura reuocabilis eſſet
per pœnitentiam vſquè ad mortem, ſequitur re-
102 cepta iuris reſolutio, † quòd pactum de non
reuocãdo adiectũ de ſua natura reuocabili ſem-
per intelligitur, niſi pœniteat, iuxta gloſſ. verbo
acceperit in l. ſi alienam §. Marcellus ff. de donat.
quæ licet non ſit recepta in propoſito illius text.
ſcilicèt in donatione mortis cauſa, eſt tamèn ve-
ra in alia quauis diſpoſitione reuocabili, ex l. cũ
præcario ff. de præcar. cap. final. de procurator.
in 6. Angulo de meliorat. l. 1. gloſſ. 11. num. 41. in
103 fine, & num. ſeq. † & quia quandò contractus
ſui natura reuocabilis eſt, clauſula acceſſoria in
eo appoſita cenſetur reuocabilis, l. ſub conditio-
ne ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, l. in ſerui-
tutem §. ſed & ſi quis ff. de bonis libertor. gloſſ.
verbo *Fauiana* in l. ſi patronus ff. ſi quid in frau-
dem patroni, Iaſ. in l. non dubium num. 56. C. de
legibus, & in l. ex teſtamento num. 1. & 2. C. de
104 fideicommiſſ. † quemadmodùm ſtipulatio ap-
poſita ſuper cõtractu reuocabili, reuocabilis eſt,
l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Scribentes
ff. de verbor. obligat. l. cùm mota, vbi Angel. Alex.
& Iaſ. C. de tranſact. Molina lib. 4. de primogen.
105 Hiſpanor. cap. 2. num. 41. quia omnes clauſulæ
in contractu poſitæ debent intelligi ſecundùm
contractus naturam, & ſubſtantiam, l. ſi ità ſtipu-
latus ff. de vſuris, Bart. in l. quod dicitur ff. de tu-
tel. Berous quæſt. 17. Auendaño reſponſ. 12. nu. 1.
106 ad finem, & nu. 2. † quia omnia verba debent
intelligi iuxta ſubiectam materiã, de qua agitur,
l. ſi vno ff. locati, l. inſulam ff. de præſcript. verb.
l. damni infecti quidam ff. de damno infect. cap.
ſolitæ de maiorit. & obedient. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 133. num. 5. Cæphal. conſ.
259. incip. teſtator num. 53. tom. 2. Straccha in
107 tract. de adiecto 4. par. quæſt. 1. nu. 10. † etiàm
ſi impropriè capiantur, vt in ſpecie reſpondet
Riminald. Senior conſ. 116. nu. 26. lib. 1. Menoch.
lib. 4. præſumpt. 129. num. 12. Alciat. in l. in con-
tentionibus ff. de verbor. ſignific. Gomez de
Leon allegat. 87. nu. 3. & allegat. 34. num. 6. Eue-
rard. in loco à ſubiecta materia num. 2.
108 † Rurſus, quia quandò quis facit donationem
mortis cauſa, vel alium contractum, qui ſui natu-
ra ſit reuocabilis, etiàm ſi promittat ſe illum
non reuocaturum, poteſt nihilominùs reuocare,
vt tenuit gloſ. verbo *acceperit* in l. ſi alienã §. Mar-
cellus ff. de donationibus cauſa mortis, Bald. in l.
cùm quis verſic. *ſed quid ſi dixi* ff. de condict. ob
cauſam, Alexand. in l. quæ dotis fallent. 6. ff. ſol.
matrim. Angel. conſ. 254. incip. hæc quæſtio col.
2. Corneus conſ. 126. col. 2. lib. 1. quos refert Mo-
106 lina d. cap. 2. num. 40. † quia in dubio non vi-
detur quis ſe arctare, niſi quatènus neceſſe ha-
bet, & quatènus importat ad actum, qui geritur,
l. ſolutum §. penult. ff. de pignor. action. Angulo
d. gloſſ. 11. num. 42. nàm vt ipſe ibidem num. 28.
tradit, donator non præſumitur elegiſſe viam,
per quam donatio valida præſumatur.

Maximè, quia dicta clauſula eſt appoſita in exe-
cutiuis contractus, ideòq; non tàm reſpicit ſub-
ſtantiam illius diſpoſitionis, quàm executionem
110 in caſu, quo valeret. † Clauſulæ autèm appoſi-
tæ in executiuis non alterant contractus ſubſtan-
tiam, clem. 1. de præbend. Abb. in cap. cùm no-
ſtris ad finem de conceſſ. præbend. Alex. in l. quæ
dotis num. 12. ff. ſolut. matrim. Decius conſ. 2. nu.
9. & conſ. 205. nu. 18. & eſt optimus text. in l. qui-
dam teſtamento in princ. ff. de legat. 1. quem no-
tat Roman. ſingul. 430. Bald. in l. etiàm C. de falſa
cauſa adiecta legato, Paul. Caſtrenſ. in l. ſed ſi fi-
deicommiſſum §. 1. ff. de iudic. Molina vbi pro-
ximè

Digitized by Google

ximè num. 41. Couarru. qui alios allegat 2. par.
rubricæ de teſtament. num. 13. Angulo d. gloſ.
11. num. 5.
111 † Vlteriùs, quia, vt docet experientia, quæ eſt
rerum magiſtra, cap. quàm ſit de elect. in 6. ſimi-
les clauſulæ non reuocandi potiùs apponuntur
de ſtylo Tabellionũ, quàm ex animo contrahen-
112 tium † & ideò nihil operantur, vt tradit Bart.
in l. 1. num, 10. in fine ff. de iure codicillor. Bald.
in l. quoties num. 1. C. de hæred. inſtituend. Ant.
de Butr. in cap. cùm contingat num. 13. in fin. vbi
Abbas num. 23. de iure iurando, Alex. conſil. 141.
num. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 6. circa reſolutionem nu.
22. & conſ. 20. conceſſio num. 87. lib. 1. Burgos de
Paz conſ. 2. num. 71. & conſ. 28. num. 19. Couar.
vbi proximè num. 14. Curtius Iunior conſil. 101.
num. 11.
113 † Et ſecundùm hanc reſolutionem non obſtat
l. vbi ità donatur ff. de mor. cauſ. donat. in qua
conſiſtit fundamentũ principale opinionis con-
trariæ, quia ex traditis per Molin. d. cap. 2. num.
24. dupliciter ſatisfit. Primò, quòd ibi ea de cau-
ſa ex pacto de non reuocando irreuocabilitas in-
ducitur, quia mortis cauſa donatio, in donatio-
nem inter viuos tranſit, quandò autèm contra-
ctus, de quo inter partes conuenit, in aliam ſpe-
ciem contractus non tranſit, perſpicuũ remanet
ex pacto de non reuocando, non effici irreuoca-
bilem, ex allegata l. cum præcario ff. de præcar.
per quam Bar. Paul. Caſtr. & alij in d. l. vbi ità do-
natur ff. de donat. cauſa mortis hoc notant, & ità
cùm melioratio ad titulum maioratus in aliam
ſpeciem tranſire nequeat, ſed ſempèr in ſuo pri-
mo eſſe remaneat, licet clauſula non reuocandi
ſit adiecta, ſequitur ex ea, irreuocabilem minimè
fieri, vel ſecundò diſpoſitionẽ d. l. vbi ità nil aliud
continere, niſi quòd donatio, quæ aliàs mortis
cauſa eſſet, adiecto pacto de non reuocando ha-
beatur, ac donatio inter viuos; vt eius verba
oſtendunt ibi, *perindè haberi debet, atque alia
quæuis inter viuos donatio*: cùm autem & ſi me-
lioratio, aut maioratus inter viuos fiat, ſit vſquè
ad mortem reuocabilis, ex d. l. 17. & l. 44. Tauri,
niſi traditio rerum, aut alia in eis contenta inter-
ueniant, ſequitur conſequens neceſſarium, quòd
& ſi maioratus tranſeat in donationem inter vi-
uos, nõ ex eo efficitur irreuocabilis, quibus ratio-
nibus nec ex toto, imò nec ex congruenti parte
ſatisfacit Molina proximè allegatus numeris ſe-
quentibus, & contrà eum per plura fundamenta
hanc noſtram comprobat ſententiam Angulo d.
gloſ. 11. num. 6. & ſeqq. quod in noſtro caſu eſt
iuxta ſuprà adducta extra omnis dubitationis
aleam.

Quod coadiuuatur ex ea ſatis vrgenti conie-
ctura, quia certiſſimum eſt, quòd ſi tempore, quo
D. Florentia fecit primam ſcripturam fuiſſet in-
terrogata de eo, quod poſteà euenit, ſcilicet
qualis eſſet illius voluntas in caſu, quo D. Catha-
rina non faceret profeſſionem, ſed exiret à Mo-
naſterio, reſpondiſſet, quòd eſſet præferenda in
dicta melioratione, prius quàm dictus D. Didа-
cus eius nepos, & ideò habetur, ac ſi eo tempore
declaraſſet, & expreſſiſſet in eadem ſcriptura
114 † nàm diſpoſitum id cenſetur, quod diſponen-
tem eſt veriſimile diſpoſuiſſe, ſi interrogatus fuiſ-
ſet, iuxta gloſſ. verbo *per exceptionem* ad finem,
in l. tale pactum §. vlt. ff. de pactis. ex l. ſi totas C.
de inoffic. donat. l. eum, qui §. 1. ff. de verb. oblig.
l. ſi duobus §. hæres ff. de legat. 1. cuius gloſſ. de-
ciſionem ſequitur Crauetta conſ. 25. dubia plura
num. 25. .par. & conſ. 32. teſtator reliquit num.
5. Rebuff. in repetit. cap. Raynunt ius nu. 13. verſ.
facit, quod de teſtamentis, Caphal. conſil. 134.
num. 50. tom. 1. Et hæc veriſimilitudo coadiuua-
115 tur, quia dicta D. Florentia † præſumitur ha-
buiſſe maiorem affectionem erga dictam D. Ca-
tharinam eius filiam, quàm verſus D. Didacum
eius nepotem, argum. l. ſi viua matre C. de bonis
maternis, Roland. à Valle conſ. 82. factum præ-
116 ſentis num. 12. vol. 3. † quia nepos non debet
eſſe melioris conditionis, quàm filius, vt in d. l. ſi
viua matre, & tradit Bald. in l. ſi emancipati num.
2. C. de collationib & in l. 2. in fin. C. de in ius vo-
cando, l. Publius §. fin. ff. de condit. & demonſtr.
Bal. in l. quod verò in princ. num. 3. ff. de legib. &
in l. ſi verò §. de viro nu. 1. ff. ſolut. matrim. Dec.
117 conſ. 514. ſatis nota eſt num. 2. & 3. tom. 2. † vbi
ait, quòd nõ poteſt credi, quod Teſtator, aut di-
ſponẽs diligat plus nepotes, quàm proprias filias,
Raphael Cuman. in conſ. 137. A. in teſtamento
inſtituit, Paul. Caſtrenſ. conſ. 409. incipiente, ca-
ſus iſte frequentèr contingit num. 1. lib. 2. Caph.
118 conſ. 5. num. 12. † filia enim eſt in primo gradu
proximior, nepos autèm in vlteriori, l. Iuriſcon-
ſultus §. nunc ſingulos ff. de gradibus affinitatis,
§. primo gradu, & ſeq. inſtitut. de gradib. cognat.
Oliuerius Textor in comment. ad eundem titu-
lum quæſt. 15. num. 2. & 4. l. 3. tit. 7. par. 4. & l. 2.
tit. 13. par. 6. Roland. à Valle d. conſ. 82. num. 15.
potentius autèm ius eſt in cauſa immediata
119 † nàm & proxima cauſa magis influit, quàm
remota, l. ſi mulier, vbi gloſſ. ff. rerum amotarũ,
Roland. vbi proximè num. 14. & conſ. 48. nu. 31.
vol. 2. Pariſius conſ. 127. num. 4. vol. 1. & conſ. 47.
num. 7. vol. 4. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudicum
120 caſu 287. nu. 18. † & ità cauſa immediata me-
diatæ præualet, l. ſocium, qui §. 1. ff. pro ſocio, l.
conſilij §. ſocij mei ff. de regulis iuris, Soccin. in
l. 1. in princ. num. 10. ff. de verbor. obligat. Ioan.
Cæphal. conſ. 46. incipien. adhùc num. 22. tom. 1.
Bald. in l. ex placito C. de rerum permut. Greg.
Lopez in l. 32. tit. 9. par. 6. gloſ. 3. col. 4.
121 † In cuius confirmationem facit, quòd reme-
dium l. ſi vnquàm C. de reuoc. donat. col. 8. tit.
4. partit. 5. quibus diſponitur, quòd donatio, quã
aliquis facit non habens liberos, reſcinditur, ſi
poſteà eos habuerit, procedit etiàm quandò pa-
ter habebat filios viuos, quos aliquo rumorè in-
certo putabat eſſe mortuos, vt poſt Angel. conſil.
108. iſta quæſtio num. 2. & in auth. vt cùm de ap-
pellat. cognoſcitur, §. ſiuè igitur num. 3. collat. 8.
Aretin. in l. ex facto in princ. verſ. *confirmatur iſta
concluſio* ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. & conſ.
156. Ripam in eadem l. ſi vnquàm, quæſt. 5. C.
de reuocand. donat. Anton. Gabriel lib. 3. con-
cluſionum tit. de donationibus concluſ. 2. nu. 25.
doctè Tiraquell. ibidem, verbo *filios non habens*
num. 15. & 16. quod coadiuuatur ex l. final. ff. de
heredib. inſtituend. ergò eadem ratione in noſtro

caſu

caſu debet reſcindi donatio, & vocatio dicti D.
Didaci facta per dictã D Florentiam ſub credu-
litate incerta, quòd dicta D.Catharina erat mor-
tua Mundo,& habebat facere profeſſionem in-
Monaſterio, in quo reperiebatur, quia eadem-
122 vtrnque caſu videtur adeſſe ratio, † cùm Mo-
nacha reputetur mortua, c.monachus 15.quæſt.
1. cap.placuit, & cap. generalitèr ibidem, l.Deo
nobis C.de Epiſc.& cler. Speculat. lib.4.tit.de-
ſtatu monachor.num.4.Abbas in conſ.104.nu.4.
par.1. Aldobrandin.in §.1.num.41. inſtit.de iure
perſonarum, Rain. Corſ. lib.2. indagat.iur. cap.
23.num.11.
Præſertim, quia foret maximum præiudiciũ,
grauamen, & inequalitas dictæ D. Catharinæ, ſi
cùm feciſſet maioratum opùlentum in fauorem
D. Gomezij patris D. Didaci remaneret ſucceſ-
ſione priuata dicta D.Catharina, quæ erat illius
filia multùm dilecta, quod dicendum non eſt,
123 † quia iura fauent æqualitati inter filios ſeruan-
dæ, l.illud C.de collationib.l.vlt.C.communia-
vtriuſque iudicij, l. quæſitum §. ſed ipſe ff. de-
fundo inſtructo, Couar.lib.1.variar.reſolut. cap.
19. num.2. Cæphal. conſ.44. magnifici num.10.
tom.1.doctè Marc.Anton.Eugen. conſ.62.num.
124 40.& ſeqq.lib.1. † in tantùm vt id procedat,&
ſi à verborum proprietate recedatur, Barr. in l.
fin.ff.pro donato, Soccin.in l.1. notab.4. ff.de-
rebus dubijs, Cæphal. conſ.188.num.10.tom.2.
Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſina 23.num.42. latè
Mantic. lib.6. de coniectur.vltimar.volunt.tit.2.
num.5.Roland.à Valle conſ.51.num.7.vol.4.ma-
ximè quia per dictam ſcripturam dictus D. Di-
dacus, qui eſt minus dilectus veniret præferen-
dus D.Catharinæ magis dilectæ dictæ D.Floren-
125 tiæ, † quod vtique eſſet abſurdum, vt minus
dilectus ſit melioris conditionis, quàm qui ma-
gis dilectus eſt, l. Publius.in fine ff. de condit.
& demonſtrat.d.l.ſi viua matre, quo argumento
Bald. vtitur in l. non dubium num.9. C.de teſta-
ment.Alexand in l.hæredes mei §.cùm ità nu.15.
ff.ad S.C.Trebellian.& conſ.93.incip. aliàs con-
ſultus num.7. vol.3 Ruin. conſ.104.num 17 lib.
2.Cæphal.conſ.188.nu.12.& alijs Roland.à Valle
conſ.82.num.30.volum.3.cum alijs adductis per
Mantic.lib.6.tit.11.num.13.
126 † Nec obſtabit dicere, quòd præſumitur ac-
ceptatio ex ſola ſciẽtia donatarij, vt donatio fiat
irreuocabilis,vt poſt Soccin. Iunior.conſ.67.pro
habenda num.11.& ſeq. lib.3. tradit Ioſeph.Lu-
douic.deciſ.Peruſina 29. num.8.& 19. Aretin.in
l. qui abſenti col.2. num.4. ff.de acquir. poſſeſſ.
Cæphal. conſ 33. num.19. lib.1. Ruin. conſ.174.
col.3.lib.1. Pariſ.conſ.89.col.penult.lib.3. Rol.à
Valle conſ.19. num.36.lib.1. Caualcan. deciſ.Fi-
uizan.42.num.25. 1.par. Auend.in cap.prætor. 2.
par.cap.1.num.2. vltrà quos fuit doctrina origi-
nalis Bart.in l.fin. num.4. de conſtit.Principum,
127 † vbi tenet,quòd ius priuilegij acquiritur pri-
uilegiato à tempore, quo habet illius notitiam-:
cuius opinionem atteſtatur communitèr appro-
batam Iaſ. ibidem num.46.& 51, Ioan.Oroſcius
ibi num.23.Alexand.in l.qui abſenti num.3.& 4.
ff.de acquir.poſſeſſ. Felyn.in cap.2.num.17.de-
conſtit.vbi Decius 1.lectura num.17.

128 † Nàm adhuc certum eſt in iure, quòd acce-
ptatio non præſumitur interueniſſe, ſi de ea non
appareat, vt per Ruin.conſ.154.nu.12.lib.1. Cæ-
phal.conſ.163.num.25.tom.2.Paul.Caſtrenſ.in l.
illud num.7.C.de ſacroſanct.Eccleſ.dicens,quòd
cùm donatio non conſiſtat,& ſit nulla,niſi dona-
tarius ſit præſens, & acceptet, l. abſenti ff. de-
donat. & per Ruinum conſ.180. in princ. lib.1.
129 † ſi in donatione non fiat mentio præſentiæ,
& acceptationis, illa non præſumuntur, quia fa-
cti ſunt, cuius determinationem ſequuntur Soc-
cin.Senior conſ.33. col.3. & conſ.68.nu.3. lib.4.
Menoch.de præſumpt. lib.6.præſumpt.14.nu.3.
130 quia eſt multũ receptum, † quòd ea,quæ con-
ſiſtunt in facto,non præſumuntur, niſi probẽtur,
l.in bello §.factæ ff.de captiu. & poſtlim.reuerſ.
cap.1.de conſtitut.lib.6.Roland.à Valle conſ.32.
num.17.vol.3.Bald.num.17.in l.generalitèr C.de
non numer.pecun. Iaſ.in l.ſi is poteſt num.59.ff.de
acquirend. hæred. Menoch.vbi proximè num.2.
Caphal.conſ.240.num.1.
Nec etiàm obſtat præſumendam eſſe præſen-
131 tiam donatarij donationis tempore, † quia-
verior eſt reſolutio, quod non præſumitur, niſi
probetur, l.2.vbi Bal.num.1. C de ſtatut.& ima-
ginib.dicens: quòd quandò ad aliquod negotium
requiritur alicuius præſentia, non præſumitur,
niſi probetur, ſequuntur Anchar.Regien. quæſt.
29.num.14.lib.2. Rimiuald. Iunior conſ.119.nu.
85.vol.1.Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.
84.num 13.& lib 6 præſumpt.18.num.1.& præ-
ſumpt.19.num.6.Felyn.in cap.tenor num.3.de-
ſentent. & re iudic. & in proprijs terminis do-
nationis hoc tenet Paul. Caſtr. in l. Titia §.Idem
reſpondit lo ſecondo, ff.de verbor. oblig. Greg.
Lopez in l.4.tit.4.par.5.gloſ.1. paulò poſt princ.
132 † nequè obſtant l.1. & l. optimam C. de con-
trahend.& committend. ſtipulat. & l.ſciendum
ff de verbor. obligat. quia Bald. in d.num.1. re-
ſpondet,quòd ex eis probatur præſentia, ſcilicet
per ſcripturam, in qua continebatur,quòd præ-
ſentes fuerant contrahentes. ſed in caſu,quo non
conſtaret per ſcripturam,obtinere dictam l.2.&
reſolutionem poſitam in præcedenti numero,ad
quod allegat gloſſ. in l.quicunque § final. verſic.
qui pupillo emit, & in d.l.ſciendum, Boer. d.deciſ.
133 353. num.3. † Et ità quandò ex ſcriptura non
apparet de præſentia, non præſumetur, ſed qui
illam interueniſſe aſſerit,probare debet,vt tradit
Bald.in l.final. §.neceſſitate num.23. in fine C.de
caduc. tollend. Corne.conſ.46.nu.16.& conſ.50.
num.12.lib.2.Ruyn.in rubr.nu.302 ff.ſolut.ma-
trim.Menoch.lib.2.de præſumpt.cap.8.num 13.
& lib.6.cap.19.num.6.& vltrà eos elegantèr Paul.
Caſtrenſ.in l.Titia §.1.num.3.ff.de verbor.oblig.
& quod narrat Ioan. de Imola conſ.8. & qui eum
ſequitur Auendaño in capitulis Prætorum 2.par.
cap.1.num.1. verſic. *imò ipſe*, quòd in donatario
præſumitur præſentia procedit quãdo in inſtru-
mento fit mentio de actu, ex quo colligitur, non
potuiſſe fieri niſi intèr præſentes, vt ſi diceretur,
Titium ſtipulatum fuiſſe à Sempronio, cùm ſti-
pulatio non concipiatur niſi duorum interuen-
tu, vel ſi dicatur, quòd donatarium inueſtiuit,
vt declarat Paulus vbi proximè, Roman. poſt
Oldrad.

Oldrad. quem refert conſil. 109. num. 24.
Nec magis præiudicat, quod de ſcientia dona-
tarij præſumenda ad acceptationem inducendā
deduximus, quia ſimilitèr non præſumitur; Imò
ignoraſſe dictum D. Didacum, cum non præſu-
134 matur illius ſcientia; † nàm ignorantia præſu-
mitur vbi ſcientia non probatur, cap. ignorantia
de regul. iuris in 6. aliàs incipit præſumitur, l. ve-
riùs ff. de probationib. Cæphal. conſ. 146. nu. 36.
tom. 1. l. hoc autèm ff. de adminiſtr. tutor. l. ſupèr
ſeruis C. qui militare poſſunt, vel non lib. 12. Cę-
phal. conſ. 241. nu. 94. tom. 2. Menoch. lib. 4. præ-
ſumpt. 116. num. 35. Roland. à Valle conſ. 36. nu.
135 1. vol. 2. † maximè quandò eſt facti alieni, l. fin.
ff. pro ſuo, & l. quamquàm ff. ad S. C. Velleianū,
Cæphal. conſ. 3. num. 101. & conſ. 133. num. 40.
tom. 1. Mantic. lib. 12. de coniectur. vltim. volunt.
tit. 12. num. 2. Roland. à Valle conſ. 66. nu. 1. vol. 4.
Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 83. nu. 11. par. 2.
& ità onus probandi hanc ſcientiam, & accepta-
tionem incumbit dicto D. Didaco de Yniſtroſa.
136 † Quibus nō præſtat impedimentum dicere,
quòd conſanguineus præſumitur ſcire facta ſui
conſanguinei, l. octaui gradus in fine ff. vndè co-
gnati, l. de tutela C. de in integr. reſtit. Bart. in
reperit. auth. ingreſſi num. vltim. C. de ſacroſanct.
Eccleſ. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt.
78. num. 8. Alexand. conſ. 138. viſo puncto num. 9.
vol. 7. Cæphal. conſ. 215. num. 22. tom. 2. Guido
Papæ conſ. 23. colum. 8. verſ. *& ſi opponatur* cum
duabus ſeqq. 1. par. vbi ſubdit, quòd pręſumptio
iſta eſt adeò efficax, quòd transfert onus proban-
di contrarium in negantem iſtam ſcientiā, iuxta
l. ei, qui ff. de probationib. quem refert, & ſequi-
137 tur Rol. à Valle d. conſ. 19. nu. 39. lib. 1. † Quia
illud eſt verum quòad iura ſāguinis, id eſt quoad
ſcientiam cognationis, & quòad proceſſum na-
turæ coniuncti, ità loquuntur l. octaui, & l. tutela
allegatæ in contrarium ſecundùm Bald. qui ità
dicit in l. quoniàm C. de iure deliber. per illum
text. Alex. conſ. 71. videretur prima num. 6. vol. 1.
138 Roland. à Valle conſ. 3. num. 10. vol. 1. † quia di-
ctum Doctorum in contrarium relatum debet
intelligi ſecundùm leges per eos allegatas, iuxta
doctrinam ſingularem Bartoli in l. non ſolùm §.
liberationis verba num. 10. ff. de liberat. legata,
Abb. in cap. inſupèr 6. num. 4. de teſtibus, Iaſ. in l.
2. num. 98. C. de iure emphyt. Tiraquell. de re-
tract. conuent. §. 1. gloſ. 7. num. 54. Ioan. Guttier.
lib. 1. practicar. quæſt. 2. num. 22. Mandoſ. reg 5.
cancell. quæſt. 5. num. 7.
139 † Vel Secundò reſpondetur, quòd prædicta
iura locum non habent in actibus momentaneis,
vt eſt contractus, vel teſtamentum, vti reſoluit
Bald. in l. conuenticula num. 7. C. de Epiſcop. &
cler. & per eundem in l. 1. nu. 3. C. de colluſ. de-
tegend. doctè Paul. Caſtrenſ. in l. 1. num. 21. ff. ſi
certum petatur, Alexand. conſ. 138. num. 9. vol. 7.
& conſ. 80. examinato nu. 7. vol. 2. & ibi Additio,
Felyn. in cap. literis nu. 5. de præſumptionib. Pa-
laçios Rubios in repetit. cap. per veſtras de do-
nat. inter vir. & vxor. §. 18. num. 35. Anton. Gabr.
concl. 6. de pręſumpt. num. 19. & 24. Menoch. lib.
6. præſumpt 24. num. 4.
140 † Et adhuc ſi præſumeretur, aut probaretur
ſcientia dicti D. Didaci, non ſufficit abſquè eius
præſentia ad inducendam acceptationē, ex Bart.
in l. quæ dotis num. 19. ff. ſolut. matrim. Andr. ab
Exea de pactis nu. 74. Io. Guttier. in cap. quàm-
uis pactum num. 59. de pactis lib. 6. Ea ratione,
141 † quòd parte præſente, quæ poteſt contradi-
cere, ſi tacet, lex præſumit acceptationē, & con-
ſenſum eius in eo, quod ſibi eſt vtile, gloſ. in l. qui
patitur 18. ff. mandati, Alexan. conſ. 8. col. 3. lib. 3.
Straccha in tract. de adiecto 3. par. num. 83. Ma-
tienzo in l. 7. tit. 10. lib. 5. recopilat. gloſ. 2. nu. 14.
Couar. in rubr. de teſtament. 3. par. nu. 13. & 14.
Burgos de Paz conſ. 25. num. 2. quod in abſente
142 ceſſat, maximè in caſu noſtro; † nàm ſi lex
præſumeret ſcientiam, & præſumeret accepta-
tionem, vel præſentiam, eſſet inducere plura ſpe-
cialia, contrà text. in l. 1. C. de dotis promiſſ. Al-
dobrandin. in §. licèt autèm num. 13. inſtitut. de
adoptionib. Cæphal. conſil. 245. in præſenti caſu
num. 4. tom. 2. & conſ. 356. num. 20. Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 89. num. 102. & lib. 6.
præſumpt. 6. num. 13. Bart. in l. ſi is, qui pro em-
ptore nu. 70. ff. de vſucap.
143 † Nec etiàm obſtat, quòd donationes factæ in-
fanti non indigēt acceptatione, ſed ſtatim ei ac-
quiruntur, argumento tex. in l. iubemus verſ. *niſi
infantes* C. de emancipation. liberor. ponderan-
do, quòd ille verſiculus limitat, quod præceſſe-
rat, quòd quàmuis emancipatio non poſſit fieri
ſinè conſenſu, & voluntate emancipandi, hoc de-
ficit in infante, qui abſque conſenſu, & accepta-
tione ſui iuris effici poteſt, Paul. Caſtrenſ. conſil.
41. num. 9. lib. 3. Iaſ. in l. eam, quam num. 8. C. de
fideicommiſſ. facit tex. in l. etiàm infantem ff. de
144 adoptionib. vbi probatur, † quòd poteſt infans
in adoptionem dari, quāuis in l. in adoptionibus
ff. eodem tit. fuiſſet dictum, quòd in emancipa-
tionibus eorū, qui ſuæ poteſtatis non erant, exi-
gebatur cōnſenſus ſaltèm tacitus, & non contra-
dictorius, Boer. conſ. 40. num. 78. text. in §. ſed &
ſi pater, vbi Aldobrandin. num. 13. inſtit. quibus
modis ius patriæ poteſt. ſolui. & in §. vnico num.
14. & ſeq. inſtitut. de legitima patronor. tutela,
145 † & legitimatio infantis facta Principis au-
thoritate non eget ipſius conſenſu, nec poſteà
ratificationē ipſius infantis, ità ſentit Bart. in l. in-
initi in fine ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris,
cuius opinionem dicit communē Coſta in l. Gal-
lus §. & quid ſi tantùm num. 143. ff. de liberis, &
poſthum. latè plures referēs Dominus Antonius
de Padilla in l. eam, quam num. 10. & ſeqq. C. de
fideicommiſſ. Ioan. Guttier. conſ. 20. nu. 8. Burg.
146 de Paz conſ. 38. num. 16. & ſeqq. † eò quòd in-
fans in his, quæ non poſſunt ſibi nocere, ſed eſſe
vtilia, videtur conſentire, d. l. iubemus, vbi Bart.
Bald. & DD. l. ſi infanti C. de iure deliber. cap.
paruuli de conſecrat. diſtinct. 4 lex 16. tit. 18. par.
4. Bal. conſ. 146. incip. titulus Principis nu. 8. lib. 1.
& conſ. 204. ſuper primo num. 1. lib. 2. Barbatia
conſ. 34. præclarè conſ. 16. verſ. *nec obſtat cùm op-
ponitur*, & col. 12. verſ. *modo ſi ponderetur*, & col.
13. verſ. *& ſi dicatur* lib. 2. Iacob. Pute. lib. 3. dec.
204. num. 2. Paul. Caſtrenſ. conſ. 41. nu. 11. vol. 3.
& alij adducti per Burgos de Paz conſ. 38. nu. 17.
147 Et hoc magis confirmatur ex l. donatutum 3.
C. de

Digitized by Google

C.de acquirend.poſſeſſ.cuius generalia verba in-
dicant, quòd etſi ſoli infanti tradatur poſſeſſio,
acquiritur ei, cuius text. deciſione Hottomanus
diſput.5.de donationib.verſ.*ſequitur vt de infan-
tibus* dicit, per eam ius nouum introductum, vt
etiàm ſinè tutoris authoritate rerum donatarum
poſſeſſionem nanciſcatur, & ità acceptationem
donationis in eo neceſſariam nõ eſſe tradit Mo-
lina lib.4.de primogen.cap.2.à nu.74.Ioan.Gut-
tier.d.conſ.20.nu.7.& 8. Bellacomba inter com-
munes Doctorum opiniones titulo C. de donat.
concluſ.75.

Nàm duplicitèr ſatisfit, primò, quòd nõ ex eo
efficitur maioratus irreuocabilis, maximè ſi in-
148 fans abſens ſit tẽpore confectionis eius, † quia
infantes cùm non habeant affectionem tenendi,
ſolidè per ſe non poſſunt incipere poſſidere, l.1.
§. adipiſcimur, l.quàmuis §. infans ff. de acquir.
poſſeſſ.l.pupillus ff.de acquirend.hæred.Anton.
Gomez in l.45. Tauri nu.112.in princ.Mieres de
maioratibus quæſt.41.nu.1. in 1.par. l.2. §.furio-
ſus ff.de iure codicillor. §.prætereà inſtit.quibus
non eſt permiſſum facere teſtamentum, l.3.& l.
quemadmodùm ff.de acquirend. poſſeſſ. quorũ
iurium authoritate Velazquez in d.l.44.Tauri
gloſſ.12.num.8.tenet, quòd maioratus inſtitutus
in fauorem infantis, quàmuis ſequatur traditio
vera, vel ficta, non fieret irreuocabilis ex dicta ra-
tione, quòd ſolus non poſſit incipere poſſidere,
neque intellectum, aut affectionem tenendi ha-
beat, & ità poſt Soccin.& alios hoc tenentes, alle-
149 gat Mieres d.quæſt.41. † nàm ſaltim tutor, vel
alius pro infante acceptare, vel poſſeſſionem ap-
prehendere debebat, vt ex d.l. quàmuis §.infans
tradit Angulo l.1.de meliorationib.gloſ 8.nu.29.
& Bald. num.1. in l. ſi quis in emancipatum 26.
C.de donationib.& in ſimili Rebuff.2.tom.com-
mentariorum ad Conſtitutiones Gallicas tract.
de donat.inſinuand.artic.1.gloſ.1.nu.f2.in fin.

Nec obſtat dicere, quòd infans poteſt legiti-
150 mari; † nàm dubium eſt inter DD. an id poſſit
fieri per reſcriptum, quia nõ poſſe voluit Ruyn.
conſ.72.num.11.& 12.lib.3. relatus per Cæphal.
151 conſ.186.num.18.tom.2.ea ratione, † quia in-
fans conſentire non poteſt, ſine quo conſenſu nõ
debet, nec poteſt legitimari, auth. quibus modis
naturales efficiantur ſui §.generaliter collat.7.l.9.
tit.18.par.3.vbi Gregor.Lopez gloſſ.2.Angel.de
Vbald.conſ.71.pro parte num.1.& ità conſuluit
Cæphal.quòd poſtquàm exceſſerit infantiam ra-
tificet legitimationem de ſe factam, idque parti-
culari inſtrumento, vt per eum conſ.66. num.3.
poſt Decium conſ.55. nu.6.& 7. & conſ.367. nu.
2.& alijs, ſed in tangentibus infantem ſufficit re-
quiri, quòd tempore ſuæ legitimationis non ſit
152 abſens, † quia abſens legitimari non poteſt ſe-
cundùm Bald.allegatum per Cæphal.d.conſ.186.
num.20.& ſeq.qui eum ſequitur, quod eſt idem,
quòd requirere acceptationẽ expreſſam, aut ra-
tificationem, vt valeat dicta legitimatio.

153 Secundò reſpondeo, quòd animaduerſo, † qđ
infans dicitur vſque ad ſeptennium, & non vltrà,
quoniàm infantia huiuſmodi tanto tempore
durat, & ſeptennio finitur, l.ſi infanti C.de iur.
deliber. l.in ſponſalibus ff. de ſponſal. Menoch.
lib.4.præſumpt.47.nu.3.l.1.§.2.ff.de adminiſtr.
tutor. l.pupillus ff. de manumiſſ. vindict. l.tem-
poribus ff. de ventre inſpiciendo, l. habitator ff.
de reiuendic.Ioan.Monach.in cap.vnico num.1.
de deſponſ.impub.lib.6.Hieron.Gratus reſponſ.
135.num.1.vol.2.tempore dictæ ſcripturæ do-
nationis dictus D.Didacus de Yniſtroſa erat ma-
ior infante, & in pupillari ætate, qua de cauſa fa-
uor, quem ſpeciali priuilegio infanti pertinere
aſſerunt prædicti Doctores, vt cenſeantur acce-
ptaſſe donationes ad eorum fauorem factas, ceſ-
154 ſauit impleto ſeptennio; † nàm vbicumq; ętas
eſt cauſa beneficij, ceſſante ætate, beneficium
ceſſat, l.Titia Seyo §.vſuras ff.de legat.2. l.ſi tu-
tor Reipublicæ cauſa §.1. ff.de tutel.& rationib.
diſtrahend.l.2.§.1. ibi *neque rurſus* ff.de excuſat.
tutor.l.1.C.de his, qui numero liberorum ſe ex-
cuſant, iuncta generali ratione, cap.cùm ceſſante
de appell. Aldobrandin.in §.ſed & ſi teſtamento
num.4. inſtit. de Attiliano tutore, & ideò cùm
pro parte dicti D.Didaci non fuerit acceptata
dicta donatio, ſeù melioratio; optimè potuit di-
cta D.Florentia reuocare ſuam vocationem, &
præferre dictam D.Catharinam.

155 † Neque obſtat l.3.tit.8.lib.3.ordinamẽti, quę
hodie eſt lex 2. tit.16.lib.5.nouæ recopilat. nec
opinio eorum, qui moti per eam tenuere non eſ-
ſe neceſſariam acceptationem donationũ, vt per
Roderic. Xuarez in l.quoniàm in prioribus, in
declarat.ad l.Regni 8.quæſt.principali num.7.&
Anton.Gomez 2.tom.variar.cap.4.num.3.ad fi-
nem verſ.*imò, quod magis eſt*, Didac.Perez in d.l.
ordinam. Dueñas reg.119.in limit.1. verſic. *con-
trariam* adducti per Molin d. cap. 2. num. 59. &
Couar.3.par.rubr.de teſtament.num.14.& lib.1.
variar. cap.14.nu.3. quia adhùc verum eſt, quòd
non obſtante diſpoſitione dictarum legum, qui
donationem fecit abſenti poteſt antè illius acce-
ptationem illam reuocare, vt reſoluit Couar. lib.
1.variar.cap.14.num.13. dicens, quòd ità ſerua-
tur per Iudices practicos, nec dictæ ll.regiæ poſ-
ſunt adaptari ad donationem, meliorationem,
aut maioratum, vt ex pluribus reſoluit Gregor.
Lopez in l.4. tit.4. par.5. gloſ.1. Burgos de Paz
conſ.14. num.20. & conſ.33.num.12. Mieres in
tract. de maioratib. 1.par.quæſt.36.num.1.& 2.
Ioan.Guttier. in cap. quàmuis pactum in princ.
num.53. verſ. *ſed his* de pact. lib.6. Velazquez in
l.44.Tauri gloſ.9.num.18.

Maximè quia licet concederemus ſinè verita-
tis præiudicio, quòd verba dictarum legum con-
uenirent donationibus, cùm tamèn loquantur
modificatiuè, ſcilicèt *pareçiendo, que vno ſe quiſo
obligar à otro*. Quæ verba videtur non poſſe in-
156 telligi, nec locum habere in donatione; † cùm
intentio donantis ſolùm ſit ſe obligare caſu, quo
donatarius acceptauerit donationem, poſtquàm
habuerit notitiã illius, l.qui abſenti ff de acquir.
poſſeſſ. ibi *qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate
moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſer-
ui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem
ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus
fuerit*, l. eius, qui ff. ſi certum petatur, l.ſi pater
filio ff. de manumiſſ. vindict. quæ iura pro hac
parte ponderat Ioan.Andr.in d.cap.ſi tibi abſenti
num.4.

Digitized by Google

ſum.4.de præben.in 6. & ità præcisè eſſe neceſſariam acceptationem in dictæ l. regiæ terminis, ex Alexandro,& alijs in d.d.l.qui abſenti optimè reſoluunt,& comprobant Doctores ſuprà adducti,& Molina d.lib.4. de Hiſpan. primog. cap.2.
157 nu.61.& duob.ſeq. † quia pars id agere videtur,quod eſt de contractus natura, ſecundùm Bart. in l.ſemper in ſtipulationibus de regul.iur. & notatur in l.cùm quid ff.ſi cert.petat. Hieron. Gratus reſp.131.nu.11.lib.1.incip.nobilis vir.Et ità concludo, quòd vocatio dicti D.Didaci de Yniſtroſa fuit nulla ex defectu cauſæ finalis, vel ſaltèm remanſit reuocata ſcripturis poſteà factis per dictam D.Florentiā; & omninò eſſe illi preferendam dictam D.Catharinam,& eius deſcendentes, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fundatores Capellaniarum poſſunt in fundatione apponere pacta licita, & honeſta, & quid contra ius commune, num.2.*
3 *Vicaneorum nomine veniunt in fauorabilibus naturales Ciuitatis, aut Villæ, cui Vicus ſubeſt.*
4 *Comitatenſes veniunt appellatione ciuium in pluribus caſibus.*
5 *Vicus reſpectu Ciuitatis eſt ſicut manus, aut pes reſpectu corporis.*
6 *Diſpoſitio conuenit, cui verba conueniunt.*
7 *Nati in Vico, aut Comitatu comprehenduntur in ſtatuto concedente aliquid oriundis de Ciuitate.*
8 *Ciuitas, & illius territorium, & vici iudicantur pro vna Ciuitate.*
9 *Natus in Vico, ſeù Aldea dicitur natus, ſeù originarius Ciuitatis, aut Villæ, cui Vicus ſubeſt.*
10 *Ciuitatenſes, & Vicani habent idem domicilium.*
11 *Vici quandò ſunt ſub eadem iuriſdictione, non eſt danda differentia inter eos.*
12 *Conſuetudo Ciuitatis debet obſeruari in Vicis.*
13 *Contrariorum eſt eadem ratio, & diſciplina.*
14 *Contrariorum eadem eſt potentia, & virtus.*
15 *Proemialia verba oſtendunt cauſam finalem.*
16 *Declaratio Fundatorum non inducit nouum, & illi ſtandum eſt.*
17 *Declaratio tueſt actui declarato, & eſt acceſſoria, & conſequutiua ad illum.*
18 *Conſtitutio declaratoria quid operetur.*
19 *Declarans nil de nouo agit, nec tollit vni, & alteri dat.*
20 *Declaratio Fundatorum tollit dubiam legis diſpoſitionem.*
21 *Factis declaratur voluntas, non minùs quā verbis.*
22 *Res loquuntur magis, quam verba.*
23 *Fundatorum mens interpretatur ex eorum vſu.*
24 *Teſtatoris verba ambigua interpretantur ab vſu, & obſeruantia.*
25 *Actus ſequens declarat voluntatem præcedentem.*
26 *Obſeruantia eſt multùm conſideranda in omni diſpoſitione.*
27 *Obſeruantia habita in præſentatione Capellaniarū debet attendi.*
28 *Sanguinis ratio quandò habeatur in rebus fauorabilibus.*
29 *Propinquior in gradu debet præferri.*
30 *Vtrinque coniunctus quandò præferatur ab inteſtato.*
31 *Vincula duo præualent vni.*
32 *Forma eſt, quæ dat eſſe rei, & ab ea non eſt recedendum, & num.33.*
34 *Forma ſi non ſeruatur, actus corruit, & eſt nullus; & num. 35.*
36 *Verba cui non conueniunt, non conuenit diſpoſitio.*
37 *Vicarius Capituli Sede vacante debet eſſe Doctor, aut Licentiatus in iure Pontificio.*
38 *Iudex, qui non eſt Iuriſperitus, debet habere Aſſeſſorem Iuriſperitum.*

PRO

Ioanne Garzia Clerico Parocho Domorum, ſeù Caſalis de Ves

CVM

Didaco Martinez Meſurado Clerico Oppidi Alcalà del Rio.

ARGVMENTVM.

Clericus originarius, ſeù patrimonialis alicuius Oppidi quomodò, & qualitèr debeat præferri in præſentatione Capellaniæ inſtitutæ ab incolis illius Oppidi,& quid de nato in Villa, quæ eſt caput Oppidi.

CONSILIVM CXX.

Supponitur in facto,quòd locus, vulgò dictus *Caſas de Ves* eſt Vicus, ſiuè Aldea iuriſdictionis Villæ de *Ves*, quæ in ea habet merum, & mixtum imperium, & ſempèr fuit habitum pro vno, & eodem territorio, & diſtrictu; diſtatque parum à dicta Villa, & quòd Incolæ dicti loci de *Caſas de Ves* inſtituerunt, & dotarunt quandam Capellaniam, declarantes qualitèr deberet obtineri per Clericum naturalem dicti loci, ſi reperiretur; & quòd dictus Ioannes Garzia eſt ortus,& originarius reſpectu ſuorum aſcendentium ex vtroque latere dictæ Villæ de *Ves*,& d. Didacus Martinez non habet naturalitatem,nec originem à dicta Villa, nec Caſali, ſed eſt ortus in Villa Alcalà del Rio, quæ eſt diuerſi diſtrictus, & iuriſdictionis, nec eſt approbatus ad adminiſtrationem Sacramentorum,prout dictus Ioannes Garzia, qui ex prædictis cauſis videtur præferendus in dicta Capellania ex ſequentibus.

1 † Primò,quia certum eſt de iure,Inſtitutores ſimilium Capellaniarum apponere poſſe in fundatione pacta licita,& honeſta tanquàm ſuper re ſua, ex regula l. in traditionibus 49. ff. de pactis, l.rebus C. de rerum permutat. cap. prætereà 2.

de iure patronat. cap. Eleutherius 18. quæſt. 2.
Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 5. Calderin. conſ. vlt. de iure patronat. Lambert. eodem
tract. lib. 1. 1, par. 9. quæſt. principali nu. 1. Felyn.
in cap. cùm acceſſiſſent num. 18. de conſt. Innoc.
in cap. in Lateranen. num. 5. de præbend. Rocch.
de Curte de iure patronat. verbo *pro eo, quod* nu.
2 29. & ſeq. Ioan. Guttier. conſ. 1. num. 1. † etiàm
ſi contra ius commune eſſent, vt elegantèr concludit Lambert. vbi proximè nu. 66. ſol. mihi 69.

Et Fundatores vocando ad dictam Capellaniã
naturales loci de *Caſas de Ves* fuere viſi etiàm
vocare naturales Villæ de *Ves* tanquàm ſui capi-
3 tis: † quia de iure ſub nomine Vicaneorũ comprehenduntur naturales Ciuitatis, ſeù Villæ, cui
vicus ſubiacet, vt in rebus fauorabilibus concludit elegantèr Abb. num. 7. in cap. Rodulphus de
4 reſcript. dicens: † appellatione ciuium venire
Comitatenſes in materia larga, vel indifferenti,
& in priuilegijs ſequitur ibi Felyn. num. 13. Rebuff. in l. vrbis appellatio verſ. *appellatione tamen
Comitatenſium* ff. de verbor. ſignif. Paul. Caſtrenſ.
conſ. 85. incip. viſis nu. 3. par. 1. Iaſ. in l. ſi quis pro
emptore nu. 199 ff de vſucapionib. facit Purpur.
conſ. 528. nu. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 30. nu. 13. & ſeqq. Hippol. tract. de bannit, in verbo *Ciuitate* num. 145. D. Franciſc. Anto.
Coſta conſ. 1. num. 30. Ioan. Botta conſ. 18, num.
5 14. & 16. dicens, † quòd vicus reſpectu Ciuitatis
eſt ſicut pes, & manus reſpectu corporis, quæ
membra licet diſtincta videantur, tamèn in corpore hominis continentur, ſicut vicus in corpore Ciuitatis, vt argumentatur Menoch. conſ. 75.
num. 25.

6 † Et cùm illis conferant verba inſtitutionis,
quòd Capellanus ſit naturalis dicti loci, cùm non
concurrat alius actualitèr natus in eo, & ſit verificatum de vnitate iuriſdictionis ſoli, & territorij militat ad fauorem dicti Ioannis Garzia mens
Fundatorum dictæ Capellaniæ, l. 4. §. quoties ff.
de damno infecto. l. hos accuſare §. omnibus ff.
de accuſat. Paul. Caſtrenſ. vbi proximè nu. 2. Maſtrill. deciſ. Sicil. 2. nu. 13. par. 1.

7 † Nàm licèt ſtatutum concedat aliquid oriundis de Ciuitate, vel intrà Ciuitatem; nihilominùs
Comitatenſes, & nati in Vico, aut Territorio cõprehenduntur, l. qui ex vico ff. ad municipal. l.
nulli §. quòd ſi ex vico C. de Epiſc. & cler. Bald.
conſ. 183. incip. ſtatuto Ciuitatis Veronæ lib. 1.
Paul. Caſtr. conſ. 307. incip. videtur num. 1. vol. 2.
Boer. deciſ. 13. num. 26. Gomez de Leon. alleg. 26.
num. 2. & 3. Petr. Roiz. deciſ. Lituan. 3. num. 178.
Felyn. in d. cap. Rodulph nu. 11. Ioan. de Neuiz.
in ſylua nuptial. lib. 4. num. 88. & Auiles in cap. 6.
8 Prætorum verſ. *tierra* col. 1. & de iure Ciuitas, &
eius Territorium, & Vici iudicantur pro vna
tantùm Ciuitate, vt declarauit Abbas conſil. 52.
dubio 2. vol. 2. Rebuff. ad conſtitut. Galliæ tit. de
conſuetudine art. 1. gloſ. 1. num. 11. Alciat. in cap.
quod ſedem de offic. ordin. Morot. reſponſ. 16.
num. 27. Ioan. Franc. Purpurat. conſ. 528. num. 6.
vol. 2. D. Franc. Anton. Coſta conſ. 1. num. 30. &
9 ſeqq. † hinc Bart. in l. 3. num. 1. C. de nat. liberis
ait, natum in Vico, ſeù Aldea dici vicinum originariũ eius Ciuitatis, cui vicus ſubeſt, Syluan. conſ.
1. quæſt. 6. dub. 2. & 3. Bart. in l. Imperatores, §.
10 ijdem reſcripſerunt ff. ad municip. † quòd Ciuitatenſes, & Vicani habeant eundem domicilium
probat Ang. in tract. de malefic. verbo *& ad querelam* nu. 41. & facit Albert. Brun. in tract. quòd
11 extãtibus maſculis fœmina nõ ſuccedat, † quòd
quandò Vici ſunt ſub eadem iuriſdictione non
poteſt poni differẽtia inter ipſos, l. eius §. 1. ff. ad
municip. Lancellott. Gall. tract. de ſtatut. quæſt.
8. num. 62. dicens, quòd Comitatiui ſunt ciues illius Ciuitatis, in cuius Comitatu ſunt.

12 Et indè DD. tradũt, † quòd licèt aliàs cõſuetudo debeat interpretari ſtrictè, adhùc ſi ſit inducta in Ciuitate, debet in Vicis obſeruari, vt docuit gloſ. fin. in l. ex ea parte ff. de poſtul. quam
ſequitur Iaſ. in § rurſus inſtit. de actionib. nu. 42.
Ioan. Andr. in Addit. ad Speculat. tit. de treugua,
& pace quæſt. penult. Ioan. de Platea in l. ſi diuina
domus in fin. C. de ſum. Trinit. Pariſ. conſ. 24.
num. 4. lib. 4. Caſtillo in l. 6. Tauri verſ. *el fuero de
la Tierra*, Auiles in cap. Prætorum verbo *Islas*
num. 5. & verſ. *Tierra*, Gregor. Lopez in l. 5. tit. 2.
par. 1. gloſ. 3. in fin. Horozco in l. nàm & col. 138.
num 10. ff. de legib. Surd. conſ. 65. num. 16. vol. 1.
Alex. conſ. 27 num. 10. lib. 6.

Ergò eadem ratione à contrario nati in dicta
Villa debent gaudere conceſſionibus fauorabilibus ad fauorem natorum in dicto Caſali de *Ves*,
13 † quia contrariorum eadem eſt diſciplina, & in
vno diſpoſitum, in alio diſpoſitum cenſetur, l. 1.
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Bald. in cap.
cùm veniſſent col. fin. de iudic. Roland. à Valle
conſ. 60. ponderatis nu. 6. vol. 1. Cephal. conſ. 112.
num. 24. & conſ. 136. num. 13. tom. 1. Menoch. de
14 præſumpt. lib. 6 præſumpt. 94. nu. 9. † & eſt eadem potentia, & virtus, Bald. in l. emptione, per
text. ibi ff. de pact. Cephal. conſ. 74. num. 11. Tiraquell. de retract. lignag. §. 12. gloſ. 1. nu. 16.

Vlteriùs quia cauſa finalis, proptèr quam fuit
inſtituta dicta Capellania, fuit quia ſeruitiũ beneficij curati in dicto Caſali erat tàm tenue, qđ
difficulter Locumtenens Parochi ſe poterat ſuſtentare, multòque minus habere alium Sacerdotem, qui in eccleſiaſticis munijs coadiuuaret, qua
de cauſa multi relinquebant ſeruitium Caſalis,
vt clarè oſtendunt verba proœmialia inſtitutionis
15 dictæ Capellaniæ: † ex quibus colligitur cauſa,
& ratio finalis, l. Titia 134. §. 1. ff. de verb. oblig.
l. & quia §. fin. ff. de pact. Ioan. Garzia in tract. de
nobilit. in diuiſ. num. vlt. Bart. & alij in l. fin. ff. de
hæredib. inſtituend. Burgos de Paz conſil. 32.
num. 6. Menoch. lib. 6. de præſumption. præſumpt. 2. Deciſio Pedemontan. 23. num. 31. vt
cum augmento dictæ Capellaniæ haberet congruam ſuſtentationem Parochus, qui ſeruiret
in dicto Caſali, & Vico natus in eo, aut in dicta
Villa de *Ves*.

Quod confirmatur, quia ipſimet Fundatores,
qui viuunt ad præſens, habent declaratam ſuam
intentionẽ fuiſſe quandò vocarunt naturales dicti loci, quòd intelligerentur etiàm, & poſſent
16 venire nati in Villa tanquàm capite, † cui declarationi ſtandum eſt, cùm non inducat nouam
diſpoſitionem, ſed iàm factam declaret, l. hæredes palàm §. ſed & ſi notam ff. de teſtam. ex qua
com-

communitèr Doctores deducunt, quòd declarãs
nihil de nouo facit, cap.1. de ſum. Trinit. lib.6.
Barbat. in inter Alexandri conſilia,conſ.52.nu.26.
lib.4. Cæphal.conſ.253.num.3. tom.2. Menoch.
lib.1.de arbitrar.Iudic. quæſt.73. nu.17. Deciſio
17 Genuæ 37. num.8. † quia declaratio ineſt actui
declarato, & eſt acceſſoria, & conſequutiua ad
actum declaratum, l.aſſertio ff. de hæred. inſtit.
l. vnum ex familia §. ſi de falcidia ff. de legat. 2.
Anton.Gabr.concluſ.3 de regul.iur. per rotam,
Soccin. conſ.23. col.8. Brun.de ſtatut.& conſti-
18 tutionib. verbo *declarare*, qui tenent, conſtitu-
tionem declaratoriam recipere omnes declara-
tiones,& limitationes, quas recipiebat conſtitu-
tio declarata, & talis declaratio poſteà ſuperue-
niens dicitur nata ipſo facto, & momento, quo
actus declaratus eſt geſtus, & ſic retrotrahitur
ad tempus, & principium actus, qui declaratur,
vt per dictam l.hæredes palàm tradit Paul.Caſt.
ibi §.ſi quid,verſ.*item nota*, Aretin.ibi notab.1.de
teſtament. Bald.in l.non dubium notab.3. de le-
gib.Millis in repertor.verbo *declarationum* 12. &
notatur in cap.licet cauſam. vbi Anton.de Butr.
verſic. *ex his deciditur* de probation. Ant. Gabr.
vbi proximè num 9.& 10.nec poteſt ex declara-
19 toria prætendi generari præiudicium; † ná nã
qui declarar,nihil de nouo facit,nec vni dat par-
ti, nec alteri tollit, vt doctè reſoluit Ludou. Go-
mez reg. cancellar. de non tollendo iure quæſito
quæſt.13. Simonetta de reſeruationib. quæſt. 4.
num.9.Rota deciſ.187.num 3 lib.2.par.3.nouiſſ.
Mandoſ.ſuper regul.17.cancell. quæſt.6. num 2.
20 Anton.Gabr. vbi proximè num.12. † Et decla-
ratio Inſtitutorum ſuperuenientium ad fauorem
dicti Ioannis Garzia debet multum conſiderari,
& facit ceſſare quamlibet aliam legis prouiſio-
nem, quæ dubium faceret, l.fin. C.de pact. con-
uent. l.Neſennius ff.de negot. geſt. Burg. de Paz
conſ.2. num.8. maximè quandò res declarata ab
animo declarantis depender,vt in noſtro caſu,&
tradit Menoch.lib.2.de arb.Iudic. caſu 85.nu.6.

Facit etiàm vlteriùs,quòd primus Capellanus,
qui fuit dictæ Capellaniæ, per cuius obitũ vacat,
fuit Petrus Matthæo natus etiàm in dicta Villã
de *Ves*, quem nominarunt Fundatores; & quan-
dò in prima inſtitutione fuiſſet aliquod dubium,
remanſit declaratum ex hoc facto,& quòd illorũ
mens,& intentio erat,quòd poſſent ſuccedere nati
21 in dicta Villa de *Ves*; † nàm factis nõ minùs,imò
magis quàm verbis voluntas declaratur, l.de qui-
bus,& ibi gloſ.ff.de legib.l.recuſari ff.de acquir.
hæred.vbi glo.dicit,nihil intereſſe,verbis aliquid
fiat an rebus, Alex.conſ.55.nu.15.vol.5. Rebuff.
in tract.de pacific.poſſeſſor.nu.148.Butr.in cap.
22 dilecti num. 1. de appellat. † vt non immeritò
Lucianus in Toxari afferat,res ipſas magis loqui,
quã verba, & Cicero (ſiuè quis ille fuit Author)
in inuectiua contra Saluſtium: *vbi rerum teſtimo-
nia adſunt,quid opus eſt verbis?* Tiraquell. de re-
23 tract. conuent. ad finem tituli num. 76. † & ex
vſu Inſtitutorum eorum mens interpretãda eſt,
argumento l.ſi ſeruus plurium §.vlt. ff. de legat.
24 Roman. in l.hæredes palàm num. 7. † quemad-
modùm ambigua teſtatoris verba ab huiuſmodi
vſu interpretantur, l.cùm alimenta in princ. vbi
Bart. ff. de aliment. & cibar. legat. Paul. Pariſ.
25 conſil. 50. num. 19. lib. 4. † nàm actus ſequens
voluntatem præcedentem declarat, l. ſed Iuli a-
nus §.proinde ff.ad Macedonianum, §.Pauonum
inſtit.de rerum diuiſ. Bart.in l.cœtera §.final. de
legat.1. Marc.Anton.Natra conſ.192.num.4. Io-
ſeph. Ludouic. concluſ.vnica de conſuetud. in
26 princ. † dictaq; obſeruantia debet multùm
conſiderari,vt ex cap.1. vbi DD.de feudi cognit.
tradunt Decius conſ.193. col. penult. Roland. à
Valle conſ.85.incip.Caſtrum num.10. vol.4. De-
ciſio Genuæ 181. num.6. Ioan.Garçia tract. de
27 nobilit.in diuiſ. num.59. † & in proprijs termi-
nis Capellaniæ iuriſpatronatus ex notatis in cap.
cùm dilectus de conſuetud. tenent allegati per
Laurent. Syluan. conſ.88. num.27. & ſeq. lib. 2.
Ioan.Guttier.conſ.2.num.10. qui dicunt,ad hu-
iuſmodi obſeruantiam nõ opus eſſe præſcriptio-
ne, ſed ſufficere ità fuiſſe aliquandò obſeruatum
ſecundùm Anton. de Butrio in cap.vlt. ad med.
de conſuetud. Crauett. conſ.101.num.4 verſic.
& adeò potens eſt, Rocchus de Curte tract. de
conſuetud.num.54.verſ.*quartò quæro*,Petrus Ra-
uenna eodem tract. num.177. Beccius conſ.101.
num.50.lib.1.plures alij relati per Ioſeph.Ludo-
uic. concluſ.vnica de conſuetud. ampliat.1. quæ
omnia procedunt in obſeruantia,quę elicitur ex
facto,l.1.ff.de tritico,vino,& oleo, Bart.in l.cùm
certum num.1.eodem titulo.

28 † Ruſſus, quia ſi attenderetur etiàm linea ſan-
guinis,vt in gratijs, & rebus fauorabilibus, vide-
tur obſeruaſſe Bald. in l. in quibus num.4. C.de
ſecund. nupt. dictus Ioannes Garzia tanquàm
conſanguineus pluriũ ex Inſtitutoribus tàm per
lineam paternam,quàm maternã,in propinquio-
ri gradu veniret pręferendus dicto Didaco Mar-
tinez,qui & remotior eſt, & ſolùm habet paren-
telam cum aliquibus ex dictis Inſtitutoribus per
29 lineam fœmininam; † nàm propinquior in gra-
du præferendus eſt, argum. l. pater filium ff. de
inoffic.teſtam. §.1. inſt. de legit.agnator.ſucceſſ.
cum adductis per Tiraquell. de iure primogen.
quæſt.40. num.102. Boer.conſ.10.nu.17.& conſ.
32. num.7. Rota deciſ.227.num.2.par.2. diuerſ.
Sacri Palatij, vel qui vtroq; ex latere eſt coniun-
30 ctus, vti dictus Ioannes Garzia, † quemadmo-
dùm in ſucceſſionibus ab inteſtato concurrenti-
bus fratribus vtrinque coniunctis,aut eorũ filijs,
cũ ſolo ex vno latere coniunctis,nàm primi præ-
feruntur,& ſoli hæreditatem capiunt, auth.ceſ-
ſante C. de legit.hæred. & auth. itaquè C.com-
31 mun.de ſucceſſ.l.1.tit.13.par.6. † nàm duo hæc
conſanguinitatis vincula magis debent operari,
quàm ſimplex,l.Baliſta,vbi Scribentes ff.ad S.C.
Trebellian. l.cùm ſcimus,vbi Bart. de agricol.&
cenſit.lib.11. Roland.à Valle conſ.37.nu.13. vol.
2.& conſ.25.nu.35.vol.4.Cæphal.conſ.168.nu.7.
tom.2.Alex.conſ.195.nu.6.lib.2.

Et confirmatur, quia ſecundùm prædicta à
Patronus, qui nominauit dictum Ioannem Gar-
zia ſeruauit voluntatem Inſtitutorum, & formã
ab eis præfixã,& è contrario alij duo Patroni,qui
nominarunt dictum Didacum Martinez fecerũt
contrà formam,& conditionem præfixam,& ſic
32 nullitèr; † nàm cũ forma ſit,quæ dat eſſe rei,l.Iu-

Digitized by Google

lianus §. ſed ſi quis ff. ad exhibendum, Marc. Ant. Eugen. conſ 19. num. 27. lib. 1. latè Tiraquell. de
33 retract. lignag. §. 1. gloſ. 20. num. 11. † & ideò non eſt ab ea recedendum, vt tradunt Iaſ. conſ. 162. in fine lib. 2. Decius conſ. 532. num. 2. Menoch. conſ. 243. num. 17. lib. 3. Roland. à Valle conſ. 72. nu. 58. vol. 3. & conſ. 59. num. 35. & ſeq. eodem vol. Ca-
34 ualcan. deciſ. Fiuizan. 23. nu. 6. † nàm ſi non ſeruetur, corruit actus, & eſt nullus, l. cùm hi §. ſi prætor ff. de tranſact. Alexand. conſ. 138. num. 6. lib. 7 Cæphal. conſ. 219. num. 4. tom. 2. Caualcan. deciſ. 13. nu. 3. Marc. Anton. Eugen. conſ. 88. nu.
35 43. Pariſius conſ. 19. num. 188. lib. 2. † eò quòd formam neceſſariam omittentes præſumuntur actum eluſoriũ velle facere, l. an inutilis in princ. ff. de acceptilat. l. ſi vnus C. de teſtament. Mantic. lib. 4. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 1. num. 27. & cũ dictus Didacus Martinez ſit naturalis Oppidi Alcalà del Rio tàm diſtanti à dicta Villa de
36 *Ves*, & Caſali prædicto, † cui nullatènus conueniunt verba inſtitutionis, & ideò non debet cõſequi commodum ex ea, l. ità in princ. ff. de adminiſtrat. tutor. Alexand. conſ. 2. num. 4. lib. 4. Burgos de Paz conſ. 25. num. 27.

Quarè duæ primæ ſententiæ in fauorem dicti Didaci Martinez prolatæ veniunt reuocãdæ, maximè cùm ſecũda prolata fuerit à Prouiſore Epiſcopatus Conchen. ſiuè Vicario ſede vacante à
37 Capitulo deputato, qui Theologus eſt, † nec in Iure Pontificio Doctor, aut Licentiatus exiſtit, vt requirere videtur Sanctum Concil. Trident.
38 ſeſſ. 24. de reformat. cap. 16. † nec de Aſſeſſoris Iuriſperiti conſilio eam tulit, ob cuius defectum ſententia eſt nulla, iuxta ea, quæ in ſimili latè tradit Azeuedo in Additionib. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 6. num. 108. & ſeqq. ad quem vti latè tractantẽ remiſiſſe ſufficit, vt ità pronunciari debeat in hac vltima, ſiuè tertia inſtantia in fauorẽ dicti Ioannis Garzia, quod mihi rationi, & iuribus conſonum videtur, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtibus diſtinguentibus eſt magis ſtandum, & num. 7.*
2 *Indiſtinctè loquens reprehendi meretur.*
3 *Diſtinctio, per quam ceſſant abſurda, & contrarietates ſequi debet.*
4 *Opinio Doctoris diſtinguẽtis eſt veritati proximior, & ſequenda.*
5 *Diſtinguendo concordantur ſcripturæ.*
6 *Statutum antiquum diſponens diſtinctè, non tollitur per nouum indiſtinctum.*
8 *Princeps creat Notarios regios, & Prælatus in Eccleſiaſticis. & num. 9.*
10 *Secretarij Capituli æquiparantur Notarijs nauiũ, qui non faciunt fidem extrà illas.*
11 *Secretarius Capituli Eccleſiæ non facit fidem extrà res illius.*
12 *Tabelliones* de Conſejo *quid poſſint facere, & quæ non.*
13 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
14 *Probatio debet eſſe certa.*
15 *Probatio incerta non releuat.*
16 *Iudex in dubio cenſetur aditus tanquàm ordinarius.*
17 *Vicarius Epiſcopi eſt Iudex ordinarius in Diœceſi.*
18 *Epiſcopi, & Vicarij eſt idem Tribunal, & poteſtas eadem.*
19 *Inter Epiſcopum, & Vicarium non eſt dare medium.*
20 *Vicarium Epiſcopi offendens, dicitur offendere Epiſcopum.*
21 *Ordinario cùm defertur adminiſtratio, eſt vti Ordinario.*
22 *Iuriſdictio ordinaria firmior eſt, quàm delegata.*
23 *Poteſtatem duplicem habens, cenſetur actum facere ex vtiliori, & firmiori.*
24 *Iuriſdictio delegata expirat, ſuperueniente in eo ordinaria.*
25 *Iuriſdictio regulariter intelligitur de ordinaria.*
26 *Ordinaria iuriſdictio eſt fauorabilis.*
27 *Vicarius Epiſcopi cenſetur actum feciſſe tanquàm ordinarius.*
28 *Actum præſumitur quis facere potiùs iure ordinario, quàm extraordinario.*
29 *Decimæ omnes Diœceſis iure communi erant ſub Epiſcopi adminiſtratione.*
30 *Singula vt ſingulis referantur, debet ſumi interpretatio.*
31 *Teſtium concordia curari debet, vt periurium euitetur*
32 *Dominus D. Petrus Ciſontes Conſiliarius ſupremæ Inquiſitionis laudatur.*
33 *Immemorialis conſuetudo habet vim priuilegij.*
34 *Immemorialis inducit priuilegium.*
35 *Immemorialis habet vim legis conſtitutæ.*
36 *Immemorialis habet vim cõceſſionis factæ à Principe cum cauſa.*
37 *Immemorialis ſecundùm plures præualet conceſſioni Principis, & Papæ.*
38 *Conſuetudinem contrà longinquam nihil eſt inducendum.*
39 *Scientia, & patientia inducit conſenſum.*
40 *Poſſeſſor olim, & hodiè præſumitur poſſidere.*
41 *Poſſeſſio antiqua præſumitur habere iuſtitiam permanentem.*
42 *Poſſeſſio antiqua habet pro ſe præſumptionem.*
43 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina.*
44 *Clandeſtinitas poſſeſſionis ex quibus præſumatur.*
45 *Poſſeſſionem antiquiorem probans, debet obtinere in poſſeſſorio.*
46 *Poſſeſſor antiquior poteſt opponere recentiori defectum bonæ fidei.*
47 *Argumentum à veriſimili negatiuè validum eſt in iure.*
48 *Notariorum imperitia magna damna ſolet cauſare.*
49 *Notariorũ numerus, quòd ſit certus maximè conuenit.*
50 *Notarij numerarij ſunt fauorabiliores.*
51 *Notariorum, & Tabellionum numerus augeri non debet à Principe.*
52 *Officia augmẽtata vltrà numerum debent conſumi.*
53 *Poſſeſſio titulata debet præferri.*
54 *Poſſeſſio ſinè titulo cenſetur iniuſta.*
55 *Poſſeſſio ſinè titulo præſumitur præcaria.*

56 Præ-

56 Precarij natura eſt, vt ad nutum concedentis reuocetur.
57 Precaria poſſeſſio ſine Domini voluntate eſt violenta.
58 Acta iudicialia ſcribi nequeunt, niſi per Actuarium ad id deputatum.
59 Scribere non poteſt etiam de partium conſenſu Tabellio non deputatus à ſuperiore, & nu.77.
60 Intellectus l.34. tit. 18. lib.6. noua recop. quod non poſſit eſſe Tabellio ſuper rebus extrahi prohibitis, niſi deputatus à Iudice.
61 Tabelliones de numero vbi ſunt, olij non poſſunt conficere inſtrumenta, nec teſtamenta.
L.1. tit.25. lib.4. nouæ recopil. intelligitur etiam in Notarijs numerarijs, eodem num. & nu 67.
62 Lex intelligitur ſecundum rubricam, ſub qua eſt ſita.
63 Rubrica, & lex debent conuenire inter ſe.
64 Rubrica generalior lege declarat illam.
65 Rubrica generalis legem extendit, & nu 66.
68 Matricula non comprehenſi, cenſentur priuati.
69 Notarij non matriculati non poſſunt conficere inſtrumenta.
70 L.1. tit.25. lib.4. nouæ recopil. procedit etiam in actibus iudicialibus conficiendis à Tabellione, vel Notario.
71 Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.
72 Relatio ſemper intelligitur facta cum qualitatibus referentis.
73 Acta iudicialia ſi non fiant coram Notarijs de numero fidem non faciunt.
74 Notarius forenſis non poteſt rogari in territorio alieno.
75 Territorium eſt terminus deputatus ad exercitium iuriſdictionis.
76 Ius dicentis ad officium ſpectat deputare Notariū, vel eligere, qui ſcribat in cauſa.
78 Notarij, qui nō ſunt de numero, cenſentur priuati.
79 Tabellio vnus non debet inuadere terminos alterius.
80 Notarius ab alio, quàm Principe creatus non poteſt inſtrumēta conficere extra territorium illius, qui eum creauit.
81 Perdere ſuum nemo præſumitur.
82 Immiſcens ſe in rebus ad eum non pertinentibus eſt in culpa.
83 Officialis vnus non poteſt ſe intromittere de officio alterius, & nu.92.
84 Intromittere ſe quis non debet in officio, aut iuriſdictione alterius.
85 Conceſſum vni, cenſetur alteri prohibitum.
86 Officia vbi ſunt diſtincta, vnus non ſe intromittit in officio alterius.
87 Reipublicæ ordo confunditur, ſi iuriſdictio ſua vnicuique non ſeruatur.
88 Abſurdum eſt promiſcuis actibus rerum turbari officia, & vni creditum ab alio ſubtrahi.
89 Aduocatorum numerus vbi eſt certus, alij non poſſunt aduocare.
90 Notarius vnius Banci non ſe intromittit in cauſis alterius Banci.
91 Notarius vnius Tribunalis non conficit acta in alio Tribunali.
93 Acta à Notario alieno non valent.
94 Procuratoris confeſſio facta in iudicio præiudicat domino.
95 Confeſſione non eſt vlla maior probatio, & nu.96.
97 Confeſſio eſt efficacior probatio de mundo.
98 Confeſſio eſt ſuperlatiua aliarum probationum.
99 Confeſſio te am aut ordinem iudicij non requirit.
100 Confeſſio partis releuat aduerſarium ab onere probandi.
101 Probatio regulariter non admittitur contrà præſumptionem iuris, & de iure.
102 Probatio per confeſſionem admittitur contrà præſumptionem iuris, & de iure.
103 Indignum eſt quòd quis impugnet, quod propria voce dixerat.
104 Probatio ſinè partis citatione eſt nulla.
105 Acta in iudicio ſummario non probant in plenaria.
106 Sententia lata in iudicio ſummario non nocet in ordinario.
107 Teſtis non repetitus parte citata non probat, etiàm ſi mortuus ſit, nu.108. & 110.
109 Teſtes recepti in iudicio ſummario non probant, niſi reproducantur in plenario, prolata interloquutoria ad probandum.
111 Teſtis animosè deponens redditur ſuſpectus.
112 Experientia eſt magiſtra rerum.
113 Experimentum vbi adeſt, non eſt locus ſpeculationibus.
114 Veriſimilitudo attenditur in probationibus.
115 Veriſimilitudo eſt regulariter attendenda.
116 Veriſimilia, quæ non ſunt, debent reijci.
117 Veriſimile dicitur cognatum naturæ.
118 Veriſimile quod non eſt, habet imaginem falſitatis.
119 Incredibile, & non veriſimile pro eodem ſumuntur.
120 Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis creditur, etiàm ſi pauciores ſint, & nu.121.
122 Teſtes habentes affectionem in cauſa repelluntur.
123 Coloni reprobantur tanquàm domeſtici in cauſa domini.
124 Teſtes familiares reprobantur.
125 Teſtes adhærentes, & alijs operantes reprobantur.
126 Teſtes debent carere omni ſuſpitione.
127 Teſtibus intereſſe habentibus non creditur.
128 Teſtis in propria cauſa nullus eſſe poteſt.
129 A. Gellius lib.14. noct. Attic. cap.2. ponderatur circo officium Iudicis.
130 Teſtis commodum ſentiens non probat, & nu.131.
132 Canonicus in cauſa Concanonici an poſſit eſſe Iudex.
133 Canonicus pro Concanonico teſtis eſſe non poteſt.
134 Probatio per inſtrumenta efficacior eſt.
135 Memor præſumitur quilibet eorum, quæ fecit.
136 Ignorantia in proprio facto non eſt tolerabilis, nec veriſimilis.
137 Ignorantia non probabilis non admittitur, ſed reprehenditur.
138 Ignorantia non probabilis habet vim ſcientiæ.
139 Teſtes ſibi ipſis contrarij non faciunt fidem.
140 Teſtis falſus, aut mendax fidem non facit.
141 Immemorialis requirit tempus ſuprà centū annos.
142 Immemorialis ad minus requirit centum annos ſecundùm aliquos.

143 *Immemorialis eſſentia eſt, vt non conſtet de certo initio.*
144 *Teſti periuro non creditur.*
145 *Teſtis periurus in aliquo etiàm acceſſorio non facit fidem.*
146 *Teſtium reprobatio facit præiudicium toti cauſæ.*
147 *Teſtis reprobatus habetur, ac ſi non fuiſſet productus.*
148 *Teſtis productus ab aliquo non poteſt ab ipſo reprobari.*
149 *Teſtis deponens contrà producentem plenè probat.*
150 *Teſtis de credulitate ſecundùm plures probat contrà producentem.*
151 *Falſitas præſumitur ex diuerſitate atramenti, & literarum.*
152 *Sententia, & res iudicata qualitèr ſucceſſori noceat.*
153 *Sententia lata cum legitimò cōtradictore alijs præiudicat.*
154 *Sententia lata cum eo, ad quem negotium principalitèr pertinebat, nocet alijs.*
155 *Citari ſufficit eum, quem tangit principalitèr negotium,*
156 *Fideiuſſor non debet citari ad cauſam, quæ vertitur cum principali.*
157 *Argumentum à contrario ſenſu eſt de iure validum.*
158 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam pro veritate habetur.*
159 *Sententia quandò in alio iudicio producta vires habeat res iudicatæ.*
160 *Sententia inter alios lata, ad minus facit aliquale præiudicium.*
161 *Sententia lata ſuper feudo quandò alijs preiudicet.*
162 *Sententia lata contra inſtitutum, præiudicat ſubſtituto.*
163 *Notitia præſumitur ex vicinitate.*
164 *Capitulum, quod ſciuit cauſam tractari cum ſuo Secretario, ſi illam non defendit, ſibi præiudicat.*
165 *Sententia vbi nocet, nocent acta proceſſus, etiàm inter alios.*
166 *Sede vacante facta per Capitulum, non nocent iuribus dignitatis Epiſcopalis.*
167 *Eccleſia Cathedrali vacante non debet contrà illam aliquid præiudiciale introduci, maximè per Capitulum.*

P R O

Quatuor Notarijs perpetuis Tribunalis Epiſcopalis Ciuitatis Conchenſis.

C V M

Decano, & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Conchenſis, & eorum Secretario.

A R G V M E N T V M.

Acta iuriſdictionalia Tribunalis Eccleſiaſtici debent actitari coram Notarijs numerarijs priuatiuè ad alios Notarios Apoſtolicos, & Secretarium Capituli. Et quid in hoc operetur conſuetudo, & in expeditione, seù locatione communium redituum decimalium intèr Regem, Epiſcopum, & alios Participantes; & alia circa officia inuicem non turbanda.

C O N S I L I V M CXXI.

SVpponitur in facto, quòd Eccleſia Conchenſis, & illius Decanus, & Capitulum prætendunt, eorum Secretarium expedire poſſe res omnes tangentes reditus decimales, etiàm in quibus Sua Maieſtas, Epiſcopus, Parochi, & alij Beneficiati habēt ſuas portiones, & hoc illis competerè iure præeminētiæ, & prærogatiuæ, talitèr quòd abſq; eorum licentia nullus alius valeat expedire.

Item prætendunt, quòd ea, quæ Prouiſor, seù Vicarius generalis Epiſcopi ſolet prouidere circa arrendamenta, seù locationes, & exactiones redituum decimalium, facit non iure iuriſdictionis ordinariæ, ſed tanquàm Iudex, vt ipſi dicunt *de rentas*.

Ex aduerſo per dictos quatuor Notarios prætenditur, quòd exiſtunt in poſſeſſione, vel quaſi à tempore immemoriali, quòd omnes res, quas habet expedire Vicarius generalis Epiſcopi ſuper reditibus communibus, in quibus Rex, Epiſcopus, & alij habent ſuas portiones, debent expediri coram ipſis priuatiuè, & per eos præſtari mandara oportuna ad exactionem: Et quòd in alijs redditibus tantummodò, in quibus habent intereſſe Decanus, & Capitulum, & non alij poſſit Decanus, vel alius deputatus Iudex ſuorum redituum expedire coram ſuo Secretario.

Et licet in quodam iudicio per viam querelæ intentato pro parte dictorum Decani, & Capituli coram Locumtenente Prætoris dictæ Ciuitatis contra dictos quatuor Notarios perpetuos viſi fuerint probare, quòd eorum Secretarius ab immemorabili tempore per ſe, aut eius ſubſtitutos Notarios Apoſtolicos abſquè alterius interuentu interſuerat in arrendamentis redituum collationum vicinitatum Conchenſium, & Caſtiorum quinque ſexmorum, & Serræ, seù Terrarum montaneæ dictæ Ciuitatis, & redituum pilarum baptiſmalium, & dimidiarum annatarū, & reditaum fabricæ dictæ Cathedralis, & Preſtimoniorum, quæ habet Epiſcopus in Archidiaconatu Conchēſi, & redecimarum Archidiaconi, quandò locantur in eadem Eccleſia inſimul cum dictis refectorijs, reditibus vini, & agnorum, veſtiarijs Canonicorum, & pane vicinorum Con-

Conchenſium,& Caſitijs quinque Eccleſiarum Parochialium Villæ de Alarcon, & quòd coram ipſo fiunt arrendaméta,& addictiones,& ſumuntur obligationes, & fideiuſſiones à Conductoribus, ſeù Arrendatoribus,& promulgantur ſententiæ excõmunicationis, cum aggrauationibus vſquè ad inuocationem brachij ſæcularis, & ſupèr expeditione Tertiariarum panis vicinorum Conchenſium, & Caſtriorum de Alarcon cum omnibus annexis, & dependentibus à dictis reditibus abſque eo, quòd quatuor Notarij perpetui, nec eorum anteceſſores in præfatis rebus ſe intromiſerint abſque ſpeciali licẽtia Capituli, & quòd dicti quatuor Notarij nouitèr prætendebant, quòd debebant rogari ſuper quibuſdam obligationibus redituum decimalium, & expedire recudimenta illorum, non obſtante, quòd factæ fuiſſent addictiones coram Ioanne de Lizaſſo eorum Secretario,& rupiſſe literas Tertiariarum, quas tranſmittebat ad Prouiſorem generalem, vt ab ipſo ſignarentur, ac cancellaſſe ſubſcriptiones dicti Secretarij, producentes ad probandum dictam querelam aliquot recudimenta, quæ dictus Ioannes de Lizaſſo fabricauerat ad colorandum ſuam pretenſionem; productis etiã quibuſdam teſtibus, quorũ aliqui depoſuerunt, quòd Secretarij prędicti, quorum nomina ſpecificarunt, & aliquos ipſorum fuiſſe ex dictis quatuor Notarijs perpetuis ex nominatione dictorũ Decani, & Capituli faciebant expeditiones non tanquàm Notarij, ſed tanquã Secretarij. Et quòd Prouiſor aſſiſtebat arrendamentis tanquàm Iudex redituum, & pro portione Epiſcopi,& non tanquàm Iudex ordinarius, aliqui tamen ex prædictis teſtibus, & inter eos Ioannes Trillano declarant generalitatẽ aliorum, videlicèt, quòd ea, quæ expediebantur coram Secretarijs, erant ſuper reditibus tangentibus dictis Decano,& Capitulo,& non in alijs communibus, quia Tertiariæ expediebantur ſubſcriptæ per aliquem ex quatuor Notarijs Audientiæ Epiſcopalis, talitèr quòd Ioannes de Moia teſtis ex aduerſo productus affirmauit obtinuiſſe plures Tertiarias expeditas per Iulianum de Tudela, & Hieronymũ Auguſtinum de Cuellar, qui fuerãt Notarij perpetui.

Quatuor Notarij perpetui pro ſui iuris defenſione articularunt, & probarunt cum magno teſtium numero, quòd ipſi, & alij Notarij perpetui Audiẽtiæ Epiſcopalis extitere in quaſi poſſeſſione pacifica, & quieta à tempore immemorabili, quòd coram eis priuatiuè fierent acta iudicialia, vidẽtibus, & conſentientibus, ac minimè contradicentibus dictis Decano, & Capitulo, & ſuis Secretarijs,& ad eos ſolummodò ſpectauiſſe ſcribere, quòd intrà Capitulum, & capitularitèr decernebatur; & quòd ſolummodò de illis rebus poterat rogari,& fidem facere, non tamèn vt decerneret mandata, quæ fierent cum cenſuris, nec coram ipſo decernerentur decreta vulgaritèr dicta *ita pronuncio*, eò quòd ſolummodò ſpectarent ad iuriſdictionem ordinariam Epiſcopi, vel ſui Vicarij, & ſui Tribunalis; & quòd ſi tempore aliquo Secretarij prædicti fidem fecerunt, aut ſubſcripſere recudiméta, aut ſimiles literas ſuper exactione decimarum, aut alios actus, non id fecere tanquàm Secretarij Capituli; ſed quia erant ex quatuor Notarijs perpetuis, prout eodem tẽpore fuere Chriſtophorus de Morillas, & Michael Munxaraz eius filius, eò quòd Capitulum, & inferiores à Principe, vel Epiſcopo carent poteſtate creandi Notarios, vel Officiales publicos, qui faciant fidem de ſcripturis,& actis, quæ corã ipſis fiunt,& quòd à dicto tempore immemorabili extitere in poſſeſſione faciendi omnia acta tangentia redditus, & arrendaméta panis, & vini de Alarcon,& collationum, & quòd dicti Secretarij, qui erant etiàm ex Notarijs perpetuis tanquàm tales faciebant prædicta, & omnia alia, quę tangebant Epiſcopum,& eius prouiſorem ratione iuriſdictionis ordinariæ, & quòd ſi aliquandò ea intentarunt facere tanquàm Secretarij, fuerũt ruptæ, & cãcellatæ expeditiones à Prouiſoribus, & puniti pro exceſſu.

Vndè cùm teſtes quatuor Notariorum deponant diſtinguendo, quòd in omnibus, in quibus Epiſcopus eſt particeps redituum decimalium, vel in actis, & caſibus ad iuriſdictionem ordinariam pertinẽtibus eos ſolos fuiſſe rogatos, & expeditiones feciſſe, Secretarios autẽ ſolummodò in rebus Capitulum tangentibus, eò quòd cum diſtinctione deponunt, præualẽt depoſitioni generali teſtium Decani,& Capituli,& ſui Secreta-
1 rij. † Sicut enim diſtinguẽtibus tanquàm medijs,
& appropinquantibus veritati ſtandũ eſt, vt poſt
Senecam à ſe allegatum tradit Salicet. in præfat.
Codicis, & in l.filiæ, cuius nomine pater, verſic.
expeditis cũ glo. C. famil. erciſc. nu. 5. quos refert,
& ſequitur Peralta in relect. l. vnum ex familia
§. rogo num. 17. ff. de legat. 2. Berous conſil. 100.
num. 3. vol. 1. Surd. conſ. 386. num. 25. vol. 2. gloſ.&
idem Salic. in l. apud antiquos verſic. *item nota* C.
de furtis, quem refert, & ſequitur Mantic. lib. 8.
de coniectur. vltimar. volunt. tit. 3. num. 9. & ex l.
adeò §. cùm quis verſ. *eſt tamen etiam media* ff. de
acquirend. rerum dominio, cum notatis in cap.
quærenti de offic. deleg. tradit Ioſeph. Ludouic.
2 deciſ. Peruſ. 71. num. 10. 2. par. † facit, quod reprehendi
ſolet, qui indiſtinctè loquitur gloſ. fin.
in l. vltim. ff. ad l. Rhodiam de iactu, gloſ. 2. in l.
Pomponius ſcribit ff. de negot. geſt. ex d. l. vlt. §.
1. & vlt. l. Papinianus ff de minorib. Soccin. in l.
demonſtratio falſa colum. 2. ff. de condit. & demonſtrat.
Ioan. de Neuiz. lib. 5. Siluæ nupt. nu. 29.
& Dantes in Paradiſo cantu 13. poſt medium
damnat reſpondentes ſine diſtinctione, Borgnin.
3 Caualc. deciſ. Fiuizan. 28. num. 18. 1. par. † & per
hanc diſtinctionẽ ceſſant abſurda, & contrarietates,
& ideò eam debemus ſequi, cap. inter dilectos
§. porrò de fide inſt. Bart. in l. final. §. idem
quæſijt ff. de condict. indeb. Paul. Pariſ. conſ. 20.
4 conceſſio in perſonam nu. 22. lib. 1. † vndè eadem
ratione opinio, & aſſertio Doctoris diſtinguentis
præfertur tanquàm veritati proximior; & ideò
ſequenda, vt ex §. quibus in t. conſtit. Codicis, &
l. vlt. C. de edendo, tradit Ioan. de Neuizan. lib. 5.
Siluæ nuptial. quomodò ſit iudicandum nu. 32.
ex l. ita ſtipulatus ff. de verbor. oblig. l. falſus §. 1.
ff. de furtis, tradunt gloſ. verbo *ab initio* circa
finem in clem. ſcientes de cenſib. Alex. conſ. 50. in

causa

cauſa, & lite num.7.vol.7. Octauian.deciſ.Pedemontan.21.num.16.Mantic.vbi proximè, plures relati per Coratium in tract. de commun. opin. lib.1.tit.6.nu.80. Ioſeph.Ludouic. deciſ.Lucenſ. 29. eodem num. Deciſ.Genuæ 20.num.5. Marc.
5 Antnn.Eugen. conſ.91. num.58. vol.1. † diſtinguendo enim tempora ſcripturæ concordantur, cap.ſi peccauerit 19. 2. quæſt.1. cap. anteceſſor verſ.*diſtinguite* 11.quæſt.3. Tancred.lib.3. de ordine iudicior.tit.15.de probat.iuris §.2.Cyn.in l. cùm non ſolùm nu.4. in fin. C.de bonis quæ lib. Petr. Gregor. tom. 2. ſyntax. artis mirab. lib.5. cap.12.num.15.Michael de Aninio tract.de vnit. ouil.& paſt.cap.24.nu.13. facit notabilis doctrina Anchar.in cap.canonū ſtatuta quæſt.14. principali 1.memb. de conſt. Ioan.Andr. in addit. ad Specul.lib.2.tit.de execut.ſenten.num.6.in §.po-
6 ſtremo, † quòd ſi ſtatutum antiquum loquitur diſtinctè, nouum autèm indiſtinctè, per nouum non derogatur antiquum, ſed per antiquum diſtinguitur, ſequuntur Corne.conſ.199.nu.67.lib. 2. Aym.Crau. conſ.70.num.15.par.1.gloſ.verbo *omnibus* in l.apud antiquos C.de furtis, vbi Bar. Bal.& Salicet. Ioſeph.Ludouic. vbi proximè nu. 83. gloſ. verbo *non eſſe* in l.ſupellectilit 3. ff.de ſu-
7 pellect. legat. † quare eodem modo his teſtibus diſtinguentibus ſtandum erit, quibus ex diſtinctione depoſitionis potiùs lux veritatis aſſulit, argum. cap.licèt cauſam de probat. Rebuff.in tract.de reprobat.& ſaluat.teſtium nu.16.verſic. *ſecundò*. Et ità quòd teſtibus diſtinguentibus, & in ſpecie deponentibus magis credi debeat, poſt Alex.conſ.148.num.3.lib.2.& conſ.88. nu.8. lib. 5. & Marſil. in praxi §.diligentèr nu.199. tradit Deciſ.Genuæ 189. num.7. Maximè cùm contra Secretarium faciat ius aliquod nō poſſe prætendere ad fidem publicam faciendam ex nominatione à Capitulo facta circà Secretariæ munus.
8 † Solus enim Princeps creat, & facit Officiales publicos, qui fidem faciant de rebus, de quibus roganturi& Prælati nō alij inferiores, vt de Principibus,& ab eis priuilegium habentibus ſolummodò tradit Innoc.in cap.cùm P. Tabellio nu.1. & 3. Abb.7.& Anton.de Butrio de fide inſtrum. Specul.2.tom.tit.de inſtrum.edit.§.reſtat nu.22. Bald.num.4 in rubr.C.de fide inſtrum.l.3.tit.19. par.3. vbi Gregor.Lopez gloſ.1.7.& 8. Mandoſ. reg.13.cancell. de reuocationib. num.5. Auend. 1.par. cap.10.prætorum num.1. Couar.in pract. quæſt.cap.19.num.9. Azeued.in rub.tit.25.lib.4. nouæ recopil.num.2.Menoc.lib.2.de præſumpt.
9 præſumpt.78. num.3. † & de Epiſcopis Specul. vbi proximè,& num.25. argum.tex.in auth.de tabellionibus §.penult. collat.4. cap.regenda 10. quæſt.1.Felyn.in cap.cùm P.Tabellio de fide inſtrumentor. Altamiran. in tract.de viſitat. ſuper verbo *debeant quidèm* num.11. & fauet Henric. de Bottis in tit.de ſynodo Epiſcopi 3.par. art.1. nu.297.Aufrer.de poteſt.Eccleſ.quæſt.35.nu.27. Boer.deciſ.50.nu.16.& deciſ.258.nu.15. Auend.
10 de exequend.mandat.1.par.cap.20.nu.2. † indè Secretarij huiuſmodi ſunt ad inſtar Notariorum nauium,de quibus in l.1.tit.9.par.5. qui licèt de rebus, quæ fiunt intrà nauim ipſam faciāt fidem; non tamèn ſi ſupèr alijs inſtrumenta conficiant, ſecundùm Gregor. ibi gloſ.3. & habetur 2. par. Regiarum ſchedularum Conſilij Indiarum fol.
11 351. † Ità eodem modo hi Secretarij intrà Capitulum fidem faciant, non tamen extrà Capitulum, nec in alijs actibus, quàm Capitularibus,
12 † facit,quòd cùm Tabelliones *de Conſejo* certas ſolùm res, de quibus in tit.26.lib.4. nouæ recopilat.poſſint facere, ſi alia faciant, nullam faciant fidem, vt tradit Auend. de exequend.mand.Regum 2.par. cap.15. num.7. Azeued.in notula ad dictum tit.26.maximè cùm aduerſariorum probatio non concludat legitimè quòad Notarios perpetuos, qui ſimul erant Secretarij Capituli, dicendo,actus,de quibus rogabantur feciſſe tanquàm Secretarios,& nō tanquàm Notarios,cùm
13 probatio iſta non concludat, † cùm non probet hoc eſſe, quod ab hoc abeſſe poteſt, l. neque natales C.de probat.cap.in præſentia eod.tit. l.non hoc C. vnde cognati, text. in cap.2. de tranſlat. Epiſc. Abbas num.3. in cap. illud de præſumpt. & in cap.cùm cauſa num.7. poſt med.de ſent. & re iudic. Paul.Caſtrenſ.conſ.26.num.7.vol.3.Pet. Royz. deciſ.Lituanica 2.num.94.Ioſeph.Ludou.
14 deciſ.Peruſina 71.nu.15.2.par. † probatio enim cùm debeat eſſe omninò certa, l.Lucio §.pater, vbi Florian.de Sancto Petro num.4 ff.de legat.2. Bald.in l.1.num.3.C.de probat. Bart.num.1.in l. ſi quis intentione ambigua ff.de iudic. cap.ex literis de probat. Anton.de Butrio in cap.cùm ad ſedem 15.num.24.de reſt. ſpoliator. Abb.in cap. cùm tu 16.nu.5. in fine de teſtibus,Bald.in l.ſi ex cautione num.18. C.de non numer.pecun. Alex.
15 in l. ſi conſtante 21. nu.27. ff.ſolut. matr. † quia aliàs nō reuelat, vt in dubia,& incerta probatione tradit tex. in l.ſi in rem ff.de reiuendic. Alex. conſ.66.in cauſa, & lite num.12.vol.7. Roderic. Suarez in l.2.tit.de *las arrhas* num.20. Tiraquell. de retract.lignag. §.1. gloſ.16. num.4. & 5. Alex. conſ.132. num.18.vol.5. Abb.in cap.ex tenore 35.num.2.de teſtib.Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.1. num. 358. Maximè nàm cùm habeant dicti quattuor Notarij probatum concludentèr, quòd dictus Chriſtophorus de Morillas in rebus concernētibus reditus decimales,in quibus Epiſcopus habebat partē,ſubſcribebat vt Notarius, & non vti Secretarius, & quòd hoc non obſtante, vt omnis occaſio dubij tolleretur, fuit illi iniunctum pro parte Epiſcopi,quòd eligeret vnum ex dictis officis,& aliud renunciaret,eò quòd expeditiones redituum prædictorū,in quibus Epiſcopus erat particeps, fiebant per Prouiſorem tanquàm ordinarium,& priuatiuè, & coram aliquo ex dictis quatuor Notarijs,ideò nō fuit permiſſum dictis Chriſtophoro de Morillas, & eius filio, quòd ſe ſubſcriberent, nec nominarent Secretarij, ſed tanquàm Notarij; nàm quòd ſecus fiebat, nec admittebatur, ſed cancellabatur, ac rumpebatur à dictis Prouiſoribus.

Et quòd dictus Prouiſor iuriſdictionem exerceret ordinariā,& non tanquàm Iudex *de rentas*, vt cōfinxit dictus Ioannes de Lizaſſo,cuius fuiſſe inuentum tale nomen, multi teſtes deponunt,
16 probatur, † quia Iudex in dubio videtur aditus tanquàm ordinarius, probat Alex.conſ.55.nu.5. & 14. lib.3. etiàm quandò haberet aliam iuriſdictionem,

17 ctionem, quæ nō fuiſſet expreſſa, tum quia † Vi-
carius Epiſcopi ordinarius dicitur, gloſſ. in cap.
2. verbo *officialem* de officio Vicarij in 6. & in
cap. perlectis verbo *iurgia* 25. diſt. & in cap. Ro-
mana verbo *generalitèr* de appell. in 6. Felyn. in
rubr. de offic. deleg. num. 4. Couar. lib. 3. variar.
reſol. cap. 10. nu. 4. Paz in praxi 2. tom. 3. prælud.
num. 4. Roland. conſ. 47. nu. 28. vol. 1. Abb. nu. 11.
in cap. quoniàm Abbas 14. de offic. deleg. Alex.
18 nu. 15. in rubr. ff. de officio eius. † Et eadem eſt
Epiſcopi, & eius Vicarij poteſtas, & idem ambo-
rum Tribunal, cap. 2. de conſuet. in 6. cap. Ro-
mana in princ. de appellat. eodem lib. Rota de-
ciſ. 7. de officio Vicarij in nouis. num. 4. Segura in
direct. Iudic. Eccleſiaſt. 2. par. cap. 16. num. 3. Ca-
pell. Tholoſ. queſt. 148. vbi Aufrer. in Additionib.
19 † nec inter Epiſcopum, & eius Vicarium eſt da-
re medium, vt ſcribit Abb. conſ. 21. in fine lib. 1.
Salzedo in pract. crim. canon. cap. 73. verbo *di-
ſpenſet* verſ. *tùm quia ſanctum*, & facit Auiles cap.
20 4. prætorum gloſ. iuſtitia num. 12. dicens, † quòd
offendēs Vicarium Epiſcopi, ipſum Epiſcopum
21 offendere dicitur; † Et quandò adminiſtratio
Eccleſiæ defertur Ordinario, dicitur habere or-
dinariam, & non delegatam iuriſdictionem in
adminiſtratione, gloſſ. verbo *confirmatus* in cap.
is, cui de elect. lib. 6. Iacob. Puteus dec. 223. nu. 3.
22 lib. 2. † nàm cū iuriſdictio ordinaria ſit firmior,
quàm alia, etiàm à Principe delegata, vt poſt Ar-
chidiac. in cap. ſi Epiſcopus 2. quæſt. 6. refert, &
ſequitur Bal. in l. ſi vt proponis *la primera* num. 7.
& 9. C. quomodò, & quandò Iudex, Alexand. &
Decius num. 5. in rubr. ff. de officio eius, cui man-
data eſt iuriſdictio, idem Decius in l. more nu.
23 10. ff. de iuriſdict. omn. iudic. † actus, qui poteſt
fieri ex duplici capite, & poteſtate, cenſeri debet
factus ex vtiliori, ac firmiori, l. 3. vbi Sribent. ff.
de teſtam. milit. l. tutor §. quæ de tutoribus ff. de
excuſ. tutor. l. cùm pater ff. de iore dotium, cap.
niſi eſſent de præbend. Molina lib. 2. de Hiſpan.
primogen. cap. 2. num. 15. Bal. in l. non verò ff. ex
quib. cauſ. maior. Aymon Crauetta conſ. 202. nu.
15. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 126. nu. 8.
cum latè congeſtis per Ludou. Gomez reg. can-
cell. de non tollendo iure quæſito quæſt. 6. verſic.
primo, Greg. Lopez in l. 6. tit. 11. partit. 6. gloſ. 4.
24 quæſt. 2. in medio. † Imò iuriſdictio delegata ſu-
perueniente ordinaria in perſona eiuſdem expi-
rat, l. iudicium ſoluitur, vbi Angel. nu. 3. Iacobin.
de Sancto Georgio num. 4. ff. de iudic. l. 3. in fine,
25 & l. ſequenti ff. de recept. arbitr. † vt ità iuriſdi-
ctionis appellatione de ordinaria intelligatur, vt
tradit Decius in l. quæcunque §. qui mandatum
num. 5. ff de officio eius, cui mandata eſt iuriſdi-
ctio, concludit Alex. in l. ait prætor in princ. nu. 6.
ad finem ff. de re iudic. ex traditis per Bart. ibi
num. 2. optimè Iaſ. num. 7. ex ſententia Innoc. in
cap. tua de offic. Vicarij, Donat. à Fina inter com-
mun. DD. opin. lib. 3. tit. 10. de iuriſd. omn. Iudic.
num. 27. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt.
16. num. 5.

26 † Cùm ordinaria poteſtas, & iuriſdictio fauo-
rabilis ſit non ſolùm iure antiquo, vt ex gloſ. no-
tab. verbo *proceſſus* circa finem in cap. 1. de re-
ſcript. lib. 6. tradunt Iacobin. in l. 1. num. 26. ff. de
iudic. Iaſ. in l. reconiuncti num. 253. ff. de legat. 3.
Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic. quæſt. 37. num. 14.
Iacob. Puteus deciſ. 162. num. 6. 2. par. ſed etiàm
nouiori, vt in ordinaria iuriſdictione Eccleſiaſti-
ca tradit Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.
27 † vndè ea poteſtate Prouiſor aſſiſtere, & actus
iuriſdictionis facere præſumitur, Gloſ. magna in
cap. 1. & in cap. diſpendia verbo *vel conuentionis*
de reſcript. lib. 6. & in cap. ſi contra vnum de
offic. deleg. eodem lib. 2. de præſumpt. præſ. 15.
num. 1. & præſ. 12. num. 2. optimè Alex. conſ. 55.
num. 5. & 14. lib. 5. Meſſia ad l. Toleti par. 1. fun-
28 dam. 12. nu. 8. † cùm etſi dubium eſſet, quo ca-
remus, ſemper quis præſumitur actum facere,
potiùs iure communi ordinario, quàm extraor-
dinario, l. Seio §. medico ff. de ann. legat. l. quan-
quàm, & l. in teſtamento 6. C. de teſtament. milit.
vbi DD. Alexand. conſ. 60. viſa legitimatione nu.
20. vol. 2. vbi Additio, idem Alex. conſ. 55. incip.
quoniàm cauſa num. 6. vol. 5. Molina lib. 2. de Hi-
ſpanor. primogen. cap. 2. num. 14. Gomez. in reg.
cancell. de annal. poſſeſſ. quæſt. 41. verſ. *præterea*,
29 † maximè cùm in qualibet Diœceſi regularitèr
omnes decimæ ſub Epiſcopi adminiſtratione
ſint, cap. 1. 16. quæſt. 7. Gregor. Septim. in Conc.
Lateranen. cap. 7. de decim. tractans, diſponit di-
cens: *has verò decimas ſub manu Epiſcopi fore
cenſemus, vt ille, qui cæteris præeſt omnibus iuſtè
diſtribuat*.

Et prædicta eò redduntur planiora, & indu-
bitata, ſi perpendatur confeſſio dicti Ioannis de
Lizaſſo, qui interrogatus ſi habebat in poteſtate
ſua regiſtra, quæ petebantur ab eo virtute pro-
uiſionis Regiæ Cancellariæ Granatenſis, & ſi fue-
rat de illis rogatus, reſpondit, quòd in tangenti-
bus expeditiones, quæ erant faciendæ coram di-
cto Prouiſore, fiebant coram Chriſtophoro de
Morillas taoquàm Notario redituum, & Secre-
tario Capituli; nàm licèt addiderit dictum ver-
bum *de rentas* adinuentū illios, reducendo eius
declarationem ad probata per dictos quatuor
Notarios, ea, quæ fecit dictus Chriſtophorus fue-
re tanquàm Notarius perpetuus in eo, in quo ha-
bebat portionem ſuam Epiſcopus, & tanquàm
Secretarius in his, quæ tantummodò tangebant
Capitulum, vt ipſemet Ioannes declarat, affir-
mans, quòd mortuo dicto Morillas voluit expe-
dire corā Prouiſore tanquàm Notarius *de rentas*,
& non fuit admiſſus; & ità perſpicuū eſt, ꝙ hoc
nomen Notarius *de rentas* fuit adinuentum, &
confictum ab eo, ad colorandum ſuam iniuſtam
30 prætenſionem. † Et dicta interpretatio dubio
procul eſt facienda, vt ſingula ſingulis referamus,
ſaltèm vt periuriū dicti Ioannis vitare conemur;
ſingula enim ſingulis adaptari iuri conſonum eſt,
ſi fieri poſſit, cap. fin. in fine, vbi Anton. de Butrio
notab. vlt. de ſtatu monachor. & facit benè l. 1. §.
lex falcidia, vbi notat Bart. ff. ad l. falcid. Alexand.
conſ. 29. incip. clariſſime Doctor num. 16. vol. 7.
Aymon Crauetta conſ. 98. num. 11. idem Alexan.
31 conſ. 123. viſo proceſſu nu. 2. vol. 1. † quæ con-
cordia omnibus eſt modis quærenda ad vitandi
periurij finem, cap. cùm tu 16. de teſtib. vbi gloſſ.
1. Alexand. in l. diuortio in princ. num. 7. ff. ſolut.
matrim. Bart. & Addit. ad eum in l. 2. §. creditum

num. 6.

Digitized by Google

num.6. ff.ſi cert.petat. Bald.num.1.in l.apud 21.
C.de furtis,& ſeruo corrup. Alex.in l.in inſulam
43.§ fructus num.3.ff.ſolut.matrim.optimè Bal.
in auth.at qui ſemel num.10. C.de probat. cum
doctr. addictis per Rebuff in tract.de reprobat.
& ſaluat.teſtium nu.98.& ſeq. Ant.Corſet. ſing.
150.in verbo *inſimul fieri* Marc.Ant.Eugen.conſ.
90.num.66.vol.1.ıtc ſaluantur Iuriſconſulti in l.
itém videndum 20. & in l.illud 42. ff. de petit.
hæredit.Aymon Crauetta conſ.260.nu.5.

Et in comprobationem prætenſionũ quatuor
Notariorum, & probationis Promotoris fiſcalis
Tribunalis Epiſcopalis in querela per eum data
aduerſus D. Ioannem Antonium de Caſtillo De-
canum, & dictum Ioannem de Lizaſſo, eò quòd
admiſerint querelam quandam aduerſus Paro-
chum Villæ *Conejos* eſt legitimè,& concludentèr
probata cum omnibus requiſitis, ac qualitatibus
immemorialis cõſuetudo, quòd Prouiſores aſſiſ-
tere in faciendis reditibus decimalibus, & ipſo-
rum addictionibus, in quibus Epiſcopus, Cano-
nici,& Portionarij, Parochi,& Beneficiati,& Ec-
cleſiarum fabricæ tanquàm tales Prouiſores, &
Iudices ordinarij,& nõ tanquam Iudices *de ren-
tas*,& ordinario iure protulıſſe ſententias,& cen-
ſuras,& ſubſcripſiſſe acta,decreta,& mandata,
abſque eo,quòd in rebus prædictis,nec exercitio
dictæ iuriſdictionis vllatenus ſe intromiſerint di-
cti Decanus, & Capitulum, nec ipſorum Secre-
tarius, quam immemorialem cum omni qualita-
te concludunt plures ex eorum teſtibus,& inter
eos Franciſcus Orejon, qui fuit Oeconomus,ſiue
Maiordomus dictæ Eccleſiæ, & alij quatuorde-
32 cim conteſtes, † inter ipſos Dominus Doctor
D.Petrus Ciſontes de Loarte, qui fuit Prouiſor
Generalis in dicto Epiſcopatu Conchenſi. Et
demum Inquiſitor Apoſtolicus in ſancto officio
Inquiſitionis eiuſdẽ Ciuitatis. (Et poſteà ità po-
ſtulantibus ipſius inſignibus meritis,nobilitate,
literis,virtutibus, & religione, poſt omni laude
adminiſtratas Inquiſitiones Granatensẽ, & To-
letanam in ſupremo ſanctæ, & generalis Inquiſi-
tionis Conſilio Conſiliarius Decanus reperitur,
maiorum etiàm graduum inſulis benemeritus,
vltrà Canonicatum, & dignitatem Theſaurariæ
Eccleſiæ Toletanæ, qua fruitur, quem honoris
gratia in his ſcriptis nominari operępretiũ duxi,
vt hoc grati animi mei ſignum ergà ipſum oſtẽ-
derem, beneuolentiæ,qua me multis demonſtra-
33 tionibus eſt proſequutus,nõ immemor.) † Vndè
huiuſmodi immemoriali ſtandum erit, cùm pri-
uilegij vim habeat, l. hoc iure §. ductus aquæ ff.
de aqua quotid.& æſtiua, l.1.in fin. ff.de aqua
pluuia arcenda,cap.ſupèr quibuſdam de verbor.
ſignific.cap.duo ſimul 9. de offic.ordin.cap.quia
per ambitiones 64.diſt.cap.conquæſtus 9.quæſt.
3. gloſ.verbo *conſuetudine* in cap.nouit de iudic.
Alex.conſ.196.nu.2.lib.2. Decius qui plura conſ.
586. num.2.2.par.l.5.tit.2.lib.7. recopil. Molina
lib.2.de Hiſpanor.primogen. cap.2. num.20. &
ſeqq.Roland.à Valle conſ.3.incip.deuenio num.
34 116,vol.1.† priuilegiumq; licitum inducat,cap.
ſeruitium,vbi gloſſ.18.quęſt.2.Bart.in 1.conſtit.
Nec etiàm obſtant depoſitiones Lazari Quijada, & Licentiati Portero Alphonſi de Ymeſta, & Roderici de Ymeſta, Ioannis de Moya, & Iuliani Cordido, Gundiſalui de Zetina teſtium Capituli; quoniā omnes prædicti multotiès, & regularitèr erant Arrendatarij redituū, debitoreſq; Decani, & Capituli, ideò nō ea libertate depoſuerūt, quæ requiritur in depoſitionibus teſtium, quia certiſſimum eſt, eos affectionem non leuem habuiſſe pro Capitulo, vndè ex eo reprobandi veniunt,
122 † cùm teſtes ob affectionem cauſæ, in qua deponunt, reprobentur, vt tradit Philipp. Decius conſ. 309. incip. viſis num. 3. 1. par. ex traditis in Aduocato, l. final. ff. de teſtib. & in Procuratore Deciſio Rotæ in antiquis deciſ. 11. de teſtib. & in Sollicitatore deciſ. 12. Rebuff. optimè in affectionem habente in tract. de reprob. & saluat. teſtiū
123 nu. 64. † ad inſtar Colonorum, & Conductorū, qui ſicut in Domini cauſa reprobantur tanquam domeſtici, vt ex l. final. §. ſanè enim ſi ſeruus C. de his, qui ad Eccleſias confugiūt, & l. pridèm C. de quæſtionib. tradit gloſ. verbo *in ea re* in §. in teſtibus inſtit. de teſtament. gloſ. in ſumma 3. q. 5. melior in cap. in literis 24. ſuper verbo *de familia* in fine de teſtib. cum adductis per Rebuff. vbi proximè nu. 90. & ex communi Colonum repelli poſt Alberic. in l. etiā C. de teſtib. tradit Iacobin. in l. nullus num. 5. ff. eodem tit. Farinac. de teſtib. quæſt. 55. vndè eodem modo obtinebit in huiuſmodi Arrendatarijs, argumento eorum, quæ in ſimilibus terminis de teſtibus Arrendatarijs, ſeù Conductoribus redituum Eccleſiæ ad teſtimonium pro Eccleſia admittendis tradit Octauian. deciſ. Pedemontan. 99. num. 38. maximè quia dictus Iulianus Cordido contra veritatem iurauit, vt conſtat ex obligatione per eum facta coram Hieronymo Auguſtino de Cuellar Notario de quatuor perpetuis audientiæ Epiſcopalis, & infrà fundabitur.

Nec obſtāt depoſitiones Alphonſi de Montemayor Adminiſtratoris, ſeù Oeconomi Eccleſiæ Conchenſis, & Ioannis de Valera Porteguē, & Ioannis de Ceſpedes, & Gaſparis Perez clericorum, & Eccleſiæ familiarium, & Andreæ de Vil-
124 lanueua Agentis Eccleſiæ. † quia ex dicta familiaritate veniunt reprobandi. d. cap. in literis 24. de teſtibus, gloſ. in l. 2. C. eodem tit. Tancred. de ordine iudiciorum lib. 3. tit. de teſtibus col. antepenult. iuncto cap. inſinuante de offic. deleg. & per Rebuff. tit. de reprobat. teſtium num. 184. &
125 ſeqq. † & quia adhærentes illis, ſcilicèt qui intentioni, ac operibus alterius, ac conſilijs aſſiſtūt; & omnes, qui eos ſequuntur, teſte gloſa verbo *adhærentes* in cap. ad apoſtolicæ de re iudic. lib. 6. Rebuff. vbi proximè num. 31. verſ. *adhærentes*, quod apertè militat in prædictis teſtibus, maximè quia actores municipum proptèr affectionē veriſimilitèr præſumptam repellūtur etiàm à teſtimonio, vt ex l. 3. in fine ibi, quod & in executoribus negotiorū obſeruandum eſt ff. de teſtib. & Speculat. tit. de teſte §. 1. verſic. *itèm quòd fuit*, tradit etiàm Rebuff. vbi proximè num. 30. quæ præcipuè militant in reprobatione Andreæ de
126 Villanueua. Et hoc quidē iuſtiſſimū eſt, † cùm teſtes omni ſuſpitione carere debeant, cap. ſimilitèr 3. quæſt. 5. l. 3. verſ. *tu magis* ff. de teſtibus, & in princ. legis Rebuff. d. tract. de reprobat. teſtiū num. 25.

Nec etiā obſtabunt depoſitiones Ioannis Fernandez, Petri Tendillo, & Didaci de Tamayo, qui omnes ſunt portionarij, quos vulgus *Raçioneros* vocat Eccleſiæ Conchenſis, & in hac cauſa
127 intereſſe habentes. † Teſtibus autèm intereſſatis non creditur, ſed carentibus intereſſe, vt ex l. 3. §. ideòque ff. de teſtib. & Carol. Ruin. conſ. 46. lib. 4. ac alijs tradunt Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſina 10. num. 9. 1. par. Octauian. deciſ. Pedem.
128 79. num. 40. Deciſ. Genuæ 42. nu. 2. & 3. † maximè quia ſicut teſtis in propria cauſa deponens reprobatur, l. nullus ff. teſtib. & l. omnibus C. eodem tit. cap. de cætero de teſtib. l. 18. tit. 16. par. 3. Soccin. regul. 515. & per Rebuff. in tract. de reprobat. teſtium num. 419. Cicero in oratione pro Sexto Roſcio Amerino. *More maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. Africanus, qui ſuo nomine declarat tertiam partem terrarum Orbis ſubegiſſe, tamèn ſi ſua res ageretur, non diceret teſtimonium: nàm (in talem virum nō audeo dicere) ſi diceret, non crederetur.* Idem pro Fonteio: *ſi qui ob aliquod emolumentum ſuum cupidiùs aliquid dicere viderentur, his credi non conuenit:* Tiraquell. in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo in princ. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 51.
120 nu. 27. † vndè Gellius lib. 14. noctium Atticarū cap. 2. recenſet, quòd cùm aliquandò fuiſſet Iudex à Prætoribus electus, apud illum petita pecunia fuit, quæ numerata dicebatur; qui petebat neque Tabulis, neque teſtibus id factū docebat, & argumentis admodum exilibus nitebatur; ſed eum conſtabat virum eſſe bonum, notæque, & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ, multāque & illu-

& illuſtria exempla probitatis, ſinceritatiſq; eius
expromebantur : illum autèm, à quo petebatur
hominem eſſe non bonę rei, vitaquè turpi, & ſor-
dida, vulgò mendacij conuictum, plenumq; eſſe
perfidiarum, & fraudum oſtēdebatur. Qua in re
Gellius non auſus reum condemnare diem diſ-
findi iuſſit, quemadmodùm ex Noſtratibus retu-
130 lit Iaſ. in l. qui accuſare C. de edend. nu. 5. †ità
commodum aliquod ſentiens ſecundùm Bart. in
tract. de teſtibus num. 104. cùm res propria ali-
cuius dicatur, cuius commodum, & emolumen-
tum ad aliquem ſpectat, gloſ. in cap. ſi teſtes §. itē
nullus 4. quæſt. 3. maximè quia & ſi ſint teſtes de
131 Vniuerſitate, eò ipsò reprobantur; † cùm te-
ſtes huiuſmodi ratione commodi, & affectionis
repelli plus quàm manifeſtū ſit, vt tradit Felyn.
in cap. inſupèr num. 5. de teſtib. poſt Bald. in cap.
cùm nuntius antè num. 1. eodem tit. Alex. conſ.
146. in cauſa, & lite num. 30. vol. 2. Iaſ. in l. ſed ſi
hac §. patronum, aliàs l. patronum num. 7. limit. 1.
& 2. ff. de in ius vocando, Menoch. lib. 2. de arb.
Iudic. caſu 106. num. 11. optimè Anton. de Butrio
in d. cap. cùm nuntius nu. 3. dicens, quòd ſi quæ-
ratur de his, quæ fiunt à Capitulo, vel Vniuerſi-
tate, occultè quòad alios quilibet de Capitulo ad-
mittitur ad probandum, & teſtificandum de his,
quæ in Vniuerſitate aguntur, quia alia nō poteſt
haberi probatio, vnde admittantur ad teſtifican-
dum de electione, & ſimilibus in Capitulo, & ſe-
cretò agitatis, cap. cùm dilecti de elect. cap. ter-
tio loco de probat. cap. cùm olim de dolo, & cō-
tumac. & cap. final. de teſtib. cogend. l. ex con-
ſenſu C. de repud. Florian. in l. idonei nu. 3. ff. de
teſtib. Iaſ. vbi proximè limit. 4. cap. & ſi Chriſtus
in fine de iureiur. Abb. in d. cap. inſupèr nu. 2. ta-
mèn in his, quæ extrà Capitulum aguntur de
his, ex quibus tangitur nēdum vtilitas Vniuerſi-
tatis, vt Vniuerſitatis, ſed etiàm aliquid venit ap-
plicandum ſingulis, vt ſingulis, tunc non admit-
tuntur, l. omnibus C. de teſtibus canonizata cap.
ſi teſtes verſ. *nullus* 4. quæſt. 3. Felyn. in d. cap. in-
ſupèr num. 6. iunctis, quę tradit Gregor. Lopez
in d. l. 18. tit. 16. par. 6. gloſ. 6. quarè huiuſmodi
Portionarij debebunt reprobari, cùm de ſuo tra-
ctetur commodo, quòd Secretarius Capituli ſuæ
Eccleſiæ ſuam oſtendat poteſtatem, & Capitulū
maiorem, quàm ſibi competit iuriſdictionem ha-
beat, quæ ſola cauſa ad eos reprobandos ſufficiēs
eſſet, Bald. in d. cap. cùm nuntius circa num. 1. &
facit in confirmationem, quòd eſt iuſta ſuſpicio-
nis cauſa prædicta affectio, cùm in terminis non
132 ità aſtringentibus iure ſit cautum, † Cano-
nicum pro ſuo Concanonico electum Iudicem
poſſe recuſari, ex cauſa ſocietatis, c. cùm R. ca-
nonicus 25. de officio delegati, Ioann. Andr. in c.
2. antè nu. 1. verſ. *octauo* de appellat. lib. 6. Rebuff.
3. tomo ad Conſtitutiones Gallicas tract. de re-
cuſat. art. 9. gloſ. vn. nu. 28. Menoc. lib. 2. de arbitr.
133 Iud. caſu 152. nu. 6 & 10. † Nec teſtis eſſe po-
teſt Canonicus pro Concanonico, ex doctè tra-
ditis per Cynum in l. parentes nu. 5. C. de teſtib.
& ex eiſdem reprobationibus teſtium reproban-
tur etiàm Ioannes de Caceres, & Andræas de la
orden Quijano, qui ſicut reliqui alij, & quòd Ar-
rendatarij reprobantur, Et Ioannes de Moya vi-
cinus Villæ de Belmonte. Quarè non ſolùm ex
prædictis cauſis reprobantur, ſed etiàm ex alijs,
vt apparebit infrà.

Quod autèm attinet ad Didacum de Cetina:
iſte ſibi contrariatur : Siquidèm contra factum
proprium deponit in fauorem Decani, & Capi-
tuli Conchen. & ſui Secretarij; eò quòd ſe obli-
gauit coram Prouiſore Conchen. & Hieronymo
Auguſtino vno ex quatuor Notarijs non Secre-
tario, pro quodam redditu anni 81. vt patet obli-
gatione 37. fol. 28. Similitèr Andræas de Villanue-
ua ſuprà ex alijs cauſis reprobatur, eò quòd vt te-
ſtis interfuit in duobus obligationibus coram
Prouiſore, & Hieronymo Auguſtino, & Pedroſa
Notarijs de quatuor perpetuis, vt patet in obli-
gationibus 36. & ſequenti fol. 28. Balthaſar etiàm
Roman. eodem modo, & cauſa contra veritatem
iurauit, cùm diuerſis annis, & vicibus obligatio-
nes ſtipulatus fuerit tanquàm Arrendatarius, &
Arrendatariorum fideiuſſor coram Notarijs per-
petuis audientiæ qui Secretarij non erant, vt pa-
tet ex ipſis obligationibus, de quibus in memo-
riali ſit mentio.
134 † Et cùm agatur de probatione faciendi
acta, eſt efficacior probatio, quæ ex dictis inſtru-
mentis reſultat, quàm ea, quæ teſtibus ſit, vt do-
cet Bart. in l. nè in arbitris num. 3. C. de recept.
arbitris, & eſt communis ſententia, teſte Ioanne
Bapt. Aſinio in praxi iudiciorum §. 16. c. 5. dicēs,
hoc de more Italiæ eſſe, & vbiquè ſeruari, Auiles
c. 1. Prætorum nu. 6. Vndè apparet, eorum depo-
135 ſitionem eſſe falſam, † quia cùm quilibet me-
mor præſumatur eorum, quæ fecit, l. filio ff. de
adimen. legat. vbi Iacob. de Are. Bald. in l. de
ætate num. 11. ff. de interrogat. action. Cæphal.
136 conſ. 203. nu. 14. lib. 2. † Et ignorantia in facto
proprio non ſit tolerabilis, nec in hoc veriſimili-
tudo cadat, l. quiſquis maior C. de reſcin. vendit.
l. quàmquam, vbi gloſ. ff. ad Velleian. Marcellus
Fortunatus in tract. de veritate, & errore 1. par.
num. 229. l. quamquàm ff. ad S.C. Velleian. cap. ab
excommunicato de reſcriptis, l. plurimùm ff. de
iuris, & facti ignorantia, l. fin. ff. pro ſuo, Boer.
deciſ. 43. num. 12. Bald. in l. ſi pro ea 10. nu. 3. & in
l. per diuerſas nu. 22. C. mandati, Alex. conſ. 118.
nu. 9. vol. 2. & conſ. 7. videretur prima fronte nu.
8. vol. 4. d. l. fin. vbi gloſ. vltima ff. pro ſuo, l. cùm
falſum ff. de acquir. hæreditate, Roland. à Valle
conſ. 81. num. 24. vol. 2. Greg. Lop. in l. 14. tit. 29.
par. 3. gloſ. 1. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſina 23.
nu. 33. 1. par. Iaſ. in l. res obligata 60. nu. 35. ff. de
137 leg. 1. † Aliàs autèm ignorantia non probabi-
lis, non ſolùm non admittitur, verùm etiàm re-
prehenditur, l. quod te mihi ff. ſi certum petat.
eſt gloſ. in l. 1. ff. de condict. indeb. facitque text.
in l. multùm intereſt ff. de condit. & demonſtr. l.
in totum omnia ff. de regul. iuris, Bald. in cap. li-
cèt magiſter nu. 1. in fine de ſupplenda negligen-
tia Prælatorum, Gregor. Lopez in l. 63. tit. 5. par.
5. gloſ. 5. Antonius Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de re-
gulis iuris concluſ. 6. num. 9. & 43. cum pluribus
congeſtis per Tiraquel. de retract. lignag. §. 35.
138 gloſ. 4. nu. 34. & ſeq. † Quia ignorantia non
probabilis habet vim ſcientiæ, vt tradit Petrus
Benintend. concluſ. Rotæ Bononienſis 69. nu. 3. &
concluſ.

Digitized by Google

concluſ.71. nu. 4. Bald. in l. qui contrà 4. 1.lect. num.2.in fin. C.de inceſt. nupt. cap.cùm inhibitio de clandeſt. deſponſ.cap.2.de tempor. ordin. lib.6. Paul.de Caſtro conſ.296. incip.viſo ſupraſcripto puncto num.2.1.par. Abbas in cap.ſupèr ſpecula num.4. nè cler.vel monach.

139 † Vndè ex dicta contrarietate veniunt reprobandi, teſtes enim ſibi ipſis contrarij fidem minimè faciunt, l.eos, vbi Bart.num.1.ff.ad l.Cornel. de falſ. cap. bonæ de elect. iuncta l. qui falsò, vel variè ff.de teſtib. Rebuff.in tract.de reprobat.& ſaluat.teſtium num.5.verſ.*ſecundò*, cap.licèt cauſam de probat. Abbas in cap. in noſtra 32. nu.3. & ſeq. l.45. in fine tit.16. par.3. vbi Gregor. Lopez gloſſ.4.cap.cùm Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. l.nullum C.de teſtib. Speculat, 1, tom, tit.de teſte §.opponitur num.70.

Quòd autèm ſibi ipſis contradicant, ad ſenſum patet, vndè eorum in hac cauſa depoſitio & mendacium, & falſitatem habet, qua ex cauſa omninò
140 etiàm reprobandi veniunt; † eò quòd teſtis, qui mendax, aut falſus in aliquo reperitur, in alio fidem minimè facit, vt argumento text.in cap.ſemèl malus de regul.iur.lib.6.l.ſi ex falſis, vbi DD. C.de tranſact.l.ſi cui §.eiſdem verſ.*ſi tamèn* ff.de accuſationib.cap.pura 3.quæſt.9.tradunt Panor. in cap.ex parte num.3.de teſtib. Florian.in l.qui falsò nu.1.ff.de teſtib. Marc.Anton.Eugen.conſ. 8.nu.40.lib.1.Iul.Clar.lib.5.ſententiar.§.fin.q.53. num.8.cum adductis per Menoch. lib.5. de præſumptionib. præſumpt. 22. num.2. Rebuff. vbi proximè num.204.Ioan.Guttier.conſ.39.num.7. ideò prædicti teſtes omni ex parte reprobati remanent.

Rurſus, quia incertitudo depoſitionum omnium teſtium à Capitulo Conchenſi, & ſuo Secretario productorum, ex eo etiàm deprehenditur, & eos omnes, qui immemorialem conati ſũt probare in eorundem fauorem contrà veram obſeruantiam depoſuiſſe, & ratione iuramẽti, quod præſtiterant de veritate dicenda periurium incurriſſe tàm primi teſtes in ſummaria informatione recepti, quàm alij poſtmodùm producti tàm deponentes, quàm illi, qui eorum, qui depoſuerũt perſonas approbare conati ſunt, quàm in excquutorio in quatuor Notariorum fauorem litigata, & habita coram Vicario generali Complutenſi, quia Alphonſus Yañez de Aguilar Capituli Conchenſis Secretarius coram Prouiſore Conchẽſi comparuit, dicens, ad ſuam perueniſſe notitiã. dictum Prouiſorem, & eius prædeceſſorem ex proprio officio ad inſtantiã, & petitionẽ quatuor Notariorũ Audientiæ Epiſcopalis Conchenſis, ipſo ab his Regnis abſente, Suæ Maieſtatis iuſſu ipſum priuauerant, & ſpoliauerant à poſſeſſione, in qua vt talis Secretarius exiſtebat dandi, & ſuo nomine ſubſcribendi inſtrumenta executiua cum aggrauatione, & reaggrauatione cenſurarum, vſque ad inuncationem brachij ſæcularis contra Arrendatarios, & perſonas obligatas, quæ ſuſceperant, & ſe ſubmiſerant ſententiæ excommunicationis ipſius Prouiſoris ob reditus pertinẽtes ad fabricam, & opus Eccleſiæ Cathedralis, & agnorum, & vini, veſtiariorum, & panis collationum, & Parochiarum Conchenſis Ciuitatis, & Caſitiorum ſexmiorum de Alarcon; quorum dictus Prouiſor Iudex exiſtebat, & ipſe aſſerebat ſe debere vt Secretarium ſubſcribere, & ad id munus exercendum reſtitui.

Ecce igitur, quomodò ex dicta petitione data de anno 1543. ipſe Secretarius ſaltèm ſpoliatũ ſe aſſerit, quæ etſi ad alium effectũ non deſeruiret nobis, nõ omninò eſſet fruſtratoria ad cõuincendum teſtes aduerſariorũ de periurio; nàm cùm
141 immemorialem probare conati fuerint, † deq; ipſius immemorialis ſit præſcriptionis natura, vt maior debeat eſſe centum annorum præſcriptione, vt poſt Card.in cap. ſi diligenti de præſcript.tradit Felyn. in cap.ad audientiam nu.27. eodem tit. & in cap. cùm nobis num.6. Palaçios Rubios in repet. cap.per veſtras verſ. *ſed eſt pulchra dubitatio* num. 48. & alij, quorum meminit Anton.Gabr.lib.5.concluſ.concl.1.de præſcript.
142 num.71.verſ.*contrariam*, † vel ad minus centũ annorum, vt tradunt Bald.in l.2.num.7.in fin.C. de ſeruitut. & aqua, Specul. lib.2. tit.de probat. §.1.num.23. verſ.*dicunt autèm*, Innoc. in cap.veniens num.2. verſ.*alij tamèn* de verbor.ſignif. Iaſ. in l.cùm aliquis 21. num.7. C.de iure delib. Ant. de Butrio in cap.quid per nouale nu.14. de verbor.ſignif. cum alijs pluribus congeſtis per Ant.
143 Gabriel, vbi proximè. † Vndè cùm ad eum ad prædicti temporis, & præſcriptionis legitimationem debeat de non certo initio, & continuatione probari, l.vſucapio ff.de vſucapion.Bart.in l. Celſus num.19. eodem tit. l.2. C. de præſcript. long.tempor.Alex.conſ.73.incip.in cauſa num.6. vol.6.Petr.Benintend.deciſ.Rotæ Bononienſ.42. nu 8. Gregor.Lopez in l.29.tit.31.par.3.gloſſ.2. quo ergò modo hi teſtes abſque periurij reatu immemorialem pro Capitulo deponere ſũt auſi, cùm ex dicta aſſertione Secretarij ad hoc ſaltim ponderata appareat, non potuiſſe dici ipſum Capitulum, & Secretarium eam probaſſe, nec probare potuiſſe; vndè aperta eſt eorundem te-
144 ſtium tanquàm periurorũ reprobatio, † teſti enim periuro credendum non eſt, cap. teſtimonium de teſtib. vbi Abbas num.7. gloſ. in cap. in noſtra eod.tit. Innoc.in cap.fraternitatis num.1. de hæret. Bald. & alij in l. ſi ex falſis 6. de tranſact, idem Bald. in rubr. nu.4. de controu.inueſt. in vſib.feudor.& in l.edicto num.18. C.de edict. D.Adrian.tollend.l.ſi quis maior, vbi notatur C. de tranſact.Alexand.conſ.2.num.6.vol.4. Iaſ.in §.itèm ſi quis nu.60. inſtit.de actionib. Roland.à Valle conſ.6.num.9.vol.2.Rebuff.in tract.de re-
145 probat. & ſaluat. teſtium num. 396. † etiàm ſi eſſet periurus in vno tantùm, & falſitas circa acceſſoria, quia in totum excluditur à teſtimonio, ſecundùm Innoc. in cap.fraternitatis num.1. ſuper verbo *damnantur* de hæret. Roland.à Valle conſ.40.incip.conſideratis num.11.vol.1.& conſ.
146 94.num.5.vol.4. † Quarè cùm teſtium reprobatio præiudicium toti cauſæ generet, vt tradit
147 Rebuff. vbi proximè num. 23. † quia teſtis reprobatus habetur, ac ſi productus minimè fuiſſet, cap.ex parte, vbi DD.de teſtibus, text.in cap. licèt cauſam de probat. & poſt Ioſeph Cumia in tract.ſyndicat.tit.de ſentent.num.87. tradit Roland.à Valle conſ.58.viſo proceſſu num.44.vol.4.

ideò

Google

ideò omnis Capituli, & eius Secretarij probatio
corruit ; nàm quod attinet ad Ioannem Trillano
ipſorum teſtem à quatuor Notarijs non repro-
batur, quia in ipſorum fauorem iuxtà diſtinctio-
nem depoſitionis ſuorum teſtium deponit, vndè
ipſe, & Ioannes de Moya, qui deponit inſtrumē-
ta tertiarijs neceſſaria obtinuiſſe expedita certis
annis à Tudela, & Hieronymo Auguſtino Nota-
rijs perpetuis, & non Secretarijs; vndè à parte
Capituli reprobari non poſſunt, cùm ab eiſdem
148 fuerint producti, † quia teſtis ab aliquo pro-
ductus, per eum reprobari nequit, l. ſi quis teſti-
bus C. de teſtib. canonizata 4. quæſt. 3. c. ſi te-
ſtes, Ioan. Andr. in c. cùm venerabilis nu. 10. de
except. l. 31. tit. 16. par. 3. vbi Greg. Lopez, gloſ.
4 Boer. deciſ. 245. nu. 2. Donatus à Fina inter cō-
munes Doctorum opiniones lib. 4. tit. 10. C. de
teſtib. nu. 144. Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſina
28 nu. 6. Hippolyt. de Marſil. in tit. de fideiuſſor.
nu. 69. imò iſte teſtis plenæ probationis vicem
habet aduerſus Decanum, & Capitulum, & Se-
149 cretarium, † quia teſtis, qui contra produ-
centem deponit, plenè probat, vt tradunt Ma-
rianus Soccin. Iun. conſ. 69. incip. pro dilucida-
tione nu. 11. & 14. vol. 1. & conſ. 178. num. 37. vol.
2. Pariſ. conſ. 88. incip. viſo num. 12. vol. 3. & conſ.
234. num. 9. & conſ. 188. num. 5. Anton. Gabr. ve-
ram, & communem dicens lib. 1. concluſionum
concluſ. 1. de teſtib. num. 14. Deciſ. Genuæ 13. nu.
15. & deciſ. 106. nu. 6. & alij per Sarmient. lib. 3.
150 ſelect. cap. xj. num. 8. † Et in tantùm hoc pro-
cedit, quòd habet locum etiàm ſi teſtis contra
producentē de credulitate deponat, nàm adhùc
plenè probat, Roman. conſ. 104. ad finem, incip.
præter, Iaſ. in rubr. limit. 6. de iureiur. nu. 9. Ma-
rian. Soccin. Iunior d. conſ. 69. nu. xj. lib. 1. Crau.
de antiq. tempor. 1. par. num. 155. Anton. Gabr.
vbi proximè num. 15. & ipſius Capituli, & Secre-
tarij manet in totum excluſa probatio.

Imò etiàm alia ex parte reprobantur præten-
ſiones corumdem Capituli, & Secretarij, eius ſi-
quidèm attentè conſiderando, & animaduerten-
do redituum Arrendatarijs factas aſſignationes,
in parte ſimplici proceſſus poſitas à folio 685.
vſque ad 717. ac pluribus alijs, quæ omnes aſſi-
gnationes, & addictiones ſunt per Ioannem de
Lizaſſo falſificatæ, & in qualibet earum ſuprapo-
ſitum poſt exemplationem *paſſo ante mi Ioannes
de Lizaſſo Notario*, quæ addictio diuerſi calami,
151 & attramenti, † quia ſuperadditum aliquod ex
diuerſo attramento ſuſpitionem incurrit falſita-
tis ; vt poſt Anchar. conſ. 431. & alios plures ex
cap. inter dilectos verſic. *inſtrumentum* de fide in-
ſtrument. tradit Cæphal. conſ. 287. nu. 27. & 28.
vol. 2. Menoc. lib. 2. de arb. Iudic. caſu 187. nu. 35.
& ſeqq.

Rurſus etiàm pro parte, & in quatuor Nota-
riorum contra Capitulum, & eius Secretarium
facit ſententia per Vicarium Generalem Com-
plutenſem contra Alphonſum Yañez de Aguilar
Secretarium eiuſdem Capituli ſuper quadam
ſupradicta querela eius lata quoàd omnia in cau-
ſa agitata, & adſunt aliæ contra Chriſtophorum
152 de Morillas itidèm Secretarium, † in quorum
locum ſucceſſit Ioannes de Lizaſſo aduerſarius,
cui ſinè dubio illæ ſententiæ nocent, Bart. in l. ſi
mater §. final. ff. de exception. rei iudic. & in l.
153 ſi ſuperatus in fine principij ff. de pignor. † nā
cùm habita ſententia fuerit cum iuſto, & legiti-
mo contradictore fidem facit alijs, quæ præiudi-
cat, argum. à contrario ſenſu in l. cùm non iuſto
3. ff. de colluſione detegenda, vt per eam tradit
Angel. in l. ſi perluſorio nu. 2. ff. de appellation. l.
ex contractu ff. de re iudic. quod etiàm tenuit
Angel. in l. in cognitione in fin. ff. ad Syllan. dicēs,
154 † quòd ſententia lata contra vnum, quem ne-
gotium principalitèr tangit, præiudicat in quan-
dam conſequentiam neceſſariam ei, quem nego-
tium tangit acceſſoriè, ſequitur Hippol. de Mar-
ſil. in tract. de fideiuſſor. num. 349.
155 † Etiàm ſi citatus non eſſet alius, qui intereſſe
poterat prætendere, quia ſatis eſt eſſe citatum
illum, contra quem iudicium principalitèr ordi-
nabatur, l. de vnoquoque ff. de re iudic. iuncta
gloſſa verbo *quos*, vbi dicit gloſſ. præſentibus eis,
quos cauſa tangit, ſcilicèt principalitèr, cum cu-
ius gloſæ ſententia communitèr DD. ibi tran-
ſeunt, & ſequitur Carol. Ruin. conſ. 202. num. 15.
verſ. *quia ſufficit* lib. 2. Deciſ. Genuæ 184. num. 2.
Parlador. lib. 2. rerum quotidianar. cap. fin. 5. par.
§. 9. num. 20. l. nàm ità Diuus ff. de adoptionib. l.
1. §. denunciari ff. de ventre inſpiciendo, & per
eum Bald. in l. iubemus num. 4. C. ad Senat. Conſ.
Trebellian. vt tradit optimè Alexand. conſ. 156.
ſtantibus his num. 3. vol. 2. facit Bart. in l. duobus
§. qui iurauit verſic. *igitur ſi quis* nu. 1. ff. de iure
156 iurand. vbi aſſerit, † quòd fideiuſſor non eſt
citandus ad cauſam, etſi ei per ſententiam con-
tra principalem latam præiudicium generetur,
157 Alex. vbi proximè, & num. 5. & 6. † Argumen-
tum autèm prædictum à contrario ſenſu eſt in
iure fortiſſimum, l. 1. §. huius rei, vbi Alexand.
num. 7. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdi-
ctio, l. ex eo ff. de teſtibus, & l. qui teſtamento §.
mulier ff. de teſtament. cap. cùm apoſtolica de
his, quæ fiunt à Prælatis, Bart. in repet. l. omnes
populi nu. 71. ff. de iuſtit. & iure, Ioan. de Neuiz.
lib. 1. ſyluæ nuptialis num. 212. verſic. *à contrario*,
latè Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 3.
tit. 16. num. 1. & ſeqq. Roland. à Valle conſil. 65.
nu. 22. & conſ. 72. num. 17. vol. 2. Borgnin. deciſ.
Fiuizan. 45. num. 57. 2. par.
158 † Quarè cùm huiuſmodi ſententia exequuto-
riata ex eo tranſierit in rem iudicatam, pro ve-
ritate habetur, l. 1. ff. de re iudic. l. ingenuum de
ſtatu hominum, cap. inter, & cap. ſicut de ſent.
& re iudic. cap. in præſentia de renunc. l. res iu-
dicata ff. de regul. iur. Alexand. conſ. 93. num. 5.
lib. 6. Roland. à Valle conſ. 6. nu. 16. vol. 3. & conſ.
22. num. 2. vol. 4. & titulum præſtat, l. iuſtè poſſi-
det ff. de acquirend. poſſeſſ. Bart. in l. ex hoc iure
num. 6. ff. de iuſtit. & iure, Burgos de Paz conſil.
50. num. 6. & licèt lata fuerit inter Secretarium
Yañez de Aguilar, & aduerſarij ex eo inter alios
latam contendant, id quatuor Notarijs non ob-
159 ſtet, † quia cùm ſupèr eodem agatur, de quo
tunc temporis fuit actum, & lata cum legitimo
contradictore, & in plenario iudio, quoàd omnes
ius facere videtur, d. l. ingenuum, vbi Alberic. &
Bald. cap. cùm intèr de ſentent. & re iudic. Anto.
de

de Butrio num. 2. & communitèr Scribentes in
cap. quàmuis eodem tit. Alexan. in l. ſæpè nu. 56.
& ſeqq. ff. eod. tit. optimè Burg. de Paz vbi pro-
160 ximè nu. 7. † Quia ad minus faciet quale quale
præiudicium Capitulo, & ſuo Secretario, & pro-
derit ad muniendas probationes quatuor Nota-
riorum, l. ſi ſuſpecta ff. de inoffic. teſtam. l. à ſen-
tentia ff. de appellat. Gloſſa verbo *habiturum* in l.
ſi duo patroni in princ. ff. de iureiur. l. 4. §. idem
Iulianus ff. de carbonian. edicto, Angel. Aretin. in
d. l. à ſententia, & communitèr DD. in proximè
allegatis iuribus, Ant. de Butrio in d. cap. quàm-
uis num. 4. Alex. vbi proximè num. 70. plures alij
allegati per dictam Deciſ. Genuæ nu. 4. & 7.

Nec obſtabit, quod Capitulum probare cona-
tum eſt, quòd à tempore immemoriali officia
Secretariæ Capituli non ſunt perpetua, ſed amo-
uibilia ad voluntatem Capituli, & quæ quotannis
prouidentur, ſicut alia officia Capituli; ex hoc
inferens, quòd executoria contra Alphonſum
Yañez de Aguilar eis non obeſſe debet, quia fuit
Secretarius vno ſolo anno; hoc enim minimè
161 obeſt, † quia ſufficit, quòd tempore, quo erat
Secretarius, habita fuerit, quia vt tradit Iacobin.
in tract. de feudis verbo *& dicti vaſalli* num. 34.
poſt Imol. & Angel. à ſe allegatos, ſententia præ-
iudicat non citatis, & ignorantibus, quandò eſt
lata contra illum, ad quem ius feudi pertinebat,
licèt in aliquem caſum illud in alium tranſire po-
tuiſſet, mouentur Doctores prædicti ex eo, quòd
162 † ſententia lata contra inſtitutum, præiudicat
ſubſtituto, & fideicommiſſario etiàm non cita-
tis, l. ex contractu, & l. ſæpè, vbi Alexand. ff. de re
judic. l. ſi patroni §. vlt. ff. ad Senat. Conſ. Trebell.
Bart. in l. in diem nu. 1. ff. de aqua pluuia arcenda,
l. 1. §. denunciare ff. de ventre inſpiciendo, Alex.
conſ. 156. num. 3. lib. 2. Tiraquell. in tract. res in-
ter alios actas verſic. *ſed hæc multis*. Ideò licèt di-
ctum munus Secretariæ ab eo poſſet auferri, ſen-
tentia interim dùm non aufertur, tanquàm cum
parte legitima habita, & lata, omnibus præiudi-
cat, maximè quia Capitulum cauſam agitari in-
163 telligebat; nec aliud eſt veriſimile, argum. cap.
quantò de præſumpt. vndè ſuccedit regula, quòd
ſententia facit ius quòad omnes, qui cauſam agi-
tari ſciuerunt, vt tradit Angel. de Peruſ. in l. Pa-
pinianus §. ſi ex cauſa num. 3. ff. de inoffic. teſtam.
Bart. in d. l. ſæpè num. 2. ff. de re iudic. Alex. conſ.
84. num. 4. vol. 3. Matheſilan. ſingul. 25. & ſeq. alij
adducti per Additionator. ad Alexand. vbi pro-
ximè, qui omnes tenent, ſententiam latam con-
tra præſentem, & cauſam defendentem non con-
164 tumacem fidem facere quoad omnes, † maxi-
mè, quia ſi dictum Capitulum ſua intereſſe pu-
tabat, principalitèr debuit cauſam defendere, cũ
tractari cum ſuo Secretario ſciret, vt tradit In-
nocent. in d. cap. quàmuis nu. 3. & 4. de ſentent.
& re iudic. dicens, quòd ſi aliqui, quos negotium
tangit, alium agere videant, & taceant; & ex eo,
quòd ad eorum peruenit notitiam, aut perueni-
re potuit, præiudicium ex ſententia generatur,
idquè probat expreſsè text. in d. cap. quàmuis,
vbi Anton. de Butrio, Abbas, & alij num. 1. idem
Anton. de Butrio in cap. cum olim 7. num. 16. de
cauſ. poſſeſſ. l. 29. tit. 22. par. 3. Tiraquell. in tract.
res inter alios actas limit. 20. l. vlt. ff. de re iudic.
doctè in omnium ſupradictorũ confirmationem
Couar. in pract. quæſtionib. cap. 13. num. 4. & 5.
& idem procedet in omnibus alijs actibus, de
165 quibus in cauſa ſupèr exequutoria, † quia
communis eſt reſolutio, quòd vbicumque no-
cet ſententia inter alios lata, nocebunt omnia
acta cauſæ, vt in cap. intèr dilectos verſic. *nec
atteſtationes* de fide inſtrumentorum, l. ſed & ſi
poſſeſſori §. final. ff. de iureiurand. plures ad-
ducens Molina lib. 4. de Hiſpanor. primogen.
cap. 3. num. 5. poſt Innocent. in cap. cauſam 1. de
teſtib. tradunt Bar. in d. l. ſæpè num. 14. Alexand.
conſ. 68. incip. viſo proceſſu nu. 9. vol. 2. & conſ.
208. num. 16. eodem vol. Matth. de Afflict. deciſ.
Neapol. 396. num. 3. Ioannes Guttier. conſ. 1. nu. 4
& adhùc reijcitur Capituli, & Secretarij obie-
ctio, de qua ſuprà num. 94. animaduerſo, quòd
tempore, quo abſuit Alphonſus Yañez de Agui-
lar fuerunt præſentes alij Secretarij, & non con-
tradixerunt ijs, de quibus poſtea fuit conqueſtus
prædictus Alphonſus Yañez, & plus, quòd Ioan-
nes de Lizaſſo eſt Secretarius ab hinc viginti an-
nis, & plus, continuato ſemper tempore, aliæ au-
tem repugnantiæ excogitatæ ab Eccleſia de fa-
ctione aſſignationum redituum Arrendatarijs
facta per diuerſam perſonam, quàm eam, per
quam obligationes fiunt, nil obeſt, nec inconue-
nit, cùm ex ſupra adductis ſatis appareat ſatiſ-
factum.

Nequè obſtabunt productiones inſtrumento-
rum nomine ab aduerſa parte factæ de quibuſdã
edictis, ad hoc vt Arrẽdatarij fideiuſſiones ſupèr
reditibus præſtarent, ſiquidèm à cauſa, de qua
agimus, extraneum eſt, & tàm id, quàm mandatũ
quoddam, ad hoc vt Arrendatarij peruenirent
ad obtinendum recudimenta coram Alphonſo
Yañez de Aguilar Secretario Capituli, quia, vt in
eo apparet, ſpecificè declaratur, quòd ad id com-
pareant perſonæ, quibus id præſtare poſſit, quod
potiùs in fauorem quatuor Notariorum, & de-
poſitionis ſuorum teſtium tendit, alia autèm
producta erant acta per Capitulum Sede vacan-
166 te, † actus, qui fiunt Sede vacante, non inducũt
aliquam obſeruantiam in præiudicium Eccleſię,
vel iurium Epiſcopalium, cap. de quarta, & cap.
auditis, cum vtrobique notatis de præſcriptioni-
bus, cui nullum ex eo præiudicium generari po-
terat, vt in rubro, & nigro, nè Sede vacante, ma-
ximè cap. 1. quia vt traadit Abb. in cap. verùm 7.
167 num. 3. & 7. de foro compet. † quòd Eccleſia
Cathedralis quandò vacat, non debet contra
eam aliquid præiudiciale intentari, & in cap. 1.
num. 2. de præſcript. gloſ. verbo *debeant* in cap.
edoceri 21. de reſcript. nec tunc currit præſcri-
ptio contra Eccleſiam, & dignitatem Epiſcopa-
lem, cap. 1. & cap. de quarta de præſcript.

Reliqua autẽ vel ſunt de reditibus ad ſolũ Ca-
pitulũ pertinentibus, vel clandeſtinè facta, vt ſu-
prà in ſimili probauimus; & quia eò ipsò, quòd
ab aliquo Arrendatario habebantur recudimen-
ta, obligationes otorgabant, & ſtipulabantur co-
ram aliquo ex quatuor Notarijs perpetuis, vt de-
ponit Franciſcus de Heredia, val per Secretariũ,
& inſimul Natarium perpetuum virtute Nota-
riatus,

riatus, non Secretariæ ſolitus, maximè quia ex pluribus prædictis cōuincitur iniuſtitia prætenſionis Capituli, & Ioannis de Lizaſſo, cùm nunquàm Prouiſores in expeditione inſtrumentorū neceſſariorum nomine ſuo ſubſcriberent, vt Iudices *de rentas* iuxtà nouum Ioannis de Lizaſſo inuentum, ſed vt Prouiſores, & Notarij de quatuor perpetuis, vt tales non vt Secretarij, vt benè in memoriali animaduertitur in fauorem Notariorum facto; vndè mihi videtur iuri, & rationi conſentaneum, debere ſententiam ferri in fauorem quatuor Notariorum circà per eos deducta, & in iſta allegatione animaduerſa contra Capitulum Conchenſe, & Ioannem de Lizaſſo eius Secretarium, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *IVdicialis actus differt in pluribus ab extraiudiciali.*
2 *Iudiciale dicitur, quod quoquomodo iudiciū tāgit.*
3 *Iudicium dicitur vbi interuenit Iudex, Actor, & Reus.*
4 *Iudicium dicitur vbi primùm actio intenditur etiā antè reſponſionem rei.*
5 *Iudicium aliquandò pro actione accipitur.*
6 *Iudex datus, vt intrà certū tempus litem dirimat, poterit eo lapſo de conſenſu partium dirimere.*
7 *Cauſæ à litibus qualitèr differant.*
8 *Contentioſum dicitur poſt inchoatam litem.*
9 *Contentionis cauſa litigare quandò prohibitum.*
10 *Contentioſa iuriſdictio qualitèr capiatur.*
11 *Cauſa dicitur etiàm antè litis conteſtationem.*
12 *Lis non dicitur pendere antè conteſtationem.*
13 *Sententia debet ferri à Iudice, coràm Tabellione actorum.*
14 *Epiſcopus in ſua Diœceſi eſt caput. alij etiàm Capitulum, & Canonici membra, & num. 29.*
15 *Epiſcopus ſolus eſt Ordinarius in ſua Diœceſi.*
16 *Epiſcopo ſunt ſubiectæ omnes Eccleſiæ Diœceſes.*
17 *Epiſcopus habet fundatam intentionem in omnibus Eccleſiis.*
18 *Eccleſiæ Diœceſis ſunt ſubditæ Epiſcopo etiàm quòad temporalia.*
19 *Epiſcopus eſt Curatus, ſeù Parochus totius Diœceſis.*
20 *Epiſcopus eſt Parochus Parochorum, & vniuerſalem curam debet habere in Diœceſi.*
21 *Epiſcopus de iure ſuam intentionem fundatam habet in decimis.*
22 *Epiſcopus quòad diuiſionem decimarum Diœceſis habet fundatam intentionem.*
23 *Iuriſdictio, quæ olim erat penès Decanum, eſt penès Epiſcopum.*
24 *Capitulum non habet poteſtatem iuriſdictionalem, neque interdicendi.*
25 *Capitulum ſinè Epiſcopo non mutat conſuetudines antiquas, neque inducit nouas.*
26 *Capitulum non poteſt ſtatuta facere in tangentibus Epiſcopum.*
27 *Capitulum Sede vacante ſuccedit tantùm in his, quæ ſunt iuriſdictionis.*
28 *Capitulum ſinè Epiſcopo non facit ſtatuta circa vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ Cathedralis.*
30 *Membra non debent à Capite diſcedere.*
31 *Epiſcopi authoritas præcipua eſſe debet in agendis rebus.*
32 *Epiſcopus poteſt tantum prout Capitulum in ſpectantibus ad eos.*
33 *Prælatus in rebus communibus agit, & conuenitur ſinè Capitulo.*
34 *Adminiſtrator agit, & conuenitur ſinè conſenſu alterius.*
35 *Prælatus in rebus communibus habet liberam adminiſtrationem.*
36 *Adminiſtrationem plenam habens non tenetur aliū requirere.*
37 *Prælati nomine non ſempèr venit Capitulum.*
38 *Epiſcopus exigit rationem ab Adminiſtratoribus Fabricarum Eccleſiarum, & nu. 40.*
39 *Epiſcopus recognoſcit, an benè expendātur fructus Eccleſiarum.*
41 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
42 *Venales res regularitèr non veniunt in legato generali, niſi appoſita ſit dictio vniuerſalis.*
43 *Statutum, quòd vir lucretur dotem, extantibus liberis quandò procedat.*
44 *Fabrica Eccleſiæ nomine quandò veniant illius prouentus.*
45 *Fabrica aliquandò capitur pro ædificij ſtructura.*
46 *Fabrica qualitèr diuerſimodè accipiatur apud leges, & bonos Authores, & num. 47.*
48 *Fabrica ſumitur aliquandò pro fabricatione.*
49 *Epiſcopus eſt ſponſus Eccleſiarum Diœceſis, præcipuè Cathedralis.*
50 *Epiſcopus habet maiorem coniunctionem cum Cathedrali, quàm cum alijs.*
51 *Matrimonium ſpirituale eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam.*
52 *Epiſcopus defert anulum in ſignum matrimonij ſpiritualis cum ſua Eccleſia.*
53 *Anulus eſt ſignum matrimonij.*

P R O

Eiſdem quatuor Notarijs perpetuis Tribunalis Eccleſiaſtici Conchenſis, & pro iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, & eius Vicarij Generalis.

A R G V M E N T V M.

Iudiciales, & contentioſi actus qualitèr intelligantur, & qualis ſit iuriſdictio, & auctoritas Epiſcopi in eius Diœceſi tàm circa regimen, quàm adminiſtrationem decimarum ipſi cum aliis communium; Et circa exigendam rationem ab Adminiſtratoribus redituum fabricarum tàm Cathedralis Eccleſiæ, quàm Parochialium.

Digitized by Google

CONSILIVM CXXII.

SVppoſito in facto, quòd per
executoriam latam ad fauorē
dictorũ quatuor Notariorum
declaratum eſt, quòd quotiès
opus fuerit facere acta iudicia-
lia, & contentioſa, debeant co-
rã ipſis fieri priuatiuè ad No-
tarios Apoſtolicos, & etiàm Se-
cretarium Capituli, qui ſimilitèr ſit Notarius, &
præfato Capitulo ſolummodò ſit permiſſum,
poſſe facere recudimenta, & alia concernentia
reditus, quorum adminiſtratio ad Capitulũ per-
1 tinet, illud in primis ſciendum eſt, † quòd actus
iudicialis differt in pluribus ab extraiudiciali, vt
tradit Ioan. de Imola in cap. fin. num. 11. & 12. de
præſumptionibus.
2 † Iudiciale autem dicitur illud, quod quoquo
modo iudicium tangit, l. Lucius Titius 38. ff.
mandati, ibi: *Eſt enim earum ſpecierum iudicialis
quæſt , per quam res expediatur*, Briſſon. lib. 9. de
verbor. ſignif. pag. 321. auth. de exhib. reis, §. illud,
Spiegel. in dictionar. verbo *iudicialis*, indè Cicero
lib. 2. de inuentione dicens: *Iudiciale eſt, quod
poſitum in iudicio habet in ſe accuſationem, & de-
3 fenſionem, aut petitionem, & recuſationem.* † Et vbi
interuenit Iudex, actor, & reus, cap. forus §. in
omni de verbor. ſignif. Felyn. in cap. fin. num. 7.
de præſumpt. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2.
par. 2. quæſt. 11. princ. artic. 4. nu. 1. & 4. Hieron.
Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 9. in annotation.
contra nullitates nu. 17. & 39. facit melior text.
4 in princ. inſtit. de actionib. † dùm ibi dicitur, iu-
dicium conſiſtere vbi primum actio intenditur,
& ſic antequàm reus reſpondeat, idquè Bart. in
l. fur manifeſtus num. 6. ff. de furt. videtur velle,
dùm principium iudicij intelligit vſquè ad con-
teſtationem incluſiuè, & poſt Marant. de ordine
iudicior. 6. par. in princ. nu. 2. tradit Doctor Paz
5 in praxi 1. tom. annotat. 1. de iudicio nu 38. † ſic
iudicium pro actione accipitur in l. 1. C. familiæ
erciſcundæ. Et facit, quòd non ſolum lite con-
teſtata, ſed cauſa, & actione propoſita dicitur lis
pendere, l. litis nomen ff. de verbor. ſignific. vbi
Rebuff. & Bræcheus auth. qui ſemèl C. quomo-
dò, & quandò Iudex, gloſ. verbo *litibus* in l. 1. ff.
de teſtibus, Hoſt. & ſequaces, de quibus memi-
nit Abb. num. 12. in cap. final. vt lite pend. idem
in cap. ex parte 30. num. 3. de verbor. ſignif. Ioan.
Andr. num. 4. in cap. à memoria vt lite pend. text.
6 in l. 2. §. ſed ſi Iudex ff. de iudic. † vbi Iudex da-
tus vt litem dirimat intra certa tempora, pote-
rit poſt tempora ex conſenſu partium cogno-
ſcere. Et ſic lis antè conteſtationem dicitur, l.
deſtitiſſe eodem tit. vbi nec diceretur quis con-
teſtari litē, ſed ſuperfluè diceretur, ſi lis eſſet poſt
conteſtationem tantùm, cum adductis per Re-
buff. vbi proximè verſ. *ſexto*, & probatur in ru-
7 bro, & nigro, vt lite non conteſtata, † & ſi apud
Imper. in l. cauſas 16. C. de tranſact. & Summum
Pontificem in d. cap. forus cauſæ diſtinguantur à
litibus, Marcell. Donat. ad Sueto. in Domitiano
9.8. & ità eſt cauendũ à Blanco de comprom.
q. 1. num. 6. dùm videtur generalitèr conclu-
dere, non eſſe litem ante conteſtationem, Cumia
ad ritus M. C. Siciliæ cap. 8. num. 2.
8 † Contentioſum autem illud intelligitur quã-
dò poſt inchoatam litem, inceptumq; iudicium
intèr litigantes cõtrouertitur. Contendere enim
pro certa re, & litigare, accipitur quaſi contra
tendere, eò quòd in litibus maximè actor tendat
contra reum, & reus contra actoris voluntatem,
l. 1. ff. de edendo, ibi: *vt proinde ſciat reus, vtrum
cedere, an contendere vltra debeat, & ſi contenden-
dum putet, veniat inſtructus ad agendum*, l. circa
§. quotiès ff. de probat. l. final. ff. de iureiur. l. 1. §.
apud ff. depoſiti, l. 2. ff. ſi ingenuus eſſe dicatur,
l. ſi dolo 24. ff. de dolo, l. creditore 42. ff. de iure
iur. l. ſi duo 16. ff. vt legator. ſeù fideicom. nomi-
ne, l. poſt legatum 5. ff. de his, qui vt indign. l. ait
prætor 10. §. quod ait ff. quæ in fraud. creditor. l.
in iudicio 47. ff. famil. erciſcund. l. qui reſtituere
68. ff. de reiuend. Briſſon. lib. 3. de verbor. ſignific.
pag. 116. Rebuff. in l. ſequeſter 109. verſic. *conten-
dunt*, & ſequenti ff. de verbor. ſignific. Cicero 4.
Accademicar. *Eſt enim inter eos non de terminis,
9 ſed de tota poſſeſſione contentio.* † Et ſi contentio-
nis cauſa litigare videatur prohibitum, in auth. de
his, qui ingrediuntur ad appellationem §. quia
10 igitur nos collat. 5. † & ab iſta denominatione
dicitur contentioſa iuriſdictio in l. 2. ff. de offic.
Proconſ. & legati, quæ inter litigantes, & conten-
dentes exercetur, & in inuitum datur, l. inter ſti-
pulantem §. 1. ff. de verbor. obligat. vt ſi duo co-
ram Iudice litigent, dicitur contentioſa iuriſdi-
11 ctio, † licèt dicatur cauſa tàm antè, quàm poſt
litem conteſtatam ſecundùm Alexand. & DD. in
l. cauſas C. de tranſact. Cumia ad ritus Mag. Cur.
Siciliæ cap. 76. num. 4. gloſ. 1. in l. iudicium 58. ff.
de iudic. quæ ait, non alitèr eſſe iudicium, quàm
lite conteſtata, Bart. ibi num. 1.
12 † Nec dicitur lis pendere antè conteſtationē,
l. ampliùs ff. rem ratam haberi, Machel. patro. 28.
num. 2. & dicit Boer. quæſt. 33. nu. 15. quòd non
dicitur quis agere antè litem conteſtatam, ſed
agere velle, clem. 1. vt lite pendente, idem Cumia
vbi proximè cap. 3. num. 9. Alciat. in l. litis 46. nu.
1. & 2. ff. de verbor. ſignif.
13 † Et facit, quia licèt ſententia feratur à Iudice,
tamen ſcriptura de ea fit corã Iudice per Tabel-
lionem actorum, l. nè in arbitris C. de recept. ar-
bitr. & notatur in l. iubemus C. de liber. cauſa,
Bald. conſ. 137. incip. ad officium nu. 2. & 3. vol. 3.
dicens, quòd ſi non competens Notarius ſcribit
acta, non valent, vt notat Guilielm. de Cugn. in
l. repetita C. de Epiſc. & cler. l. 2. C. de execut. &
exact. lib. 12. latè Natta conſ. 138. nu. 23.
Quoàd alia autèm, quæ huius concertationis
argumentum concernunt, illud ſciendum eſt,
14 quòd Epiſcopus in ſua Ciuitate, & Diœceſi eſt
caput, & alij inferiores Prælati Capitulum, & Ca-
nonici membra, argumento cap. ſignificaſti in
fine de elect. & tradit Ant. de Butrio in cap. cùm
non liceat 12. nu. 2. de præſcript. cap. quoniàm
14. vbi idem Anton. num. 8. de offic. ordin. Abb.
conſ. 57. incip. attingam nu. 1. in fine 1. par. Hen-
ricus de Bottis in tract. de ſynodo Epiſc. 3. par.
15 in princ. num. 11. † ipſeq; de iure eſt ſolus Or-
dinarius in ſuo Epiſcopatu, cap. de perſona 11.
quæſt. 1.

quæſt.1.Anton.de Butrio in cap.irrefragabili nu.
16 27.de offic.Ordinarij. † Vndè Epiſcopis ſubditæ ſunt Eccleſiæ in eorum Diœceſibus ſitæ,quarum iure cõmuni Domini, & Paſtores reputantur, cap.de xenodochijs, & cap.cùm venerabilis de relig. domib. Anton. in cap.olim 17. num. 8.
17 de reſtitut.ſpoliator. † & cõmmuni iure fundatam habent intentionẽ in omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis, cap.quia Monaſterium.vbi Abb.nu. 5. de relig.domib.& in cap.1.num.2.de donat.cap. ſi quis Epiſcoporum 16 quæſt.5.& quæſt.7.cap. omnes baſilicæ, cap.monaſteria 18 quæſt.2. & c. cùm venerabilis , vbi Decius not.10. de except. Phil. Probus in cap.vt an marum num.104. de conſtit. in 6. Aymon conſ.483.nu.8.vol.3. Pariſ. conſ.34.num.1.vol.4.Rebuff.conſ.135 nu.4.Decian.reſp.16.num.3.vol.2.Beroius in rubr.nu.15. de offic.deleg. Zabarell. conſ.6.nu.4. P.Gregor. in cap.conquerente 8. num 4 de offic.ordin.l.2. in princ.tit.12.par.1.Gregor.Lopez in l.1.tit.16.
18 par.1.gloſ.6.& 7. † itàut Eccleſiæ in Diœceſi ad Epiſcopũ loci etiàm in temporalibus pertineant, cap.Epiſcopum 10.quæſt.1. cùm ait : *Epiſcopum per cunctas Diœceſes,Parochiaſq; ſuas per ſingulos annos ire oportet, vt exquirat,quo vnaquæque baſilica in reparatione ſui indigeat,quòd ſi ipſe aut languore detentus , aut alijs occupationibus implicatus id explere nequiuerit , Presbyteros probabiles , aut Diaconos mittat , qui reditus baſilicarum , & reparationes , & miniſtrantium vitam inquirant* , Abb. in cap. cùm venerabilis nu.41. & ſeq. de except. Conc.Tolet 4.cap.35.Rebuff.conſ.135.nu.5.Se-
19 raphin.deciſ.306.num.3. † Et Epiſcopus eſt curatus totius Diœceſis,quę ſub illius cura eſt,cap. nullus de paroch.cap.1.de raptorib.cap.propter hoc diſt.43. & cap.licet 17.quæſt.1. Præpoſit. in cap.nos conſuetudinẽ nu.1. diſt.21. Paul.Aemil. Verall.deciſ.Rotæ 340.num.2.& 3.par.3. Marc. Anton.Genuenſ.in practicab.Eccleſ. quæſt.230. num.3 Conc.Trident.ſeſſ.23.cap.1. Ioan.Franc. Leo. in theſaur.fori Eccleſ.par.4.cap.2.num.20.
20 † & Parochus Parochorum,cùm vniuerſalem curam gerere teneatur , cap. rationis in fine 100. dict. cap. ſuggeſtum 7.quæſt. 1. Ioan.Franciſc. Leon. in theſaur. fori Eccleſ. par.1. cap.3. num. 12.
21 † Epiſcopus etiàm ſuam intentionem de iure communi in decimis fundat non ſolùm quòad ſuam canonicam portionem , cap. quoniàm de decimis, & quòad ſuum regimen generale, cap.
22 regenda 10. quæſt. 1. † ſed quòad diuiſionem faciendam , cap. præcipimus 12. quæſt. 2. Ioan. Monach.in cap dudùm num 12.de reb.Eccleſiæ non alienan.lib.6. Et ità quòad reditus decimales,& alios, qui dicuntur vulgaritèr communes, in quibus Epiſcopus habet partem ad illũ,& non ad Capitulũ adminiſtratio pertinet,& ad illũ,vel eius Vicarium generalem pertinet exercitiũ iuriſdictionis ſuper recaudatione dictorum redi-
23 tuum : † nàm vltrà, quòd iuriſdictio, quæ olim fuerat penès Decanum Eccleſiæ Cathedralis, eſt hodiè penès Epiſcopum, vt ex Card. in clem.1. verſic.*ne igitur* quæſt.8.de celebrat.miſſar.tradit Gregor.Lopez in l.3. tit.6. part.1. gloſ.4. quarè ceſſauit iuriſdictio , quam antiquitùs ſolebat habere Decanus , & per conſequens Capitulum,
24 † quòd de iure communi non videtur habuiſſe poteſtatem iuriſdictionalem , nequè interdicendi, cap.quæſiuit,de his,quæ fiunt à maiori parte Capituli, Abb.nu.2.Felyn.num.1.in cap.ex parte Decani 33. de reſcript. iuncto cap. non eſt de
25 conſuet. lib.6. † nec poteſt ſinè Epiſcopo nouas cõſuetudines inducere, nec antiquas immutare, c.cùm conſuetudinis,vbi Abb.nu.1.& 4.de con-
26 ſuetud. † imò ſuper tangentibus Epiſcopum non poteſt ſtatuere ſecundùm Anton.de Butrio num.7. in d.cap. cùm conſuetudinis de conſuet. Deciſio Rotæ 4. ad finem de conceſſ.præbend.in
27 nouis , † quia etiàm Sede vacante ſuccedit tantùm in his , quæ ſunt iuriſdictionis, Anton. in cap.quanquàm num.4.de elect.in 6. Abb.in cap. 1.num.4.& in cap.2.num.3.& 4.nè Sede vacante , qui ſecus eſſe dicit in iuribus Epiſcopalibus
28 etiàm ea defendendo. † hinc eſt bona determinatio gloſſæ in cap.2. §.cœterùm de verb.ſignif. in 6. quæ ait,quòd Capitulum ſinè Epiſcopo ſtatuta facere nequit , quæ tangant generalem Eccleſiæ ſtatum,vel Epiſcopũ, vel iura eius, d.cap. cùm conſuetudinis,vbi Abb.num 4. Imol. Ioan. Andr. & alij, idem Abb.in cap.cùm omnes nu.4. de conſtitut.& in cap.1.nu.14.de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli , & in cap.requiſiſti nu. 10. de teſtament. cap. nouit de ijs , quæ fiunt à Prælat, Rota deciſ.4. in fine,tit.de conceſſ.præ-
29 bend. in nouis. † Nàm iuxta gloſſ prædictam Prælatus eſt caput, Iacob.Puteus lib.3. dec. 420. num.5.in tantùm quòd etſi ſit totius cleri caput, ſpecialitèr tamèn ſui Capituli , vt tradit idem
30 Puteus lib.2. deciſ.335. num.3. † Et indè ab eo membra recedere non debent ,cap. cùm non li-
31 ceat de præſcript. † Epiſcoporum enim præcipua eſſe debet omnium rerum agendarum auctoritas,vt in Concil.Trident.ſeſſ.25.de reform.
32 cap. 6. ſtatuitur, † nàm vltrà , quòd quandò aliquid ſpectat ad Capitulũ , & Epiſcopum ſimùl, poteſt tantùm Epiſcopus ſolus, quantùm totum Capitulum, vt reſoluit Iaſo. in l.iuris gentium §.
33 hodiè num.11.ff.de pact. † ſolus Prælatus agit, & conuenitur ſine Capitulo,& cõuentu pro bonis communibus, etiàm ſi communia ſint tantũ
34 quoad adminiſtrationem , † quia quicunque, vel quæcunque habet adminiſtrationem, poteſt agere,& conuenire ſinè conſenſu alterius, l.final. ff.quod cuiuſque Vniuerſit. nomine, cap.cùm deputati de iudic. auth. de eccleſiaſtic. titulis §. final.collat.9.l.orphanotrophos,& l.omnes C.de Epiſcop.& cler. Innoc.num.3.in cap.edoceri de reſcript. & ita ipſe reſoluit in terminis Epiſcopi,optimè Abb.ibi num.1.& 6. Felyn.nu.2. Ant. Imola, Abb.& reliqui in cap.1.de procurat. ſentit Gloſſ. in l. ait prætor, verbo *actiones* ff. de iur. deliber. adducti per Paz in praxi annotat. 4. num.34.& 36. idem Anton.de Butrio in cap.petitio nu.11. eod.tit. dicens, eſſe quaſi dominum negotiorum Capituli , & tradit doctè Speculat.
35 1.tom. tit.de actore §.1. nu.77. † quia Prælatus in bonis communibus liberam habet adminiſtrationem abſquè ſpeciali mandato, ſecundũ Paul. de Caſtro in l.conſtitui 10. nu.2. ff.quod cuiuſq; Vniuerſit. nomine, & in l.Præſes num.4. C. de

tranſact. pro qua parte Felyn. vbi proximè allegat Innoc. in cap. cùm deputati de iudic. & cap. cùm venerabilis de relig. domib. Lapus allēg. 49. fauet Boer. deciſ. 38. nu. 24. & facit pro eo gloſſ. verbo *dediſſet* in l. Titium, & Mœuium 48. ff. de adminiſtrat. tutor. per quam Bald. in cap. 1. col. 2 num. 3. de iis, qui feudum dare poſſunt in vſibus
36 feudorum ait, † quòd habēs plenam adminiſtrationem non tenetur aliū requirere, ſecùs tamèn eſt ex aduerſo, quia Marian. Soccin. conſ. 185. incip. Prælatus, aliàs ex litteris tranſmiſſis. ait, quòd Capitulum non poteſt adminiſtrare bona communia, contradicente Capitulo, niſi in arduis, Innocent. in d. cap. ex parte Decani, Felyn. num. 3. Puteus lib. 2. deciſ. 414. num. 3. ſubdit q; Felyn. in d. nu. 3. in cap. edoceri de reſcript. quòd ſi ſtatutum eſſet, quòd ad Prælatum, & Capitulū ſimùl ſpectet adminiſtratio, debet intelligi, & limitari ſecundùm quod ſpectat de iure communi in arduis, & ſimilibus, cap. ſcire debes 7. quæſt. 1. per quem text. Specul. vbi proximè num. 78. diuerſitatis aſſignat rationem in eo, quarè Prælatus ſinè conſenſu Capituli poſſit agere in communibus, non è contra, quòd Prælatus nomine Eccleſiæ intelligitur tanquàm caput, vndè nihil poteſt fieri ſine eo, d. cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælatis,
37 cap. cùm non liceat de præſcript. † ſed nomine Prælati non ſempèr intelligitur Capitulum, cap. requiſiſti, vbi notatur de teſtament. & cap. poſt electionem §. cùm igitur de conceſſ. præbend. & confirmant tradita per eundem duobus numeris ſequentibus, atquè ità conuincitur, Capitulum Conchenſis Eccleſiæ non poſſe ſibi arrogare cōmunium redituum adminiſtrationem. cùm ea ad ſolū Epiſcopū pertineat, quod & confirmat Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſumpt. 133. nu. 8. circa finem.

38 † Rurſus, Epiſcopi munus eſt rationem exigere ab Adminiſtratoribus Eccleſiaſticis, & laicis fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiàm Cathedralis, qui ſingulis annis Ordinario rationem reddere tenentur, conſuetudinibus, & priuilegijs quibuſcunque in contrarium ſublatis, niſi ſecus in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeù fabricæ expreſsè cautum eſſet, & ſi ex conſuetudine, vel priuilegio, aut conſtitutione aliqua loci alijs ad id deputatis ratio reddenda eſſet, cum illis & Ordinarius debet adhiberi ex decreto Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 9. Ioan. Franc. Leon. in theſauro fori Eccleſiaſt. par. 2. cap. 14. nu. 24. fol. 278.

39 † Et ſimilitèr ad Epiſcopum pertinet rationē exigere à cunctis clericis de Eccleſiarum reditibus, & videre, an benè Eccleſiarum fructus expendantur, cap. 1. 10. quæſt. 3. ibi: *Et ſingulis annis Epiſcopo indè ratio fiat*, cap. perlectis 25. diſt. verſ. *ad Epiſcopum*, cùm ait: *ipſe tamen eſt præordinator in cunctis*, iuncto verſ. *Archidiaconus*, ibi, *cum iuſſione Epiſcopi*, Altamiran. in tract. de viſit. verbo *ſed Epiſcopi* num. 2. & in Cabilon. Concilio can. 14. vt tradit Carrança in ſumma conciliorū, & refertur clariùs in cap. decretum 10. quæſt. 1. vbi dicitur: *decretum eſt, vt omnes Eccleſiæ cum dotibus ſuis, & decimis, & omnibus ſuis iuribus in Epiſcopi poteſtate conſiſtant*, atquè ad ordinationē ſuam ſempèr pertineant cum duobus capitibus
40 ſequentibus, † quarè pluſquàm certum eſt, ad Epiſcopum pertinere adminiſtrationē redituū fabricarum non ſolùm earū, quæ per Diœceſim ſunt, ſed fortioribus rationibus Cathedralis ex
41 generalitate dictionis, *omnes Eccleſiæ*, † quia qui omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus ff. de legat. 3. l. à Procuratore C. mandati, Roland. à Valle conſ. 85. incip. Caſtrum Sancti Stephani num. 49. volum. 4. Bart. Florian. & alij num. 1. in d. l. Iulianus, idem Florian. de Sancto Petro diſput. 2. verſ. *veniamus* num. 1. ex l. omnes C. ſine cenſu, vel
42 reliquis, cap. ſi Romanorum 19. diſtinct. † Bart. in l. generali §. vxori ff. de vſufruct. legat. num. 1. vbi licèt in legato generali non veniant res venales, d. §. vxori, Roland. conſ. 5. incip. pulchra nu. 36. lib. 1. Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 5. in princ. & num. 3. probat tex. in l. ex facto proponebatur §. rerum Italicarum ff. de hæred. inſtit. l. debitor ff. de pignorib. Crotus conſ. 136. num. 40. plures, quos refert Pinell. in rubr. C. de bon. matern. par. 1. num. 38. tamèn ſecùs in legato, in quo dictum eſſet, omnibus, vel poſitum ſignum vniuerſale, omne, quia tunc legatum reſtrictionem nō recipit, d. l. Iulianus, & l. Pediculis §. Labeo ff. de aur. & argent. legat. Bart. vbi proximè num. 4. Decius conſ. 358. incip. placet mihi num. 1. in 2. tomo, & Roland. à Valle vbi proximè num. 50. vol. 4. conſ. 87. incip. propoſita num. 9. vol. 2. Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſumpt. 127. num. 28. Couar. vbi proximè in fine principij, & num. 1. Pinell. d. nu. 38. circa finem, & in caſu ſimili tradit Roman. in conſ. 43. incip. ex ſupra narrato themate in 3. du-
43 bio, vbi concludit, † quòd ſtante ſtatuto, quòd mortua vxore in matrimonio, vir in omni caſu dotem lucretur, ſtatutum etiàm habebit locum, exiſtentibus liberis ex primo matrimonio, nec ſecundùm eum habebit locum deciſio l. hac edictali, cum ibi not. C. de ſecund. nupt. idquè proptèr illa verba vniuerſalia, *in omni caſu*, & ita intelligantur traditiones Doctorum, qui fabricarū adminiſtrationes ad Epiſcopos ſolos pertinere
44 reſoluunt, † quia cū fabrica à Canoniſtis ex cōmuni loquendi vſu dicatur ius illud, quod Eccleſia habet ad percipiendū reditus aliquos ex bonis pro ornamentis, ædificijs, proque alijs diuino cultui neceſſarijs, vt tradit Couar. in cap. vlt. nu. 4. de teſtament. Altamiran. in tract. de viſit. verbo *ſed Epiſcopi* num. 14. cum traditis per Gregor.
45 Lopez in l. 11. tit. 10. par. 1. gloſ. 1. † & ſi aliquādo fabrica pro ipſo opere, & ædificij ſtructura accipiatur, cap. futuram 12. quæſt. 1. Canoniſtæ in cap. vlt. de teſtament. iuncto cap. fabrica de conſecrat. diſt. 1. Aluar. Valaſc. conſult. 179. nu. 4. & 5. DD. omnes proximè relati, Rebuff. in l. ferri 235. §. fabros verſ. *fabrica* ff. de verbor. ſignific.
46 † Vitruuiuſque fabricam definit, eſt continuata, ac trita vſus meditatio, quæ manibus perficitur, quod latinis ſonat, quorumcunque fabrorum officium; & in conſtitutionibus fabrica pro armorum factione accipitur, l. 1. & per totum C. de fabricenſib. lib. 11. auth. de armis collat. 6. cap. ſi Iudex de ſent. excommun. lib. 6. & huius commiſſionis Author fuit Conſtātinus Cæſar, qui in Cremonenſi municipio propè Mediolanum publicam

blicam

Digitized by Google

blicam hanc factionem armorum conſtituit, Am-
miano Marcellino Auctore lib. 15. & Alciato lib.
1. prætermiſſorum, verbo *militia*, & in d. l. ſerri
num. 9. vbi allegat l. penult. §. penult. ff. de iure
immunit.
47 † Facit illud Plinij lib. 7. cap. 56. fabricam fer-
ream inuenire Cyclopes propriè autèm accipiē-
do eſt fabri lignarij, & aliquandò aliorum fabro-
rum officina ſecundùm Sypontinum in Cornu-
copia, aliquandò etiàm pro arte accipitur, l. intèr
§. final. ibì, *Faber mandato amici ſui emit ſeruum*
decem, & fabricam docuit, ideſt artem ipſam fa-
bricandi ff. mandati, Cicero de natura Deorum:
Natura effectum eſſe mundum nihil opus fuiſſe fa-
brica, & ibidèm *pictura & fabrica. cæteraq; artes*
habent quendam abſoluti operis effectum, & 1. de
Diuinatione *materia deindè quid iuuaret, niſi con-*
fectionis eius fabricam haberemus, & 1. officiorum
hanc naturæ tàm diligentem fabricam imitata eſt ho-
minum verecundia, aliquandò pro machinatione,
Plaut. in Pœnulo actu 5. ſcena 2. *Nunc hoc con-*
ſilium capio. & hanc fabricam apparo, vt te allege-
48 *mus, qui filias tuas ducas, &c.* † & fabrica pro
fabricatione ponitur in l. final. ff. de priuil. vete-
ranor. vbi Diuus Magnus Antoninus veteranos
excuſat à nauium fabrica, vt non teneantur ad
conſtructionem nauium, nec ad expenſas pro
nauibus faciendas, quia nullum dubiū erat, quòd
non tenebantur fabricare naues, cùm arma, & nō
iura, nec naues fabricare ſciant, l. final. C. de iure
deliber. ob idque dubium ibi eſſe poteſt, an ad
expenſas pro naue facienda, & conſtruenda te-
neantur, & ibi reſpondit minimè teneri, & lex fi-
nalis §. hi quoquè, ibi, *ſi tamen pecuniam publicā*
in operis fabricam erogent ff. de muner. & honor.
l. final. ff. de iure immunit. Rebuff. vbi proximè)
clarum erit, fabricarum adminiſtrationem Ec-
cleſiarum ad Epiſcopum ſpectare, idque fortio-
ribus rationibus militat in fabrica Cathedralis
49 Eccleſiæ, † nàm cùm Epiſcopus ſit generalis
ſponſus Eccleſiarū ſuæ Diœceſis, vt per Abb. in
cap. cùm omnes num. 4. de conſtitutionib. & in
cap. cùm conſuetudinis eod. num. de conſuetud.
& in cap. cauſam, quæ 8. num 7. de elect. Greg.
Lopez in l. 62. tit. 5. par. 1. gloſ. 2. Altamiran. dict.
tract. de viſitat. verbo *ſed Epiſcopi* num. 3. ſecun-
50 dùm quem nu. ſeq. † maior communio eſt in-
ter Epiſcopum, & Cathedralem Eccleſiam, quā
cum alijs inferioribus Eccleſijs, cap. requiſiſti 15.
51 vbi Abb. num. 10. de teſtament. † quia ſpirituale
matrimonium non eſt niſi inter Epiſcopum, &
Eccleſiam ſuam Cathedralem, cap. intèr corpo-
ralia de tranſlat. Epiſc. cap. ſicut 39. 7. quæſt. 1. &
cap. cùm inter 21. iuncta gloſſ. verbo *quaſi con-*
iugale de elect. & electi poteſt. Calcan. conſ. 30.
num. 14. Bald. nu. 9. in princ. in l. cùm ipſe C. de
contrahend. empt. Abb. in cap. final. num. 5. de
52 poſtul. prælator. † & in huius matrimonij ſignū
anulum defert, cap. clerici, verſ. *fibulas* de vita,
& honeſt. clericor. Guillelm. Durand. lib. 3. ratio-
nalis diuinorum officiorum cap. 14. nu. 2. Ioan.
Andr. num. 1. in cap. vt apoſtolicæ de priuileg.
lib. 6. Rebuff. in l. ſignatorum 74. verſ. *anulum* ff.
53 de verbor. ſignificat. † notiſſimum eſt enim,
anulum matrimonij eſſe ſignum, cap. fœminæ
30. quæſt. 5. Abb. numer. 13. in cap. illud de præſumpt. Petrus de Biaxio in director. electionum 2. par. cap. 34. Alex. ab Alexandro lib. 2. dierum genialium cap. 19. verſ. *etiàm cùm veniam*, & lib. 2. cap. 5. Plinius lib. 33. cap. 1. & 2. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap. 4. in princ. num. 3. Boer. conſ. 40. num. 29. Menoch. lib. 3. præſumpt. 1. à num. 05. ſic Geneſis cap. 38. Polyd. Virgil. lib. 2. de inuentoribus rerum cap. 21. & ità clariſſimū ſit, Epiſcopum tanquàm ſuæ Cathedralis Eccleſiæ ſponſum fabricæ eius adminiſtrationem iure habere, & Capitulum ſecùs, & ſi ſibi eam conetur arrogare, prout alia plura, vel ſedis vacantis, vel Epiſcoporum, aut ſuorum Vicariorum incuria fieri videmus.

SVMMARIVM.

1 *SEntentiæ tres conformes in cauſis eccleſiaſticis latæ debent exequi.*
2 *Actio intentata mutari nequit niſi authoritate Iudicis, & refectis expenſis conuento, ſiuè reo.*
3 *Reſtitutione petita non ſuſpenditur exequutio trium ſententiarum conformium, & nu. 5.*
4 *Exequutio trium ſententiarum non impeditur reſcripto Principis, & nu. 20.*
6 *Poſt rem iudicatam nihil ampliùs queri poteſt.*
7 *Singulis controuerſijs ſufficit vnus iudicati finis.*
8 *Iudicatum ſit, vel nè quærendum eſt, non de iuſtitia, aut iniuſtitia.*
9 *Indebitè ſolutum repetitur niſi ex cauſa iudicati.*
10 *Iudex præſumitur benè iudicaſſe.*
11 *Sententia tollit omnem actionem, vt ampliùs non deducatur, quod priùs deductum fuerat.*
12 *Sententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam pro veritate habetur.*
13 *Legis caſus vbi adeſt, dubitandum non eſt.*
14 *Caſus ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam vbi eſt, non eſt dubitandum.*
15 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, facit ius.*
16 *Sententia facit de albo nigrum.*
17 *Sententia etiàm naturalia vincula immutat.*
18 *Sententia quòad effectum conuertit falſum in verum.*
19 *Sententia ſuper eadem re, aut cauſa, & inter eaſdem perſonas parit exceptionem rei iudicatæ, & num. 31.*
20 *Litis finitæ exceptio repellit agentem.*
21 *Lites finiri decet, & non eſſe perpetuas.*
22 *Præſumptio eſt pro rectitudine, & rititudine ſententiæ.*
23 *Iudicata etiàm malè ſuam habent authoritatem.*
24 *Sententia abſolutoria declarat rem pertinere ad reum, ſicut condemnatoria ad actorem.*
25 *Sententia abſolutoria abſolutum liberat.*
26 *Iudex ſicut in condemnatoria, ſic in abſolutoria intendit finem litis imponere.*
27 *Reus in exceptionibus cenſetur actor.*
28 *Petitio implicita an ſufficiat.*
29 *Iudicio cenſetur deductum omne, quod illius natura patitur, ſi expreſſè actum non eſt, nè veniret.*
30 *Rei iudicatæ exceptio quandò obſtet eiſdem partibus denuò agentibus.*
32 *Contraria allegans non eſt audiendus.*

Digitized by Google

33 *Indignum eſt, vt quod quiſque ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundē caſum infirmare velle.*
34 *Confeſſio, partis eſt ſuperior omni alia probatione.*
35 *Intellectus l. de eadem re ff. de except. rei iudic.*
36 *Rei iudicatæ authoritas non patitur, quòd de eadem re ſæpiùs agatur.*
37 *Intellectus l. 25. tit. 2. partita 3.*
38 *Res eadem dicitur agi etiam mutato Iudice.*
39 *Toto poſito, nihil excluditur.*
40 Totum, *dictio denotat totalitatem circa eandem rem.*
41 *Pars in toto continetur.*
42 *Fundamento ſublato, ædificium non ſubſiſtit.*
43 *Conſequens qui vult, de neceſſitate videtur velle antecedens.*
44 *Intellectus l. deniquè § interdùm ff. de pecul. legat.*
45 *Factum cenſetur expreſſum, cuius declaratio ſequitur ex alio facto præcedenti, vel neceſſariò ſubſequenti.*
46 *Inſtitutio colligitur ex ſubſtitutione, ſine qua ſtare non poſſet.*
47 *Voluntas habetur legitimè expreſſa, quæ venit per neceſſariam, & manifeſtam conſequentiam.*
48 *Intellectus l. 2. ff. de manum. teſtamento.*
49 *Iudicis, & teſtatoris factum parificantur.*
50 *Sententia efficit rem iudicatam in eo, quod determinat, & in præſuppoſito illius.*
51 *Intellectus l. 1. verſ.* ſed non vtiquè *ff. ad S.C. Turpillian.*
52 *Iudex determinans aliquid, quod infertur ex re deciſa, non videtur nouum facere.*
53 *Dicens vnum in diſpoſito, & aliud in præſuppoſito, vtrunquè verificari requirit.*
54 *Sententiæ probant in eis expreſſum, & omne antecedens neceſſarium.*
55 *Sententiæ tranſactæ in rem iudicatam non retractantur ex inſtrumentis de nouo repertis.*
56 *Sententia inter alios lata regularitèr non nocet.*
57 *Copulatiua requirit concurſum copulatorum.*
58 *Qualitas iuncta verbo, aut certo tempori, debet adeſſe tempore illius euentus, ſeù temporis.*
59 *Qualitas requiſita debet interuenire tēpore actus, & non poſt.*
60 *Lis dicitur pendere, donèc ſit lata ſententia tranſacta in rem iudicatam.*
61 *Sententia tùnc ſolùm dicitur tranſacta in rem iudicatam, quandò ab ea appellari non poteſt.*
62 *Sententia lata inter alios, interpretatur, vt minus noceat tertio.*
63 *Factum contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam eſt nullum.*
64 *Exceptio qualis poſſit admitti contra exequutoriam.*
65 *Executoris Iudicis ſententia debet conformis eſſe ſententijs, ſuper quibus exequutoria eſt expedita.*

P R O

Licentiato Dominico de Soria Parocho Eccleſiæ Parochialis Villæ de Almodouar del Pinar, & alijs Participantibus, & habentibus intereſſe in fructibus decimalibus, nuncupatis de terçia maior *eiuſdem Parochiæ.*

C V M

Parochis, & Beneficiatis Ciuitatis Conchenſis, & alijs Participantibus in ea portione fructuum decimalium, quæ vulgò dicuntur Cahiçes.

A R G V M E N T V M.

In iudicijs venit totum, quod illius natura patitur: & de vi ſententiarum conformium in materia decimali, præſertim ſi ſētentiæ ſint abſolutoriæ: Et de qualitate legitimo tempore probanda,

C O N S I L I V M CXXIII.

SVPPONITVR in facto, quòd pro parte Capituli Parochorū, & Beneficiatorum dictæ Ciuitatis Conchenſis fuit mota lis aduerſus dictum Licentiatum Dominicum de Soria, prætendendo, quòd grauabat illos, & eorum participes in diuiſione, & partitione caſiciorum; ipſe autèm ſe defendit allegans contrarium, dictoſque Parochos, & Beneficiatos velle introducere plures abuſus, & nouitates, & reportare caſicia ex fructibus, qui proceſſerant ex prædijs laboratis cum animalibus alienis, ſub prætextu, quòd eſſent *pegujares maiores* vltrà ſex medimnos, ſiuè almudes menſuræ, & non debere dari locum ſimilibus nouitatibus, ſuper quo fuit lata ſententia diffinitiua in prima inſtantia per Prouiſorem Conchenſē ad fauorē dicti Licentiati Soria, per quam fuit abſolutus à prætenſis in contrariū, iuſſumq; vt obſeruaretur Conſtitutio Synodalis Epiſcopi Don Didaci Ramirez, quę eſt 11. ſub tit. de decim. vbi declaratur, qualitèr ſint ſoluenda, & exigēda caſicia: & licet pro parte dictorum Parochorum, & Beneficiatorum fuiſſet appellatum ad Vicarium Generalem Toletanum Compluti reſidentem: fuit per eum confirmata dicta ſententia, & expedita exequutoria ſuper duabus conformibus. Et cùm vellet agere ſupèr exequutione, obtinuerūt commiſſionem D. Nuntij Apoſtolici Prouiſori Abulenſi, coram quo introducta cauſa, petierunt in integrum reſtitutionem, quam illis denegauit, & confirmauit præfatas duas ſententias, & cùm

iàm

ſiàm eſſent tres conformes, expediri fecit exequutoriàm illarũ directam Prouiſori Conchenſi, ſuper quo fuit proceſſus cauſæ portatus ad Regiam Cancellariam per viam, & remedium violentiæ,ſeu viſi & fuit declaratũ, quòd Iudex exequutor neque grauabat,neq; vim faciebat. Quarè dictus Licentiatus Soria prætendit, debere omninò exequi dictam exequutoriam, non obſtante oppoſitione facta in contrarium.quòd caſita ſint ſoluenda ex pegujaribus,& quòd in defectum ordei,adorei,vel centeni, debeat ſuppleri caficium ex tritico; pro quo adducuntur ſequentia.

1 † Primò,quòd cùm exequutoria, quam obtinuit dictus Licentiatus Soria ſit virtute trium ſententiarum conformiũ, debet omninò exequi, iuxta clem.vt calumnijs de ſent.& re iudic. cum his,quæ tradunt Alex.conſ.225.nu.16 lib.6.Roderic. Xuar. in l. poſt rem iudicatam in declaratione l.Regni limit.1.nu.3. Additio ad Abbat.lit. A. in cap.cùm deputati nu.23. de iudic. Anton. Gabr. lib.1.concluſ.1.de exequut.rei iudicatæ concluſ.1.à nu.1. Couar.in pract. quæſt.cap.15. num.9.Stephan.Grat.tom.1.diſcept.forenſ.cap. 42. & paſſim Doctores.

Et ità ex deductis, deciſis, & comprehenſis in dictis ſententijs,& exequutoria, non poſſunt iterùm agere dicti Parochi,& Beneficiati,etiàm petendo reſtitutionem, quæ fuit illis denegata per Licentiatum Didacum Muñoz de Godoy Prouiſorem Conchenſem, quandò petierũt pegujares maiores ad titulum caficij,dicentes perperàm,&
2 erroneè intentaſſe iudicium; † nàm, vt dicitur in l.edita C.de edendo,actio intentata nõ poteſt mutari,niſi authoritate Iudicis,& refectis expenſis. ſecundũ Bart.in l.rura nu.3. C.de omni agro deſerto lib.11.Bald.conſ.3.incip.ſtatutum in fin.
3 lib.2.Dec.in d l.edita nu.94. † Et quia aduerſus tres ſententias conformes, ſi petatur reſtitutio, non debet exequutio ſuſpendi ſecundùm Bald. in l.vnic.verſ.*ſed nunquid* C.ne liceat tertio prouocare,Alex.in l.4.§.condemnatum ff.de re iud. Rota deciſ.1.de reſtit.in integr. inter deciſiones
4 Caſſadori,Ant.Gabr.vbi proximè nu.17. † Nàm etiàm ſi poſt ſententiam diffinitiuam impetrata fuerint reſcripta reſtitutionis in integrum, non admittuntur, nec citra appellationem remedio eſt locus, ſi deciſæ ſemel cauſæ fuerint iudiciali ſententia, quas prouocatio nulla ſuſpendat, ſed eos, qui talia reſcripta meruerunt,etiàm à limine iudiciorum expelli, l.fin C.ſent.reſc.in.non poſſe. neque ſententijs finita negotia reſcriptis reuocare oportet; ſed appellationibus tantùm,
5 l.ſententiis C.de errorib.Aduocator. † neque ex reſtitutione in integrũ ſuſpenditur executio ſententiæ; nàm Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus non audierunt, incolorate reſtitui deſiderantem aduerſus fratrem poſt cauſam in eorum auditorio finitam, l.minor magiſtratus §.fin autẽ
6 Princeps ff. de minorib. † Cuius ratio eſt; nàm poſt rem iudicatam nihil ampliùs quæri poteſt, l.poſt rem cum vulgaribus ff.de re iudic.Caſſiodorus lib.1.variar.epiſt.5. *in immenſum trahi non decet finita litigia. Quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententijs acquieſcitur? vnus enim inter procellas humanas portus inſtructus eſt, quem ſi homines ſeruida voluntate prætereunt, in vndoſis iurgijs ſemper errabunt.* Et cùm dictus articulus *de los pegujares* ſit in litem deductus, & per dictas ſententias determinatus,nõ debet ite-
7 rùm deduci in contentionẽ: † quia ſingulis controuerſijs vnum iudicati finem ſufficere placuit, vt in l.ſingulis ff.de except.rei iudic.& ſententia finem litibus imponit, vt in l.2.§.fin. C.de veteri iure enucl.& in l.terminato C.de fruct.& lit.ex-
8 penſ. † & ideò non eſt vlteriùs quærendum de iuſtitia, vel iniuſtitia huius rei, quia ſolùm quærendum eſt, an iudicatum ſit, l.1. C.de his, qui propter metum Iudic. non appellau. P.Gregor.
9 tract.de appell. lib.1.cap.5.num.3. † quia vt inquit Bald.in cap.nihil de elect.& eſt text. opt. in l.1. C. de cond. indeb. vbi indebitum repetitur,
10 niſi ex cauſa iudicati ſolutum ſit: † præſumitur enim Iudex benè iudicaſſe, l.penult. ff. de iuſtit. & iure. Et quia tanta eſt iudicialis authoritas, vt ſemper pro Iudice præſumi debeat, donec contra ipſum aliquid legitimè comprobetur, cap.in præſentia noſtra 6. de renunc. cap.ſicut, & cap. cùm inter vos de ſent. & re iudic. P.Gregor. d. cap.5. num. 3. tradit optimè Cæphal. conſil.66.
11 nu.24. vol.1. † dicens, quòd ſententia tollit omnem actionem, & ampliùs deduci nõ poſſe,quod
12 prius deductum fuerat; † nàm ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam,habetur pro veritate, l.ingenuum ff.de ſtatu hominum,& l.res iudicata ff. de regul. iur. ſecundùm intellectum gloſ. verbo *innouata* in cap. non ſolùm de appellat. in 6. cap.ſicut de re iudic. Meſſia 1.par. fundam.2. num.8. Roland. à Valle conſ.83.num.12.lib.1.& conſ.98. num.2. lib.2. Capbal.conſ.180.num.3.
13 tom. 2. † & quemadmodùm vbi eſt caſus legis, ceſſat omnis dubitatio, vt in l.ancillæ C.de furt. vbi Bald. & Doctores,Vldaric.Zaſius conſ.9.nu. 46.lib.2.Roland.à Valle conſ.69.num.18.& conſ.
14 80.num.4. lib.1. † ſimiliter vbi eſt caſus ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam, vt in d.l. res iudicata ff. de regul. iur. Zaſius vbi proximè conſ.
15 10.num.1.lib.2. poſt Bald.conſ.319.1.par. † facit enim talis ſententia ius inter partes, cap.cùm inter de ſentent. & re iudic. Alexand. conſil. 39. col.2. volum.6. Roland. à Valle d.conſ.83. num. 13. volum. 1. l. ſtatuliberi à cœteris §. Quintus Mutius ff. de ſtatul beris, Bald.in d.l.ingenuum colum.2. verſic.*concludendo*, Cæphal. conſ.162. num.1.lib.2. Maynerius in l.res iudicata num.2. ff. de regulis iuris, Meſſia vbi proximè num.10.
16 † & facit de albo nigrum, vt ex dictis iuribus tradit Cæphal. vbi proximè numer. 4. Iaſ. in l.Iulianus verum debitorem notab.2. ff. de condict. indeb. Curtius Iunior conſ.23. incip. præſupponitur in facto num. 8. & conſil.177. num. 12. Maranta in tract.de ordin.iudic. 6.par. verſ. *expedita* num. 129. Roland. conſil. 6. num. 16. lib. 3. Bald. in cap. noſti num. 2. de electione.,
17 Meſſia d. 2. fundament. num.10. † & eſt tantæ authoritatis, & potentiæ, quòd etiàm naturalia vincula mutat, l. ius agnationis ff. de pactis, ſecundùm Bald. in cap. in præſentia de probat. Curtius, & alij, quos refert,& ſequitur Roland.
18 vbi proximè num. 17. † & falſum in verum

N 2 quòd

Digitized by Google

quòad effectum, Bald. in cap. in præſentia col. 2.
nu. 1. de probat. Meſſia ad l. Toleti d. 2. fundam.
num. 12. Habet enim præſumptionem iuris, &
de iure pro ſe talis ſentẽtia, quæ tranſiuit in rem
iudicatam, d.l. res iudicata ff. de regul. iur. Me-
noch. lib. 1. de præſumpt. quæſt 61. num. 4. Iaſ. in
l. admonendi num. 46. ff. de iureiur. & Meſſia ad
l. Toleti *de los terminos* 1. par. fundam. 2. nu. 5.
19 ſi Præſertim cùm ſit ſuper eodemmet iure, &
cauſa, ac inter eaſdem perſonas, iuxta text. in l.
cùm quæritur cum ſeqq. ff. de except. rei iudic.
20 † Et ità ſine dubio eſt, quòd obſtat partibus
contrarijs exceptio litis finitæ, vt non debeant
audiri, vt in cap. 1. de litis conteſtat. lib. 6. vt am-
pliùs non ſit audienda Pars aduerſa, l. fin. C. ſent.
reſcin. non poſſe, l. cauſas, vel lites C. de tranſact.
& in cap. cùm inter, & cap. quòad conſultationẽ
de re iudic. firmat Alex ind. conſ. 30 num. 6. vol.
5. ex qua ratione Bald. in conſ. 400. incipien. pro
parte Zannini vol. 3. ſcribit, quòd ſupèr ſenten-
tijs in rem iudicatam tranſactis reſcriptũ à Prin-
cipe impetrari non poteſt, per quod pronuncia-
tionis impediatur effectus, l. poſt ſententiam C.
21 de ſentent. & interloc. omn. Iudic. † aliàs nun-
quàm eſſet litium finis contra text. in l. termina-
to C. de fructib. & litium expenſ. l. ſi quis iuſiu-
randum C. de rebus credit. l. 2. C. de re iudic. &
l. ſi ſe §. ait prætor ff. eodem tit. Vldaric. Zaſius
conſ. 10. num. 10. Meſſia ad d. l. Toleti *de los ter-
minos* fundam. 2. partis primæ nu. 4.
22 † Et cùm fuerit elapſum tantum tempus poſt
latas dictas ſentẽtias abſolutorias, & expeditam
exequutoriam, præſumitur pro illis, vt DD. lo-
quuntur quòad rectitudinem, & ritituditudinem,
cap. bonæ *el primero* de elect. & in cap. in præſen-
tia da renunc. cap. ſicut, & cap. cùm inter de re
iudic. Alex. conſ. 30. nu. 7. vol. 5. notant Cynus, &
Bald. in l. emancipatione C. de fide inſtrum. Iaſ. in
l. admonẽdi in repet. nu. 203. ff. de iureiur. Ioan.
de Imola in cap. cùm in iure de offic. deleg. Andr.
Siculus conſ. 90. num. 7. lib. 4. Meſſia d. fundam.
23 2. nu. 7. † cùm etiàm malè iudicata authoritatẽ
habeant, vt ſcribit Quintilian. lib. 1. inſtitut. ora-
toriar. in princ. & Cicero in 2. ad Herennium, &
in oratione pro Aulo Cluentio, & Metianus in l.
ſeruo inuito 65. §. cùm prætor ff. ad S.C. Trebel.
Petr. Grego. in ſyntaxi artis mirabilis lib. 3. tom.
1. cap. 5. nu. 26. & in tract. de appellat. lib. 1. cap.
5. num. 3.

Et ſufficit ad opportunam exequutionem,
quòd dictus Licentiatus Soria fuerit abſolutus à
prætenſis per dictos Parochos, & Beneficiatos,
iuſſumq; obſeruari dictam Conſtitutionem Sy-
nodalem cum ſuis declaratorijs, quibus cautum,
& prouiſum reperitur, quòd caſicium nõ dedu-
catur ex fructibus eorum, qui laborarunt anima-
libus alienis; & in quibus nullatenus cauetur,
quòd deficientia ordei, vel adorei ſuppleatur ex
tritico: quia cùm contineret iniquitatem, fuit
virtualiter declaratum, omnes decimas ſpectare
ad tertiam maiorem vltra caſus ſpecificè decla-
24 ratos in dicta Conſtitutione Synodali: † quia
quemadmodùm ſententia condemnatoria de-
clarat, rem ad Actorem pertinere, eodem modo
abſolutoria declarat, rem ad reum pertinere, fa-
citq; eum dominum rei petitæ, l. ſi quis §. ſi an-
cillam ff. de except. rei iudic. vbi DD. Bart. in l.
exceptio num. 1. eodem tit. l. ſi inter me ff. de
except. rei iudic. ibi. *Quia eò ipſò, quòd meam
eſſe pronunciatum ſit, ex diuerſo pronunciatum vi-
detur, tuam non eſſe*: l. ex ſextante §. Latinus eod.
tit. ibi. *Quia non vt in proprietatis quæſtione, quod
meum eſt, alterius non eſt.* Celſus Hugo conſ. 85.
25 num. 2. & 3. dicens, † quòd ſententia abſoluto-
ria abſolutum liberat, meliùs Alex. conſ. 75. nu. 1.
lib. 7. dicens, quòd ſententia abſolutoria genera-
litèr prolata producit exceptionem rei iudicatæ
quòad omnes cauſas agendi deductas in iudicio,
l. de eadem re, & l. & an eandem §. actiones ff. de
except. rei iudic. Bald. in l. fin. nu. 5. ff. de hæred.
26 inſtit. † Et ſicut in condemnatoria, ſic in abſo-
lutoria Iudex intendit imponere finem contro-
uerſiæ, & litis. Et ita facit rem iudicatam, l. 1. ff.
de re iudic. l. ſingulis controuerſijs ff. de except.
rei iudic. Bart. in l. Iulianus verum debitorem nu.
20. ff. de condict. indeb. Decius in l. edita actio
num. 64. C. de edendo.

Nec obſtabit dicere, quòd in dictis ſententijs
non ſit declaratio ſpecifica circa *pegujares maio-
res*, nec ab eis fuit abſolutus dictus Parochus:
nàm contrarium certiſſimum eſt, animaduerſo,
quòd in prima inſtantia ſuas opponendo exce-
27 ptiones, † in quibus etiàm reus cenſetur actor,
l. 1. ff. de except. & l. ſi pactum ff. de probat. Bal.
in l. fruſtra num. 2. C. eodem tit. Rebuff. tract. de
except. num. 80. & ſeq. allegauit inter alia, quòd
dicti Parochi, & Beneficiati volebant eum gra-
uare in eo, quòd titulo caſicij volebant conſequi
decimas dictorum pegajarium factorum cum
animalibus alienis, quo caſu Conſtitutio Syno-
dalis iubet, quòd non deducatur; & ità fuit viſus
pètere dictus Parochus declarari, non eſſe locum
petitis, & eum debere abſolui, prout fuit abſolu-
tus, iubendo, quòd ſeruaretur dicta Conſtitutio
Synodalis; ideò non poteſt in contrarium præ-
28 tendi, defeciſſe petitionem illius, † maximè cùm
ſufficiat, quòd adſit tacita, ſeù implicita petitio,
vt per Felyn. in cap. licèt Hely limit. 8. de ſimo-
nia, Iaſ. in l. vinum num. 23. ff. ſi certum petatur,
& meliùs num. 30. limit. 9.
29 † Nàm in iudicio cenſetur venire illud non
ſolùm, de quo inter litigantes actum eſt, vt veni-
ret; verùm etiàm illud, de quo non eſt actum, nè
veniret, ſi iudicium hoc patiatur, vt in l. ſolemus,
vbi gloſ. & Doctores ff. de iudic. cap. cùm Eccle-
ſia Sutrina, vbi gloſſ. verbo *in iudicium* de cauſa
poſſeſſ. & propriet. Anto. de Butrio in cap. cùm
ad ſedem nu. 24. de reſtitut. ſpoliator. Et ità cùm
fuerit deciſum in dictis ſententijs, quòd concer-
nebat collectionem fructuum ex cultura facta
cum animalibus alienis, in quo includuntur pe-
30 gujaria, † cùm id fuerit inter eaſdem partes, ob-
ſtat exceptio rei iudicatæ aduerſarijs, vt in d. l. &
an eandem ff. de except. rei iudic. cum legibus
ſeqq. præſertim cùm fuerit actum ſuper eadem
re ex eodem iure, abſolutoria in dictis ſententijs
contenta parit exceptionem rei iudicatæ, vt am-
pliùs peti non poſſit, vt in l. Iulianus, & l. cùm
31 quæritur ff. de except. rei iudic. † Hæc enim
exceptio rei iudicatæ ſempèr nocet, dum con-
currunt

currunt idem corpus, idem ius, eadem conditio
perſonarum, d.l.cùm quæritur cum duab. ſeqq.
quæ omnia hic concurrunt, prout in prima pe-
titione, in qua fuit aduerſarijs denegata reſtitu-
tio, prætenderant, quòd decimæ pegujariũ ma-
iorum ad eos pertinebant titulo caſicij, in quo
ſtandum eſt dictæ Conſtitutioni Synodali.

Et quàmuis poſteà, opponendo ſe exequutio-
ni, voluerint variare, allegãdo quandam præten-
ſam conſuetudinem percipiendi caſicia iuxta
per eos prætenſa, nullatènus oſtendunt, eam vi-
guiſſe in dicta Parochia, nec poteſt impedire ef-
32 fectum ſententiarũ, & exequutoriæ, † imò nec
ipſi ſunt audiendi tanquàm allegantes contraria,
l.ſi procuratorio 2. §.1. ff. quandò appellan. ſit, l.
Lucius 47. ff. de petit. hæred. l.ſi finita §.is ff. de
33 damno infecto. l.fin. C.de codicill. † nàm indi-
gnũ eſt, vt quod ſua quiſquè voce dilucidè pro-
teſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, te-
ſtimonioq; proprio reſiſtere cõtra, l.generalitèr
C.de non numer pecun.cap.per tuas de probat.
l.ſi duo patroni ff. de iureiur. iuncta l.1. C. de
furt. & l.Titiæ Textores ff. de cond. & demon-
ſtrat. Oldrad.conſ.292. an negatio nu.4. Meſſia
34 d.1.par.fundam.18.num.1.† Nàm confeſſio ad-
uerſariorum, quòd fuerit exactio ad titulum ca-
ſicij, eſt maior omni alia probatione, l. cùm te
C.de probat. Roland.à Valle conſ.6. num.24.&
ſeqq.lib.3. & conſ.54.num.17.lib.3.l.proindè ff.
ad l.Aquiliam, Vldaric.Zaſius conſ.2.num.5.lib.
2. Lapus alleg.94.num.8. Maximè cùm eam ac-
ceptauerit dictus Licentiatus Soria, & quia in
rei veritate non poteſt colorari alio titulo, quàm
caſicij.

Secundum, quòd non poteſt iuuare eorum
variatio allegando prætenſam conſuetudinem;
nàm adhùc eis obſtat exceptio rei iudicatę, cùm
idem petant; quàmuis opponẽdo ſe exequutio-
35 ni, † vt probat expreſsè text. in d.l.de eadem
re ff. de except. rei iudic. ibi. *De eadem re agere
videtur, & qui non eadem actione agat, qua ab ini-
tio agebat; ſed etiam alia experiatur de eadem re*,
& in finalibus verbis ibi. *Cæterùm cùm quis actio-
ne mutata experitur, dummodo de eadem re expe-
riatur, & ſi diuerſo genere actionis quam inſtituit,*
36 *videtur de eadem re agere*. † Et ſic auctoritas
rei iudicatæ non patitur, vt de re iàm per ſenten-
tiam ſopita iterùm agatur, l.1. & 2. & per totũ
C.de re iudic.

Tantò magis: nàm quandò petierunt, & fuit
illis negata in integrum reſtitutio per decretum,
quod tranſiuit in rem iudicatam, iàm petierant
dicta pegujaria, & ſupèr eis actionem intende-
37 rant. † Ideò videtur eis obſtare diſpoſitio l.25.
tit.2.par.3.ibi. *Si el demandador ficieſſe ſu deman-
da generalmente raçonando la coſa por ſuya, non
poniendo alcuna raçon ſeñalada, porque ouo el ſe-
ñorio della ſi fuere la ſentençia dada contra el, por-
que no la pudieſſe probar, no la puede deſpues de-
mandar en ninguna manera; e eſto es, porque alli-
do la demandò generalmente ençerro todas las ra-
çones, porque la podia demandar*: cuius legis di-
ſpoſitio habet locum in noſtro caſu, cùm in tri-
bus inſtantijs, & vltima petitæ in integrum re-
ſtitutionis dictus Licentiatus Soria fuerit abſo-
lutus, & aduerſarijs reſtitutio negata in eo ipſo,
quod ad præſens prætendunt, & ideò audiendi
38 nõ ſunt aduerſus dictas ſynodales, & ſentẽtias; †
pro quo eſt text. expreſſus in l.ſi quis cùm totũ
§.ſi ancillam ff. de except. rei iudic. vbi dicitur,
*totiès enim eandem rem agi conſtat, quoties apud
Iudicem poſteriorem id quæritur, quod apud priorẽ
quæſitum eſt*.

Et cùm abſolutoria fuerit generalis reſpectu
omnium prætenſorum aduerſus dictum Licen-
tiatum Soria; ideò excluſa eſt prætenſio peguja-
39 rium, de quibus iterùm agunt, † poſito enim
toto, nihil excluditur, vt in l. Iulianus in princ.
40 vbi Bart. ff. de legat.3. † nàm hæc dictio, totum,
dicit totalitatem circa eandem rem, gloſſ. in
princ. Inſtit. pro ſocio, Bart. in l.ſi vnus §.pactus
41 nè peteret nu.5. ff. de pact. † in toto enim pars
continetur, vt in l.ſi is, qui ducenta §.vtrum ff. de
rebus dubijs, l.final.C.de reb.alien.non alienan.
Tiraquell. in l. ſi vnquàm verbo *totam* C. de re-
uocand.donat.

Nec obſtabit dicere, quòd de eo, quod ad prę-
ſens opponunt, non egerant anteà; nàm contra-
rium euidentèr apparet ex actis proceſſus, cùm
42 effectus ſit idem, idemquè fundamentũ, † quo
ſublato nihil remanet, cap.cùm Paulus 1.quæſt.
1. l. nàm origo ff. quod vi, aut clam, l.egi ff. de
except. rei iudic. vbi res iudicata circa funda-
mentum alicuius rei, in omnibus indè proceden-
tibus obſtat petenti poſtea.

Quod confirmatur; nàm cùm dictæ ſenten-
tiæ, & exequutoriæ iuſſerint obſeruari ſynodalẽ,
& eius declarationes, in quarum vna expreſsè di-
ſponitur, quòd caſicium non deducatur ex fru-
ctibus decimalibus prouenientibus ex cultura,
& collectione facta cum animalibus alienis, & nõ
proprijs, ſatis benè colligitur, non poſſe partes
43 aduerſas prætendere decimas pegujariũ. † nàm
qui vult conſequens, de neceſſitate videtur velle
antecedens, l.ex his C.de teſtament.milit. l.2. ff.
de iuriſd. omn. Iudic. cap.prætereà de offic. &
poteſt.Iudic.deleg. l.ad rem mobilem ff. de pro-
curatorib. l. deniquè §. interdùm ff. de peculio
legato, Decius in d.cap. prætereà num.18. Ripa
reſponſ.1. tit. quod metus cauſa num.6. Franç.
Veggius conſ.64.num.6.Ioan.Petr.Bimius conſ.
106. num.51. Surd. conſ. 312. num.13. Marzar.
44 conſ.4. num.2. † & eſt ſingularis deciſio dictæ l.
deniquè §.interdum, vbi teſtator grauauit liber-
tum, quòd de eius peculio daret centũ eius hæ-
redi, & inquit conſultus, ex hoc ſolo videri reli-
quiſſe peculiũ liberto, de quo nihil in teſtamen-
to fuerat ſcriptum, tanquàm antecedens neceſ-
ſarium, ſine quo non potuiſſet hæres conſequi
45 relictum, † & ità notat Bart. per text. ibi in l.il-
lud ff. de acquir. hæred. quòd quandò ex aliquo
facto inducitur declaratio alterius facti præce-
dentis, vel ſequi debentis, pro expreſſo habetur,
quod idem probatur in l.ad rem mobilem, & l.
ad legatum ff. de procurator. & in hæredis inſti-
tutione text. eſt in l. final. C.de hæredib. inſtit.
vbi Bald. num.23. ait, quòd cenſetur expreſſa
inſtitutio, quæ venit ex conſequentia verbi teſta-
toris, quem ad hoc refert Mantica lib. 4. tit. 1.
46 nu.8. † melior tex. in l. cùm in teſtamento §.hęc
verba

Digitized by Google

verba ff. de hæredib. inſtituend, vbi etiàm inſti-
tutio colligitur ex ſubſtitutione facta, quæ ſinè
ipſa inſtitutione ſtare non poteſt, quem ad hoc
refert Menoch.lib.4.de præſumpt.præſ.19.nu.8.
ad quod eſt etiàm text. optimus in l.Titia Seyo
§.Seya libertis ff.de legat.3.ex quo dixit M.Ant.
47 Peregrin.de fideicommiſſ.art.11.num.23. † vo-
luntatem teſtatoris, quæ non fuit expreſſa per
verba ſi tamèn veniat in neceſſariam, aut mani-
feſtam conſequentiam verborum, legitimâ habe-
48 ri, † pro quo eſt tex.in l.2.ff.de manum.teſtam.
vbi cenſetur data libertas ex verbis quibuſdam,
etiàm caſu, quo nihil expreſſum ſit, vt notauit
Roman.in authent.ſimilitèr C.ad l.falcid.ſequi-
tur Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib.6.
tit.3. nu.39. quæ omnia procedunt, quandò ca-
ſus diſpoſitus, & expreſſus non poteſt de per ſe
ſtare ſinè alio, quod omiſſum prætenditur; quo
caſu cenſetur in eo ſimilitèr diſpoſitum; vt in no-
ſtro caſu: quia non poteſt dici, quòd ſit pegujar
maius, aut minus, quòd non ſit factum animali-
bus alienis, facit l. ancillæ, vbi gloſ. ff.de condit.
& demonſtr. cum multis alijs, quæ congerit Si-
mon de Pretis de interpr.vltim.volunt.lib.2.du-
bitat.2.ſolus.1.num.2. Peregrin.d.art.11.nu.29.
qui nu.31.alios refert.

Quæ omnia procedũt ſinè dubio in facto Iu-
49 dicis, vti eſt ſententia: † quia factum Iudicis, &
teſtatoris parificantur, l.non eſt mirum ff.de pi-
gnor.actio.l.ſiità fuerit ff.de manum.teſtament.
gloſ.in l.centeſimis §.final. ff.de verbor. obligat.
Paul.Caſtr.conſ.322 num.2.par.1. & iubere per
dictas ſententias ſeruari dictam Conſtitutionem
Synodalem.& in conſequentiam, quòd dicti Pa-
rochi,& Beneficiati, & conſortes non conſeque-
rentur caſicium, nec decimas fructuum peruen-
torum ex cultura cum animalibus alienis, præ-
ſupponit neceſſariò, id debere procedere reſpe-
ctu pegujarium, cùm ſit probatum ea fieri ani-
50 malibus alienis; † quia ſententia non ſolùm ef-
ficit rem iudicatam in eo, quod determinat, ſed
in præſuppoſito determinationis, gloſ.in l.ſi Iu-
dex verbo *alimentorum* ff.de his, qui ſunt ſui, vel
alieni iuris, l.Iulianus ff.de except.rei iudic. Fe-
lyn.in cap.licèt Hely. num.20.& ſeq. de ſymon.
dicens, quòd ſententia non erit extra libellum,
quandò licèt non detur ſupèr eo, quod petitur,
datur ſuper præſuppoſito, cum quo petitur, vt
eſt caſus magiſtralis,& elegans in l.ſi quis cùm
totum §.& generalitèr ff.de except.rei iudic.per
quem limitatur, & declaratur l. cùm quæritur
cùm ſeqq.eodem titulo, quatènus videbatur di-
ſponere, quòd vt reſultet res iudicata vnius iudi-
cij ad aliud, requiritur idẽtitas cauſæ, rei,& per-
ſonæ, vt intelligatur tractari de eadem re, quan-
dò agitur, & proſequitur ſupèr re alia, iure ta-
mèn eodem,& ſimilitèr eadem cauſa, ex qua actũ
fuit,& tractatum primum iudicium; nàm illud,
quod fuit præſuppoſitum exequutoriæ effecit
rem iudicatam in eo omni, quod ſequi poteſt ex
tali præſuppoſito, quàmuis litigaretur ſupèr re
diuerſa; & ita hæc iura conciliat, & declarat
51 Soccin.in d.§.& generalitèr, † pro quo eſt text.
non paſſim allegatus in l.1.verſ.*ſed non vtiquè* ff.
ad S.C.Turpill. ibi. *Si autem pronunciauerit, ca-*
lumniatus eſt, condemnauit eum; & quamuis nihil
de poena ſubiecerit, tamen legis poteſtas aduerſus
eum exercebitur, l. videamus verſ. *& ideò* ff. de
vſur. gloſ. verbo *cum facti* in l. ordine ff. ad mu-
nicip. Bart. in l.eius, qui delatorem num.3. in
fin.ff.de iure fiſci, Felyn. in cap. Rodulphus nu.
35.de reſcript.& facit l.aliud,& l.ſi qua poena
ff.de verbor. ſignif. Balduin. ad leges de famoſis
libellis in l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ.
52 † ex quo Abb. poſt Innoc. in cap. finem litibus
circa finem de dolo, & contum. ſingularitèr ad-
uertit, quòd quandò Iudex aliquid determinat,
quod infertur præcisè ex alia re deciſa, non eſt
noua deciſio, ſed exequutio primæ, docuit gloſ.
in l.Iudex, verbo *alimentorum* ff. de his, qui ſunt
ſui, vel alien.iur. dicens, quod ſententia, in qua
aſſignantur alimenta tanquàm filio, efficit rem
iudicatam in filiatione, gloſſ.in l.2.verbo *pronun-*
53 *ciatum* C.de ord.cognit. † & qui vnum dicit in
diſpoſito,& aliud in præſuppoſito, vtrumq; ve-
rificari,& adimpleri requirit, gloſ.in l.mancipia
verbo *auocandum* C.de ſeru. fugitiu. de qua per
DD.ibi, Ripa in cap.2.nu 39. de reſcript. Meſſia
ad l.Toleti tit. *de los terminos* 2. par. fundam. 4.
num.4. & ita clarum eſt, repulſam eſſe per dictas
ſententias, & exequutoriam prætenſionem con-
54 trariam ſuper dictis pegujaribus; † quia ſenten-
tiæ non ſolùm probant in eis expreſſum; ſed om-
ne neceſſarium antecedens, l.quod in diem ff.de
compenſationib.l.duobus ff.de except.rei iudic.
l.1. & 2. C. ſi ex falſis inſtrumentis, gloſ. in cap.
ſuborta verbo *reprobaſſe* de ſent.& re iudic. Al-
ciat.in reſponſ.10.num.9.

Nec fauent dictis Parochis, & eorum conſor-
tibus aliæ Cõſtitutiones Synodales de nouo pro-
ductæ, quæ aſſeruntur eſſe D. Gaſparis de Qui-
roga, & D. Ioannis Vadillo Epiſcoporum Con-
chenſiũ. Et quædam copia extracta à libro vulgò
dicto *del Beçerro*. Nàm vltra quòd non conſtat de
illarum vſu, & obſeruantia, imò de contraria
Conſtitutionis Synodalis D. Didaci Ramirez;
55 † certum eſt, quòd exequutoria ſententiarum
tranſactarum in rem iudicatam, non retractatur
prætextu ſcripturarum nouitèr inuentarum, aut
productarum, l. ſub ſpecie C. de re iudic. l. Im-
peratores ff.eod.tit.& l.19.tit.22. partit.3. Ioan.
Cæphal.conſ.180.nu.5.lib.2.

Nec etiàm obſtabit ſententia, quam nouitèr
prætendunt obtinuiſſe aduerſus Parochum Op-
56 pidi de *la Parra* ſuper dictis pegujaribus, † quia
non inferũt aduerſus dictum Licentiatum Soria,
cum quo litigatum non eſt, l.vlt. ff. de re iudic.
l.ſi cui §.ijſdem ff.de accuſat. l.Modeſtinus ff.de
except.l.5.ff.de except.rei iudic. l.2.C.de fide
inſtrumentor. & C. res inter alios act. cap. cùm
ſupèr,& penult.de re iudic. & cap.inter dilectos
de fide inſtrumentor. Tiraquell.in tract.res inter
alios acta verſ.*hinc illud*, Ioan. Bapt. Ferrett.conſ.
364.nu.13. Laderch.de Imola conſ.175.nu.2.

Nequè obſtabit dicere, quòd in ſentẽtijs exe-
quutoriæ dicti Licentiati Soria adeſt conditio,
ſiuè exceptio, quatènus dicta Conſtitutio Syno-
dalis D.Didaci Ramirez nõ fuiſſet innouata con-
ſuetudine legitimè confirmata per ſententiam
illius Tribunalis, quæ debeat exequi; nàm vltra
quòd

quòd vnum non ſufficiebat ſinè alio, ſcilicèt con-
57 ſuetudo abſquè ſententia exequibili; † nàm co-
pulatiua vtriuſque concurſum requirit, nec in
vno verificatur. iuxta l. ſi hæredi plures ff. de
condit. inſtit. §. ſi plures Inſtit. de hæred. inſtit. l. ſi
quis ità ſtipulatus fuerit ff. de verbor. oblig. Cæ-
phal. conſ. 132. nu. 1. tom. 1. Roland. à Valle conſ.
99. num. 5. lib. 4 Vldaricus Zaſius conſ. 18. nu. 10.
& conſ. 2. num. 9. Nauarr. conſ. 4. incip. de eo nu.
3. de renunc.

Inſpecto illo tempore non aderat conſuetu-
do ſaltim confirmata per ſententiam, quæ debe-
ret exequi; † nàm licèt haberent quandam ſen-
tentiam, vt caſicium ſolueretur pro medietate in
tritico, & pro merdietate in ordeo, aut adoreo,
& in defectum ſuppleretur ex tritico, in quo vi-
debatur quodammodò alterari Conſtitutio Sy-
nodalis D. Didaci Ramirez; non tamen tranſie-
rat in rem iudicatam, quia pro ſuo intereſſe ap-
pellauerat dictus Licentiatus Soria, & vt opera-
retur contra eius exequutoriam, debebat con-
ſtare, quòd antè primam ſententiam ad eius fa-
uorem latam vigebat iàm ſententia tranſacta
in rem iudicatam, quæ limitaret dictam Conſti-
tutionem Synodalem; nec ſufficiebat, quòd po-
58 ſteà produceretur: † quia qualitas iuncta verbo,
vel certo tempori, aut euentui debet adeſſe tem-
pore illius verbi, vel euentus, ſeu temporis, l. in
delictis §. ſi extraneus ff. de noxalib. action. & l. ex
facto §. ſi quis autèm, vbi Alexand. ff. ad Trebell.
l. Titius de milit. teſtam. Alexand. conſ. 143. nu.
1. lib. 6. Cæphal. conſ. 251. nu. 13. & conſ. 264. nu.
59 19. Roland. à Valle conſ. 100. nu. 27. lib. 2. † nàm
qualitas requiſita, poſt actum non eſt de ſubſtan-
tia, nec aliquid operatur: vt idem Cæphal. conſ.
171. num. 14. tom. 2. argum. cap. ſi eo tempore de
reſcript. in 6. l. 2. ff. de excuſat. tutor. Io. Guttier.
conſ. 1. num. 14. & 15. l. ſi quis mihi §. iuſſum ff.
de acquir. hæred. Rebuff. conſ. 38. nu. 17.

Cū interim quòd dicti Parochi, & Beneficiati
non obtinuere exequutoriam dictæ ſentētiæ, vel
aliarum conformium, quæ nunquā fuerunt latæ,
nihil habuerūt, ex quo elideretur effectus dictæ
Synodalis, & ſententiarum, & exequutoriæ in
eius confirmatione obtentæ per dictum Licen-
60 tiatum Soria, † cùm lis penderet, donèc eſſet
talis ſententia, quæ tranſitum feciſſet in rem iu-
dicatā, & finem liti impoſuiſſet, l. 1. ff. de re iudic.
l. res iudicata ff. de regul. iur. & l. poſt rem iudi-
catam de tranſact. Paul. Caſtr. conſ. 424. in princ.
lib. 1. Ludou. Gomez in reg. de ſubrogan. colliti-
gant. quæſt. 14. in princ.

61 † Et quia tunc ſolùm dicitur propriè ſenten-
tia res iudicata, quandò ab ea non poteſt appel-
lari, vt notat gloſ. communitèr recepta in cap.
non ſolùm, verbo *innouata* de appell. in 6. quam
ſequitur Abb. num. 1. in rubr. de ſent. & re iudic.
& ibi DD. alij, Decius in rubr. de appellat. nu. 1.
text. in cap. quòad conſultationem de re iudic.
quem ponderat Iaſ. in l. 1. num. 8. col. 3. ff. eod.
Couar. in pract. quæſtion. cap. 23. num. 2. circa
finem, Meſſia ad leg. Toleti 1. par. fundam. 2. nu.
16. Decius num. 1. in l. res iudicata ff. de reg. iur.
62 Ioan. Robert. lib. 1. ſententiarum cap. 24. † &
quia ſolummodò quòad huiuſmodi exceptione
videbatur ſententia modificare intentionem di-
cti Licentiati Soria, debet interpretari, vt minus
noceret ei, vt in l. 2. ff. de his, qui not. infam. Bart.
in l. Iulianus verum debitorem nu. 5. ff. de cond.
indeb. & ideò ceſſat prætenſio illorum reſpectu
ſupplementi faciendi in tritico, ob deficientiam
aliorum ſeminum.

63 † Qua de cauſa debent precisè exequi ſen-
tentiæ, & exequutoriæ dicti Licentiati Soria, quia
quod ſecus fieret, eſſet nullum, vt in l. 1. C. quan-
dò prouocare non eſt neceſſe, & in l. poſt ſenten-
tiam C. de ſent, & interloc. omn. Iudic. & in cap.
intèr monaſterium de ſent. & re iudic. vbi latiſ-
ſimè Felyn. num. 15. & ſeqq. Ioan. Andr. in d. cap.
inter monaſterium nu. 18. de ſentent. & re iudic.
Franc. de Aretio conſ. 73. diligentèr nu. 1. & alijs,
Meſſia vbi ſupra d. fundam. 2. nu. 15. & in l. 15. tit.
11. par. 3. & in l. 13. in princ. tit. 22. par. 3. vbi Gre-
gor. Lopez gloſ. *no vale el ſegundo*, hoc ampliat,
ſiuè contraria ſententia feratur in eadem inſtan-
tia, ſiuè in diuerſa, & etiàm ſi proferatur ſenten-
tia de conſenſu partium; nàm adhùc non vale-
bit contra dictam executoriam, Franc. de Aret.
vbi proximè nu. 3. & 4.

64 † Quod eſt magis certum, animaduerſo, quòd
aduerſus dictas tres ſententias nō opponitur ex-
ceptio ſolutionis, aut alia legitima, nec ratio ex
approbatis à Iudice, vt in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil.
vbi Azeued. & Auendaño latè in l. 4. tit. *de las ex-
cepçiones*, Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. fin.
par. 5. §. 11. nu. 1. & 3.

65 † Et licèt agatur coram exequutore; non eſt
dubium, quòd ipſe debet procedere iuxta formā
exequutoriæ; quia ſententia exequutoris debet
eſſe conformis primæ ſententiæ, ſiue arreſto, vt
in terminis tradit Ioan. de Anania conſ. 5. & ibi
Bolognin. in additionib. adducens Bart. in l. eum,
qui ff. de his, quibus vt indign. Boer. quæſt. 58.
num. 2.

Et ex his oībus reſoluo, debere exequi dictas
ſententias, & non pertinere ad dictos Parochos,
& Beneficiatos pegujaria, nec caſicia, pròut pe-
tunt, debereque pro præterito, & in futurum
obſeruari dictam Conſtitutionem Synodalem
D. Didaci Ramirez, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *CLerici poſſunt in vita, & in morte diſponere liberè de peculio quaſi caſtrenſi.*
2 *Peculium aduentitium in alijs, eſt quaſi caſtrenſe in clericis.*
3 *Liberatio eſt fauorabilis, & extendenda.*
4 *Liberatio non ſolùm in perſonalibus, ſed in realibus valet.*
5 *Hæres, & ceſſionarius Teſtatoris debent ſtare illius liberationi.*
6 *Liberatio pro ſolutione, & ſatisfactione habetur.*
7 *Exceptio in liberatorijs acquiritur ſinè ceſſione.*
8 *Liberatio ex cauſa remunerationis eſt multùm fauorabilis.*
9 *Remunerationis gratia receditur à iuris regulis.*
10 *Gratitudo eſt res honeſtiſſima, & ab omnibus commendatur.*

11 *Rea*

11 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*
12 *Teſtamentum nuncupatiuum iure Hiſpano requirit Tabellionem & tres teſtes.*
13 *Teſtamentum ſi fiat tempore peſtis, receditur à ſolemni rigore iuris.*
14 *Milites ſicut in acie belli teſtantur ſine ſolemnitatibus, ità tempore peſtis.*
Peſtis eſt bellum inter Deum, & homines, eodem numero.
15 *Peſtis æquiparatur hoſtilitati.*
16 *Argumentum valet ab æquiparatis.*
17 *Peſtis tempore ſufficere duos teſtes in teſtamento, tenent plures DD.*
18 *Peſtis connumeratur inter caſus fortuitos.*
19 *Peſtis propter imminentiam receditur à iure communi.*
20 *Sententia debet ferri in loco maiorum niſi propter peſtis, aut aliorum malorum periculum.*
21 *Contractus minorum, vel mulierum ſi ex ſtatuto requirat duos Notarios, valebit cum vno tempore peſtis, aut belli.*
22 *Inſtrumentum poteſt confici tempore peſtis coràm Notario non matriculato, non obſtante ſtatuto.*
23 *Opinio illa eſt in dubio tenenda, quæ fauet teſtamento.*
24 *Teſtamenti, & vltimæ voluntatis conſeruatio eſt fauorabilis.*
25 *Plinij ſecundi ſententia ſuper conſeruatione vltimarum voluntatum ponderatur.*
26 *Morientibus nihil magis debetur, quàm libertas diſponendi de eorum bonis.*
27 *Scriptura non eſt de ſubſtantia teſtamenti nuncupatiui.*
28 *Producens inſtrumentum cenſetur fateri eſſe vera contenta in eo.*
29 *Confeſſionem aduerſus propriam non poteſt quis venire.*
30 *Compromiſſum ab hærede non fit citra ius, & nomen hæredis.*
31 *Voluntarij contractus ab initio, ex poſt facto ſunt neceſſarij.*
32 *Obligatio non mutatur ex perſona ſucceſſoris.*
33 *Ceſſionarius ſolùm ſuccedit in iure cedentis.*
34 *Iuris plus nemo transfert, quàm ipſe habet.*
35 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.*
36 *Præſumptio eſt pro arbitri ſententia, ſicut Iudicis.*
37 *Sententia arbitraria confert titulum ad acquiſitionem dominij.*
38 *Arbitramentum etiàm nullum valet in vim pacti.*
39 *Sententiæ arbitrorum iure regio habent paratam executionem iuxta legem Madriti.*
40 *Clauſula* rato manente pacto *quid operetur in compromiſſis.*
41 *Pœna non remittitur recipiendo opus, quandò eſt clauſula* rato manente pacto.
42 *Iuramentum in compromiſſo habet vim clauſulæ* ra o manen e pacto.
43 *Arbitrorum ſententiæ illuſoriæ non debent eſſe.*
44 *Arbitri ſententia emologata debet executioni demandari.*
45 *Sententia lata contra aliam, quæ tranſiuit in rem iudicatam eſt nulla, & ſimilitèr contra laudum emologatum.*
46 *Hæres tenetur adimplere factum defuncti.*
47 *Conuentionem allegans tenetur probare.*
48 *Locumtenens Parochi debet probare conueniſſe de certo ſalario, aliàs ſuccumbet.*

P R O

Franciſco Gonzalez de Caſtillo Parocho Oppidi de Pineda

C V M

Ioanne de Valdecabras Ciuitatis *de Huete ceſſionario P.tri Lopez de Valdecabras.*

A R G V M E N T V M.

Liberatio alicui legata in vltima voluntate ab infirmo, præſertim peſte laborante fauorabilis cenſetur. Et de viribus, & effectu ſententiæ arbitrariæ.

C O N S I L I V M CXXIV.

SVPPONITVR in facto, quòd Michael Lopez per eius vltimam voluntatem, quam declarauit, cùm peſte infirmaretur in dicta Ciuitate de Huete, fecit liberationem legitimam in fauorem dicti Franciſci Gonzalez, ne ab eo peteretur quædam domus, & prædium quam, & quod illi promiſerat, adimpleretq; præſtando aliud prædium minoris valoris, quod dedit, & cùm factum fuiſſet compromiſſum inter dictum Petrum Lopez, & Franciſcum Gonzalez, fuit abſolutus ab illius prætenſione.

Cũ dictus Michael Lopez eſſet clericus Præſbyter, & fecerit liberationem prædictam ad fauorem dicti Franciſci Gonzalez, ſtandum illi eſt,
1 † cùm facta fuerit de peculio quaſi Caſtrenſi, de quo clerici poſſunt diſponere liberè tàm in vita, quàm in morte, l. ſacroſanctæ, auth. præsbyteros C. de Epiſcop. & Cler. 1. Ioan. Dilect. de arte teſtandi cautel. 1. nu. 5. l. 3. tit. 21. par. 1. & l. 6. tit. 17. par. 4. Palac. Rub. in repetit. rubr. de donat. inter §. 42. num. 6. & ſeqq. Rojas de ſucceſſionib.
2 cap. 29. num. 49. quod eſt planum, † quia omne peculium, quod in alijs eſt aduentitium, in clericis etiàm primæ tonſuræ eſt quaſi caſtrenſe, d. authent. preſbyteros C. de Epiſcop. & Cler. nouella 123. §. ſancimus collat. 9. Abb. in cap. conſtitutus num. 7. de in integr. reſtit. Cæpoll. cautel. 113. incip. filiusfamilias, Soccin. reg. 153. fallent. 5. Ioan. Dilect. de arte teſtandi cautel. 1. nu. 5. Abb. & Imol. in cap. quia nos, vbi Couar. nu. 1. & 2. de teſtament. Paul. Caſtrenſ. in d. l. ſacroſanctæ nu. 3. Palac. Rub. in reper. rubricæ de donat. inter §. 42. num. 6. Roderic. Xuar. diſputat. quæſtionis
maio-

Digitized by Google

maioricatus nu.31. latè Surd. conſ.259. à nu.10.
tom. 2.
3 † Et dicta liberatio eſt fauorabilis, & exten-
denda, argum.l.Arrianus,& l.1. ff.de obligat. &
action.l final.§.ſed cùm aliquod ff.de iureiur.l.1.
ſi quis decedens §.nunc, l.non ſolùm la ſeconda
in princ. & §. ſi liberationis ff. de liberat. legat.
Florian. de Sancto Petro in l.Lucius nu.2. ff. de
legat.3. Ioan.Oroſc.in l.à filio num.3.ff.de pact.
Ioan.Cæphal.conſ.39.nu.26.& conſ.40.num.37.
4 lib.1. Marc.Anton.Eugen.conſ.73.nu.5. † & ita
nedùm in perſonali; ſed in reali obligatione in-
ducitur,& valet, l.etiàm vno ff.de acceptilation.
Florian. in l.Titia §.Gaius num.7. ff. de legat.2.
5 † & ita dicti Petrus Lopez, & Ioannes de Valde-
cabras eius filius, & ceſſionarius, qui ſe præten-
dunt eſſe hæredes dicti Michaelis Lopez clerici
debent ſtare dictæ liberationi, l.ſi fuerit §.1.ff.de
legat.3. & l.ſi quis in teſtamento 16. ff. de liber.
legat. vndè non immeritò Ioan.Oroſc.in l.tale
pactum nu.36. ff.de pact. aſſeruit, liberationem
ita fauorabilem eſſe, vt piæ cauſæ vicem habeat.
Et ita eſt legitima, exceptio,& defenſio.
6 † Cùm liberatio habeat vim ſolutionis, & ſa-
tisfactionis legitimæ, l. ſi fundum §. Titio fundū
ff.de legat.1.vbi Florian.num.2. l.ſolutionis ver-
bum ff. de ſolut. & l. liberationis ff. de verbor.
ſignif. vbi Rebuff. & Ioan. Bræcheus, Auendaño
in l.4.tit.*de las excepçiones* num.30. verſ. *item*,
7 Gregor.Lopez in l.1.tit.14.par.5.gloſſ.2. † vndè
in liberatorijs exceptio ſinè ceſſione acquiritur,
l.ſicut §.1.vbi Bart ff.quibus modis pign. vel hy-
poth. ſoluitur, Bart.in l.ſtipulatio §.ſi ſtipulet ad
finem ff.de verbor.oblig. l.plerumquè,vbi Ioan.
Oroſc.nu.4.& 5.ff.de pact.qui idem aſſerit in
iure retentionis, ex l. in hoc iudicium §. certum
ff.communi diuidundo.
8 † Præſertim cùm dicta liberatio fuerit facta
per viam,& ex cauſa remunerationis beneficio-
rū, quę dictus Michael receperat à dicto Franci-
ſco Gonzalez,ex c. cū in officijs, vbi latè Couar.
de teſtam. l. ſed etſi lege §.conſuluit ff. de petit.
hæred. Duaren.in l.ſi pupillus 127.verſ.*ſed quero*
ff.de verbor.ſignif.Nauar.conſ.10.de renunc.nu.
9 3. † quia remunerationis gratia receditur à re-
gulis iuris ſecundùm Decium in l. ſi donatione
nu.9.C.de donat.Cæphal.conſ.97.nu.35.tom.1.
10 † Quia certum eſt, gratitudinem vt rem lon-
gè honeſtiſſimam à Philoſophis commendari, vt
conſtat ex Ariſt.5.ethic.cap.5.Senec.de benefic.
Maximè cùm eadem bona proceſſerint à di-
cto Franciſco Gonzalez, qui ea donauerat dicto
11 Michaeli Lopez. † quo caſu res de facili reuer-
titur ad primum dominium, argum. l. ſi vnus §.
pactus ne peteret ff.de pact. Vldaric.Zaſius conſ.
1.num.89.lib.2.Hippol.Rimin.in l.vt vim nu.38.
ff.de iuſtit.& iure, Iaſ.nu.5. in d.§.pactus, l.filio,
quem pater in verſ. *non tranſlatus; ſed redditus
videtur* ff.de liber.& poſthum.Petr.Anchar.cōſ.
330. verſ.*iſta autèm retentio*, Felyn. in cap.cùm
omnes nu.7. de conſtit. Decius conſ.88. num.3.
Alex.Raudenſ. reſponſ.2. de ſucceſſ.Regni Por-
tugalliæ num.117.
Quibus non obſtabit dicere,quòd dictus Mi-
chael deceſſit ab inteſtato; nàm contrarium ve-
rum eſt, & conſtat ex depoſitionibus teſtium
productorum per dictum Franciſcum Gonza-
lez,qui concludunt, quòd cùm peſtis malum vi-
geret in dicta Ciuitate, & dictus Michael eo la-
boraret, ſcripſit ſuam vltimam voluntatem, il-
lamq; declarauit coràm tribus teſtibus vicinis,
& Ioanne Gomez tabellione publico, quod cō-
ſtat ex probationibus factis in iudicio corā Ar-
bitris, & per commiſſionem Tribunalis Eccle-
ſiaſtici Conchenſ. & ita non poteſt dubitari de
12 firmitate,& valore dictæ diſpoſitionis; † cùm
lex regia in diſpoſitione nuncupatiua vltimæ vo-
luntatis nō requirat niſi interuentū trium teſtiū,
& Tabellionis publici, quāuis non ſit facta hære-
dis inſtitutio, vt conſtat ex l.1.tit.4.lib.5.recopil.
vbi Matienço gloſ.2.nu.2.& gloſ.13.num.1.Ro-
deric.Xuar.in l.quoniàm in prioribus ampliat.1.
nu.8.in fin.vbi Additio.
Et quandò defeciſſet aliqua ſolemnitas, cùm
fuerit diſpoſitio facta tēpore peſtis,& ab infecto
tali morbo, qui ex eo deceſſit, ſufficiebat mi-
13 nor ſolemnitas ad firmitatem; † nàm quādò te-
ſtamentum eſt factum tempore peſtis, receditur
à regulis iuris, & ſolemni illius rigore, vt poſt
Crotum conſ.338.num.6.& ſeq.vol.3. Ioan.de
Amic.conſ.39.num.5.& 6. Roland. à Valle conſ.
82. nu.14.47.& 57.lib.1. Ioan.Petr.Sımius conſ.
277. nu.20. lib.3. tradit Lambertengus in tract.
de contractib.carta 499. Caualc.dec.Fiuizan.27.
num.59. dicens, quòd huiuſmodi opinio eſt ve-
rior,& ęquior, quādò teſtator morbo laborabat,
& in loco,in quo degebat,erat peſtis, ſequuntur
plures relati per Anton.Gabr. lib.4.concluſionū
concl.8.de teſtament.num.1. Iul.Clar.in §.teſta-
mentum quæſt.56. nu.3. verſ.*opinio tamen Baldi*,
Maſcard.in tract.de probat.3.par.concluſ.1355.
num.20. Craſſ.tract.ſententiar.§.teſtamentum
quæſt.54. nu.5. Galleco in tract.de reſident. Pa-
rochor.tempore peſtis 2.par.nu.21.& 3.par. nu.
26.alij relati per Anton.Gomez in l.3.Tauri nu.
48. Additio ad Anton.Gama deciſ.210. Bald.in
l.fin. nu.1. in fin. C.de teſtament.dicens,quòd ſi
teſtamentum fiat tempore peſtis,quo tempore
non poſſunt teſtes facilè haberi,valet teſtamentū
cum minore numero teſtium propter neceſſita-
tem, facit l.caſus eod. tit. vbi propter neceſſita-
tem relaxatur aliquid de ſolemnitate,vt Iaſ.pon-
derat in d.l.fin.Iodoch.Damhouder.in enchirid.
parium,aut ſimilium iuris, verbo *peſtis*. Additio
ad Bald.vbi proximè,quod comprobat Bart.in l.
vnic. ff.de bonor.poſſeſſ. ex teſtamento militis,
14 dicens,† quòd ſicut milites,& priuati exiſtentes
in acie belli poſſunt teſtari quoquo modo volūt
tàm in terra,quàm in mari,ita mortalitatis tem-
pore, quandò ſcilicet prælium eſt inter Deum,
& homines, Abb.conſ.3. antè num.9.& conſ.18.
col.fin.lib.2.Alex.conſ.30.nu.3.lib.5.Lancellott.
Galliæ conſ.6.num.14.Polyd.Ripa tract.de actis
in mort.artic.cap.1.nu.41. Andr.Gaill.lib.2.pra-
cticar.obſeruat.obſeru.118.quidam ſtationarius
nu.18. Anton.Corſett.de author.gloſſar.verſ.*ad
complementum* nu.5.Balb.de præſcript.verſ.*nunc
venio* nu.5.& propter talia aſſerit, bonum eſſe
prouideri, vt vltimæ voluntates etiàm nō ſolem-
nitèr factæ valerent; quoniā nec teſtes,nec No-

tarij

tarij reperiri potuerunt, vbi Additio ex l.1. & l.
militis, & finali ff. de teſtam. milit. ait, quòd ſicut
milite teſtante in conflictu belli eſt remiſſa ſo-
lemnitas teſtium in teſtamento, l. milites C. de
teſtament. milit. Arnol. de Reyger. in theſauro
iur. ciuil. verbo *peſtis* num. 163. idem in Pagano
teſtante tempore peſtis coram duobus teſtibus,
quia illo tempore proptèr periculum pauci te-
ſtes poſſunt haberi, ſequitur Anton. Gama deciſ.
Portugalliæ 81. nu. 2. cuius ea poteſt eſſe legitima
15 ratio, † quòd peſtis æquiparatur hoſtilitati, vt
communitèr Doctores notant in l. naturalitèr ff.
de vſucap. & in cap. ex tranſmiſſa de præſcript.
Anton. de Butrio in cap. cùm dilecti num. 26 de
dolo, & contumac. Iodoch. d. verbo *peſtis*, ideò
ſecundùm eum videtur idem ſeruandum in vno,
16 quod in alio, argum. l. illud ff. ad l. Aquil. † & ar-
gumentum ab æquiparatis legitimum eſt, maxi-
mè quandò eſt eadem æquitas, gloſ. in l. ſi quis
ſeruo, verb. *corrumpi* C. de furt. Io. Cæph. conſ.
17 210. nu. 42. tom. 2. † ideòque etiàm ſolos duos
teſtes ſufficere in teſtamento facto tempore pe-
ſtis ex Chriſtophoro Portio, & alijs tradit Franc.
Ripa tract. de peſte, tit. de priuileg. vltim. volunt.
cauſa peſtis nu. 1. & ſeqq. Ioan. Petr. Bimius dict.
conſ. 277. num. 21. lib. 3. dicens ſufficere duos te-
ſtes etiàm ſinè ſcriptura, Ioan. Neuizan. conſ. 26.
num. 5. Arnol. de Reyger. vbi ſuprà, Polyd. Ripa
tract. de actis in mortis articulo cap. 17. nu. 24. &
ſeqq. Ioan. Dilect. de arte teſtandi, tit. 2. cautel. 2.
num. 2.

18 † Et facit in confirmationem, quòd peſtis cō-
numeratur inter caſus fortuitos, quibus vix hu-
mana fragilitas poteſt reſiſtere, l. ſi merces §. vis
maior ff. locati, l. 3. §. ſi eo tempore ff. de admi-
niſtr. rerum ad Ciuit. pertinent. & l. quæ fortui-
tis C. de pignor. action. Ripa de peſte tit. de pri-
uileg. contract. cauſa peſtis nu. 62. Hieron. Præ-
uidel. de peſte, & eius priuileg. verſ. *ſubſequentèr*
num. 1. Maurit. de in integr. reſtit. cap. 367. nu. 2.
Menoch. de recuper. poſſ. remed. 12. nu. 23. Fla-
min. Pariſ. lib. 11. de reſignat. benefic. quæſt. 13.
num. 63. Ioan. Igneus in l. contractus nu. 101. ff. de
regul. iur. Corneus conſ. 128. num. 25. vol. 2. Ioan.
Oroſcius in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium
19 nu. 72. ff. de edendo, dicens, quòd † peſtis tem-
pore non requiruntur adeò exactæ ſolemnita-
tes: imò propter imminentiam peſtis receditur
à iure cōmuni, l. ſed ſciendum 7. ff. ad S.C. Tre-
bellian. cap. ad ſupplicationem cum ibi notatis
per gloſſ. de renunc. cap. cùm dilecti de dolo, &
20 contumac. Iodoch. d. verbo *peſtis* dicens, † quòd
licèt pro ſolemnitate ſententiæ requiratur, quòd
feratur Iudice ſedēte in loco maiorum ad id ſo-
lito, & alitèr nō valeat, l. ſi vt proponis la ſecon-
da, C. quomodò, & quandò Iudex. l. penult. ff. de
iuſtit. & iure. gloſ. verb. *vel indeterminatè* in cap.
final. de reſcript. tamen alibi lata metu periculi
vitæ tempore guerræ, belli, aut peſtis, ſiue mor-
talitatis, vt pura in tuto valet. & tenet, iuxta gloſ.
ordinariam in l. 1. vbi Bald. & Doctores C. de
ſentent. ex breuiculo recitandis, gloſ. in cap. fin.
de re iudic. in 6. verbo *ſedendo*, notat in ſimili
Gregor. Lopez in l. 5. tit. 27. par. 3. gloſ. finali.

21 † Vlteriùs facit notabilis reſolutio Angeli de
Vbal. in auth. de nō alien. aut permut. reb. Eccl.
§. quòd autèm collat. 2. per tex. ibi. *aut etiā vno, ſi
vnum ſolùm Ciuitas habeat*: determinantis, quòd
ſtante ſtatuto, quòd nullus cōtractus minorum,
vel mulierum valeat, niſi interueniant duo Nota-
rij, tamèn ſi tempore peſtis, aut guerræ, ſeù belli
non poſſet haberi niſi vnus Notarius, valeret illo
ſolo interueniente, ſequitur Iodoch. vbi ſuprà,
qui ex eiuſdē Angeli authoritate in l. ſi vacantia
22 C. de bon. vacant. lib. 10. ait, quòd † ſi ſtatutum
diſponat, quòd inſtrumentum non poſſit confici,
niſi ſcribatur per Notarium matriculatū, tamèn
ſi fiat tempore peſtis, valebit, eſtò, quòd nō ſcri-
ptum à matriculato, ſequitur Additio ad Bald.
litera B. in d. l. vltima C. de teſtament. Roland. à
Valle conſ. 43. incip. in præſenti num. 43. vol. 2.
& ita ex hac authoritate ſufficiebat, quàmuis di-
ctus Ioannes Gomez non fuiſſet ex tabellionibus
numerarijs Ciuitatis de Huete.

Et confirmatur magis; nàm cùm dictus Mi-
chael Lopez ſuum fecerit teſtamentū in tali per-
turbatione, cùm videret ſe mori infectum peſte,
quandò aliquod fuiſſet dubium, debebat inter-
23 pretari in fauorem ſuæ diſpoſitionis; † nàm in
dubijs opinionibus tenenda eſt illa, quæ teſta-
mento fauet, l. ſi pars ff. de inoffic. teſtam. cap.
finali de re iudic. Marc. Anton. Eugen. conſil. 25.
num. 26. qui conſ. 87. num. 55. hoc ampliat etiàm
ad filiorum excluſionem ex Gramat. deciſ. 103.
num. 145. Ioan. de Neuiz. conſ. 26. nu. 7. vſque ad
num. 16. Gratus conſ. 30. num. 1. 2. & 3. & nu. 26.
24 lib. 2. † nàm cauſa conſeruationis teſtamenti, &
vltimæ voluntatis cōcernit vtilitatem publicam,
l. 1. C. de ſacroſ. Eccle. l. vel negare ff. quemadm.
teſtament. aper. Bald. in l. publicati num. 7. C. de
teſtament. Bart. in l. pactum num. 2. ff. de pact. &
in l. ita ſtipulatus num. 14. verſ. *propter hoc* ff. de
verbor. oblig. Gambar. in tract. de offic. & au-
thorit. legati à latere lib. 9. num. 226. tex. in cap.
vltima voluntas 13. quæſt. 2. Hieron. Gratus re-
ſponſ. 10. num. 21. vol. 2.

25 † Nil magis æquum eſt, quàm defunctorum
voluntatē conſeruare, vt religioſè atteſtatur Pli-
nius ſecund. lib. 2. epiſt. 16. dicens: *Tu quidèm
pro certa tua diligentia admones me, codicillos
Aciliani qui me ex parte inſtituit hæredem, pro nō
ſcriptis habendos: quia non ſint confirmati teſta-
mento: quod ius ne mihi quidèm ignotum eſt, cùm
ſit ijs etiam notum, qui nihil aliud ſciunt, ſed ego
propriam quandam legem mihi dixi, vt defunctorū
voluntates, etiam ſi iura deficerent, quaſi perfectas
tuerer: conſtat autem, codicillos iſtos Aciliani ma-
nuſcriptos. Licèt ergo non ſint confirmati teſtamen-
to; a me tamen vt confirmati obſeruabuntur*. pul-
chriùs lib. 4. epiſt. 10. Sabino dicens: *Scribis mi-
hi Sabinam, quæ nos reliquit hæredes, Modeſtum
ſeruum ſuum nuſquàm liberum eſſe iuſſiſſe: idem
tamèn ſic adſcripſiſſe legatum. Modeſto, quem libe-
rum eſſe iuſſi. Quæris, quid ſentiam, contuli cum
prudentibus, conuenit inter omnes, nec libertatem
deberi: quia non ſit data, nec legatum, quia ſeruo
ſuo dederit; ſed mihi manifeſtus error videtur;
ideòque puto nobis, quaſi ſcripſerit Sabinā, faciendū,
quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit; confido acceſſurum
te ſententiæ meæ, cùm religioſiſſime ſoleas cuſtodi-
re, de-*

Digitized by Google

re defunctorum voluntatem, quam bonis hæredibus intellexiſſe pro iure eſt. Neque enim minùs apud nos honeſtas, quàm apud alios neceſſitas valet. Moretur ergo in libertate ſinentibus nobis, fruatur legato, quaſi omnia diligentiſſimè cauerit. Cauit enim, quæ hæredes benè elegit. Idem Plinius lib. 5. epiſt. 7. ibi. *Hoc, ſi ius aſpicias, irritum: ſi defuncti voluntatem, ratum, & firmum eſt, mihi autem defuncti voluntas (vereor, quam in partem Iuriſconſulti, quod ſum dicturus, accipiant) antiquior iure eſt.* optimè Tiraq. in l. ſi vnquàm verb. *libertis* nu. 32. in fine C. de reuoc. donat. Greg. Lopez Madera. animaduer. iuris ciuil. cap. 4. nu. 3. Gerar. Mayn. deciſ. 14. Tholoſ. lib. 5. num. 1. & ſeqq.

26 † Nihil enim eſt, quod magis morientibus debeatur, quàm vt de bonis eorum diſponendi liber ſit ſtylus, l. verbis legis ff. de verbor. ſignific. Portius in principio de lege falcidia num. 2. vndè meritò Quintilianus declamatio. 308. ait, *& in more Ciuitatis, & in legibus poſitum eſt, vt quoties fieri poterit, defunctorum teſtamento ſtetur: idque non mediocri ratione: neque enim maius videtur ſolatium mortis, quàm voluntas vltra mortem: nec alicui poteſt grauius quicquam videri, quàm ipſum patrimonium, ſi non integram legem habet, vt cùm omne ius nobis in id permittatur viuentibus, auferatur morientibus:* & Rex Theodoricus apud Caſſiodor. lib. 5. variar. cap. 21. ait: *viliat tibi perpetuis ſæculis decedentium voluntas.*

Sufficiebat etenim teſtibus probari vltimam voluntatem, quandò non fuiſſet, prout eſt ſcripta, & declarata litteris propriæ manus dicti
27 Michaelis Lopez, † cùm teſtamentum nuncupatiuum non magis requirat ſcripturam, quàm alius actus inter viuos, in quibus eſt ſolùm ad probationem, l. contrahitur ff. quibus modis pign. vel hypotheca tacitè contrahatur, & eſt vera, & receptiſſima ſententia ſecundùm Soccin. conſ. 142. lib. 1. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 1. par. 6. gloſ. 1. Ferdinand. Menchac. lib. 3. de ſucceſſionum creatione §. 25. num. 21. & ſeq. Matienço in l. 2. tit. 4. lib. 5. recopilat. gloſ. 2. num. 1. & omnis difficultas ceſſat, cùm ipſe Ioannes Lopez de Valdecabras produxerit memoriale, ſeu notam vltimæ voluntatis dicti ſui fratris, vt conſtat ex
28 hac cauſa; † nàm ratione productionis videtur quis confiteri vera eſſe contenta in inſtrumento, quod producit in cap. imputari de fide inſtrument. Boer. deciſ. 252. num. 3. Martin. Vran. conſ. 57. num. 8. & 9. tom. 2. Alexand. conſ. 24. num. 5. & 6. lib. 7. Achill. de Graſſis deciſ. 2. de confeſſ. num. 7. Cæpolla conſ. ciuil. 2. num. 18. & per con-
29 ſequens † non poteſt contra ſuam confeſſionem venire ex notatis in l. poſt legatum ff. de his, quibus vt indign. Bald. in l. aliam C. eodem titulo, Doctores in cap. cùm venerabilis de exception. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 25. num. 5. Roland. à Valle conſil. 2. num. 116. volum. 1. Ioan. Baptiſta Ferrett. conſil. 271. num. 16. Cæphal. conſ. 236. num. 2. lib. 2. Burgos de Paz conſ. 4. num. 43.

Vltrà iuſtitiam, quam fouet dictus Franciſcus Gonzalez virtute dictæ diſpoſitionis, corroboratur ex compromiſſo facto inter eum, & Petrum Lopez patrem dicti Michaelis; nàm mediante laudo, ſeu ſententia arbitraria fuit abſolutus, & ideò non poteſt denuò moleſtari; nàm dictus Petrus viſus fuit compromiſſum feciſſe
30 tanquàm hæres ſui filij. † Compromiſſum enim eſt actus, qui non poteſt fieri citrà ius, & nomen hæredis, & aditionem infert, vt tradit Marant. in l. is poteſt num. 67. ff. de acquir. hæred. Aſinius in l. 4. §. ne quis putet num. 173. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. ex l. pro hærede §. Papinianus ff. de acquir. hæred. Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſ. 96. num. 22.

31 † Et ità quàmuis ab initio non potuiſſet cogi ad compromittendum, non potuit, nec poteſt diſcedere ab eo ſine conſenſu dicti Franciſci Gonzalez, iuxta regulam text. in l. ſicut C. de actio. & obligat. vbi tex. ait, *ſicut initio libera poteſtas eſt habendi, vel non habendi contractus, ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi aduerſario non conſentiente nemo poteſt,* l. perfecta donatio C. de donat. quæ ſub modo, & l. 10. tit. 22. par. 1. vbi gloſſa final. l. 3. tit. 5. par. 5. & l. 4. tit. 6. par. 6. & ità quàmuis cautelosè dictus Petrus Lopez reuocaſſet compromiſſum, & ius ſuum ceſſiſſet dicto Ioanni Lopez eius filio, debuit intelligi cum eo-
32 dem onere ſtandi compromiſſo; † nàm ex perſona ſucceſſoris non mutatur obligatio, l. 2. §. ex his igitur ff. de verbor. obligat. Bald. in l. 2. nu. 3. C. de hæredit. actio. & in l. vbi adhùc 29. nu. 47.
33 C. de iure dotium; † nàm ceſſionarius ſolùm ſuccedit in iure, quod cedens tempore ceſſionis habebat, l. qui in ius 138. ff. de regul. iur. & l. emptor, vbi Bald. C. de heredit. vel actio. vendita,
34 Marc. Anton. Eugen. conſ. 73. nu. 6. lib. 1. † nàm nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habet, cap. nemo de regul. iuris in 6. & ibi Dyn. cap. quod autèm de iure patronat. l. 12. tit. 34. par. 7. vbi Gregor. Lopez gloſſ. 1.

Et cùm dictus Frãciſcus Gonzalez fuerit abſolutus per ſententiam Arbitri, debet inuiolabilitèr obſeruari, tanquàm ſi per ſententiam com-
35 petentis Iudicis abſolutus foret: † quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, l. 1. ff. de recept. arbitr. & ibi Gloſſa, Odofred. & DD. latè Iodoch. Damhoder. in enchirid. parium, aut ſimilium iuris, verbo *arbiter*, Roland. à Valle conſ. 22. num. 4. lib. 4. Abb. num. 6. in cap. in præſentia 50. de teſtib. Bart. in l. de qoibus num. 18. ff. de legib. Gregor. Lopez in l. 23. tit. 4. par. 3. gloſ. 5.
36 † ideò præſumitur pro Arbitri ſententia, ſicut pro ſententia Ordinarij, vt per Abbat. & alios in cap. quoniàm contra de probat. Paul. Caſtrenſ. conſ. 260. incip. viſis compromiſſo, laudo num. 6. lib. 1. Decius conſ. 375. incip. iuridicã, qui loquitur in laudo abſolutorio nu. 1. Aym. Crau. conſ. 54. quæritur nu. 12. Burgos de Paz conſ. 33. nu. 4.
37 † Nàm ſententia arbitraria inducit titulum ſufficientem ad acquiſitionem dominij, vt poſt Alexan. in l. Pomponius §. ſi iuſſu ff. de acquiren. poſſeſſ. tradunt Iaſ. num. 45. Oroſcius 23. in l. ex
38 hoc iure ff. de iuſtit. & iure; † nàm etiàm quandò arbitramentum eſſet nullum, vires obtinet, valetquè inter partes, ſaltim in vim pacti, iuxta gloſſ. in l. 2. C. commun. vtriuſq; iudicij, vbi DD. Bal. in l. 1. num. 3. C. qui pro ſua iuriſdict. Cæph. conſ. 236. num. 3. tom. 2.

Digitized by Google

15 *Lis cœpta coram Ordinario ex præuentione, debet coram eo finiri.*
16 *Iudex præparationis, & non alius, eſt Iudex præparati.*
17 *Reſcripta ad lites ſunt ſtricti iuris.*
18 *Reſcripta derogantia iuriſdictioni Ordinarij ſunt reſtringenda.*
19 *Delegata iuriſdictio cenſetur odioſa.*
20 *Citatio denotat ſuperioritatem citantis, & ſubiectionem citati.*
21 *Citatio exequuta operatur præuentionem.*
22 *Præuenta non dicitur pars, quæ non fuit intimata.*
23 *Iudicis præuenientis conditio eſt melior.*
24 *Litura, & raſura in loco ſuſpecto vitiat inſtrumentum.*
25 *Lituræ, & raſuræ in loco ſuſpecto vitiant bullas, & reſcripta.*
26 *Inhibitio non canonicè emiſſa non operatur effectum.*
27 *Inhibitio ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè facta, eſt in dubio timenda.*
28 *Iudex impetratus per reſcriptum cognoſcit de eius validitate, aut ſurreptione, & an condemnet impetrantem in expenſis.*

P R O

Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Segobricenſis

C V M

Fiſcali Eccleſiaſtico illius Epiſcopatus. Et Executoribus Teſtamentarijs D. Petri Ramirez quondam Decani eiuſdem Eccleſiæ.

A R G V M E N T V M.

Prima inſtantia eſt tractanda coram Ordinario; iudicium verò in appellationis inſtantia coram Superiore, & quandò iuriſdictio cenſeatur legitimè præuenta.

C O N S I L I V M CXXV.

CONSTAT ex proceſſu cauſæ, quòd lite vertente coram Epiſcopo Segobricenſi ſuper quibuſdã prætenſionibus motis per eius promotorem Fiſcalem, & dictos Teſtamentarios contra dictum Capitulum lata aduerſus eum ſentẽtia ſub die 8. Maij 1601. & intimata eodem die, appellauit coram Iudice duodecimo eiuſdem menſis, & nono Iunij ſequentis inſtetit pro conſignatione Apoſtolorum, ſeù literarum teſtimonialium, & fuere illi conſignatæ, cum quibus ſe præſentauit in gradu appellationis coram Archiepiſcopo Valentino Metropolitano Epiſcopatus Segobricenſis, per quem fuit admiſſa appellatio 12. Iulij, & eodem die fuere expeditæ litteræ inhibitoriales, citatoriæ, & compulſoriæ, quæ fuere reſpectiuè intimatæ 16. eiuſdem menſis dicto Epiſcopo, Fiſcali, & Teſtamentarijs, & Notario cauſæ. Et licèt dicti Fiſcalis, & Teſtamentarij etiàm appellaſſet ab eadem ſententia 16. Maij, & fuerit delatum appellationi 13. Iunij, & obtinuerint Breue Nuntij Apoſtolici, per quod committebat cauſam appellationis Prouiſori Conchenſi, qui fuit requiſitus, vt prætenditur nono Auguſti, reperitur falſificatum in duobus locis ſubſtantialibus, videlicet, vbi dicebat Iulij fuit ſuper raſum, & poſitum Iunij, & vbi per dictiones numerales erat poſitum 26. fuit emendatum 16. vt hoc modo appareret antè data Breuis per dies 41. & hac via, nè dicam dolo fruſtraretur præuẽtio iuriſdictionis Archiepiſcopi Valentini, ad quẽ cenſeo cauſam debere omninò remitti ex ſequentibus.

1 † Primò, quia licèt Epiſcopi ſint regularitèr Iudices competentes in eorum Diœceſibus, dicanturq; habere intentionem fundatam in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinẽtibus, cap. cùm Eccleſiarum de offic. ordin. & cap. cùm venerabilis, vbi Decius notab. 10. de exceptionib. Petr. Gregor. in cap. conquerente nu. 7. de offic. ordin. Card. Zabarell. conſ. 6. num. 4. Philipp. Prob. ad Ioan. Monach. in cap. vt animarum periculis nu. 104. de conſtit. lib. 6. Rebuff. conſ. 135. nu. 4. Ioan. Franc. Purpurat. in l. 1. num. 353. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. Seraphin. deciſ. Rotæ 1104. num. 1. Ant. de Butrio in cap. venerabili num. 11. de cenſib. Ioan. de Imola in cap. ea noſcitur nu. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis.

2 † Hoc intelligitur quòad cognoſcendum in prima inſtantia, ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. decreto de reformat. cap. 20. incip. cauſæ omnes, Flamin. Pariſ. lib. 3. de reſign. benefic. quæſt. 1. nu. 19. Achill. de Graſſ. deciſ. Rotæ 537. nu. 1. Flores Diaz de Mena lib. 1. quæſt. 12. nu. 8. Ioan. Franc. Leon. in theſaur. fori Eccleſ. lib. 2. cap. 1. nu. 70.

3 † Nàm in gradu appellationis Archiepiſcopi tanquàm Superiores, & Metropolitani habent fundatam intentionem de iure, vt ad eos poſſit appellari à ſententijs ſuffraganeorũ, quibus inhibere poſſunt appellatione pendente, cap. Romana in princ. & §. ſi verò, & §. quod ſi, & ſeq. de appell. lib. 6. Io. Andr. in cap. cùm in Eccleſia 38. nu. 2. in antiq. eod. tit. vbi Philip. Franch. in princ. gloſ. in ſumma 9. q. 3. c. paſtoralis de offic. ordin. cap. ad reprimendã eod. tit. & cap. venerabilibus de ſent. excom. lib. 6. l. 24. tit. 9. par. 1. vbi Greg. Lop. gloſ. 7. Paz in praxi tom. 2. prælud. 2. nu. 14. cap. 1. de for. compet. in 6. Abb. in cap. conſultationi nu. 15. de re iudic. M. Ant. Eugen. conſ. 30. nu. 35. & 36. Ioan. de Imol. in cap. cùm ex officij nu. 4. de præſcript. & ita fuit legitima appellatio interpoſita pro parte dicti Capituli ad dictũ Archiepiſcopũ Valentinum tanquàm Metropolitanum reſpectu Epiſcopi, & eius Tribunalis, & partium litigantiũ:

4 † & cùm ſuas litteras expediri feciſſet, & fuiſſent intimatæ dictis Fiſcali, & Teſtamentarijs, priuſquàm ab eis fuiſſet obtenta commiſſio ab Ill. Nuntio; clarum eſt, quòd iuriſdictio fuit cœpta, & legitimè præuenta corã Archiepiſcopo, ex traditis per Bal. in §. tutor nu. 17.

Inſtitut. de authorit. tutor. Iacob. Puteus deciſ.
Rotæ 240. nu.3.& 4.lib.2. qui allegat deciſiones
Ægidij Bellam.45. & 419. Bonacoſſ.inter com-
mun.DD.opin.tit.C.de iuriſd.omn.Iudic.nu.19.
5 † quia in caſu dubij Papa, & eius Legatus non
cenſentur velle cauſam auferre à Iudice, qui de
illa incępit cognoſcere, niſi de certa ſcientia, &
cũ iuſta cauſa feciſſent ex his, quæ tradit Matth.
de Afflict.lib.1.ad Conſtit.citerioris Siciliæ rub.
41. de officio Capitaneorum, in conſtit.Capita-
neum nu.16.& ſeq. Couar.in pract.quæſtionib.
cap.9. num.4. vbi adducit regulam l.vbi cœptũ
ff. de iudic. latè Rebuff. ad Conſtitut. Franciæ
tract.de euocationibus in præfatione q.7. nu.66.
& art.2.nu.3.& ſeqq.tom.1.ad conſtit.regias.
6 † Et quòd iuriſdictio fuerit perpetuata corã
dicto Archiepiſcopo per citationem, & intima-
tionem ſuarum literarum, conſtat ex cap.gratũ,
& cap. relatum de offic. & poteſt. Iudic. deleg.
Abbas in cap.quoniàm autèm nu.5. de reſcript.
& in cap.ſignificauerunt num.17.de iudic.Paul.
Caſtrenſ.in l.venditor §.Iudices nu.1. ff.eodem
tit.Rota deciſ.13.de probat.in nouis, Decius in l.
more maiorum num.46.ff.de iuriſd.omn.Iudic.
7 † & dicti Fiſcalis, & teſtamentarij remanſere
aſtricti, & obligati ad proſequendum cauſam
coram dicto Archiepiſcopo per intimationem,
& citationem ſuper appellatione coram eo in-
troducta, vt ex cap.cauſam de elect.tradit Tho-
mas Faſtolus in cauſa 15. Rotæ dubio 35.nu. 3.
verſ.*pro contraria*.
Et debuere dicti Fiſcalis, & Teſtamentarij
narrare Illuſtriſſ. Nuntio, qualitèr fuerunt citati
per literas Archiepiſcopi, & litis pendentiam
8 coram eo; † quia in impetratione reſcripti ad
lites eſt narranda litis pendentia ex ſola citatione
inducta, gloſ. in cap. ſupèr literis verbo *literas*
de reſcript.vbi Felyn.num.12. gloſ.& Abb.in
cap.prudentiam §.ſexta de offic. deleg. & ex In-
noc.ſententia in cap.ex literis eodem tit.hoc te-
nent Anton.de Butrio conſ.2.col.1. Abb.in cap.
intèr monaſterium num.24. de re iudic. Dec. in
cap.cœterùm num.2.de reſcript.Ruyn.conſ.61.
9 num.2. lib.5. † nàm eſt planum, & communitèr
receptum, quòd lis dicitur pendere per citatio-
nem ſolam, clem.2. vt lite pendente, Afflict. de-
ciſ.Neapolit.220. num.13. Roland. à Valle conſ.
31.num.8.lib.2. Pariſius conſ.94.vol.4. Abb.in
cap.fin.num.11.de offic.legati, Gregor.Lopez in
l.13.tit.7.par.3.gloſ.1.& 2. Anton.Gabr.concl.2.
de iudic. num.25. Menoch.lib.2.de arbitr. caſu
202. num.4. 5. & 7. & cùm hoc defecerit, reſcri-
ptum eſt nullum.
Præſertim, nàm licet dicti Fiſcalis, & Teſta-
mentarij obtinuiſſent literas teſtimoniales ſuæ
appellationis, paulò poſt illam interpoſitam, non
ſe præſentauerũt cum illis coram Illuſtriſſ. Nun-
tio in tempore opportuno, ſed cùm iàm cauſa
per plures dies antè penderet coram Archiepi-
ſcopo, & fuiſſent citati, vt comparerent coram
10 eo, vt apparet ex data literarum vtriuſque; † &
ideò non poteſt negari litis pendentia anterior
coram Archiepiſcopo, lis enim pendere dicitur
per ſolam citationem, Bart. in l.vbi cœptum ff.
ff. de iudic. & in l. ſepulchrum ff. de ſepulchro
viol. Ioſeph Cumia in ritus Mag.Cur.*Vic.Siciliæ*
11 cap.87. nu. 3. † quia iuriſdictio præuenitur, &
præoccupatur per citationem, l.ſi quis poſteà.&
l. vbi cœptum ff. de iudic. Bald. in l. ſi pluribus
num.5.vbi Iaſ.29. Florian.8. ff.de legat.1.idem
Florian.conſ.25.pro deciſione nu.13.tex.in cap.
propoſuiſti de foro compet. Gregor.Lopez in
l.12. tit.7.par.3.gloſ.1. Ant.de Butrio in cap.Ca-
pitulum Sanctæ Crucis nu.28. de reſcript. & in
cap.paſtoralis nu.13.de offic.ordin.Palac.Rub.in
repet.cap.per veſtras notab.4. num.4. de donat.
inter vir.& vxor.Ioſeph Cumia vbi proximè nu.
4.Rebuff.in tract.nominat. quæſt.17.nu.19.& 3.
tom. ad leges Gallicas tract. de citat. in præfat.
num.118.Marſil.in l.fin.nu.202.ff.de iuriſd.omn.
Iudic. Rolan.à Valle conſ.12.prima enim nu.23.
12 lib.2.† & quia Delegatus antè reſcripti præſen-
tationem non habet iuriſdictionis exercitium,
cap.ſupèr eo 2. de appellat.vbi Franc.verſ.*vltimò
tene menti*, cap.paſtoralis de reſcript. Additio ad
deciſionem Rotæ 7. de procuratorib. num.2. in
nouis, & deciſ.19.de conceſſ.præbend. in nouis,
Bellamera concluſ.110.nu.13.Felyn.in cap.cœte-
rùm col.8. verſ.*valet proceſſus* de reſcript.& in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ gloſ. fin. de conſtit.
Nauar.conſ.6.de renunc. nu.1. Caualc.deciſ.Fi-
13 uizan. 4. num. 30. par.2. dicens, † quòd ſi antè
præſentationem Ordinarius procedat, & iuriſ-
dictionem præoccupet, valent geſta, & ſimilitèr
ſi delegatus prior reuocatus, ex Felyn.d.verſ.*va-
let proceßus*, & Dec.in cap.vt debitus notab.5.de
appell. Maranta in ſpeculo aureo 4.par. diſt. 16.
14 nu.8. † ideò ſolùm poſt præſentationem, & re-
ceptionem debet concedere parti literas ad ci-
tandum, & intimandum reſcriptum, cap.exhibi-
ta de iudic.cap.2.de reſcript.in 6.Rebuſ.2.tom.
comment.ad leges Galliæ tract.de reſcript. in
præfat.num.51.
Et cùm adſit iſta iuriſdictionis præuentio, nõ
eſt dubium, quòd cauſa appellationis debet de-
cidi per Archiepiſcopum Valentinum; & ſi pro
parte Ill.Nuntij propter veri ſuppreſſionem fue-
15 rit data dicta commiſſio; † nàm etiàm iuriſdi-
ctio Papæ poteſt per Ordinarium præueniri, &
tunc lis cœpta coram Ordinario, corã eo debet
terminari, niſi ex certa ſcientia auocetur ab eo,
vt ex l.vbi cœptum ff. de iudic. & §.quoniàm in
auth. de teſtibus tradit Philip. Franc. in cap. vt
debitus de appellat.& qui eum ſequitur Anton.
Gabr.lib.2.concluſ. tit.de iudic. concluſ.1.nu.9.
vel niſi commiſſio cauſæ appellationis interpoſi-
tæ in partibus fuiſſet eodem die, quo obtenta in
Vrbe, ſecundùm Iacob.Machel.patrocin.8.nu.9.
16 † cùm Iudex præparationis ſit Iudex in præpa-
ratis, & non alius, l.ordinarij, vbi Bald. C.de rei-
uendic.Alex.in l.3.C.de iudic. Ioſeph Cumia d.
cap.87. nu.5. Ioan.Neuizan.conſ.5.nu.32. Ioan.
Bapt.Coſta conſ.62.nu.8.
17 † Præſertim quia reſcripta ad lites ſunt ſtricti
iuris, vt tradit Iaſ. in l. beneficiũ in princ. nu.34.
ff.de conſt. Principum, ex cap.cùm dilecta de
reſcript.& gloſſ.in cap.cauſam, quę eod.tit. Abb.
& Decius in cap.ſignificante, & in cap.ſedes de
reſcript. Rimin.ſen. conſ.78.nu.6.vol.1. Afflict.
deciſ.Neap.366.num.3. Caualcan deciſ.Fiuizan.

21.

21.nu.29. Vincent.de Anna alleg.37.nu.5.tom.1.
18 † quatènus derogant iuriſdictioni Ordinariorũ,
ſunt odioſa, & veniunt reſtringenda ſecundùm
Bald. Alberic. & Angel. in d.l.beneficium, Iaſ.in
l.ſerui electione num.18.ff.de legat.1.Caualcan.
vbi proximè num. 32. Doctores in rubr. & cap.
ſuper literis, & final.de reſcript.idem Riminald.
ſenior conſ. 295. nu.5. & 6. vol.2. Felyn.in cap.
examinata num.11.de iudic.Burſat.conſ.73.nu.
6.lib.1.Menoc.de præſumpt.lib.2.præſumpt.16.
19 nu. 13. † & hac ratione omnis iuriſdictio dele-
gata cenſetur odioſa, gloſ.verbo *proceſſus* in cap.
1.de reſcript. in 6. Marania de ord.iudic. 4.par.
diſtinct.6. nu.29. Menoch.d.lib.2.præſumpt.15.
nu.2.ex cap.ad hoc de reſcript.

20 † Et cùm ſit effectus citationis, vt denotet ſu-
perioritatem, & ſubiectionem in citando, vt vo-
luit gloſſ.ver.*ab illis* in cap.cùm cauſa de offic.&
poteſt.Iudic.deleg. quam dicunt ſingularẽ Abb.
Sicul.& Felyn.ibi, Guido Papæ deciſ.346. nu.2.
Boer. deciſ.8. num.5. iuncta l.ſi quis ex aliena ff.
de iudic.non eſſet conſiderabile dicere, quòd
breue fuit impetratũ, & obtentum prius quàm
citatio fieret vigore litterarum Archiepiſcopi;
21 contrarium enim de iure verum eſt, quia † cita-
tio executa, & quæ fuit ſortita effectum, opera-
tur præuentionem iuriſdictionis, etiàm ſi alter
Iudex ab alia parte fuiſſet primò impetratus, vt
in terminis tradit Rota deciſ.9. de dolo, & con-
tumac. in antiq. quæ rationem ſubiungit, quòd
primò impetratus per decretũ ſolùm, vel man-
datum de citando, & ſi quòad delegantem per-
petuaſſet iuriſdictionẽ ſuam, vt non poſſet cen-
ſeri eius mandatum reuocatum, non quòad par-
tem, vt cogatur litigare coram eo tanquàm prę-
uentam, antequàm alius Iudex Impetraretur, vel
22 ille ſua iuriſdictione vti cœperit, † quia non põt
dici pars præuenta, quæ citata non fuit, & ſi fo-
ret mandata citari, argum.d.l.ſi quis poſteà ff.de
iudic.cap.penult.de foro compet.Rota vbi pro-
ximè nu.4.Caccialup.in l.more quæſt.16. nu.31.
ff.de iuriſd.omn.Iud. Decius verbo *in ead. gloſſ.*
ibi verſ.*ſed qualiter*. Purpurat.nu.113.Curt.Iun.
77.& alij, de quibus Ant.Gabr. concl.2.de citat.
nu.4. qui approbat hanc diſtinctionem, per quã
23 deciſio Rotæ proximè allegata concludit, † qđ
ſi aliquis Iudex præuenit in citando partem, erit
melior illius conditio, quòad perpetuationem
iuriſdictionis, argumento eorum, quæ notantur
per gloſſ.& DD.in cap.vt debitus verbo *aſſignare*
de appellat. & in proprijs terminis Palac. Rub.
in d.cap.per veſtras notab.ſeu corollar.4.nu.4.

Nàm certiùs redditur animaduerſa falſitate
breuis, ſeu reſcripti in loco tàm eſſentiali, prout
eſt illius data, nàm vel fuit artificioſè apertum
antè præſentationem, aut poſtea falſificatum re-
ſpectu diei, & menſis, quod non eſt dubium vi-
24 tiare reſcriptum. † Nàm litura, & raſura in lo-
co ſuſpecto, aut ſubſtantiali vitiat inſtrumentũ,
cap.ex literis, cap.accepimus, cap.inter dilectos
de fide inſtrum. & cap.cùm olim 2. de priuileg.
Decius in l.3.nu.37.C.de edict.D.Adrian.tollen.
Anton.de Butr.in cap.cùm venerabilis nu.7.de
relig.domib.& in cap.licèt nu.5.de crim.falſi, &
in cap. cùm venerabilis nu.15. & in d.cap. ex li-
teris nu.1. Anton. Gomez in l.45. Tauri nu.145.
Cæpoll.conſ.ciuil.63.nu.3. Donat.à Fina, & Vil-
lalob. inter communes opiniones Doctorum C.
25 de fide inſtrum. num.245.& ſeqq. † & ſimilitèr
litura, & raſura in loco ſuſpecto bullã, & reſcri-
ptum vitiat, vt ex d.cap.ex literis tradit Rebuff.
in praxi benef. 1.par.in tertia parte ſignaturæ ſu-
per verbo *cum derogatione* num.8.

Et ità eſt nullum reſcriptũ: quia non eſt poſ-
ſibile, niſi quòd vbi erat ſcriptum 16. *Iulij* fuit ra-
ſum, & emendatum 16 *Iunij*, quia dicti fiſcalis, &
teſtamentarij die 13. Iunij obtinuere literas teſti-
moniales iuxta ſtylum Curiæ Epiſcopalis Sego-
bienſis, & in triduo non poterant eas perdu-
cere Valliſoletum, quæ Ciuitas diſtat per octua-
ginta leucas, & plus. Multòque minus obtinere
expeditionem dicti breuis à Tribunali Ill. Nun-
tij. Et ideò euidens eſt falſitas dicti reſcripti, &
quòd debet cauſa remitti dicto Archiepiſcopo,
26 † non obſtante inhibitione contra eum expedi-
ta tanquàm non canonica, nec legitima, & quæ
nullum potuit effectum operari cap. Romana
§. ſi verò de appell. in 6. & tradit Rota deciſ.58.
num.1. de appell. in nouis, & deciſ.3. de except.
Alex.conſ.68. in cauſa, & lite, & conſ.69. num.1.
vol.7.Caualc.d.deciſ.21.nu.75.

Et quia licèt dictus Archiepiſcopus, aut illius
Conſulior reſpondiſſent, quòd aſſentiebant in-
hibitioni, non poterat præiudicare, cùm illis non
27 conſtiterit de huiuſmodi veritate. † Et quia ex-
cuſatur, cùm in dubio inhibitio ſiuè iuſta, ſiuè in-
iuſta, eſſet timenda, l.1.§.1. ff.de noui oper.nun-
ciat. cap. ſignificantibus de appellat. Rota deciſ.
26. eod.tit.in antiq. nu.3. & deciſ.2. de reſcript.
nu.30.in nouis, Iacob.Put.lib.2.deciſ.395.Marc.
Anton.Eugen.conſ.75. à nu.65.

Nec id debet excludere, quòd cùm poſteà ap-
paruerit de ſubreptione reſcripti, non debeat
cauſa remitti dicto Archiepiſcopo, etiàm condẽ-
nando in expenſis dictos fiſcales, & teſtamenta-
28 rios, † quia Iudex impetratus per reſcriptum
cognoſcit de eius validitate; & ſi inuenit ſubre-
ptitium, condemnat impetrantem in expẽſis, vt
tradit Abb.in cap.vt debitus nu. 6. de appellat.
ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *EPiſtolam recipiens, & non contradicens con-*
tentis in ea, approbare cenſetur.
2 *Mutuum probatur confeſſione illius, qui recepit.*
3 *Confeſſio vbi adeſt, coniecturæ ceſſant.*
4 *Confeſſio ſuperat omnes alias probationes.*
5 *Confeſſio extraiudicialis probat in ciuilibus.*
6 *Confeſſio extraiudicialis probat de æquitate ca-*
nonica.
7 *Cõfeſſio extraiudicialis emiſſa coram honeſtis per-*
ſonis probat.
8 *Confeſſio extraiudicialis præſente parte, & duobus*
teſtibus probata præiudicat confitenti.
9 *Præſentia partis inducit acceptationem.*
10 *Confeſſio extraiudicialis ſuper matrimonio quan-*
do noceat.
11 *Confeſſio extraiudicialis præſente parte, regulari-*
tèr nocet.

12 *Confeſſio extraiudicialis ſufficit ad torturam.*
13 *Et ad pœnam extraordinariam imponendam.*
14 *Et ad carcerationem.*
15 *Confeſſio extraiudicialis habetur pro plena probatione in delictis quæ ſolo animo committuntur.*
16 *Confeſſio extraiudicialis delicti quandò efficiat, nè aliquis beneficium aſſequatur, & adepto priuetur.*
17 *Confeſſio extraiudicialis coram parte, & teſtibus efficit notorium.*
18 *Confeſſioni partis ſtatur potiùs quàm pluribus teſtibus.*
19 *Confeſſio partis eneruat coniecturas iuris.*
20 *Cōfeſſio extraiudicialis geminata æquiparatur iudiciali.*
21 *Confeſſio geminata ſempèr eſt fortior.*
22 *Coniecturis, & præſumptionibus probantur, quæ ſunt difficilis probationis.*
23 *Iuramento actoris quandò ſtari poſſit.*
24 *Confeſſio in ciuilibus ſcindi poteſt, & pro parte acceptari.*
25 *Confeſſio admitti poteſt ſine qualitate, quandò ius præſumit contra qualitatem. & nu. 26.*
27 *Confeſſio, quòd aliquis occidit hominem ad ſui defenſionem, non eſt, nec habet capita omnino connexa.*
28 *Confeſſio habens duo capita ſeparata poteſt diuidi, & pro parte acceptari, & nu. 30.*
29 *Qualitas vbi non poteſt verificari, confeſſio acceptari poteſt pro parte.*
31 *Res plures ſi ſunt deſcriptæ in vna charta. poſſum illud, quod eſt pro me acceptare, & aliud repudiare.*
32 *Teſtis vnicus probat contra producentem.*

ARGVMENTVM.

Accipiens epiſtolam abſentis, in qua ſollicitabat ipſum ſuper ſatisfactione quantitatum ab eo ſibi debitarum, & non contradicens, videtur debitum agnoſcere, & fateri, præſertim ſi hoc fieret in præſentia partis, cui delegabatur ſolutio facienda. Et quandò confeſſio poſſit diuidi, & de verificatione alicuius qualitatis.

CONSILIVM CXXVI.

IN cauſa, quę vertitur inter Michaelem de la Carrera contra Ioannem de Vriue ciuem Conchenſem ſuper 40. pataconibus Indicis ad rationem octo regalium Caſtellæ, & quadam mula valoris centum peſuum inſaiatorum mutuo acceptis per dictum Ioannē à Gabriele de la Carrera dicti Michaelis filio, ab hinc octo annis in Indiarum Regno: cùm in Hiſpaniam reuerteretur, in fauorē dicti Michaelis aduertendum eſt, vt dictus Ioannes ad ſolutionē mutui compellatur. Quòd dictus Ioannes data ſibi per Michaelem quandam Epiſtola ſui filij, in qua ipſum monebat, vt parenti ſuo pataconum, & mulę valorem perſolueret, nedùm non contradixit, ſed in plurium teſtium præſentia ſe accepiſſe ſemel, & iterùm fuit confeſſus: quarè ſufficientèr aduerſus ipſum de
1 mutuo probatur primò, † quia quis videtur approbare contenta in epiſtola ſibi trāſmiſſa, quandò expreſsè non contradicit, l. ſi filius 17. ff. ad S.C. Macedonian. & ibi Angel. Bald. in rubr. nu. 67. C. de fide inſtrum. & in l. ſi abſentis num. 11. vbi Additio C. ſi certum petatur, pro quo eſt l. Publia in fine, vbi gloſſ. ff. depoſ. text. in clem. 1. de procurator. Matheſilan. ſingul. 22. incip. *nota mirabilem modum*, vbi Additio, Alex. conſ. 78. incip. in cauſa, & lite num. 1. vol. 1. Anton. Gabr. concluſ. 2. de præſumpt. num. 1. Gregor. Lopez gloſ. 2. in l. 6. tit. 1. par. 5. Laur. Calcan. conſ. 18. num. 9.
2 † Rurſus, quia vt ait Bart. in l. certi condictio §. ſi nummos ff. ſi certum petatur col. 2. verſic. *hic moueo* nu. 9. agens ex cauſa mutui, debet obtinere, ſi probat mutuum per confeſſionem, etiàm ſi numerationem non probet, Bald. in l. 2. §. fin. nu. 5. eod. tit. Imol. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. idem Bald. in l. ſi ita §. Chryſogonus nu. 5. eod. tit. Salyc. in l. ſi ex cautione C. de nō numer. pecun. Additio ad Matheſilan. ſingul. 13. num. 1.
3 † nàm vbi eſt confeſſio, non eſt locus coniecturis, l. ille, aut ille §. cùm in verbis ff. de legat. 1.
4 Gratus reſponſ. 76. num. 4. vol. 1. † cùm omnes alias probationes ſuperet, vt tradunt DD. in l. eū, qui ff. de iureiur. Rol. à Valle conſ. 21. extat nu. 3. lib. 1. & conſ. 71. nu. 41. lib. 2. Ioan. Ceph. conſ. 192. nu. 8. lib. 2. Hieron. Grat. reſponſ. 30. num. 1. vol. 1. Marc. Anton. Eugen. conſ. 90. nu. 38. lib. 1. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. quæſt. 14. nu. 71. & lib. 14. quæſt. 9. num. 5. Riminal. in l. vt vim nu. 239. ff. de iuſtit. & iure, Aym. Crau. conſ. 175. num. 1. Meſſia ad l. Toleti 1. par. fundam. 10. num. 7 & 8.

Nequè obſtabit dicere, confeſſionem prædi-
5 ctam fuiſſe extraiudicialem; † nàm cùm ſit in ciuilibus, probat, l. generalitèr C. de non numer. pecun. cap. per tuas de probat. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 28. nu. 18. Bald. in l. 1. col. fin. verſ. *de vno quæro* nu. 37. C. ex delictis defunctorum, Deciſio Genuæ 70. nu. 7. & deciſ. 171. nu. 6. Bellarrera concluſ. 690. nu. 1.
6 † Præcipuè inſpecta canonica æquitate, gloſ. in cap. quotiès verbo *promitto* in fine 1. quæſt. 7. cum adductis per Felyn. in cap. ſi cautio de fide inſtrum. fallent. 3. nu. 7. Ioan. Bapt. Ferrett. conſ. 150. incip. Redemptoris nu. 16. lib. 1. Ioan. Guttier. de iuramenti confirm. 1. par. cap. 54. num. 10.
7 † & quia eam emiſit in præſentia teſtium honorabilium. Extraiudicialitèr autèm dicta, aut facta coram honeſtis perſonis æquiparātur dictis, aut factis in iudicio, l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo ff. depoſiti. Mandellus conſ. 95. nu. 7. tom. 1.

Et quia iſta confeſſio facta fuit in præſentia
8 dicti Michaelis de la Carrera; † nàm confeſſio extraiudicialis facta in præſentia partis, & duobus ſaltèm teſtibus probata, plenè probat, l. Publia §. fin. vbi Bart. & Paul. de Caſtro ff. depoſiti, d. l. generalitèr, Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſina 9. nu. 16.

nu.16. gloſ & DD. in cap.fin.de confeſſ. Io.Bapt.
Ferrett. vbi proximè nu.18. Afflict.deciſ. Neap.
105. nu.1. Crau.conſ.297.nu.1. Marc.Ant.Eug.
conſ.97. nu.10.lib.1. Alex.conſ.117.nu.14.lib.2.
& conſ.185.nu.1.lib.7.Gregor.Lopez in l.17.tit.
13. par.3. gloſ.2. Menoch.lib.2.de arbitr. Iudic.
caſu 89. nu.83.Villalob.in antinomia iuris verbo
confeſſio, Bernard. Diaz reg.119. d.deciſ.Genuæ
70.num 7.& deciſ.213.nu.2.& 3. idem Gregor.
Lopez in l.2.d.tit.13.par.3.gloſ.2.& in l.4. ibidē
gloſ.6.allegans l.cùm de indebito §.final. ff.de
probat. Paul. Caſtrenſ. conſil.109. viſa petitione
nu.1. verſ.*nàm confeſſio* lib.2. Donat.à Fina inter
commun.DD.opin.lib.7.tit.19.C.de confeſſ.nu.
171. Michael Graſſ. ibi nu.240. verſ.*contrariam*,
Ioan.Guttier. d.cap.54.nu.19. Anton.de Butrio
in cap.fin.de confeſſ. nu.12. vbi Abb.nu.15. Alciat.de præſumpt. reg.3. præſumpt.21.nu.9. Baptiſta à Sancto Seuerino in l.admonendi ff. de
iureiur. Cotta in memorab.iur. verbo *confeſſio el ſegundo* Hippol.in rubr. C.de probat. nu.96. &
in l.de vnoquoque nu.124.ff.de re iudic.

9 † Et quia ex præſentia dicti Michaelis de la
Carrera ſiuis inducta acceptatio dictę confeſſionis,& præſumitur, l.qui patitur ff.mand. d.l.Publia §.fin Bar.& alij in l.quæ dotis ff.ſolut.matr.
vbi Iaſ.num.70. Ioſeph Ludou. vbi proximè nu.
23. l.quo enim ff.rem ratam haberi, Tiraq. de
retract.lignag. §.1. gloſ.9. num.115. Couar.in
rubr.de teſtam. 3.par. nu.13. & 14.Burg.de Paz
conſ.25. num.2. Molina lib.4.de Hiſpanor. primogen. cap.2. num.76.Velazquez in l.44. Tauri
gloſ.12.num.1. Ioan.Guttier. d.cap.54. num.10.
Ludouic.Morot.reſponſ.78.nu.3. Ferret.d.conſ.
150.nu.18. dicentes, quòd in fauorabilibus ſemper qui pręſens eſt,& tacet, præſumitur conſentire, Morot.reſponſ.78.nu.3.

10 † Pro quo facit, quòd confeſſio extraiudicialis matrimonij de præterito facta in præſentia
mulieris, & per duos teſtes probata, matrimoniū
probat, cap. ſupèr eo de teſtibus, quem ad hoc
notat Abbas notab. 2.ibi Ioan.Bapt.Ferrett.conſ.
392.nu.2.& conſ.62.nu.5.& 7.

11 † Et quia communis reſolutio eſt, confeſſionē
factam præſente parte, abſque dubio plenè probare, l.cùm te C.de tranſact.d.l.generalitèr C.de
non numer.pecun.l.fin.C.de fideicommiſſ.Imol.
conſ.188.col.2.poſt medium, Alex. conſ.53. nu.
2.verſ.*& idem* lib.1.Aym.Crauetta conſ.267.nu.
1. & ſi ſit extraiudicialis, Paul.Caſtrenſ. in l. ait
lex §.ſi quis hominem num.3.ff.ad l.Aquiliam,&
in l.1.nu.2. & ſeqq. ff.de confeſſ. Menoch lib.3.
de præſumpt.præſumpt.130.num.50.plures adducti per Anton.Gabr. concl.2.de confeſſ. verſ.
12 *contrariū*; † quia regularitèr extraiudicialis confeſſio multos operatur effectus; nàm ſufficit ad
torturam, l.capite quinto ff.ad l.Iuliam de adul-
13 terijs, Innoc. in cap.ſicut de teſtibus, † & ſuffi-
cit ad pœnam extraordinariam imponendam, l.
14 ictus fuſtium ff.de his,qui notâtur infamia,† &
ad hoc vt poſſit quis capi, & in carcerem detru-
15 di, l.ſi confeſſus ff.de cuſtodia reorum,† & in
delictis, quæ ſolo animo contrahuntur, eſt ipſorum plena probatio, vt notatur in l. Fulcinius §.
quid ſit latitare ff. ex quibus cauſis in poſſeſſio-
16 nem eatur. † Sufficit etiàm, vt poſſit clericus
beneficio iàm adepto priuari, & prohiberi, nè
aſpiret ad nouum, ſecundùm Innoc. in cap. per
inquiſitionem de elect. & quandòque ſufficit reſpectu contradictionis, de qua poteſt argui, ſi
aliud dicat in iudicio, vt per Bart. in l.eos in fine
ff.ad l.Cornel.de falſis, Florian. de Sancto Petro
17 diſput.2. dub.1. principali nu.13. † In qua confeſſione licèt extraiudiciali debet compelli perſiſtere dictus Ioannes de Vriue: quia fecit notorium, vt ex notatis in d.l.ictus fuſtium, & d.l.capite quinto, & cap.per tuas de probat. l.generalitèr C.de numer.pecun.tradit Roderic. Xuarez
conſ.1. num.80. Cæpoll. conſ.crimin.57.num.3.
Bald. in l. procuratore num. 3. ff. de interrogat.
actionibus.

Quarè dictus Ioannes de Vriue nequiuit aduerſus ſuam confeſſionem venire, nec teſtes
18 producere, † nàm confeſſio partis infringit dicta teſtium, in tantū, quòd magis ſtatur ei, quàm
mille teſtibus contrarium deponentibus, ſecundùm Roman.conſ.391.incip.de propoſita in fin.
quem ſequitur Cæſar Vrſill. in addit. ad Afflict.
deciſ.Neapol.364.num.4. & 5. Andr.Sicul. conſ.
50.num.3.

19 † Et omnes coniecturas iuris eneruat, vt tradit gloſ. verbo *priuilegium* in auth. de æqualitate
dotis §.aliud collat.8. Innoc.in cap.quia plerique
de immun.Eccleſ. Franc.de Aretio conſ.80.nu.
3. Felyn.in rubr.de probat.num.6. Roder.Xuar.
in l.poſt rem iudicatam ff.de re iudic. in declar.
l.Regni verſ.*ſed pulchrum* num. 4.Meſſia ad l. Toleti *de los terminos* fundam.10. num.8. dicentes,
quòd cōfeſſio æquiualet, & præualet præſūptioni iuris, & de iure, contra quam probatio non
admittitur.

20 † Quæ omnia eò certius procedunt ratione
dictæ geminationis; quia confeſſio extraiudicialis geminata confeſſionis iudicialis vim obtinet,
l. cùm ſcimus C. de agricol. & cenſit. lib.11. vbi
Bart.Florian.de Sancto Petro in l.1. nu.24. ff.de
interrog. actionib. Gregor. Lopez in l.3. tit.12.
21 par. 5. gloſ. 7. † eſt enim ſempèr potentior geminata confeſſio, vt tradit Alex. conſ.45. incip.
habita ſuper his num.4.& 5.lib.1.Gregor.Lopez
in l.7.tit.13.par.3. gloſ.1. cum pluribus adductis
per Palacios Rubios in repetit. rubricæ de donat.inter virum,& vxorem §.17.num.10.& ſeqq.
Anton. Gabr. concluſ. 3. de confeſſis, & confirmatur: nàm hic agimus de re, & mutuo facto in
22 Indiarum Regnis,& † ſic de facto difficilis probationis, quod etiàm præſumptionibus probari
poteſt, ſecundùm Guidonem de præſumpt. nu.
86.Menoch. eodem tract. lib.1.quæſt.58.num.1.
& 2. Boer.deciſ.101. num.6. Paul.de Caſtro in l.
admonendi num.40. ff. de iureiur. Tiraquell. in
l. ſi vnquàm verbo *donatione largitus* nu.160. C.
23 de reuocand. donat. † imò iuramento actoris,
cui ſtari poteſt cōtra reum, cap. fin.quod metus
cauſa, l. ſi quandò C. vndè vi, l. quod Senatus ff.
de iniurijs, cap. tertio loco de probat. Alexand.
conſ.189.num.16.lib.6.

Nec obſtabit dicere, in dicta confeſſione dictum Ioannem de Vriue accepiſſe pecuniam ad
expenſas quarundam prouiſionum, & mulam
remi-

remiſiſſe ad dictum Gabrielem de la Carrera,
quia non verificauit ſuam confeſſionem in hac
parte, contra quam eſt præſumptio nobilitatis,
& bonæ famæ, & veridica conſuetudo dicti Ga-
brielis de la Carrera in omnibus ſuis factis, & di-
ctis, nihilq; de eo ſcripſiſſe in dicta epiſtola, &
dictum Ioannem de Vriue quouſque ipsā acce-
pit veritatem non manifeſtaſſe, nec mutuū fuiſſe
confeſſum dicto Michaeli de la Carrera, qui ea
de cauſa poteſt confeſſionem in parte ſibi fauo-
24 rabili acceptare, & in alia repudiare; † nàm in
ciuilibus confeſſio poteſt ſcindi, & pro parte ac-
ceptari ſine qualitate, quandò eſt præſumptio
contra confitentem, vel pro acceptante, ex cap.
cùm veniſſent, vbi Ioan. de Imola, & Abb. de in-
ſtitutionib. Bart. in l. Aurelius §. idem quæſijt nu.
2. ff. de liberat. legata, quem ſequitur Iaſ. in l. vt
vim ff. de iuſtit. & iure num. 13. vbi Rimin. num.
234. Soccin. in l. 1. num. 10. ff. de vulg. & pupill.
ſubſtit. Bald. in l. 2. num. 4. C. de donat. antè nupt.
Hieronym. Gratus reſponſ. 93 incip. viſo inſtru-
mento nu. 6. lib. 1. Boer. deciſ. 339. num. 3. Cæſar
Vrſill. in addit. ad Afflict. d. deciſ. 364. nu. 10. Ma-
theſilan. ſingul. 37. num. 8. Alexand. conſ. 39. nu. 3.
lib. 7. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſu 93. nu.
36 Crauett. conſ. 150. in cauſa beneficiali nu. 5.
25 † Facit in confirmationem, quòd cōfeſſio po-
teſt admitti ſinè qualitate, quandòcunque præ-
ſumptio eſt contra ipſam qualitatem, vt tradit
idem Gratus reſponſ. 58. in cauſa Dominę Mariæ
nu. 6. & reſponſ. 127 num. 4. vol. 2. ex l. 1. & ſeqq.
ff. ad l. Cornel. de Sicar. cap. 1. de præſumpt. De-
ciſio Genuæ 95. num. 3. Thom. Gramat. voto 2.
num. 1. & 2. Maranta de ordine iudicior. 6. par.
principali actu 5. num. 27. Anton. Gomez 3. tom.
variar. cap. 3. num. 26. Gomez. in §. item ſi quis iu-
rauerit num. 17. vbi Iaſ. num. 21. Inſtit. de action.
Bernard. Diaz regul. 122. Didac. Perez in l. 1. tit. 4.
lib. 3. ordinam. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 23.
num. 23. Ioan. Guttier. lib. 3. practicarum quæſt.
19. num. 33. & ſeq. qui omnes exemplificant in
eo, qui confitetur hominem occidiſſe, vel iniuria
26 affeciſſe pro ſua defenſione; † nàm cùm aduer-
ſus talem qualitatem vigeat præſumptio iuris,
quæ habet, eum, qui occidit, cenſeri habere ani-
mum offendendi, niſi contrarium probetur l. 1.
C. ad l. Cornel. de Sicar. & in proferente verba
iniurioſa contra alium, l. ſi non conuitij C. de
iniur. meritò confeſſio acceptatur ſinè qualitate,
quæ repudiari poteſt, vt reſoluit Riminal. in l. 1.
1. par. num. 95. ff. quod quiſque iuris, poſt Alex.
in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter num. 7. col. 2. ff. de ver-
bor. obligat. Crauett. conſ. 217. num. 11. Boſſius
in pract. tit. de confeſſis num. 19. Decius in l. 1.
lectur. vlt. num. 61. ff. ſi certum petatur, Thomas
Gramat. d. voto 2. num. 3. Bonacoſſ. inter com-
mun. opin. lib. 7. tit. 19. C. de confeſſ. num. 53. &
192. Iulius Clarus in praxi §. fin. quæſt. 55. nu. 16.
Iaſ. in d. l. vt vim num. 13. Anton. Gabr. lib. 7. con-
cluſionum tit. de criminalibus concluſ. 19. à nu.
2. & ſeqq.
27 † Continet enim talis confeſſio duas partes,
ſeù diuiſibilia præcepta, primum, quòd occidit,
ſecundum, quòd ad ſui defenſionem, & hoc ſe-
cundum non eſt adeò connexum, quin poſſit ſe-
parari, primo remanente incorrupto, vt poſt
Pariſium in cap. auditis num. 28. de præſcript.
tradit Riminald. in d. l. vt vim num. 236. ff. de iu-
ſtit. & iure.
28 † Confeſſio autèm continens duo capita ſe-
parata, poteſt diuidi, & pro parte tantùm acce-
ptari, ex l. ſiquidèm, vbi Bal. Salic. & alij C. de
tranſact. & ex traditis per Bart. in d. l. Aurelius §.
idem quæſijt in fine, Deciſio Genuæ. 114. nu. 3.
& deciſ. 122. num. 5. & deciſ. 141. nu. 2. Florian.
in l. de ætate §. ſi quis cùm hæres num. 6. ff. de
interrog. action. & in l. cùm de indebito eodem
num. ff. de probat.
29 † Vlteriùs, quia quandò qualitas non verifi-
catur, confeſſio pro parte poteſt acceptari, ac ſi
qualitas non fuiſſet appoſita, l. in teſtamento ff.
de condit. & demonſtr. auth ſi quis in aliquo C.
de edendo, Gratus reſponſ. 61. nu. 8. lib. 2. & di-
ctus Ioannes de Vriue ipſam nō verificauit, imò
aduerſus ipſum eſt veriſimilitudo ex cauſis ſu-
pradictis, ad diuidendam autèm confeſſionem
ſufficit, quòd præſumptio, quæ eſt contra confi-
tentem, fundetur in ſola veriſimilitudine, vt poſt
Alex. conſ. 2. incip. ex narratis num. 22. lib. 4. tra-
dit Gratus d. reſponſ. 93. nu. 7. lib. 1.
Vlteriùs in confirmationem facit Abb. in cap.
2. de fide inſtrum. verſ. *ſed nunc vltra alior* nu. 10.
30 † dicens, quòd ſicut quis poteſt acceptare con-
feſſionem alterius in parte faciente pro ſe; ita &
refutare in parte faciente pro aduerſario, ex no-
tatis per Bart. in d. l. Publia §. fin. ff. depoſiti, vbi
nu. 3. dicit, *nota, quòd ei quod quis ſcribit ſibi in*
epiſtola, non ſtatur, niſi per aduerſarium approbe-
31 *tur.* † Ex quo infert, quòd ſi plures res ſunt de-
ſcriptæ in vna charta, poſſum illud, quod pro
me facit acceptare, & quod contra me facit re-
futare, iuxta notata per Cynum in l. 1. quæſt. 13.
nu. 17. C. de confeſſis, & dicta per eundem Bart.
in d. l. Aurelius §. idem quæſijt, ſequitur Andr. Si-
cul. conſ. 54. viſis actis proceſſus nu. 14. lib. 3. qui
num. ſequenti poſt Abbat. in d. cap. 2. ait, quòd ſi
mercator ſcribit in libro aliquid, quod faciat pro
ſe, & aliquid, quod faciat cōtra ſe, poteſt aduer-
ſarius acceptare quatènus facit pro ſe, & refuta-
re quatènus facit contra ſe.
Neque obſtabit dicere, dictum Ioannem ſol-
uiſſe dicto Michaeli de la Carrera certam quan-
titatem pro debito dicti mutui; nàm vt ipſe de-
clarauit ſub iuramento, & depoſuit Petrus de
Pedroſa teſtis productus pro parte dicti Ioan-
nis, eam dedit gratiosè, & ob cauſā, quòd dictus
Michael curaret Ioannem reducere in gratiam
Marchionis de Canete, qui ipſum & à ſuo ſerui-
tio expulerat, & certis de cauſis odio habebat, &
32 dictus teſtis plenè probat; † nàm teſtis vnicus
per aliquem productus: plenam fidem facit con-
tra ipſum, vt Marian. Socc. tradit conſ. 69. vol. 1.
Pariſ. conſ. 88. vol. 3. Deciſio Genuæ 136. nu. 4. &
alij adducti per Ant. Gabr. concl. 1. de teſtib. nu.
14. & 15. Surd. deciſ. 284. nu. 18.
Ex quibus omnibus mihi videtur, dictū Ioan-
nem de Vriue debere condemnari iuxta petita
per dictum Michaelem de la Carrera, ſaluo, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruata pro alimentis reſignantis beneficium eſt fauorabilis.*
2 *Penſionarius non eſt priuandus ſua poſſeſſione lite mota ſuper reductione.*
3 *Penſionarius etiàm ſi non exegerit penſionem, non impeditur illam exigere propter litem ſupèr reductione illius.*
4 *Clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis *quid operetur in reſcripto.*
5 *Penſio reſeruata ex cauſa alimentorum eſt fauorabilis.*
6 *Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, debet in ea manuteneri.*
7 *Penſio ex quibus verbis cenſeatur reſeruata ſuper omnibus fructibus.*
8 Obuentionis *verbo comprehenduntur oblationes factæ* Parocho.
9 *Conſentiens penſioni non poteſt reclamare, nè illam ſoluat.*
10 *Iniuria non ſit volenti, & conſentienti.*
11 *Beneficium penſione oneratum, qui acceptauit, debet ſibi imputare.*
12 *Beneficium tenue acceptans ſibi imputet.*
13 *Beneficium cum penſione acceptans, quaſi contrahit cum penſionario.*
14 *Penſionem debet ſoluere, qui percipit fructus beneficij.*
15 *Obligatio realis reſultat ex reſeruatione penſionis ſuper fructibus.*
16 *Penſio retineri poteſt pro alimentis reſignantis.*
17 *Alimẽta relicta ſuper aliqua re poſſunt peti à quolibet poſſeſſore, vel ſucceſſore illius.*
18 *Beneficium penſione oneratum ſi non placet, reſignet illud poſſeſſor.*
19 *Valor beneficij qualitèr teſtibus ſit probandus.*
20 *Libris ſuper valore beneficij qualitèr ſtetur magis, quàm teſtibus.*
21 *Penſionem, qui allegat, excedere medietatem fructuum, probare debet.*
22 *Variatio, & mutatio non præſumitur, niſi probetur.*
23 *Iura adaptantur ad ea, quæ frequentiùs accidunt.*
24 *Sterilitas anni vnius compenſatur cum fertilitate alterius.*
25 *Fructuum valor attenditur, prout regularitèr valent in loco beneficij, & num.49.*
26 *Valor beneficij colligitur ex annis quinque præcedentibus, & ſequentibus.*
27 *Penſio moderari nõ debet, ſi Rectori remanet congrua ſuſtentatio etiàm minor ducatis centum.*
28 *Penſionarius cõtribuit pro penſione in ſubſidio, & alijs oneribus.*
29 *Concil. Trid. ſeſſ. 24 de reform. cap. 13. verſ.* ad hæc declaratur.
30 *Concilium, aut lex quod non dicit, nec nos debemus dicere.*
31 *Congruæ ſuſtentationis nomine quid veniat.*
32 *Seruienti beneficio debet relinqui neceſſarium, & non ſuperfluum.*
33 *Verbum* moderatio *qualitèr intelligatur.*
34 *Honeſtus modus ſeruari debet, non immoderata luxuria cuiuſque.*
35 *Expenſæ ſunt metiendæ ex viribus facultatum.*
36 *Virtus conſiſtit in mediocritate, ſecundùm Philoſophos.*
37 *Penſio etiàm poteſt conſtitui ſuper diſtributionibus quotidianis.*
38 *Pij V. conſtitutio, quæ incipit* ad exequendum *interpretatur in materia congruæ portionis.*
39 *Scutorum valor qualis ſit in materia congruæ.*
40 *Ratio eadem vbi militat, debet eadem iuris diſpoſitio militare.*
41 *Ratio eadem omnes caſus comprehendit.*
42 *Similibus in caſibus iudicatur idem de vno, quod de alio.*
43 *Decimæ minores, & emolumenta pedis altaris cõſiderantur in congrua Parochi.*
44 *Incerta, cùm poſſunt ad certam ſummam reduci, imputantur in congrua.*
45 *Certum eſſe per ſe, vel per relationem ad aliud paria ſunt.*
46 *Expreſſum ſatis dicitur, quod ſub generalitate continetur.*
47 *Penſio non ſubiacet fortunæ, aut caſui fortuito circa fructuum perceptionem.*
48 *L. ſi merces §. vis maior ff. locati, & concordantes loquuntur in remiſſione penſionis temporalis, & non eccleſiaſtica.*

PRO

Doctore Vincentio Gauotto

CONTRA

Licentiatum Serrano Parochum Villarum Portille, & las Maxadas.

ARGVMENTVM.

Penſionis reductio quibus ex cauſis excludatur, & congruæ portionis nomine quid debeat Parochus titularis habere.

CONSILIVM CXXVII.

SVPPOSITO in facto, quòd tempore, quo dictus Doctor Vincentius Gauotto reſignauit dictum beneficium curatum Villarum Portillę, & las Maxadas ad fauorem prædeceſſoris dicti Licẽtiati Serrano, fuit illi reſeruata per ſuam Sanctitatẽ penſio annua ducatorum bis centum, ea ratione, nè tàm magnum pateretur præiudicium ex reſignatione, & remaneret illi, cum quo potuiſſet
1 ſuſtentari, † hæc penſio habetur fauorabilis in iure, cap. ſupèr hoc de renunc. & tradit Quintilia. Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. penſiones verſ. *aut datur*, Gigas de penſionib. quæſt. 1. num. 4. & quæſt. 4. num. 2. & ità in commiſſione Romani Ponti-

lud renunciare,& ſic liberabitur ab illius onere,
vt in ſimili refert Nauar. conſ.32. num. vlt. de
præbend.

Nec obſtabit dicere,quòd aliqui teſtes ex ad-
uerſo examinati deponunt,prædictum beneficiũ
curatum eſſe tenue, eò quòd duobus annis præ-
cedentibus fuere modici fructus in dictis villis;
quia non reddunt rationem ſuarum depoſitio-
num; nàm,vt inquit Card. Mantica deciſ.Rotæ
19 81.nu.2. † vt teſtis de valore beneficij conclu-
dat, debet deponere ſe ſcire, fructus prædictos
deductis oneribus, computato anno ſterili cum
fertili per quatuor, & plures annos non excede-
re,nec aſcendere ad talem valorem, & ſic com-
muniter dicebatur, & putabatur in dictis villis,
& hoc attenta communi æſtimatione, ex tradi-
tis per Puteum deciſ.151.par.3.Achill.de Graſſ.
dec.23.de probat.Doctor Marta tom.6.digeſto-
rum nouiſſimorũ verb.*valor* cap.24. de eoq; eſſe
publicã vocem, & famam in dictis locis ex eodẽ
Mantica deciſ.132.num.4. & deciſ.228. num.1.
Paul.Æmil. deciſ.277. num.8.par.1. & deciſ.49.
nu.4.par.3.Rota deciſ.293.num.1.par.1. diuerſ.
Sacri Palatij, & deciſ.184.nu.1.par.3.lib.2. Mar-
ta vbi proximè cap. 23. & pro parte dicti Do-
ctoris Vincentij Gauotto eſt probatum, quòd
ſterilitas fuit ſolummodò in anno 1603.nàm in
præcedenti fructus aſcenderunt ad ducatos ter-
centum, vt conſtat ex rationibus, & computis
initis inter dictum Licentiatum Serrano, & Lo-
cumtenentem Canonici operarij Eccleſiæ Ca-
thedralis Conchenſis coram Dominico de Mon-
dexar Tabellione dictarum Villarum, idemque
fuerat præcedentibus annis; vt conſtat ex libris
vocatis Tazmias, in quibus continentur diuiſio-
nes communis acerui fructuum decimalium di-
20 ctæ Parochiæ; † quibus magis ſtandum eſt,quã
teſtibus in contrarium productis,vt ex Rota de-
ciſ.185.num.3. par.3. diuerſ. Sacri Palatij tradit
Additio ad Mohedan. deciſ.1. tit. de furtis, tra-
ctans de libris annatarum, & perceptionis fru-
ctuum beneficij controuerſi, facit text.in l.cen-
ſus ff.de probat. ibi, *cenſus,& monumenta publi-
ca potiora teſtibus eſſe Senatus cenſuit*, Bart. in l.1.
num.22.ff.ſi cert.petat. Bald.in rubr.num.60.&
74. C. de fide inſtrum. Gregor. Lopez in l.115.
tit.18.partita 3. gloſ.final.

21 † Rursùs, quia aſſerenti, penſionem reſeruatã
ſupèr aliquo beneficio excedere medietatem
fructuum, ad inſtringendum eam incumbit onus
probandi, Paul.Aemil.deciſ.Rotæ 301. per totã
22 par.2. † quia non præſumitur variatio, donec
contrariũ apertè probetur, l. ſiuè poſſidetis C.
de probat.cap.maiores de baptiſmo,Gigas de
penſion. quæſt.9.num.9. idem Paul.Æmil.deciſ.
330.num.3.par.3.dicens, ex valore de præterito
inferri ad valorem de præſenti, l.pretia rerum
ff. ad leg. falcid. & quia non debet obeſſe vnius
23 anni ſterilitas, cùm alij fuerint fertiles, † & iura
reſpiciunt non ſingulares caſus ſed communitèr
24 cõtingẽtia, l.nàm ad ea ff.de legib. † & ſterilitas
vnius anni debet compenſari cum fertilitate al-
terius, l.ſi vno ff.locati,& l.licèt C.eodem, cap.
propter ſterilitatem de locato.

Et eſt etiàm habenda conſideratio, quòd cùm
dicta loca ſint in montaneis, fructus in eis ſèpèr
habent integrum valorem, & æſtimationẽ iuxta
25 taxam regiam, † & de iure valor fructuum æſti-
mandus eſt; prout ſolent vendi in loco beneficij,
vbi ſunt collecti, ex adductis per Puteum lib.1.
deciſ.445.num.1.Marta vbi ſupra cap.9.

26 † Rurſus,quia vt conſtet de vero valore bene-
ficij non ſolùm debent attendi quinque anni
præcedentes; ſed quinque ſequentes, vt tradunt
Ludo.Gomez ſupèr reg.cancell. de exprimendo
vero valore quæſt.vlt.Achill.de Graſſ.deciſ.188.
aliàs 24. de teſtib.nu.2.& 3. Flamin.Pariſ.lib.10.
de reſignat.benefic.quæſt.2.num.55. & ex quin-
quennio præcedenti anni quatuor fuere fertiles,
& (Deo fauente) erunt etiàm ſequentes anni, &
quemadmodùm ait Nicolaus Garzia tract. de
27 benefic.1.par.cap.5. nu.399. † penſio non ideò
erit diminuenda,& modificãda, ſi attento tem-
pore gratiæ remanebãt centum ducati Rectori,
deducta penſione, etiàm ſi contingeret poſteà,
aliquibus annis centum non remanere, dummo-
dò diminutio fructuum Parochialis tanta nõ ſit,
vt Rector non poſſit ſe, & onera incumbentia
ſuſtentare, ſoluendo integram penſionem; ſolo
enim hoc caſu poteſt petere, vt reformetur, &
reducatur ad conuenientem quantitatẽ, ex DD.
traditis ab eo num. ſeq.

Nec obſtabit dicere, quòd dictus Parochus
ſoluit onera ſubſidij,& excuſati, & alia impoſita
28 reſpectu fructuum dictæ Parochialis, † quia
dictus Penſionarius contribuit in illis pro rata
ſuæ penſionis, ex traditis per Gigant. tract. de
penſionib. quæſt. 59. num.2. & quæſt.66. & 90.
Rebuff.de pacific.poſſeſſor.nu.120. aliàs 138. &
plures alij, quos refert idem Nicol.Garz. d.cap.
1.num.171.

29 † Et reſpectũ prætẽſionis dicti Parochi,quòd
debent ſibi remanere ducati centum pro con-
grua, fundando ſe in diſpoſitione Concil.Trid.
ſeſſ.24. decreto de reformat. cap.13.verſ.*ad hæc*
debet animaduerti,eam fuiſſe Concilij mentem,
diſpoſitionemque,quòd non fiat reſeruatio fru-
ctuum, aut impoſitio penſionis Eccleſiæ Cathe-
drali, quæ non valeat annuos ducatos mille, &
beneficio curato non valenti centum; & hoc at-
tento initio reſeruationis, aut impoſitionis, vt
conſtat ex Flaminio Pariſio lib.6.de reſignat. be-
nefic. quæſt.1.num.36.& ſeq. & quæſt.2.nu.21.
& quandò penſio iſta fuit impoſita,beneficij va-
lor aſcendebat ad ducatos tercentũ, & plus; nec
ſanctũ Concilium obligat, quòd Rectori rema-
neant de neceſſitate centum ducati pro cõgrua,
30 † & quod non dicit Concilium, aut lex, nec nos
debemus dicere, l. ſi ſeruum §.non dixit Prætor
ff.de acquir.hæred. Roland.à Valle conſ.29. nu.
22.vol.4. nàm ſi hoc Concilium voluiſſet, vtiquè
ſciuiſſet exprimere, l. vnic. §. ſin autèm ad defi-
cientis C. de caduc. tollend. Aym. Crau. conſ.6.
num.97.maximè quia in locis priuatis,prout sũt
dictæ Villæ, in quibus modico ære viuitur pro-
pter commoditatem pretiorum, quibus neceſ-
ſaria alimenta habentur, poteſt congruè viue-
re Parochus, etiàm ſi non remaneant illi 30.
31 ducati; † pro quo facit, quòd congruæ ſuſten-
tationis nomine iuxta veriorem ſententiam ſo-
lum

Digitized by Google

lũm venit ſtricta perſonę Sacerdotis ſuſtentatio,
& eorum, quæ neceſſaria ſunt ſimpliciter ad illã
dùmtaxat, ſcilicet victus, veſtitus, domus, & ei
ſeruientis;vt per Nauar.de reſtit.lib.2.cap.2.nu.
315. facit Alciat.reſponſ.252. incip. ſpecies facti
32 num.5. † & ius commune ſolùm obligat, quòd
ſeruienti detur, quod fuerit neceſſarium, & non
ſuperfluum, cap. cùm ſecundùm Apoſtolum de
præbend.Marc.Anton.Columna tract.de Eccle-
ſiaſticor.reddit.orig.3.par.cap.24.num.37.Mar-
tin.Vran.conſ.42.num.8.& 9.lib.2. dicens,quòd
in aſſignanda,ſiuè taxanda congrua portione, de-
bet attendi, quod moderato, & frugi patriſami-
33 lias ſufficiat, † vt innuit verbum *moderationem*
quo vtitur clem.1.de iure patron.quod ibi gloſ.
quam ſequuntur Ioannes de Imola,& Cardinalis
34 exponit,ideſt moderatam taxationem, † *Hone-*
ſtus enim modus ſeruandus eſt, non immoderata
cuiuſque luxuria ſubſequenda, ideſt prodigalitas,
ſeù profuſio,vt inquit pulcherrimus text.in l.ex
damni ff.de damno infecto, Monach.in cap.cu-
pientes num.89.de elect.in 6.

35 † Nec oportet ad menſuram expenſarũ quæ-
rere etiàm poſſeſſiones, ſed ex his, quæ ſunt ex-
penſas quoque metiri, auth. vt determinatus ſit
numerus clericorum, §.inueſtigantes in fin. col-
36 lat.1.† & moralis philoſophia pręcipit modera-
tionem,& mediocritatem, in qua cõſiſtit virtus,
vt patet ex oratione Ciceronis pro Rege Deio-
taro, quem refert Ioan.Andr. in cap.grandi de
ſuppl.neglig.prælat. Vran. vbi proximè num.11.
& 12.

Et dato, ſed non conceſſo, quòd dicto Paro-
cho deberent aſſignari dicti ducati centum ra-
tione congruæ,non debet eſſe, proùt ipſe opina-
tur, & prætendit ex fructibus decimalibus ma-
ioribus, & quòd vltra illos habeat conſequi mi-
nores decimas,& emolumenta pedis altaris: quia
foret notiſſimum præiudicium dicto Doctori
Vincentio Gauotto, qui ſupèr his omnibus ha-
37 bet impoſitam ſuam penſionem; † nec nouum
eſt,quòd etiàm ſuper diſtributionibus quotidia-
nis, quæ lucrantur reſidendo, & non alitèr, pen-
ſio poſſit imponi, vt ex Achill.de Graff. deciſ.8.
de penſionib. tradit Doctor Marta d. tom.6. tit.
38 de penſionib.cap.7.† & quia in terminis aſſigna-
tionis congruæ pro interpretatione iuris com-
munis,& dicti Sacri Concilij ſeſſ.6. cap.2. ſeſſ.7.
cap.5. ſeſſ.21.cap.8.& ſeſſ.25. cap.16. Sanctitas
Pij V. quodam motu proprio edito Kalẽdis No-
uembris 1567. diſpoſuit,quòd non poſſit aſſigna-
ri maior centum ſcutorum quolibet anno, nec
minor quinquaginta,computatis omnibus etiàm
incertis emolumentis, & alijs obuentionibus cõ-
munitèr percipi ſolitis,ex quo duæ res deducun-
tur, vna, quòd congrua poteſt aſſignari ad centũ
39 vſquè, ad quinquaginta deſcenſiuè,alia, † quòd
ſcuta non ſunt de ſcutis Cameræ,nec maioris va-
loris, quã ducatus Caſtellanus,ex traditis á Go-
mezio d.reg. de valore quæſt.9.verſ.*ſequitur*,imò
vt plures Curiales opinantur, ſolùm aſcendunt
ad decem regales paulò plus monetæ iſtorum
Regnorum Caſtellæ.

Nec obſtabit dicere, quòd motus proprius
Pij V. loquitur in Vicarijs perpetuis, nàm & illi
ſufferunt onera parochialia, & adminiſtratio-
nem Sacramentorũ,proùt Rectores,& in vtriſq;
40 militat eadem ratio, † & ideò debet militare
eadem iuris diſpoſitio, l.illud ff.ad leg.Aquiliam,
Cæphal.conſ.1.num.33.vol.1.& hoc non eſt am-
41 pliare diſpoſitionem motus proprij: † quia vbi
militat eadem ratio, omnes caſus comprehen-
duntur, l. his ſolis C. de reuoc. donat. Roland.à
42 Valle conſ.14.num.31.lib.3. † & quia in caſibus
ità ſimilibus debet iudicari in vno idem, quod in
altero,l.à Titio ff.de verbor.oblig.cap.inter cæ-
teras de reſcript. Euerard. loco à ſimili num.1.
43 & 3. † nàm & decimæ minores,& emolumenta
pedis altaris ſunt in dicta Parochia regularitèr in
bona quantitate, & conſiderabilia ad effectum
congruæ, cap.cùm homines, & cap.tua nobis de
decimis, Aluar.Pelag. lib. 2. de planctu Eccleſiæ
cap.43. Rota deciſ.6. num.1. & 3. par. 2. diuerſ.
44 Sacri Palatij, & confirmatur; † nàm & incerta
cùm ad certam ſummam poſſunt redigi, in con-
gruam debent computari, licèt non ità exactè
ſicut cętera computentur, Rota Romana deciſ.
5. num.5. vol.1. par.1. quæ num. ſeq. ait, quòd
45 † paria ſunt,certum eſſe per ſe, vel per relatio-
nem ad aliud, l.ait prætor, vbi DD. ff.de re iud.
Rebuff. tit. de congrua portione num. 87. poſt
Felyn. in cap.ad aures num.16.circa medium de
46 reſcript. † & quia ſatis dicitur expreſſum,quod
ſub generalitate continetur, Bart.& DD.in l.1.ff.
de vulgar.& pupill. ſubſt. Bart.& Iaſ.in l.prætor
ff.de noui oper. nunc. Barbat. conſ.34. num.46.
vol.2. Paul.Æmil.deciſ.Rotæ 298. num.2. par.2.
alitèr enim dictus Parochus conſequeretur non
centum; ſed ducentum ducatos, aut plus, quod
nec ius, nec æquitas admittit, eſſetque priuare
dictum Doctorem ſua penſione, & per conſe-
quens ſuſtentatione, cùm illa admodùm egeat
ſecundùm eius qualitatem, & ſtatum ſacerdo-
talem.

Et vt conſtet, quòd non eſt gradiendum hac
via; ſed iubendum, quòd ſoluat dictam penſio-
nem integralitèr,& ſinè diminutione, aduerten-
47 dum eſt, † quòd penſio Eccleſiaſtica non ſubia-
cet fortunæ, nec caſui fortuito circa fructuum
perceptionem,vt ex Gigante tract.de penſionib.
quæſt.62. nu.19. & Alex.de Neuo conſ.67. nu.9.
tradit Ioan. Baptiſta Coſta tract. de ratione ratæ
48 quæſt.10. num.6. & 7. vbi dicit, † non obſtare
tex.in l.ſi merces §.vis maior ff.locati, l.licèt,vbi
Salyc. C.locati, & cap.proptèr ſterilitatem de
locato, in quibus ſit remiſſio penſionis pro rata
in caſu notabilis detrimẽti,& magni incommo-
di, nàm intelliguntur ſecundùm Surd.conſ.400.
vol.3.vt procedant in penſione profana debita
taxatiuè ad fructus, & concurrant requiſita, &
abſit conuentio contraria,de quibus idem Coſta
tract. de facti ſcient. & ignorant. tom. 1. cen-
tur. 2. diſtinct. 3. & ſecùs ſit in penſione Eccle-
ſiaſtica, de qua agimus, maximè cùm dictus Pa-
rochus ex venditione fructuum maiorum,quàm
49 commodè poteſt facere attenta illorum † com-
muni æſtimatione in illis partibus, quæ omni-
nò eſt attendenda, ex d.l. pretia rerum ff.ad leg.
falcid.l.1.§.ſi hæres ff.ad Trebell.cap.1. vbi Do-
ctores de empt.& vendit. cum adductis per Re-
buff.

buff. in praxi benefic. 1. par. in forma ſignaturę in verbo *talus fructus*, verſ. item additur, & tract. nominationum quæſt. 9. num. 30. & 37. poteſt commodè dictam penſionem ſoluere, remanente ſibi commoda, ac congrua ſuſtentatione, & ità videtur, debere abſolui dictum Doctorem Vincentium Gauotto ab eius impetitione, manutenendumq; fore in quaſi poſſeſſione exigendi dictam penſionem, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium eſſe grauiſſimum delictum probatur multis authoritatibus.*
2 *Homicida fit irregularis.*
3 *Homicida etiam caſualis fit irregularis, ſi dabat operam rei illicitæ.*
4 *Homicidam priuatum eſſe beneficio, qui teneant.*
5 *Renunciatio beneficij, quod de proximo ſperabatur vacare, cenſetur fraudulenta.*
6 *Surreptio, quæ difficiliorem redderet Pontificem ad gratiam, illam vitiat.*
7 *Valor verus beneficij eſt narrandus in impetratione.*
8 *Beneficium impetrans, debet ſe priùs informare de vero valore.*
9 *Valorem beneficij non probari per inſtrumentum locationis, qui teneant.*
10 *Reſeruationes detrahentes facultati Ordinarij ſunt odioſæ.*
11 *Papa non præſumitur velle præiudicare iuri alteri quæſito.*
12 *Homicida non eſt priuatus ipſo iure beneficio; ſed venit priuandus per ſententiam.*
13 *Verbum remouentes requirit ſententiam.*
14 *Verbum priuetur intelligitur per ſententiam.*
15 *Pœna impoſita per verba de futuro, in dubio non cenſetur impoſita ipſo iure.*
16 *Priuatio ipſo iure beneficij, vt inducatur, quæ verba requirantur.*
17 *Intellectus cap. 1. de homicid. lib. 6.*
18 *Specialitas in vno caſu firmat regulam in alijs.*
19 *Priuationis pœna non habet locum, niſi inducatur à iure.*
20 *Pœna non incurritur ipſo facto, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
21 *Propter vnum quodque tale, & illud magis.*
22 *Mitior interpretatio fieri debet in pœnalibus.*
23 *Leges ſeueræ ſunt ponendæ; ſed mitiùs exercendæ.*
24 *Marcus Aurelius Antoninus Imperator crimina punire ſolitus fuit minore ſupplicio, quàm legibus erat diſpoſitum.*
25 *Vacatio beneficij ipſo iure inducta in vno caſu, non extenditur ad alium.*
26 *Pœna non obligat in conſcientia antè ſententiam, nec debetur fiſco.*
27 *Indignus non perdit ipſo iure; ſed per ſententiam.*
28 *Scholaſtici ſi committant delictū per quod amittant ſuffragium, tamen antè ſententiam illud poſſunt ferre.*
29 *Talis aliquis non dicitur, donec non eſt talis declaratus.*
30 *Crimmoſus etiàm notorius antè ſententiam non eſt priuatus officio, aut beneficio.*
31 *Condemnatus pro homicidio nō priuatur beneficio, niſi in ſententia exprimatur.*
32 *Crimen committens, propter quod bonis priuatur, antè ſententiam poſſunt ei ſoluere creditores.*
33 *Homicida non perdit ipſo iure canonicatum.*
34 *Intellectus Concilij Tridentini ſeſſio. 14. de reformat. cap. 7.*
35 *Beneficiatus homicida antè ſententiam priuationis poteſt percipere fructus.*
36 *Homicida etiàm voluntarius non amittit beneficium ipſo iure.*
37 *Homicidium præſumitur caſuale, & non data opera commiſſum.*
38 *Animi deliberati qualitas non præſumitur in homicidio.*
39 *Cor hominis ſoli Deo patet.*
40 *Latinare non poſſunt homines, & nu. 116.*
41 *Animus eſt difficilis probationis.*
42 *Animus ex coniecturis debet colligi.*
43 *Percutiens ligno; non præſumitur habuiſſe animum occidendi.*
44 *Baculo percutiens non tenetur de vulnere lethali.*
45 *Mandans non cenſetur habuiſſe animum occidendi ex qualitate inſtrumenti.*
46 *Ferbe…ndi animo, qui aliquem baculo percuſſit, non tenetur de homicidio voluntario ex morte indè ſequuta.*
47 *Animus occidendi nō præſumitur in eo, qui cùm haberet inſtrumentum ferreum, percuſſit baculo, etiam in capite.*
48 *Pomo enſis percutiens, & non enſe, non cenſetur homicida voluntarius.*
49 *Dixiſſe nemo præſumitur, quod non prius mente agitauerit.*
50 *Caſualitèr quæ fiunt, & non ex propoſito, ſunt excuſabilia.*
51 *Si non ineſt id, de quo erat maior ratio, non inerit id, de quo minor.*
52 *Argumentum de maiori ad minus negatiuè procedit in delictis.*
53 *Homicida proditorius quis dicatur.*
54 *Inimicus declaratus an dicatur proditor, ſi percuſſit à retro.*
55 *Proditor eſt, qui vnum mente gerit, & aliud actu oſtendit.*
56 *Homicidium præſumitur factum ad defenſionem.*
57 *Prouocato parcitur.*
58 *Famam, & honorem ſuum negligens crudelis eſt.*
59 *Honoris, aut famæ detrimentum æquiparatur morti.*
60 *Beneficiatus accuſatus de homicidio poteſt illud reſignare antè ſententiam.*
61 *Aſſaſſinus, & parricida priuantur ipſo iure beneficio.*
62 *Homicida etiàm lata ſententia, appellatione pendente poteſt beneficium reſignare.*
63 *Sententiæ præſumptio ceſſat, pendente appellatione.*
64 *Homicida ex induſtria adhùc poteſt beneficium reſignare antè ſententiam.*
65 *Reſignatio fieri poteſt ad fauorem certæ perſonæ ab homicida.*

Digitized by Google

66 Beneficium reſignari poteſt ad fauorem conſanguines benemeritis.
67 Fraudem non cenſetur facere reſignans in fauorem amici, aut conſanguinei, & nu. 68.
69 Opinio benignior eſt ſequenda.
70 Reſignatio in fauorem certæ perſonæ eſt conditionalis.
71 Beneficium reſignatum in fauorem alicuius non poteſt alij conferri.
72 Auferri non debet vni, vt detur alteri.
73 Procurator ad reſignandum poteſt re integra reuocari.
74 Reſignatione admiſſa, ius perdit beneficiatus.
75 Beneficium ſine canonica inſtitutione non poteſt obtineri.
76 Reſignatione beneficij admiſſa, dicitur beneficium vacare in Curia.
77 Beneficia vacantia in Curia reſeruantur prouiſioni Summi Pontificis.
78 Beneficij reſeruati prouiſio cenſetur fructus Sedis Apoſtolicæ.
79 Reſeruatio operatur effectum, nè Ordinarius beneficium prouidere valeat.
80 Actus contra conſtitutionis diſpoſitionem eſt nullus ipſo iure.
81 Reſeruationes conſeruant ius reſeruanti illæſum.
82 Affecta ſemel, & reſeruata, perpetuò durant affecta.
83 Inferiores non poſſunt manus apponere in beneficijs reſeruatis.
84 Reſeruatione facta à Summo Pontifice ligãtur manus inferioris.
85 Reſeruatio inficit, & annullat titulum ipſo iure.
86 Reſeruatio eſt eius naturæ, vt deſtruat, quod poſt eam fit.
87 Titulus habitus ab Ordinario contra reſeruationem habetur pro non titulo.
88 Decretum irritans appoſitum in reſeruatione beneficij, titulum, & poſſeſſionem inficit.
89 Decreti irritantis natura eſt annullare facta in contrarium.
90 Decretũ irritans afficit Ordinarium, etiàm ſi ignoret illud.
91 Clauſula decreti irritantis inducit formam.
92 Forma nihil poteſt detrahi.
93 Sententia lata contra decretum irritans eſt nulla.
94 Probare debet vnuſquiſq; fundamentum ſuæ intentionis.
95 Fundans ſe in aliqua qualitate debet probare, eam adeſſe.
96 Alternatiua menſium non gaudet Epiſcopus, niſi fides acceptationis peruenerit ad Datarium.
97 Fraus nemini debet eſſe adiumento.
98 Dictio Dummodò importat conditionem ſecundùm plures.
99 Dictio Dummodò ſaltim importat modum.
100 Pontifex concedendo Epiſcopo alternatiuam, omninò prohibet illi prouidere in menſibus ſibi reſeruatis.
101 Priuatio præſupponit habitum.
102 Priuari non poteſt qui non habet.
103 Reſeruatione beneficij facta per Sum. Pontif. fruſtrà inferior Iudex priuat illum, qui reſignauerat illud.
104 Litis euentus ſolet eſſe dubius.
105 Clauſula Dummodò alteri non ſit ius quæſitũ, qualitèr intelligatur.
106 Beneficium vacans in Curia, nullus niſi Papa prouidet.
107 Clauſula quouis modo vacet includit omnem modum vacationis.
108 Dictio quouis modo, omnem modum includit.
109 Poſſidens ex prouiſione Ordinarij beneficium reſeruatum non facit fructus ſuos.
110 Papa ſi conferat indigno, iterùm conferre valet digno.
111 Reſeruatione ligantur manus inferioris, etiàm ſi Papa nullitèr prouidiſſet.
112 Beneficium non amittitur ipſo iure per irregularitatem ſuperuenientem.
113 Ius antiquum remanet in eo, quod ius nouum expreſſè non corrigit.
114 Papa potiùs reſpicit merita prouiſi, quàm demerita reſignantis.
115 Fruſtra precibus imploratur, quod à iure communi conceditur.
117 Odio alterius nemo debet prægrauari.
118 Cauſæ finalis, & nõ impulſiuæ defectus vitiat actũ.
119 Impetrans non tenetur exprimere niſi illud, quo expreſſo impediretur impetratio.
120 Falſi expreſſio annullat gratiam.
121 Taciturnitas veri quando non vitiet gratiam.
122 Collatio facta criminoſo per Papam adhùc valet, & ſi difficiliùs conceſſiſſet, vel non conceſſiſſet, ſi ſciuiſſet, & nu. 123.
124 Beneficij in impetratione ſolùm debent exprimi qualitates à iure requiſitæ.
125 Valorem beneficij eſſe maiorem expreſſo, qui allegat, debet probare.
126 Beneficium eſſe certi valoris, & non pluris, expreſſiſſe ſufficit.
127 Valor verus beneficij iure communi non debebat exprimi.
128 Valor verus beneficiorum difficilem certitudinem habet.
129 Valor beneficij non attenditur, proùt cùm reſidetur, ſed in abſentia.
130 Tertiaria non comprehenditur in valore beneficij.
131 Tertiariæ lucrum eſt caſuale, & incertum.
132 Valor beneficij non augetur extrinſeca dotatione Capellaniæ.
133 Fructus ampli beneficij conſiderãtur in expreſſione valoris.
134 Fructus dicuntur, qui ſuperſunt deductis expẽſis.
135 Onera rei minuunt valorem illius, & fructuum.
136 Valor beneficij minuitur propter onera.
137 Beneficij prouentus locari poſſunt.
138 Valor beneficij expreſſus per arrendamẽta quandò excuſet.
139 Valoris beneficij materia eſt arbitraria Iudici.
140 Valor attenditur inſpecto tempore gratiæ, & non anteriori.
141 Papa eſt dominus beneficiorum.
142 Reſeruationes quandò ſint fauorabiles, & ampliandæ.
143 Reſeruatio ex cauſa reſignationis eſt fauorabilis.
144 Iuri ad rem poteſt Papa derogare.
145 Coniecturis non eſt locus in claris.

146 Im-

146 *Impetrans beneficiũ alicuius tanquàm homicidæ non impedit, quin poſſit illud reſignare.*

147 *Beneficium homicidæ fruſtrà impetratur, cùm poſſit à Papa habilitari.*

148 *Mandatum Papæ de prouidendo beneficio alicuius tanquã homicidæ ceſſat ſi interim ille renunciauerit Superiori.*

149 *Ignorantia præſumitur, vbi ſcientia non probatur.*

150 *Ignorantia facti alieni præſumitur.*

151 *Data anterior attenditur in literis, & prouiſionibus Apoſtolicis.*

P R O

Petro de Caſtro clerico, cui Apoſtolica authoritate, & mediante reſignatione Matthæi de Caſtro eius fratris eſt facta gratia beneficij ſimplicis Eccleſiæ Parochialis Villæ de Buendia Epiſcopatus Conchenſis

C V M

Don Alphonſo de Meſſa, & Couarruuias.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus, qui fecit homicidium in rixa, non ex eo amittit beneficium ipſo iure; ſed poteſt illud reſignare in manibus ſuæ Sanctitatis etiàm ad fauorem Tertij, & gratia ei facta erit valida, non obſtante prouiſione facta per Ordinarium.

CONSILIVM CXXVIII.

SVPPONITVR in facto, quòd Matthæus de Caſtro clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, beneficiatus Eccleſiæ Parochialis Villæ de Buendia rixatus fuit cum quodam Andrea Bermexo, & eius fratribus incolis eiuſdem villæ, qui in eum violentas iniecere manus, grauiterq; malè tractarunt, minatiq; fuere, quòd eum erant occiſuri, armatiq; incedentes noctu inſidias ei moliti erãt; quibus commotus dictus Matthæus inimicus ipſorũ declaratus oblata ſibi occaſione per dictum Andream Bermexo die 30. Decẽbris 1599. fuſte illũ in capite percuſſit, ex quo vulnere dictus Andreas poſt dies aliquot vita deceſſit, & ſibi conſulens abſentiam fecit, dictumq; beneficium reſignauit ad fauorẽ dicti Petri de Caſtro ſui fratris, & reſignatione admiſſa per ſuam Sanctitatem, fuit illi facta gratia.

Ex aduerſo autẽ D. Petrus Portocarrero Epiſcopus Conchen. cùm primùm ei innotuit homicidium, beneficium prædictum contulit dicto D. Alphonſo de Couarruuias eius familiari Camerario, non dùm lata ſententia priuationis aduerſus dictum Matthæum, & illi poſſeſſionem tradi fecit, cumq́ue agnouiſſet id facere non potuiſſe, effecit, quòd ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis dictæ Audientiæ lis exerceretur, & ſententia priuationis proferretur per Prouiſorem Conchen. qua lata dictus D. Epiſcopus iteratò contulit idem beneficium præfato D. Alphonſo, qui denuò illius poſſeſſionem accepit, quo prætextu conatus fuit impedire effectũ gratiæ Apoſtolicæ factæ dicto Petro de Caſtro vigore reſignationis ſui fratris, eius inquiſitione pendente factæ, non obſtante verificatione illius narratiuę. Et licèt pro dicto D. Alphonſo de Couarruuias videantur eſſe aliqua fundamẽta aduerſus dictos
1 Matthæum, & Petrum de Caſtro. † Et Primò atrocitas delicti homicidij; nàm Exodi cap. 21. ſcriptum eſt, *ſi bos cornu percuſſerit virũ, aut mulierem, & mortuus fuerint, lapidibus obruetur, & nõ comedentur carnes eius*, Guido Papæ deciſ. Delphinatus 238. & ex eodem Exodi capite, Deuteronom. 5. Leuitici 24. *qui percuſſerit, & occiderit hominem, morte moriatur*, Geneſ. cap. 9. *quicunq; effuderit ſanguinem humanum, fundatur ſanguis illius, dicit Dominus*: quod refert Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſi 62. nu. 9. & Numer. 35. *ſi quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit, qui percuſſus eſt, reus erit homicidij, & ipſe morietur*, l. 1. cum alijs ff. ad l. Cornel. de Sicar. ſic mandatur, homicidam ab altari Dei euelli, vt ipſe moriatur, cap. 1. de homicid. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 7. quod deductũ eſt ex Deuteronomio cap. 19. vbi dicitur: *Si quis odio habens proximum, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgenſq; percuſſerit illum, & mortuus fuerit; fugeritq; ad vnam de ſupradictis Vrbibus, mittent ſeniores Ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij, tradentq; in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur, non miſereberis eius & auferes noxium ſanguinẽ de Iſrael, vt benè ſit tibi*; & in Apocalipſi Beati Ioannis cap. 6. *Ecce poſt hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes, vſque quo Domine non das iudicium, & vindicas ſanguinem noſtrum de interfectoribus noſtris, qui ſunt in terris.* iuxta illud Geneſ. cap. 4. vbi Dominus ad Cain ait, *quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, Matth. cap. 23. Roland. à Valle conſ. 12. vt ex themate num. 23. vol. 3. poſt Nicolaum de Lyra in epiſtola Pauli ad Hebræos cap. 9. inquit enim Lactantius Firmianus in epitome diuinarum inſtitutionum verſic. *ſupereſt de ſpectaculis* cap. 6. *quid tàm horribile, tàm tetrum, quàm hominis trucidatio? ideò ſeueriſſimis legibus vita noſtra mulctatur*; nàm vt Rotoderamus in quadam declamatione Lucianicæ alteri reſpondẽte dixit: *non ſinè grauiſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit, hanc in vitam alterius licentiam perpendit, nihil maius eripi cuiquam poſſe, quàm vitam*, l. vt vim ff. de iuſtit. & iure, Quintilian. Mandoſ. de ſignatura gratiæ ſub tit. de abſolutione, & rehabilita-

tione ab homicidio in princ. & verſic. *ex præmiſſis*, ſic Beatus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.
122. artic. 6. dixit, homicidium de ſe non eſſe
appetibile; ſed magis horribile, quia non habet
in ſe rationem alicuius boni, idem quæſt. 70.
artic. 3. quod inter cętera peccata, quæ committuntur in proximum, homicidium grauiſſimum
2 ſit, † & ideò cùm homicida ſit irregularis, cap.
quæſitum, vbi Anton. de Butrio num. 9. de tempor. ordinat. idem Anton. in cap. 1. & in cap.
continebatur num. 2. de homicid. S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 64. artic. 7. ad tertium,
Gregor. Lopez in l. 32. tit. 5. par. 1. gloſſ. 2. Hippolyt. de Marſil. conſil. 11. num. 1. vol. 1. Summa Armilla verbo *irregularitas* num. 2. Couar.
in clement. ſi furioſus in initio ſecundæ partis
3 num. 1. † & in homicida etiàm caſuali, quandò
rei non licitæ operam dabat, hoc tenet Gregor.
4 Lopez in l. 15. tit. 6. par. 1. gloſſ. 2. † & quòd homicida ſit priuatus beneficio, vt tradit Bald. in
l. ſi ſeruus 3. ff. ad legem Aquiliam, & in homicida deliberato animo homicidium committente, argum. cap. in quibuſdam de pœnis, cap. rumor 30. diſtinct. & cap. 1. de homicid. in 6. in
verſic. *ipſo facto*, & in qualificato homicidio Felyn. in cap. inquiſitionis num. 5. de accuſationib.
Anchatan. conſ. 158. incipiente ex narratis num.
5. quorum meminit Salzedo in additionib. ad
Bernard. Diaz in praxi crimin. canon. cap. 94.
verſ. *ſed in homicida*.

Et coadiuuatur; nàm præſumitur, quòd Matthæus de Caſtro fecerit dictam reſignationem
timore, quòd erat priuandus beneficio propter
dictum homicidium, quam aliàs non feciſſet,
etiàm in fauorem ſui fratris: quarè præſumitur
5 facta in fraudem; † nàm renunciationes beneficiorum, quæ de proximo ſperabantur vacare,
cenſentur in fraudem factæ, & ſic ſunt nullius
momenti, ſecundùm Andr. Sicul. conſ. 11. verſ.
& ad declarationem volum. 1. vbi dicit, non valere renunciationem factam per eum, qui veriſimilitèr ſe priuandum ſciebat, Anania in cap. 3.
verſic. *& prædicta faciunt ad quæſtionem* de colluſ. detegend. maximè ſi renuncians poſſidebat
beneficiũ, vt ibi probatur, & per text. in cap. 2.
de renunciat. lib. 6. Archid. in cap. nihil 7. quæſt.
1. gloſſ. in pragmat. ſanctione 9. itèm quòd omnia beneficia, verbo *permutationis* de collationib.
Boer. deciſ. 2. num. 5.

Vlterius, quia ſi expreſſiſſet, & narraſſet ſuæ
Sanctitati, quòd percuſſerat dictum Andream
Bermexo, & deceſſerat ex vulnere, aut non
admiſiſſet reſignationem in fauorem ſui fratris,
6 vel ſaltim cum maiori difficultate, † & ideò
gratia videtur fuiſſe ſubreptitia, & vitioſa,
cap. ſuper literis 20. & cap. poſtulaſti 27. de reſcript. & vtrobiquè Abbas, Felynus, & Doctores, idem Abbas in cap. conſtitutus num. 5. de
relig. domib. Corneus conſil. 34. colum. 1. vol. 1.
Couarru. in 4. decretal. 2. par. cap. 8. §. 9. num. 1.
Nauar. conſil. 9. incip. an valeat num. 1. de conſanguinit. & affinit. & conſil. 1. de feudis num.
5. l. 36. & ibi Gregor. Lopez gloſſ. 2. tit. 18.
part. 3. & in l. 4. tit. 15. partit. 4. gloſſa 11. colum. 1.

Et quia in expreſſione valoris dicti beneficij
videtur etiàm ſubreptum, exprimendo, quòd
valebat ducatos 266. auri de Camera quolibet
anno, cùm ſit probatum, annis aliquibus valuiſ-
7 ſe ducatos 400. Caſtellanos; † nàm verus valor
beneficij eſt in eius impetratione narrandus, cap.
ad aures de reſcript. vbi Abbas, & Felynus num.
4. Cardinalis in cap. fin. de præſumptionib. iuxta communem extimationem, vt tradunt Regulæ Cancellariæ, & ex eis Azoguidus in tract.
de communib. opinionib. lib. 2. cap. 6. num. 30.
Decius in cap. ad aures num. 28. vbi Mantua
num. 18. & ſeq. de reſcript. Selua in tract. de
benefic. 3. par. quæſt. 12. num. 2. & 40. Bellam.
deciſ. 697. num. 4. in fine, & alios allegans Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudic. caſu 201. num.
77. Coraſius in paraphraſi ſacerdotali 1. par.
cap. 4. num. 45. & 52. Gambara de author. Legati de latere lib. 6. num. 350. quia valor eſt pars
gratiæ, & debet legitimè, & verè probari, nec
8 poteſt prætendi iuſta cauſa ignorantiæ; † nàm
antè illius expreſſionem debebat ſe informare,
& certiorari, vt ex notatis per gloſſ. in cap. ſi
motu proprio de præbend. in 6. & Gaſpar. de
Calderinis à ſe allegatum tradit Felynus d. num.
4. verſic. *etiàm ſi talis*, Abb. num. 8. & 9. in
d. cap. final. de præſumption. Caſſador. deciſ.
20. ad regulas Cancellariæ num. 4. & 7. Mandoſ.
regul. 22. de vnionibus quæſt. 2. Alij ex relatis
per Menoch. vbi proximè, Couar. lib. 3. variar.
reſolut. cap. 13. num. 1. cuius rationem adducit
Menoch. nàm ratione maioris valoris poſſet
Pontifex difficilior reddi ad gratiæ conceſſionem, nec videtur releuare, quòd dictum beneficium ſolitum fuerit aliquandò arrendari pro
9 ducatis tercentum, & octo; † nàm verus valor
fructuum beneficij nõ probatur per inſtrumentum locationis fructuum, vt latè tradunt Caſſador. deciſ. 20. ſuper regul. 9. Cancellariæ, & Gomezius in regula de valore exprimendo, quæſt.
11. Nauar. conſil. 13. incip. quidam habens num.
2. tit. de reſcript. Rota nouiſſ. deciſ. 184. lib. 2.
& deciſ. 185. & 806. lib. 3. arrendamenta plura,
& vltimi poſſeſſoris expreſſio eiuſdem valoris,
& de eo publica vox, & fama; nec videtur præiudicium generari collationi factæ Don Alphonſo de Couarruuias ex reſeruatione facta per
ſuam Sanctitatem dicti beneficij, & prouiſione illius ſucceſſiuè facta dicto Petro de Caſtro,
10 † quia reſeruationes ſunt odioſæ tanquàm
præiudicantes ordinariæ poteſtati, & quòd per
eas paratur via ad vacatura, & ideò reſtringendæ ſunt, vt ait gloſſ. verbo *reſeruari* per text.
ibi in cap. præſenti de officio Ordinarij lib. 6.
melior gloſſ. verbo *illius* in cap. præſenti de
officio legati eodem libro, & ex l. final. C. de
pactis, cap. 2. de conceſſ. præbend. Caſſador.
deciſ. 3. de reſeruationib. num. 5. Pariſius conſ.
19. num. 4. lib. 4. Mandoſius regul. 1. Cancellariæ de reſeruatio. quæſt. 4. num. 4. & quæſt. 5.
num. 1. & quia collatio facta per Ordinarium
Don Alphonſo Couarruuias præceſſit per dies
octo gratiam, quam ſua Sanctitas fecit Petro
11 de Caſtro, † & non præſumitur voluiſſe præiudicare iuri quæſito eidem Don Alphonſo, cap.
ſuper

Digitized by Google

ſuper eo de offic.deleg.cap.quàmuis in fine, de
reſcript. lib. 6. l. 2. §. meritò ff. nè quid in loco
publico, Rebuff.in praxi beneficiali 1.par. rubr.
forma,& declaratio nouæ prouiſionis,verb.*dum-*
modo tempore datæ num.1. cap. ex tuarum de au-
thorit.& vſu pallij in fine,vbi notat Gloſſa verb.
permittat, Decius conſ.11. incip.& pro tenui nu.
3. & 4. latè Mandoſ.reg.cancell.17. de iure quæ-
ſito non tollendo, quæſt.1. & 2.

Sed his non obſtantibus videtur clara iuſtitia
dicti Petri de Caſtro, vt virtute gratiæ Summi
Pontificis conferatur illi dictum beneficiũ,amo-
to dicto D.Alphonſo illius detentore ex ſeqq.

12 † Primò, nàm etſi verum foret, quòd dictus
Matthęus percuſſerit baculo dictum Andream,
& ex percuſſionis vulnere deceſſerit, non ex eo
fuit ipſo iure priuatus beneficio; ſed veniebat
per ſententiam priuandus, vt tradit Innoc. in
cap.cùm noſtris nu.1.vbi Imola de conceſſ. præ-
bend. Ioan.Andr. num.4. Anton.16. Abb.22. ibi
Bald. num.6. in l. cùm fratrem C. de his, quibus
vt indign. Felyn. in cap. quoniàm frequentèr §.
porrò num.23.verſ *ſi gloſſa*,vt lite non conteſt.&
in cap.de quarta num.33. verſ. *ſecundò*, Plaza de
delict.lib.1.cap.11.nu.2. Ioan.Bapt.Ferret.conſ.
89. prima facie nu. 3. & nouiſſimè poſt hæc ſcri-
pta D.Ioannes Vela in tract.de delict.cap.15.nu.
28. Ioan. Coraſ. in paraphraſi ſacerdot. 3. par.
cap.6. nu.14. & 1.par. cap.10. nu.2.& 3. & Phi-
lipp.Decius in cap.ſciſcitarus 6.col.nom.52.de
reſcript. & in cap. ex parte lo primo col.2. eod.
tit. num.11. idem Decius conſil.165. incip. ego
Philippus in princ.num.2.vol. 1.& eſt communis
opinio,vt per Anan.& Felyn. num.2.& 3.in cap.
inquiſitionis de accuſ.& poſt Geminian.Præpoſ.
in cap.ſtudeat 50.diſtinct.col.final. qui ſatisfacit
rationibus Archidiaconi ibi: nàm contra eum
Innocentij opinio communitèr tenetur,vt tradit
Imola in d.cap.cùm noſtris, Anton.Corſett.in
ſingulari verbo *ſententia* el ſecondo,Rota dec.13.
vt lite pendente in nouis, Petr.de Biaxio in dire-
ctor.election. 2.par.de eligend.cap.30. Iul.Clar.
in praxi §.homicidium num.21. Carrer.in praxi
crimin. §.circà primum nom.19. pag.mihi 241.
Alciat. in cap.cùm non ab homine num.12. de
iudic.Gomezius in cap.1.de reſcript. lib.6.nu.7.
& 8. Bermond. de public.concubinar. pag.200.
num.2. Burſat.conſ.14.num.18.vol.1. Flamin.in
tract.de reſignat.benefic. lib.3.quæſt.16.num.3.
Mohedan.deciſ.272. Roffiniaz.de benefic.cap.1.
num.59. Abbas in cap. querelam de iureiur. per
13 illum tex.ibi:dùm dicit *remouentes*, † quod ver-
bum videtur ſententiam requirere, notat Innoc.
in cap.inter dilectos de exceſſib.prælator. Selua
de benefic.3.par.quæſt.2.nu.7. Gerard.Maynar.
deciſ.61.Tholoſana num.1.lib.1.Abb.in cap.vlt.
notab.penult. de exceſſib.prælator. Bellacomba
inter communes Doctorum opiniones lib.1. tit.
9.de præbend.num.50.Nauar.in manuali cap.27
num. 249. & in cap. ſi quandò except.9. de re-
ſcript.Bernard.Diaz in praxi crimin.canon.cap.
94. num.2. vbi innumeros allegat Additionator,
qui hanc tenent ſententiam,pro qua Abbas in d.
nu.22. ponderat cap. clericis,nè cler.vel monac.
ibi: *honore priuetur, & loco*, cap.ex litteris 10. de
exceſſib.prælator.ibi: *mandamus, quatenùs Epi-*
ſcopatui cedat, moneatis eundem alioquin ab Albi-
ganen. Eccleſia amouentes, &c. nàm iſta iura lo-
14 quuntur per verba de futuro,† vt importat ver-
bum illud *priuetur*, quod importat per ſenten-
tiam, & eam requirit Gloſſa verbo *priuetur* in l.
iubemus la ſeconda §.ſanè C.de ſacroſ.Eccle.quã
ſequitur Paul.Caſtrenſ. ibi num.7. idem in auth.
hoc ampliùs num.2. verſ.*in textu ibi* C. de fidei-
commiſſ. Ioan.Cæphal.conſ.274.illuſtris num.2.
15 tom. 2. † nàm in dubio pœna, quæ imponitur
per verba de futuro, non videtur impoſita ipſo
iure,vt ex cap.quia propter de elect. tradit gloſ.
magna in cap. in pœnis de regul.iur. lib.6. quam
ſequitur Abb.in cap.ſi diligenti num.18.de foro
compet. idem & Additio ad eum in cap. fin. nu.
11. de iuram. calumn. Nauar. conſ. 92. an com-
mittens tit.de ſimonia nu.3. Abb.num.7. in cap.
in quibuſdam, de pœnis,Franc.in cap.1.nu.5. de
vita,& honeſt.clericor.& in cap.1.nu.3. ne præ-
lati vices ſuas, Roman.ſingul.2. Franc.Cremenſ.
ſingul.7. tu ſcis, Matheſil.ſingul.112.nota, quòd
16 vbicunque: † & vt valeret dici, Matthęum de
Caſtro à tēpore mortis Andreæ Bermexo fuiſſe
beneficio priuatum abſquè prolatione ſententię,
neceſſarium erat, quòd iura prædicta loqueren-
tur præcisè,& verbis de præſenti,vt ſunt,ipſo fa-
cto,vel iure ſit priuatus,vt ex theorica gloſſ.ver-
bo *fiat* in cap. quiſquis de elect. tradit Abbas in
cap.nouit num.8.de his,quæ fiunt à prælatis ſinè
conſenſu Capituli,& in d.cap.ſi diligenti nu.18.
In cap. clericis num.14. nè clerici, vel Monachi,
Tiraqnell.in l.ſi vnquàm verbo *reuertatur* nu.72.
C.de reuocand.donat. Roland.à Valle conſil.90.
17 arguendo num.17. vol.3. † cuius eſt apertum
exemplum in cap.1. de homicid.in 6. vbi impo-
nendo pœnam priuationis beneficij homicidis
magis in iure exoſis, prout ſunt aſſaſſini, ſolis
illis eam imponit *ipſo facto*; vt ponderat Felyn.in
allegato cap.inquiſitionis num.5. Bellacomba in-
ter dictas commun.opin.tit.de præbend.nu.50.
Bernard Diaz in praxi cap.96.num.1.Cantera in
quæſtion.criminalib.cap.6.de homicid.num.46.
Rebuff.in repet.cap.poſtulaſti nota.4. nu.39. de
cler.excommun.Felyn.num.3.in fine in cap.2.de
reſcript.

Et cùm iſta deciſio ſit particularis, & ſpecia-
lis, & quòd in alijs homicidis iura non ità rigo-
roſè diſponant, regula eſt, quòd in illis requira-
tur præcisè ſententia, & antè illam non ſint pri-
18 uati, † & quòd ſpecialitas dicti capituli primi
firmet regulam in contrariũ, iuxta tex. in l.nàm
quod liquidè ff.de penu legat. l.quæſitum §.de-
niquè.& ibi gloſſa,& Bart.ff.de fundo inſtructo,
Roland. à Valle conſ.86.nu.52.vol.1. & conſ.99.
viſo inſtrumento num.42.vol.4. Alexan.conſ.64.
incip.circa præſentem num.1.vol.4.Nauar.conſ.
25.de priuileg.nu.4.

19 † Et hæc veriſſima reſolutio cõfirmatur:quia
pœna priuationis non habet locum,niſi expreſſè
ſit à iure inducta, iuxta tex. notabilem in Auth.
de non eligend.ſecundò nuben.§.optimè,dùm
dicit *nec lex eſt tale quid dicens* collat.1.gloſſ.ma-
gna in cap.fin.de iure patr. Alexan.conſ.103.nu.
15.lib.1.& conſ.92. perſpectis nu.17. vol.6. Me-

noch.de præſumpt.præſumpt.144.num.2.lib.3.
Peralta in l.3. §.qui fideicommiſſam num.88. de
hæredib.inſtituend.Cæphal.conſ.39.nu.44.vol.1.
Roland.à Valle conſ.27.num.14.lib.1.Marc.Ant.
20 Eugen. conſ.76.nu.170.lib.1. † & hoc à fortiori
in pœnis,quæ nō incurruntur, vbi à iure non di-
ſponitur , vt authoritate dictæ gloſſ. magnæ tra-
dit Nauar. conſ.2.de renunc. num.5.& conſ.13.
de præbend. an habens num.3. & conſ.10. de ſi-
monia incipit patronus num.3.& d.conſ.25.de
priuileg. eod.num. Gloſſ. magna in cap.1. de ſa-
gittarijs,Bald.num.4.in l.1.C.de legib. Rebuff.in
repet.rubricæ de reſcript. num.1. verſ.*item in*
dubio, Additio 1. ad Abbat. in d.cap. ſi diligenti
21 num.18. † quia propter vnum quodque tale,&
illud magis,auth. multò magis C.de ſacroſ.Eccl.
Bald.in l.petens num.33.C.de pact.l.quia paren-
tis iuncta gloſſ.ff.ſolut.matrim. l.fin.C.de inſtit.
22 & ſubſtit.Ariſtot.lib.1.poſterior. † nàm in pœ-
nalibus mitior debet interpretatio fieri, l. inter-
pretatione, & l.ſi præſes ff.de pœnis, cap.pœnæ
de pœnit. diſt.1. gloſſ. verbo *proferre* in d.auth.
de non alienand. §.quia verò veroſimile collat.2.
Couar.in cap.alma mater 1.par.relect.§.8. nu.5.
de ſentent. excommun. lib.6. quibus non incru-
23 ditè fauet Iſei Rhetoris Græci ſententia , † qui
ſeueras leges eſſe ponendas , ſed eas latiùs , ſiuè
mitiùs coercere debere,quā præcipiant,aſſeruit;
24 † quo nomine Marcus Antoninus Philoſophus
Cæſar laudatur,cui mos erat omnia crimina mi-
nori ſupplicio, quàm legibus plecti ſolent puni-
re,vt tradit Iulius Capitolin.in eodem,Menoch.
de præſumpt.lib.6.præſumpt.4.num.33.Deciſio
25 Pedemontana 70. num. 67. † nec vacatio bene-
ficij ipſo iure inducta in vno caſu debet extendi
ad alium,etiàm ex identitate rationis,iuxta gloſ.
ſingularem,& receptam in cap.1.verbo *Italiæ* de
temporib.ordin. lib.6.& Ant. de Butrio in cap.
fin.de conſuetud. Nauar. d.conſ.13. num.3. de
præbend. facit l.at ſi quis §.Diuus ff. de relig. &
ſumpt.funerum,gloſſ.in clem.2. verbo *ſuſpenſus*
de vita,& honeſt. clericor. Rebuff.in repet.cap.
poſtulaſtis notab.4.nu.42. de cleric.excommun.
miniſtrante,iunctis ijs,quæ tradit Menoch.lib.2.
de arbitrar.Iudic. caſu 439.nu.25.& ſeq. Nauar.
conſ.17.num.3.de tempor.ordinat. Tiraquell.in
d.l.ſi vnquàm,verbo *reuertatur* num. 303. Praxis
Archiepiſc.Neap.Genuenſ.cap.64.nu.9.
26 † Faciunt etiàm in confirmationē huius par-
tis,quòd pœna antè ſententiam nec in conſcien-
tia obligat , nec Fiſco , aut cauſam habenti ab eo
debetur, l. aliud §. inter mulctam ff.,de verbor.
ſignific. l.ex iudiciorum ff.de accuſat.& l.ſi qua
pœna ff. de verbor.ſignif.Bart.in l.auſertur §.Fi-
ſcus ff.de iure Fiſci, Roland.à Valle conſ.77.ma-
gnificus num.2.vol.4. gloſſ.verbo *cum augmento*
in cap.fraternitas 12.quæſt.2. Didac.Couar.in 4.
decret.2.par.cap.8.§.5.num.8.Nauar.conſ.92.de
ſimon.num.3.
27 † Secundò, quia indignus non perdit ipſo iu-
re; ſed per ſententiam,iuxta gloſſ.ordinariam in
l.his conſequenter §.1.ff.famil.erciſc. ſecundùm
quod eam notat Bald. in l. codicillis §.matre ff.
de legat.2.& in l.hæreditas nu.7. C.de his, quib.
vt indign. Peralta in l.ſi Titio nu.12. ff.de legat.
2.Carol.Ruyn.in l.1.num.81. ff.de vulgar.& pu-
pillar. ſubſtit. per l.ex facto §.Iulianus eodem
titulo.
28 † Tertiò,quòd Scholaſtici etiàm ſi in crimen
inciderint , ob quod etiàm ipſo iure priuentur
ſuffragio circa cathedram, interim dùm ſenten-
tia non fertur,ferre ſuffragium poſſunt, vt reſol-
uit Molina 1.tom.de iuſtit. diſput.96. verſ.*idem*:
29 † nàm quiſque non dicitur talis , quoùſque non
eſt pronunciatus pro tali,vt poſt Socc.conſ.101.
præſtantiſſimè Doctor cn l.3.Azeued.in l.1.tit.4.
lib.4.recopil.num.61.in fine, Hippol. de Marſil.
conſ.53.miſericordia Domini num.17. qui num.
30 ſequenti inſert, † notorium crimincſum non
eſſe propterea depoſitum à dignitate,vel officio;
ſed ſententiam requiri,ſecundùm Innoc. nu.12.
in cap.qualitèr, & quandò de accuſat. Bald. in l.
athletas §.calumniator nu.7.ff.de his, qui notan-
tur infamia,& ità clericum homicidam non per-
dere beneficium , niſi poſtquàm fuerit condem-
natus de homicidio ex Innoc. in d.cap.cùm no-
ſtris, & Bald. vbi proximè tradit Hippol. nu.19.
31 † & ꝙ magis eſt, quòd homicida licèt non poſ-
ſit exercere beneficium , cum eo tamèn litigare
conceſſum eſt,& condemnatus de homicidio,nō
eſt beneficio priuatus , niſi per ſententiā decla-
retur, Innoc. in cap.qualitèr, & quandò,gloſ.ſu-
per verbo *ad denunciationem* ibi *credimus tamen,*
quòd ex quo de accuſat. Felyn.in cap.inquiſitio-
nis num.7. ad finem eod.tit. Rebuff.reſponſ.59.
verſ.*ſecundo*,itaquè poſſe agere contra poſſeſſo-
rem,vt poſt Abb.in cap.item cùm quis colum.3.
num.9.de reſtit.ſpoliator.Iacob.Puteus lib.2.de-
ciſ. 232.
32 † Quartò,quòd ſi quis commiſit aliquod cri-
men, ob quod priuādus eſt bonis,debitores poſ-
ſunt interim, & antè ſententiā ei ſoluere, vt tra-
dunt Gloſſ. & Doctores in cap. cùm ſecundùm
leges de hæret.in 6. Cantera in quæſtion.crimin.
cap.1. de hæret. num.17.& ſeq. Tiraquell.in l.ſi
vnquàm verbo *reuertatur* num. 365. C. de reuoc.
donatio.
33 † Quintò facit, quod in proprijs terminis cō-
ſuluit Nauar. conſ.43.de homicid. nu.1. & conſ.
92.de ſimonia nu.2.homicidam non perdidiſſe
ipſo iure Canonicatum, quem antè homicidium
legitimè quæſiuerat ex d.cap.clericis, nè clerici,
vel monachi, Innoc.Felyn.& alijs ſupra adductis,
Emanuel Rodriq.in ſumma caſuum conſcientiæ
par.1.cap.164.nu.4.& cap.165.vbi reſoluit,quòd
clericus homicida non remanſit ipſo facto priua-
tus beneficio,ſed neceſſarium eſſe,quòd per ſen
tentiam Iudicis priuetur,Couar.in clem.ſi furio-
ſus de homicid.2.par.§.3.nu.6. Nauar.in d.cap.ſi
quandò,except.9.de reſcript.Capella Tholoſana
34 deciſ. 208. † ſecundùm quos non obſtat deciſio
Concilij Tridentini ſeſſ.14. de reformat. cap.7.
quod de voluntario homicida ſolùm dicit,non
poſſe de nouo accipere beneficium abſquè di-
ſpenſatione poſt homicidium commiſſum, ideò
Ioan.Bapt.Ferret. conſ.89.num.3. ait,quòd cle-
ricus homicida in tantū habet ius in beneficio ſuo
antè priuationem , quod vacat per ipſius mor-
tem , & non per priuationē ſequutam poſt eius
obitum.

Sextò,

Sextò & quia intantum eſt verum, quòd ho-
micida non eſt priuatus beneficio antè ſenten-
35 tiam, † quòd interim nec fructus illius amittit;
ſed eos poteſt exigere, vt ſe alat,& in alios iuſtos
conuertat effectus, vt poſt Innoc.in d.cap. cùm
noſtris num.1. de conceſſ. præbend. dùm tenet,
homicidam , & irregularem licitè tenere digni-
tates ſuas, quoùſque renunciet, vel deponatur ,
vt per Imol. & alios ibi ; nàm ex hoc clarè vult
Innoc.quòd non tenetur fructus reſtituere, quia
eſt conſequentia legitima , poteſt retinere licitè
beneficium , ergò & fructus ab eo perceptos, vt
poſt Cardin.in clem.conſtitutionem §.cæterùm
in fine de elect. Specul. à ſe allegatum tradit Fe-
lyn.in cap.de quarta num.33. de præſcript. Na-
uar.conſ.3.de vita,& honeſt.cleric. nu.1. Eman.
Rodriquez vbi proximè, Ferrat.cautel.44.Plaza
cap.11.de delict.num.3.& 8.& ſentit gloſſ.à ne-
mine allegata in Auth.de inceſtis nuptijs §.1.ver-
bo *imminere* in fine , Vela vbi proximè num. 30.
plures adducti per Caualc. deciſ.Fiuizan.44. nu.
12.& ſeqq. reſoluentem , beneficiatum inquiſitũ
de delicto non perdere fructus beneficij,lite du-
rante,& conductorem ei legitimè ſoluere,ſi à Iu-
dice non ſit ei prohibitum, Corneus in l.1. C.de
his,quibus vt indign.Couarru.in 4.decret.2.par.
cap.6.§.8.num.7. Ioan.Igneus in repet.l.neceſſa-
rios §.non aliàs num.14. ff.ad S. C. Syllan. Boer.
deciſ.98.num.4.Additio ad Bernard.Diaz d.cap.
97.verſ.ex *quibus*,Rebuff.reſponſ.82.& ideò cla-
rum eſt , & euidens, quòd Licentiatus Muñoz
Prouiſor Conchenſis non potuit de iure declara-
re , quòd Matthæus de Caſtro amiſerat benefi-
cium à die mortis Andreæ Bermexo , cùm antè
ſententiam tranſactam in rem iudicatam priuan-
tem illum beneficio , licitè illud de rigore iuris
detineret .

Nec eſt alicuius conſiderationis fundamentũ
D.Alphonſi dicentis,homicidium commiſſum
per Matthæum de Caſtro fuiſſe voluntarium, &
proditorium ; nàm nec certum eſt in facto , nec
ex ſolo homicidio voluntario quis eſt priuatus
36 beneficio antè ſententiam; † nàm vt in proprijs
terminis Aufrer.in deciſ.quæſtionis 208.Capellæ
Tholoſanæ ait , fuit quæſitũ,an beneficiatus ho-
micida voluntarius ipſo iure amittat ſua benefi-
cia, & refert, Collectarium tractaſſe in allegato
cap.inquiſitionis de accuſationib. & fuiſſe con-
cluſum ex iuribus per eum allegatis, quòd non
amittit niſi per ſententiam,ex allegato cap.in li-
teris in fine,de exceſſib.prælator. Ioan.And.poſt
Innoc.in cap.cùm noſtris gloſſ.verbo *vacat* de
conceſſ. præbend. & ibidem Andr. Sicul. idem
Aufrer.quæſt.437.num.5. Felyn.in cap.2.verſic.
videmus num. 3. & in cap. ſciſcitatus num.1. de
reſcript. Couar.in d.clem.ſi furioſus 2.par. §.3.
nu.6. in fine, & eſt communis opinio, teſte Hie-
ronym.Gabriel.conſ.196.nu.4.vol.1.& ità Ioan.
Igneus in allegata l.neceſſarios §.non aliàs 1. le-
ctura num.123.ff.ad S.C.Syllanian.aſſerit, quòd
omnes ferè Canoniſtæ, & Legiſtæ tenent hanc
opinionem , & magis communem , & ità tradit
Iulius Clarus d. §. homicidium nu.21. ad finem,
Bernard.Diaz addit. d.cap.94. & hæc eſt veritas
etiàm in homicida inſidioſo, cap. clericis,ne cle-
rici, vel monachi, & per eum, & dictum cap. ex
ex literis Ioan. Coraſ. in paraphraſi ſacerdot.1.
par. cap.10. num.3. & ſi huiuſmodi homicidam
ſacri Canones adeò deteſtantur , vt vix cum eo
Papam diſpenſare poſſe velint, cap.miror 57.di-
ſtinct.Panorm.in cap.ſicut dignum de homicid.

Quod eſt magis certum in caſu noſtro , nàm
probatum eſt, quòd Matthæus de Caſtro irrita-
tus offenſionibus ei factis,pugnis,& violenta ma-
nuum iniectione ſibi facta per dictum Andreã ,
& eius fratres , qui ei minati fuerant de eo oc-
cidendo, inſidiaſq; ad id fuerant moliti, cùm eſ-
ſent inferioris qualitatis,ſcilicet ignobiles,dictus
verò Matthæus perſona nobilis,& clericus bene-
ficiatus,ſolùm egit,vt ſuo honori cõſuleret,per-
cutiendo baculo dictum Andream principalem
offenſorem,& quandò non fuiſſet ità certum ,
37 proùt eſt, debebat ità præſumi; nàm homicidiũ
præſumitur potiùs caſu commiſſum,& fortuitò,
quàm data opera , vt poſt Soccin.ſenior. à ſe alle-
gatum tradit Menoch.lib.5. de præſumpt. præſ.
2.num.29.quibus fauent adducta per Iaſon.in l.
lex num.23.ff.de legib.gloſſ.& DD.in l.1.C.ad l.
Cornel.de Sicar. Cæphal.conſ.206. pro homici-
38 dio num.11.qui num.10. tenet, † quòd qualitas
animi deliberati non præſumitur; ſed eſt pro-
banda per eum,qui eam aſſerit ex regula l.2. ff.
de probat. l.qui accuſare, l. actor C.de probat.
& l.1. in princ. tit.14. par. 3. eum adductis per
Couar.in cap.alma mater 1.par.relect. §.1. nu.5.
verſ. *tertia ſpecies* de ſentent. excommun. lib. 6.
Ioſeph Ludou.concluſ.vnica de probat. Menoc.
in terminis lib.2.de arbitr.Iudic.caſu 361.nu.4.
39 † Et cùm ſoli Deo cognitum ſit cor hominis,
nota volũtas, & animus,cap.nouit de iudic.cap.
nobis, cap.tua nos, cap.ſicut tuis de ſimonia, &
cap. etſi quæſtiones, vbi gloſſa verbo *intentione*
eod.tit.cap.conſuluiſti 2.quæſt.5. Bald.in quæſt.
de ſchiſmate poſita conſequutiuè ad titulum C.
de edicto Diui Adriani tollendo,Tiraquell.in l.ſi
vnquàm, verbo *reuertatur* num.295. C.de reuoc.
donat. nàm vt Ieremiæ cap.17.ſcribitur: *prauum
eſt cor hominis , & inperſcrutabile , quis cognoſcet
illud*, Ioan.Andr. nu.9. in d.cap. & ſi Feuarden-
tius ſuper Ruth.cap.1.ſect.8.in princ.Peguera
40 in deciſ.crimin.cap.14.num.18. † nec homines
poſſunt diuinare, cap.Beatus Paulus 22.quæſt.2.
cap. vt noſtrum , vt eccleſiaſtica beneficia , l. ſi
putator in fine ff.ad l.Aquiliam, Menoch. lib.5.
de præſumpt. præſ.40. num.2. Abb.in cap.illud
num.9.de præſumpt.Gomez.reg.cancell.de an-
41 nali , quæſt. 10. † cùm & animus difficilis pro-
bationis ſit, vti Pariſius tradit conſ. 79. num.11.
lib.4. Menoch. lib.2. de arbitr. Iudic. caſu 116.
num.18.Roland.à Valle conſ.11.omiſſo num.11.
vol.3.Ioſeph Ludouic.deciſ.Lucenſi 4. num.46.
42 † ad eius interpretationem certam eſt recur-
rendum ad coniecturas,vt tradit Bald.in l.ex ſe-
miſſe nu.2.ff.de acquir.hæred. Paul.Caſtr.conſ.
29.num.16.lib.3.Florian.in l.ſi ſeruus plurium §.
ſi numerus num.3.ff.de legat.1.Tiraquell.de re-
tract.lignagier §.1.gloſſ.8.num.26. Boer.conſ.4.
nu.3.Rojas tract.de hæretic.nu.331. 1.par.
43 † Et defectus voluntatis , & animi occidendi
colligitur , animaduertendo inſtrumentum, quo
Mat-

Digitized by Google

Matthæus Andream percuſſit, erat enim ligneũ,
& non ferreum, ex cap.ſignificaſti 2. de homic.
cuius deciſionis prçter Doctores ibi ad hoc me-
minere Bald.in l.ſolam num.13.C.de teſtib.& in
l.cùm mandati 12.num.1.C.mandati, Alex.conſ.
140 videtur in caſu num.3.vol.2.text.in l.1.§.ſed
ſi claua ff.ad l.Cornel.de Sicar.l.eum, qui C.eod.
tit.l.1. C. de emendat. ſeruor. & l.equos, & ibi
Bart.C.de curſu publico lib.12. Alciat. lib.1.di-
ſpunctio.cap.17.Couar.in clem.ſi furioſus 1.par.
relection.§.1.num.1.de homicid.Iulius Clarus d.
44 §.homicidium nu.4. † pro quo facit, quòd per-
cutiens aliquem baculo, non tenetur de vulnere
lethali: quia non præſumitur habuiſſe animum
occidendi, vt tradit Bald. quem refert, & ſequi-
tur Felyn.in d.cap.ſignificaſti num.11. Paul.Ca-
ſtrenſ.conſ.277.in cauſa incarceratorum num.3.
vol.2. Hippol.de Marſil.in l.1.nu.2. C.ad l.Cor-
nel.de Sicar.& in ſingul.176. Aym. conſ.205.nu.
5. in fine, Menoc.de præſumpt.lib.5.præſumpt.
45 40. num.9. Thom. Gramat. conſ.20. nu.4. † &
ex qualitate inſtrumenti non apti ad mortem
inferendam poteſt apparere, quòd mandans oc-
cidendi animũ non habuit, Bald.in d.l.cùm man-
dati verſ.*ſed ſi non erat aptum*, Auguſtin.in Addi-
tione ad Angel. in tract. maleficior. verbo *man-
dator* quæſt.21. Iaſon in l.ſi quis mihi bona §.ſed
quid ſi mandauit num.17. ff.de acquir.hæredit.
& in l.1.num.30.limit.3.C.de ſeru.fugitiu. Ant.
Gabr.lib.7.concluſ.2.de criminalib.nu. 53.Hip-
pol.de Marſil.conſ.68.incip.Domine Deus, num.
29.& 30. Gramat.voto 23. Marta tom.2. tit.ho-
micid. cap.11.

46 † Et in proprijs terminis, quòd quãdò aliquis
exiuit animo baculo percutiẽdi, ſeu ligno aliquẽ
offendẽdi, & ſi mors ſucceſſerit, nõ teneatur tan-
quàm de homicidio voluntario, & ex propoſito
deliquerit poſt Paul.de Caſtro d. num.3. verſic.
nunc ad propoſitum, tradit Auguſtin. in addit.ad
Angel. d.tract.de malefic. verbo *dictus Andreas
armatus* num.5. Hippol.vbi proximè num.20.&
47 d. ſingul. 176. Iaſ. proximè relatus, † quod eſt
verum, etiàm ſi in capite offenderit cum baculo:
quia non præſumitur animus occidendi, ſi fere-
bat enſem, aut aliud genus armorum ferreum, &
non ferijt cum illo; ſed cum baculo, aut ligno,
benè tradit Hippol.de Marſil.in l.1. §.Diuus nu.
39. verſ.*benè fateor* ff.ad l.Cornel.de Sicar.dicẽs,
quòd ſi is, qui baculo percuſſit, potuit ferro, quo
baculus, vel haſta armata erat, vulnerare, & ta-
mèn ſolo baculo percuſſit, & ſi in capitis parte
valdè periculoſa, non colligitur occidendi ani-
mus, quam doctrinam latè comprobauit idem
Hippol.ibidem à num.27.& in l.1.nu.49. C.ad l.
Cornel.de Sicar. & d.conſ.67. nu.37. ponderans
hæc verba: *nàm dictus do.Bernar. & ſocij habe-
bant ad latus arma captu facilia, vt dixi. & tamèn
percuſſerunt cum baculis*, Menoch. d.præſumpt.
40.nu.12. Carrer.in pract.crimin. §.2. homicidij
ſpecies poſt nu.32. verſ. *ſed poſterior verò opinio*,
Maſcard. concluſ.864. num.10.Thom. Gramat.
voto 23. num.10. Iulius Clarus d.§. homicidium
num.4. Bald.in l.ſed etſi quemcumque, §.ſi ma-
giſter ff.ad l.Aquiliam, & Doctores in l.eum, qui
C.ad l.Cornel.de Sicar.facit bonus text.in l.om-
ne delictum §. ſi quis commilitonem ff. de re
48 milit. † quod ampliant Doctores in eo, qui fe-
rit cum pomo enſis, cùm enſe potuiſſet ferire,
nàm animum occidendi habuiſſe nõ videtur, ſe-
cundùm Hippol. d.conſ.67.num.13. & in d.l.1.
num.34.Menoch.vbi proximè nu.13. Iul.Clarus
d.num.4. nàm teſtes, qui deponunt, Matthæum
de Caſtro percuſſiſſe baculo dictum Andream
dicunt, quòd eodem tempore habebat ſicam, qua
vtique percutere potuiſſet, ſi animum occidẽdi
habuiſſet, imò addunt, quòd die præcedenti caſu
cùm à venatione rediret dictus Matthæus, &
portaret ſclopũ, & ſi illi in via occurriſſet dictus
Andreas, noluit illum occidere; imò addunt te-
ſtes, ſe pro certo habere non habuiſſe animum
occidendi: nàm cùm primùm ei renunciata fuit
illius mors, nedùm condoluit; ſed tenerè, & ama-
rè fleuit, affirmãs, noluiſſe illum occidere, euen-
49 tuſq; aduerſi ſatis ſe pœnitere; † nàm dixiſſe
nemo præſumitur, quod mente non agitauerit,
l.Labeo §.idem Tubero ff.de ſupellect.legata, &
l.nepos Proculo ff.de verbor.ſignific.Bald.nu.6.
in l.noſtram C.de teſtament.Couar.in cap.alma
mater 1.par.relectio.§.10.num.12. de ſenten.ex-
commun.lib.6.& quia vt dicit Paul.de Caſtro d.
conſ.277.num.3. *ſi diſpoſuiſſent ipſum interficere,
alia arma cœpiſſent*, l.1. §.*Diuus ff.ad l.Cornel. de
Sicarys*, *intendebant ipſum caſtigare*, *non mortifi-
care*. Et idem poteſt dici de Matthæo de Caſtro
in caſu, de quo agitur, & quòd mors prædicta
non fuit præmeditata, aut voluntaria; ſed merè
50 caſualis; vndè ſuccedit regula, † quòd illa, quæ
caſualitèr fiunt, & non ex propoſito, non ſunt in
conſideratione, vt in l. huiuſmodi 86. §.legatum
eſt ff. de legat.1. vbi doctè Paul. de Caſtro nu.3.
Petrus Maureus deciſ.Lituanica 3. nu.109, Boer.
deciſ.13.num.51.l. Titius ff.de actio.empt.Abb.
num.9. in cap.Rodulphus de reſcript. l.generali
§.vxori ff. de vſufruct. legat. proùt eam inducit
Abb.conſ.62.in controuerſia nu.10.2.par.melior
text. in l.quæſitum 76. §.vlt. ibi, *nec quæ caſu ibi
fuerunt*, *legata exiſtimantur* ff. de leg. 3. Hippol.
d.conſ.67.num.47. qui alijs hoc ſequentibus nu-
meris confirmat.

Et cùm dictum homicidium nõ fuerit volun-
tarium; ſed caſuale, multò minus dici debebit
51 fuiſſe proditorium, aut aleuoſum: † nàm quan-
dò id, de quo magis ineſſe videbatur, non ineſt,
nec id, de quo minùs inerit, cap. licèt vniuerſis,
vbi gloſ. verbo *multò minus* de teſtib. l.1. C. de
negot.geſt. l.nec ex vera C.de acquiren.poſſeſſ.
Bald.in l.ſi emancipati num.1. C.de collat. gloſſ.
verbo *multò fortiùs* in c. cùm in cunctis in princ.
de elect. Euerard.in locis argumentorum, loco à
maiori nu.1. Ariſtoteles lib.3. Topicorum, DD.
52 in d. l. nec ex vera. † Et huiuſmodi argumentũ
habet locũ in delictis, & illorum pœnis, l.ſi adul-
terium cum inceſtu §.liberto ff.ad l. Iuliam de
adulter. Bald.num.2.in l.ſi quis non dicam rape-
re C.de Epiſcop.& cler.Hippol.de Marſil.conſ.
54. Diuini Numinis nu.6.& 7.vol.1.Euerard.vbi
proximè num.2.

53 † Et quòd hoc ſit verum, comprobatur, ſi ani-
maduertimus, quòd homicida proditorius dici-
tur ille, qui (cùm, aliqui eſſent amici, inter quos

non

non fuerat rixa) offendit alium,qui ſub amicitia
viuebat ſecurus,vt ꝓbat tex.in l.propter inſidias
C.qui accuſare non poſſunt,& in l.4. ff.ad l.Iul.
maieſt.& io l.fin.C.de delatorib.lib.10.& in cap.
ſi cupis 16.quæſt.1.& in cap.clericus 46.diſtinct.
& ibidem DD.Anton.Gomez 3.tom.variar.cap.
3.de homicid. verſ.*aduertendum*, Ioan. Guttier.
lib.1.practicar.quæſt.2.num.3.

Et quia,vt deponunt Gabriel de Belamazana,
& alij teſtes poſt rixã, in qua Andreas Bermexo,
& illius fratres offenderunt dictum Matthæum
de Caſtro ; idem Andreas minatus fuit , quòd
etiam ſi die ſequenti fuiſſet ſuſpendendus furcis,
erat illum offenſurus, & ita debuit etiàm ipſe
cautus incedere , nè quod alij erat minatus, illi
54 eueniret, † pro quo eſt pulchra deciſio Bart. in
l.reſpiciendum §.delinquunt ou.1. ff. de pœnis,
dicentis,quòd ſi eſſes mihi inimicus,ità quòd eſ-
ſet rancor inter te , & me, licèt à retro percutiã,
tunc te proditoriè nõ percutio : quia illud,quod
facio,in actibus oſtendebam,ſcilicèt me tibi de-
ſeruire velle, d.l.fin.C.de delatorib.lib.10. Petr.
Gerard. ſingul.14. Cæphal. conſil.57. videbatur
num.13.vol.1.Bald.in cap.1.in princ.nu.16.qui-
bus modis feud.amitt.in vſib.feudor. Felyn. in
cap.1.io princ.de homic.& ibi Anchar. Burg.de
Paz conſ.22. nu.15. Angel.Aretin.in §.interdùm
nu.6. Inſtit.de hæredit. quæ ab inteſt. deferunt.
& tract. maleficiorum verbo *fecit inſultum*, verſ.
& benè nota, Gomez.3.tom.variar.cap.3.num.5.
vbi Additio poſt Igneum l.ſi certus §. ſi vnus ex
dominis num.24. ff.ad S.C.Syllan. dicit meritò
hanc Bart.doctrinam per Doctores receptam,
ſiquidèm veriſſima eſt , & vulgò frequentèr ap-
55 probata; † nempè quia ille eſt proditor,qui vnũ
actu oſtendit,aliud verò mente gerit ex text.in l.
1.ff.de præuaricat.Anania conſ.44.in quæſt. col.
1.Alexand.conſ.92.perſpectis nu.18.vol.6. Bald.
in auth. itèm nulla communitas C. de Epiſc. &
cler.Bellacomba inter commun.Doctorum opi-
niones tract.de feudis tit.8. quib.ex cauſis feud.
amitt.nu.132.verſ.*quis autem*,quod ſatis conſtat
ex l.omne delictum §. exploratores, & in l. pro-
ditores ff.de re milit.l.3.tit.27.l.1.tit.2.par.7.l.
77.Stili,& l.4.tit.23.lib.8.recopil.ibi,*ſaluo ſi ma-
tare à ſu enemigo conoçido*. & ibi , *o ſi lo matare
por ocaſion,no quiriendo matarlo,* quæ iura in hac
parte ponderat Burgos de Paz vbi proximè nu.
26.confert Demoſthen.in orat.aduerſus Midiam
verſ.*nàm eſt inimicus*.

56 † Confirmantur prædicta,nàm vltrà quòd iu-
ra præſumunt,homicidium potiùs factum fuiſſe
ad defenſionem, quàm vindictæ cauſa, vt tradit
Angel.Aretin.in §.ius autèm gentium nu.3.verſ.
in dubio Inſtit. de iure naturali ex l. meritò ff.
pro ſocio,Bal.conſ.195.an vulnus vol.1.Corneus,
quem refert, & ſequitur Decius conſil.459. viſis
eleganti conſilio nu.4.& conſ.678.nu.7.tom.2.

Quàmuis dictus Matthæus grauitèr prouoca-
tus dictis iniurijs,& offenſionibus,tanquàm per-
ſona nobilis voluiſſet ſe , & honorem ſuum exo-
57 nerare, erat excuſatus; † nàm prouocato parci-
tur, l.qui cùm maior §.ſi libertus verſ.*ignoſcendũ*
ff.de bonis libertorum, clem.1.de homic. Hip-
pol.de Marſil.conſ.108.num.8.& conſ.137.nu.6.
58 vol.2. † aliàs famam,& honorẽ ſuum oneratum
negligens,crudelis videretur,cap.nolo 12.quæſt.
1.cap. non ſunt 11.quæſt.3. & notatur in cap. ſi
quis præsbyter de purgat.canon. Marc.Ant.Eu-
gen. conſ.90.num.52.lib.1. Cæphal.conſ.57. vi-
debatur num.5.tom.1. Abbas in cap.magnæ nu.
13. de voto, nàm vt Cicero Philippica 3. ait, *ad
decus, & libertatem nati ſumus , aut hæc teneamus,
59 aut cum dignitate moriamur;* † nec minor eſt ho-
noris,aut detrimenti famæ timor, quàm mortis,
l.iuſta ff.de manum.vindict.Crauetta conſ.2.nu.
18. l. Iulianus ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ,
l.4. tit.13.par.2. Iaſ.in l.reprehendenda notab.3.
C.de inſtitut.& ſubſtit. Redin.de maieſt. Princ.
in verbo *non armis* num.121. Cæphal.vbi proxi-
mè num.5. Menoch. lib.5.præſumpt.49.num.6.
& ità clatum eſt,quòd non obſtante dicto homi-
cidio potuit vſque ad ſententiam tranſactam in
rem iudicatam, qua priuaretur beneficio , illud
reſignare in manibus ſuæ Sanctitatis.

60 † Primò,quia accuſatus de homicidio,vel alio
crimine , ob quod priuandus veniebat per ſen-
tentiam , poteſt beneficiũ ſimplicitèr reſignare ,
etiàm vſquè ad concluſionem in cauſa ex cap.
dudùm lo ſecondo, de elect. cap.per tuas in fine
de ſimonia, cap.ex literis,& cap.fin. de exceſſib.
prælator.ſentit gloſſ.notab.in cap.2.verb.*finita*
circa medium,vt lite pendente lib.6. Staphil. de
ſignatura iuſtit. cap. *ſubrogatus an teneatur iuſti-
ficare, &c.* num.16. Deciſ.Rotæ 5. tit.de re iud.
in antiquis,Chaſſan.cõſ.44.nu.22. Pet.de Braxio
in tract. electìon.2.par. cap.30. Carrer. io praxi
61 crim.§.circà primum nu.22.& ſeq. † qui ſolùm
excipit aſſaſſinum , aut parricidam, Boer. deciſ.
206,num.3. Probus in addit.ad Ioan.Monach.in
cap.ad Apoſtolicæ nu.10.de re iudic. lib.6.idem
Boer.deciſ.205.num.7.Rebuff.io praxi benefic.
tit. de modis amittẽdi beneficia nu.51. cum tra-
ditis per eum in declarat.feudor.num.44. poſita
in volumine variorum tractatuum, meliùs in re-
petit.cap.poſtulaſtis nu.44.de cleric.excom. mi-
niſtr.& de pacific.poſſeſſor.num.261.Pariſ.eod.
tract.lib.4.quæſt.3.num.9. Plaza de delict.lib.1.
cap.11. num.2. Didac.Perez in l.1.tit.9.lib.2.or-
dinam. gloſſ.2. verſ.*undè infertur*, Prob. ad Mo-
nac.in cap.alma mater de ſent.excommun. in 6.
num.6. Plaza in epitome delict. 1. par. cap. 21.
num.3.Ioan.Vela de delict.cap.15.num.29.& ità
Cæpoll. cautel.44.dixit, & conſuluit accuſato de
homicidio,aut alio crimine, ex quo ſequi poſſet
ſententia priuationis beneficij,quòd illa non ex-
pectata renunciet.illud,vt euitet infamiã,& pœ-
nas , quas ſi condemnaretur ex illo , incurreret
cap.cùm te,de re iudic.quam cautelam etiàm aſ-
ſignauit Felyn. num.4.in fin. in d.cap.inquiſitio-
nis, Anton. de Butrio in cap.dudùm 54.num.72.
de elect. gloſ.in pragmat.ſanctio. tit.de collatio.
§.item inſupèr verbo *diſponere* verſ. *nàm poterunt
Monachus*, in cap.alma mater de ſenten.excom.
lib.6.num.6.ex gloſ.celebri d.verbo *finita* in cap.
2.vt lite pendente in 6. Ludouic. Gomez reg.de
anoali poſſeſſ. quæſt.42. nu.3. Chaſſan. conſ.44.
num.22.Anton.de Butrio conſ.43.Aufrer.ad Ca-
pell.Tholoſan. deciſ.436. Caualc.deciſ. Fiuizan.
44.num.12. Couar.in clem,ſi furioſus 2.par.§.3.
num.7.

62 num. 7. † quod in tantum eſt verum, quòd non
ſolùm reſignatio poſt concluſum in cauſa, ſed
etiam lata ſententia, ſi fuit ab ea in tempore ap-
pellatum, vt ex l. qui à latronibus §.fin. ff.de te-
ſtam. tradit Rebuff.in tract.de pacif.poſſeſſ.nu.
262. verſ. *& ſic poteſt*, Ioan. Coraſ. in paraphraſi
ſacerdot. 3. par. cap.6. num.14. ex Præpoſ. in
cap.ſtudeat 50.diſtinct. l.vnic.§.fin. ff.nil nouar.
appell pend. Ioan.Aloyſ.Ricc. in deciſ.Archiep.
Cur.Neap.214. num.1.& 3. par.2. pro quo facit
l.1.§ vlt.ff.ad S.C.Turpill.ibi : *quia prouocationis
remedio condemnationis extinguitur pronunciatiũ*,
Bart. ibi num. 1. in princ. l.furti 6. ff.de his, qui
notant. infam. Ioan.Andr. in cap.contractus nu.
4. de regul.iuris lib.6.Paul.de Caſtro conſ.1.nu.
29.vol.3. Iaſ.in l.1.num.5.C.de iudic. Florian.in
l. ſed ſi quis §. interdùm num.6. ff. de vſufruct.
63 † præſumptio rei iudicatæ ceſſat appellatione
pendente, Ioan.de Amic. conſ.26. num.8. Alex.
conſ.117. num.4. lib.7. d.l.furti 6. ff.de his, qui
notant. infamia, ibi : *ſed ſi furti, vel alijs famoſis
actionibus quis condemnatus prouocauerit,penden-
te iudicio, nondùm inter famoſos habetur*, Ioannes
Igneus in l.neceſſarios §.non aliàs nu.43.& ſeqq.
ff. ad S.C.Syllan. Oſaſc.deciſ.13. num.4. Franc.
Burſat. conſ.66.nu.2.Torreblanc.in epitom.de-
lictor.lib.3.cap.25.de appellat.num.6.
64 † Et procedit etiàm quàdò homicidium fuiſ-
ſet ex induſtria perpetratum, vt poſt Collectar.
in d.cap.inquiſitionis de accuſat. Auſter. quæſt.
208. tradit Rebuff.vbi proximè num.263.quia
etiàm in hoc caſu erit valida, & legitima,& ita
comprobat pluribus ex ſupra adductis num. 61.
Rebuff. reſponſ.59. verſ.2. Marta tom.6. tit.be-
neficium cap.57.
65 † Et eadem vera reſolutio militat, & locum
habet etiàm quandò reſignatio facta fuit in fauo-
rem certæ perſonæ; nàm eſt valida,vt contra Pa-
riſienſem in reg.cancell.18.num.55. relatum per
Couar. vbi proximè tenet Salzedo in additio. ad
Bernard. Diaz d.cap.97. verſ.*qua ratione*,dicens,
quòd ipſe non auderet à cõmuni opinione præ-
cedentibus numeris relata recedere : quia ſecun-
dùm eam ſæpiſſimè iudicatũ eſt in ſupremo Ro-
manæ Curiæ Prætorio,vt teſtantur Gambara de
author.Legati à latere lib.10.nu.337.Lancellott.
in tract.de attent. 1.par. cap.5.nu.7. Flam.Pariſ.
de reſign.benefic.3.par.quæſt.16.nu.8.Roſſinac.
de benefic. cap.10. num.5. pro quo eſt expreſſa
Rotæ deciſ.5. nu.4. verſ.*contrarium tamèn* tit.de
re iudic.in antiquior.& ità valida fuit reſignatio,
quàmuis facta in fauorem Petri de Caſtro eius
fratris.
66 † Quod confirmatur : quia non eſt reproba-
tum beneficium conferre,vel reſignare ad fauo-
rem conſanguinei benemeriti, vt ex D.Thomæ
ſentẽtia ſecunda ſecundæ q.10.art.5. & alijs à ſe
allegatis Couar. probat lib.1.variat.reſol. cap.5.
num.4 & renuncians hoc modo ſuo iure vtitur;
67 † & ità nullam facit fraudem, qui ſibi conſultu-
rus amico, vel conſanguineo renunciet, non vt
alteri noceat, q; in ſimili caſu ponderat Couar.
in d.clem.ſi furioſus 2.par. §.3. nu.7. verſ.*ceterũ*,
68 † & ita nõ obſtante præſũptione iuris aduerſus
reſignationes, renũciationes, aut permutationes
factas per ſenes, aut infirmos in fauorem nepo-
tum, aut conſanguineorum de beneficio pingui
cum tenui, non erit irritanda prouiſio, aut colla-
tio, vt decidit Rota deciſ. 2. de rerum permut.
in antiq. Ioan.Monach.in cap.vnic.eod.tit. lib.6.
vbi Ioan. Andr. & poſt Felyn. & Seluam tradit
Boer.deciſ.2.num.55. intelligens,quandò ille, in
cuius fauorem fuit facta renũciatio,idoneus eſt,
69 † & hanc opinionem vti benigniorem vtendo
Iureconſulti verbis in l.is, qui ſuis §.ſi ab ignoto
verſ. *ſiue autèm* ff.de manumiſſ. ſequendam eſſe
Boer.aſſerit, quia practica,ſtylus,& obſeruantia
Romanæ Curiæ admittit abſque aliquo ſcrupu-
lo,reſignationem coram ſua Sanctitate factam
etiam ad fauorem certæ perſonæ eſſe validã ex
70 omni parte, † quæ reſignatio conditionalis, ſeù
in fauorem appellatur,vt tradit Rebuff. in praxi
benefic.3.par.tit.reſignationes verſ.*de reſignatio-
ne conditionali* nu.1.2.14.& ſeqq. latè Iacob.Put.
lib.3.deciſ.Rotæ 158.nu.2.& 197. nu.5.& deciſ.
523. num.2. Mandoſ.reg 19.cancell. de infirmis
quæſt.16. num.71.allegans cap.ex parte *el primo*
cum gloſſ.verbo *omninò*, & verbo *dimittere* de
offic.deleg. Innoc.in cap. tua nos ad finem de ſi-
monia, Rebuff.de pacif.poſſeſſ.num.154.Caſſa-
dor.deciſ.3.de renunc. Abb.in cap.cùm vniuer-
ſorum de rerum permut. Mandoſ.de ſignat.gra-
tiæ verbo *reſignationes*,verſic. *in reſignationibus*,
71 Ioan.Gutier. conſ.42. nu.6. † in tantum quòd
licèt conferretur beneficium alteri, quàm ei, in
cuius fauorẽ eſt facta reſignatio,non valeret col-
latio,quia contra mandatum facta, gloſ. in cap.
olim,verbo *traditam* de reſtitut.ſpoliat.Iaſ.conſ.
162.col.4.volum.2.& argum.cap.vnic. de rerum
permut.Pariſ.conſ 19.ad reſolutionem colum.2.
vol.2.Rebuff.vbi proximè d.num.2.& num.16.
72 † aliàs eſſet auferre vni,& alteri dare,quod fieri
nequit contra ius gentium, l.ex hoc iure ff. de
iuſtit.& iure,& per gloſſ.in l.2. C.de precib.Im-
per. offerend.

Secundùm, quod non eſt conſiderabile dice-
re, quòd dictus Matthæus de Caſtro priùs fece-
rat mandatum ad reſignandum dictum benefi-
cium in fauorem Ioannis Valleſteros ſui Locum-
tenentis in ſeruitio illius,quod poſteà reuocauit,
dato nouo mandato ad reſignandum in fauorem
Petri de Caſtro ſui fratris,& quòd quidam illius
cognatus fecit quandam indemnitatem, in caſu,
quo dictus Ioannes aliquas feciſſet expẽſas, quia
certum eſt,quòd potuit reuocare primum man-
73 datum etiàm ſinè conſenſu dicti Ioannis; † nàm
conſtitutio Procuratoris ad reſignandum bene-
ficia poteſt reuocari antè reſignationem factam,
clem. vnic. de renunc. dummodò Procurator-
bus intimetur,vt ibi,& tradunt Rebuff. vbi pro-
ximè rubr.de reuocat.Procuratoris ad reſignan-
dum num.1. Couar.in pract. quæſtionib. cap.9.
nu.8.Bernard.Diaz reg.605.Boer.deciſ.207.nu.4
Rebuff. in concord.rubr.de ſublat.clement.lite-
ris gloſ.reſignatione verſ.*in primis*,& ideò nullus
ſcrupulus reſultat ex primi procuratorij man-
dati reuocatione,vt tradit Rebuff.in addit.ad re-
gul.cancell.46.de beneſ.in curia reſignatis 2.par.
& reſpon.4. verſ. *duodecimò*, quarè nullus ſcru-
pulus eſt,nec ſuſpitio in dicta reſignatione,quòd
fuerit

fuerit valida, & per conſequens gratia facta per
ſuam Sanctitatem dicto Petro de Caſtro, & col-
lationem factam per Epiſcopum D. Alphonſo de
Couarruuias non valuiſſe, nec poſſeſſionem, quã
illius prætextu cœpit dicti beneficij 4. Februarij
antè priuationem.

Nec etiàm obſtat ſecunda collatio facta pro-
ptèr cognitam nullitatem primæ ſub die 3. Maij,
cùm ſententia lata fuiſſet die primo illius: quia
eo tempore, & multò antè, ſcilicèt 12. Februarij
iàm fuerat admiſſa reſignatio per ſuam Sanctita-
tèm, & facta gratia dicto Petro de Caſtro, nec
Matthæus habebat beneficiũ, ſupèr quo potuiſ-
74 ſet cadere ſententia priuationis; † nàm reſignãs
beneficium, reſignatione admiſſa ſtatim ius ſuũ,
& poſſeſſionem perdit, cap. in præſentia de re-
nunc. gloſ. verbo *aſſignari* in cap. inter, de præ-
bend. Rebuff. reſponſ. 49. verſic. *itèm certo*, cap.
poſt tranſlationem §. rurſus de renunciat. dicto
cap. intèr, de præbend. & cap. quod in dubijs, de
renunc. Selua de benefic. 3. par. quæſt. 2. nu. 5. Re-
buff. in Reg. cancell. de public. reſignat. gloſ. 13.
num. 5. & reg. de infirmis gloſ. 10. nu. 3. Abb. in
cap. ſollicitè num. 10. de reſtitut. ſpoliat. Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed. 14. nu. 59. Rebuff. de
pacif. poſſeſſor. num. 144. in tantùm quòd poſteà
75 petere non poſſet ſine noua collatione, † cùm
beneficium ſine ea, vel canonica inſtitutione non
poſſit obtineri, cap. 1. de reg. iur. in 6. Octauian.
deciſ. Pedemont. 55. num. 4. Anton. de Butrio in
cap. in literis num. 24. de reſtitut. ſpoliator. Co-
uar. in reg. poſſeſſor 2. par. §. 10. num. 9. Nauar.
conſ. 6. de renunciat. num. 6. etiàm quandò reſi-
gnatio fit in fauorem certæ perſonæ, vt per Hie-
ronym. Gabr. conſ. 190. Petrus nu. 1. lib. 1.

76 † Et cùm legitimus Procurator dicti Matthęi
reſignationem feciſſet in manibus ſuæ Sanctita-
tis, certum eſt, quòd iàm beneficium vacabat
in Curia, vbi eſt Papa gloſſ. & Doctores in clem.
auditor de reſcript. gloſſ. & DD. in clem. 1. vt lite
pend. Rebuff. in d. reg. de publicandis gloſ. 2. nu.
1. Nauar. conſ. 12. de renunc. incip. dedit num. 2.
Rota deciſ. 1. de rer. permut. in nouis, Iacob. Put.
lib. 2. deciſ. 36. num. 2. idem Rebuff. in 3. par. pra-
xis beneficialis tit. de procuratore ad reſignandũ
conſtituto nu. 28. latè Couar. in pract. quæſtion.
cap. 36. nu. 4. Rebuff. reſponſ. 49. in princ.

77 † Et ideò cùm ſit certum, quòd omnia bene-
ficia vacantia in Curia ſunt reſeruata prouiſioni
Summi Pontificis, iuxta cap. 2. de præbend. lib.
6. Andr. Sicul. intèr Alexandri conſilia, conſil. 74.
viſo puncto num. 23. vol. 4. cap. præſenti de præ-
bend. lib. 6. Extrauagãti ex debito Ioannis 22. po-
ſita inter communes ſub tit. de electio. Gomez.
reg. de triennali quęſt. 31. à nu. 19. Mandoſ. reg. 5.
Cancell. de reſeruat. in præfat. Rebuff. in cõcor-
dat. rubr. de mandatis Apoſtolicis §. declarantes
verbo *comprehenſa*, & in praxi beneficiali 1. par.
78 rubr. de clauſulis mandatorum num. 42. † ea ra-
tione prouiſio beneficij de Buendia iàm reputa-
batur ratione reſeruationis inter fructus, & bo-
na Pontificatus, gloſ. in cap. cùm olim, verbo *ca-
pitulo* de maiorit. & obedient. clem. 1. vt lite pen-
dente, d. cap. 2. de præbend. in 6. Capell. Tholoſ.
quæſt. 3. nu. 6. & per Rebuff. in 1. par. praxis be-
neficialis in forma ſignaturæ, verbo *extra Roma-
nam Curiam*, Caſſad. deciſ. 3. de penſio. nu. 6.

79 † Nàm vltra, quòd ſola reſeruatio operaretur
ſuum effectum, & eſſet valida gratia ſuæ Sancti-
tatis, talitèr quòd nec D. Epiſcopus Conchenſis,
nec alius Ordinarius Collator potuiſſet illud be-
neficium conferre etiàm ſine decreti appoſitio-
ne, cap. Eccleſia el ſecondo, vt lite pendente, vbi
Papa irritum declarauit proceſſum factum poſt
auocatum negotium ad Romanam Curiam, non
virtute decreti, ſed ex eo ſolo, quòd illius præ-
deceſſor ſibi reſeruauerat cognitionem illius, vt
doctè ponderat Mandoſ. reg. 9. Cancell. quæſt. 4.
80 num. 3. † nàm ſufficit, legem, aut conſtitutionẽ
aliquid diſponere, & ſi ad decreta, & annullatio-
nes actus non procedat, ad hoc vt actus ſit ipſo
iure nullus, l. non dubium C. de legib. vbi Bart.
num. 2. Decius conſ. 502. ex duobus conſilijs nu.
1. tom. 2. cap. quæ contra ius de regul. iur. in 6.
Roland. à Valle conſ. 77. nu. 8. vol. 2. Mandoſ. vbi
81 proximè nu. 4. cuius ratio eſt, quia † omnes re-
ſeruationes conſeruant reſeruanti ius ſuum illę-
ſum, l. itèm Labeo §. 1. ff. famil. erciſc. cap. cùm
venerabilis circa finem de except. quem notat
Pariſ. conſ. 102. non agitatur num. 26. lib. 1. Bald.
in l. terminato C. de fructibus, & litium expenſ.
Crau. conſ. 29. n. 8. Ceph. cõſ. 236. iuribus nu. 17.
tom. 2. Burgos de Paz conſ. 2. nu. 52. qui numero
82 præcedenti dixerat, quòd ea, † quæ ſemel ſunt re-
ſeruata, & affecta perpetuò durãt vt reſeruata, &
affecta, vt tenet Bellam. dec. 425. incip. ſi Papa, &
Bernard. de Biſignetto deciſ. 9. tit. de præbend. in
83 antiq. nu. 1. Rota dec. 20. de præb. in antiq. † atq;
ità ſub generali prouiſione nõ veniunt, & ſupèr illis
alij inferiores manus apponere non poſſunt, c. 2.
de præbend. lib. 6. Pariſ. conſ. 10. nu. 2. vol. 4. Hie-
ronym. Gabr. conſ. 182. quoad num. 6. & 7. lib. 1.
Roland. à Valle conſ. 4. incip. quoniàm num. 47.
84 vol. 3. † quod ita verum eſt, ac ſi ligaſſet manus
ſua Sanctitas inferioribus, nè valerent illas exten-
dere ad prouiſionẽ talis beneficij reſeruati, cap.
cùm dilectus de iure patronat. & cap. ſi eo tem-
pore de elect. lib. 6. clem. cùm ei, quem de con-
ceſſ. præbend. Rota in antiq. tit. de præbend. de-
ciſ. 32. num. 2. cap. vnico in fine, vt eccleſiaſt. be-
nefic. Rebuff. in repetit. cap. nulla, verſ. *octauò non
comprehenduntur* de conceſſ. præbend. pag. mihi
461. Rota deciſ. 1. de rerum permut. in nouis, nu.
4. Puteus lib. 3. deciſ. 391. per totã, Rota in antiq.
deciſ. 6. de conceſſ. præbend. num. 6.

Ex quibus reſultat, dictum D. Alphonſum nõ
habere titulum, nec poſſeſſionem ſaltim validã,
aut alicuius effectus, eſſeque intruſum in bene-
85 ficio, † nàm dicta reſeruatio inficit titulum, &
ipſum annullat ipſo iure, & ſimilitèr poſſeſſionẽ,
d. cap. ſi eo tempore de elect. lib. 6. Rota deciſ. 1.
num. 6. de reſtitut. ſpoliator. in antiq. & deciſ. 1.
num. 5. vt lite pendente, Bellamera deciſ. 342. &
336. Caſſador. deciſ. 1. de reſtitut. ſpoliat. num. 2.
Iacob. Puteus lib. 3. deciſ. 197. nu. 3. Menoch. de
86 recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 444. † nàm re-
ſeruatio eſt tàm malignę naturæ, vt quicquid in-
uenit, deſtruat, & in oppoſitum ducat, vt ex cap.
ſi poſtquàm de elect. lib. 6. cap. quodam de pre-
bend. & cap. 1. de conceſſ. prębend. eodem libro,

Bella-

Bellamera deciſ.535.Beroius quæſt.80.Ludouic.
Gomez. in comment.ad regul.cancell. de annali
poſſeſſore quæſt.23. Guillelm. de Monte Laud.
in clem. ſi Romanus ſuper verbo *cum cura* de
præbend.Mandoſ.reg.1.cancell.quæſt.7.num.4.
87 † effecitque, quòd titulus habitus ab Ordina-
rio habeatur pro non titulo,& non poſſet impe-
dire remedia poſſeſſoria competentia prouiſo
Apoſtolico quę habet intẽtata Petrus de Caſtro,
vt poſt Bald.in l.inciuilem nu.2.C.de furt. Barr.
& alios in l.ſi aliàs autem §.ſi duobus nu.1. ff.de
public. in rem actione ex l.nec vllam §.1. ff.de
petit.hæred. Angel.Aretin. in §.ſed iſtæ quidem
num.15. Inſtituta de actionib. Molina lib.3.de
primogen.cap.13.num.55. Roland.à Valle conſ.
41. habita congrua num.31.vol.3.& ità debet di-
cto Petro fieri collatio, & dari poſſeſſio,non ob-
ſtante contradictione dicti D.Alphonſi.

Maximè quia dicta reſeruatio nõ eſt ſimplex;
ſed multùm efficax propter decretum irritans
per ſuam Sanctitatem appoſitum in Bulla gratiæ
dicti Petri de Caſtro,ibi, *decernentes irritum, &*
inane, ſi ſecùs ſuper his ab alio quauis auctoritate
88 *ſcienter, vel ignorantèr contigerit attentari:* † quia
decretum irritans appoſitum in reſeruatione
ſpeciali alicuius certi beneficij titulũ, & poſſeſ-
ſionem inficit, nec contra eum datur reſtitutio,
vt ex notatis in cap.vt noſtrum de appellat.cap.
ſi eo tempore de elect.lib.6. tradit Rota deciſ.3.
de reſtit.ſpoliator.num.1.in nouis;Caſſador. de-
ciſ.2.de reſtitut.ſpoliator.num.1. Bellam.concl.
535.eodem tit.Puteus lib.3.deciſ.180.in cauſa
Cæſarauguſtana nu.2. Rota in antiquis deciſ.10.
de cauſa poſſeſſ. Ludouic.Gomez reg. de trien-
nali quęſt.49.verſ.*ſed in regreſſu*,& quęſt.51.verſ.
præterà, Anton.Gabr. lib.6.concluſ. tit.de clau-
89 ſulis concluſ.3.nu.15.& 50. † nàm eius eſt pro-
prium poſt ſe,& in contrarium ſequuta annulla-
re,d.cap. ſi eo tempore,Puteus lib.1. deciſ. 50.
num.5. gloſſ.verbo *comitatur* in cap.ſtatutum,&
in cap.diſpendia de reſcript.lib.6.l.non dubium,
vbi Iaſ.nu.17.C.de legibus, Ioan.Garzia in tract.
de nobilit.gloſſ.18.num.8.ad finem,Mandoſ.in
regul.7.cancell. de reſeruationib. quæſt.4. nu.3.
cap.dudùm,& cap.penult.de præbend. cap.1.&
cap.ſi ſoli de conceſſ.præbend. in 6. & ità ligauit
D.Epiſcopum,nè poſſet beneficium prædictum
conferre præfato D. Alphonſo de Couarrunias,
90 aut cuilibet alteri; † & collatio facta, fuit nulla
ipſo iure, non obſtante, quòd allegaretur igno-
rantia Epiſcopi, gloſ.verbo *ignorantem* in d.cap.
ſi eo tempore,dicto cap.quodam de præbend.in
6. Carol.Ruyn. conſ.70.num.8.lib.5. Caſſador.
deciſ.3. tit.de decret.&.reſeruat.& deciſ.13. ſu-
per prima regula Cancellariæ nu.5.Decius conſ.
64. num.5.Mandoſ.reg.11.cancell.de reuocatio-
nibus nu.2. Rebuff.in l.quod iuſſit,notab.2. nu.
93.ff.de re iudic. Bertrand.conſ.142.nu.4.vol.2.
Anton.Gabr.vbi proximè nu.1.& 2.
91 Quod confirmatur, † quia clauſula decreti ir-
ritantis inducit formam præciſam, Bald. in l.1.
verſ.*quæro ergo* ff.de liber.& poſthum.Anchar.in
repetit. cap.1. verſ. *quærò etiam ſi ſtatuto cauetur*
de conſtitutionib. Iaſ. in l.omnium nu.8. C.de
teſtament. Anton.Gabr.vbi proximè nu.70. Ti-
raquell.in l. ſi vnquàm verbò *reuertatur* nu.318.
C.de reuocand.donat.Auendaño reſponſ.14.nu.
92 2.Ioan.Garz.d.gloſſ.18.num.9. † formæ autèm
nihil detrahi poteſt, aliàs actus etiàm in fauora-
bilibus vitiabitur, l.cũ hi §.ſi prætor ff.de tran-
ſactionib.Bald.in l.fin.col.2.C.de ſuis,& legitim.
hæred.Pariſ.conſ.19.nu.188.vol.2. Tiraquell.de
retract.lignag.§.1.gloſ.21.num.11.Rolan.à Valle
conſ.33.incip.illuſtris num.7.& ſeqq.vol.3.

Et ità fuit etiàm ex hac parte nulla dicta col-
latio, imò operatur alium ſingularem iuris effe-
93 ctum, † quòd ſi forſan aduerſus dictum decre-
tum irritans proferatur ſententia; ſit ipſo iure
nulla, & exequi non poſſit, vt tradit Caſſador.
deciſ.12.ſuper 1.reg.cancell.num.6. ex Abbate
in cap. ceterũ 3. de reſcript. & in proprijs ter-
minis, quòd clauſula decreti irritantis annullet
collationem factàm ab Ordinario ex clem.1. de
elect. Rebuff.in praxi benefic.1.par.in forma,&
declaratione nouæ prouiſionis in parte. *Nos*
enim ex nunc irritum decernimus,deciſ.Rotæ 25.
num.2.de conceſſ.præbend.in antiq.& deciſ.29.
nu.1. ad finem de præbend.in nouis, Iacob. Pu-
teus lib.2.deciſ.418.optimè Caſſador.dec.6. ſub
rubr.de reſeruat.num.5.

Et corroboratur magis iuſtitia dicti Petri de
Caſtro: quia dictus D. Alphonſus in eo funda-
mentum ſumit,quòd Epiſcopus prouidit ei de
dicto beneficio, ſub prætextu, quòd vacaſſet de
menſe Decembris, qui ad Ordinarium gaudentẽ
alternatiua ſpectat, & neque ex iſto capite iuſti-
94 tiam fouet; † nàm cùm de iure quilibet proba-
re debeat fundamentũ ſuæ intentionis, l. ei, qui
ff.de probat.l.actor,quod aſſeuerat C.eodem,&
l.qui accuſare C.de edendo, Rolan.à Valle conſ.
58. in præſenti num.72.vol.3. & conſ.69.nu.27.
vol.2.Menoch.lib.2.de præſumpt.præſ.48.nu.2.
95 † vbi ait,quòd qui ſe fundat in aliqua qualitate,
debet probare illius interuentum, l.Diuus ff. de
milit.teſtam. Bar.in l.denũciaſſe,& in l.qui vxo-
ri §.quid tamèn ff.ad l.Iuliam de adulter.Portius
conſ.19.nu.60.& conſ.147. nu.31. Rolan.à Valle
conſ.10.nu.11.vol.4. Soccin.iunior conſ.68. nu.
116. vol.3. at non conſtat, Epiſcopum gaudere
96 alternatiua nec illius gratiam acceptaſſe; † nàm
Epiſcopus non poteſt prouidere virtute alter-
natiuę,donec fides acceptationis eius ad Datariũ
peruenerit, vt tradit Nauar.conſ.31. incip.quæ-
ſitum fuit num.1. de præbend.vt conſtat ex Bulla
reſeruationis menſium Apoſtolicorũ, ſiuè Can-
cellariæ regula Pij V. ibi. *Epiſcopi, & Patriarchæ*
præfati infra tres menſes à die publicationis com-
putandos ſe alternatiuam huiuſmodi acceptare, vel
recuſare coram Notario publico, & teſtibus decla-
rare teneantur, alioquin lapſo trimeſtri, alternatiua
huiuſmodi illis nullatenus ſuffragetur. Decernentes
irritum &c. Et clariùs in eadem regula Cancel-
lariæ S.N.D. Clementis VIII. quæ eſt in ordina-
tione octaua, Paul.Fuſc. in tract.de viſitat.lib.2.
cap.28.num.71. & tribus ſeqq. & hoc ad proui-
dendum,nè ſit in facultate Ordinarij, quandò va-
cat beneficium, vti velle, vel non conſiderata ip-
ſius qualitate; quia præſumeretur eſſe in fraude,
97 † quæ adiumento ei eſſe non debet, cap. ſedes,
& cap.ex tenore de reſcript. argum.cap. tua de
cleric.

clericis non reſident. quia fraudibus non eſt indul-
gendum; ſed obuiandum, cap. ex parte in fine de
priuileg. l. in fundo ff. de rei vendic. & nouiſſime
poſt hæc ſcripta Hieron. Gonzal. ſuper regul. 8.
Cancell. de menſib. & alternatiu. gloſſ. 63. ex nu.
55. & cùm non eſſet priuatus antè ſententiam,
nullius effectus erat alternatiua iuxta ſuperiùs
fundata, præſertim, quia cùm dictum beneficium
remanſerit reſeruatum prouiſioni ſuæ Sanctita-
tis, non potuit ad eum extendi alternatiuæ gra-
tia; quàmuis doceretur de illa, vt in dicta regula
reſeruatoria, quæ aſſignatis ſex menſibus alter-
natiuæ Ordinariorum, ſubiungit: *dummodò aliàs
diſpoſitioni Apoſtolicæ generalitèr reſeruata, vel
ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta non fue-*
98 *rint*, ponderando, † quòd dicta dictio *dummodò*
importat conditionem, cap. vt prætèritæ de
elect. in antiq. & tradit Dominic. poſt Paul. de
Eleazar. in cap. non poteſt §. 1. col. vlt. verſ. *nota
benè* de præbend. lib. 6. Bertrand. conſ. 201. incip.
Chriſti num. 5. vol. 1. Tiraquell. de retract. lignag.
99 §. 8. gloſ. 8. † vel ſaltim modum, vt ex l. cùm ab
eo ff. de contrahend. empt. Bart. in l. quibus die-
bus §. Termilius col. 2. verſ. *quid de dictione dum-
modò* ff. de condit. & demonſtrat. Ruyn. conſ. 20.
num. 1. ad finem lib. 2. Cæphal. conſ. 218. Valen-
tiæ nu. 29. tom. 2. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic.
quæſt. 86. num. 28. & quia tempore, quo fuit pro-
lata ſententia aduerſus Matthæum de Caſtro de-
bebat conſiderari priuatio, ſi multò anteà non
fuiſſet admiſſa reſignatio, erat menſis Martij, qui
etiàm quādò eſt alternatiua, eſt vnus ex ſex men-
ſibus apoſtolicis, vt conſtat ex dicta regula Can-
cellariæ reſeruatoria menſium, & tradit Puteus
100 lib. 2. deciſ. 492. num. 1. & 6. † nàm cùm ſua
Sanctitas prouidere vellet, nullatènus id efficere
poterat Ordinarius; cùm concedendo illi alios
ſex menſes deneget Martium, & alios quinque
alternatiuæ ſibi reſeruatos, argum. l. cùm prætor
ff. de iudicijs, Iaſ. in l. 1. §. adipiſcimur num. 4. ff.
de acquirend. poſſeſſ. l. quæſitum §. idem reſpon-
dit ff. de fundo inſtructo, Rojas de ſucceſſ. cap.
27. num. 8.

Vlteriùs, quia ſaltim vt D. Alphonſus poſſet
ius prætendere ad beneficium, neceſſarium erat,
quòd tempore priuationis adhùc foret penès di-
ctum Matthæum de Caſtro, illudque nondùm
101 reſignaſſet: † quia priuatio præſupponit ha-
bitum, l. decem ff. de verbor. obligat. cap. ad diſ-
ſoluendum de deſponſat. impuber. Capell. Tho-
loſan. quæſt. 437. num. 2. Roland. à Valle conſ. 31.
num. 57. vol. 4. Decius conſ. 277. num. 6. tom. 1.
102 Cæphal. conſ. 248. num. 15. tom. 2. † nec poſſit
priuari, qui non habet, l. non poteſt videri deſijſ-
ſe habere, vbi Decius, & Cagnol. ff. de regul. iur.
text. notab. in l. Titio vſusfructus ff. de condit. &
demonſtrat. Cæphal. conſ. 37. num. 26. & ſeq. &
conſ. 52. num. 25. tom. 1. Aldobrandin. in §. itèm
103 maior num. 19. Inſtit. de excuſat. tutor. † & in
proprijs terminis noſtri caſus Couar. in d. clem.
ſi furioſus 2. par. §. 3. num. 7. verſ. *quidam* tenet
aduerſus Dominicū conſ. 105. quòd poſt renun-
ciationem, aut alio modo ſequutam vacationem,
quam per priuationem non poſſet Iudex ad eam
faciendā procedere, & quòd proceſſus illius erit
inutilis, & ſuperuacuus, cùm ipſe, aduerſus quem
priuationis ſententia ferenda eſt, non obtineat,
nec poſſideat beneficium, ità poſt Rotam deciſ.
5. de re iudic. num. 1. & vlt. in fin. in antiquiorib.
& Anton. de Butrio conſ. 44. incip. caſus, pulchra
deciſio Rotæ vltima tit. vt lite pendent. in nouis
nu. 1. & ſeqq. quam ſequuntur Gundiſal. Villa-
diego in tract. de legat. 1. par. quæſt. 14. col. 15.
Ludouic. Gomez. ad regul. Cancellariæ de annali
quæſt. 42. num. 5. verſ. *&* *quantum*, & eſt in iure
veriſſimum, ſecundùm quæ non obſtat clauſula
appoſita in Bullis Petri de Caſtro: *Dummodò tē-
pore datæ alicui non ſit ius quæſitum*: quia D. Al-
phonſus de Couarruuias nō habebat ius quæſitū
antè ſententiam ſaltèm irreſolubilitèr, ſed con-
104 ditionalitèr † in incertum euentum, quem lis
produceret, iuxta text. in l. quod debetur ff. de
peculio, Anton. de Butrio in cap. finem litibus
num. 18. de dolo, & contumac. Tiraquell. de re-
tract. lignagier §. 8. gloſ. 7. num. 20. & ſeqq. Ioan.
de Neuiz. in Sylua nuptiali *quomodò iudicandum
ſit* lib. 6. num. 12. gloſ. fin. in l. Lucius 78. §. vlt. ff.
ad S.C. Trebell. & ita prouiſio facta interim vi-
gore reſignationis, quàmuis cum dicta clauſula,
aut alia iuris *dummodò alteri non ſit ius quæſitum*
105 eſt valida: † quia clauſulæ iſtæ intelligūtur de
iure puro, & irreſolubili, non de conditionali, &
incerto, vt tradit notabilitèr Roman. in conſ. 256
quem refert, & ſequitur Felyn. in cap. ſupèr litte-
ris num. 11. de reſcript. Gomez. vbi proximè, &
in regula de non tollendo iure quæſito quæſt. 3.
in princ. Abbas conſ. 84. incip. illud in ſumma
nu. 5. 1. par. Curt. iunior in conſ. 1. num. 21. Co-
106 uar. vbi proximè, † & quia cùm vacauerit in
Curia nō poterat eſſe extrà illam alteri ius quæ-
ſitum, & nullus alius vltrà Papam poteſt confer-
re, cap. 2. de præbend. lib. 6. Rebuff. in praxi be-
neficiali 1. par. tit. *forma, & declaratio nouæ proui-
ſionis*, verbo *dummodò tempore datæ* num. 7.

Vlteriùs, nàm quandò iuſtitia Petri de Caſtro
non foret tàm clara, prout eſt, & aliquam patere-
tur difficultatem, & beneficium alio modo va-
caſſet, adhùc pertineret ad dictum Petrum de
Caſtro vigore clauſulæ in Bulla appoſitæ; ibi: *ſiuè*
107 *quouis alio modo vacet*, † quia omnis vacatio-
nis modus hoc caſu venit, cap. ſuſceptum de re-
ſcript. lib. 6. & cap. ex parte el primo, de offic. de-
leg. Mandoſ. reg. Cancell. de infirm. reſignantib.
quæſt. 17. num. 2. Deciſio Rotæ 17. de præbend.
in antiq. & deciſ. 12. nu. 6. eod. tit. in antiquiorib.
& deciſ. 1. de reſcript. num. 2. & alijs in nouis,
Soccin. conſ. 32. incip. ex his col. 5. vol. 1. Rebuff.
in praxi 1. par. forma ſignaturæ, verbo *ſiuè præ-
miſſo* num. 2. & in concordat. in forma mandati
Apoſtolici gloſſ. *aliam quamcunque diſpoſitionem*,
Nauar. in cap. ſi quandò, exceptione 2. num. 3. de
reſcript. Hieronym. Gabriel. conſ. 188. arbitror
108 num. 3. vol. 1. † nàm dictio *quouis modo* om-
nem denotat modum, gloſſ. verbo *quoquo modo*
in cap. vt inquiſitionis §. prohibemus de hæret.
lib. 6. gloſſ. in clem. nè Romani, verbo *quouis mo-
do* de elect. Carol. Ruyn. conſ. 123. num. 11. lib. 2.
Pariſ. conſ. 33. nu. 29. lib. 3. Menoch. de recuper.
poſſeſſ. remed. 6. nu. 16. Ant. Angel. Gratus de di-
ctionib. dictio. 221. & 223.

Digitized by Google

Ex quibus reſultat non ſolùm fouere iuſtitiâ
dictum Petrum de Caſtro; ſed D.Alphonſum
Couarruuias debere condemnari ad reſtitutio-
nem fructuum, quos indebitè percepit ex dicto
109 beneficio; † nàm poſſidens ex prouiſione Or-
dinarij beneficium reſeruatum,non facit fructus
ſuos,Speculat.lib.1.tit.de diſpenſatione §.diccn-
dum reſtat nu.23. incip. ſed pone,quòd aliquis,
Deciſio Rotæ 4. num.1.de reſtit.ſpoliator.in no-
uis, Innocent.& Abb.in cap. dilectus,notab. pe-
nult.de iure patronat. & in cap.dilecto col.2.de
præben. Ludouic. Gomez. reg.de annali,quæſt.
23.verſ.*accedat*,imò & poſſe condemnari in fru-
ctibus, qui percipi potuerunt ex authoritate
Rotæ.

His itaquè conſtitutis non obſtant in contra-
rium adducta. Ad quod præſuppono, quòd da-
to,& non conceſſo, quòd forent certi aliqui de-
fectus ex oppoſitis per D.Alphonſum, nõ tamèn
ex eo fiebat valida prouiſio Ordinarij ad eius fa-
110 uorem facta; † nàm vbi collatio facta per Pa-
pam non tenuit per indignitatem prouiſi, pote-
ſtas conferendi redit ad Papam,vt ex not.in cap.
intèr dilectos de exceſſib. Prælator. tradit Re-
buff.reſponſ.49. verſ.*itèm nec*, Ioan.Guttier. al-
111 leg.4.num.27.† & quia reſeruatione beneficij
Papa ligat manus inferiorum, etiámſi eius pro-
uiſio ſit nulla, vt concludunt omnes in cap. inter
dilectos de exceſſib. prælator. Æneas de Falco-
nibus tract.de reſeruat.6.effectu, Hieron.Gabr.
conſ.182.num.9.tom.2.

Quarè non obſtat primum, homicidium eſſe
delictum graue, & irregularitatem inducere, &
beneficijs priuare: quia ſatisfit veriſſima reſolu-
112 tione, † quòd beneficium, quod quis habebat
priùſquàm in irregularitatem incurreret, non
amittitur ipſo iure per ſuperuenientem irregu-
laritatem, vt ex ſententia Innocentij in allegato
cap.cùm noſtris num.2.de conceſſ.præbend.vbi
Anton.num.16. Nauar.conſ.69.de ſimonia nu.2.
& conſ. 92. eodem tit. & num. d. cap. ex literis
de exceſſib. prælator. vbi Abbas cap. clericis,nè
clerici,vel monachi, Gregor.Lopez in l.18.tit.9.
par.1. gloſſ.4. Nauar.in cap.ſtatuimus 19.quæſt.
3.num.51. in comment.3. de regularib.& conſ.
7. de bigam.incip.clericus num.7.& nos latè ſu-
113 pra probauimus. † Et quia non reperitur ius
nouum, quod corrigat in hoc ſpeciali ius anti-
quum, à quo nõ licet recedere,niſi quatenus per
nouum exprimitur, l.præcipimus C.de appellat.
Bald.num.11.in l.ancillæ C.de furtis, & in auth.
prætereà nu.7.C.vndè vir,& vxor, Bart.in l.Gal-
lus §. ille caſus num.1. ff. de liber. & poſthum.
Alex.conſ.25.num.13.lib.5.

Et minus obſtabit dicere, quòd Matthæus de
Caſtrò debebat exprimere ſue Sanctitati, quòd
reſignabat beneficium ex cauſa homicidij dicti
Andreæ, & quòd Summus Pontifex difficiliùs
admiſiſſet reſignationem, aut feciſſet gratiam
dicto Petro de Caſtro: quia debet animaduerti,
quòd dicta gratia non fuit facta Matthæo, qui
deliquit;ſed eius fratri inſonti,& ità exprimitur
in Bulla,ibi: *dignũ arbitramur, & congruũ, vt illis
ſe reddat Sedes Apoſtolica gratioſam, quibus ad id
propria virtutũ merita laudabiliter ſuffragantur*, &
ibi: *horum intuitu fauore proſequi gratioſo. Nos
volentes dilectum filium Petrum de Caſtro clericũ
Toletanæ Diœceſis. apud nos de vitæ, ac morum
honeſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis*
114 *multipliciter commendatum*: † itaquè ſua San-
ctitas mota fuit meritis bonitatis, & virtutum
Petri, ad faciendum ei gratiam, argumento cap.
relatum de præbend. Rebuff.in praxi 1.par. tit.
forma, & declaratio nouæ prouiſionis, verbo
vitæ, ac morum honeſtas num.1. & 8. & quia cùm
fuiſſet valida reſignatio facta per dictum Mat-
thæum,etiam non facta mentione homicidij, nec
illius ſcientiam habente Summo Pontifice tem-
pore gratiæ, vt tradit Rota nu.1. & 4. verſ.*con-*
115 *trarium* de re iudic.in antiquior. † ideò fruſtrà
precibus impetraret, quod ſibi à iure communi
cõceditur,vt in l.vnic.C.de theſauris lib.10.cap.
nupèr Abbates,iuncta gloſ. verbo *componendum*
antè finem de decim. Bald.in auth. ſed omninò
nu.15. C.nè vxor pro marito, Gregor. Lopez in
l.6.tit.11.par.6.gloſ.4.col 6.ad finem,Caualc.de-
ciſ.Fiuiz.28.nu.34 Steph.Gratian.tom.4.diſcep.
Forenſ.cap.617.num.23.

Et quia eſt diuinare,aſſerere,quòd ſua Sancti-
116 tas non conceſſiſſet dictam gratiam, † quæ di-
uinatio non admittitur,cap.vt noſtrum,vt eccle-
ſiaſtica beneficia ſinè diminutione conferantur,
Abb.num.9.in cap.illud de præſumpt.Ludouic.
Gomez.reg.Cancell.de annal.poſſ. q.10. & quia
eſt magis veriſimile, quòd adhùc gratiam feciſ-
ſet eidem Petro,cui non habebat nocere odium,
quod potuiſſet eſſe conceptũ aduerſus dictum
117 Matthæum; † nàm iniquum eſt,vnum alterius
odio prægrauari, l.ſi quis in ſuo C.de inoffic. te-
ſtam. cap.nobis de ſimonia, l.non debet, vbi De-
cius num.1.ff.de regul.iuris,gloſſ.verbo *inutilem*
ad finem in cap in noſtra de procuratoribus.
118 † Vlteriùs, quia licèt cauſæ finalis defectus di-
ſpoſitionem reddat inanem, defectus verò cauſæ
impulſiuæ non obeſt, quin adhùc actus ipſe cen-
ſeatur validus,vt notant gloſſ. & DD.in cap.poſt
tranſlationem de renunc. & in cap. etſi Chriſtus
de iure iur & in cap.cùm ceſſante de appellat. l.
cùm tale,vbi DD. ff.de condit.& demonſtrat.&
per tot.tit.C.de falſ.cauſ.adiect.Felyn.in cap.po-
ſtulaſti nu.1.de reſcript. Aretin.in §.in illis nu.3.
Inſtit.de teſtam.milit.l.1.§.ſexum ff.de poſtul.l.
ſi mulier C.de iure dotium, Couar. lib. 1.variar.
119 cap.20.nu.1.verſ *contrariam*,† & quia iuris re-
gula eſt, quòd ille, qui à Principe aliquid impe-
trat, nõ tenetur mentionem facere eius,quo ex-
preſſo nõ impediretur impetratio, cap. ſupèr li-
teris de reſcript.vbi Panormit.& alij hoc tenent
in gratijs à Romano Pontifice factis circa benefi-
cia eccleſiaſtica obtinenda, vt probatur in cap.
dudùm verſ.*conſiderantes* de præbend.lib.6.cap.
ſi pro clericis eodem tit. quæ iura pro hac parte
Couar.ponderat vbi ſuprà.
120 Tum quia & ſi omnis falſi expreſſio,quæ mo-
uet Principem ad faciliùs concedendam gratiã
eam efficiat ipſo iure nullam, l.& ſi legibus C. ſi
contra ius,vel vtilitatem publicam, cap. ſupèr li-
teris de reſcript. Nauar.conſil.8. an gratia num.
1.de reſcript.& in manuali cap.22.num.86. poſt
121 Rotam deciſ.32.de reſcript. in nouis; † non
tamèn

Digitized by Google

tamẽ omnis taciturnitas veri, quod expreſſum
redderet Principem ad difficiliùs gratiã conce-
dendam, reddit illã ipſo iure nullam; ſed tantũ
taciturnitas veri, de quo iure cautum eſt, vt non
expreſſo illo, gratia ſit nulla, cap. dudũ el ſecon-
do, de elect. cap. ad audientiam de reſcript. cap.
2. & cap. dudùm de præbend. lib. 6. Rota d. deciſ.
32. nu. 5. Felyn. in cap. poſtulaſti col. 4. num. 1. de
reſcript. quos ſequitur Nauar. d. nu. 86. & in trac.
de datis, & promiſſ. nu. 48. & conſ. 43. Henric. nu.
4. de homicid. Calderin. conſ. 6. de præbend. qui
exemplum aſſignant in fortioribus terminis,
122 † quòd conceſſio facta per ſuam Sanctitatem
alicui criminoſo ſit ipſo iure valida, vt tradit In-
noc. in cap. propoſuit nu. 5. & in cap. cùm noſtris
nu. 2. de conceſſ. prębend. & in cap. accedens nu.
1. de accuſat. & in cap. inter dilectos nu. 1. de ex-
ceſſib. prælator. Felyn. vbi proximè, verſ. *declara*,
poſt Bellamer. deciſ. Rotæ 298. incip. concluſio,
Nauar. conſ. 48. primò quæritur nu. 1. de regular.
123 † non obſtante, quòd ſi ſciuiſſet, quòd erat cri-
minoſus, aut non conceſſiſſet, aut difficiliùs, cap.
eam te, de ætate, & qualitate, & cap. 2. vbi DD. de
reſcript. ergò multò minùs impediret dicto Pe-
rro de Caſtro, cui facta eſt gratia, cùm ſit opti-
marum qualitatum, prout habet probatum; nàm
ex eo faciliùs moueretur ſua Sanctitas ad facien-
dum ei gratiam, excluſo dicto Matthæo pro-
124 ptèr delictum, † & quia de iure in impetratio-
ne alicuius beneficij ſolùm debent exprimi qua-
litates à iure expreſsè requiſitæ, iuxta gloſſ. in
clem. 1. verbo *alteri* propè medium de præbend.
quam communitèr ſequuntur DD. vt conſtat ex
Bellamer. deciſ. 697. concluſ. extra Rotam nu. 2.
Felyn. in cap. ſupèr literis nu. 2. propè medium
de reſcript. & in cap. in noſtra nu. 19. eod. tit. Sel-
ua de beneſ. 3. par. q. 11. nu. 6. & q. 12. nu. 39. Me-
noch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 201. nu. 26. Co-
uar. lib. 1. variar. cap. 20. nu. 5. verſ. *falſitas*.

Nec obſtabit, quod opponitur aſſertioni veri
valoris defectum ibi ineſſe ſub prætextu dicen-
di, quòd beneficij valor fuit expreſſus in ducẽtis
ſexagintaſex ducatis auri de Camera, qui ad ra-
tionem 424. marauedinorũ pro ducato efficiunt
3366. regales Caſtellanos, ſcilicèt 34. marauedi-
norum pro quolibet, & valere regales 4400. vt aſ-
125 ſerit dictus D. Alphonſus; † nàm vltra quòd
narratiua eſt legitimè, & ſufficientèr probata; vt
inferiùs conſtabit, dicto D. Alphonſo incumbe-
bat probare contrarium, iuxta regulam, quæ ha-
bet, dicentem, beneficium eſſe maioris valoris, id
teneri probare ex l. quoties §. 1. ff. de probat. tra-
dit Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 9. principali
nu. 43. Anton. Gabr. concluſ. 7. de probat. nu. 3.
Ioſeph. Ludou. concluſ. vnica eod. tit. verſ. *infertur*
169. Felyn. num. 4. in cap. ad aures in princ. de
reſcript.
126 † Et quia ſufficit, nominatum dicere benefi-
cium eſſe certi valoris, & non pluris, iuxta gloſſ.
in l. cùm de lege ff. de probat. quam ſequuntur
Iaſ. in l. fin. §. licentia nu. 1. C. de iure delib. Curt.
conſ. 27. col. 8. verſ. *ſed contra*, Rebuff. vbi proxi-
mè, vt in contrarium aſſerentem contrariũ pro-
bandi transfundat onus.

Fundamentum, quod D. Alphõſus aſſumit ad
dicendum, quòd beneficij valor aſcendit ad du-
catos 400. Caſtellanos in eo conſiſtit, quód habet
alternatiuã cum beneficio curato in adminiſtra-
tione fructuũ decimalium dictæ Parochiæ, quæ
vulgò dicitur *Tertiaria*. Et quòd anno quolibet
ſoluuntur regalia 400. pro ſubſidio, & excuſato,
& alia 300. pro duobus nouenis pertinentibus ad
Suam Maieſtatem pro oleo, & croco, qui ab an-
no 1593. ſunt ſatisfacti, & in futurum ſunt ſol-
uendi; & quia aſſerit habere annexam quandam
Capellaniam valoris annui ſanecarum viginti tri-
tici, & ordei pro medietate, cum onere tamèn
dicendi quinquaginta miſſas; nàm hæc omnia nõ
obſtant veritati narratiuæ factę Suæ Sanctitati, &
per Petrũ de Caſtro probatæ ſuper valore iſtius
beneficij; primò ex celebri Ancharani doctrina
127 conſ. 295. pro clariori nu. 13. dicentis, † literas
obtẽtas ad beneficia eccleſiaſtica validas, & effi-
caces eſſe; quãuis falſa fuerit eius beneficij, ꝙ pe-
titur valoris mentio, modò appareat, nihilominùs
vero valore expreſſo eaſdem Principem conceſ-
ſurum fuiſſe, eò quòd de iure verus valor benefi-
cij in eius impetratione exprimi nõ debet, iuxta
gloſſ. in clem. 1. verbo *vel alteri* de præbend. vbi
DD. & in cap. ad aures de reſcript. Couar. lib. 1.
variar. cap. 20. nu. 7. qui Anchar. ſequitur dicens,
quòd licèt ex regula Cancellariæ contrariũ ap-
128 pareat, ea regula eſt ſtrictè interpretanda, † cũ
verus valor beneficiorum difficilem habeat cer-
titudinem ex Ludou. Gomez. regula de valore
exprimendo quæſt. 11. vt ita error in hoc expri-
mendo minimè ſit conſiderandus, vbi de Princi-
pis voluntate conſtat, optimè Maſcar. de probat.
129 concluſ. 889. nu. 31. & 33. Rurſus, quia † valor
beneficij nõ attenditur reſpectu eorum, quæ be-
neficiatus percipit reſidendo perſonalitèr, & la-
borando; ſed eorum, quæ valeret in abſentia be-
neficiati, vt in ſimili tradit Oldrad. in conſ. 118.
incip. ex virtute gratiæ, & facit gloſſa, & ibi DD.
in cap. 1. de cleric. non reſident. in 6. & in cap. li-
cèt de præbend. Commentator regularum Can-
cellariæ Innocẽtij VIII. reg. 60. Staphil. in tract.
de literis gratię, & iuſtitię tit. de gratijs expecta-
tiuis §. nona forma nu. 64. quem refert, & ſequi-
tur Puteus lib. 2. deciſ. 464. incip. dubitauit nu. 2.
vſque ad finem, & deciſ. 211. dubitauit lib. 3. Lu-
douic. Gomez. tract. de expectatiu. num. 104. in
verſ. *gratias*, Felyn. in cap. ad aures de reſcript.
deciſ. Rotæ 401. aliàs 1. ſupèr regul. Cancellar. de
valore exprimendo num. 2.
130 † Et hac ratione in valore dicti beneficij non
conſideratur Tertiaria, ad quam lucrandã neceſ-
ſaria eſt reſidentia continua à veſperis Septuage-
ſimę, vſquè ad Dominicã in albis incluſiuè, iuxta
practicam ordinariã, & Conſtitutiones Synoda-
les Epiſcopatus Conchenſis, præſertim 23. de
decimis in Conſtitutionibus D. Didaci Ramirez,
in qua præfinitur forma lucrandi Tertiariam,
quæ vltrà dictam reſidentiam conceditur in ſa-
tisfactionem laboris, & expenſarum recollectio-
nis fructuum decimalium; & ità has Tertiarias
deberi ratione laboris, & non eſſe beneficij fru-
ctus ſaltẽ principales, imò in laicos cadere poſſe,
doctè concludit Rota apud Puteum lib. 2. deciſ.
489. & tribus ſeqq. & nu. vlt. verſ. *& ſecundùm*,

in vna cauſa de la Motilla iſtius Diœceſis, & ità
dari ſolummodò vt mercedem, & ſtipendium
laboris, dictarumq; expenſarum, argum.text. in
l.1.2.reſponſ. ibi: *ſed magis operam beneficij loco
præberi* ff.ſi menſor falſum modũ dixerit, l.cùm
duobus §.ſi in coeunda, ibi: *pretium enim operæ
eſt* ff. pro ſocio, l. ſcimus §.repletionem C. de
inoff.teſtam.& l.in quartam ff.ad leg.falcid. vbi,
quæ iure hæreditario capit heres, tantùm impu-
tantur, non quæ aliundè ei obuenerunt.

131 † Et quia iſtæ Tertiariæ ſunt incertæ, & ca-
ſuales, non debent connumerari in valore fru-
ctuum, cùm videamus multotiès, illas non lucra-
ri, argumento §.illud Inſtit.de rer.diuiſ.ibi: *quòd
multa accidere ſolent, vt eam non capias*, Bart.in l.
ſi idem §.ſi vna num.1. ff.de iuriſd. omn. Iudic.
Angel.in d.§.illud, verſ.*in gloſſ. capias*, idem Bar.
in l. inter ſtipulantem §. ſacram nu.6. ff.de ver-
bor.obligat.l.naturalem ff.de acquir.rerum do-
minio, & l.pretia rerum ff.ad leg.falcid. & ita
defendit Oldrad.d.conſ.118.quem ſequuntur in
ſimili Ioan. Andr. in rubr. de conceſſ. præbend.
Selua de benefic.3.par.quæſt.12.num.33.Rota
deciſ.7.de præbend.in nouis, Couarru.lib.3.va-
riar. cap.13.à num.1. Caſſador. deciſ.vnica de
cleric.non reſident. & in dicta Parochiali Buer-
diæ eſt Parochus, & duo beneficiati, qui alterna-
tim reſidentes lucrantur tertiariam; & ſi non
reſidet aliquis beneficiatus, perdit illam.

132 † Nec etiàm debet attendi annexio dictæ Ca-
pellaniæ; nàm vltrà quòd habet miſſarum one-
ra; nec venit eodem titulo, & origine beneficij,
ſed vigore donationis alienæ, & extraneæ, eſt re-
ſolutio certa, quòd ſimilia anniuerſaria, oblatio-
nes, & mortuoria, imò nec Capellaniæ, cui Paro-
chus, ſeù beneficiarius debent inſeruire, non au-
gent valorem fructuum beneficij, vt poſt Ioan.
Andr.ad Specul.lib.4.rubr.de conceſſ.præbend.
verſ. *demùm quærebatur*, Nicol. Millis in repert.
verbo *diſtributiones lo vltimo*, Staphilęus vbi ſu-
pra num.65. Oldrad.conſ.216.circa primum ar-
ticulum, tradit Felyn. in d. cap. ad aures nu.14.
verſ. *aliquandò*, & in cap.in noſtra num.10. de
reſcript.qui pro hac parte allegat Calderin.conſ.
6.de præbend.& text.in cap.ſi tibi conceſſo iun-
cta gloſſ.2.de præbend.lib.6.& Ludou. Gomez.
in commentar. ad regul. Cancellariæ de valore
exprimendo quæſt.4. Nauar. conſ.13. de cleric.
non reſident. nu.2. iuxta impreſſionem Lugdu-
133 nenſem, † quia ſolummodò cõſiderantur fru-
ctus pinguis beneficij, vt poſt Felyn. d.nu.14. Ol-
drad.conſ.118. Ioan.Guttier.conſ.8.nu.1. Ioan.
Andr.in dicto cap.ad aures, verbo *pro mortuariis*,
Rota in antiquis deciſ.33. de iudicijs, Boer. de-
ciſ.224. num.7. Nauar. conſ.13. præſuppoſita
num.1.de cleric. non reſidentib. vndè Rota Ro-
mana deciſ.5.num.4.volum.1.par.2.diuerſorum
ait, incerta qualia ſunt anniuerſaria, oblationes,
diſtributiones, non haberi in conſideratione,
nec computari in congruam, vt poſt alios tra-
dit Rebuff. tit.de congrua portione num.83. &
86. & repetit eadem Rota Romana deciſ. 1170.
num.2. volum.2. par. 3. lib. 3.

Et non ſolùm hoc eſt certum; ſed etiàm ex
fructibus magnis debent deduci expenſæ ordi-
nariæ dicti beneficij, præſertim regalia 400.ar-
genti pro ſubſidio, & excuſato, & quòd ſolet
augeri pro Cardinalibus, & tercentum regalia
134 pro nouenis olei, & croci, quarè † cùm fru-
ctus non dicantur, niſi quod ſupereſt deductis
expenſis, & oneribus, l. fructus ff.ſolut. matrim.
l.quod in fructus ff. de vſuris, & l.ſi à domino §.
final.ff.de petit.hæredit.Felyn.in cap.cauſam,
quæ col.3.ff.de re iudic. Cæphal.conſ.290. duo
ſunt num.16.tom.2.Couarru.lib.1.variar.cap.3.
num.3. Menoch. de recuper.poſſeſſ. remed.15.
135 num. 574. † & onera rei minuunt eius, & fru-
ctuum valorem, l.fundi partem, vbi Bald. & Sa-
lyc.ff.de contrahend.empt.l.ſi ſterilis §.ſi tibi ff.
de actio. empt. l.eum §.vltimo ff.de in diem ad-
dictione, cap.cùm Ioannes, vbi DD. de fide in-
ſtrum. Tiraquell. in præfat. de retract. conuent.
num.21. Nauar.conſ.4.num.11. de donationib.
Gigas de penſionib. quæſt.89.num.1.& 2. Ioan.
Bapt. Lupus in tit.de vſur.§.5.num.21. Maſcard.
136 de probationib. concluſ.651. num.9. † & ita
beneficia dicuntur minoris valoris propter one-
ra eis annexa, Bald.in l.1.num.8. verſ.*pone* C.de
fructib. & litium expenſis, allegans l.illud C. de
collat.idem Bald.in l.ſed ſi hoc §.cuidam ff.de
condit. & demonſtrat. Rebuff.in tract.nominat.
9.quæſt.principali num.35. & in cap. poſtulaſtis
num.150.de cleric.excommun. Tiraquell.de re-
tractu lignag.§.15.gloſ.1.num.6. Roland.à Valle
conſ.58.reuocatur num.13.& ſeq.vol.4. idem
Maſcard.concluſ.1403.num.46. Caſſador.deciſ.
19.dubitatur in vna Parmenſi de præbend.quem
ſequitur Verall.in deciſ.328. ſeù prima tit.valor
beneficij num.1. par.3. Felyn. in d.cap.ad aures
num.13.in fin.dicens, quòd onera debent deduci
de valore beneficij, aliàs articulus impugnãs va-
lorem beneficij expreſſum, eſſet ineptus, Rota
deciſ.6.de conceſſ. præbend. in antiquis, Tiraq.
vbi proximè, Rebuff.in praxi in forma ſignaturę
verbo *cuius fructus*, verſ. *item*. Ioan.Guttier. ca-
non.quæſtion.cap.3.num.68. corroboratur ma-
137 gis: quia animaduerſo, † quòd beneficij pro-
uentus locari poſſunt, c.veſtra de locato, & cap.
1.& 2.ne prælati vices ſuas, Anchar.in clem.vnic.
oppoſ.4.de conceſſ.præb. Rebuff.in concordat.
rubr. de collat. §. volumus gloſ. *verum valorem*,
Summa Armilla verb.*locatio*, Auendaño in capit.
prætorum 1.par.cap.4.nu.42.verſ.*item quia*, con-
ſtat in actis, dictũ D.Alphonſum anno præterito
1600. conduxiſſe beneficium, & illius fructus, &
emolumenta pro regalibus 3380.remanẽte penès
ipſum onere ſoluendi ſubſidium, & excuſatũ. Ex
quo reſultat validiſſima cõiectura, quòd poſt hàc
beneficium non valuit, quod D.Alphonſus aſſer-
uit, veramq; fuiſſe narratiuam valoris factam per
138 dictũ Petrum de Caſtro ſuæ Sanctitati: † quia
licet valor beneficij non probetur directè per ar-
rendamenta, tamèn credulitas, quæ ex eis reſul-
tat, excuſat à pœna regulæ de vero valore expri-
mendo, ſecundum Caſſador.deciſ.20.ſuper reg.
Cancellariæ num.1. dicens, quòd Iacobus Simo-
netta in cauſa, quam habuit contra domicilium
de Glutiano, cùm eſſet Aduocatus conſiſtoria-
lis ſuccubuit ex eo ſolo fundamento, quòd ad-
uerſarius probauit, arrendatos fructus fuiſſe per
præde-

prædeceſſorem ad valorem expreſſum, optimè
idem nu:n.7. Nauar.conſ.13.num.2. de reſcript.
Rota Romana nouiſſ.deciſ.184.vol.2.par.3.lib.2.
num.1. Paul.Æmil.deciſ.Rotæ 28. nu.3.& deciſ.
49. eodem nu.2.par.3. Ludouic.Gomez in d.re-
gula Cancellariæ de valore exprimendo, qui in
fauorem gratiæ concludit, debere interpretatio-
nem fieri, vt per eum quæſt.11. verſ.*quibus*, & vt
139 Nauar.& Caſſador.tenent, † hoc eſt arbitrariũ
ex traditis per Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu
145.num.4.& modica pars exceſſus, vel defectus
non debent nocere, multò minus in hoc caſu
animaduerſis oneribus, & alijs cauſis ſupra ex-
preſſis.

Vlteriùs, quia dictum beneficium eſt multum
in valorem diminutum à tribus annis, & erit per
plures alios: quia proptèr ingentia frigora, ni-
miſq; immoderatas oliuæ fuerũt gelu corruptæ,
in quibus conſiſtebat pars magna prouentuum,
& fuit neceſſe illas exſcindere propè truncũ, vt
poſsēt germinare nouella virgulta, quę per mul-
tum temporis tranſcurſum fructũ non reddent:
ex quibus colligitur modicus valor beneficij:
140 † nàm debet attendi communis æſtimatio va-
loris præſentis temporis, non antiqui, tradit Fe-
lyn, in d.cap. ad aures num.17. de reſcript. Ioan.
Gutier. in quæſt.canon. cap.39.num.68.Verall.
deciſ.330.ſeu 3. valor beneficij par.3.Maſcard.d.
concluſ.1403.num.47.Flamin.Pariſ.de reſignat.
benefic.lib.10.quæſt.2.num.51. Cæſar de Graſſ.
deciſ.97.aliàs 4. de re iudic.num.3.

Neq; obſtabit dicere, reſignationes eſſe odio-
ſas; nàm contrarium eſt dicendum, fauorabiles
141 eſſe, † cùm Papa ſit beneficiorum vniuerſalis
dominus, & habeat in eis plenitudinem poteſta-
tis, clem.1. vt lite pendente, cap.2.de præbend.
text.vbi gloſ.in cap.ſi gratioſè de reſcript. lib.6.
cap.paſtoralis 7.quæſt.1. Selua in tract.de benef.
2.par.quæſt.1.num.25.& ſeq. Mandoſ.reg.2. de
reſeruationib. quæſt.2. nu.11. Gomez.in reg.de
iure quæſito, quæſt.1.verſ.*illud*, Alex.conſ.81.in-
142 cip. ſtantibus num.8. vol.4. † & ità ſimiles re-
ſeruationes debent fauorabiles dici, & ſunt am-
pliandæ, cap. ſi pluribus de præbend. lib. 6. La-
pus allegat.27. incip. diſputat an præceptor nu.
2. Federic.de Senis in tract.de permutat. benef.
quæſt.1.nu.2. ibi. *Sed reſeruationes, quæ fiunt per
Papam*, Mandoſ. vbi proximè num.12. Hieron.
143 Gabriel.conſ.197. num.3.lib.2. † maximè cùm
ſint ex cauſa reſignationum beneficiorum, quæ
ſunt fauorabiles, ac coadiuuandæ tàm reſpectu
reſignantis, quàm eius, cui prouidetur, vt doctè
concludit Caſſador.deciſ.13.de præbend. nu.2.
& ita ſi ſit facta ab eo, qui ordinem ſacrum non
habet (proùt erat Matthæus de Caſtro) valida
eſt, & ſi aliud nõ habeat beneficium, vt per Ioan.
Gurtier. conſ.42, num.10. Quòad vltimum iàm
ſuprà oſtendimus, dictum D. Alphonſum de
Couarruuias nunquàm in re, neque ad rem ius
habuiſſe in beneficio huiuſmodi ex aſſerta dicti
144 Epiſcopi collatione, † & adhùc caſu, quo ha-
beret ius ad rem, derogatum ei eſſet virtute
gratiæ conceſſæ Petro de Caſtro, vt tradit Cal-
derin. conſ.8. in fine tit.de reſcript. Dominic.&
alij in cap.fin. in princ.& §.vlt. de conceſſ. præ-
bend.lib.6.Ludouic.Gomez.quæſt.1.reg.de iure
quæſito non tollendo verſ. *alij verò*, Rebuff. in
eadem regula quæſt. 1. & ex cap. ad aures, cap.
mandatum de reſcript. & cap. cùm in illis in
princ. de præbend. lib.6. Rebuff. in concordat.
in forma mandati Apoſtolici, gloſ. ſpectat, verſ.
& quandò, cum quibus omni ex parte remanet
excluſa intentio dicti D. Alphonſi de Couarru-
uias.

Minùs obſtat impetratio facta per Licentiatũ
Montemayor de dicto beneficio narrando, quòd
dictus Matthæus commiſerat homicidium, nec
tamèn contra ipſum fuerat proceſſum; quia fal-
ſum in hac parte aſſeruit, vt conſtat ex proceſſu,
& data bullarũ eius fuit 16.Februarij, cùm mul-
tò antè fuiſſet iàm gratia facta dicto Petro de
Caſtro, vt apparet ex data, & ità ratione narrati-
uæ non veræ corruit gratia dicti de Montema-
yori in qua ſua Sanctitas decreuit, quòd proce-
deretur ad ſententiam priuationis, & poſt priua-
tionem Matthæi de Caſtro fieret illi collatio; ex
quo colligo duo aduerſus eum, & D. Alphonſum
Couarruuias. Primum, quòd non erat ipſo iure
priuatus beneficio propter homicidiũ iàm nar-
ratum Pontifici, qui nihilominùs decreuit, quòd
145 per ſententiam priuaretur, † & in diſpoſitio-
ne tàm clara ceſſant omnes coniecturæ, iuxta
text. in l.continuus 137. §.cùm ità in fine ff. de
verbor.obligat.Bald.nu.9.in l.1. C.commodati,
Chriſtoph.de Caſtellion.conſ.29.num.12. Lam-
bert. lib.1. de iure patronat. 5.quæſt. principali
art.19.num.3.Roland.à Valle conſ.51.viſo, ac di-
146 ligentèr num.22.vol.3. † Secundò, quòd ſi ali-
quis impetrat beneficium Titij, tanquàm homi-
cidæ in forma iuris; ille poteſt renunciare quan-
dòcunquè illud beneficium, ex gloſ.communitèr
recepta in cap.1. verbo *finita*, vt lite pend.) lib.6.
Sarnenſ. in comment. ad regulas Cancellariæ In-
nocentij VIII. reg.27.verſ.*aliqui*, Cæpoll.d.cau-
tel.44.Rebuff.in praxi benef. tit.de modis amit-
147 tendi beneficia num.53. dicens, † quòd bene-
ficium homicidæ fruſtrà impetratur, quia poteſt
interim à Papa rehabilitari, tùm etiàm, quia non
eſt priuatus, ideòque reſignare poteſt etiàm in
fauorem amici, qui poſt rehabilitationem ei re-
ſtituet; & magis in terminis Aufrer. ad Capell.
148 Tholoſan. quæſt.437. num.6.ait, † quòd man-
datum Papæ de prouidendo Titio poſt priua-
tionem faciendam de homicida, expirat, ſi ille
homicida renunciat, ignorans de tali impetratio-
ne, Anton. de Butrio conſil.43. incip. in Chriſti
verſic.*aggrediar ſecundum*, iuxta Rot.deciſ.5. de
re iud. in antiquior. Gomez.reg.de annali q.42.
num.4.Couar.in d.clem.ſi furioſus 2.par.§.3.nu.
7.verſ.*quidam*, optimè Salzedo in addit. ad Ber-
nard.Diaz.d.cap.97.praxis criminalis verſic. *ſunt*
149 *etiàm*, † & vltrà quòd ignorantia præſumitur,
niſi probetur ſcientia, l. circa ff. de probat. cap.
ignorantia de regul.iur.in 6. Menoch.lib.4. præ-
ſumpt.116.nu.3. Roland.à Valle conſ.68. nu.10.
150 vol.3.Cæphal.conſ.241.num.94.tom.2. † ma-
ximè quandò eſt facti alieni, l.fin.ff.pro ſuo, Bal.
in l.quicunque col.1. C.de ſeru. fugitiu. Ioſeph
Ludouic.deciſ.Peruſina 84.num.11.par.2. idem
Cæphal.conſ.193.nu.41.vol.2. euidens eſt equi-

Digitized by Google

dèm, quòd per plures menſes ante dictus Matthæus iàm reſignauerat beneficium, & erat facta gratia dicto Petro de Caſtro, & impetratio fuit
151 multùm præpoſtera, & inefficax, † & data anterior literarum regularitèr efficit literas præferri, cap. ſi duobus, iuncta gloſ. in verbo *non apparet*, cap. ubi de reſcript in 6. cap. eum, cui de præbend. eodem libro, Felyn. in cap. capitulum num. 5. de reſcript. Bellam. concluſ. 570. ſub rub. de except. num. 1. Deciſ. Rotæ 28. tit. de reſcript. in antiq. Ex quibus omnibus reſoluo, quòd de iuſtitia debet exequi gratia dicti Petri, & illi cõferri beneficium, amoto dicto D. Alphonſo, & fructus reſtituere compulſo, ſilentioq; perpetuo impoſito tàm illi, quàm dicto impetranti, ſaluo, &c. Conchæ idibus Februarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *AEqualitas debet ſeruari inter filios in diuiſione bonorum parentum.*
2 *Æqualitas debet ſeruari, etiàm impropriando verba.*
3 *Fraternitas in iure accipitur pro æqualitate fratrum.*
4 *Diſcordiæ inter fratres oriuntur ex inæqualitate.*
5 *Æqualitatem videntur voluiſſe ſeruare parentes, licèt non clarè exprimant.*
6 *Inæqualitas eſt inimica legi.*
7 *Inæqualitas odioſior eſt inter fratres, quàm inter extraneos.*
8 *Inæqualitas reprobatur à iure.*
9 *Pater habens plures filios, non debet vnum vti filium tractare, alium vt priuignum.*
10 *Inæqualitas nec inter filios primi, & ſecundi matrimonij eſſe debet.*
11 *Societas qualitèr duret mortuo vno ex coniugibus.*
12 *Societas præſumitur continuata ex vtriuſque perſeuerantia.*
13 *Fratres ſi fuere ſocij, & omnia conferebant, omnia debent diuidi.*
14 *Pecunia pupilli emptum, quæritur illi.*
15 *Diuiſio ſi non ſit facta inter fratres de aliquibus rebus, non præſcribitur inter illos, & num. 16.*
17 *Diuiſio nõ præſumitur facta, ſi fratres habent portiones inæquales.*
18 *Cohæres læſus in diuiſione poteſt petere, vt iterùm fiat iuridicè.*
19 *Diuiſio erronea non attenditur, ſed retractatur.*
20 *Diuiſio inter fratres eſt inſtar rationis, quæ malè compoſita debet reformari.*
21 *Error conſtat eò ipſò, quòd apparet rem alitèr ſe habere.*
22 *Læſio in diuiſione reformatur arbitrio Iudicis.*
23 *Diuiſio facta ſinè Iudicis auctoritate retractatur ex cauſa erroris.*
24 *Diuiſio iudicialis, in qua rationes non ſunt diſcuſſæ, reſcinditur ex cauſa erroris.*
25 *Diuiſio damnoſa non inducit donationem.*
26 *Dolus præſumitur ex magna læſione.*
27 *Dolus etiam ſinè læſione ſufficit, vt reſcindatur diuiſio.*
28 *Relictum factum priuigno, vel extraneo debet deduci ex quinto bonorum habentis filios.*
29 *Legatum rei alienæ licèt valeat in præiudicium hæredis, non tamèn in damnum domini rei.*
30 *Teſtator non videtur legare niſi ius, quod habet in re.*
31 *Edere inſtrumentum qui recuſat, habet contra ſe præſumptionem.*
32 *Edere debet reus actori, vbi vertitur periculum conſcientiæ.*
33 *Editio debet fieri ad coadiuuandum intentionem Actoris.*
34 *Legitima debetur filio in qualibet re hæreditaria.*
35 *Legitima filiorum eſt velut æs alienum.*
36 *Legitima debet relinqui abſquè grauamine.*
37 *Legitima debetur cum fructibus.*
38 *Fructus legitimæ etiàm bona fide cõſumpti ab àlio debentur filio.*
39 *Hæreditas, & legitima recipiunt incrementum acceſſione fructuum.*
40 *Fructus ſunt acceſſorij proprietati.*
41 *Fructus veniunt in iudicio petitionis hæreditatis.*
42 *Pater tranſiens ad ſecundas nuptias ſolùm eſt vſufructuarius bonorum filij primi matrimonij.*
43 *Fructus ex animalibus quales ſint.*
44 *Fructus ex animalibus pertinent ad hæredes.*
45. *Lucratorum conſtãte matrimonio medietas ſpectat ad filios illius in Regnis Caſtellæ.*
46 *Æqualitatis ſeruandæ regula inter filios intelligitur reſpectu ſucceſſionis ſuorum parentum.*
47 *Bona ſpectantia ad filios primi matrimonij non debent diuidi inter filios ſecundi.*
48 *Inſtrumenta inducunt probationem euidentiſſimam.*
49 *Inſtrumentum vbi eſt, ceſſat diſceptatio iudicialis.*
50 *Inſtrumentum probat etiam quæ veniunt ex mente illius.*
51. *Inſtrumento qui vtitur, videtur fateri contenta in eo.*
52 *Inſtrumentum producens non poteſt poſteà contra illud allegare.*
53 *Inſtrumentum licèt producatur in parte, & partibus fauorabilibus, probat adhuc contra producentem.*
54 *Fratrum appellatione veniunt propriè vtrinque coniuncti.*
55 *Vinculum fortius adeſt in vtrinque coniunctis.*
56 *Statutum loquens de fratre, intelligitur de carnali, & non de patruele.*
57 *Succeſſionis ab inteſtato attenditur ordo.*
58 *Frater patruelis eſt impropriè frater.*
59 *Teſtes examinati extra terminum probatorium nõ probant.*
60 *Teſtes non valent examinari ſuper principali in termino dato ſuper reprobatione teſtium.*
61 *Articuli non videntur admiſſi ſuper principali in termino reprobationis.*
62 *Matrimonium in Regnis Caſtellæ liberat à patria poteſtate.*
63 *Aduentitia bona pertinent ad filios in proprietate, & vſufructu, poſtquàm contraxere matrimoniũ receptis benedictionibus nuptialibus.*
64 *Pater in caſibus, in quibus non habet vſumfructũ, non eſt legitimus adminiſtrator.*
65 *Pater in bonis filiorum ſolùm habet poteſtatem in illis proficuam.*

66 Pa-

66 *Patris factum non debet filijs obeſſe.*

67 *Pater non debet facere deteriorem conditionem filiæ.*

68 *Paternum officium eſt tueri, non diſſipare res filiorum.*

69. *Cauſa falſa, aut erronea vitiat actum.*

70 *Error excludit conſenſum in diuiſione, & nu. 71.*

72 *Diuiſio erronea non nocet diuidenti.*

73 *Diuiſio erronea rei alicuius non nocet illi, non obſtante lapſu temporis, iuramento, & laudo extraiudiciali.*

74 *Errans nemo amittit rem ſuam.*

75 *Filius tacendo patre alienante, aut non benè adminiſtrante rem ſuam non ſibi præiudicat.*

76 *Tempus non currit non valenti agere propter minorem ætatem, aut vxori matrimonio conſtante, & num. 77.*

78 *Diuiſio bonorum communium eſt alienationis ſpecies.*

79 *Minor ſinè decreto non agit de diuiſione.*

80 *Diuiſio approbata à Iudice ſinè cauſæ cognitione non impedit, quin agi poſſit contra grauamen, & errores illius.*

81 *Approbatio facta ex cauſa falſa, eſt nulla.*

82 *Diuiſio facta æqualiter inter fratres primi, & ſecundi matrimonij reſcinditur, ſi filij primi debebant maiorem habere portionem.*

83 *Factum vnius non debet alteri obeſſe.*

84 *Facti quæ ſunt non præſumuntur, niſi probentur.*

85 *Hæreditaria portio competit cuicunque hæredi.*

P R O

Ioanne Rodriguez marito, & coniuncta perſona Catharinæ Fernandez, & Bartholomæo Cottillo marito Quitteriæ de Carraſcoſa iunioris, & Martino Real marito Mariæ de Fuentes filiabus legitimis Michaelis de Fuentes, & Quitteriæ de Carraſcoſa eius vxoris, Neptibuſque Bernardini de Carraſcoſa, & Catharinæ Fernandez eius primæ vxoris defunctorum.

CONTRA

Annam de Carraſcoſa filiam dicti Bernardini, & Anaſtaſiæ de Segura eius ſecundæ vxoris, & alios litis conſortes nepotes dictæ Anaſtaſiæ.

ARGVMENTVM.

Qualitèr ſuccurratur deſcendētibus læſis in diuiſione, præſertim extraiudicialitèr facta bonorum aſcendentium tàm reſpectu capitalis bonorum hæreditariorum, quàm fructuum, & acceſſionum.

CONSILIVM CXXIX.

VT clariùs, & cum maiori diſtinctione conſtet iuſtitia actorum, præſens allegatio in tres diuidetur Articulos: in Primo fundabitur error, & læſio reſpectu diuiſionis bonorum dictorum Bernardini de Carraſcoſa, & Catherinæ Fernandez.

In Secundo, reſpectu bonorũ, quæ pertinuerant ad Bernardinũ de Carraſcoſa iuniorem filiũ dictæ Catherinæ Fernandez ſenioris, qui poſt eius matrem deceſſit ab inteſtato, & in minori ætate.

In Tertio, reſpectu bonorum Michaelis de Carraſcoſa Clerici Præsbyteri, & Fratris Martini de Cabrejas religioſi ordinis D. Franciſci filiorum ex dicto primo matrimonio procreatorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Animaduerſo, quòd vti eſt probatum per dictum Ioannem Rodriguez, eius vxorem, & litis conſortes, dicti Bernardinus de Carraſcoſa, & Catharina Fernandez eorum matrimonio conſtante ſuſceperunt liberos, ſcilicèt dictam Quitteriam de Carraſcoſa, & Bernardinum iuniorẽ, Michaelem, & Mariam Alphonſo de Carraſcoſa, Ioannem, & fratrem Martinum de Cabrejas, qui ſuperuixere eorum matri, & fuere ipſius hæredes tàm bonorum dotalium, quàm medietatis lucratorum conſtante illo matrimonio, & bonorum etiàm lucratorum interim dùm extitere pro indiuiſo, donec dictus Bernardinus de Carraſcoſa duxit ſecundam vxorem dictam Anaſtaſiam de Segura, & debuere conſequi inter alia bona vnuſquiſque ipſorum quinquaginta capita ouium, iuxta declarationem productam in proceſſu fol. 125. & ſeqq. & depoſitiones teſtium priorum probationum ſuper ſecundo, & tertio Articulis, & quòd dos dictæ Anaſtaſiæ de Segura non importauit ducatos quinquaginta, vt in articulo vndecimo, & quòd ex clauſula teſtamenti facti per eam, & dictum Bernardinum de Carraſcoſa eius virum, quæ eſt fol. 21. diſpoſuere, quòd filij tàm primi, quàm ſecundi matrimonij, qui tunc temporis erant quinque ex vnoquoque illorum, eò quòd iàm deceſſerat dictus Bernardinus minor, diuidere deberent eorũ bona æquis portionibus, debuit dicta diſpoſitio obſeruari abſque eo, quòd filij dictæ Anaſtaſiæ de Segura maiorem portionem conſequerentur, nec penès ſe retinerẽt præcipua, & abſque diuiſione bona, quæ retinuere: ex ſequentibus.

1 † Primò, quia de iure debet æqualitas inter fratres in diuiſione bonorum parentum ſeruari, l. ſi maior, vbi Bald. num. 1. C. commun. diuidun. l. cùm pater §. euictis ff. de legat. 2. l. illud in fin. & l. vt liberis, vbi Decius num. 3. C. de collationib. l. fin. C. commun. vtriuſq; iudicij, §. illud quoque, vbi Angel. in auth. de nuptijs, Decius in l. 1. nu. 2. C. vnde liberi, Cæphal. conſ. 56. num. 37. lib. 1. & conſ. 191. num. 14. conſ. 280. nu. 1. tom. 2. & conſ. 383. num. 10. tom. 3. Alciat. reſponſ. 138. num. 4. aliàs conſ. 8. num. 11. lib. 2. Marian. Soccin. iunior conſ. 128. num. 44. lib. 1. conſ. 35. num. 17. & conſ.

100.

300.num,13.eodem vol, idem Alciat.conſ.36.nu.
5. lib. 8.

2 † Etiàm impropriando verba diſpoſitionis,vt
tradunt Bart. in l.fin. ff.pro donato, Soccin.in l.
1.notab,4.ff.de rebus dubijs, Ioan.Cæphal.conſ.
109. num.23.tom.1. & conſ.188.num.10.tom.2.
Carol.Ruyn. conſ.112.num.7.lib.2. dicens,pro-
pter æqualitatem ſeruandam limitari ſæpè, vel
ampliari diſpoſitionem teſtatoris, l.cùm pater §.
euictis ff. de legat.2.l.fin.C.commun.vtriuſque
iudicij, facit l.cùm oportet verſ.*vel ad fratres* C.
de bonis, quæ liberis.

3 † Nec propter aliud in iure fraternitas dicitur
æqualitas, quàm ex eo, quòd inter fratres ſit ſer-
uanda, d.l.vt liberis,ibi: *æqua lance, pariq; modo*,
Ioan.Guttier. de iuram.confirmat.1.par.cap.3.
num.12. Bald.in authent.ex teſtamento num.3.
C. de collat. & in l. qui in Prouincia §.diuus nu.
12. ff.de ritu nuptiar. Roderic.Xuar.in l.quoniã
in prioribus in declarat. l.Regni dub. 2. num.1.
Marc.Anton.Eugen.conſ.62.num.40.& ſeqq.&
conſ.78. num.12.& conſ.87. nu.17.lib.1. & cùm
ſit cauſa concordiæ, dicti teſtatores voluere eam
conſeruare inter eorum filios vtriuſque matri-
4 monij, † vt arcerentur diſcordiæ, quæ regu-
lariter oriuntur ex inæqualitate, vt tradit Bar-
tholom.Soccin.conſ.4.col.3. nu.6. vol.1.Anchar.
conſ.377. col.2. Petr.Philipp. Corneus conſ.13.
num.5.vol.3.conſ.228.num.4.& conſ.289. nu.7.
vol.4.Roland.à Valle conſ.51.num.8.& conſ.70.
num.20.vol.4. Bartholom.Soccin. conſ.21.nu.7.
vol.3.Ioſeph Ludouic.deciſ.Lucenſ.28.num.15.
5 Antonin.Theſaur. deciſ.Pedem.5. nu.1. † quam
æqualitatem cenſentur voluiſſe Teſtatores ſer-
uari, quàmuis non ità expreſſiſſent, vt reſoluunt
Decius conſ.59.num.3.& conſ.122.eodem num.
vol.1.Cæphal.conſ.188.nu.9.lib.2. Menoc.lib.4.
de præſumpt.præſ.26.num.22. & præſ.36.nu.37
Marian.Soccin. iunior conſ.160. num.23. & 24.
vol.2. Surd.conſ.21.& 29.num.1.& conſ.31.nu.
16.vol.1.Hieronym.Magon.deciſ.Florentina 13.
6 num. 21. † eſt enim inæqualitas inimica legi, vt
7 probat Cephal.conſ.784.nu.34.tom.5.† & odio-
ſior inter fratres, quàm inter extraneos, l. cùm
oportet, ibi: *vel ad fratres ſuos, quod etiam gra-
uius* §. ſin autem, ibi: *nec alternationis cuiuſ-
dam maximè inter fratres oriatur occaſio* C. de
bonis, quæ liberis, l.inter filios C. famil. erciſc.
Diuus Ambroſ. lib. de Ioſeph Patriarcha cap. 2.
iungat liberos æqualis gratia,quos æqualis iunxit
natura, doctè Annæ.Robert.lib.1.rerum iudica-
rar.cap.15. Marian.Soccin.conſ.172.nu.22.vol.2.
Intriglioi.deciſ.Siciliæ 9. num.30. Magon.deciſ.
8 Florent.35.num.26. † ideò meritò reprobatur à
iure, l.illud, d.l.vt liberis C.de collation.l.fin.C.
commun. vtriuſque iudicij, & l. hæredes mei §.
cùm ita ff.ad S.C.Trebellian. vbi Hiero.Zanch.
in repetit. num. 26. poſt Angel. conſ.59. num.3.
9 dicit, † quòd pater nòn debet facere vnum filiũ,
& alium priuignum, vndè Caſſiodor.lib.1.variar.
cap.7.dixit: *iniquum eſt enim, vt de vna ſubſtan-
tia, quibus competit æqua ſucceſſio, alij abundanter
affluant, alij paupertatis incommodis ingemiſcant*;
optimè Carol.Ruy.conſ.112.nu.7.vol.2. Binius
conſ.383.num.11.Lancell.Galliæ conſ.18.nu.48.

10 † Quod procedit, quàmuis filij eſſent primi,
& ſecundi matrimonij, ex adductis per Bal.conſ.
140. incip. caſus talis eſt, Decius vbi ſuprà, Cæ-
phal.conſ.299.num.3.tom.2. Surd.d.conſ.31.nu.
17.l.hac edictali §.ſin verò C.de ſecund.nupt.

Contra quæ omnia dicta Quitteria de Carra-
ſcoſa, & eius filiæ fuerunt enormiſſimè grauatæ
in diuiſione, quam partes aduerſæ inceperunt
facere cum Michaele de Fuentes eius viro; nàm
cùm bona extitiſſet pro indiuiſo inter filios pri-
mi, & ſecundi matrimonij poſt mortem dictorũ
Bernardini de Carraſcoſa, & Anaſtaſiæ de Segu-
ra vſque ad annum 1592. quo fuit inchoata diui-
ſio, totum, quod fuit multiplicatum, & emptum
ex prædictis bonis, communicatũ fuit inter eos,
ac ſi fuiſſent ſocij, & debuit adduci in diuiſionẽ,
etiã habita ratione, quòd dicta Anaſtaſia remanſit
11 in viduitate, † quia ſocietas durat inter coniu-
ges non ſolùm conſtante matrimonio, ſed etiàm
altero eorum mortuo, remanẽtibus bonis ſimul
non diuiſis inter ſuperſtitẽ, & defuncti hæredes,
& tunc diuiduntur lucra, & damna prouenientia
ex tali ſocietate tacita, vt reſoluit Ioan.Lup. in
repetit. rubricæ de donat.inter vir.& vxor. §.62.
num.25.Gomez de Leon.allegat.5.num.10.Gre-
gor. Lopez in l.10. tit.10. par. 5. gloſ.1. limit. 3.
Matienzo in l.2. tit.9. lib.5.recopilat.gloſ.1. nu.
11. Ioan. Garzia in tract. de coniugali acqueſtu
nu. 166. qui pro eo allegant l.9. incip: *ſi vn home*
tit.4.lib.5.foro generoſorum, l.6.tit.3. *de las la-
uores* lib.1.fori.

12 † Nàm ex patientia, & perſeuerantia vtriuſq;
partis præſumitur inter eos continuata ſocietas,
argumento l.quæritur §.qui impleto ff.locati, l.
legem C.eodem titulo, l.in rebus §.vlt. ff.de pre-
cario, & l.20.tit.8.de locationib.par.5.Matienz.
d.num.11. & ſeq. Bald.conſ.19.nu.1.vol.1. & ef-
fectus dictæ ſocietatis non limitantur ſub præ-
textu dicendi, quòd augmenta patrimonij pro-
uenerũt mortuo dicto Bernardino de Carraſco-
ſa, labore, & induſtria dicti Ioannis de Cabrejas;
nàm licèt ipſe adminiſtraſſet tanquàm frater ma-
ior communia bona, augmenta, lucra, & incre-
menta fuere ad vtilitatem omnium fratrũ; cùm
procederent ex eorum bonis pro indiuiſo exi-
13 ſtentibus in quadam tacita ſocietate; † nàm
quandò fratres ſunt ſocij, & ex actibus ipſorum
apparet, quòd omnia conferunt, debent omnia
æqualitèr diuidi, non conſiderando, an vnus plus
lucratus fuerit, quàm alius, l. ſi ſocius pro filia
ff.pro ſocio, Bald. in l.ſi patruus nu.16. C.com-
mun.vtriuſque iudicij, & conſ.74.incip.res com-
muniter num.1.vol.2. allegans l.cùm oportet C.
de bonis, quę liber. Petr.de Anchar.conſ.302.in-
cip.materia, de qua quæritur num.7. Alex.conſ.
154.videretur circa conſultationem num.4.lib.2
14 ſaltim ex priuilegio pecuniæ pupillaris; † nàm
emptum, ſiuè quęſitum ex ea, pupillo acquiritur,
l.ſi vt proponis, vbi notatur C.de rei vendic. Bal.
conſ.109.incip.in iſta materia num.1.vol.2. Bar.
in l.ad probationem 21.num.1.C.de probat. Sar-
mient. de redditib.eccleſ. 3.par. cap.2. num.10.
lex 49. tit.5. par. 5. vbi Gregor.Lopez gloſſ.2.&
ex Paulo Caſtrenſ. conſ.289. nu.2.vol.2. Caualc.
de tutore, & curatore nu.243.& 252. Patiſ.conſ.
80.nu.

Digitized by Google

80.num.17.& ſeq.vol.5. Menoc.conſ.213.nu.50.
& ſeqq.tradit Franc.Milanenſ. deciſ.Sicil.9. nu.
72. lib.2.
Et ita fuit notorius error,& grauamen non
adducere ad diuiſioné domos principales, quas
dictus Bernardinus de Carraſcoſa reliquit in
dicta Villa,aliaſquè domos,areas,terras,& hære-
ditamenta,& ſolaria cum ſuis pertinentijs,aluea-
tiaq; contenta in memoriali producto per di-
ctum Bartholomæum Cottillo, & eius conſortes
fol. 135. & ſeqq. & quia conſtat ex inſtrumento
portionis adiudicatæ dicto Ioanni de Cabrejas
producto per Annam de Carraſcoſa, & cóſortes
à fol.52.& ſeqq.& ex depoſitionibus Sebaſtiani,
& Alphonſi Muñoz in 11.articulo,& ſequétibus,
& ex depoſitione Chriſtophori de Poiatos fol.
134.& ſeq. quòd antequàm ſecundò vxorem du-
ceret dictus Bernardinus Anaſtaſiam de Segura,
habebat plura alueария tàm in territorio dictæ
Villæ, quàm in montaneis conuicinis. Et quòd
anno quolibet computato ſterili cum fertili ex
quolibet apum alueari, procedebat tantum mel-
lis,& ceræ,quod efficeret valorem ſex regalium.
Et in probatione facta in *Val de Morillo* fol.213.
& ſeqq.Franciſcus,& Martinus Herrayz Muñoz
Parochus eiuſdé loci deponunt, quòd erant cen-
tum caueæ, & vaſa apum in territorio de *Val de
Meca,& de Valduerguinas* tempore etiàm primi
matrimonij cum Catharina Fernandez,& etiàm
reſpectu fructuum illarum,probantq; habuiſſe
alia multa bona, quibus conteſtis eſt Dominicus
de Henarejos in probatione facta in Oppido *de
la Laguna* fol.234.& ſeqq. & in probatione facta
in Villa *de Cañete* deponunt alij teſtes fol. 285.
& quòd habebant plura animalia vaccina,mulas,
& alia ſtabilia, mobilia, & ſe mouentia: vltraquè
remanſere pro indiuiſo plura alia bona, vt con-
ſtat fol.52.in quodam actu facto inter dictum
Ioannem de Cabrejas.& Paulum Garzia tempo-
re, quo egerunt de diuidendis hæreditamentis,
& prædijs *de Fuente la Serra* abſque interuentu
tamèn aliorum cohæredũ,quod fecere 28.Octo-
bris 1592. & ex alia ſcriptura facta 22. eiuſdem
menſis apparet, quòd nó fuit deducta in diuiſio-
nem alia terra in colle dicto *los gregorios*, quæ
fuerat aui eiuſdem Ioannis de Cabrejas, & aliud
prædium in *Poial de Prado de la Noguera* aliaq;
contenta in proceſſu fol. 40. & 51. & ita quàm-
uis fuiſſet facta diuiſio aliorum bonorum, non
fuit ſufficiens,cùm debuerit fieri de omnibus nó
15 obſtante tranſcurſu temporis; † nàm & ſi fit fa-
cta diuiſio inter fratres de aliquibus rebus, & de
alijs non debebit etiàm de illis fieri,non obſtante
temporis tranſcurſu, iuxta l.5.tit.13.lib.3.ordi-
namenti,quæ hodie eſt lex 5. tit.15.lib.4.recop.
dùm ait: *ſi herederos, ò otros hombres tuuieren,
ò poſeyeren alguna coſa de conſuno, que no ſea par-
tida entre ellos maguer, que el vno dellos ſea tene-
dor de la coſa, no ſe pueda defender por tiempo,
que no de ſu derecho à cada vno de los otros quan-
do quiera, que ſe lo demandare*. Ioan.Guttier.in l.
nemo poteſt num.211.& 255.de legar.1.Balb.de
praſcript.4.par.quartæ partis principalis quæſt.
16 13. † aſſerens,præſcriptionem non cadere inter
ſocios etiàm per longiſſimum tempus, quin te-
neantur diuidere, Azeued. in d.l.5. num.4.
17 † Quod in tantum eſt verum, quòd eò ipsò,
quòd fratres non habent portiones æquales bo-
norum, & hæreditatis parentis, non præſumitur
inter illos facta diuiſio,imò debet de nouo fieri,
& reddi ratio rerum hæreditariarum,& fructuũ
earum; Bald.in l.penult.num.2. C.commun.di-
uid. communitèr receptus, vt per Balbum in d.
tract.de præſcript. 5.par. tertiæ partis principa-
lis quæſt.10.num.45.Vldaric.Zaſius conſ.5.num.
33.lib.1.Tiraquell.tract.de præſcript.§.1.gloſ.4.
verſ.*decimoquartò* propè finem, Azeued. d.nu.4.
Ioan. Guttier. vbi proximè num.210. plures re-
lati per Anton.Gabriel. lib.1. commun.concluſ.
concluſ.1.de præſcript. num.30. Ioſeph Ludou.
deciſ.Lucenſi 48.num.25. Alex.conſ.9.lib.2. nu.
1.& conſ.25.nu.16.lib.5.Menoch.de præſumpt.
lib.3. præſ.60.num.7. Villalob.in antinomijs lit.
D. num. 99.
18 † Et confirmatur,nàm ſi in diuiſione vnus co-
hæredum ſit deceptus,aut læſus,proùt fuere di-
cta Quitteria de Carraſcoſa,& eius filiæ,quibus
aſſignata non fuit pars aliqua, vel portio bonorũ
relictorum abſque diuiſione, poſſunt petere, vt
iterùm diuiſio iuridica fiat per l. ſi ſoror C.de
collationib.& l.tres fratres,vbi DD.ff.de pactis,
l.maioribus C.commun. vtriuſque iudicij, & l.
8.in fin.tit.4.*de las lauores,y particiones* lib.3. fo-
ri, vbi Montaluus gloſ. *no fuere de edad*, Caſtillo
in l.29. gloſ. *particion*, Villalob. vbi proximè nu.
19 100. † erronea enim diuiſio attendenda non
eſt,ſed retractatur l.ſi poſt diuiſionem,& ibi Iaſ.
C.de iuris, & facti ignor. l.ſi ſoror C. de collat.
vbi error commiſſus in diuiſione bonorum pa-
ternorum,vt quia plus ad vnum perueniſſe dici-
tur,quàm ad alterum,retractatur, Barthol.Socc.
conſ.25. num.2. & 3. vol.4. Ioan.Botta conſ.20.
20 num. 82. & ſeq. † dicentes, quòd diuiſio inter
fratres non eſt,niſi quædam ratio inter eos com-
poſita,quæ ſi malè compoſita ſit,debet redire ad
rectam, & veram compoſitionem, allegant l. er-
ror C.de iuris,& facti ignorant.& l.calcula ff.de
21 adminiſt,rerum ad Ciuit.pertin. † & error con-
ſtat eò ipsò,quòd apparet alitèr,quàm in diuiſio-
nibus fuit expreſſum, Botta nu.85.d.conſ.20.
Et ad minus, quòd reficiatur, & ſatisfiat illis
22 de grauamine,& læſione diuiſionis; † nàm diui-
ſio petitur reformari ex eo,quòd altera pars mi-
nus recepit, tollitur læſio arbitrio Iudicis, vt ex
Bart.Bal.& Doctoribus in l.1.C.commun.diuid.
communem dicit Gozadin. conſ.44. nu.15.Vil-
lalob. inter commun. opin. C.commun. vtriuſq;
iudicij num.12. pro quibus eſt text. in l. maiori-
bus eod. tit. quæ ait: *maioribus etiam per fraudẽ,
& dolum, vel perperàm ſinè iudicio factis diuiſio-
nibus ſolet ſubueniri, quia in bonæ fidei iudicijs,
quod inæqualitèr factum eſſe conſtiterit,in melius re-
formabitur*. Sequitur Cagnol. ibi nu. 59. Corneus
conſ.240.lib.4.Pinel.in l.2.C.de reſcind.vendit.
2.par. cap.1. num.1. & 2. Ayora de partitionib.
3.par.quæſt.6.num.52.& 13.& quæſt.7.num.54.
Igneus in tit. *an Rex Franciæ recognoſcat Impe-
23 ratorem* §. contra primam num. 24. † & quia
diuiſio facta ſinè Iudicis authoritate prætextu er-
roris irritatur, Menoch. conſ.95. num.26.32. &
ſeqq.

24 ſeqq. † & etjàm in iudiciali, ſi non fuere ratio-
nes diſcuſſæ, Menoch.conſ.320.nu.3.& 26.lib.4.
25 † Accedat quod ait Bal.in rub.nu.21. C.de con-
trah.empt. quòd damnoſa diuiſio non eſt dona-
tio, Aluar.Valaſc.conſult.112.nu.6.

Quia dicti Ioannes de Cabrejas, & Anna de
Carraſcoſa, & conſortes liberi non ſunt à culpa,
nè dicam dolo in prætenſa diuiſione, retinentes
penès ſe tot bona in diuiſionem non adducta,
maioreſq; portiones reportantes, quàm dicta
Quitteria de Carraſcoſa, & eius filiæ cum tàm
26 maxima læſione, † ex qua dolus præſumitur,
iuxta text.notabilem in l.omnes §.Lucius ff.quæ
in fraud.credit. l.ſumma cum ratione ff. de pe-
culio, Bald.in cap.1. §.itèm ſacramenta, de pace
iuram.firm.in vſib.feudor.And.Sicul.conſ.42.in-
cip.dico, quòd num.1. lib.1. & conſ.71.num.2.
lib.3. & dixit Vincent. de Franch. deciſ.247. &
665.nu.7.poſt Gammam deciſ.Luſit.198.non re-
periri modum,quo hæc enormis læſio tollatur.

27 † Qui dolus quàmuis non adeſſet læſio, ſuffi-
ciens erat ad reſcindendum diuiſionem, vt ex d.
l.maioribus,& l.penult.C.commun.diuid.tradit
Bald. conſ.91. incip. facti narratio talis eſt nu.1.
vol.2.Roderic.Xuarez conſ.3.nu.5. quod totum
locum obtinet,vt reſcindantur grauamina,& er-
rores diuiſionis,& fieri debeat bonorum omniũ,
quæ non fuere diuiſa,ac domus principalis,areç,
& palearis,& poſſeſſionis herbarum,ſeù paſcua-
rum anguli *Malillo*,quæ continet taxã, ſeù men-
ſuram pro ſeptingentis capitibus ouiũ, quæ em-
pta fuit de bonis cõmunibus, & indiuiſis, vt ha-
bent probatum actores ſuper articulo vigeſimo;
& quàmuis conuenti dicant,eam reliquiſſe præ-
cipuam,ſeu in vim prælegati dictam Anaſtaſiam
28 de Segura Ioanni de Cabrejas † adhùc debuit
apponi in corpore patrimonij, & deduci ex
quinto bonorum,quæ ad ipſam pertinuiſſent,&
eius filios tanquàm relictum factum priuigno,&
ſic extraneo. Et ità conſtat ex diſpoſitione l.30.
Tauri, quæ hodie eſt l.13. tit.6. lib.5. recopilat.
Ioan.Guttier.lib.1.practicar.quęſt.51.num.1.&
2. Ayora de partitionib. 2.par.quæſt.6. nu.11.&
14.& quæſt.10.nu.21.

Cùm dicta Anaſtaſia de Segura non potuiſſet
facere meliorationes, aut prælegata ex bonis cõ-
munibus, & pro indiuiſo in præiudicium dictæ
Quitteriæ de Carraſcoſa, & aliorum priuignorũ
filiorum primi matrimonij, qui in dicta poſſeſ-
ſione, & alijs bonis habebant ſuas portiones;
29 † nàm rei alienæ legatum & ſi valeat in præiu-
dicium hæredis, non tamèn in præiudicium do-
mini talis rei,qui non poteſt cogi ipſam tradere,
niſi de eius valore ipſi ſatisfiat, §.non ſolũ,Inſtit.
de legatis, l.cùm alienam C. eodem, l.non dubiũ
§.fin. ff.de legat.2.& lex 10.tit.9.par.6. vbi Gre-
30 gor.Lopez gloſ.3. in princ. † maximè quia Te-
ſtator nunquàm videtur legaſſe niſi ius,quod ha-
bet in re, l.ſerui electione §.fin.ff.de legat.1.l.qui
concubinam §.qui fundum ff.de legat.3. & l.ſti-
cho, vbi Bart. ff.de vſufructu legato, l. ſi domus
§.1. ff. de legat.1. Gregor. Lopez vbi proximè
quæſt.6.

Adfuit etiam eadẽ læſio, quia filiæ dictæ Ana-
ſtaſiæ de Segura, quæ nuptæ fuere Paulo Garzia,
& Ioanni Sanchez Ximenez, & Martino Xime-
nez vicino *de Caſtiel* maximas dotes habuere in
pecoribus, armentis,& animalibus vaccinis, pe-
cunijs, & bonis tàm ſtabilibus, quàm mobilibus
in quantitate ducatorum ter mille pro qualibet
ipſarum,vt deponunt plures teſtes Actorum ſu-
per articulo 15. cum quibus debuere parificari,
& æqualitatẽ conſequi dicta Quitteria de Car-
raſcoſa,& eius filiæ iuxta diſpoſita per dictos te-
ſtatores,& iura ſuperiùs adducta,quod nè appa-
rerer, eſt vehemens præſumptio,quæ reſultat ex
occultatione libellorum,ſeu manualium, in qui-
bus erant deſcriptæ dotes prædictæ, quæ non
obſtante quòd fuere requiſitæ,noluerũt exhibe-
31 re; † nàm ius præſumit contra eum, qui non
vult edere,nequè exhibere inſtrumenta, l.fin. C.
de fide inſtrument. Bald. in l.publicati in princ.
verſ.*item nota* de teſtament. Afflict. deciſ. Neap.
330. num.2. Gregor.Lopez in l.10.tit.14.par.3.
gloſſ.1. Auiles cap.6. prætorum gloſ. *pareçer* nu.
3.Ioan.Garzia de nobilit.§.1.gloſſ.2.nu.42.
Maximè cùm agatur de periculo animarum, &
conſcientiarum dictarum Annæ de Carraſcoſa,
& eius ſororum,quæ cum tàm magna inæquali-
tate reportarũt tot bona vltra ea,quæ fuere per-
uenta ad dictam Quitteriam de Carraſcoſa, &
eius filias, cùm omnes debuiſſent eſſe æquales:
32 † quia vbi agitur de periculo animæ rei conuẽ-
ti, tunc ipſe actori tenetur edere inſtrumenta,
quæ penès ſe habet ſecundùm Iaſonem in l. fin.
C. de edendo num.3.vbi Additio,& Alex. num.
21. Decius in cap.1.nu.36. de probat. Ioan.Gut-
33 tier. conſ.46. num.3.& 5. † qui eandem editio-
nem debere fieri aſſerit ad coadiuuandam inten-
tionem actoris iàm fundatam,ſecundùm Bart.in
d.l.fin. num.10.C.de edendo, vbi Curt.Iun. nu.
16.Deci.in d.cap.1.num.33.

Quod confirmatur ex inſtrumento diuiſionis
in contrarium producto fol.36. ex quo conſtat,
quòd dicti Paulus Garzia, & Martinus Ximenez
habuere in dotem regalia quinque mille cum
Lucia de Carraſcoſa, & Franciſca de Segura fi-
liabus ſecundi matrimonij, & vt æquales fierent
cum illis Ioannes de Cabrejas, & Anna de Car-
raſcoſa, & Maria de Carraſcoſa, & Bernardinus
clericus deduxerunt regalia viginti mille, nulla
data refectione filiabus dictæ Quitteriæ de Car-
raſcoſa, nec Mariæ Alphonſo earum amitæ vxori
Andreæ de Fuentes,& eodem tenore dicti Ioan-
nes de Cabrejas,Bernardinus, Anna,& Maria de
Carraſcoſa deduxere præcipuos pro ſe quatuor
centum quinquaginta vnum arietes,vulgò dictos
Primales ſub prætextu, quòd id faciebant ad ſe
æqualandum cum dictis Paulo Garzia,& Marti-
no Ximenez, & eorum vxoribus, nec de tribus
mulabus domitis, & quatuor indomitis, & alijs
animalibus,vt conſtat fol.26.vſque ad 30. quarè
debẽt reformari huiuſmodi grauamina, & læſio-
nes, & fieri refectio dictæ Quitteriæ de Carra-
ſcoſa de æquiualenti quantitate pro eius legiti-
ma cum fructibus, & partubus. At ſi extitiſſent
34 adhùc in communi, & pro indiuiſo, † quia le-
gitima debetur filio in qualibet re hæreditaria,
l. 2. C. quandò, & quibus quarta pars debeatur
lib.10. vbi Odoffred. Bart. Angel. & alij in cap.

Raynuntius,& cap.Raynaldus de teſtam. Alex.in
l.in quartam num.15.ff.ad l.falcid. Ant.Gomez.
35 in l.19. Tauri num.1. † tanquàm alienum æs, l.
Papinianus §.ſi quis ff.de inoffic.teſtam. Alexan.
conſ.83.viſo ſtatuto num.2.lib.4. Roland.à Valle
conſ.36.nu.25.vol.3.l.cùm ratio ff.de bon.dam-
36 nat.Alexand.conſ.69.nu.2.lib.1. † & ſic abſquè
vllo grauamine, l.quoniàm in prioribus,& l.om-
nimodò C.de inoffic.teſtamen.DD.in cap.Ray-
nuntius,& cap.Raynaldus, Bald.conſ.101.incip.
punctus cauſæ num.1.vol.2.

37 † Et per conſequens fructus, & reditus por-
tionis ad eas ſpectantis debentur filio à die mor-
tis parentis vnà cũ ipſa legitima, vt tradunt DD.
communitèr in d. l. Papinianus §. vndè ſi quis ff.
de inoffic.teſtam.auth.nouiſſima vbi notatur C.
de inoffic.teſtam. gloſ.1.ad finem in l.in fideicõ-
miſſariam ff. ad S. C. Trebell. Philipp. Corneus
conſ.265. vol 3. Maranta diſput.10.nu.24. & no-
tabilitèr declarat Bald. in l.non eſt num.2. C. fa-
38 mil.erciſc. † vbi concludit, hoc eſſe verum etiã
ſi tales fructus eſſent conſumpti ab hærede bona
fide poſſidente, ſequitur Alex.d.conſ.69.num.2.
Montaluo in l.8. tit.6. lib.3. fori gloſ.1. nàm aliàs
eſſet auferre illis augmentum, quod eis compe-
39 tit de iure, † ſecundùm quod ex acceſſione fru-
ctuum bona incrementum accipiunt,& hæredi-
tas augetur, vt ait I.C. in l.itèm veniũt §.fructus
ff. de petit. hæredit. & facit l.ſi quis putans §. ſi
quid ff.commun.diuidundo, l.pecuniæ verbum
§.1.ff.de verbor.ſignific. Parlador.lib.2.rerum
quotidian. cap.5. num.12. & 13. Vldaric. Zaſius
conſ.5.num.5.lib.1.Ioan.Monach.in cap.glorio-
ſus num.2. de conſecrat.Eccleſiæ, vel altaris lib.
6. Xuarez conſ.5. nu.20. d.l.Papinianus §.ſi con-
ditioni ff.de inoffic.teſtam.l.in fideicommiſſariã
ff.ad Trebell. & l.non eſt ambiguum, & ibi Bal.
C.famil.erciſc.num.1.& ſeqq.

40 † Nàm ſemper fructus sũt acceſſorij proprie-
tati,& dominio, l.indebiti in princ. ff. de cond.
indeb. l.1. C. eodem, & notatur in auth. niſi C.
de bon.matern. Bart.Angel.Paul.Caſtrenſ.& alij
in d. l. in fideicommiſſaria, Alciat. reſponſ. 234.
num.2.Ioan.Cæphal.conſ.3.num.71.& conſ.50.
num.3.& conſ.63.num.2.lib.1. Roland.à Valle
conſ.41.num.36.lib.3.

Et cũ ad dictã Quitteriã de Carraſcoſa perti-
nerent integralitèr legitimæ ſuorum parentum,
non ſolùm ex ſua perſona, ſed etiàm pro portio-
nibus Bernardini,& Michaelis de Carraſcoſa ip-
ſius fratrum vtrinque coniunctorum, qui ab in-
teſtato deceſſere, debent eas conſequi vnà cum
41 fructibus, & redditibus; † nàm in iudicio peti-
tionis hæreditatis veniũt fructus, & acceſſiones,
etiàm ſi bona fide ſint percepti à cohærede, l.ſed
etſi lege §.vlt. cum l.ſequenti, l.equis ff.de vſur.
l.non eſt ambiguum, l.cohæredibus C.famil. er-
ciſcund. & l.quod de bonis §.fructus ff. ad l.fal-
cid. Bald.in l.2.num.1. & 2. C.de petit.hæredit.
Iaſ.in §.actionum nu.110.Inſtit.de action.l.4.tit.
14.par.6.& ibi Gregor.Lopez glo.2.idem in l.8.
tit.4.par.5.gloſ.12 Montaluo d.gloſſ.1.Campeg.
de dote 3.par.quæſt.194.Matienzo in rub. tit.2.
lib.5.recopilat.num.3.Monach vbi proximè nu.
3. & eſt pro eo lex peculium naſcitur ff. de pe-
culio, quæ reſtitutio debet fieri per dictam An-
nam de Carraſcoſa pro ſe, & vti hærede dicti
Ioannis de Cabrejas: qui tanquàm frater maior
de omnibus diſpoſuit pro libito voluntatis, &
etiam reſpectu aliarum portionum condemnari
debent filiæ, & nepotes dictæ Anaſtaſiæ de Se-
gura.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Suppoſito, quod eſt concludentèr probatum:
Bernardinus de Carraſcoſa, & Catharina Her-
nandez eius prior vxor habuere vltra alios quin-
que filios Bernardinum iuniorem, qui poſtquàm
ſucceſſerat matri deceſſit ab inteſtato, & illius
pater tanquàm talis,& hæres legitimus fuit con-
42 ſequutus illius legitimam maternam, † eò ipſò,
quòd tranſiuit ad ſecundas nuptias cum dicta
Anaſtaſia de Segura remanſit ſolummodò vſu-
fructuarius. & debuit reſeruare proprietatem
legitimæ filijs primi matrimonij, iuxta text.in l.
fœminæ §.illud C. de ſecund. nupt. l.generalitèr
eodem tit.& l.26.tit.13.par.5. Ant.Gabr.concl.
3. de ſecund.nupt. num.1.& 3. tradit Bertrand.
conſ.95.lib.2.& conſ.115.vol.3. Hieron. Gratus
reſponſ.35.num.12.vol.1. Mieres in tract.maio-
ratuum 1.par. quæſt.54. per totam, Acoſta in
cap.ſi pater de teſtam.in 6. 3.par. verbo *cenſendã*
num.16.Couar.in cap.quàmuis pactum 3.par. §.
3. num.1. & apud nos eſt lex 15. Tauri, vbi benè
reſoluit Anton. Gomez. num.2. Velazquez gloſ.
1.nu.1. & eſt lex 4. tit.1.lib.5.recopilat. vbi Ma-
tienz.& Azeued.idem comprobant,& reſoluunt.
Quod factum non fuit, imò ſuit adiudicata dicta
legitima filijs dictæ Anaſtaſiæ de Segura, qui do-
bent illam reſtituere cum legitimo intereſſe,
fructibus, partubus, & poſtpartubus ouium, &
pecorum ab anno 1572.quo deceſſit dictus Ber-
nardinus de Carraſcoſa ſenior vſquè ad actualẽ
43 reſtitutionem, † in quo debet conſiderari, quòd
fructus ex animalibus, ouibus,& alijs propriè di-
cuntur ſetus, lac, lana, pilus, agni, hædi, vituli,
equuli, ſucculi,& ſimilia, l.in pecudum ff.de vſur.
& l.vſuſructu legato ff.de vſuſruct.Hugo Donel.
in tract. de ſructibus in princ. §.in pecudum, In-
ſtit. de rerum diuiſ. Rebuff. in tract. de decimis
quæſt.6. num.18. Mantica de coniectur.vltimar.
volunt.lib.7.tit.10.nu.37. Ayora de partitionib.
3.par. quæſt.28. num.102. per l. itèm veniunt §.
non ſolùm ff.de petit. hæred.

Et in terminis fructuum ouium, & pecorum
reſoluit Paul.de Caſtro in l.ſequitur, §.fructus ad
finem ff de vſucap.Bald.in l.ancillæ num.3.C.de
ſurtis, Pinell. in l.2. C.de reſcind. vendit. 2.par.
44 nu.52. † & pertinent abſq; dubio ad dictã Quit-
teriam de Carraſcoſa, & ad eius filias,& conſor-
tes, ad quas pertinuit hæreditas dicti Bernardini
Iunioris, l.item ff.de acquirend.rerum dominio,
quæ ait: *Item quæ ex animalibus dominio noſtro
ſubiectis nata ſunt, eodem iure noſtra ſunt*, l. 25.
tit.28. partit.3. vbi Gregor. Lopez gloſ.1.& de-
bet illis reſtitutio fieri vnà cum dictis partubus,
& poſtpartubus, allegata l.ſed & ſi lege §.vlt. ff.
de petit.hæred.dicens: *Augent hæreditatẽ gregũ,
& pecorũ partus*, iuncta l.ſi quëſi. quæ dicit: *Quod
ſi oues natæ ſunt, deindè ex his aliæ, eæ quoque
quaſi augmentũ reſtitui debent*, l.5.tit.14. partit.6.

nec poſſunt cohæredes vti tales præſcriptionem
opponere ad retinendum dictam hæreditatem,
juxta l. hæreditatem C. in quibus caſibus ceſſat
longi temporis præſcriptio, l.final. tit.14. par.6.
Montaluo in d.l.8.tit.6.lib.3.fori gloſ.1.

Et legitima materna dicti Bernardini iunioris
vltra quinquaginta oues conſtat ex inſtrumento
adiudicationis ei factæ à fol.25.& ſeqq.vbi etiàm
conſtat, remanſiſſe pro indiuiſo plura bona tàm
45 dotalia dictæ Catharinæ Fernandez, † quàm
medietatis lucratorũ conſtante matrimonio,quę
pertinuere ad illã,& ad eius filios, iuxta l.1.& 2.
tit.9.lib.5.recopilat. Couar.in epitome de ſpon-
ſalib. 2.par.cap.7.§.1.num.5. Matienzo in d.l.1.
gloſ.1.num.1.& 8. & pluribus alijs, Ioan.Garzia
in tract.de coniugali acqueſtu num.1. Burgos de
Paz iunior quæſt. ciuili 6, num.3.& latiùs quæſt.
9. per totam,& idem procedit reſpectu bonorũ,
quæ prouenerunt ex hęreditate patris dictæ Ca-
tharinæ Fernandez,qui ſuperuixit ei,vt probatũ
eſt; & ita tempore,quo tranſiuit ad ſecundas nu-
ptias dictus Bernardinus de Carraſcoſa vltra
bona filiorum primi matrimonij,habebat ipſe in
proprio patrimonio vltrà ducatos ter mille.

Nec obſtat,quod deſupèr eſt fundatum,teſta-
tores voluiſſe ſeruare æqualitatem inter filios
46 vtriuſq; matrimonij, † quia debet intelligi quò,
ad bona illorum, & non reſpectu bonorum ſpe-
ctantiũ ad filios dicti primi matrimonij,& hunc
ſenſum habet regula æqualitatis ſeruandæ inter
filios,vt per Cęphal.conſ.28.num.68.tom.1.Ro-
deric.Xuarez conſ.5.num.14.& ſeqq.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quòad bona, & hæreditatem Michaelis de
Carraſcoſa clerici, & fratris Martini de Cabre-
jas religioſi profeſſi ordinis Diui Franciſci filio-
rum dicti primi matrimonij debuere diuidi ſo-
lummodò inter eorum fratres vtrinque coniun-
ctos, qui fuere non parum grauati, ex eo quòd
fuerint diuiſa illorum bona inter alios filios ſe-
cundi matrimonij, cùm dictus Michael deceſſe-
rit ab inteſtato, & frater Martinus profeſſionem
47 fecerit in Religione incapaci ſucceſſionis, † &
ita omnia bona tàm paterna, quã materna perti-
nuere integralitèr ad dictos tres filios primi ma-
trimonij,& nõ ad alios ſecũdi dictę Anaſtaſiæ de
Segura,iuxta text,in auth.de hæredibus ab inte-
ſtato §.ſi autem defuncto collat.1. vbi Bartol. &
Maturin.Montan.authen.ceſſante C.de legitim.
hæredib. & auth. itaque C.commun. de ſucceſſ.
Tiraquell.de retractu lignagier §.13.gloſ.2.num.
15. Guillelm.Onciac.lib.2.queſtion.Accademic.
quæſt.72.num.5. Hieron.Gabr. conſ.15. nu.12.
& 13.& conſ.136. num.6. lib.1. Matienzo in l.5.
tit.8. lib.5. recopilat. gloſſ.1.num.6. Couar.de
ſucceſſionib.ab inteſt.num.7.& 10.Gregor.Lop.
in l. final. tit.13. partit.6. gloſ.3. & 6.& eſt de co
aperta deciſio l.5.eodem tit.& partita, ibi: *E ſo-
bre todo deçimos, que ſi eſte que aſſi murieſſe oueſſe
otros hermanos, que no le perteneçirſſen ſi no de
parte de ſu madre, ò de ſu padre, que ellos, nin los
fijos dellos no deuen auer herençia del finado, con
los hermanos, que le perteneçen de parte de padre,
y madre, nin con los fijos dellos, ſi los padres fueſ-
ſen muertos.*

Et quòd deceſſerit ab inteſtato dictus Mi-
chael conſtat ex duobus inſtrumentis factis in-
48 ter partes aduerſas, in quibus id ſatentur,† quæ
inſtrumenta inducunt euidentiſſimam probatio-
nem, Decius in cap. licèt cauſam notab.13. de
probation, Pariſ. per eundem text.conſ.140.nu.
64.cum ſeqq.vol.1.Bald.in l.quotiès in fin. C.de
iudic.Cæphal.conſ.4.nu.21.lib.1.Roland.à Valle
conſ.85.num.39.lib.1.& conſ.75. num.19. lib.2.
idem Cæphal. conſ.36. num.28. Riminald. in l.ſi
vnus §.pactus nè peteret num. 236. ff. de pactis,
& in terminis inſtrumenti agentis de diuiſione
Alex.conſ.152.num.1.& 2. lib.7.
49 † Itaùt ſtante inſtrumento non ſit opus diſce-
ptatione iudiciali ſuper contentis in eo, vt reſol-
uit Roland.à Valle conſ.58.num.6.lib.2. & conſ.
69.num.27.lib.3. Tiraquell. de retract. lignagier
§.2.gloſſ.1.num.20. Hieronym. Gratus reſponſ.
30. num.2.& reſponſ.85. num.5.vol.2. Matienzo
in l.3.tit.16.gloſſ.3.& in l.9.tit.17.lib.5.recopil.
gloſſ.4.num.1.
50 † Et comprobatur per text. in cap. cùm olim
in fin.verſ.*patebat expreſsè* de cenſib.quem notât
Anton. de Butrio, & Abbas ibi dicentes ex eo,
quòd inſtrumentum probat expreſsè nè dum
ea, quæ verbis ipſius continentur; ſed ea, quæ ex
mente per cõſequentiam veniunt, Aldobrandin.
in §.ex eadem num.17. Inſtit. de legitima patro-
norum tutela,& ita cùm deceſſerit ab inteſtato,
non eſt dubiũ, quòd eius hęreditas pertinebat ad
vtrinquè coniunctos.

Et cùm Partes aduerſæ vſi fuerint dictis in-
ſtrumentis, & ea produxerint, certum eſt,quòd
51 fuere confeſſi, quæ in eis continebantur; † nàm
qui vtitur inſtrumento, confitetur eſſe vera om-
nia in eo contenta, Innoc. & alij in cap. cùm ve-
nerabilis de exceptionib. Ioan. Baptiſta Ferrett.
conſ.80.num.16.vol.1.
52 † Vlteriùs, quia inſtrumentum producens nõ
poteſt contra ipſum poſtea allegare, gloſſ.in l.1.
§.editiones ff.de edendo, verbo *die, & conſule*,
quam reputat ſingularem Bald. in cap.præſentiũ
1.col.de teſtib. Roland.à Valle conſ.2. num.116.
vol.1. Burgos de Paz conſ.3.num.93.vol.1. Aze-
53 ued. in l.1. tit.8. lib.4.recopilat.num.50. † nàm
etiàm ſi producat in partibus pro ſe facientibus,
& non alitèr, nõ impedit, quin ſietur inſtrumen-
to contra ipſum, vt tradit Ioan.Ant.Trigon. ſin-
gul.116.num.1. & eſt ei imputandum, quia pro-
duxit contra ſe, cap. imputari de fide inſtrum.
vbi DD.

Et ità non obſtat, quod ex aduerſo conatum
eſt probari, quòd Michael de Carraſcoſa inter-
rogatus, quarè non faciebat teſtamentũ, reſpon-
dit, quòd volebat, quòd ſuccederent in ſuis bo-
nis eius fratres vtriuſque matrimonij: quia non
eſt aliquis teſtis qui deponat, nec concludat ſu-
per articulo,& Licentiatus Aller Parochus dictę
Villæ, & alij teſtes ex aduerſo producti deponũt
ſolummodò de auditu incerto; & quòd cauſa
non faciendi teſtamentum erat, vt ſuccederent
eius fratres, quod ſolummodò poterat intelligi
de vtrinque coniunctis, & non de patruelibus;
54 † nàm fratrum appellatione veniunt ſolùm
vtrinque coniuncti, vt tradit Paul. de Caſtro in
l. fin.

l.fin num.6.C.de verbor.ſignif.ſcùm dixit,quòd
ſi teſtator legat fundum fratribus ſuis,& habeat
fratres vtrinque coniunctos, & alios ex parte
patris tantùm, cenſetur ſolùm legare vtrinque
coniunctis, ſequitur Menoch.alios allegans conſ.
187. num.40.& conſ.198. num.15.lib.2.& lib.4.
de præſumpt. præſ.75. num.19.& in ſimili inſti-
tutione fratrum,quòd ſolùm veniant.& hæredi-
tatem habeant vtrinque coniuncti; ſequuntur
Corneus nu.9. Iaſ.26. in d.l.fin. Decius conſ.53.
& 155.num.4.& conſ.290.num.7. Alexand.conſ.
166. num.4.lib.5. Soccin.conſ.40.nu.1.lib.1. Pa-
riſ.conſ.40.num.18.lib.2. Portjus conſ.10.num.
21.Carol.Ruyn.conſ.92.num.7.lib.2.& conſ.28.
num.8.lib.3. Roman.conſ.296. circa declaratio-
nem num.1. Angulo in l.11. gloſſ.8.num.4.& 5.
in tit.de meliorationibus, Anton.Gomez. in l.8.
Tauri num.8. vbi Tellus Fernandez num.5. Ve-
lazquez gloſ.2.num.2.Rojas de ſucceſſ.ab inteſt.
cap.32.num.12.& cap.6. nu.11.& 12. Mieres de
maioratib. 1.par.quæſt.7.nu.4. verſ.*& dixit*, qui
omnes concludunt,iuxta hanc reſolutionē fuiſſe
multotiès iudicatum,& dictus Tellus Fernandez
aſſerit ſe obtinuiſſe in quadam cauſa opulentæ
hæreditatis cuiuſdam mercatoris diuitis Cordu-
benſis,qui interrogatus, quos vellet eſſe eius hæ-
redes,reſpondit ſermone Hiſpano *mis hermanos*,
quia hæreditatē conſequuti fuere ſoli vtrinq; cō-
55 iuncti † ratione maioris affectionis,& vinculi in
eorum perſonis concurrentis,vt eſt de iure,l.Ba-
liſta,vbi Scribentes ff.ad S.C.Trebell. l.cùm ſci-
mus, vbi Bart. C.de agric.& cenſit. lib.11. Aym.
Crau.conſ.201.num.18. Ioan.Cæphal. conſ.168.
num.7.lib.2.Roland.à Valle conſ.37.num.18.lib.
2.& conſ.25.num.35.lib.4. idem Aym.Crauett.
56 conſ.963.nu.17. † pro quo facit, quòd ſtatutum
loquens de fratre, intelligitur de fratre carnali,
& nō de patruele,vt notat Bart.in l.hæres §.quę-
ſitum num.1.ff.de legat.3.Alex.in l.1.C.de ſuc-
ceſſ. edict. Decius conſ. 679. incip. viſo eleganti
conſilio num.5.tom.2.

57 † Et quia tali ordine ab inteſtato erant ſuc-
ceſſuri, d.auth. ceſſante C.de legit.hæred. & ita
eſt interpretatio ſumenda, quæ venientibus ab
inteſtato ſit vtilior,Bart.in l.1.§.non autem ff.de
bonor.poſſeſſ. ſecundùm tabulas limit.2.& con-
fert l.ſi filius, qui patri ibi *præſertim,&c.* ff. de
vulg.& pupill.ſubſtit.& in l.ſi ſub conditione ff.
de bonor.poſſeſſ. ſecundùm tabulas, in l. de pu-
pillo §.ſeruo in princ.ff.de noui oper.nunc.Cæ-
58 phal.conſ.37.num.43.tom.1. † Maximè, quia
frater patruelis eſt impropriè frater, vt tradit
Gloſſ.in l.1.verbo *proprij* ff.de inoff. teſtam. Ti-
raquell. in l.boues §.hoc ſermone num.84. ff.de
verbor.ſignif. Hieronym.Grat.lib.2,reſponſ.38.
num. 2.

Præſertim,quia Dominicus Rodriguez,& Bar-
tholomæus Moreno,qui ſuper eo depoſuere,iu-
rarunt extra terminum, & fuerunt nullitèr exa-
59 minati; † ideò iuſtiſſimè decretum eſt, non eſſe
illis fidem adhibendam ex cap. licèt cauſam de
probat. l.ſi ea C.de his,qui accuſare nō poſſunt,
l.34. tit.16. partit.3. Suar.de Paz in praxi tom.1.
octauo tempore nu.46.& 112.

Et idem procedit reſpectu eorum, quæ arti-
culauerunt, & conati ſunt probare in termino
repulſę teſtiū in ſecundo,tertio,quinto,& ſexto,
& ſequentibus articulis cautelosè, & non abſque
malitia facta publicatione probationum primæ
inſtantiæ, producendo nullitèr nouos teſtes,
60 † cùm ſolummodò poſſent probare, quod tan-
gebat approbationes,vel reprobationes teſtium,
abſque mixtura aliqua tangentium cauſam prin-
cipalem contra l.5.tit.6.lib.4.nouę recopilat.quę
ait: *Por euitar que no ſe corrompan los teſtigos por
las partes: mandamos, que ſi los teſtigos fueren re-
cebidos como deben, y por quien deben,que deſpues
de publicados no puedan ſer tomados, ni traydos
otros en primera inſtançia*, l.17.tit.11.lib.2. reco-
pilat.& vtrobique Azeued.& de iure communi,
& partitarum idem ſancitum eſt in authent. at
qui ſemel C. de probationib. cap. intimauit, &
cap. fraternitatis de teſtibus, clem.2. eodem tit.
Matienzo in dialog. relatoris 3.par. §.46. num.1.
l.34. tit.16. partit.3. Paz vbi proximè num.133.
& reſpexit ad idem lex 4. tit.9. lib.4. recopilat.
vbi Azeued.num.4.quod maximè viget in noſtro
caſu: quia dicta Anna de Carraſcoſa erat fœmi-
na multùm diues, & potens in Oppido Valde-
meca,& conuicinis,vbi facilitèr poſſet reperire
teſtes, qui probarent in termino reprobationis
teſtium quod in primo non potuerat.

Maximè, quia interrogatorium ſolummodò
fuit admiſſum,quatènus articuli erant pertinen-
61 tes,ſcilicèt reſpectu reprobationis teſtium,† &
idem reſpectu aliorum concernentium cauſam
principalem non videtur admiſſum, iuxta l. ad
probationem C. de probationib.& l. ſi defenſor
§.fin.ff.de interrog.actio. cap.per tuas in fine de
ſimonia, gloſ. verbo *abſque rationabili* in cap. fin.
de confeſſis, & verbo *interloquuti* in cap. dilecti
de exceptionib.vbi Decius num.4. Alexan.conſ.
166.num.7.vol.6.l.2.tit.12.par.3.lex 174.ſtyli,&
lex 4. tit.6. lib.4. recopilat. Suarez de Paz dicto
octauo tempore num.50. dicens, quòd virtute
dictæ clauſulæ ſi apparuerit poſtea eſſe aliquem
articulum,aut depoſitionem teſtis, quæ non de-
buerint admitti,non habentur pro admiſſis, imò
ſunt ipſo iure nulla ex iuribus per eum alle-
gatis.

Quibus non obſtat inſtrumentum approba-
tionis in contrarium productum, quod videtur
ſtipulatum in villa de Valdemeca coram Ioanne
de Arria Tabellione illius Villæ 25. Octobris
1592. nàm vt ex ea apparet ſolummodò fuit fa-
cta inter tres hæredes, videlicèt Ioannem de Ca-
brejas,Mariam Alphōſo,& Michaelem de Fuen-
tes,qui fuerat vir dictæ Quitteriæ de Carraſco-
ſa, & in ea non interuenere Paulus Garzia, &
Martinus Ximenez, nec eorum vxores, nec Ber-
nardinus de Carraſcoſa clericus, nec Anna de
Carraſcoſa, nec dictus Ioannes Rodriquez, nec
Catharina Fernandez eius vxor filia dictorum
62 Michaelis, & Quitteriæ, † quæ propter matri-
monium erat iàm extra patriam poteſtatē, iuxta
l.47.Tauri,quæ eſt lex 8. tit.1.lib.5.recopilat.vbi
ordinarij,Gregor.Lopez in l.3.tit.15.par.6. gloſ.
6.quęſt.2.Menchac.lib.1.de ſucceſ.creat.§.1.nu.
17. Couar. in 4.decretal. 2.par.cap.7.§.1.nu.vlt.
Cæſar de Graff. deciſ.180.nu.3.

63 † Et ad ipſã pertinuit in ꝓprietate,& poſſeſſio-
ne à die, quo ſuit nupta,& recepit benedictiones
nuptiales bona aduentitia legitima, & iura dictæ
Catharinæ de Carraſcoſa ſuæ matris, iuxta l. 48.
Tauri,quæ eſt lex 9. tit.1.lib.5.recopil.vt & tra-
dit Greg. Lopez in l.5.tit.17.par.4. gloſ.5. Mie-
res in tract.maioratuum 4.par. quæſt.1. limit.1,
num.5. Mencha,vbi proximè lib.1. §.4.num.37.
& de ſucceſſ.progreſſu lib.1.§.1.nu.43. Spino in
ſpec.teſtam.gloſ.18.principij nu.81.Pinel.in l.1.
C.de bon.matern. 1.par.nu.24.& ita dictus Mi-
chael de Fuentes non potuit præiudicare ex ſuo
facto dictæ Catharinæ Fernandez ſuæ vxori, ex
regula tituli C.ne vxor pro marito.

Et multò minus alijs filiabus, quas habebat
dicta Quitteria de Carraſcoſa, ſcilicet Quitte-
riæ iuniori,& Mariæ de Fuentes;nàm licèt eſſent
ſub patria poteſtate, erant minores,& factum
ſui parentis non poterat eis nocere; Primò,nàm
reſpectu Catharinæ Fernandez nõ erat iàm ſuus
legitimus adminiſtrator, l.9. tit.1. lib.5. recopil.
64 † Et quibus caſibus pater non habet vſumfru-
ctum, in eiſdem non eſt legitimus adminiſtra-
tor, Paul.Caſtrenſ. in auth. excipitur num.3. &
ſeqq.C.de bonis,quæ liber. Bal.in §.pupillus nu.
2. Inſtit.de inutil.ſtipulationib. per tex. in l.1.
C.de bon. matern. l.fin. §.vbi autèm C. de bon.
quæ liber,. Aſcan, Clemen. tract. de patria po-
teſtate effectu 12. num.11. Philip. Paſchal. tra-
ctatu de virib. patriæ poteſt. par.1.cap.1. num.
83. & 84.
65 † Rurſus,quia reſpectu illius, & aliarum ſoro-
rum poteſtas,quæ à iure tribuitur parentibus in
filios, & eorum bona, ſolummodò eſt quòad il-
lis proficua, & vtilis,vt per Bald. In d.l.1. nu.15.
C.de bon.matern. Anton.Gamma deciſ. Portu-
galliæ 234. num. 1. nàm filiorum iuribus non
poteſt præiudicare ex l.1. & l. cùm oportet C.
de bonis,quæ liberis l.24.tit.13. par.5. vbi Gre-
gor.Lopez gloſſ.5. verbo *en ninguna manera*.
66 † Nàm patris factum non debet obeſſe filijs,
l. adoptiuum §. patronum ff. de in ius vocando,
Menoch. lib.4. præſumpt. 38. num.13. & com-
probatur ex traditis per Bald. in tit. de ſucceſſ.
feud. §.hoc quoquè num.4. in vſibus feudorum,
vbi dicit, non debere concedi patri, vt filium
fraudet, argumento l.fin. ff.ſi quid in fraudé pa-
troni, Hieronym.Gratus reſponſ.2.num.3.& 4.
67 lib. 1. † nec pater facere deteriorem ſuæ filiæ
conditionem, l.cùm à ſocero, vbi Bald. num. 4.
C. de iure dotium, nec aliquo modo in mater-
nis grauare bonis, l.cohæredi §. cùm filiæ verſic.
nec fideicommiſſ. ff.de vulgar.& pupillar. ſubſtit.
68 Paul.Caſtrenſ.conſ.26.num.12.volum.3. † quia
paternum officium eſt tueri,& non diſſipare res
filiorum, vt tradit Azo in ſumma C. de bonis,
quæ liber. & C.de bonis matern. Bald.in l.1. nu.
13. C. de his, qui accuſare non poſſunt, Pariſ.
conſil.157. num.21. & conſil.109. num.7. par.4.
Aymon. conſ.74. num.1.Anton.Trigon. ſingul.
82. num.3. Capyc. deciſ.56.num.4. & deciſ.73.
num. 10. Aſcan. Clemen. vbi ſuprà d. effectu 12.
num.2. quia aliàs non eſſet legitimus, ſed illegi-
timus adminiſtrator.

Cum quibus concurrit aliud efficax funda-
mentũ,quia in dicta ſcriptura approbationis di-
uiſionis dicitur, quòd approbatur diuiſio, quia
facta ſecundùm ius, quæ cauſa quàm ſit falſa,
& erronea, ſatis conſtat ex ſuperiùs adductis,
69 † & per conſequens vitiat actum, l. ſi diuortio
juncta gl. ff.penult.ibi verbo *cuilibet*, l.penult.§.
mulier ff.ſolut.matrim.Alexand.conſ.22.viſo ti-
tulo num.3.& 4. vol.1.
70 † Quo errore mediante non poteſt dici,con-
ſenſum interueniſſe, l. ſi per errorem ff. de iu-
riſdict. omnium iudicum, l.1. ff.de condict. in-
deb. & l.quiſquis C.de reſcind.vendit.Ioan.Ce-
phal.conſ.220.incip.proponitur num.29.tom.2.
l. ad probationem C. locati, Alciat. reſponſ. 57.
num.9. lib.5. Roland. à Valle conſ.13. num.22.
71 lib.1. Burgos de Paz conſil. 10. num. 16. † imò
nec approbaſſe, nec ratificaſſe dictam diuiſio-
nem, iuxta text.in l.non fatetur ff. de confeſſ.&
l.cùm falſa C. de iuris, & facti ignorant. Alciat.
reſponſ.29.num.20.volum.8. & ex l.mater ff.de
rei vendicat. reſoluit Burgos de Paz conſil. 25.
num.67.

Et eadem ratione debent reparari errores,
72 & grauamina dictæ diuiſionis; † nàm diuiſio
erronea non officit diuidenti, l. ſi poſt diuiſio-
nem 4. vbi Bald. in princ. C. de iuris, & facti
ignorant. imò retractatur docto de errore, l. ſi
ſoror 8. vbi Decius num.3. C. de collationibus,
allegata l. maioribus C.communia vtriuſque iu-
dicij, Alexand. conſil. 168. ponderatis num. 1.
& 2. lib.5. Decius conſil.266. num.1. tom.1. &
525. viſis his num. 6. tom. 2. Marc. Anton. Eu-
gen. conſil. 62. num. 7. volum.1. Ioan. Guttier.
de iurament. confirmat. 3.par. cap. 7. num. 1.
& 15.

Maximè,quia vti probatum eſt,error fuit ma-
ximus, cùm inter filios dictæ Anaſtaſiæ de Se-
gura fuerit diuiſa hæreditas, quæ pertinebat ad
dictam Quitteriam de Carraſcoſa, & eius filia,
& Ioannẽ de Cabrejas, & Mariã Alphonſum; &
ideò quàmuis fuiſſet facta cum eis, non poterat
73 nocere, † quia diuiſio facta cum aliquo per er-
rorem de re ſua, non valet non obſtante curſu
temporis, iuramento, & laudo extraiudiciali,
dicta l. poſt diuiſionem, Soccin. conſ.25. num.
12. verſic. *non obſtat quartum* volum.4. Menoch.
conſ.91. volum.1. Soccin.iunior conſ. 48. num.
43. & 44. volum.1. Caualcan. alios allegans de-
74 ciſ. 27. Fiuizan. num. 14. 1. par. † quia nemo
errans rem ſuam amittit, l.ſi procurator 35. ff.
de acquir.rerum dominio.

Et ita non petijſſe anteà refectionem dicto-
rum grauaminum, & errorum, non eis nocet,
75 tunc † quia filius tacendo, vel non, quandò pa-
ter alienat, vel non benè adminiſtrat, non præ-
iudicat ſibi temporis lapſu non obſtante, l.1. in
fine, iuncta authent. niſi tricennale C. de bonis
matern. Ioan. Igneus in l. 3. §. elegantèr num.
76 166. ff.ad Senat. Conſ. Syllania. † Et quia cùm
fuerint impeditæ propter minorem ætatem,
& ſubiectionem patriæ poteſtatis, & poſtquàm
fuere nuptæ, non potuit eis tempus currere,
dicta l.1. C. de bonis matern. & l.1. in fine C.
de annali except. & ibi Doctores in l. in rebus
C.de iure dotium, Burgos de Paz conſ.37. num.
10.

10. cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præbend.
Pinell. in d.auth.niſi tricennale nu.42: Matienzo
77 in l.14. tit.4.lib.5.recopil. gloſſ.1. num.51. † &
in terminis eorum,qui habent iuris impedimen-
ta, vt ſunt minor, mulier , & filiusfamilias tradit
idem in l.8.tit.11.gloſſ.9.num.1.& 2.d.lib.5. re-
copil.Roland.à Valle conſ.79.nu.15.lib.1.
Præſertim quia ſicut non poſſet eis nocere
alienatio , ita nec mala adminiſtratio facta in di-
78 cta diuiſione , † cùm & bonorum communium
diuiſio alienationis ſit ſpecies, l.1. C. communia
vtriuſque iudicij, Carol.Ruyn. conſ.105.num.9.
lib.5. Simoncell. in tract. de decretis lib.2. tit.4.
Bald. in l.generalitèr, verſ. *extra quæro* C.de ſe-
cund.nupt.Barbat.conſ.14.nu.7.lib.4. l.qui Ro-
mæ §.duo fratres ff.de verbor. oblig. Anania in
diſput. de alienat. feudi §. ad partem negatiuam
num.28. Cæphal.conſ.3.num.98.& conſ.63.nu.9
79 Menoch.lib.3 præſumpt.61.num. 1. † dicens ex
eo,minorem ſine decreto non poſſe de diuiſione
agere,l.non ſolùm C.de prædijs minorum,& no-
tatur in §.pupillus Inſtit. de inutil. ſtipul. & in l.
etiàm in princ. ff.de minor. Ant.Gamma deciſ.
242. num. 6.
In quorum conſequentiam nō obſtat dicere,
quòd in approbatione interuenit decretum cu-
iuſdam Alcaldi Illiterati de Val de Meca ; nam
fuit abſque cognitione cauſæ,& conſilio Aſſeſſo-
ris ad ſolam ſimplicem aſſertionem dictorum
Ioannis de Cabrejas , Michaelis de Fuentes, &
Mariæ Alphonſo , dicentium ſe feciſſe diuiſionē
iuridicè , cùm ita non foret, ſed falſa,& erronea
80 dicta aſſertio ; † nàm approbatio diuiſionis factę
à Iudice ſine cauſa cognitione nō impedit, quin
poſſet contra ipſam veniri , & peti , quòd repa-
rentur errores,& grauamina, iuxta l.1. C.de er-
rore calculi,& l.14.tit.18.par.3.Iaſ.in §.quædam
num.82. Inſtit. de actionib. Padilla in l.error nu.
43.C.de iuris,& facti ignor.ſiuè ſit eò,quòd diui-
ſio fuerit perperàm facta,vt in d.l.maioribus C.
commun. vtriuſquę iudicij , l. cùm putarem ff.
famil. erciſcund. cum alijs, quæ in proprijs ter-
minis reſoluit Ayora de partitionib.3.par.quæſt.
7. num.16. Decius conſ.349. viſis allegationibus
num.5.& 6. tom.2.
81 † Et quia approbatio facta ex dicta falſa cau-
ſa, & aſſertione eſt etiam nulla ipſo iure, vt in
ſimili benè comprobat Barbatia conſ.38. incip.
omnipotentem nu.25.vol.4. Aymon Crau.conſ.
134.nu.50.dicens,quòd falſa cauſa vitiat etiàm
ſententiā Principis ex clem.paſtoralis, vbi Card.
& Ioan.de Imol.de re iudic.
82 † Pro quo in proprijs terminis facit Paul. de
Caſtro referens ſe ità conſuluiſſe in l.fin. §.idem
quæſitum num.2. ff.de condict.indeb. quòd di-
uiſio , quæ fuit facta inter fratres æqualitèr de
bonis paternis , & maternis, eo prætextu, quòd
bona eſſent communia inter eos, ſi poſtea appa-
reret de errore,quia vnus eſſet frater ex vno latere
tantùm , diuiſio debet retractari, non obſtante ,
quòd ad inuicem promiſiſſent dicti fratres ob-
ſeruare dictam diuiſionem, & nullo modo con-
trauenire,ſequitur Decius conſ.351. incip.in ca-
ſu propoſito nu.4.& cōſ.575.in cauſa,quæ Man-
tuæ num.30.tom.2.

Præſertim quia poſt factam dictam ſcriptu-
ram fuere facta folia diuiſionum , in quibus
fuit declaratum remanere pro indiuiſo plura
bona, vt conſtat fol.52. in vnione facta per Ioan-
nem de Cabrejas , & Paulū Garzia 28. Octobris
1592. ſupèr diuiſione hæreditamentorum fontis
Serræ, quod fecere abſq; aliorum mandato, qui-
bus non potuit præiudicare factum illorum ,
83 † quia factum vnius alteri non debet obeſſe, vt
ait Alex.conſ.206. incip.viſo themate nu.15. vol.
2. l.paterſamilias teſtamento ff. de hæred. inſtit.
Ioan.Cæphal. conſ.243. num.12. l.ſeruus furioſi
ff.de manumiſ.l.ab agnato ff.de curatore furioſi,
& l.fin.ff.qui,& à quibus, & in toto tit. C.ne fi-
lius pro patre, Aymon Crauettā conſ.6.num.68.
dicens , quòd factum vnius non debet alteri no-
cere,mandato non probato,quod non probatur,
84 † cùm non ſit productum in hac cauſa,nec pre-
ſumatur tanquàm res in facto conſiſtens , argu-
mento l. in bello §. ſacræ ff. de captiu. & poſtli-
min. reuerſ. Roland. à Valle conſ. 32. num. 13.
volum. 3. & in terminis proprijs mandati ita
tenet Alexand. conſ. 1.num.19.volum.4. Pariſius
conſ.47.num.38.vol.1. allegans Bald.& alios in
l. 2. C. ſi ex falſis inſtrumentis , Deciſio Genuæ
92. num.6.
Et reſpectu legitimæ fratris Martini de Ca-
brejas tempore , quo ingreſſurus erat Religio-
nem Sancti Franciſci in conuētu Conchenſi ſub
die 24. Octobris 1574. quo tempore iàm deceſ-
ſerant dicti Bernardinus de Carraſcoſa , & Ca-
tharina Fernandez eius prima vxor , & in eo in-
ſtituit hæredes omnes eius fratres vtriuſque ma-
trimonij , inter quos erant dicta Quitteria de
85 Carraſcoſa, † ad quā ex eo pertinebat ſua portio
hæreditaria in proprietate,iuxta l.quāuis, & l.fi-
nalem C.de edicto D.Adriani tollend. l.2.tit.14.
par.6.vbi latè Gregor.Lopez gloſ.1.& 7. Rode-
ric.Xuarez in l.poſt rem iudicatam caſu, ſeù no-
tab.4. l.3. tit.13.lib.4. recopil. l.cùm hæredes ff.
de acquir. poſſeſſ. cum latè adductis per Parla-
dor. lib.2.rerum quotidian. cap.5.nu.1.& ſeqq.
& in hærede ex parte Ant.Gomez.in l.45.Tauri
nu.136.quę etiàm erat pro indiuiſo cum reliquis
bonis,vt conſtat ex clauſula dicti teſtamenti in
contrarium producta , & ita debebat augeri ad
beneficium omnium hæredum,vt ſupra fundatū
eſt , & per conſequens pertinebat ſua portio ad
prædictā Quitteriā de Carraſcoſa , & eius filias;
ideòq; omnia prædicta grauamina debent eis re-
ſarciri, condemnando Partes aduerſas ; & ita de
iure cenſeo, ſaluo,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor Capellaniæ non poteſt ea priuari , niſi via iuris .*
2 *Spoliato Capellania competit remedium recuperandæ .*
3 *Spoliatus eſt antè omnia reſtituendus .*
4 *Capellania pro celebratione miſſarum inſtituta eſt annexa rei ſpirituali .*
5 *Religioſis quæ adhærent, religioſa ſunt .*
6 *Connexi, & principalis eſt idem iudicium.*
7 *Connexa iudicantur vnum, & idem .*

8 *Laicus non cognoſcit de cauſa clerici principalitèr, nec incidenter.*
9 *Intellectus cap. ſi Iudex laicus de ſentent. excommunic. lib. 6.*
10 *Iudex ſæcularis non cognoſcit de re ſpirituali etiã per viam exceptionis.*
11 *Perſona ſi ſit exempta à iuriſdictione ſæculari, ſic & res acceſſoria illi.*
12 *Iudex laicus an poſſit cognoſcere in iudicio poſſeſſorio contra clericum.*
13 *Capellania an dicatur, quæ non eſt erecta in titulũ beneficij.*
14 *Teſtator facere non poteſt, quòd clericus conueniatur coram Iudice ſæculari.*
15 *Leges nè in ſuo teſtamento locum habeant, nemo cauere poteſt.*
16 *Teſtatoris diſpoſitio circa iuriſdictionalia nil valet.*
17 *Priuatorum voluntas non tribuit, nec adimit iuriſdictionem.*
18 *Eccleſiaſticus Iudex competens eſt ad declarandum, ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, & ſpiritualis, vel profana.*
19 *Eccleſiaſticus Iudex cognoſcit de cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, vel quaſi.*
20 *Iudex competens prohibet, nè ſui ſubditi litigent coram alio.*
21 *Iudex eccleſiaſticus inhibet ſæculari, nè procedat in cauſa eccleſiaſtica.*
22 *Epiſcopi approbatio requiritur ad validitatem diſpoſitionis, quòd Ordinarius non ſe intromittat in Capellania.*
23 *Ordinarius eccleſiaſticus poteſt ſe intromittère in Capellanijs.*
24 *Fundator poteſt apponere conditiones canonibus non contrarias.*
25 *Pacta contra ſubſtantiam actus reijciuntur.*
26 *Iniquum eſt, & inſtar ſacrilegij, vt quæ pro ſalute animarum aliquis reliquit, in alium vſum transferantur.*
27 *Pietatis cauſa, & priuilegij perſonæ cognoſcit Iudex eccleſiaſticus, non obſtante prohibitione teſtatoris.*
28 *Capellaniæ amotio non debet pendere ab inſtabilitate fœminæ.*
29 *Status Eccleſiæ non eſt mutandus ad mobilitatem laicorum, & num. 48.*
30 *Officialis factus ad beneplacitum cenſetur perpetuus.*
31 *Argumentum de Officiali perpetuo ad Officialem ad beneplacitum valet.*
32 *Officia ſemel conceſſa non poſſunt tolli ſine cauſa, & num. 34.*
33 *Officialis etiam ad libitum creatus non remouetur ſine cauſa.*
35 *Vicarius, & Officialis Epiſcopi remoueri poteſt.*
36 *Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*
37 *Epiſcopus reuocat Vicarium, etiàm ſi iuraſſet non reuocare.*
38 *Vicarius non poteſt remoueri ſinè cauſa legitima.*
39 *Præfectus Vrbis non remouet Locumtenentem ſinè cauſa.*
40 *Verba, ad arbitrium, & voluntatem relata, intelligi debent, & regulari arbitrio boni viri.*
41 *Verba amplà, & abſoluta intelliguntur, nè quid turpe, illicitum, aut à iure prohibitum fiat.*
42 *Doctores permittentes patrono amouere Capellanos, intelliguntur quandò Epiſcopus huic facultati conſenſit in limine fundationis, & nu. 43.*
44 *Cauſatum deficit, deficiente cauſa cauſante.*
45 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus, ſi res eſt in fieri.*
46 *Præſuppoſito deſtructo, corruunt reliqua.*
47 *Præſuppoſito ſtatuti ceſſante, ceſſat ſtatutum.*
49 *Conditio impeditiua libertatis reijcitur.*
50 *Capellaniæ regularitèr poteſt deſeruiri per ſubſtitutum.*
51 *Teſtator præſumitur magis diligere cognatos quã extraneos.*
52 *Conſanguineis ſuis quilibet cenſetur proſpexiſſe.*
53 *Teſtator quòd veriſimilitèr prouidiſſet, ſi de eo cogitaſſet, habetur pro expreſſo.*
54 *Ordinarius Eccleſiaſticus cognoſcit de reductione onerum, & miſſarum Capellaniæ, & nu. 55.*
56 *Intellectus cap. nos quidèm, de teſtamentis.*
57 *Concilium Tridentinum Epiſcopis quid concedat tanquàm delegatis Apoſtolicæ Sedis in reducendis oneribus, aut commutandis vltimis voluntatibus.*
58 *Onus impoſitum habita ratione ad reditus diminuitur, illis diminutis.*
59 *Incluſio vnius caſus, eſt excluſio alterius.*
60 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

P R O

Licentiato Didaco de Salinas Clerico Præsbytero Capellano vnius ex Capellanijs inſtitutis per Ioannem Vello de Acuña.

C V M

Donna Agnete Laſſo de Hermoſa Patrona dictarum Capellaniarum.

ARGVMENTVM.

Patronus non poteſt amouere ſinè citatione, & cauſæ cognitione Capellanum conſanguineum Teſtatoris, ſeù Fundatoris legitimè præſentatum, & quæ remedia illi competant, vt manuteneatur in poſſeſſione, & qualem iuriſdictionem in hoc caſu habeat Iudex eccleſiaſticus, non obſtante diſpoſitione, quòd non ſe intromittat in Capellanijs.

CON-

CONSILIVM CXXX.

CVM dictus Licentiatus Dida-
cus de Salinas tanquàm con-
ſanguineus dicti Fundatoris
exiſteret in poſſeſſione dictæ
Capellaniæ, ad quam fuerat
præſentatus non potuit amo-
ueri per dictam Patronam,
etiàm iuuando ſe authoritate
Iudicis laici, ad Eccleſiaſticumq; pertinet illum
tueri, & manutenere in ſua poſſeſſione ex ſeqq.

1 † Primò, quia cùm eſſet in poſſeſſione non
potuit ipſum Patrona amouere, aut poſſeſſione
priuare, niſi eſſet citatus, & per decretum Iudi-
cis competentis, l.defenſionis facultas C.de iure
fiſci lib.10. l.fin. vbi gloſ.verbo *copia* C.de bonis
vacant.eodem libro, Aluar.Valaſc.conſult.78.nu.
2.l.ſi pacto, vbi Iaſ.not.5.C.de pact.Boſſ.tit.de
2 princ.num.295. † aliàs competit ei remedium
recuperandæ poſſeſſionis, cap. licèt Epiſcopus
de præbend.lib.6.& cap.ex literis de reſtit.ſpol.
vbi DD.& in l.1.§.qui à me ff.de vi, & vi arm.&
in l.meminerint C.vnde vi, cum latè adductis per
Tiraquell. in l.ſi vnquàm, verbo *reuertatur* num.
337. C.de reuoc.donat. Anton.Gabr.concl.1.de
3 citat. & Burg. de Paz conſ.25. nu.4. † ex regula
generali, quòd ſpoliatus eſt antè omnia reſtituē-
dus, l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iuliam de vi
publ. cap.in literis de reſtitut.ſpoliat. l.colonus,
& l.cùm fundum ff.de vi, & vi arm. Ripa in l.na-
turalitèr §.nihil commune ff.de acquir. poſſeſſ.
cap.de redintegranda 3.quæſt.1. Anton.de Butr.
in cap. cùm ad ſedem §.nùper nu.24. poſt med.
de reſtitut. ſpoliator. Menoch.de recuper.poſſ.
remed.15. num.13. & ſeqq. Anton.Gabr.concl.
1.& alijs de reſtit.ſpoliator. vſquè ad numerum
Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſina 61.num.1.per
Valaſc.conſult.79.num.11.

4 † Præſertim cùm ageretur de re ſaltim anne-
xa ſpirituali, prout eſt dicta Capellania inſtituta
pro celebratione miſſarum, & piorum operum,
Rebuff.in praxi benefic. rubr.quarè ſint inſtitu-
ta beneficia num. 10. ſuper qua non poterat ſe
intromittere Iudex ſæcularis, nec capere infor-
mationem, ſi dictus Licentiatus Salinas reſide-
bat, vel non, aut ſeruitio Capellaniæ deficiebat,
5 argum. cap.quanto de iudic. † nàm quæ religio-
ſis adhærent, religioſa ſunt, l.quæ religioſis ff.de
rei uend.Gregor.Lopez in l.19.tit.10.par.1.glo.
3. & in l.2.tit.12.par.7.gloſſ.6. poſt mediū, nàm
ex tali cohærentia ſumit naturam rei ſpiritualis,
& eccleſiaſticæ, cap.ſupèr eo de Paroch.l.in mo-
6 dicis 24. ff.de contrah. empt. † quia eius, quod
habet annexionem, aut connexitatem, iudicatur
prout de principali ſecundùm Bal.in l.quid ergo
§.ſufficit ff.de contrar.tutel.actio. Ioan.de Imol.
conſ.139. incip.præfatus, & Innoc.in cap.cùm
dilectus, verſ.*quibus* de arbitris, Felyn. in cap.li-
teris num.1. verſ.*ſecundò facit regula* col. vltima,
& nu.18.de reſcript.& in cap.tranſlato in princ.
num.6.de conſtitut. Florian. de Sancto Petro in
l.cùm ex pluribus num.8. ff.de quibus rebus ad
eundem Iudicem eatur, Paul. Caſtrenſ. conſ.12.
7 num.14. vol.3. † quia habentia connexitatem iu-
dicantur vnum, & idem, l.cùm actum ff. de ne-
got.geſt. l.cùm eiuſdem ff.de ædilit.edict.idem
Florian.in l.in hoc iudicio nu.8. ff.famil. ercisc.
& ità ſolùm potuit ſuper eo conueniri coram
Iudice eccleſiaſtico Licentiatus Salinas, & non
coram ſæculari, prout intentauit dicta D.Agnes,
8 † nàm Iudex laicus non poteſt cognoſcere de
cauſa, quæ tangit clericum principalitèr, nequè
incidentèr, vt tradit Abbas in cap.ſi diligenti col.
penult. num.31.de foro compet. Roland.à Valle
conſ.12.prima etenim num.38.vol.2. cap.clerici
de iudic. & cap. quòd clericus de foro compet.
9 & per Menoch. lib.2. de arbitr. caſu 430. † pro
quo facit text. in cap. ſi Iudex laicus de ſentent.
excommu.lib.6.vbi patet, quòd licèt aliàs Iudex,
qui poteſtatem non habet in principali cauſa,
poſſit incidentèr cognoſcere, an ſit Iudex, cap.
ſupèr literis de reſcript. hoc non habet locum
in Iudice ſæculari aduerſus clericum, d.cap.ſi Iu-
10 dex, quia videtur agi de re ſpirituali, † de qua
non poteſt ſæcularis cognoſcere etiàm per viam
exceptionis, vt poſt Dominicum tradit Roland.
à Valle vbi proximè num.39.& ſeqq.

Quod magis ſinè difficultate procedit in hoc
caſu, in quo poſſidēte Capellaniam dicto Licen-
11 tiato Salinas, voluere ipſum illa ſpoliare; † nàm
quādò perſona eſt exēpta à ſæculari iuriſdictio-
ne, per conſequens res, quæ perſonæ eſt acceſſo-
ria exempta eſſe debet, argumento l. vltimæ C.
de cenſib. & eorum, quæ ſcribunt Innoc.in cap.
vlt. de vita, & honeſt.cleric. & Archid. in cap.1.
de cleric. coniug. lib.6. probat apertè text. in
cap. vlt. de iudic. vbi ſecundùm lecturam com-
munem, & ſenſum probatur, quòd vbi ſunt con-
nexa cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, ſi poſſeſ-
ſionis cauſa ventilata fuerat coram Iudice ſæcu-
lari, quandò actor erat clericus, non ex eo poſſet
tractari quandò eſſet reus, vt doctè aduertit Me-
noch.de retinend.poſſeſſ. remed.3. num.352. &
cùm ageretur per dictum Licentiatum Salinas
ſupèr manutētione in dicta Capellania, ſolus Iu-
12 dex eccleſiaſticus erat competens; † nàm Iudex
laicus non eſt competens de cauſa intèr laicum,
& clericū agitata ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ,
retinēdæ, vel recuperādæ, vt tradit Affl.in conſt.
Regni Neap. conſtit.de burgenſaticis nu.9. verſ.
nota primò, & ex cap.ſi quis clericus de for.com-
pet. idem Afflict. deciſ.85. poſt quem. & Guid.
Papæ conſ.149. ità reſoluit Roland.à Valle conſ.
23. in cauſa præſenti num.17.lib.2.

Nequè obſtabit dicere, quòd dictus Ioannes
Vello de Acuña in ſuo teſtamēto diſpoſuit, quòd
ſupèr dictis Capellanijs, & amouēdis clericis Ca-
pellanis haberet cognoſcere eius vxor tanquàm
13 Patrona, vel Iudex ſecularis, & † quòd efficere
potuit, quia non erant erectæ in titulū beneficij,
ex adductis per Ioan.Petr.Moneta de commun.
vltim.volunt.cap.10.num.476.& ſeq. Perez de
Lara de Capellanijs lib.2.cap.1.num.7.& 10.nàm
eſſet velle abſonum quid, vel abſurdum, quòd
clericus conueniri poſſet coram Iudice ſeculari,
14 † quod teſtator efficere nequit, vt elegantèr re-
ſoluit Bald.in l.2. num.4. C.vt in poſſeſſ.legator.
Decius conſ.150. num. 4. Ripa in l.nemo poteſt
nu.18. ff.de legat.1. vbi Ioan. Guttier. in repet.

num.105.eſſet enim contra ſanctiones iuris, au-
thent.ſtatuimus C.de Epiſc.& cleric.cap.2.de
15 iudic. † & nemo cauere poteſt, nè leges in ſuo
teſtamento locum habeât, d. l. nemo poteſt 58.
16 ff.de legat.1.l.32.tit.9.par.6. † & teſtatoris or-
dinatio circa iuriſdictionalia nil vltrà valet, quã
contrahentium pactio, l. quæ de legato 48. ff. de
17 legat.1. † quia priuatorũ voluntas nec dat, nec
adimit iuriſdictionem, l. priuatorum 3. C. de
iuriſd.omn.Iudic.Bart.in d.l.nemo poteſt nu.13.
& Bolognet.ibi in repet.num.157.Peregrin.de
fideic.artic.11.nu.111.

Et ſufficit, Ordinarium Conchenſem decla-
raſſe, quòd dicta cauſa tàm reſpectu rei, quàm
perſonæ erat eccleſiaſtica,vt nullus Iudex ſæcu-
18 laris inferior poſſit ſe de illa intromittere, † quia
Iudex eccleſiaſticus eſt cõpetens ad cognoſcen-
dum, an cauſa ſit eccleſiaſtica, & ſpiritualis, vel
prophana, & ſæcularis, & declaratione facta, re-
manet penès Iudicem competentẽ,vt per Felyn.
in cap.ſi clericus laicum nu.3.& 4.de foro com-
pet.Decius in cap.ad audientiam nu.3.de appell.
Ferdinand.Vaſq. lib.3.§.22.nu.69.limit.17.Lan-
cellott.de attent. 2.par.cap.90.quæſt.3.num.79.
Caualcan.deciſ.Fiuizan.2.num.38.par.2.& foret
iniuriã facere eccleſiaſtico Iudici velle Donnam
Agnetem ſuam intentionem fouere authoritate
Iudicis laici, ideòque legitimo iure potuit ec-
cleſiaſticus aduerſus eam procedere,vt antè om-
nia reintegraret Licentiatum Salinas in ſua poſ-
ſeſſione, & ſi quid aduerſus eum prætenderet,
compareret coram ipſo, offerens illi miniſtrare
19 iuſtitiam; † nàm Iudex eccleſiaſticus cognoſcit
de cauſa poſſeſſoria cuiuſcunque rei ſpiritualis,
vel quaſi ſpiritualis, etiã ſi nihil proprietatis an-
nexum habeat ſecundùm Anton. de Butrio in
cap.fin. de iudic. & relatos per Ioan. Daiman. in
procem. pragmaticæ ſanctionis §.poſtremò, Be-
roius in rubr.de iudic. num.51. Couar. in pract.
cap.33.nu.1. Suarez de Paz in praxi tom.2. præ-
20 lud.2.num.15. † & quia benè poteſt Iudex aliàs
competens pro ſuo intereſſe prohibere, quòd
partes non litigent coram alio Tribunali, vt vo-
luit Ioan.Faber in l.1.antè finem C.de offic.Præ-
fect.Vrb. per tex.in cap.tranſmiſſa de for.comp.
Paris de Puteo in tract.ſyndic. tit.de exceſſibus
Baron.cap.vlt.in princ.Gaill.lib.1.de pace publ.
cap.12.nu.15.Anton.Capyc.deciſ.9. Capiblanc.
ſuper pragmat.Regni Neap.8.de Baronib.par.1.
num.119. Maſtrill.lib.4.de magiſtrat.cap.16.nu.
21 61. Boer. deciſ.114. num.2. † qui infert ex eo,
quòd Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere ſæcu-
lari,nè ſe intromittat in cauſis rerum eccleſiaſti-
carum, argumento l.hæres in fundo ff. de vſufr.
legat.& voluit Bald.in procem.lib.2.decretalium
verſ.*item Epiſcopi*, pro quo eſt text.in cap.ſæcu-
lares de foro compet.in 6.

Neque etiã obſtabit dicere,quòd dictus Ioan-
nes Vello Fundator prohibuit, & diſpoſuit,quòd
Ordinarius eccleſiaſticus nõ ſe intromitteret in
22 dictis Capellanijs, aut cognitione ſuper eis: † nã
ſuppoſito, quòd Epiſcopus tempore fundatio-
nis non præſtitit aſſenſum dictæ diſpoſitioni, vt
ad validitatem illius præcisè requirebatur, ex
Lambertino tract.de iure patronat. lib.1. par.1.
quæſt.9.artic.1. in 3.concluſ. & latiùs art.2. ferè
per totum, Ioan.Pet.Moneta de commut.vltim.
volunt.cap.10.num.230.pag.1304.& anteà num.
39. pag.1214.Hieron.Gonzal.ad reg.8.Cancell.
gloſſ.5. nu.47.& ſeq. & num.102. & gloſ.15.nu.
130.& 131.Guttier.conſ.1.& 2. num.1. Concil.
Trident. ſeſſ.22.cap.4.de reform.& ſeſſ.25.cap.
5.9.& 16. non potuit aliquem effectum operari,
quãmuis addiderit, quòd ſi ſe intromitteret,cõ-
uerterẽtur bona in alia opera prophana, vel pia;
23 † nàm adhùc Ordinarius poteſt ſe intromitte-
re,iuxta cap.vnicuique de conſecrat.diſt.1.cap.
inter dilectos,vbi notatur de donationib.cap.re-
quiſiſti,& cap.tua nobis de teſtament. Bart.in l.
quotiès §.fin.ff.de adminiſtrat.tutor. num.1.vbi
Additio,Barbat.conſ.23.vol.1.Innoc.in cap.in
Lateranenſi circa finem de præbend. Abb. in d.
cap.requiſiſti num.22.ex cap.cùm dilectus,eum
ibi notatis de conſuetud. idem Abb. in cap. no-
bis 25. nu.5. de iure patronat. Felyn.in cap.cùm
venerabilis num.33.de exceptionib. allegans pro
eo text.in cap.ſic quidã 10.quæſt.1. idem Felyn.
in tract. quandò literæ Apoſtolicæ noceant pa-
tronis Eccleſiarum circa ampliationem primam,
& in cap. cùm acceſſiſſent num. 19. verſ. *primò
dummodò*,optima deciſio Rotæ 10.incip.factum
tale eſt, de teſtam.in antiq.num.1.& 3. Paul.Ca-
ſtenſ.conſ.359.primò eſt num.1.lib.1.qui loqui-
tur pulchrè,Rocch.de Curte in tract.de iure pa-
tronat.verbo *pro eo,quod*, quæſt.12. nu.25. Lam-
bertin.eod.tract.1.par. 9.quæſt.principali lib.1.
col.6.nu.40.verſ.*amplia iſtam quæſtionem*,Couar.
in 4.decretal.2.par.cap.3.§.1.num.10.& in cap.
tua nobis num.8.de teſtament.Menchac.de ſuc-
ceſſ.creat.§.7.num.15.& ſeqq. vbi teſtatur, in
omnibus ſupradictis eſſe communem hanc opi-
nionem, vt minimè poſſit teſtator facere, latè
Franc.Ripa in allegata l.nemo poteſt ff.de legat.
1.num.127.vbi Ioan.Guttier.num.449.& duob.
ſeqq. pro quibus eſt ratio generalis dictæ l.ne-
mo poteſt in ſuo teſtamento cauere, nè leges in
eo locum habeant, cap.tua de teſtament.Bart.in
l.quotiès §.ſi duo num.2.oppoſit.2. ff.de hæred.
inſtituend. & in l.omnes populi num.61. ff.de
iuſtit. & iure, & l.32. tit.9. par.6. optimè Plato
24 dialog.10.de legib. † & licèt Fundator poſſit in
limine fundationis grauamina ponere, & pacta,
argum. l.in traditionibus C. de pact. attamèn ſi
talia pacta canonicis inſtitutionibus obuient, &
contrarientur, reijci debent, cap. requiſiſti, &
cap.tua nos, & vtrobique DD.de teſtament. Le-
giſtæ in l.quotièns §.conſtat, vbi Bart. num.1. &
Iacob.de Aretio ff.de Adminiſtrat.tutor.Deciſio
Rotæ 7. rubr.de teſtament.in antiq.Hugo Celſ.
25 conſ.91.nu.5.Guttier.conſ.1.& 2.num.1. † nàm
pacta contra ſubſtantiam actus reijciũtur,l.cum
præcario ff. de præcario, l. obligationum ferè §.
placet ff.de actionib.& obligat. l.rogaſti §.ſi tibi
ff. ſi certum petatur, l. ſi tibi decem in princ. ff.
de pact.l.ſi peculium §.1. ff.de peculio legato,&
l.1.§.1. ff.ſi vſusfruct. petatur, cap.ſuper eo, vbi
DD.de condit.oppoſ. Hugo Celſus vbi proximè
num. 4. nec poteſt dicta Patrona conuertere in
alios vſus reditus relictos pro huiuſmodi Capel-
26 lanijs, & pijs memorijs: † quia iniquum eſt, &
inſtar

inſtar ſacrilegij, vt quæ pro ſalute, & requie ani-
marum ſuarum vnuſquiſque venerabili Eccleſiæ
pauperum cauſa contulerit, aut reliquerit ab his,
quos maximè conſeruare conuenerat, in alium
transferantur, cap. benè quidèm circa medium
verſ. *ſancta Synodus* diſt. 96. Rebuff. quæſt. 5. de
decim. num. 33. M. Anton. Marſil. de eccleſiaſt.
redit. orig. 3. par. cap. 23. num. 34. facit l. placet
C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. ſemel Deo de regul. iur.
in 6.

Et ita cùm Epiſcopus non approbauerit dictã
conditionem, quandò fuit appoſita, potuit benè
illius Vicarius generalis cognoſcere ad reparan-
dum ſpolium, quod dicta D. Agnes voluit facere
27 contra dictum Licentiatum Salinas, † quia ra-
tione pietatis cauſæ, & priuilegij perſonæ ad eũ
ſpectabat cognitio, non obſtante quauis prohi-
bitione Fundatoris, ex d. cap. tua, Couar. in cap.
3. num. 5. & in cap. ſi hæredes num. 1. & 4. de te-
ſtament. Sarmiento lib. 1. ſelectarum cap. 11. nu.
13. Paz in praxi 2. tom. prælud. 2. num. 44. bonus
text. in cap. præterea de iure patronat. Paul. Ca-
ſtrenſ. conſ. 358. num. 1. par. 1.

Nàm ex contrario plura ſequerentur inconue-
nientia, præſertim quòd amotio Capellanorum
28 abſque cauſa penderet † ab inſtabilitate mulie-
ris Patronæ, argum. cap. forus circa finem de
verbor. ſignific. l. filia C. de inoffic. teſtam. & l. re-
prehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. Bauer. in §.
teſtes autem notab. 1. Inſtit. de teſtament. cum
alijs adductis per Ioan. de Neuiz. lib. 1. Syluæ nu-
ptial. nu. 18. Roland. à Valle conſ. 7. num. 12. vol. 1.
Bald. in l. filio num. 3. C. de inoffic. teſtam. iuxta
illud Virgil. lib. 4. *varium, & mutabile ſemper
fœmina*, & Terentij in Hecyra: *itidem mulieres
ſunt, vt pueri leui ſententia*, quod ſcitè Baptiſta
Mantuanus Egloga 4. ſignificauit dicens: *Fœmi-
na ceciaco* (res mira) *ſimillima vento eſt, qui trahit
29 expellens mendaci nubila flatu*; † & confirmat
ratio text. in cap. 1. diſtinct. 10. quòd ad mobili-
tatem laicorum non eſt mutandus ſtatus Eccle-
ſiæ, Ioan. Andr. num. 3. in quæſt. 32. ſupèr regula
in te communi, de regul. iur. in 6. Seneca lib. 1.
de remedijs fortuitorum circa finem *nihil tàm
mobile, quàm fœminarum voluntas, nihil tàm va-
gum*.

Quibus non obſtat, quòd Inſtitutor conceſſe-
rit Patronæ facultatem amouendi Capellanos,
quia nec in hoc adeſt Ordinarij approbatio in
limine fundationis, imò nec ex poſt facto, ideòq;
non poteſt illa vti propria authoritate, & abſque
cauſa legitima, taliterq; declarata per Iudicem
Eccleſiaſticum, aliàs ipſe poterit Capellanum de
facto amotum in ſuam reintegrare poſſeſſionem.
30 † Pro quo facit, quòd Officialis ad beneplacitũ
creatus cenſetur perpetuus, & de eo idem, quod
de perpetuo iudicandum eſt, qui de iure remo-
ueri non poteſt, argum. tex. in l. iuriſperitos in
princ. ff. de excuſat. tutor. vbi Bald. & Bolognin.
Bart. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori ff. de
noui oper. nunciat. num. 2. verſ. *quæro*, gloſ. in
clem. 2. verbo *per electionem* de reſcript. D. Ant.
de Padilla in l. cùm quis num. 34. C. de iuris, &
facti ignor. Burgos de Paz conſ. 21. num. 6. Ioan.
Guttier. lib. 2. practicar. quæſt. quæſt. 11. num. 2.
Redin. de maieſt. Princip. verbo *ſed etiàm per
31 legitimos tramites* num. 197. † nàm validum eſt
argumentum de officiali perpetuo ad officialem
ad beneplacitum creatum tradit Alex. alios citãs
in l. principalibus circa finem nu. 6. ff. ſi certum
petatur ex l. ſufficit ff. de condict. indeb. cap. ſi
delegatus de offic. deleg. in 6. cap. ſi gratioſè, &
cap. fin. iuncta gloſſ. de reſcript. eodem libro, d.
gloſ. verbo *per electionem* in clem. 2. de reſcript.
Flamin. Pariſ. de confiden. benefic. quæſt. 18. nu.
22. Mieres de maioratib. 4. par. quæſt. 10. num. 6.
Gomez. in reg. de non tollendo iure quæſito q. 4.
Iaſ. in l. cùm quis nu. 20. C. de iuris, & facti ignor.
Burgos de Paz vbi proximè num. 4. Molina lib. 1.
de primogen. cap. 25. nu. 5. Angel. in §. & qui po-
teſtatem num. 2. Inſtit. de ſatiſd. tutor. Gregor.
Lopez in l. 6. tit. 5. par. 5. gloſ. 2. Amanell. ſingul.
119. num. 1.
32 † Et ità cùm officia conceſſa ſinè cauſa tolli
nequeant, vt in auth. de referendarijs poſt princ.
collat. 2. & in cap. 1. vbi notatur de natura feudi,
vbi Bald. Aluarot. & alij, Burgos de Paz d. conſ.
21. num. 3. Molina vbi proximè num. 17. Gregor.
Lopez in l. 6. tit. 4. par. 3. gloſ. 5. ad finem ex d. l.
Iuriſperitos.
33 † Officialis etiàm ad libitum creatus ſinè cau-
ſa legitima mutari non poteſt, vt tenet Guillelm.
Bened. in cap. Raynuntius de teſtam. verbo *duas
habens filias* num. 36. & ſeqq. Boer. deciſ. 149. an
Rex Franciæ num. 18. & ſeqq. & probat lex 2. tit.
10. par. 2. vbi Gregor. Lopez gloſ. verbo *mantener*
Burgos de Paz vbi proximè nu. 5. Ioan. Guttier.
d. quæſt. 11. num. 3.
34 † Et facit pulchrè text. in cap. ſatis peruer-
ſum 56. diſtinct. dicens: *ſatis peruerſum, &
conſequenter iniquum eſſe probatur, vt quorun-
dam voluntatibus ſuis, ille priuetur officijs, quem
propria culpa, vel facinus à gradu, quo fungitur
non deijcit*, text. in cap. conquerente de reſti-
tut. ſpoliator. dicens: *non decet honeſtatem Supe-
rioris, & conſequenter nec eius æquum arbitrium
ſuæ iuriſdictioni ſubiectos ſinè manifeſta cauſa ra-
tionabili proprijs officijs ſpoliare, cùm ipſe teneatur
paterna prouiſione conſulere*; Roman. conſ. 467. in-
cip. vt clara num. 1. & 2. qui nu. 5. ait, quòd Papa
Epiſcopum ſemèl inſtitutum abſque rationabili
cauſa remouere non poteſt, idem Roman. conſ.
345. num. 9.
35 † Et facit, quòd licèt receptum ſit, Vicarium,
vel Officialem Epiſcopi pro libito poſſe reuo-
cari, clem. 2. ſi principalis, vbi gloſſ. & DD. de
reſcript. Calderin. conſ. 2. de officio Vicarij, Bar-
batia in cap. poſtulaſti 1. notab. in fine de reſcrip.
& in cap. quoniàm num. 37. de offic. deleg. & per
Boer. deciſ. 347. à num. 1. Alex. conſ. 18. num. 7. &
8. vol. 2. Anton. de Butrio in cap. penult. de offic.
Vicarij, Paz in praxi tom. 1. par. 1. temp. 1. nu. 1.
Rebuff. in praxi benefic. 1. par. in forma Vicaria-
36 tus Archiepiſcoporum num. 192. † quia omnis
res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem
37 & diſſoluitur, cap. 1. de reg. iur. † etiàm quan-
dò iuraſſet non reuocare, vt ait gloſſ. ſingularis
verbo *reuocatus* in cap. fin. de procurator. lib. 6.
Rebuff. vbi proximè nu. 193. Alex. vbi proximè
Boer. d. nu. 1. Auendaño 1. par. cap. 3. prætorum
num. 2.

num.2.Felyn.In cap.ex parte Decani,verſ. *dictum*
cap. final. in ampliat. de reſcript. Paul.de Caſtro
conſ.363. venerabilis vir num.4. vol.1. & ſi per-
38 iurium incurrere fateantur, † adhùc tamèn talis
Vicarius abſquè cauſa legitima amoueri non po-
teſt,vt tradit Boer.in tract.de auctor.magni con-
ſilij num.154.Burgos de Paz d.num.5. Suarez de
Paz d.num.9.Guttier.d.quæſt.11.num.4. Auiles
in capitibus prætorum,cap.1. gloſ.verbo *fiel* nu.
42. facit Maſtrill.de Magiſtr.lib.1.cap.27.nu.16.
39 † Eadem ratione Præfectus Vrbis, ſeù Corre-
ctor non poteſt ſinè cauſa reuocare, & amouere
eius Locumtenentem, vt tradit Azeued. in l.10.
& 11.tit.5.lib.3.recopil.num.5. Ioan.Guttier.d.
quæſt.11.nu.8.Paz d.num.9.& faciunt quæ tra-
dit Matienzo in l.6. tit.10. lib.5. recopil. gloſ.2.
num. 2. Guillelm: Benedict. in cap. Raynuntius
verbo *duas habens filias* num.46.de teſtam.
40 † Nàm quælibet verba etiàm ad arbitrium, &
voluntatem poſita, arbitrio boni viri ſunt regu-
landa, l.1.ff.de legat.2. & l.ſi libertus ità ff.de
oper. libertor. Azeued. in d.l.10. num.6. Bart.in
extrauag.ad reprimendum,verbo *videtur* nu.11.
Menoch. lib.1.de arbitr. quæſt.8. num.7. & 33.
quia aliàs foret occaſionem præbere Patronæ,
quòd ſinè cauſa, & prò libito volũtatis ſpoliaret
41 Capellanos contra iuris diſpoſitiones, † quia
quæuis ampla, & abſoluta poteſtas intelligitur,
dummodò nè quid turpe, nè quid illicitum, nè
quid iure prohibitum fiat, l. 1. ff. de milit. te-
ſtam. iuncta l.dotalem, l.in fraudem, & l.ſi à mi-
lite §.1. & 2. ff.eod. l.3. §.ſi procurator ff.quod
quiſque iuris, Menoc. d.lib.1.de arbitr.quæſt.7.
num.77.l.ſcire oportet,§.aliud ff.de excuſ.tutor.
& l.2.C.de noxalib.actionib.
42 † Et Doctores,qui volunt contrarium tenere,
admittendo, Patronum poſſe ad nutum amoue-
re Capellanos abſquè iuſta cauſæ cognitione, lo-
quuntur,& procedunt,quando fundationis tem-
pore Epiſcopus huic facultati præſtitit aſſensũ,
& non aliàs,vt ex cap.cùm dilectus, iuncta gloſſ.
& cap. nobis de iure patronat. tradit Lambert.
lib.1. de iure patronat. 1.par. 9.quæſt.princ. art.
2.num.14. Ioan.Guttier. d.quæſt.11.num.21.&
27.qui dicit,in hoc caſu cauſam efficientem eſſe
conſenſum Epiſcopi, Felyn. in cap. ex parte 5.
num.2.de reſcript.dicens:naturam verò iſtorum
Altarium, ſiuè Capellarum collige ex dictis Cal-
derini conſ.55.de iure patronat.vbi dixit,ad hoc
vt dotentur beneficia,& dotans efficiatur patro-
nus,requiritur approbatio Epiſcopi,ſinè qua ni-
hil valent teſtatorũ conuentiones,vt in cap. cùm
43 dilectus, verbo *conſtitutum* de conſuet. † & ità
Lambertin.ait,quòd licèt fundans Capellam di-
ſponat, Capellanos debere eſſe amouibiles, in-
telligitur,hoc approbante Epiſcopo,idem Lam-
bert.num.15.verſ.*vel & ſecundò*,& num.21.verſ.
non obſtat inſupèr, & verſ. *decimum* cum ſeq. &
deficiente cauſa efficienti,ſcilicèt dicto conſenſu
Epiſcopi,vt hìc deficit,non habet locum dicta
44 reſolutio; † nàm cauſatum deficit deficiente
cauſa cauſante, gloſſ.in l.fin. poſt princip. verbo
nuptijs C.de donat.antè nupt. Cæphal.conſ.143.
magnificus Dominus num. 2.lib.1.gloſ.in cap.ita
quorundam, verbo *ferrum* de Iudæis, cap. & ſi
Chriſtus circà finem de iure iur.Ariſt.lib.2.phy-
ſicorum, Tiraq. in tract. ceſſante cauſa in princ.
45 nu.11.& ſeqq. † Et quandò res eſt in fieri, ceſ-
ſante cauſa efficienti, ceſſat effectus, l.vlt. 2.re-
ſponſ. ff.vnde liberi, l.1. in fine ff.vndè legitimi,
& l.non tantùm §.ſi emancipatus filius ff.de bo-
bor.poſſeſſ.contra tab. Salyc.poſt Iacob.Butrig.
in l.generalitèr circà medium C. de Epiſcop. &
cleric. Tiraquell. vbi proximè limit. 27. num.4.
& 6. quod procedit ſine difficultate aliqua in
iſto caſu, in quo nullo tempore conſentit Epi-
ſcopus facultati amouendi ad nutum.
Vlteriùs,quia dicti Doctores, qui admittunt,
poſſe amouere loquuntur ſub dicto præſuppo-
ſito, quòd Epiſcopus in limine fundationis con-
ſenſiſſet, quod cùm non interuenerit in noſtro
46 caſu, ceſſat reſolutio; † nàm præſuppoſito de-
ſtructo,omnia deſtruuntur, & corruunt, l.Atte-
ius ait in fine cum l.ſequenti ff.de aqua pluuia
arcenda, l.nàm origo ff. quod vi, aut clam, cap.
cùm Paulus 1.quæſt.1. Aymon Crauetta conſ.6.
47 num.36.Deciſio Genuæ 28.num.14. † ſicut ceſ-
ſante præſuppoſito ſtatuti, illius diſpoſitio ceſ-
ſat, l.ſi mancipia C.de ſeru.fugitiu. Roman.ſing.
484. incip. ſtatutum puniens, Decius conſ. 90.
num.2. Bald.in d.l.ſi mancipia num.3.& 4.Felyn.
in cap. licèt cauſam num.11. de probat. Deciſio
Genuæ 168.num.10.Cæphal.alios allegans conſ.
90. num.51.lib.1. & iſta eſt certiſſima veritas.
Et confirmatur magis, quia D. Agnes Laſſo
quod fecit,fuit ad inſtigationem alterius clerici,
qui prætendebat, quòd præſentaret illum ad Ca-
pellaniam dicti Licentiati Didaci Salinas,& eſſet
magnum inconueniẽs, quòd iſto, vel alijs medijs
amoueret Capellanos, & nominaret alios, pro
48 quo facit regula, † quòd ad mobilitatem Patro-
ni ſtatus Eccleſiæ mutari non debet, cap.1.& per
totum 10.diſtinct.& facit benè tex.in l.ſi gemina
ff. arborum furtim cæſarum, Lambert. d. lib. 1.
artic.2.num.1.
Maximè,quia dicta D.Agnes ſolummodò eum
ſumpſit prætextum, quòd Licẽtiatus Salinas ali-
quas abſentias fecerat ab Oppido Trejuncos, in
quo eſt ſita Capellania, & quòd præuia illius ci-
tatione petijt à Prouiſore, quòd reduceret illius
onera ad id, quod iuſtum fuiſſet, attenta modi-
citate redituum illius, & quòd Fundator in ea
opinione fuerat, quòd reditus erant maiores. Ex
quo colligitur, quàm leui, & apparẽti cauſa pro-
ceſſerit, cùm velle aſtringere dictum Licentiatũ
Salinas tàm leui præmio, & ſtipendio aſſiſtere
ſempèr in dicto Oppido fuiſſet illi quandã ſerui-
tutis ſpeciem imponere, ad quam nec Inſtitu-
49 tor ipſe potuiſſet illum aſtringere; † nàm eſſet
conditio impeditiua libertatis contra iura l. Ti-
tio centũ lo ſecondo, ff.de condit. & demonſtr.
vbi Doctores notant,& in l.2. ff.de liber.homin.
exhib.notatur,& in l.antiquitas C.de vſufruct. l.
nec non §.1.ff.ex quibus cauſis maiores, l.qui nec
§.ſolutum ff.de verbor.ſignific.Roman.ſing.620.
Couar.in 4.decretal. 2.par.cap.7.in princ. nu.5.
cum adductis per Anton.Gomez. 1.tom. variar.
reſol. cap.12. num.79. verſ. *item adde*, & tom.2.
cap.10.num.23. verſ.*item etiàm*. Præſertim, quia
quotiès fecit abſentiam, reliquit ſubſtitutum,
qui

50 qui miſſas diceret; † nec dubium eſt de iure,
poſſe Capellaniæ per ſubſtitutum deſeruiri, li-
cèt ex diſpoſitione teſtatoris ſit conferenda Ca-
pellano, qui quotidiè celebret, iuxta gloſſ. in
cap.cùm omnes,vbi Felyn, num,32.ad finem de
conſtit. ex ſententia Lapi alleg.36. & alleg. 117.
num.20.quos refert Ioan.Guttier.conſ.1.nu.34.
Anchar.conſ.233.num.2.

Quòad reliqua verò animaduerſo, quòd Fun-
dator vocauit, & prætulit eius conſanguineos ad
dictam Capellaniam, & vti propinquior illam
obtineret dictus Licentiatus Salinas, foret con-
trauenire directò illius diſpoſitioni, ſi ipſum re-
51 moueret,vt extraneũ admitteret; † quia teſta-
tor magis præſumitur diligere eos, qui ſunt de
cognatione ſua; quàm extraneos,ſuiſque conſan-
guineis proſpexiſſe, l. generalitèr §. cùm autèm
C.de inſtit.& ſubſtit.l.cùm auus ff.de condit. &
demonſtr.l.cùm alienam C.de legat.& l.1.iuncta
gloſ.verſ.*patrono* ff.de in ius vocando,Alex.conſ.
52 130. attentis verbis teſtamenti nu.3. vol.2. † &
quòd ſuis conſanguineis quis præſumatur pro-
ſpexiſſe, l.ſi pactum ff.de probat. cap.vnic.de
duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis, Bald.in
l.ad probationem nu.4.in fin. C.de probat. l.11.
tit.14.par.3.& magis in terminis Gregor.Lopez
in l.2.tit.15. par.2. gloſ.18. *el mas propinquo pa-
riente* verſ. *ſed pone*, Ioan.Guttier. conſ.2. nu.9.
Molina lib.3.de primogen. cap.5. nu.9.& cap.9.
eod.num. Rota deciſ.227.nu.2.par.2. Sacri Pala-
tij, Cæuall.in pract.qq.cap.481.nu.14.

Et quia credendum non eſt, quòd dictus In-
ſtitutor,qui opinatus fuit,Capellaniam futuram
eſſe reditus annuorum ducatorum centum in
pecunia,& medietatis eius, quod ex affictu illius
hæreditamenta, & prædia redidiſſent,ſi vidiſſet,
quòd non reperiebatur conductor illarum, neq;
in pecunia remanebãt ducati triginta impoſuiſ-
ſet tot onera,quæ ſufferri nõ poterãt,imò,ꝙ ip-
53 ſemet ea modificaſſet,& reduxiſſet; † & illud,ꝙ
teſtator verisimilitèr prouidiſſet ſi de eo cogitaſ-
ſet,habetur pro expreſſo, l.Titius §.Lucius Ti-
tius, & ibi notat Bart. ff. de liber. & poſthum.
Alex.conſ.9.viſis verbis teſtamenti num.3. lib.1.
& conſ.55. num.2. lib.3. gloſſ. ordinaria in l.tale
pactum §. fin. verbo *per exceptionem* ff. de pact.
54 Molina lib.1.de primogen. cap.13.num.90. † &
ità Ordinarius eccleſiaſticus poteſt cognoſcere
de commutatione, aut reductione onerum præ-
dictorum iuxta facultatem conceſſam iure com-
muni,cap.tua nobis 17.§.cùm igitur,vbi Couarr.
de teſtam.Conc.Trid.ſeſſ.22.c.6. Ioannes Gut-
tier.in l.nemo poteſt num.452. ff. de leg.1. Na-
uarr.in manuali c.27.nu.38. Paz in praxi 2.tomo
prælud.2.num.45. Sarmient.lib.1.ſelectar.cap.8.
55 num.22.& ſeq. & cap.11. nu.13. † quia certum
eſt, Epiſcopum, vel Ordinarium poſſe diminue-
re qualitates, & conditiones appoſitas per Fun-
datorẽ de tot miſſis celebrandis,& ſeruitijs præ-
ſtandis,diminutis facultatibus Eccleſiæ, argum.
56 cap.nouerint 10.quæſt.1. † & cap.nos quidèm
de teſtam.vbi relictum factum pro vna re confi-
cienda, ſi non ſufficit ad illam; Epiſcopus poteſt
conuertere legatum ad aliam rem piam, ad quã
efficiendam legatum ſufficiat,in proprijs termi-
nis per bona fundamenta reſoluit Lambert. lib.
3.de iure patronat. 6.quæſt. principali art.7. nu.
7. Rocch. de Curte eod.tract.verbo *pro eo, quod*
nu.31. allegans tex. in l.legatum cum ibi not. ff.
57 de vſufr. legat. † nàm hoc concedit Concilium
Epiſcopis tanquàm Legatis Sedis Apoſtolicæ,vt
in Trid. ſeſſ.22. cap.6. & ſeſſ.25.cap.4. Aluarad.
lib.2.cap.1.§.2. nu.1. Borgaſ.in tract.de irregul.
6.par.rubr.de iure patronat.nu.5. Caualc.deciſ.
Fiuizan.17.num.72.par.2.& deciſ.16.nu.13.par.
4. Ioan.Petr.Monet.de commut.vltimar.volunt.
58 cap.5.nu.365.& ſeqq. † & ratio eſt, quia quan-
dò onus imponitur habito reſpectu ad reditus,
debet illud regulari, & limitari ſecundùm quan-
titatem redituum, & illis auctis, aut diminutis
augeri,vel diminui,vt poſt Decium in conſ.334.
incip.viſo conſilio num.1. & 3. tom.1. & Nicol.
Balb. conſ. ſuo impreſſo poſt deciſ. 68. Cacher.
nu.6. tradit Perez de Lara lib.1.de anniuerſ.cap.
15. num.20. Ioan. Petr. Monet. de commut. vl-
timar.volunt.cap.7.num.359.& cap.11. nu.268.
& 343. & 524. præſertim cũ id non intentauerit
clandeſtinè, & occultè, ſed præuia citatione Pa-
tronæ,vt valeret dicere el incumbentia, vel con-
tradicere; quod abſque cauſa legitima nec effi-
cere poterat,vt per Rocchum de Curte vbi ſup.
num.32.

Et non ex eo, quòd Licentiatus Salinas petijſ-
ſet, quòd ſibi permittebatur, debebat dicta Pa-
trona commoueri,& odium concipere, nec de
facto illum amouere; præſertim cùm Fundator
non hunc, ſed alios diuerſos caſus expreſſiſſet,
in quibus voluit,quòd Capellanus poſſet amoue-
59 ri, & † incluſio vnius caſus eſt alterius excluſio,
cap.nonnè de præſumpt.l.cùm prætor ff.de iu-
dic.Cæphal.conſ.151.num.23.tom.2.Alex.conſ.
75.num.13.lib.5. Roland.à Valle conſ.58.nu.76.
60 vol.3. † quia exceptio firmat regulam in non
exceptis, l. nàm quod liquidè ff. de penu. legata,
quem tex.ad hoc allegat pro ſingulari Ioan. de
Imol. in repet. l. filio præterito ff.de iniuſto, ru-
pto,Andr.Sicul.inter Alexandri conſilia conſ.64.
circa præſentem num.1.vol.4.Cæphal.conſ.150.
videbantur num.16. lib.1. Et ex his concludo,
non potuiſſe ſpoliari, nec amoueri dictum Li-
centiatum Salinas, & Iudicem eccleſiaſticum
competentem fore ad illum manutenendum,vel
redintegrandum in poſſeſſionem dictæ Capella-
niæ,non obſtante contradictione dictæ Donnæ
Agnetis, ſaluo,&c.

S V M M A R I V M.

1 *INceſtus qualitèr, & quot teſtibus probetur.*
2 *Inceſtus committitur inter conſanguineos, vel affines intra quartum gradum.*
3 *Concubinatum eſſe crimen eccleſiaſticum, qui DD. tenuerint.*
4 *Inceſtus, & concubinatus prohibentur, & puniuntur legibus Caſtellæ.*
5 *Concubinarij laici poſſunt puniri tàm à Iudice eccleſiaſtico, quàm à ſæculari.*
6 *Concubinarios poſſe puniri à Iudice eccleſiaſtico, quomodò intelligatur.*
7 *Inceſtus crimen grauius eſt adulterio.*

8 Ince-

8 *Inceſtus crimen eſſe mixti fori, qui teneant.*
9 *Inceſtuoſi puniuntur iure regio amiſſione medietatis bonorum applicata fiſco, & alijs pœnis.*
10 *Reus poteſt accuſari, & puniri diuerſis legibus.*
11 *Pœnæ diuerſæ vbi imponuntur pro aliquo delicto, vna non impedit aliam.*
12 *Iuriſdictionis habilitas ſi concurrat inter Iudices, eſt locus præuentioni.*
13 *Præuentio habet locum etiam in criminalibus.*
14 *Præuentio in criminibus mixti fori inter Iudicem ſæcularem, & eccleſiaſticum fit citatione reali, aut perſonali.*
15 *Iuriſdictio ſæcularis eſt prorſus diſtincta ab eccleſiaſtica.*
16 *Abſolutoria lata ab vno Iudice, quandò alium non impediat.*
17 *Intellectus cap. fœlicis §. præmiſſis, de pœnis lib. 6.*
18 *Punitus à Iudice ſæculari in crimine mixti fori, quandò non poſſit puniri ab eccleſiaſtico.*
19 *Inceſtuoſi ſunt ipſo iure excommunicati.*
20 *Concubinarij qualitèr puniantur attento Concilio Tridentino.*
21 *Excommunicatio & ſi grauis ſit pœna, potiùs tendit ad ſalutem animæ, nec excludit alias pœnas.*

P R O

Iuſtitia Sæculari ordinaria Villæ Sãcti Laurentij de la Parrilla, & Alphonſo de Baeza Alguazello Fiſcali illius Tribunalis.

A R G V M E N T V M.

Crimina inceſtus, & concubinatus eſſe mixti fori, & in illis eſſe locum præuentioni factæ à Iudice ſęculari: nec poſſe impediri cognitionem, & punitionem à Iudice eccleſiaſtico.

C O N S I L I V M CXXXI.

CVM dictus Alphonſus de Baeza querelã propoſuerit criminalem tanquã Fiſcalis Tribunalis ſæcularis dictæ Villæ coram Iudice ordinario illius cõtra Didacum, & Catharinam ciues dictę Villæ, quòd illis exiſtentibus conſanguineis intra quartum gradum inceſtum commiſerãt inſimul cum concubinatu: quo durante dicta Catharina filium peperiſſet ex contubernio conceptum, idque pluribus teſtibus probauerit, & ſi præfati Rei ad euadendũ illud iudicium conati fuerint ſe iuuare auctoritate Prouiſoris Epiſcopatus Conchenſis, vt inhiberet dicto Iudici laico. Videtur de iure illius iuriſdictionẽ legitimè fundatam, & inhibitionem procedere non poſſe ex ſequentibus.

Primò, quia ex ſummaria informatione data
per dictum Fiſcalem conſtat nedùm duobus, ſed
pluribus teſtibus, dictos Didacum, & Catharinã
eſſe conſanguineos intra quartum gradum, & in
publico incæſtu, & concubinatu eſſe, & ipſo du-
1 rante filium ſuſcepiſſe. † Ad probandum autèm
incæſtum ſufficit duobus teſtibus conſanguini-
tatem probare, & per alios duos coniunctionem
carnalem, Bald. in l. Gallus §. ille caſus num. 3. &
ibi Imol. verſ. *item noto, quòd licitum* eſt ff. de lib.
& poſthum. Iaſ. in l. admonendi verſ. *ſecundò faciunt* ff. de iure iur. Anton. Gabriel concluſ. 1.
2 de probat. num. 58. † incæſtum autèm commi-
ſiſſe nemini dubium eſt, cùm committatur in-
ter conſanguineos, vel affines intra quartum gra-
dum, cap. lex illa §. incæſtus 36. quæſt. 1. l. ſi adul-
terium cum inceſtu in princ. ff. ad l. Iul. de adult.
S. Thom. ſecunda ſecundæ art. 9. §. ergò, vbi DD.
Inſtit. de nuptijs, Abbas in cap. 1. & cap. veniens
de eo, qui cogno. conſang. vxoris ſuæ, Anto. Go-
mez. in l. 80. Tauri num. 15. Alex. conſ. 229. nu. 13.
lib. 6. l. 1. tit. 18. par. 7. & l. 7. tit. 20. lib. 8. recopil.
Matienzo in l. 7. tit. 8. lib. 5. recopil. gloſ. 11. nu. 2.
3 † Et licèt difficultatem facere videatur opinio
aliquorum Doctorum tenentium, crimen con-
cubinatus eſſe eccleſiaſticum ex Goffredo quẽ
citat Abb. in cap. cùm ſit generale nu. 25. de foro
compet. Marquar. de Suſannis tract. de cælibatu
Sacerdotum cap. 1. num. 9. Couar. lib. 3. variar.
cap. 3. num. 1. verſ. *ego vt liberè*, Marc. Anton. Eug.
conſ. 15. nu. 18. Gagliard. tract. de delict. lib. 2.
num. 48. Frater Michael Agia de exhibend. auxi-
lijs, tit. de crim. concub. pag. 65.
Hoc tamen intelligit Iul. Clar. lib. 5. ſententiar.
§. final. pract. crim. quæſt. 37. num. 4. procedere
tenendo, quòd concubinatus de iure ciuili non
ſit delictum; nàm tenendo, quòd eo iure ſit pro-
hibitus, neceſſariò fatendum eſt, quòd etiàm Iu-
dex ſæcularis poſſit ſuper eo procedere, & puni-
re, vt in facti contingentia conſuluit Euerard.
3 conſ. 201. † & ideò cùm in his Regnis concubi-
natus ſit prohibitus, & dicatur crimen legale,
quia legibus eius reprobatur, & punitur, l. 43. &
44. tit. 6. partit. 1. Greg. Lopez in proœm. tit. 14.
partit. 4. l. 36. tit. 6. lib. 3 recopil. vbi apertè deci-
ditur, l. 1. & toto tit. 19. lib. 8. recopil. vbi Azeued.
num. 30. Ioan. Guttier. tom. 2. canonicar. quæſt.
cap. 7. num. 24. dicens poſt Auendañ. in cap. præ-
torum 2. par. cap. 26. num. 2. quòd cùm concubi-
natus omni iure ſit prohibitus, erit crimen mixti
5 fori; † ſicquè laici concubinarij poterunt tàm
per eccleſiaſticos Iudices, quã per ſæculares pu-
niri, idem reſoluunt Marquard. d. cap. 1. nu. 12.
Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 27. num. 8.
Proſp. Farinac. in praxi rer. crim. tom. 1. quæſt. 8.
6 num. 131. † & ita veniunt intelligendi DD. qui
dicunt, Iudicem eccleſiaſticum poſſe procedere
ſupèr concubinatu tanquàm ſuper crimine iure
canonico reprobato, & punibili, cap. nemo 32.
quæſt. 4. Turrecrem. in cap. quod autèm artic. 1.
& in cap. meretrices, eadem cauſa, & quæſtione,
Bal. in l. cunctos populos num. 46. C. de ſumma
Trinit. Gullielm. Bened. in cap. Raynũtius verb.
& vxorem nomine Adelaſiam 5. nu. 146. de teſta-
ment. Aymon Cranetta conſ. 229. nu. 11. Nauar.
conſ. 4. num. 1. & 2. de offic. ordin. Didac. Perez
in l.

in l.23.tit.3.lib.1.ordinam.gloſ.1. Couarru.de
ſponſal.1.par.cap.4.num.7.& 8. Paul.Fuſc.lib.2,
de viſit.cap.31.num..32.

Maximè cùm ſimul cum concubinatu incæſtũ
7 commiſerint; nam vltrà quòd † huiuſmodi cri-
men babetur grauius adulterio, cap.adulterij 32.
q.7.cap.de his 35.q.3. cap.fin. 35.q.8. & cap.lex
illa 36.q.1.D.Thom.d.q.154.art.1.& 2. Archie-
piſc.Florentin.in ſumma 2.par. tit.5. cap.5. §.2.
Gallego.tract.de cognat.ſpiritual.cap.16.nu.4.

8 † Communis reſolutio eſt, quòd incæſtus cri-
men eſt de delictis mixti fori, Ripa reſponſ.3.de
foro compet. nu.1. Paris de Puteo tract.de ſyn-
dic. verbo *adulterium*, Gagliard. lib.2. de delict.
tit.de inceſtu, num.33. Bermon.Choueron,de
public.concubinar.rubr.de inceſtu nu.33.Oſaſc.
deciſ.103.Tiber.Decian. in tract. crimin. lib.4.
cap.17.num.7. quos ſequitur Menoch.lib.2.de
arbitr.Iudic. caſu 502.num.107. Iul. Clar. d.lib.
5.§.fin.quæſt.38.nu.4. Paul.Grilland.lib.3.tract.
de pœnis omnifariam coitus §.tertiò videndum
9 num. 5. † punitur enim in medietate bonorum
Fiſco Regio applicanda, & alijs pœnis à iure ſta-
tutis, d.l.7.tit.20.lib.8.recop.quòad alias autèm
pœnas eſſe locum arbitrio Iudicis tradunt Ant.
Gomez.in l.80.Tauri nu.15.Auendaño reſponſ.
7.num.3. Matienzo in l.7.tit.8.lib.5.recop. gloſ.
11.num.1.& 3.Azeued.in d.l.7. nu.100. Didacus
Perez in l.5.tit.15.lib.8.ordinam.gloſſ.1.Gregor.
Lopez in l.3.tit.18.par.7.

10 † Quarè cùm nouum non ſit,quòd reus ex di-
uerſis legibus accuſetur, l.Senatus ff.de accuſat.
Bartholom.de Capua lib.3.commentar.ad Con-
11 ſtit.Siciliæ tit.92.de adulter.coercend. † & quã-
dò per diuerſas leges imponuntur diuerſæ pœnæ
pro eodem delicto, impoſitio vnius non tollit
aliam, l.qui ſepulchra C.de ſepulchro violato, l.
3. ff.de liber.homin.exhib. & l.quotiès ff.de act.
& oblig.Abb.in cap.tuæ nu.5. de procur. Surd.
conſ.304. num.3.

12 † Tamèn vbi concurrit habilitas iuriſdictio-
nis in vtroque Iudice,præuentioni locus eſt in
cognoſcendo,& puniendo,vt ex clem.fin.vt lite
pendent. l.1.& 2. C.ſi à non competenti Iudice,
tradit Tiber.Decian.lib.4.tract.crimin. cap.20.
13 de præuent. num.19. † quia in criminalibus ha-
bet locum præuentio, vt Barr. ait in l. ſepulchri
violati crimine,verſ.*eſt videndum*, ff.de ſepulch.
violat. Angel.in tract.maleficior.gloſſ.verbo *Iu-
dex commiſit*, Guido Papæ conſ.30.num.1.conſ.
14 153.nu.3.† & in ſpecie criminum mixti fori,vt
admittatur præuentio inter Iudicem ſecularem,
& eccleſiaſticum per citationem realem,vel per-
ſonalem ex l.fin.ff.de iuriſd.omn.Iudic.l.1.ff.de
offic.conſul. l.ſi quis poſteà,& l.vbi acceptum
ff.de iudic. cap.capitulũ ſanctæ Crucis,vbi DD.
de reſcript. Feder.de Sen.quæſt.97.num.2.& ex
notatis per DD.in d.cap.cùm ſit generale,& per
Dominic. in cap.2. de except. lib.6. Tiber. De-
cian.d.lib.4.cap.10.num.4. Petr.Caball. reſolut.
crimin.caſu 194.num.8.& 11. Michael Agia,vbi
ſupra concluſ.4. dubitari non poteſt, dictam iu-
riſdictionem legitimè præuentam à dicto Iudice
ſæculari,nec poſſe impediri per Iudicẽ Eccleſia-
ſticũ, nè ad vlteriora,& etiã punitionẽ procedat.

15 † Et cõfirmatur, quia ſæcularis iuriſdictio eſt
prorſus ſeiuncta, & ſeparata ab eccleſiaſtica,
cap.duo ſunt cum ſeq. diſtin.96. Rebuff.tom.2.
comment. ad leges Gallicas,tract. vt laici non
conueniantur coram Iudicibus eccleſiaſticis nu.
1.& in toto tit.1.lib.4.recopil.Iul.Clar.d.§.final.
quæſt.57.num.11. inferens ex eo, quòd ſi aliquis
fuerit de crimine communis fori accuſatus corã
Iudice eccleſiaſtico, & ab eo cauſa cognita ab-
ſolutus,poterit adhùc coram Iudice ſæculari ac-
cuſari, & puniri pœnis legalibus, & ità eſſe om-
nium conſenſu receptum, & pro hac parte in
facti contingentia conſuluit Bald.conſ.260.lib.3.
tradit Couar.lib.2.variar.cap.10.num.6. idem
Bald.in l.placet num.15.C.de ſacroſ.eccleſ.Abb.
in cap.1.circa finem de offic.ordin. & in cap.de
his nu.4. de accuſat. vbi Aretin. & Felyn. dicen-
16 tes, † quòd abſolutoria in vno iudicio lata non
parit in alio rei iudicatæ exceptionem, non ob-
ſtante cap.de his,de accuſat.vbi cauetur,nè de
his criminibus, de quibus quis eſt abſolutus,poſ-
ſit accuſatio replicari, quaſi non debeat ſæpius
quæri de delicto vnius hominis, l. licèt §. vlt. ff.
nautæ, caupon.cap.veniam 35.quæſt.9. Roman.
conſ.463. num.1, quia, vt inquit Michael Agia
d. tract. de exhib. auxil. fundam.25. illud ſolùm
haberet locum,vbi non eſſet omninò ſeparata
iuriſdictio,vel quãdò pro qualitate criminis reus
fuiſſet ſufficientèr mulctatus, vbi tamèn tempo-
ralis Iudex fortiora haberet adminicula,tũc poſ-
ſet inquirere, & grauius punire ſecundùm tem-
porales leges eum, qui ab eccleſiaſtico punitus
17 fuiſſet, pro quo eſt text. multùm notabilis in
cap. fœlicis §. præmiſſis iuncto §.per hoc quoq;
de pœnis lib. 6. vbi Papa poſuit multas pœnas
capientibus Cardinalem, & poſteà ſubdit, quòd
per illas pœnas nõ intendit adimere poteſtatem
Iudici ſæculari,quòminus poſſit ipſe procedere,
& imponere pœnam legalem,& ſic videtur pro-
bare,quòd punitus criminalitèr per Iudicem ec-
cleſiaſticũ, poteſt etiàm criminalitèr puniri per
Iudicem laicum, ex quo crimen eſt mixti fori,
Abb.in d.cap.tuæ num.5.de procur. Felyn.in d.
cap.de his num.10. Alciat.in cap.1.num.128. de
offic.ordin.Couar.d.cap.10.num.6.Ant.Gomez.
18 variar.cap.1.de delict. poſt num.40. † qui ſecùs
dicendum aſſerit, ſi priùs fuiſſet punitus à Iu-
dice laico,quia non poſſet deindè ab eccleſiaſti-
co moleſtari, ex mente omnium Doctorũ, quod
ſequitur Iul.Clar. d.quæſt.57.num.14.dummo-
dò pœna impoſita per Iudicem laicum non eſ-
ſet minor illa, quàm pecuniariam, vel corporalẽ
19 imponere poſſet eccleſiaſticus Iudex; † nàm
licèt inceſtuoſi ipſo iure ſint excommunicati ex
clem.1,de conſang.& affinit.Geminian.conſ.71.
Choueron rub.de incæſtu num.16. verſ. *de iure
canonico*, Iul. Clar. in §.incæſtus verſic.*præterea*,
20 Menoch.d.caſu 502.num.104.† & Conc.Trid.
diſponat ſeſſ.24. cap.8. quòd laicus concubina-
rius tàm ſolutus,quàm coniugatus,cuiuſcunquè
conditionis, & dignitatis ſit ter monitus ab Or-
dinario,ſi non dimiſerit concubinas, eſt excom-
municatione illaqueandus,nec abſoluendus, donec
nec præceptis paruerit, & ſi indurato animo in
peccato perſeuerauerit, diris pœnis contra eum
poſſit

poſſit procedi, vt adnotarunt Paul.Foſc.lib.2.de viſit.cap.21.num.26. Ioan.Gutrier.lib.2.can.qq. cap.7.num.21.Salzedo ad Bernard.Diaz in praxi
21 crimin.canon.cap.79.verſ.*laicus*. † Cùm tamen hæc pœna excommunicationis à Iudice eccleſiaſtico impoſita, ſecundùm quid, ſit grauior omni pœna temporali, cùm tendat potiùs ad ſalutem animæ, & ſic potiùs ſit medicinalis, quàm afflictiua, non eſt in propoſito connumeranda inter graues pœnas, vt inquit Iul.Clar. d.nu.14. in fine. Et ità apparet, dictum Iudicem temporalem poſſe punirè dictos reos pro concubinatu, & incæſtu, nec eccleſiaſticũ Iudicem illi hoc poſſe impedire, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Relictum pro virginibus maritandis eſt pium.*
2 *Eleemoſinæ pro virginibus parentibus orbatis maritandis magnoperè commendantur.*
3 *Paupertas obſtat connubio, nec forma dotem ſupplet.*
4 *Virgines non inuenuſtæ, expoſitæ ſunt hominum dolis, & appellationibus, ſiue ſollicitationibus.*
5 *Relicto pro maritandis virginibus fauendum eſt:*
6 *Relictum in vnum pium vſum non debet in alium conuerti, maximè ſinè Pontificis authoritate, & num. 7.*
8 *Relictum pro maritandis virginibus non poteſt conuerti in alium vſum quantùmcunque pium.*
9 *Executores vltimarum voluntatum debent ipſas ad vnguem obſeruare.*
10 *Relictum pro virginibus maritandis non poteſt dari intrantibus monaſterium.*
11 *Eccleſiaſticus Iudex competens eſt ad cognoſcendum de relicto pro virginibus maritandis.*
12 *Legatum in genere pro maritandis virginibus, nõ deberi iam maritatis, qui DD. tenuerint.*
13 *Legatũ pro certa virgine maritanda, debetur iàm maritatæ.*
14 *Legatum relictum pro dotandis puellis, debetur nuptis ſinè dote, vel ea modica.*
15 *Legatum relictum à patre pro filia maritanda, an ceſſet ſi ea ſit maritata.*
16 *Pater an videatur relinquere legatum filiæ animo compenſandi cum dote.*
17 *Legatum relictũ pro maritandis conſanguineis incertis, deberi iam nuptis, qui tenuerint.*
18 *Mariti ſolent paruipendere vxores indotatas.*
19 *Dos debet in omni matrimonio interuenire iuxta poſſibilitatem.*
20 *Vxorem indotatam recipere dedecus eſt.*
21 *Maritus, qui recepit vxorem ſine dote tenetur eam alere.*
22 *Maritus, cui non eſt ſoluta dos promiſſa, vxorem non tenetur alere.*
23 *Periculum vbi eſt in mora, receditur à regulis iuris communis.*
24 *Actus poteſt expediri ſinè conſenſu requiſito, vbi eſt neceſſitas, aut periculum in mora.*
25 *Licentia poteſt peti à Iudice, ſi eam ſinè cauſa non conceſſit is, qui debebat eam dare.*
26 *Iudex cõcedit mulieri licentiam ad contrahendum vbi periculum eſt in mora.*
27 *Iudex concedit minori licentiam contrahendi abſq; conſanguineorum requiſito conſenſu ex cauſa iuſta.*
28 *Vtilitas Eccleſiæ vbi id requirit, Iudex diſponit in beneficio patronatus, patrono etiàm inuito.*
29 *Iudicis factum cenſetur factum partis, & locum eius ſupplet.*
30 *Iudex ſupplet adminiſtratoris authoritatem.*
31 *Iudex ſupplet authoritatem conſanguineorum in contractu mulieris.*
32 *Conſenſum debens præſtare, ſi recuſet conſentire, quandò Iudex ſuppleat.*
33 *Intellectus l.57.Tauri.*
34 *Epiſcopus ſi nolit conſentire fundationi Eccleſiæ, ſuperior præſtat conſenſum.*
35 *Agnati, quorum conſenſus requiritur in matrimonio puellæ, ſi recuſent conſentire ſinè cauſa, Iudex licentiam concedit.*
36 *Filia maior 25. annis, quæ nupſit digno etiàm abſquè patris licentia, non poteſt ab eo exhæredari.*
37 *Relictum pro aliqua virgine maritanda, quæritur illi ſtatim, quò ad nubilem ætatem peruenit.*
38 *Dotata dicitur etiàm antè nuptias, cui fuit relictũ legatum pro dote.*
39 *Dos eſt neceſſaria, vt virgines reperiant maritos, & pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, & liberis educandis.*

A R G V M E N T V M.

Relictum pro virginibus maritãdis præſertim conſanguineis eſt pium, & multùm fauorabile, nec in alium pium vſum poteſt conuerti, & quandò debeatur iàm maritatis 1 & an Iudex eccleſiaſticus ſupèr eo cognitionẽ habeat: valeatquè concedere licentiam alicui ex virginibus vocatis, vt oblata ſibi occaſione contrahendi matrimonium, nè illam amittat, illud contrahere valeat ſinè præiudicio eius iuris, præſertim quandò Patroni etiàm concedere diſtulerant licentiam.

CONSILIVM CXXXII.

SVpponitur in facto, quòd Sanctius de la Torre Canonicus Conchenſis diſpoſuit, quòd de eius bonis, & illorum redditibus preſtarentur dotes in certa quantitate virginibus eius conſanguineis, vt valerẽt matrimonium contrahere, relicta adminiſtratione, & iure patronatus ad nominandum illas Decano, & Capitulo Conchenſis Eccleſiæ; coram quibus Catharina Beltran conſanguinea dicti Inſtitutoris ſe oppoſuit, probauitq; gradũ conſanguinitatis cum Inſtitutore, & alias qualitates,

tates, repeririq; in ætate viginti ſex annorum; &
cùm ſibi eueniſſet occaſio contrahẽdi matrimo-
nium cum quodam Alphonſo Perez Cauañas in-
cola oppidi Villaris ſumi ſupplicauit dictis De-
cano,& Capitulo,vt dignarentur ei licentiã con-
cedere, vt ſinè præiudicio ſui iuris ſuper conſe-
cutione dicti relicti, & legati valeret matrimo-
nium contrahere: & cùm eam protelarent, &
concedere differrent, comparuit coram Proui-
ſore generali Conchenſi,qui prçuia cauſæ cogni-
tione illam ſibi conceſſit, & matrimonium con-
traxit; & cùm dubitetur, an ſibi præiudicauerit
in cõſecutione dicti legati,ſeu maritagij: reſpon-
di, quòd non ex ſequentibus.

1 † Primò,quia relictum pro virginibus paupe-
ribus maritandis pium eſt,Bald.in l.illud 16. nu.
1. verſ. *quod intellige* C. de ſacroſ. Eccleſ. & in
l.vnic.C.de his,quæ pœnæ nomine num.58.& in
auth.niſi rogati num.11.C.ad S.C.Trebell.Tira-
quell. de priuileg.piæ cauſæ in præfat. verſ. *item
cùm dos*, Gregor. Lopez in l.12. tit.28. partit.3.
gloſſ.7.& in l.4.tit.11.partit.6.gloſſ.2.circa finẽ,
Parlador.lib.1.rerum quotid.cap.3.nu.17. Ioan.
Guttier. conſ.26. num.14. Ildephonſ.Perez de
Lara lib.1.de anniuerſar.cap.21.nu.1.11.& ſeqq.
2 † vndè D.Ambroſius lib.2.officior. cap.15. eorũ
eleemoſynas eximia laude commẽdat, qui virgi-
nes parentibus orbatas tuendæ pudicitiæ gratia
connubio locant, nec ſolùm ſtudio, ſed etiàm
ſumptu adiuuant, vt obſeruat Annçus Robert.
lib.3.rerum iudicatar.cap.6. & confirmat Steph.
Bertrand.conſ.82.nu.12.vol.3.dicens: quòd votũ
ſanctum eſt, quod pro pauperibus puellis mari-
3 tandis relictũ eſt; † cùm paupertas obſtet con-
nubio,nec forma dotem ſupplere ſoleat,nec ma-
nuum artificio, & labore valeant ſe alere, vt ait
Mantic. lib.8. de coniectur.vltimar.volunt. tit.5.
4 num.22. † Imò ſint expoſitæ hominum artibus,
& doloſis ſollicitationibus,vt dicit tex. in l.vnic.
ad finem C.de raptu virg.& in auth. de lçnonib.
§.1.collat.2.Perez de Lara d.cap.21.nu.13.

5 † Quarè ratione dictæ pietatis fauendum eſt
huiuſmodi relicto,vt ex cap.1.§.donare, qualitèr
feudum alienari poſſit in vſibus feudorum,l.cùm
is §. ſi in ea opinione ff.de condict. indeb. tradit
Euerard.in locis legalibus cap.15.de dote ad piã
cauſam,ferè per totum,Iodoc.Damhouder. in
Enchiridion parium,aut ſimilium,verbo *dos pia
cauſa*, Alexand. conſ.158.num.9.vol.7. Roderic.
Xuar.in l.quoniàm in prioribus quçſt.9.princip.
ad legem Regni num.3. Ioan.Guttier.de iuram.
confirmat.1.par.cap.11.num.9.&10.& conſ.26.
num.8. & lib.1. practic. quæſt.44. eodem num.
Boer.deciſ.94. num.1. Roger.de dote quæſt.17.
num.3.& 9. Bald.conſ.82. incip. factum propo-
nitur volum.1. ibi: *ſi autèm ſunt indigentes, &
maximè propter dotem benè poteſt ſiue ſint conſan-
guinei, ſiuè alij, vt ſingulariter legitur, & notatur
C.de ſacroſanct.Eccleſ. l. illud ſuper verbo ad ſimi-
lem in princ. & quod legitur, & notatur per Bart.
in l. legatum ff. de adminiſtrat. rerum ad Ciuita-
tem pertinentium, l. cùm hi §. ſi in annos ff. de
tranſactionib. & ff. de condict. indeb. l. cùm is in
ratione ſui*.

6 † Quarè,& ſi regulare ſit, quòd relictum in
vnum vſum, non debet conuerti in alium, quan-
tùmuis licitum,& approbatum, clement.quia
contingit de religioſis domibus, authent. de alie-
nat. & emphit. §. ſanctiſſimus collat.9. Bald. vbi
proximè,Angel.de Vbald.conſ.224.num.2.Ioan.
Vuameſi. conſ.293. num.5.tom.1. Guillelm.Be-
nedict. in cap.Raynuntius, verbo *qui cum alia*
num.31. & ſeq. de teſtament. Lancellot. Galliæ
7 conſ.2. num.19. † Præſertim ſinè Summi Pon-
tificis auctoritate, vt per Ioan.Cçphal.conſ.701.
num. 4. hoc ſpeciali ratione procedit in relicto
8 pro maritandis virginibus, † quod non poteſt
conuerti in alium vſum quantùmuis pium, pro-
bat Palac. Rubios in repet. cap. per veſtras de
donationib.inter virum,& vxorem §.12.num.6.
Bertachin. tract.de Epiſcopo lib.4. par.4. num.
79. Perez de Lara vbi ſuprà num.10. Ioan. Petr.
Moneta de commut.vltimar.volunt. cap.5.num.
55. vbi authoritate Baldi in l. ſi pupillorum §. ſi
prætor in fin.ff.de rebus eorum, & in l.qui alie-
na §.libertos ff.de negot.geſtis, & Marc.Anton.
9 Natta conſ.313. num.19. tradit, † quòd execu-
tores vltimarum voluntatum debẽt ad vnguem,
& formalitèr teſtamentum obſeruare.

10 † Quarè Bald. in authent. niſi rogati num.11.
C.ad S.C.Trebellian. reſoluit, quòd executores
deputati ad virgines maritandas, non poſſunt
dare hanc quantitatem virgini intranti monaſte-
rium, quia non habent in mandatis,& quia ma-
ritare pauperes virgines eſt pia cauſa, quæ non
poteſt excludi per alium pium vſum, vt ibi, &
in clem.quia contingit de religioſ.domib. l.cùm
is §.ſi mulier ff.de condict.indeb.cõprobat Bald.
Nouell.tract.de dote 6.par.priuil.77. Ioan.Vinc.
de Anna ſingul.303.

11 † Et huius pietatis ratione Iudex eccleſiaſti-
cus poteſt cognoſcere, & iudicare ſupèr ſimili-
bus diſpoſitionibus, & ipſarum executione, cap.
nos quidèm de teſtament. Anton.de Butrio in
cap. relatum num.6. eodem tit. Bald. Nouell. d.
tract.par.5.num.14. l.nulli,vbi DD. C.de Epiſc.
& cleric. Sarmient.lib.1.ſelectar.iuris interpret.
cap.11. num.13. & alijs, Perez de Lara vbi ſuprà
num. 26.

12 † Et licèt controuerſum ſit, an legatum pro
virginibus maritandis debeatur iàm maritatis, in
quo communis DD.diſtinctio eſt, quòd relictũ
pro certa puella maritanda, debetur ei,& ſi fue-
rit nupta tempore teſtamenti, ex l.ſi iàm facta
ff.de condit.& demonſtr. l.hæc conditio eodem
tit.l.antepenult.C.de inſtit.& ſubſtit.Paul.Caſtr.
conſ.308. incip.in iſto facto num.2. verſ. *ſecundò
facit dubium* par.1. Meſſia ad l.Toleti *de los ter-
minos* 1.par.fundam.12.num.35.Thom.Sanchez
lib.1.de ſponſalibus diſput.33. num.32. & lib.7.
diſput. 91. à num. 63. Perez de Lara vbi ſuprà
num.15. & ſequentibus, Ludouic.Caſana. conſ.
35. à num.4.

13 † Et ſecùs ſit, quandò relictum eſſet pro in-
certis puellis, ſiuè virginibus maritandis, vt non
debeatur iàm maritatis ex Bald. in l.fin. num.11.
C.de ſentent. quæ ſinè certa quant. & in procé-
mio decretal.verſic. *ſed pone*, Alexand.conſ.146.
num.6. vbi Addit. volum.5. Iaſ. in authent. res,
quæ num. 14. C. commun. de legat. Hippolyt.

de Marſil.in repet.rubricæ,ſiuè tract..de fideiuſ-
ſor. nu.85. & ſecundùm aliam impreſſionem nu.
94. Palac.Rub. d.§.12.num.6. Didac. Perez in
l.1.tit.2.lib.2.ordinam.colum.45.verſ.*dubium eſt
quotidianum*, & alij adducti per Thom. Sanchez
d.diſput. 33.num.2.verſ.*tandem*, qui plures alios
ex nouioribus recenſet, & d.diſput.91. num.63.
14 & ſeq. reſoluens, † quòd ſi verba teſtatoris ſic
ſe habeant, dentur mille ad puellas dotandas,
poſſunt conferri iàm nuptis ſinè dote, vel cum
modica dote, quandò vir ea laboraret inopia, vt
ad ſuſtinenda matrimonij onera non ſit ſuffi-
ciens, nàm adhùc eo caſu adeſt pietas cauſæ, &
ſuſtinendi matrimonij onera neceſſitas, & verè
illud eſt dotare puellas, idemque ſentiunt Bald.
Nouell.de dote 5.par. nu.12. Palac.Rub.in cap.
per veſtras,notab.3.§.12.num.8. Perez de Lara
15 d.cap.21.num.30.in fine, † & fauet Bald.in l.fi-
lia legatorum 11.num.1.C.de legat.dicens,quòd
ſi pater legauit pro filia maritanda,ea maritata
finita eſt cauſa legati. ſed vbi legauit pro dote,
vel nomine dotis, tùnc non eſt finita cauſa, cùm
dos poſſit augeri etiàm conſtante matrimonio,
tenetq; Bald.cum Oldrad.indiſtinctè,quòd cau-
ſa non ità eſt finita,vt ſit extincta,ſed finita,ideſt
adimpleta,& quòd nunquàm impletio cauſæ ex-
tinguit legatum,ſed magis corroborat,& confir-
mat,vt ff.de condit.& demonſtrat. l.ſi iàm facta,
& l.conditionum,quæ in futurum,nàm dicendo
contrarium,ſequeretur abſurdum,quòd ſi pater
maritauit filiam ſinè aliqua dote,filia eſſet indo-
tata contra l.obligamur §.1. ff.de actio. & oblig.
cum ſua glo.vbi beneficium patris,qui maturiùs
nuptui filiam tradidit,iuxta l.falſus penult.§.Iu-
lianus ff.quod falſo tutore authore,filiæ obeſſe
16 non debet, † & quia pater videtur dotaſſe ani-
mo compenſandi, ideò non confunditur dos in
legatum,niſi vſquè ad concurrentem quantitatẽ,
vt ff. ſolut. matrim. l. ſi cùm dotem §. ſi pater,
17 Ludou.Caſanate d.conſ.35. num.17. † qui nu.
33.aduerſus Bald.etiàm vbi relinquitur pro nu-
bendis conſanguineis incertis, quòd iàm nuptæ
comprehendãtur apertè tenuiſſe memorat Paul.
Caſtr. conſ.308. par.1. Ioan.Imol. conſ.113. Iaſ.
in l. huiuſmodi §. cùm pater num. 24. ff. de
legat.1.quod magis procedet reſpectu dictæ Ca-
tharinæ Beltran,quæ eſt conſanguinea Inſtituto-
ris,& indiget dicta dote,nupſitque ſub ſpe illam
conſequendi, de Iudicis competentis licentia, &
æquiſſimum eſt,vt non fruſtetur illa,vt inconue-
nientia ceſſent, quæ de contrario ſubſequi poſ-
18 ſint, † cùm mariti paruipendere ſoleant vxores
indotatas, vt inquit Iaſ. in dicta Auth. res, quæ
19 num.14. C.commun.de legat. † quapropter iu-
ra conſulunt, quòd in omni matrimonio dos in-
terueniat, cap.nullum 30.quæſt.1.vbi ex Conci-
lio Arelatenſi cap.3.dicitur; *nullum ſinè dote fiat
coniugium,iuxtà poſſibilitatem fiat dos*, cap.Lotha-
rius 31. quæſt. 2. ibi: *præmiſſis dotibus coram te-
ſtibus ſecundùm legem, & ritum, quo nuptiæ cele-
brari ſolent*, l.1.& l.quæro ff.de iure dot.& l.fin.
poſt princ.C.de donat.antè nupt. Roffred.tract.
de libell. 3.par. §.de conditio. appoſ.in matrim.
20 num.8. Boer. deciſ.22.num.2. † eſt enim dede-
cus vxorem indotatam recipere, Iaſ.in l.ſi diuor-
tio num.10.ff.de verbor.oblig.Rojas in epitom.
ſucceſſ. cap.5. num.11.

21 † Et ſi receptam indotatam adhùc debeat il-
lam alere eius vir, proùt ipſa in eius obſequio
permanere, Aſcan. Clement. tract. de patr. po-
teſt.effectu 16.num.25. Sebaſtian.Monticul.eo-
dem tract. verſic.*matrimonium* num.3. Conſtan.
Roger. de ſummo bono cap. 4. num.9. Cornel.
Benincaſ. tract.de paupert. quæſt.8. ſpecial.2.in
contract.num.30.

22 † Licèt ſecùs ſit, quandò dotem promiſſam
non perſoluit,quia poſſet vir alimenta denegare,
gloſ.verbo *onera* in auth. de non eligend.ſecund.
nubent. collat.1. gloſ.& DD.in l.fin. per text.ibi
C.ad Senat.Conſ.Velleian. d.cap.per veſtras,vbi
poſt Abb.Palac.Rubios,notab.3.num.1.& ſeqq.
idem Abb.conſ.85.num.1.par.1.Boer.vbi proxi-
mè nu.1.& 3. Couar.in 4.decretal. 2.par. cap.2.
in princ. nu.2. Nauar.conſ.50.incip.Bernardina
num.3. de regularib. Ant.Gomez. in l.50.Tauri
num.31.Ioan.Guttier.alleg.11.num.16.

Quarè cùm dicta Catharina petierit licentiã
à dicto Capitulo, & eius Deputatis ad nubendũ
ſinè præiudicio ſui iuris quoàd dotis aſſequutio-
nem, nè occaſionem amitteret, cùm eſſet peri-
culum in mora, potuit nubere de licentia Ordi-
narij,differentibus eam præſtare dictis patronis.

23 † Nàm vbi eſt periculum in mora, receditur à
regulis iuris communis, l.1.ff.de glande legenda,
l.de pupillo §.ſi quis riuos ff.de noui oper.nunc.
Matienzo in l.6.tit.3. gloſ.2.num.1.& in l.1. tit.
10.gloſ.21.num.16.lib.5.nouæ recopilat. adeò vt
petita,& non obtenta licentia nubere potuiſſet;
24 † propter neceſſitatem enim, aut quandò peri-
culum eſt in mora actus expediri poteſt ſinè con-
ſenſu illius,qui illum præſtare debebat, l.1. ff.de
exercit.actio.& l.tutor, qui repertorium ff.de
adminiſtr. tutor. Abb.in cap.relatum num.6. de
cleric. non reſident. Felyn. in cap.cùm acceſſiſ-
ſent num.22.de conſtit. Tiraquell. de legib.con-
nubial.gloſ.8.num.9.Matienzo d.gloſ.2.num.2.

25 † Præſertim,quia ſatisfecit obtinẽdo licentiã
à Iudice, quam ſinè cauſa diſtulerant concedere
dicti Capitulum, & ſui Deputati, vt ex cap.licèt
de regularib.tradit Anton.de Butrio in cap.cùm
venerabilis nu.6. de conſuet. Abb.in cap.admo-
net num.4.de renunc.

26 † Sicut in terminis l.50.Tauri,quæ eſt l.6.tit.
3.lib.5.nouæ recop. poteſt Iudex vxori concede-
re licentiam ad contrahendum loco licentiæ viri,
ſi eſſet periculum in mora, vt obſeruãt ibi com-
muniter gloſſatores.

27 † In quorum confirmationem facit Abb. in
cap.nullus,num.1.de iure patronat.dicens,quòd
ſi ex forma ſtatuti requiritur conſenſus aliquorũ
conſanguineorum minoris, vt valeat contrahere,
ſi illi requiſiti denegant ſinè cauſa præſtare con-
ſenſum, poterit Iudex attenta neceſſitate cum
cauſæ cognitione licentiam minori concedere,
vt valeat contrahere, & ità ſe conſuluiſſe per
text. ibi, & in l. ſi cùm dotem §. eo autem tem-
pore ff. ſolut. matrim. idem Abb. in cap. tuæ
num.3. de cleric. non reſident. Bald.in l.1.num.
3. & in l.viduæ nu.4. C.de nupt. & in cap.1. de
conſuet. recti feudi in princ. num.7. Felyn.in
cap.

cap.cùm acceſſiſſent num.20.de conſt. Roderic.
Xuar.in l.13.tit.*de las deudas* num.22.
28 † Similitèr facit, quòd ſi neceſſitas imminet,
per quam pro vtilitate Eccleſiæ Iudex moueatur
ad diſponendū de beneficio patronali, alitèr quā
eius exigat natura, hoc poterit facere etiàm pa-
trono inuito, Abbas in d. cap. cùm acceſſiſſent
num.5. verſic. *in hoc limitarem*, ex Rota deciſ. 5.
incip.permutatio de rerum permutat. in nouis,
vbi reſoluit, quòd vbi patronus ſinè cauſa non
vult conſentire permutationi beneficij, poteſt
Epiſcopus hoc facere ſinè conſenſu illius, quia
patronus vtilitatem Eccleſiæ impedire non de-
bet, Menoch.conſ.597.num.11.vol.6.
29 Quo caſu videtur ſuccedere regula, † quòd
licentia Iudicis operetur idem, ac ſi fuiſſet à pa-
trono præſtita; nàm factum Iudicis cenſetur fa-
ctum partis, & illius locum ſubintrat, l.ſi ob cau-
ſam C.de euict. Aym.Crau.conſ.5.num.5. Ioan.
Cæphal.conſ.254.num.16. & conſ.555.nu.3.Ti-
raquell.de retractu lignag. §.5.gloſſ.14.nu.13. &
14.l.52.tit.5.partit.5. vbi Gregor.Lopez gloſſ.5.
Matienzo in d.l.6. gloſ.5. Hartm.Piſtor. qq.iuris
lib.1.quæſt.15.num.85.
30 † Et ità Iudex ſupplet authoritatē adminiſtra-
toris, vt diſtinguendo tradit Paul.Caſtrenſ.in l.ſi
curatorem nu.7.C.de in integr.reſtit.minorum.
Iaſ.in l.vnic. num.8.& 20. C.qui admitti ad poſ-
ſeſſionem bonorum poſſunt, idem Paul. Caſtr.
in l.fin.num.3.C.de fideiuſſ.
31 † Et in terminis ſtatuti prohibentis, mulierem
poſſe contrahere abſque licentia duorum con-
ſanguineorum propinquiorum, quòd ſi ſint re-
quiſiti, & illam præſtare recuſauerint, poſſit ha-
bere recurſum ad ſuperiorem, vt eos compellat
ad dandum licentiam, vel ipſemet eam præſtet,
ex Bart.& Bald. nu.2. in d.§. eo autem tempore,
vbi Imol. nu.15. & 16. Paul.Caſtrenſ. & Roman.
ad finem.Alexand.num.54.idem Bald.in rubr.C.
de contrah.empt. quæſt.24. num.46. & in d.l.1.
C.qui admitti, num.53.vbi Decius num.86.Paul.
Caſtrenſ. conſ.91.nu.5.par.1. Petr.Philip.Corn.
conſ.167. num.2. & 3. lib.2. Abbas in d.cap.tuæ
num.3. de cler. non reſident. Tiraquell. in legib.
connubial.gloſſ.8.num.127.& ſeqq. Hippol.de
Marſil.in l.1.§.præterea num.128.ff.de queſtion.
Segura in repet.l.1.§.ſi vir num.115.ff.de acquir.
poſſeſſ. Ioan.Lupus in repet. rubricæ de donat.
32 inter vir.& vxor.§.22.nu.6.& vlt. vbi ait, † quòd
ſi aliquo caſu requiritur conſenſus alicuius pro
expeditione actus, ſi nolit conſentire ſine cauſa,
aut contradicat; tunc contradictio habetur pro
conſenſu, vt notat Archidiac.in cap.5.de conſtit.
lib.6.colum.3.quem refert, & ſequitur Abbas in
cap. quoniàm, in fine, de vita, & honeſt. clericor.
Iaſ.d.num.20.
33 † Et ex his iuſtificatur diſpoſitio l.57.Tauri,
vbi Iudex cum cognitione cauſæ legitimæ, & ne-
ceſſariæ poteſt compellere virum ad præſtandū
licentiam eius vxori ad totum id, quod ipſa non
poſſet facere ſinè licentia viri, & ſi compulſus nō
dederit, Iudex ipſe ſolus eam poterit præſtare,
vt obſeruant Roderic.Xuarez in d.l.13.num.21.
Couar.lib.1.variar.cap.8.nu.8. Io.Guttier. conſ.
28.num.6.Matienz.& Azeued.in d.l.4.tit.3.lib.5.
recopil. Hieron.Gonzal.ad reg.8.Cancell. de al-
ternatiua menſium gloſſ.47.num.39.
Et idem dicendum eſſe in noſtro caſu, quòd
operetur idem ad fauorem Catharinæ Beltran
licentia Iudicis eccleſiaſtici, ac ſi eam obtinuiſſet
à dictis Decano, & Capitulo, & ipſius Deputatis;
nec debet illi vrbanitas obeſſe, qđ noluit agere,
vt compellerentur, ſed quòd ipſe impartiretur
licentiam pro ſui iuris conſeruatione, & vt vita-
rentur inconuenientia.
34 † Facit in comprobationē alia reſolutio, quòd
ſi Epiſcopus nollet conſentire fundationi Eccle-
ſiæ ſinè cauſa, ad illud faciendum per ſuperiorē
poteſt compelli, cap.nullus de iure patronat.vbi
Abb.per illum text. generalitèr ait, quòd vbi re-
quiritur conſenſus vnius in fauorem alterius, ſi
conſentire non vult ſinè legitima cauſa, poteſt
haberi recurſus ad ſuperiorem, vt ipſe cōſentiat,
vel compellat ad conſentiendum, facit gloſſ.in
cap.penult. verbo *teneantur* de reſcript. lib.6. &
in terminis Rocch. de Curte de iure patronat.
verbo *pro eo, quod* nu.12.Selua de benefic.1.par.
quæſt.6.num.24.qui alios allegant, facit l.cùm
non ſolùm §.neceſſitatem C. de bon. quæ liber.
Abbas conſ.65. incip.quidam Raynerius dub.5.
lib.2.Felyn.in cap.cùm venerabilis nu.33.verſ.*&
ſi Epiſcopus iniuſte recuſat conſentire* de except.
latè Lambert.de iure patron. lib.1. par.2. quæſt.
1.art.20.per totum, vbi nu.4.& ſeqq. plures do-
ctrinas ſimiles ponderat, Gomez. in reg. de im-
petrat.benefic.per obitum famil.Card.quęſt.30.
vbi Mandoſ. quæſt.32.nu.5.& 2. Roder.Suar. in
l.13.tit.*de las deudas* à num.21.& ſeqq. Roland.à
Valle conſ.50. num.17. lib.4. Menoch.lib.2.de
arbitr.Iudic.caſu 182. num.12.
35 † Facit magis in terminis notabilis reſolutio
Abb.in cap.quod Dei num.13.de ſtatu monach.
vbi ait, quòd ſi eſſet ſtatutū diſponens, quòd mu-
lier minor 25. annis non poſſit matrimonium
contrahere ſinè conſenſu duorum agnatorum, &
puella elegit ſponſum condignum eius qualitati,
agnati abſquè cauſa legitima noluiſſent conſen-
tire, vt matrimonium contraheret, poſſet Iudex,
aut Superior eos compellere ad conſentiendum,
aut ipſemet licentiam præſtare ex proximè alle-
gatis, & Bart. in l.cùm non ſolùm §. neceſſitate
C.de bonis, quæ liberis, nu.4. Abb. in c.relatum
nu.6.de cleric.non reſident. & conſ.65. incip.ad
deciſionem, nu.3. poſt medium p. 2. Alex. conſ.
57.incip.perſpectis nu.6.lib.2. Bald.Nouell.trac.
de dote 6.p.priuileg.19. Additio ad Abb. in d.c.
quod Dei, Palac.Rub.vbi proximè nu.5. Selua
tract. de benefic. 1.par. quæſt.6. num.24. Roc-
chus de Curte tract. de iure patronat. verbo
pro eo, quod num. 13. & ita benè potuit dicta
Catharina virtute licentiæ dicti Prouiſoris ad
nubendum ſinè præiudicio ſui iuris ſupèr con-
ſequutione dotis, & ad illius titulum matrimo-
nium contrahere, nè occaſionem ſibi oblatam
amitteret, præſertim cùm eſſet maior 25. anno-
36 rum, † quæ ætas excuſat filiam nubentem, con-
dignè tamen etiàm ſinè licentia parentis, vt non
valeat illam exhæredare, authent. ſed ſi poſt C.
de inoffic. teſtam. deducta ex auth. vt cùm de
appellatione cognoſcitur §.ſi verò vſq; ad viginti

S 2 collat.

collat.8. Bal. Nouell. tract. de dote ſpeciali 16. l. 5. tit. 7. partit. 6. vbi Gregor. Lopez gloſ. 8. & ita eſt excuſata, quòd non plus diſtulerit matrimoniũ contrahere periculo, quòd dictus eius vir animũ
37 mutaret, & aliam duceret; † præſertim, quia relictum pro aliqua virgine maritanda ita fauorabile habetur, quod illi quæratur ius ſtatim, quo ad nubilem ætatem peruenit, quæ eſt annorum 12. l. cui fuerit, vbi Bart. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſancimus C. de nupt. Corn. conſ. 292. num. 10. vol. 1. Ioan. Vincent. de Anna ſingul. 300. & ita ex l. qui habebat cum ibi notatis ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. alios allegans tradit Bellacomb. inter communes Doctorum opiniones lib. 6. tit.
38 30. C. dote præleg. nu. 3. † nàm vt reſoluit Paul. de Caſtro in l. Titio centum §. Titio genero nu. 8. ff. de condit. & demonſtr. propriè dicitur dotata illa, cui relictum eſt aliquid pro dote, licèt nondùm fuerit nupta.

39 † Et ideò cùm dotes non ſolùm inſeruiant, & ſint neceſſariæ, vt virgines orphanæ poſſint reperire maritos, ſed pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, & educandis liberis, l. 1. ff. ſolut. matrim. l. dotis fructus ff. de iure dotium, l. pro oneribus C. eodem tit. Paul. Caſtrenſ. in l. ſi cùm dotem §. transgrediamur num. 7. ff. ſolut. matrim. Caph. conſ. 63. num. 23. tom. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 21. num. 40. Anton. Gomez in l. 53. Tauri num. 15. Perez de Lara d. cap. 21. num. 1. & ſeqq. omninò debet ſatisfieri dictæ Catharinæ Beltran per Adminiſtratores dictæ memoriæ, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitionis vis ex ratione teſtatoris dependet.*
2 *Fideicommiſſum attenta ratione reſtringitur ad certam rem.*
3 *Incluſio alicuius rei in fideicommiſſo excludit alias.*
4 *Ademptum ſub aliqua conditione, ſub contraria conditione cenſetur relictum.*
5 *Conditionem ſemèl impleri ſufficit.*
6 *Vocati ſub aliquo caſu, aùt conditione, ſub contrario cenſentur excluſi.*
7 *Relictum alicui ſub aliqua conditione, ſi in alium transferatur, cenſetur ſub eadem translatum conditione.*
8 *Conditionis exiſtentia, aut defectus reſpicit tempus à diſponente præfinitum.*
9 *Recedi non licet à verbis teſtatoris.*
10 *Teſtator quod non fuit loquutus, non cenſetur voluiſſe.*
11 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
12 *Voluiſſe non ſufficit, niſi quis diſpoſuerit.*
13 *Subſtitutionem adeſſe, debet probare qui allegat.*
14 *Subſtitutio non trahitur ad caſum, & res non expreſſas.*
15 *Fideicommiſſum non dicitur vbi ex verbis, & diſpoſitione non colligitur, & nu. 16.*
17 *Fideicommiſſum non adeſſe in dubio pronunciandum eſt.*
18 *Fideicommiſſum eſt onus.*
19 *Fideicommiſſum eſt res odioſa.*
20 *Teſtator cenſetur minus voluiſſe grauare hæredem.*
21 *Teſtator non cenſetur hæredem in vanum inſtituere.*
22 *Fideicommiſſum non extendi, debet in dubio pronunciari.*
23 *Bona præſumuntur potiùs allodialia, & libera, quàm vinculata.*
24 *Fideicommiſſum reſtrictum ad certas res, vel perſonas, ad alias non extenditur.*
25 *Intellectus l. ſi pater filiũ, & l. ſi quis ità ff. de vulg. & pupill. ſubſt.*
26 *L. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum. interpretatur.*
27 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*
28 *Verba vbi ſunt reſtrictiua, etiam diſpoſitio fauorabilis reſtringitur.*
29 *Limitatio facta in aliqua ſcriptura cenſetur repetita in alijs.*
30 *Diſpoſitio teſtatoris declaratur, & reſtringitur ſecundùm rationem, quæ eum mouit.*
31 *Fideicommiſſa reſtringuntur, & ampliantur ſecundùm rationem expreſſam.*
32 *Teſtator vbi gloſſauit ſe, non eſt quærenda alia gloſſa.*
33 *Scriptura vna declaratur per aliam.*
34 *Scripturæ alicuius capitulum vnum declaratur per aliud eiuſdem, & ſuppletur, ac reſtringitur.*
35 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
36 *Intellectus l. fin. C. de pact. conuent.*
37 *Pater non poteſt præiudicare legitimæ filiorum, nec inter ipſos meliorare vltra tertium, & quintum.*
38 *Grauamen reſtringitur ad meliorationem.*
39 *Abſurdum eſt vitandum etiàm ſi verba improprientur.*
40 *Diſpoſitio quantùmuis generalis reſtringitur, vt vitetur abſurdum.*
41 *Hæreditas poſt aditionem dicitur patrimonium hæredis.*
42 *Teſtatoris diſpoſitio eſt ſeruanda tanquàm lex.*
43 *Clauſulæ generales non alterant ſpeciales præcedentes.*
44 *Clauſulæ generales poſteriores referuntur ad ſpeciales anteriores.*
45 *Clauſula poteſt referri ad vnum tantùm capitulũ, quandò ratio ſuadet, nè referatur ad alia.*
46 *Specialis ratio reſtringit dictum generale.*
47 *Verbum herençia qualitèr vulgò accipiatur.*
48 *Hæreditatis appellatione non ſempèr venit vniuerſa hæreditas.*
49 *Hæreditas aliquandò dicitur ſinè bonis.*
50 *Verba in omni diſpoſitione intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam.*
51 *Succeſſorij edicti natura qualis ſit.*
52 *Hæredis nomen in primo hærede verificatur.*
53 *Hæres reputatur eadem perſona cum defuncto.*
54 *Subſtitutio, & fideicommiſſum limitâtur ad ſuam cauſam.*
55 *Actus agentium non operantur contra eorum intentionem.*
56 *Actus non debet operari finem, aut effectum contrarium.*

57 Indu-

57 Indicia ad diminutionē, non debent operari augmentum.
58 Fideicommiſſum qui prætendit, debet oſtendere apertiſſimè.
59 Doli exceptione repellitur, petens aliquid contra voluntatem defuncti.
60 Dictio, &, ſolet poni inter diuerſa.
61 Dictio &, ſolet poni declaratiuè prò, ideſt.
62 Disiunctiua reſoluitur in coniunctiuā ex veriſimili voluntate teſtatoris.
63 Relatio regulariter fit ad proximiora.
64 Relatio non fit ad omnia, niſi eorum ſit par ratio.
65 Grauamen ferendi nomen, & arma honeſtæ familiæ eſt iuſtum.
66 Extenſio non fit in materia odioſa, aut fideicommiſſo.
67 Poſſeſſionis iuri detrahit, quicquid detrahit iuri fideicommiſſi.
68 Impugnantia proprietatem, multò magis & poſſeſſionem.
69 Inuentario, quæ res deſcribi debeant per hæredem.
70 Inuentarium cenſetur confectum bona fide, & integraliter.
71 Delictum non præſumitur, nequè dolus.
72 Inuentarium commodo hæredis eſt, non detrimento.
73 Inuentario facto præſumitur hæreditas non ſoluendo, nè ampliùs ab hærede petatur.
74 Producens inſtrumentum in iudicio cenſetur fateri vera contenta in eo.
75 Producens inſtrumentum, licèt proteſtetur id facere quatenus eſt ſibi fauorabile, adhùc præiudicat ſibi.
76 Scriptura priuata probat contra producentem.
77 Inuentarium factum à viro reſpectu vxoris, non trahitur ad aliam perſonam.
78 Actus noſtri voluntarij non extenduntur vltrà quàm geruntur.
79 Expenſæ extenuant debitum.
80 Expenſæ factæ per hæredem circà teſtamentum, deducuntur ex hæreditate.
81 Expenſæ factæ per Capitulum Sede vacante ſuper electione Prælati deducuntur ex bonis prælaturæ.
82 Expenſæ recollectionis fructuū deducuntur ab eis.
83 Lucrum ſolùm dicitur, quod ſupereſt deductis expenſis.
84 Lucrum dicitur, quod remanet deducto damno.
85 Miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ retinet expenſas factas in re, vel repetit à debitore.
86 Hæres repetit expenſas à fideicommiſſario.
87 Expenſæ minuunt hæreditatem.
88 Bona dicuntur, quæ remanent deducto ære alieno.
89 Proprietas bonorū fideicommiſſi poteſt vendi pro ære alieno fideicommittentis.
90 Hæres deducit legata, quæ ſoluit legatarijs.
91 Hypotheca competit pro legatis.
92 Societas contrahitur inter virum, & vxorem.
93 Vir, & vxor communicant lucra quæſita matrimonio conſtante.
94 Succedens in locum alterius vtitur illius iure.
95 Ceſſionarius creditoris creditor eſt.
96 Ad hæredē pertinet augmentum, & detrimentum veniens poſt mortem teſtatoris, & nu. 97.
98 Onus ad quem pertinet, ad eundem & commodū, ac lucrum.
99 Hæres ſi malè adminiſtrauit res hæreditarias, ipſius damno eſt.
100 Hæres negotiari non tenetur ad commodum fideicommiſſarij.
101 Fideicommiſſi in reſtitutione non veniunt bona aliunde quæſita ab hærede.
102 Intellectus l. 3. ff. ad leg. falcid. & num. 103.
104 Intellectus cap. 1. §. ſi vaſallus, ſi de feudo defunct. controu. ſit.
105 Subrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.
106 Litium finis vt ſit, multa priuilegia inducuntur à iure.
107 Audiri non debent venientes contra ſemel placita.
108 Tranſactio eſt receſſus à lite, & impedit proceſſū ad vlteriora.
109 Tranſactio habet vim rei iudicatæ.
110 Tranſactionem reſcindendam non eſſe, in dubio pronunciandum eſt.

P R O

Ioanne de Buedo Gomendio, & D. Beatrice Enriquez eius vxore.

CONTRA

Don Petrum Enriquez, & D. Franciſcam Enriquez eius vxorem.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum limitatum ad aliquam ſummam, veluti quartam Trebellianicam, non poteſt extendi ad reliquam hæreditatem; & bonorum, & hæreditatis nomine ſolùm venire quod ſupereſt, ære alieno deducto; & ſolutis legatis, & expenſis funeris, & animæ Teſtatoris, & de vi tranſactionis.

CONSILIVM CXXXIII.

SVpponitur in facto, Alphonſum Enriquez inſtituiſſe hęredem vniuerſalem Franciſcum Enriquez eius fratrem, illumq; grauaſſe, quòd quartam trebellianicam ſuę hæreditatis implicaret, & conuerteret in emptionem annuorum redituū, vt remaneret fideicommiſſo ſubiecta ad fauorem ſuorum deſcendentium; & in defectum eorum, deſcendentium Hieronymi Enriquez Saonenſis patris dictarum DD. Franciſcæ, & Beatricis, quas ordine ſucceſſiuo vocauit ad

pit ad hæreditatem in caſu contrauentionis, ſeù
defectus implementi; cum eodem tamèn onere,
cui & ſi integrè ſatisfeciſſet Frãciſcus Enriquez
conuertendi in emptionẽ redituũ, quod impor-
tabat quarta trebellianica; nihilominùs dicta D.
Franciſca prætendit vniuerſã hæreditatẽ contra
D. Beatricem eius ſororem hæredem dicti Fran-
ciſci Enriquez. Et clauſulæ teſtamenti dicti D.
Alphonſi, quibus D. Franciſca innititur, ſic ſe
habent. *Però en caſo, que Dios ſea ſeruido lleuar-
me de eſta preſente vida ſin dexar de mi hijos, ni
hijas legitimos, ni baſtardos, que puedan ſuçeder,
como dicho es, en tal caſo nombro, e inſtituyo por mi
heredero vniuerſal al Señor Françiſco Enriquez
mi hermano, veçino de la Ciudad de Cuença, y ha-
bitante en ella en mis proprias caſas; y a ſus hijos, y
hijas legitimos, y naturales, ò baſtardos, deſcendien-
tes en infinito ordine ſucceſſiuo, guardando la pre-
rogatiua, y autoridad que arriba ſe haze mencion;
aggrauando expreſſamente, y poniendo por carga
perpetua al tal mi heredero, que por tiempo fuere, y
à ſus herederos, y ſucceſſores à que deua, y ſea
obligado dentro de dos años primeros ſiguientes
deſpues de mi muerte, y deſpues que el tal herede-
ro, que por tiempo fuere, ouiere aceptado eſta mi
herençia à hazer emplea, y inueſtidura de bienes
de lo que importa la quarta parte de la herençia
del dicho Señor Iuan Enriquez mi tio, en caſo, que
no la hallaſſe hecha, ſo pena de que no la haziendo
en el dicho tiempo paſſe la herençia al ſiguiente ſuc-
ceſſiuamente con la dicha carga, la qual emplea
ſe deua hazer, y haga en la forma, y manera ſi-
guiente.*

*Conuiene à ſauer, que todo lo que importare la
dicha quarta trebellianica de los bienes, y herençia,
que me quedaron del dicho Iuan Enriquez mi tio
ſe emplee en tanta renta de bienes eſtables, y raiçes,
juros, cenſos, ò lugares en la dieceſi de Cuença, o
Toledo, o en ambas, o qualquiera dellas, ſin que el
tal heredero, ò herederos pueda, o puedan ſacar de
la dicha quarta trebellianica otra quarta legitima,
ni retener, ni deſfalcar otra porçion alguna, la qual
expreſſamente les prohibo, y la tal emplea, y renta
de bienes, es mi voluntad, que eſtè ſiempre en pie,
y vinculada para los de mi linage, y deſcendientes
ſegun dicho es; y eſtos faltando, entren mis deſcen-
dientes en grado de conſanguinidad infraſcripta.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Ex cuius clauſulæ verbis apertè colligitur,
nullum aliud grauamen fuiſſe impoſitum Fran-
ciſco Enriquez, & alijs hæredibus poſt ipsũ no-
minatis, niſi vt ſituare, & conſtituere deberent in
annuis redditibus, quod importaret quarta tre-
bellianica, ad quam reſtrinxit vinculum fideicõ-
miſſi; verba enim illa: *que eſtè ſiempre en pie, y
vinculada para los de mi linage, y deſcendientes
ſegun dicho es*; totam diſpoſitionem reſtringunt,
1 & declarant. † Cùm vis diſpoſitionis ex ratione
teſtatoris dependeat, l. cùm pater §. dulciſſimis
ff. de legat. 2. & l. pater §. fundum ff. de leg. 3. ibi:
*ità enim fieri, vt fundus Titianus de nomine veſtro
nunquam exeat.* Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 1.
num. 27. & tit. 4. quæſt. 17. num. 12.
2 † Idemque importat reſpectus, quem habuit
Alphonſus Enriquez ad illius genus, vel familiam
quoad vinculum quartæ trebellianicæ, ac ſi di-
xiſſet, & declaraſſet expreſsè, quòd ſi eſſent alia
bona, remanerent libera præfato Franciſco Enri-
quez ſuo hæredi, l. fideicõmiſſa §. ſi quis ità ſcrip-
ſerit ff. de legat. 3. ibi: *ſi quis ità ſcripſerit, ſuffi-
ciant tibi vineæ, vel fundus, fideicõmiſſum eſt, quo-
niàm & illud fideicommiſſum eſſe arbitramur, con-
tentus eſto illa re*, l. peto 71. in princ. ff. de legat.
3 2. † nàm includi volens rem aliquam, vinculoq;
annecti, alias ab ipſo cenſetur excluſiſſe, l. cùm
prætor ff. de iudic. cap. nonnè de præſumpt. l. ni-
hil 12. ff. de inoffic. teſtam. Iaſ. in l. 1. §. adipiſci-
mur num. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Nauar. conſ. 3.
nu. 18. de regularib. & proprijs in terminis no-
ſtris Laderch. de Imola conſ. 19. num. 12.

Et confirmatur, quia ſolùm vocauit Alphon-
ſus Enriquez ad eius bona vlteriores poſt dictũ
Franciſcum Enriquez caſu, quo non feciſſet di-
ctam ſituationem, & cùm ipſam feciſſet per an-
nos plures antè mortem, clarum eſt, quòd reli-
qua illius bona remanſere libera à prætenſo vin-
4 culo, & fideicommiſſo; † nàm quod ſub condi-
tione adimitur, perindè eſt, ac ſi ſub contraria
conditione relictum ſit, l. quod purè in princ. ff.
quandò dies legati cedat, l. pecuniam ff. ſi certũ
petatur, gloſ. verbo *non plenè* in l. quòd ſi alij ff.
de adimend. & transferend. legat. Bart. in d. l. pe-
cuniam num. 2. & in l. omnes populi num. 61. ff.
5 de iuſtit. & iure. † Et quia ſecundùm legitimas
ſanctiones ſufficit conditionem ſemèl impleri,
l. hæredibus in princ. & in verſic. *quæſitum* ff. ad
S.C. Trebellia. l. cùm vxori ff. quandò dies legati
cedat. Et è contrario vocati ad alia bona in caſu,
quo Franciſcus Enriquez non feciſſet ſituationẽ
dictæ quartæ trebellianicæ ipſo facto, quòd il-
lam ſituauit, remanſere excluſi ab eo pluri, quod
potuiſſent prætendere in bonis dicti Alphonſi;
6 † Nàm vocati in aliquo caſu, vel ſub aliqua cõdi-
tione, ſub contraria, vel caſu nõ eueniẽte cenſen-
tur excluſi, l. ſi legatum purè ff. de adimen. legat.
l. aliquandò, & l. quod purè ff. de condit. & de-
monſtrat. docet gloſ. recepta in l. 2. ff. de in diem
addict. Socc. conſ. 227. ſub nu. 34. vol. 2. Alex. in l.
qui Romæ §. cohæredes nu. 17. ff. de verb. oblig.
Decius conſ. 218. nu. 14. Carol. Ruin. conſ. 89. nu.
22. vol. 2. & cõſ. 168. nu. 3. lib. 3. Hiero. Gabr. conſ.
111. nu. 17. & conſ. 140. nu. 9. lib. 1. quia dēt atten-
di, ꝙ Alphonſus Enriquez ſolũ vocauit vlterio-
res hæredes in caſu, quo Franciſcus Enriquez nõ
adimpleuiſſet grauamen, aut conditionẽ ſituandi
quartam trebellianicam; nàm tùnc quilibet alius
7 ſucceſſor debebat illam ſituare; † nàm quod vni
ſub aliqua conditione relinquitur, etiàm ſi ſim-
pliciter in alium trãſferatur, ſub eadem cõditio-
ne, & onere transferri cenſetur, l. legatum ff. de
adimend. legat. l. Caio in princ. ff. de aliment. &
cibar. legat. & l. legatum ſub conditione ff. de
condit. & demonſtrat. Mantic. de coniectur. vl-
timar. volunt. lib. 10. tit. 6. Anton. Gomez. tom. 1.
variar. cap. 12. nu. 69. Gregor. Lopez in l. 35. tit. 9.
8 par. 6. gloſ. 2. † nàm exiſtentia, ſeù implementũ
conditionis, aut defectus ipſius ſempèr reſpicit
tempus per contractum, aut vltimam diſpoſitio-
nem ſignatum, & præfixum, vt inquit Signorol.
de

de Homod,conſ.227.verſ.*prætereà*,Aretin,in l.&
ſi contra ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.
Et cùm ſit tàm aperta diſpoſitio Alphõſi En-
riquez, per quam ſolummodo voluit, quòd re-
maneret vinculata quarta trebellianica, quæ de-
9 bebat ſituari, † non debet à verbis ipſius recedi
contra l.non alitèr ff.de legat.3. & l.pediculis §.
argento,iuncta gloſ.ff de aur.& argen,legat.gloſ.
in l.Voluntatis C.de fideicom. Dynus, & Bart.in
l.illud §. tractari ff. de iure codicill. Hugo Celſ.
10 conſ.93.nu.2. † Nàm ſi voluiſſet vinculare plus,
facilè illi fuiſſet exprimere, & cùm non fecerit,
noluit inducere ampliùs fideicommiſſum, quia
quod teſtator non loquitur, præſumitur non
voluiſſe,ſecundùm Bald.in l.1.§.ſin autèm ad de-
ficientis C.de caduc.tollend.Soccin.iunior conſ.
111.num.28.lib.1. Marc,Anton,Eugen. conſ.99.
num.11.lib.1.Decius conſ.413. viſo eleganti nu.
11.par.2. Roland,à Valle conſ.38.num.28.lib.4.
etiàm ſi in mente habuiſſet non ſolùm prædictã
quartam trebellianicam; ſed reliqua omnia bona
11 ſua vinculo annectere, † quia voluntas in cor-
de, ſeù mente retenta nihil operatur, l.quidam
cùm filiumfamilias cum ſimil. ff.de hæredib.in-
ſtituend, l.ſi alij, ibi: *plus valet ſcriptura, quàm*
quod actum ſit ff.de vſufr.legat.Bald.in cap.man-
datum de reſcript.Hugo Celſus conſ.55.nu,1.&
conſ.93.eod.num,dicentes,quòd voluntas teſta-
toris in mente retenta non attenditur, ſed illa,
quæ cohæret expreſsè, habetur pro expreſſa;
12 † nec ſufficit ità voluiſſe teſtatorem, niſi diſpo-
ſuerit expreſsè, d.l.quidam cùm filium,vbi Bald,
& Ioan.de Imola,Raphael Cuman,in l.ſi res obli-
gata ff.de legat.1. Alexan.in l.3. C.de liber.præ-
teritis,
13 † Notiſſimũ enim eſt, quòd in ſubſtitutioni-
bus hæc regula locum habet,nõ loquitur de hoc,
ſubſtitutio, nec fideicommiſſum; & qui dicit,
ſubſtitutionem includere caſum aliquem,debet
liquidò probare, & oſtendere ità eſſe, vt voluit
Ioan.Andr,in addit.ad Specul. tit,de teſtament.
§.1.verſ.*occurrit,&c.* in fine, Oldrad.conſ.21.in-
cip.thema tale eſt,Abb.conſ.140.incip.facti con-
tingentia vol.1. Celſus Hugo d.conſ.93. num.1.
14 Cæphal. conſ.251. num.3. † nec ſubſtitutio ad
caſum,& res non expreſſas trahi poteſt, Soccin.
conſ.63.num.14.& conſ.104,nu.8.lib.3. Rubeus
conſ.120.col.3. Ludouic.Gozadin,conſ.11.nu,8.
& 50.in princ.Ioan.Cæph.conſ.392.nu.4.tom.2.
15 † ſimilitèr etiàm fideicommiſſum non dicitur
ex mente, niſi ex verbis, & diſpoſitis colligatur,
Bald. in l.vnic. col.vlt, verſ.*niſi aliquibus indicus*,
vbi Corneus,C.de his, qui antè apertas Tabulas,
Ripa in l.hæredes mei §.cùm ita nu.6. ff.ad Tre-
bellian. Anton.Gabr. concluſ.2. de hæredib. in-
ſtituend. num.19. Marc.Anton.Eugen. conſ.99.
16 nu.vlt.lib.1. † Et tàm in fidecommiſſis,quàm in
alijs diſpoſitionibus non reſultare, quod expreſ-
sè non diſponitur probat l.Gallus §. quidam re-
ctè ff.de liber, & poſthum. l.Lucius §.tres hære-
17 des ff.ad S.C.Trebell. † Ex quo orta fuit com-
munis allegatio Doctorum, quòd in dubio dicẽ-
dum eſt, fideicommiſſum nõ extare, vt pluribus
cumulauit Menoch.conſ.85,num,87.lib.1.& lib.
4.de præſumpt. præſ. 67. in pr. inc. Bald.in l.cùm
virum C.de fideicommiſſ. Hieron. Grat. reſp.5.
num.2.lib.2. Cæphal,conſ.46.nu.15.tom.1. Ro-
land. à Valle conſ.18.num.5.conſ.43.num.25.&
conſ.97.num.1,5,& 6.vol.4.Decius conſ.465.nu.
15,& conſ.513.num.11. Laderch.de Imola conſ.
58.num,38, dicens, fideicommiſſum non extare,
in dubio pro poſſeſſore eſſe pronunciandum ex
18 Alciato reſponſ.98,num.14,& alijs; † nàm fidei-
commiſſum eſt onus, l.cohæredi §.cùm filiæ ff.
de vulg.& pupill.ſubſtit,Menoch.lib.4.præſũpt.
62,num.48, Hugo Celſus conſ.68.num.8. Cæph,
conſ.67. num,5.lib.1. Marc,Anton.Eugen. conſ.
19 61.num.16, & conſ. 62. num. 33. lib.1. † & res
odioſa,quæ interpretatione vitari debet, Iaſ.poſt
alios in l. ex tribus C. de inoffic, teſtam, Decius
conſ.465,num.14. Aym.Crau,conſ.180.num,1.
Cæphal, conſ.45. num.12. tom.1. nec fideicom-
miſſi præſumptio ea eſt de cauſa temerè capien-
da,vt benè probat Menoc. d.lib.4.præſumpt.68.
num.9.& 26, Mantic.lib.7.de coniectur.vltimar.
volunt.tom.1.nu.2. Marc,Anton.Eugen,d,conſ.
61.num.33.
Quarè præſumitur, quòd Alphõſus Enriquez
noluit grauare multùm dictum Franciſcum eius
hæredem, nec vltrà trebellianicam, in qua cum
20 limitatione ipſum grauauit, † Teſtator enim,
vti eſt vulgatum in iure, ſempèr præſumitur mi-
nùs heredem grauare voluiſſe,quàm fieri poſſet,
l. vnum ex familia §.ſi rem ff. de legat. 2. Hugo
Celſus conſ,46,num.6.Marc.Anton.Eugen.conſ.
21 61,num.14,& 15.& conſ.81,nu,6. † nec teſtator
cenſetur quem hæredem in vanum inſtituere, l.
3.ff.de ann.legat. Bart.in l.Titia,nu.6.& ibi Pic.
num.24.ff.de legat.2. Marc.Anton.Eugen.conſ.
25.num.46.lib.1.Laderch.conſ.78.nu.4.
22 † Et quandò hoc non foret ita clarum,in du-
bio pronunciandum erat nõ extendi, nec adeſſe
fideicommiſſum in plus, quàm importat quarta
trebellianica ex adductis per Pariſ. conſ.41, nu.
31.lib.3.Crauett,d.conſ.180.nu.1. Cæphal.conſ.
46.num,16.tom.1. & quòd reliqua ſua bona re-
liquit libera à dicto onere,& grauamine, l.quidã
cùm filium,vbi Bald.in fine ff.de hæredib. inſtit.
Menoch. d.lib.4. præſumpt.67, num,1. Canalc.
23 deciſ.Fiuizan.44.num.115.dicens,quòd bona
præſumuntur potiùs allodialia,& libera,quàm
vinculo, & reſtitutioni obnoxia, Abbas, & DD.
in cap. nimis,de iure iur. Decius conſ.468. nu.6.
& conſ.588.num.12.Roland.à Valle conſ.2.num.
11.& ſeqq.vol.3.Ioan.Gall.conſ.2.num.20.lib.1.
feudalium diuerſorum, Roder. Xuarez in l.quo-
niàm in prioribus dub.2.num.1.C.de inoffic.te-
ſtam. Molina lib.1,de primogen. cap.11. Mieres
de maioratib.2.par.quæſt.3.num.9.dicentes, ha-
bere fundatam intentionem eum, qui fideicom-
miſſum,& vinculum bonorum negat, Cæuall. q.
725. num. 17.
24 † Et quòd, vbi fideicommiſſum fuit reſtrictũ
ad certas res, vel perſonas, non admittat exten-
ſionem ad alias, probat text. in l.filius à patre §.
ſi quis ex certa ff. de liber.& poſthum. Ex quo,
quia teſtator ſe reſtrinxerat ad filios, qui ſibi na-
ſcerentur ex certa vxore, non poſſunt ex tacita,
& coniecturata mente defuncti includi filij alte-
rius matrimonij, vt obſeruant Alex. & Iaſ. ibi,&
in l.

in l.placet ff.de liber.& poſthum. & sũt pulchra
verba Bart. num.1. ibi. *Secus* (inquit) *ſi ſe aſtrin-
geret ad poſthumum naſciturum ex tali ſua vxore,
tunc non porrigitur ad aliam*, latè Iacob. Menoch.
conſ.40.ex num.1.& ſeqq.num.3.dicit eſſe veri-
25 tatem indubitatam, † idem probat l. ſi pater fi-
lium,& l.ſi quis ita ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.
vbi pater,qui potuit facere pupillarem ſubſtitu-
tionem in eius filium , ſi moreretur infra annos
quatuordecim , ſi illam faciat limitatè vſquè ad
annos decem,non remanebit facta vigore tacitæ,
& coniecturatæ voluntatis, ſi moriatur in vnde-
26 cimo anno. † Et in l.commodiſſimè ff.de liber.
& poſthum.inſtituendo filium , qui poſt ſuam
mortem naſceretur , non fuit viſus teſtator inſti-
tuiſſe eum , qui ſe viuente fuit natus propter re-
ſtrictionẽ à teſtatore factã,vt rectè intelligit Bal.
in l.fin.nu.1.C.de poſth.hæred.inſt.ibi:*ſicut ſtri-
ctè loquutus fuit,ita ſtrictè accipiemus*,vt in l.alũnæ
§.qui filios ff.de adim.legat. & ità etiã intellexit
gloſſ.in d.l.fin. verbo *nàm præterijt*, ibi : *quia in
vnum caſum tantùm voluit prouidere*, & eſt com-
munis opinio ſecundùm Iaſ.ibi nu.1.& vlt.

27 † Generalitèr autèm iura proclamant, limitatã
tam diſpoſitionem limitatum producere effe-
ctum, l.in agris ff.de acquir. rerum domin. Ro-
land. à Valle conſ.24.num.5. conſ.30.num.11.&
conſ.41. nu.16. tom.3. l.age cum Geminiano C.
de tranſact. Ioan.Cæphal.conſ.117.nũ.4.& conſ.
135.num.21.tom.1. Decius conſ.394. incip. pro
vera reſolutione col.2. verſic. *quantùm autèm ad
aliam*,vbi loquitur de cauſa limitata ſubſtitutio-
nis,Tiraquell. in tract.ceſſante cauſa 1.par. nu.
147. Et ideò cùm dictus Alphonſus Enriquez ſo-
lùm grauauerit , quòd ſituaretur quarta trebel-
lianica,& ad illam reſtrinxerit vinculũ,ſeù fidei-
commiſſum , quod voluit inducere , remanet ad
28 illam reſtricta tota illius diſpoſitio ; † nàm vbi
ſunt verba reſtrictiua, etiàm fauorabilis diſpoſi-
tio reſtringitur, l.pen.C.de leg.& l.1. §.hoc edi-
cto ff.de poſtulan. cum alijs, quæ adducit Bald.
conſ.262. incip.recolo num.5.lib.1. Aym. Crau.
conſ.98.incip.nobilis num.14. lib.1. Burgos de
Paz conſ.34.nu.26. Et iſta reſtrictio videtur re-
petita in toto teſtamento dicti Alphonſi ad re-
ductionem omnium clauſularum generaliũ, quæ
29 in contrarium ponderantur, † quia limitatio fa-
cta in vna ſcriptura ſempèr cenſetur repetita,
ex text.notab.in l.cùm pater dotem ff. de pactis
dotal.quam ad hoc notat Bal.in conſ.339.pater,
& filius col.fin.antè fin.lib.2. Burg. de Paz conſ.
2.nu.53.72.& ſeq.

Cùm dictus Alphonſus Enriquez ſolùm vo-
luerit conſulere ſuis conſanguineis in eo , quod
importaret vinculum quartæ trebellianicæ,red-
dendo rationem, quòd volebat, quòd eſſet ſem-
pèr integra,& vinculata pro illis de eius genere,
& deſcendentibus illorum; nàm ſi voluiſſet plus
30 relinquere, vtiquè declaraſſet, diſpoſitio autèm
teſtatoris declarari , reſtringi , & regulari debet
ſecundùm rationem , quæ mouit eum ad ſic di-
ſponendum , iuxta alleg. l.cùm ita §. dulciſſimis
ff. de legat.2. & hæc ratio eſt eadem diſpoſitio,
vt inquit Bal.in c.dilectus filius col.2.de reſcript.
& ſic diſponit, proùt verba diſpoſitiua ſolent di-
ſponere, l.emptor §.fin.vbi Bart. ff.de rei vend.
latè Molina lib.1. de primogen. cap.5. num.7. &
ſeqq. vbi ex communibus traditionibus probat,
31 † quòd fideicommiſſa reſtringi , ampliari, & li-
mitari debent ſecundùm cauſam, & rationem
expreſſam; quemadmodùm conſideranda eſt illa
cauſa,propter quam aliquid fuit relictum, Socc.
in rubr.num.31.ff. ſolut.matrim. & in l.quàmuis
poſt princ. ff.de condit. & demonſtrat. & in l.ſi
quis nequè cauſam num.1. ff.ſi certum petatur,
Cæph.conſ.80.nu.13.lib.1: ita etiàm debet con-
ſiderari cauſa, & ad eam reſtrictio fieri, propter
quam nõ fuit relictum,vt tradunt præcitati DD.
& Socc.iun.col.penult.vol.2. Crau.conſ.227.in-
cip.Iaffredus num.5.& ſeqq.

Et ità ſecundùm dictas reſolutiones eò ipsò,
quòd cauſa , & ratio diſpoſitionis Alphonſi En-
riquez fuit limitata ad quartam trebellianicam,
non debet vinculũ extendi vltrà illam, nec gloſ-
ſari , aut alio modo intelligi dicta diſpoſitio ;
32 † nàm quandò teſtator ſe gloſſauit, & interpre-
tatur,non eſt quærenda alia gloſſa,vt inquit Bal.
in auth. niſi rogati nu.9. verſ. *nàm vbi teſtator* C.
ad S.C.Trebell.Pariſ.conſ.3 num.53.vol.3. Bald.
in l.precibus col.vlt.C.de impub.& alijs ſubſtit.
Celſus Hugo conſ.93.nu.2.

33 † Nec enim nouum eſt, vnam diſpoſitionem,
vel ſcripturã per aliam intelligi, declarari, & re-
ſtringi, l.non eſt nouum cum materia ff.de legib.
l.talis ſcriptura in princ.& §.fin. ff.de legat.1. l.
quiſquis 95. cum concord. ff. de legat.3. l.vxori
§.fin.eod.tit.§.item lapilli, Inſtit.de rerum diuiſ.
cum latè traditis per Aym.Crau.conſ.231.nu.12.
& 13. & conſ.267. num.2. Et à fortiori dicta de-
declaratio,& reſtrictio debet admitti, & facta
intelligi in noſtro caſu,quia non ſumus in diuer-
34 ſis ſcripturis , & diſpoſitionibus, † ſed in vna
tantùm,in qua facilior eſt ſuppletio, interpreta-
tio, & reſtrictio vnius capituli per aliud, l.3.§.fi-
lius ff.de liber.& poſthum.l.3.§.fin.l.penul.ff.de
iniuſto,rupto, & l.non putauit §.ſi ab vno ff.de
bon.poſſ.contra tab.

Quod magis ſinè dubio procedit, quandò di-
ſpoſitio , quam teſtator facit in aliquo capitulo,
aut parte teſtamenti, eſt expreſſa, proùt eſt iſta,
qua ſolummodò vinculauit quartam trebelliani-
35 cam, † expreſſum enim facit ceſſare tacitum, l.
maritus C. de procurator. l.cùm ex filio §.1. vbi
gloſſ.& DD. ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. l.liber-
to §.Lucius ff.de ann.legat. cum alijs, de quibus
Mantic. de coniectur. vltim.volunt. lib.5. tit.14.
nu.13. qui probat,per expreſſam teſtatoris pro-
uiſionem ceſſare tacitam legis præſumptionem;
36 † & hoc eſt,quod etiam probat l.fin.C.de pact.
conuent.cùm dicit,quòd expreſſa hominis pro-
uiſio facit ceſſare tacitam prouiſionem legis , vt
ex ea tradunt DD.ibi,& Octauian.deciſ.Pedem.
29.nu.2.Beccius conſ.82.nu.20.

Nequè obſtabit dicere, quòd in clauſula inſti-
tutionis hæredis facta per Alphonſum Enriquez
in fauorem filiorum ſuorum , & in defectum il-
lorum Franciſci Enriquez , & ſuorum etiàm fi-
liorum, non ſolùm incluſit, quod ad ipſum per-
tinuerat ex hæreditate Ioãnis Enriquez Saonen-
ſis, aut quartam partem illius ; ſed etiàm , quod
quali-

qualibet alia via, ratione, & cauſa illi cõpeteret,
aut ad ipſum pertineret; nàm vltrà, quòd poſt
hanc generalitatem addidit abſurdum, videlicèt,
quòd ſi haberet plures filios, ſuccederet maior
37 illorum in omnibus bonis, † quod non poterat
habere locum in præiudicium aliorum ſaltim
quòad legitimas ad illos ſpectantes, vel in eo, q
excederet meliorationẽ tertij, & quinti, l. 9. tit. 5.
lib. 3. fori, l. 7. tit. 12. lib. 3. fori, & l. 28. Tauri, Ro-
38 jas de ſucceſſ. cap. 3. num. 3. † & ità nec potuit
grauare in plus, quã melioratio importaret, nec
inducere vinculum, iuxta l. 27. Tauri, vbi ordi-
narij l. 11. tit. 6. lib. 5. recopil. vbi Matienzo, Aze-
uedo, & Angulo. Cùm legitima non patiatur ali-
quod grauamen, aut vinculũ, l. quoniàm in prio-
ribus C. de inoffic. teſtam. Molina lib. 2. de Hiſp.
primogen. cap. 1. nu. 29. Rojas de ſucceſſ. cap. 7.
num. 39. Caſtillo in l. 46. Tauri gloſſ. *ni à ſus hijos*,
Couar. lib. 1. variar. cap. 19. nu. 1. 2. & vlt. Segura
in l. 3. §. fin. ff. de liber. & poſthum. verſ. *ex iſtis
poteſt inferri*, Roderic. Xuarez conſ. 1. num. 199.
& 211.

Et ità vt vitetur ſimile abſurdum, prout foret
voluiſſe, quòd omnia bona, quæ habebat vltrà di-
ctam quartam, etiàm in caſu, quo haberet plures
filios, debet talis ſumi intellectus, quòd voluerit
vinculo ſupponere, quod poterat, à quo etiam
exceſſit vinculando integram trebellianicam, ad
quam in omni euentu eſt vinculum reſtringen-
39 dum; † nàm abſurdum vitandum eſt, etiam ſi
verba improprientur, l. nàm abſurdum ff. de
bonis libertor. & l. 1. §. diuus Antoninus ff. de
quæſtionib. Roland. à Valle conſ. 14. nu. 11. conſ.
23. num. 31. conſ. 43. num. 56. lib. 4. conſ. 25. num.
24. & conſ. 58. num. 33. lib. 3. Carol. Ruyn. conſ.
111. num. 16. lib. 1. conſ. 93. num. 8. & 16. conſ. 130
num. 1. & 12. & conſ. 148. num. 3. & 5. lib. 2. Ioan.
Cæphal. conſ. 251. num. 27. & ſeqq. lib. 2. Andr.
40 Sicul. conſ. 55. num. 13. lib. 3. † & ità diſpoſitio
quantùmuis generalis eſt reſtringenda ratione
abſurdi vitandi, l. 2. C. de noxalib. actionib.
l. vt gradatim §. 1. ff. de muner. & honor. Gaſp.
Caballin. milleloq. 623. Celſus Hugo conſil. 93.
num. 8. Cæphal. conſ. 210. num. 12. tom. 2. in
princ. Nicol. Euerard. in loco ab abſurdo nu. 4.

Quod confirmatur ex clauſula teſtamenti di-
cti Alphonſi Enriquez, quę incipit: *y que para
mas facilidad*. In qua cùm iuſſiſſet, dictum eius
hæredem eligere debere bona, quæ ad eum per-
tinerent ratione dictæ quartæ trebellianicæ, ha-
bendo ipſa pro acceptatis, & electis, addidit, qđ
ſi aliquo tempore reditus, annui cenſus, iura,
aut vaſalli comprehenſi in vinculo dictæ quartæ
redimerentur in totum, vel pro parte, tali caſu
eius hæres, & ſucceſſores eſſent obligati, quàm
primum fuiſſet illis poſſibile ad reimplicandum
in tot ſimilibus bonis ſtabilibus, cẽſibus, iuribus,
aut locis vaſallorum quantitatem reemptam, &
interim non introirèt in poſſe dictorum hære-
dis, & ſucceſſorum, ſed deponeretur in depoſi-
tario generali; ex quo colliguntur duæ res: vna,
quòd ſolummodò voluit conſeruare, quod im-
portabat quarta trebellianica pro ſuis conſan-
guineis, faciendo ſolummodò reſpectu illius di-
ctum vinculũ: alia, quòd dictus teſtator nomine
hæredis, & ſucceſſorum intellexit eos tantùm,
qui erant ſucceſſuri in dicta quarta trebelliani-
ca, poſtquàm fuiſſet ſituata: quam vocauit ſuam
hæreditatem, eò quòd dicta quantitas erat per-
manſura, & in ea duratura ipſius memoria, & no-
men; nàm reliqua bona, quæ per illius mortem
reliquiſſet, remanſura erant libera dicto Franci-
ſco Enriquez ad diſponendum de illis pro ſuo
arbitrio, & abſque obligatione reſtituendi, nec
vlteriùs dici poterat hæreditas dicti Alphonſi
Enriquez; ſed bona, & patrimoniũ præfati Fran-
41 ciſci: † quia hæreditas poſt aditionẽ deſinit eſſe,
nec poteſt dici decedẽtis hæreditas, ſed hæredis
viuentis patrimonium, l. hæres per ſeruum ff. de
acquir. hæred. & l. ſed ſi plures §. filio ff. de vulg.
& pupill. ſubſt. gloſ. in l. 1. §. veteres ff. de acquir.
poſſeſſ. Pet. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæſt.
117. num. 1. Cæphal. conſ. 45. nu. 18. lib. 1. Rolan.
à Valle conſ. 75. num. 22. lib. 2. & conſ. 43. nu. 40.
lib. 4. & ità conſtat ex textu in principio Inſtit.
quibus ex cauſis manumittere non licet, & in
principio Inſtit. de hæredum qualitate, & diffe-
rentia, ibi: *potiùs eius hæredis bona, quàm ipſius
teſtatoris à creditoribus poſſideantur*, Iaſ. in d. l. 1.
§. veteres num. 14. & in l. eius, qui in Prouincia
num. 8. ff. ſi certum petatur, Ioan. Crot. in l. qui
Romæ §. duo fratres num. 5. ff. de verbor. oblig.
Peralta in rubr. nu. 137. ff. de hæredib. inſtituen.
& ità quandò remanſiſſent aliqua bona Alphonſi
Enriquez dicto Franciſco Enriquez vltrà quar-
tam trebellianicam, quam ſituauit, potuit liberè
42 de illis diſponere tanquã de re propria; † & eſt
ſeruanda illius diſpoſitio, auth. de nuptijs §. di-
ſponat, ibi: *diſponat itaquè vnuſquiſq; in ſuis, vt di-
gnum eſt, & ſit lex eius voluntas*, cap. tua nos, iun-
cta gloſ. 2. de teſtam. Florian. de Sancto Petro in
l. ſi quis Titio num. 4. ff. de legat. 2. & in l. ſi quan-
dò §. hæres, cuius num. 7. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. fi-
liusfamilias §. diui 2. lectur. nu. 12. eod. tit. Lam-
bert. de iure patronat. lib. 2. par. 1. quæſt. 9. princ.
num. 48. Roland. à Valle conſ. 26. num. 29. vol. 1.

Nec obſtabit dicere, dictum Alphonſum En-
riquez diſpoſuiſſe, quòd caſu, quo dictus Fran-
ciſcus eius frater moreretur ſinè filijs, aut filia-
bus, aut qui poſſent ſuccedere in eius hæredita-
te, iuxta id, quod dictum erat tali caſu cum ex-
preſſa prohibitione, quam antè omnia faciebat,
omnibus eius hæredibus, & ſucceſſoribus quar-
tæ trebellianicæ ſubſtituebat dicto Frãciſco En-
riquez eius fratri filias Hieronymi Enriquez al-
terius eius fratris, quæ erant Saonæ: quia debet
intelligi iuxta clauſulam ſpecialem præcedentẽ
in eo, videlicèt, quòd vinculauerat, ſcilicèt quar-
43 ta trebellianica; † nàm per clauſulam quantum-
uis generalem ſubſequentẽ, non alterantur clau-
ſulæ ſpeciales præcedentes habentes ſpecialem,
& particularem determinationem, iuxta text. in
l. cohæredi §. qui patrem, & §. qui diſcretas ff. de
44 vulg. & pupill. ſubſtit. † imò ad illam debent re-
ferri clauſulæ poſteriores, iuxta text. in l. ſi idem
cum eodem ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. dedi ff. de
condict. cauſa data, Riminal. in l. precibus num.
620. C. de impub. & alijs ſubſtit.

45 † Nec nouum eſt in iure, quòd clauſula aliqua
referatur ad vnum tantum capitulum, quan-

do

dò dari pŏteſt ratio, quarè non referatur ad
alia, vt dicunt Bart. Bald. & communitèr DD. in
l. 1. C. de liber. præter. Bart. in l. talis ſcriptura ff.
de legat. 1. & in d. l. ſi idem, cum eodẽ §. fin. Alex.
conſ. 48. col. 3. verſ. *ſed ita* vol. 1. Maranta in quæ-
46 ſtionib. legalib. diſput. 1. nu. 24. † quia ſpecialis
ratio reſtringit dictum generale, d. l. cùm pater §.
dulciſſimis ff. de legat. 2. Bart. in l. pater filium §.
fundum in fine ff. de legat. 2. Paul. Pariſ. conſ. 57.
num. 13. lib. 2. Ioan. Cæphal. conſ. 134. num. 34.
tom. 1. & ratio iſta notoriè apparet in teſtamen-
to Alphonſi Enriquez, quia ſolùm poſuit graua-
men hæredi, vt ſituaret quartam trebellianicam,
& remaneret vinculo ſubiecta.

47 † Non etiàm obſtabit, quòd verbum *herençia*
debet capi pro vniuerſo iure bonorum defuncti,
l. nihil ff. de verbo. ſignif. & l. hæreditas ff. de reg.
jur. Ioan. Corraſ. in l. frater à fratre num. 48. ff. de
condict. indeb. nàm in noſtro caſu non procedit
48 dicta regula; imò nec eſt indiſtinctè vera, † ſi-
quidèm hæreditatis appellatione nõ ſempèr ve-
nit vniuerſa hæreditas, nec omnia defuncti bona
comprehenduntur, l. vel ſingulis ff. de vulgar. &
pupill. ſubſt. & declarant Bart. Bald. & Imol. in l.
Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2. Alex. in
l. Titia in princ. ff. ad leg. falcid. & conſ. 201. nu.
18. lib. 6. Iaſ. in l. iuris gentium, §. adeò num. 4. ff.
de pact. Carol. Ruin. conſ. 126. nu. 7. & conſ. 134.
49 num. 11. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 110. nu. 10. † & ali-
quandò hæreditas etiam ſinè bonis accipitur, &
juris intellectum habet, vt notat Bald. in rubr. in
med. ff. de acquir. hæred. in quæſt. illa, an qui non
habet bona, poſſit facere teſtamentum, Anchar.
conſ. 252. incip. frater chariſſime num. 2. fol. 105.

Quod eſt magis certum, quia dictus Alphon-
ſus Enriquez tractauit de dicta quarta trebellia-
nica, quam iuſſerat ſituari, & vinculo ſuppoſue-
re; & ità debent de illa intelligi verba clauſula-
50 rum poſteriorum: † quia verba in qualibet di-
ſpoſitione ſunt intelligenda iuxta ſubiectam ma-
teriam, cap. intelligentia de verbor. ſignif. l. ſi vno
ff. locati, & l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. cap. cauſam
de reſcript. Ioan. Corraſ. in l. qui liberos num. 22.
ff. de ritu nupt. Cæpoll. conſ. 12. num. 19. Cæph.
conſ. 253. num. 5. tom. 2. Anchar. conſ. 297. nu. 9.
& conſ. 311. num. 2.

Nec etiàm obſtabit dicere, prædictũ Alphon-
ſum Enriquez in inſtitutione hæredis facta dicti
Franciſci Enriquez vocaſſe non ſolùm filios, &
filias illius legitimos, ſed etiàm naturales, & ba-
ſtardos in infinitum ordine ſucceſſiuo: quia re-
ſpondetur, quòd intentio illius fuit prouidere
caſui, qui poterat euenire, quòd adeſſent deſcen-
dentes ſui, quibus viuentibus deceſſiſſet Franci-
ſcus Enriquez, relictis etiam deſcendẽtibus, quo
caſu voluit, quòd ſuccederent ſiuè fuiſſent filij,
aut nepotes, vel in alio vlteriori gradu, dummo-
dò proximior veluti filius præferretur nepoti, &
51 ſic de reliquis ad inſtar ſucceſſorij edicti, † &
quòd vno nolente hæreditatem, vel per non adi-
tionem, aùt repudiationem ſuccederet ſequens
in gradu, l. 1. & 2. C. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. qui-
bus ff. eod. tit. & l. poſt conſanguineos §. interdũ
ff. de ſuis, & legitim. hæred. Caſſan. in conſuet.
Burgund. reg. 9. §. 17. num. 4. verſ. *item proximus*,
§. placebat, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Mantic.
lib. 3. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 18. num. 68
Hugo Celſus conſ. 76. nu. 3. Matienz. in l. 1. tit. 4.
lib. 5. recopil. gloſ. 14. num. 55. & ſeqq. & cùm
dictus Franciſcus Enriquez vixiſſet, & fuerit hæ-
52 res ſui fratris, † in eo fuit verificatum nomen
hæredis, quàmuis fuiſſet primus, l. liberis §. hæc
verba ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. ſi ſingulos ff. de
ann. legat. l. Stichum, aut Pamphylum §. ſtipula-
tio ff. de verbor. oblig. Hugo Celſus conſ. 6. nu. 1.
& ſeqq. & conſ. 61. num. 3. & conſ. 100. num. 14.
Anchar. conſ. 130. num. 2. & cùm adimpleuerit
cum onere, & grauamine inſtitutionis, nõ poteſt
aduerſus illum, & eius hæreditatem, & D. Bea-
tricem Enriquez eius hæredem quid aliud pre-
53 tendere, † quàm reputetur eadem perſona cũ
dicto Franciſco Enriquez, auth. de iure iurando
à moriente præſtito, Decius conſ. 639. nu. 5. Ro-
land. à Valle conſ. 71. nu. 60. vol. 2. Rota Romana
deciſ. 110. num. 5. vol. 1. par. 1. diuerſ. Sacri Palat.
Ioan. Botta conſ. 19. nu. 3.

54 † Et ita debet cõſiderari, ꝙ ſubſtitutiones, &
vocationes factæ per Alphonsũ Enriquez filiarũ
Hieronymi Enriquez sũt limitatę quòad vinculũ
quartæ trebellianicæ, & illius cauſa tantũ, arg. l.
æquiſſimum §. ſi primus, ibi: *cùm ad ſuam quiſq;
cauſam ſubſtitutus ſit*, ff. de bonor. poſſ. ſecundũ
tabulas, l. ex facto §. itèm quæro ff. de vulg. & pu-
pill. ſubſt. ibi: *& magis eſt in vtroque eorũ tempus
ſuum ſeparatum ſeruari*, l. ſi ſeruus cõmunis Mæ-
uij §. fin. ff. de ſtipul. ſeruorum, ibi: *ſecundùm
quæ non tranſit ad alterum ſtipulatio, ſed vnicuiq;
tantùm acquiritur quantum iuris ratio permittit*. Et
ita omnia verba ſubſtitutionis referũtur ad quar-
tam trebellianicam, cuius reſpectu ſolummodò
voluit Alphonſus Enriquez fieri, & conſeruari
vinculum, & ſi illius fuiſſet intentio vinculare
plus, non limitaſſet eius hæredi onus faciendi
ſituationem quantitatis, quam importaret quar-
ta, ſed iuſſiſſet, quòd tàm ea, quàm reliqua illius
bona fuiſſent vinculata, & aliud prætendere, eſt
55 velle interpretari † contra ipſiuſmet intentio-
nem, quod iura prohibent, l. non omnis, & l. ſi
quis neque cauſam ff. ſi certũ petatur, Ioan. Cæ-
phal. conſ. 192. nu. 31. tom. 2. Petr. Surd. in tract.
de aliment. tit. 1. quęſt. 11. num. 3. Roland. à Valle
conſ. 50. num. 11. & conſ. 54. nu. 12. lib. 4. Hieron.
Gratus reſponſ. 7. num. 23. & reſponſ. 11. nu. 14.
56 lib. 1. † Et operaretur effectum contrarium
intentionis, quam habuit dictus Alphonſus limi-
tando vinculum ad quartam, inducta autèm ad
vnum finem, non debent operari contrarium, l.
legata inutilitèr ff. de legatis 1. l. 3. §. ſi emanci-
patus ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, Rolan.
à Valle conſ. 23. num. 16. lib. 4. Ioannes Cæphal.
conſ. 153. nu. 38. Hieron. Gratus reſponſ. 109. nu.
57. lib. 2. Barbat. conſ. 31. nu. 17. lib. 3.

57 Maximè † ſi inducta fuerint ad diminutionẽ,
vt in noſtro caſu: quia non debent augmentum
operari contra l. legata inutilitèr ff. de adimend.
legat. & l. ſi mancipia in princ. ff. de fund. inſtruc.
Carol. Ruyn. conſ. 71. num. 18. lib. 2. Ioan. Cæph.
conſ. 137. num. 25. tom. 1. Surd. d. tract. de alim.
tit. 3. quæſt. 1. num. 59. & operaretur, ſi onus, &
vinculum limitatum, quod voluit inducere Al-

phonſus

Digitized by Google

phonſus Enriquez, extenderetur vltrà quartam
trebellianicam.
Et cùm D.Franciſca Enriquez habeat contra
ſe ita vrgentes rationes, & præſumptiones vo-
luntatis limitatæ dicti Alphonſi Enriquez, debe-
bat apertiſſimè oſtendere, illius voluntatem fuiſ-
ſe vinculare non ſolùm dictam quartam, ſed etiã
58 reliqua bona, quæ haberet, idque docere aper-
tiſſimis documentis, vel probationibus luce me-
ridiana clarioribus, vt colligitur ex notatis per
Specular, tit.de probat. §.fin. quem refert, & ſe-
quitur Iaſ. in l.ſciendum, num.10. ff.de verbor.
oblig. Hippol. de Marſil. ſingul.451, & ità non
potuere hanc mouere litem aduerſus voluntatẽ
dicti Alphonſi Enriquez, & ità debent repelli;
59 † nàm exceptione doli repellitur, qui contra
voluntatem defuncti aliquid petit, l.apud Celsũ
§.prætereà ff.de doli mali, & metus exceptione,
l. illis libertis ff. de condit. & demonſtr. Aretin,
in l.qui ſuperſtitis col.3.ff.de acquir.hæred.
Non etiam obſtat dicere, quòd Alphõſus En-
riquez per aliam clauſulam dixit, quòd iubebat,
& erat illius voluntas, quòd qui iuxta per eum
dicta quolibet tempore veniret ad ſuccedendum
in dicta eius hæreditate, & vinculo ſupradicto
deberet appellari Enriquez, & ſi non cognomi-
naretur dicto cognomine, tranſiret hæreditas ad
60 ſequentem in gradu, † quaſi poſuerit tanquàm
diuerſa hæreditatem, & vinculum, iuxta notata
in rubr. ff.de iuris, & facti ignor. Bart, & DD. in
l.1. ff.de iuſtit.& iure, Felyn. in cap.ex parte de
reſcript.quia reſpondetur, quòd Alphonſus En-
riquez in dicta clauſula nõ agebat de alio, quàm
de prędicta quarta trebellianica, illamque nomi-
61 nabat hæreditatem, & vinculum ſuum; † nec
nouum eſt in iure, quòd dictio *&* declaratiuè po-
natur pro, idest §.ſed iſte, ibi: *& ſi quæ ſint simi-
les* Inſtit.de actionib.l.1.ff.de tranſact.ibi: *de re
dubia, & lite incerta*, iuncta gloſ.ibi, Anton.Gama
deciſ. Portugalliæ 50. num.4. Prateius de verbis
iuris, verbo *&*, gloſſ.in rubr.C.de ſeruit.& aqua,
c.monaſteria ibi: *excommunicationi ſubdantur, &
à cœtu fidelium fiant penitùs alieni*, de vita, & ho-
neſt.clericor. latè Bertrand. conſ.124. incip. re-
cordor, col.2.vol.2. ſecundùm nouam editionẽ,
Rebuff.in l.coniunctionem 29. verſic.*tertiò con-
iungit* ff.de verbor.ſignific.& ita eſt, ac ſi dixiſſet
in eo, quod relinquo vinculatum hæreditatis
meæ, facit text.in l.generalitèr in princ. C.de
inſtit.& ſubſtit.& in l.Lucius 2. ff.de hæred.in-
62 ſtituend.quibus probatur, † quòd diſiunctiua
reſoluitur in coniunctam ex veriſimili voluntate
teſtatoris, & hoc ſignificat verbum relatiuum
63 *ſobredicho*. † Nàm relatio debet fieri ad ea, quæ
proximè pręceſſerant, & viciniora ſunt in diſpo-
ſitione, l.hæredes palàm §.ſed etſi notam, ibi: *vi-
cinis ſcripturis* ff.de teſtament. Bart. in l.quæſitũ
§.ſi quis fundum col.2.verſ.*ſed ſi eſſet dubium* ff.
de fundo inſtructo, & inſtrum.legato, Ioan.Cæ-
phal. conſ.296.nu.17.tom.2. Alexand.conſ.204.
num.6. lib.2. Hieron. Gratus reſponſ.76.nu.17.
& reſponſ.112.num.36.vol.1.
Nec obſtabit dicere, quòd relatio cadit ſupèr
omnibus præcedentibus, & debet intelligi tàm
reſpectu vinculi quartæ trebellianicæ, quàm
aliorum bonorum, quæ appareret habere: quia
in caſu noſtro non habet locum, cùm multèt di-
uerſa, & inæqualis ratio in quarta, quàm in reli-
64 quis bonis, † relatio autèm non fit ad omnia,
niſi omnium ſit par ratio, aliàs non, l.1. C.de li-
ber.præter.cap, ſecundò requiris cum ibi not.de
appellat.Alexand.conſ.42.in cauſa, & lite num.7.
vol.3.vbi Additio, Cæphal. conſ.23.nu.102.tom.
1. & eſt notoria diuerſitas rationis, cùm ſolùm
conſtituerit vinculum in quarta trebellianica, &
quòad illam habuerit reſpectũ ad eius genus, &
parentelam, illiſq; voluerit proſpicere.
Et eodem modo intelligitur grauamen, quòd
65 ſucceſſor vocaretur cognomine Enriquez; † nã
licèt ſimile præceptũ reputetur iuſtum, & obli-
get, præſertim, quãdò eſt honeſtæ familiæ, (pro-
ut iſta eſt) vt ex l.facta §.quòd ſi conditio ff. ad
S.C.Trebellian.tradunt Guido Papæ deciſ.251.
incip. teſtator, & Guillelm. Bened. in cap.Ray-
nuntius de teſtam. verbo *Raynuntius de Clera*
num.45.& ſeqq.& verbo *ſi abſque liberis morere-
tur* in rubr. de fideicommiſſ. ſubſtit. num.90. &
ſeq, Pariſius conſ.10.incip.ad reſolutionem, num.
28. & ſeq. lib.2. Burgos de Paz conſ.3. num.47.
& ſeq. Velazquez in l.40. Tauri gloſ.9.num.17.&
20. Matienzo in l.7.tit.7.lib.5.recopil. gloſ.1.nu.
2.debet intelligi cum eadem limitatione, quòad
quartam trebellianicam vinculatam, cuius vincu-
lum per dictam clauſulam confirmatur, ex tradi-
tis per Molinam lib.2. cap.14. nu.7.& ſeqq. non
tamèn poteſt induci ampliatio dicti vinculi, &
fideicommiſſi ad rem aliam vltra quartam tre-
66 bellianicam; † nàm extenſio non poteſt fieri in
materia odioſa, vt eſt fideicommiſſum, argum.
clem. vt circa, de elect. Roland. à Valle conſ.86.
num.33.lib.2. Guido Papæ conſ.221.num.7. di-
cens, quòd odia debent reſtringi, & non trahi ad
conſequentiam, etiàm in caſu, vbi eſt eadem ra-
tio, iuxta l.quod non ratione ff.de legib.vbi glo.
& in auth.quas actiones C.de ſacroſanct.Eccleſ.
l.præcipimus C.de appellat.Laderch.de Imola
conſ.19.nu.12. dicens, quòd nec vſquàm in vni-
uerſo iuris ciuilis corpore fideicommiſſum in
vna re ad alteram porrigitur.
Et ità iuſtitia caret dicta D.Franciſca prætẽ-
dens, ſub iure, & titulo vinculi alia bona dictorũ
Alphonſi, & Franciſci Enriquez eius hæredis vl-
tra quartam trebellianicam, quam poſſidet, nec
habet locum poſſeſſorium iudicium intentatũ
67 vltra illlam; † nàm quicquid detrahit iuri fidei-
commiſſi, aut vinculi, detrahit etiàm poſſeſſio-
ni, l.non putauit, §.non quæuis ff.de bonor.poſſ.
contra tabul. vbi Bart. idem Bart. in l.1. §.parui
ff.quod vi, aut clam, l. ſi in adoptione, verſ. *& ſi
non iure ſcriptus* ſecundùm primam lecturam
ff.de bon. poſſ. contra tabul. Abb.in cap.itèm
cùm quis de reſtit.ſpoliat. Gregor.Lopez in l.2.
tit.14.par.6.gloſ.13.
68 † Et quæ impugnãt proprietatem, multò ma-
gis poſſeſſionem, clem.1. de cauſ.poſſeſſ.& pro-
priet. quam ita declarat Bonifacius de Vitalinis
ibidem. Et aduerſus impugnantem proprieta-
tem cum poſſeſſione ſemper competunt reme-
dia tàm proprietatis, quàm poſſeſſionis, gloſ. in
l.ſi de vi, & in l.naturalitèr §. nihil commune ff.
de

de acquir.poſſeſſ.& in l.ordinarij C.de rei vend.
de quo eſt pulchrum conſilium Pauli de Caſtro
conſ.78. incip. videtur dicendum,verſ.*his tamen*
non obſtantibus lib.2.& ita nec in proprietate,nec
in poſſeſſione habet locum prætenſio D.Franci-
ſcæ,& habet iuſtas defenſiones prædicta D. Bea-
trix eius ſoror.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vltrà ea, quæ ſunt fundata in præcedenti ar-
ticulo, quòd vinculum factum per Alphonſum
Enriquez fuit limitatum ad quartam trebellia-
nicam fideicommiſſi priùs facti per Ioannem
Enriquez nõ remanſere alia bona dicti Alphonſi,
ſupèr quibus cadere,& cõſiſtere potuiſſet aliud
nouum fideicommiſſum , aut vinculum præten-
ſum pro parte dictorum D. Petri, & D. Franci-
ſcæ; nàm conſtat,quòd Franciſcus Enriquez per
mortem Alphonſi fecit inuentarium iùridicum,
& legitimum omnium bonorum tàm ſuorum,
quàm fideicõmiſſi Ioannis Enriquez pertinentis
ad D.Andreã Enriquez fideicommiſſariũ, quod
inuentarium fuit finitum , & clauſum ſolemni-
tèr coram Licentiato Nuñez de Ortega Locum-
tenente Præfecti Vrbis Conchenſis,& Franciſco
Martinez Tabellione regio è numero dictæ Ci-
uitatis producto per dictos D.Petrũ, & D.Fran-
ciſcam ; nec dubitatur de veritate, ſolemnitate,
& valore dicti inuentarij, factumq; fuiſſe bona
69 fide abſque fraude , aut palliatione ; † continet
enim non ſolùm res proprias defuncti , ſed om-
nes alias ab ipſo detentas , quas etiàm in inuen-
tario ſcribendas eſſe Bald. reſoluit in l. itèm vi-
dendum §.nunc videamus nu.2.& in l.non tantũ
num.1.ff.de petit.hæred.

Et præſumptio iuris aſſiſtit in fauorem dicti
70 inuentarij,& illius,qui fecit illud, † quia inuen-
tarium præſumitur ſinè dolo confectum,nec alia
bona defunctum reliquiſſe, quàm in eo conten-
ta, l.vlt.§.licentia,vbi Bald.C.de iure deliber. Ia-
cob.Menoch.lib.6.de præſumpt.pręſ.61.num.6.
Rota Romana deciſ. 800. num.19. vol.1. diuerſ.
par.1.Burgos de Paz conſ.43.num.16.ponderans
ad id l.meritò ff.pro ſocio,& l.quotiès §.qui do-
71 lo ff.de probat.quibus conſtat, † nec delictum,
nec dolum præſumi , vt de primo tradunt Bald.
in l.moueor num.2. C.ſi tertius exportandus ve-
niat, Abb.in cap.in præſentia num.6. de probat.
Couar.in cap.quàmuis pactum 2.par. §.3. nu.2.
in fine de pact.in 6. Bart. in l.Gallus §.quòd ſi is
num.3.verſ.*quicquid* ff.de liber.& poſthum.Me-
noch. lib.3. præſumpt.86. num.5. & præſumpt.
122.num.3.& de ſecundo gloſſ.verbo *dolus* in
cap.ſedes de reſcript.Cæphal.conſ.210.num.69.
vol.2. Marc.Ant.Eugen.conſ.64.lib.1.& non de-
bet eſſe cauſa diſpendij , ſed commodi dicto
Franciſco Enriquez,& D.Beatrici Enriquez eius
72 hæredi ; † nàm inuentarium cõficienti lex emo-
lumentum , non detrimentum ſubſequi permit-
tit, d.l.final. C.de iure deliber. Pileus quæſt.33.
circa finem, Robert.Marant.diſput.10.num.39.
73 & non alia ex cauſa DD. reſoluunt, † quòd ex-
tante inuentario præſumitur hæreditas non ſol-
uendo,vt ampliùs ab hærede peti nequeat , iuxta
præfatam l.fin. §.licentia C.de iure delib. & tra-
dit gloſſ. in l. cùm de lege de probat. quam di-
cunt communem Alex.& Iaſ. in l.ſi conſtante ff.
ſolut.matr.Alciat de præſumpt.regul.3.præſ.20.
Laderch.de Imola conſ.138.num.5.lib.1.

Quod eſt magis certum, cùm illud produxe-
74 rint præfati D.Petrus, & D.Franciſca ; † nàm
producens in iudicio inſtrumentum, fateri cen-
ſetur,omnia in ipſo contenta vera eſſe, gloſſ.1.in
cap.præſentium de teſtib. Thom.Grammat.de-
ciſ.103.incip.illuſtris nu.30. citans ad hoc l.poſt
legatum ff.de his,quibus vt indig. Bertran. conſ.
173.quia difficultas num.19.lib.1.Burgos de Paz
conſ.14.num.43.l.cùm precum C.de liber.cauſ.
Pariſ. conſ.125.num.20.lib.1.& conſ.70. num.3.
lib.3. Cæphal.conſ.236.num.2.tom.2. Roland. à
Valle conſ.2.num.116.lib.1.Io.Bapt.Ferret.conſ.
271. num.6.tom.2. DD.latè in cap.cùm venera-
bilis de except. Afflict.deciſ.Neapol.25. num.5.
75 Hugo Celſus conſ.120. num. 35. † dicens, hoc
procedere etiàm quandò producens fuerit pro-
teſtatus,quòd non producebat,niſi quatènus,vel
in quantum pro ſe faceret inſtrumentum,quia
adhùc talis proteſtatio non releuat proteſtantẽ,
iuxta communem, quam refert Bald. in l.fin. C.
de fideicom.libert. gloſ.verbo *die*, *& conſule* cir-
ca finẽ in l.1. §.editiones ff.de edendo, vbi Salic.
& Iaſ.num.18. Bald.in cap.præſentium col.final.
de teſtib.Salzedo in addit.ad Bernard..Diaz reg.
342.Gratian.Falcon.reg.39.num.8. Bertacch.in
repert.verb.*productio* verſ.29.Iaſ.in l.non ſolũ §.
morte ff. de noui oper. nunc. & in §.itèm ſi quis
lo ſecondo, num.24.Inſtit.de actionib. Roman.
conſ.63.incip.ſolùm eſt videre num.3.Ludouic.
76 Morot. reſponſ.16. num.3. quod in tantum eſt
verum,vt etiam priuata ſcriptura contra produ-
centem probet, vt ex l.in fraudem §.nec inſtru-
menta ff.de iure fiſci,& notatis per Bart.& DD.
in auth.ſi quis in aliquo C.de edendo col.1.verſ.
venio ad primam, & in l. Publia §.fin. col.1. verſ.
tertio ff.depoſ. tradit Burg.de Paz conſ.3.nu.74.
& in dubio ſempèr contra producentem fit in-
terpretatio, iuxta tex.notabilem in cap.inter di-
lectos de fide inſtrum. quem ad hoc ponderat
Bald. ibi in verſ.*non magis poterat*, Alex. conſ.35.
viſa ſcriptura col.2.verſ.*quandò ſcriptura* lib.1. &
conſ.102.viſo proceſſu nu.6.vol.5. poſt Oldrad.
conſ.304. infraſcriptæ col.1. verſ.*conſtat etiàm*,
& facit tex.ad hoc in l.in contrahenda ff.de reg.
iur.& cap.contra eum, eod.tit.lib.6.gloſ.in cap.
in præſentia,verbo *ſecundæ* de probat. l.2.in fine
tit.33.par.7.Burg.de Paz conſ.2.num.85.

Nec eſt conſiderabile velle ſe iuuare , quòd in
inuentario , quod dicunt feciſſe dictum Franci-
ſcum Enriquez poſtquàm vxorem duxerat D.
Hieronymam Zapata, bonorum, quæ prætende-
bat ad ſe ſpectare, poſuit plura bona, quia dictũ
inuentarium non eſt certum , nec legitimum, &
ſolummodò fuit confectum animo fraudandi di-
ctam D. Hieronymam à medietate bonorũ,quæ
poſſet ad illam ſpectare ex lucratis matrimonio
conſtante, vt comprobatur , quia deſcripſit no-
mina debitorum,quæ non erant,annuos reditus,
qui per plures annos antè fuerũt redẽpti , & illo-
rum pretium in alias res conuersũ,ęſtimare fecit
ſatis vltra valorem bona, quæ in rei veritate poſ-
ſidebat,quæ maiori ex parte proceſſerant ex hę-

reditate

Digitized by Google

reditate D.Ludouici Enriquez Abbatis Sãcti Ia-
cobi eius fratris,& ex lucris iàm habitis cõſtante
matrimonio in negotiatione mittendi in Italiam
lanas mundas,& in adminiſtratione Theſaurariç
ſanctæ Cruciatæ,& in venditione Villæ de Chil-
laron de la Alcarria,& ex fructibus,& redditibus
dotis multũ pinguis dictæ D.Hieronymæ,& ceſ-
ſat omnis difficultas, quia dictũ inuentarium nõ
eſt bonorũ Alphonſi Enriquez , nec factũ reſpe-
ctu fideicommiſſi bonorũ eius,ſed bonorũ eiuſ-
dem Franciſci,& reſpectu eius vxoris ; & ità nõ
poteſt eo iuuari dicta D. Franciſca, nec eius vir ;
77 † nàm inuentariũ factum reſpectu vnius perſo-
næ, non trahitur ad aliam perſonam ſeparatã, &
diuerſã,vt reſoluit Crau. conſ.312.incip.de plu-
78 ribus nu.3. vol.2. † eò quòd actus noſtri volun-
tarij non extenduntur vltrà quã geruntur, l.1. §.
Iulianus ff. de itin. actuqi priuato,& l.vlt. C. nè
vxor pro marito,Bart.& DD.in l.Titiũ,aut Mæ-
uium, §.altero ad fin. ff.de admin.tutor, Decius
conſ.21.nu.5.Pariſ.conſ.85.nu.5.& 7.lib.1. Ma-
rienz.in l.2.tit.9.lib.5.recop. gloſ.1.nu.32. Ioan.
Cæphal. conſ.65.nu.42.tom.1. Menoch.lib.3.de
præſumpt.præſ.56.nu.29.

Et ità ex bonis dicti inuentarij Alphonſi En-
riquez debent deduci expenſæ factæ in recupe-
ratione,& exactione illorum,& defenſione à liti-
bus ſuper eis motis,quæ aſcenderant ad ducatos
decem,& ſex mille,vt deponũt teſtes D. Beatri-
79 cis ſuper ſexto articulo, † expenſæ enim exte-
nuant debitũ, l.2.vbi Bal.nu.2. C.de partu pign.
80 † & expenſa per hæredẽ facta in recolligẽdo te-
ſtamenta à Notario detrahitur tanquã æs alienũ,
vt notatur in l.argẽtarius in princ.ff.de edend.&
idẽ in expenſis funeris,inuentarij confectionis,&
aliarũ cauſarũ hereditariarũ tradit tex.in l.ſcimus
§.in cõputatione,vbi Bal.in princ.C.de iur.delib.
81 † Indè fit, ꝙ expenſæ neceſſariæ factę per Ca-
pitulũ Sede vacãte pro electionis negotio dedu-
cuntur ex bonis prælaturæ,& cõputantur in ra-
tionibus,c.vt præteritę de elect.Abb.Panor.q.3.
82 nu.8. † & ſimilitèr expenſæ factæ pro colligẽdis
fructibus ex ipſis deducuntue, l.fundus ff.famil.
erciſc.gloſſ.Bart.& Angel.in l.in fundo ff.de rei-
uend.& gloſ.in §.ex diuerſo,verſ.*certè illud*,Inſt.
de rerũ diuiſ.glo.in c.cùm anteà,verb.*fructus*,&
ibi Barbat.de pignor. Io.Cæph. conſ.181.nu.18.
tom.2.plures adducti ꝑ Tiraq.de retract.lignag.
83 §.15.gloſ.1.nu.1.& 2. † Indè lucrũ dicitur illud,
ꝙ ſupereſt deductis impenſis,& æſtimatione la-
boris perſonæ, l.Mutius ff.pro ſocio,gloſ.in l.il-
lud,verb.*lucrum*,& verb *poterat*,vbi Bal. per tex.
ibi C.de collat. gloſ.in l.per diuerſas C.mandati,
And.Tiraq.vbi proximè nu.3. Ant.Gama deciſ.
84 Portugalliæ 110. nu.26. † dicens, lucrũ dici id,
ꝙ ſupereſt deducto omni damno,tex.vbi Bar.in
l.Mutius,& l.ſed etſi adijciatur ff.pro ſocio, l.3.
ff.de in rem verſo,& Greg.Lop.in l.3.tit.10.par.
85 5.gloſ.5. † Indè etiã miſſus in poſſeſſionẽ rei ſer-
uandæ cauſa expenſas repetit à debitore, vel ip-
ſarũ valorẽ de bonis retinet, l.prætor ait 9. ff.de
bon.aucto.Iud.poſſid.Grat.reſp.82.nu.22.vol.2.
86 † Et in terminis noſtris, ꝙ hæres reſtituturus
non ſolùm prætenſo fideicõmiſſario, ſed illi,qui
verè fideicõmiſſarius ſit,recuperet expenſas,tra-
dit Palac.Rub.in repet.rubr.de donat. inter vir.
& vxor. §.62. nu.14.& ſeqq.maximè nu.16.& li-
cèt nihil alleget præter gloſſ.& Ang.in l.emptor
ff.de rei vend. eſt tamen pro eo tex.expreſſus in
l.vbi iure §.1. verſ.*quæ in diſtrahendis* ff. ad S.C.
Trebell. *Quæ in diſtrahendis* (inquit Paulus) *con-
ſeruandiſq. rebus hæreditarijs ſumptus factus eſt,
imputari hæredi debet*. Et licèt Accurſ. ibi variè,
anxièque interpretetur verbum illud *imputari
hæredi* planè accipiendum eſt, debere imputari
hæredi in reſtitutione facienda sũptus,& expen-
ſas,vt ſcilicèt tantò minus reſtituat,quantò magis
ſit expenſum.ita vt ſumptus illi, & impenſæ im-
putentur hæredi,ideſt in vtilitatẽ hęredis,vt mi-
nùs reſtituat refuſis ſumptibus, & expenſis factis
in rebus reſtituẽdis, tex.elegans in l.mulier §.ſed
enim,verſ.*ſed & ipſe* ff.eo.tit. vbi Vlpian.inquit:
*ſed & ipſe, ſi quẽ ſumptũ fecerit in res hæreditarias
detrahet*, Ioan.Garz.in tract.de expenſ.& melio-
rat. cap.16.nu.1.& 4. dicens ex Vlpiano: *ſed ex-
penſas litium, quæ inſtituiſſet, vel proſequutus eſſet
hæreditatẽ reſtituere grauatus, ſi ad fideicommiſſa-
rium fructus pertinuerint,hæredi hoc eſt in vtilitatẽ,
& commodũ hæredis refutabuntur,& cõpenſabun-
tur in reſtitutione ipſa*, l.1. in princ. ff.eod. & hoc
eſt magis certũ,cùm fuerit effectum,quòd com-
putaret in quartã trebellianicã fructus,quos per-
ceperat,quod eſt,ac ſi percepiſſet illos fideicom-
miſſarius,iuxta l.1.in princ.verſ.*æquiſſimum* ff.ad
S.C.Trebell. pro quo facit bona reſolutio Petri
Surdi tract.de alim.tit.8.priui.62.nu.7.vbi tenet,
quòd bona fideicõmiſſi poſſunt retineri pro im-
penſa facta in conſeruatione ipſorũ, l.domus, vbi
Bart.Bal.Alber.Imol.& alij ff.de legat.1.

Et fortiori ratione debẽt deduci debita ſolu-
ta per dictũ Franciſcum Enriquez tanquã hære-
dem dicti Alphõſi,præſertim bona,quæ reſtituit
D.Andreæ Henriquez,& quod importauit dicta
quarta trebellianica ; & ſolutio ſalariorum debi-
torũ Petro Lopez eius cognato,& Ioãni de Her-
rera eius nepoti, & alijs, & legata, quæ reliquit
87 nomina debitorũ incerta, & inexigibilia, † quæ
omnia hæreditatẽ extenuant, & diminuunt, l.1.
§.fin.l.fin.ff.de collat.bonor.l.pater filiã ff.ad leg.
falcid.l.irritũ,& l.ſucceſſores C.eod.tit. Crauet.
conſ.186.nu.12.& conſ.316.nu.4.Morot.reſp.81.
88 nu.5. † nàm & iura regularitèr aſſerunt, ꝙ bona
debẽtur deducto ære alieno, l.ſubſignatũ §.bona
ff.de verb.ſignif.l.mulier ff.de iur.dot.l.Papinia-
nus §.quarta autẽ ff.de inoff.teſtam, l.ſi quis ad
declinandã §.licentia in fin.C.de Epiſc.& cler.l.
l.ea demùm C.de collat.l.veniſſe,vbi Alciat.ff.de
verb.ſignif.l.fundi Trebatiani ff.de vſufr.legat.&
l.fructus ff.ſolut.matr.Baeza de nõ melioran.ra-
tione dotis filiabus, Io.Guttier. lib.2. practic. q.
94.nu.3.Menoc.lib.4.præſ.109.nu.8.& præſ.143.
nu.14. Burg.de Paz cõſ.4.n.7. Quintilian.decla-
mat.274.debitor adulter dicens: *Bona porrò,quæ
ſunt, vt opinor ea, quæ detractis alienis deprehenſa
ſunt*.(& paulò poſt) *Bona mea, ideſt quod liberum
in patrimonio meo eſt, & quod propriè meum, ad te
transire debet, ære priùs ſoluto*, Caſſiodor. lib. 7.
epiſt.47. *quid prodeſt,ſi quiſpiam videtur idoneus,
& fieri non poſſit à contractis nexibus abſolutus?
egenti ſimilis eſt, qui reddere nequit alienum; nec*

T dici

dici poteſt propium, quod liberare dominum non
89 *videtur à debito.* † Et ita pro ære alieno poteſt
vendi proprietas bonorum, l. 2. vbi gloſſ. Bart.
Bald. & communitèr Scribentes C. ad Trebell.
l. 1. in princ. ff. eodē, l. ſi quis ſeruum cum l. ſeq.
ff. de legat. 2. l. peto §. prædium eod. tit. & l. alie-
nationis ff. famil. erciſc. §. ſed quia ſtipulationes
Inſtit. de fideicom. hæred. l. Senatus ff. de legat. 1.
& l. filiusfamilias §. diui lo ſecondo, eod. tit. ibi:
nàm ſi hæredis propter creditores teſtatoris bona
venierint, fortunam communē fideicommiſſarij quo-
que ſequentur; d. §. ſed quia ſtipulationes, vbi An-
gel. & cæteri l. 1. C. debitorem venditionem pi-
gnoris impedire non poſſe, Bald. in cap. quoniàm
frequentèr §. in alijs nu. 5. vt lite non conteſt. &
in authen. & qui C. de bon. author. Iudic. poſſid.
& ibi Salic. num. 45. Alex. in l. ſi finita §. ſi de
vectigalibus nu. 43. ff de damn. infect. Palac. Rub.
in repet. rubricę de donat. inter vir. & vxor. §. 16.
nu. 14. ad finem, Petr. Peralta in l. 3. §. qui fidei-
commiſſam num. 106. & ſeqq. ff. de hæred. inſtit.
Menoc. lib. 4. præſ. 143. nu. 15. Morot. reſponſ. 13.
nu. 6. & ſeq. Molina lib. 1. de primog. cap. 10. n. 2.
90 † Et in legatis clariſſimum eſt, quòd ea debet
hæres ſtatim poſt mortem teſtatoris ſoluere, §. 1.
Inſtit. de legat. l. à Titio ff. de furt. M. Ant. Eug.
conſ. 36. nu. 19. lib. 1. & nu. 22. Menoc. lib. 4. præſ.
157. num. 43. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 217. num. 1.
91 † cùm eſſent hypothecata bona illorum relicta
per dictum Alphonſum Enriquez, l. 1. §. omnibus
C. commun. de leg. Bart. & cœteri in l. 1. ff. de le-
gat. 1. Cæphal. conſ. 98. nu. 1. lib. 1.

Et reſpectu eius, quod liquidum remaneret,
ſolutis debitis, debet conſiderari, quòd in eo etiā
conſiſtebat dos Beatricis Lopez vxoris dicti Al-
phonſi, & reliquū, quod ad eam ſpectare poterat
ratione bonorum lucratorum, conſtante matri-
monio, quia tempore, quo fuit contractum inter
eos, dictus Alphōſus Enriquez habebat pauciſſi-
92 ma bona; † & certum eſt, quòd inter maritū, &
vxorem contrahitur quædam ſocietas vniuerſa-
lis, vt ait text. cum gloſſ. in cap. cùm ſocietatis 27.
q. 2. l. cū hic ſtatus §. ſi intèr virū ff. de donat. inter
vir. & vxor. cū alijs allegatis p Palac. Rub. in rub.
§. 60. Ant. de Butr. in c. 2. de donat. int. vir. & vxor.
Bal. in l. nulla 4. nu. 4. C. de iure dot. Zoanet. in l.
vt vim nu. 67. ff. de iuſtit. & iure, Couar. in 4. de-
93 cretal. 2. par. cap. 7. §. 1. nu. 5. † & ideò commu-
nicant lucra cōſtante matrimonio acquiſita, tàm
iure communi, quàm regio, d. cap. 2. de donat.
inter, l. 1. & 2. tit. 9. lib. 5. recopil. vbi Azeved. &
Matienz. Palac. Rub. in alleg. §. 62. n. 1. Couar. d. §.
1. nu. 6. Molina de iuſt. tom. 2. diſp. 274. Io. Garz.
de expenſ. cap. 13. num. 12.

Et cùm dictus Franciſcus Enriquez fecerit
tranſactionem cum hæredibus Beatricis Lopez,
qui ceſſerunt illi eorū iura competentia tàm ra-
tione dotis, & bonorū lucratorum, quā ſalario-
94 rum dicti Petri Lopez † non ſolū fuit ſubroga-
tus loco dictorum hæredum pro quantitate illis
ſoluta, verùm pro eo pluri, quod illis debebatur.
Nàm qui ſuccedit loco alicuius, iure illius vti po-
teſt, cap. Eccleſia vt lite pend. vbi gloſ. verbo *ſuc-*
ceſſerunt, Quintil. Mandoſ. in reg. Cancell. de non
iudicando iuxta formā ſupplicationis nu. 2. Lap.
alleg. 50. nu. 5. indè creditor etiā reputatur dicto-
95 rum bonorū; † nàm ceſſionarius per creditorē
factus, creditor eſt, l. ab Anaſtaſio verſ. *alium cre-*
ditorem C. mand. cùm primi creditoris perſonā
repreſentet, l. 2. ff. de donat. Petr. Loriot. in l. 1.
verſ. *nàm cuicunque* nu. 11. ff. ſi cert. pet.
96 † Et confirmatur, quia omne augmentum, aut
detrimentū poſt mortē teſtatoris pertinet ad hę-
redem, etiā reſpectu fideicommiſſarij, vt tradūt
omnes DD. maximè Comenſ. in l. deducta §. antè
97 diem, vbi Alex. nu. 4. ff. ad S.C. Trebell. † & ſicut
ſi res perijſſet, id damno hæredis cederet, ita in-
crementa eidē proderunt, l. ſecundū naturam ff.
de reg. iur. l. ſi is, qui quadringenta ff. ad S.C. Tre-
bell. Laderch. de Imol. conſ. 25. nu. 17. & conſ. 8.
98 nu. 2. † regularitèr enim ad quē oneris aduerſi
periculū ſpectat, ad eundē commodum, & lucrū
ſpectare oportere æquū eſt, & ideò hæres quod
ſua diligentia acquiſiuit, ſibi dùmtaxat vtile, non
alijs prodeſſe credendū eſt, l. ſi vnus §. antè om-
nia ff. de pact. vt ſi ſibi centū dari ſtipulatus fue-
rit, cœteris nō proderit, Iaſ. in l. actione nu. 2. C.
de pact. ità etiā ſi tranſigit, vel paciſcitur hęres cū
alio, ipſe dùmtaxat obligabitur, l. controuerſia ff.
99 de tranſact. l. ſi duobus §. dāna ff. pro ſocio, † idē
dicēdū eſt, ſi res hęreditarias perperā adminiſtra-
uit, ſuū tantummodò detrimentū erit, & eadē de
cauſa ſi eaſdē benè adminiſtrauerit, fideicōmiſſa-
rij commodū non eſt, l. ſi hæres inſtitutus ff. ad l.
falcid. & l. ſi is, qui ff. ad Trebell. Iacob. Concen.
100 lib. ſing. quæſt. iur. q. 20. nu. 1. † notū eſt enim,
quòd hæres non tenetur negotiari, & aliquid lu-
crari in gratiam fideicommiſſarij, vt tradūt DD.
in l. deducta §. antè diem, & ibi Angel. ff. ad S.C.
Trebell. nec eſſe procurator eius, vt ait pulcher
text. in l. poſtulante §. ſed in huiuſmodi ff. eodē,
Laderch. de Imola d. conſ. 25. nu. 18.
101 † Nec lucrata reſtituere, in reſtitutione enim
fideicommiſſi ſolū veniunt bona quæſita iudicio
teſtatoris, qui fideicommiſſū reliquit, non autèm
bona aliundè quæſita, & obuenta, l. cohęredi §. cū
filiæ ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. 3. §. vxor ff. de
dote præleg. & l. debitor §. fin. ff. ad S.C. Trebell.
Paul. Caſtr. conſ. 77. viſa facti narratione dubio 2.
lib. 2. Alex. conſ. 201. in princ. & latiùs conſ. 107.
lib. 6. Aym. conſ. 24. num. 12.
102 † In cuius comprobationē facit tex. notab. in
l. 3. ff. ad leg. falcid. qui ponit duos caſus, vnus eſt,
quandò hæres vendit hæreditatem, quæ ſoluēdo
non erat, & poſteà legatarij petunt legata, & ait
text. non debere hæredē ipſa ſoluere, reddēs ra-
tionem, *quia magis ex ſtultitia emptoris habere vi-*
detur hæres inſtitutus, quā ex defuncti bonis; nàm
& è contrario ſi malè vendiderit res hæreditarias,
non erit hoc legatariorum detrimentū, ita ergò com-
modū debet eſſe hæredis, ſi benè res adminiſtrauerit,
Paul. de Caſtr. in l. ſi hæres nu. 2. ff. ad l. falcid.
103 † Alter caſus eſt, quādò hæres facit tranſactio-
nem cum creditoribus, & aliquid acquirit virtu-
te illius; nàm & tunc legatarijs nō tenetur, vt aſ-
ſerit ead. l. 3. eam aſſignans rationē, quia *eam pe-*
cuniam non ex hæreditate, ſed ex deciſione, ideſt
tranſactione habeat; ideò Bar. ibi notat, ꝙ ea, quæ
hæres ſua induſtria, vel diligentia acquirit ven-
dendo hæreditatem, vel faciendo tranſactionem;
non

non computantur in hæreditate, aut ſalcidia, ad-
ducit multa Ruyn. conſ.97. nu.13.lib.5. & Man-
tic.de coniectur. vltimar. volunt. lib.7. tit.8. nu.
19. Laurent. in repetit.l.in fideicommiſſariam
104 num.44. ff. ad S.C.Trebellian. † & confirmat
text. in cap.1. §.ſi vaſallus in tit. ſi de ſeudo de-
functi controuerſia ſit inter dominum, & agnatũ
in vſibus ſeudorum, vbi ait text. quòd ſi vaſallo
ſuper ſeudo lis moueatur, & tranſactionem fece-
rit, quod per ipſam fuerit conſequutus non erit
ſeudum, vt patet ibi: *nec quod accepit tranſactio-
nis nomine ſeudum erit*; ex quo Bald. ibi notat,
quòd illud, quod nomine tranſactionis percipi-
tur, non ſuccedit loco rei, allegatq; text. in d.l.
controuerſia ff. de tranſact. in l. ſi pro ſundo C.
de tranſact. qui text. ſecundùm Bald. ſingularis
eſt ad probandum, quòd ſi aliquid ex cauſa tran-
ſactionis datur, non ſuccedit in locum rei, cuius
cauſa tranſactio ſit, & eſt melior tex.in d.l.3. ff.
ad leg.ſalcid.

Et non ex eo, quòd de præſenti adſint aliqua
bona, quæ fuere dicti Alphonſi Enriquez, poteſt
dici, quòd adhùc remanſerint illius, quia dictus
Franciſcus Enriquez tanquàm illius hæres de
proprijs eius bonis, & dictæ D.Hieronymæ eius
vxoris fecit ſolutiones, & expenſas, quarum loco
105 remanſere ſubrogata dicta bona, † quæ de-
bent ſapere eandem naturam, iuxta l. certi con-
dictio, iuncta gloſſ. ff. ſi certum petatur, l.para-
bolani C. de Epiſcop. & cler. l. ſi eum §.qui in-
iuriarum ff.ſi quis cautionib. l.1.§.hæc actio ff.ſi
quis teſtamento liber eſſe iuſſus, l. legem C. lo-
cati, Anchar.conſ.421.nu.2.Couar.in cap.quam-
uis pactum 1.par.in princ.num.5. verſic.*conſtat*,
Burg. de Paz conſ. 50. num.16. & ità conſtat, ſi
benè conſideretur, non remanſiſſe ex bonis dicti
Alphonſi Enriquez etiàm quod fuit neceſſariũ
ad ſituationem dictæ quartæ trebellianicæ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Cùm facta fuerit trãſactio inter dictas partes,
ceſſauit lis, & ideò abſq; ratione prætendũt dicti
D.Petrus, & D.Franciſca, quòd ſententia termi-
106 netur; † nàm ſauor ſuſtinendæ tranſactionis,
& litium finiendarum magnus eſt, propter quẽ
multa ſunt in iure indulta priuilegia, vt habetur
in l.quàmuis, & l.in ſumma de condict.indeb.l.ſi
quis maior C.de trãſact.Connan.lib.5.commen-
tar.iuris ciuilis cap.6.

Deindè odium iudicij reſciſſorij, cùm aduer-
ſarij ad reſciſſionem eorum, quæ ſemel placue-
107 runt, † non ſint facilitèr audiendi, l. Seyo
cum ibi notatis ff.de reſtit. in integr. Alciat.re-
108 ſponſ.94.num.9. † cùm tranſactio ſit receſſus
à lite, impediatq; proceſſum ad vlteriora, vt idẽ
Alciat. tradit vbi proximè nu.3. & probat l.fra-
tris C.de tranſact.Roland.à Valle conſ.28.nu.14.
109 vol.4.& numeris ſeqq. † imò rei iudicatæ vim
habet, vt tradunt Florian. in l. cùm putarem nu.
5. ff famil.erciſc. Alex. in l.ſi quis cùm alitèr nu.
10.ff.de verb.oblig. Cæph.conſ.133.nu.84.tom.
1.& conſ.210.nu.71.tom.2.l.non minorem C.de
tranſact.Tho.Gram.deciſ.66.nu.2.Ant.Petra in
repet.l.1.nu.417. de iure iur. Bero.conſ.176.nu.
27. Socc.iun. conſ.82.nu.6.vol.3.Cæph.conſ.66.
nu.24.Roland.à Valle vbi proximè nu.17.

110 † Et ideò in dubio pronunciandum eſt, tran-
ſactionem reſcindendã non eſſe, vt reſoluit Alex.
conſ.157.col.1.vol.7. Decius conſ.630.col.2.nu.
4. Roland.vbi proximè nu.33. qui plura alia in
tranſactionis ſauorem per totum conſilium pro-
ſequitur, ad quem remiſiſſe ſufficiat.

Ex quibus omnibus concludo, dictũ Alphon-
ſum Enriquez non inſtituiſſe vinculum vltrà di-
ctam quartam, nec alia bona remanſiſſe, quàm ad
ipſam ſituata, & in omnem euentum debere di-
ctos D.Petrum, & D.Franciſcam Enriquez com-
pelli ad parendum tranſactioni initæ inter ipſos,
& dictos Ioannẽ de Buedo, & D.Beatricem En-
riquez, quæ in iſta cauſa eſt producta. Et ita mi-
hi de iure videtur, ſaluo rectiori iudicio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pater in Regnis Caſtellæ eſt legitimus hæres filij. excepto tertio bonorum.*
2 *Bona dicuntur, quæ remanent deducto ære alieno.*
3 *Æs alienum reſpicit vniuerſum patrimonium, non certi loci facultates.*
4 *Æris alieni ius ſempèr cenſetur reſeruatum in omni diſpoſitione.*
5 *Hæres adeundo quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs.*
6 *Hæres debet ſoluere debita defuncti.*
7 *Hæres ingreditur in locum defuncti.*
8 *Hæres debitoris, debitor eſt, & compelli poteſt, vt ille poterat.*
9 *Hæres non debet eſſe melioris conditionis, quàm defunctus ſi viueret.*
10 *Hæredis ex perſona non mutatur obligationis ſubſtantia.*
11 *Debitor faciens fideicommiſſum, non præiudicat ſuis creditoribus, & num.12.*
13 *Emens ſub haſta quandò ſit ſecurus à debitore, & eius creditore.*
14 *Bona fideicommittentis vendi poſſunt pro ſatiſfaciendis eius debitis.*
15 *Soluens pro alio vtile negotium gerit.*
16 *Soluens pro alio poteſt ab eo repetere.*
17 *Bona tranſeunt obnoxia, & affecta debitis ad hæredes legitimos.*
18 *Soluens pro alio habet aduerſus illum actionem mandati.*
19 *Ceſſionarius, cui iura ſunt ceſſa tranſlatiuè, & non extinctiuè, vtitur cedentis iure.*
20 *Ceſſionarius efficitur procurator in rem propriam.*
21 *Ceſſionario competunt iura, quæ competebant cedenti.*
22 *Ceſſionario competit priuilegium cohærens perſonæ cedentis.*
23 *Ceſſionarius experitur tàm ex ſua perſona, quàm cedentis.*
24 *Succedens in ius alterius, vtitur iure illius.*
25 *Parentes non poſſunt facere niſi vnam meliorationem tertij, & quinti inter ſuos deſcendentes.*
26 *Donans, aut legans vltra permiſſa facit actum nullum in ſuperfluo.*
27 *Inuentario facto, non confunduntur actiones hæredis contra defunctum.*

28 *Diuiſio, & ſeparatio contrariantur vnioni, & vinculo.*
29 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*
30 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
31 *l. diffamari C. de ingenuis manumiſſis materia tractatur.*
32 *Sententia facit ius inter partes.*
33 *Litibus finem imponi, iura deſiderant.*
34 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, pro veritate habetur.*
35 *Iudicatum an ſit, quæritur, non de iuſtitia, aut iniuſtitia iudicati.*
36 *Sententia tranſacta in rem iudicatam facit de albo nigrum.*
37 *Caſus legis, & ſententiæ vbi adeſt, dubitatio ceſſat.*
38 *Sententia lata inducit præſumptionem in ſimilibus.*
39 *Intellectus l. licèt §. ſi eum, & fin. ff. nautæ, caupones, &c.*
40 *Princeps, eiuſque Conſiliarij non debent iudicare contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
41 *Pactum confirmatum ſententia, non poteſt tolli à Principe.*
42 *Clauſula impoſitionis perpetui ſilentij in ſententia quid operetur.*
43 *Sententia probat in ea expreſſum, & omne neceſſarium antecedens.*
44 *Sententia facit rem iudicatam in eo, quod determinat, & illius præſuppoſito.*
45 *Sententia in cauſa filiationis, per quam aſſignantur alimenta, quid operetur quòad filiationem.*
46 *Expreſſio illa ſufficit, quæ reſultat ex verbis diſponentis.*
47 *Sententia lata cõtra aliquem præiudicat eius ſucceſſoribus.*
48 *Rei iudicatæ exceptio reſultat, ſi concurrant iuris identitates.*
49 *Res eadẽ dicitur, ſi quis proſequitur rem, in qua ſuccubuerat.*
50 *Filij, & patris cenſetur eadem perſona.*
51 *Emptor venit appellatione ſucceſſoris.*
52 *Res iudicata in fauorem venditoris, prodeſt emptori.*
53 *Poſſeſſoris iure probato, ceſſat prætenſio immiſſionis in poſſeſſionem.*
54 *Dolo facit qui petit, quod reſtituturus eſt.*
55 *Proprietatis cauſa dignior eſt, & trahit ad ſe poſſeſſionem.*
56 *Dominij exceptio probata incontinenti obſtat agenti remedio adipiſcendæ poſſeſſionis.*
57 *Proprietatis notorius defectus obſtat agenti poſſeſſorio etiam in profanis.*
58 *Detrahentia vinculo, & proprietati, detrahunt poſſeſſioni.*
59 *Probatio incerta non releuat.*
60 *Conſanguineus teſtis repellitur.*
61 *Inimicus teſtis repellitur.*
62 *Affectionis ratione repellitur teſtis.*
63 *Lucrari dicitur, qui ſuam voluntatem explet.*

P R O

D. Ioanne de Añaya Ciue, & *Decurione Ciuitatis Conchenſis*

CONTRA

D. Alphonſum Diaz de Aguilar tanquàm Patrem, & legitimum Adminiſtratorem D. Antonij Diaz de Aguilar eius filij, & D. Ioannę de Prado, & Piqueras vxoris quondam ſuæ.

ARGVMENTVM.

Bona non poſſunt ſubijci maioratui, aut vinculo in præiudicium creditorum; Et de ſententia lata ſuper remedio l. diffamari C. de ingen. manumiſſ. quandò operetur rem iudicatam in alio iudicio.

CONSILIVM CXXXIV.

QVàmuis prętendat dictus D. Alphonſus nomine eius filij domus poſſeſſas per D. Ioannẽ de Añaya in via Sancti Petri Ciuitatis Conchenſis eſſe vinculo ſuppoſitas, & ſpectare ad eius filiũ, conſtabit duobus articulis ſequentibus non potuiſſe vinculari; adeſſeq; rem iudicatam contra prætensũ vinculum, domoſq; prędictas eſſe liberas, & allodiales, & vti tales potuiſſe vendi, & alienari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Conſtat ex actis proceſſus, quòd præfatæ domus fuerunt propriæ D. Antonij de Prado Prioris, & Canonici Conchenſis, qui illas emerat à Ioanne de Oliuares, & tanquàm bona propria illius remanſere tẽpore ſui obitus obnoxiæ multis debitis ab eo cõtractis; & licèt deceſſerit in vita
1 ſuorum parentum, † qui excepto teſtio erant illi legitimi hæredes, l. nàm etſi parentibus ff. de inoff. teſtam. l. pater filium, vbi Bar. nu. 4. eod. tit. l. iure ſuccurſum ff. de iur. dotiũ, l. nihil eſt ff. de bon. libert. & l. vnic. C. de his, qui antè apert. tab. auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſtam. l. 8. tit. 13. par. 6. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, l. cùm ratio ff. de portionibus, quæ filijs damnatorum relinquuntur, l. 6. Tauri, quæ eſt l. 1. tit. 8. lib. 5. recop. & vtrobique DD. Mieres de maiorat. 1. par. q. 40. nu. 15. Rojas de ſucceſſ. c. 29. per totũ, Plinius Secundus in panegyrico ad Trayanũ. *Bona filij pater ſinè diminutione poſſideat, nec ſocium hæreditatis accipiat, qui nõ habet luctus: nemo recentem, & attonitam orbitatẽ ad computationem vocet, cogatq; patrem, quid reliquerit filius, ſcire:* hoc debet intelligi de bonis, quæ remanerẽt ſolutis priùs debitis dicti D. An-
2 tonij; † nàm illud tantummodò dicitur eſſe in bonis, quod ſupereſt ære alieno deducto, l. mu-

lier

lier bona ff.de iure dotium, l. non poſſunt ff.de
iure fiſci. l.ſubſignatum §.1.ff.de bonor.ſignific.
& l.ſi vniuerſæ C.de legat. Petr.Surd.in tract.de
alimenti.tit.9.quæſt.16. num.32.& quæſt.36. nu.
87.Roland.à Valle conſ.8.num.11.lib.2. Burg.de
Paz conſ.4.num.7. Marienzo in l.2. tit.2. gloſ.2.
nu.12.lib.5.recopilat. Quintilian.declamat.274.
3 debitor adulter † facit, quòd æs alienum non
reſpicit facultates certi loci, ſed vniuerſum pa-
trimonium, l.ſi fideicommiſſum §.tractatum ff.
de regul.iur. Ioan.de Imola conſ.35.nu.25. Mo-
lina lib.1.Hiſpan.primogen.cap.10.nu.3.
4 † Et ius æris alieni ſempèr intelligitur refer-
uatum, quandò vniuerſitas deducitur in diſpoſi-
tionem, vt in l.recuſare §. ſi fiſco ff. ad S.C.Tre-
bellian. l.3. §.ſed cum cauſa. l.Valerius ff.de iure
fiſci, l.1.ff.de priuileg.fiſci, l.res C.de donat. in-
ter vir. & vxor. & l.ſi quis C.de bon. proſcript.
Bald.conſ.359.num.4.vol.3.
Neque potuit hereditas dicti D.Antonij tran-
ſire in Antonium de Prado, & eius vxorem, niſi
cum onere ſoluendi illius debita, ad quæ re-
manſere obligati ex qualibet aditione tacita, vel
5 expreſſa; † nàm hæres adeundo quaſi contrahit
cum hæreditarijs creditoribus, l.ex maleficijs §.
is quoquè 1. ff.de action.& oblig.gloſ.in l.fin.ff.
de interrog.action. Boer.deciſ.58.num.1. Gratus
6 reſponſ.66. num.4.vol.2. † & ideò debita reſta-
toris,ſeù defuncti ſoluere debet, l.2.C.de hæred.
actionib. Ioan.Cæphal. conſ.148.num.16.tom.1.
7 † quia ingreditur in ipſius locum, auth. de iure
iurando à moriente præſtito in princ. collat. 5.
gloſ.vlt. in l.cùm hæres ff.de liber.legat. Bald.in
l.ſi abducta num.6.C.de furtis, Bar.in l.eius,qui
in Prouincia num.14.ff.ſi certum petatur, Surd.
d.tract.de aliment.tit.1.quæſt.23.nu.7. Roland.
à Valle conſ.58. num.9.lib.1. bonus text.in l.hæ-
res ff.de vſucap. Matth.de Afflict.deciſ. 233. nu.
3.Marienzo in l.1. tit.4. lib.5. recopilat. gloſ.14.
8 num.2. † ideò debitoris hæres compelli poteſt
ad id omne, ad quod cōpelli poterat defunctus,
quia hæres debitoris etiàm debitor eſt, à quo in-
tèm debitum exigi poteſt, l.debitor ff. de verb.
ſignific. Petrus Pecchius in tract.de iure ſiſtendi
9 cap. 10. num.3. † non enim debet hæres melio-
ris conditionis eſſe, quàm defunctus foret, ſi vi-
ueret, l.in his §.non debet ff.de regul.iur.l.mor-
tuo reo ff. de fideiuſſorib. & l.maritum ff.ſolut.
matrim.Surd.de aliment. tit.1.quæſt.23.num.8.
10 & quæſt. 44. num.10. † nec ex perſona hæredē
conditiones obligationum mutantur, l.2.§.ex his
igitur ff.de verb.oblig.Bald.in l.2.num.3.C.de
hæred. actio. Heronym. à Laurent. deciſ. Rotæ
11 Auenion. 72. num. 1. † nec debitor fideicom-
mittendo ius creditorum deterius facere poteſt,
l.1. C.debitorem venditionem pignoris impedi-
re non poſſe, etiàm ſi prohiberet expreſsè, nè
alienentur bona ſua, l.filiusfamilias 117.§.Diui 2.
ibi: *ſed hoc neque creditoribus, nequè fiſco fraudi*
12 *eſſe*. Soccin. ſenior conſ.16.num.12.lib.3. † op-
timus text. in l.debitorem 15.C.de pignor.dùm
ait: *debitorem nequè vendentem, neque donantem,
nequè legantem, vel fideicommiſſum relinquentem,
poſſe deteriorem facere creditoris conditionem, cer-*
13 *tiſſimum eſt*; † & emens ſub haſta eſt ſecurus à

debitore, imò à ſecundo creditore, l. ſi ob cau-
ſam C.de euictiõn. Ioan.Vincent.de Anna alleg.
56.nu.5.& in l.25. C.de pactis, diſponitur, quod
debitorum pactionibus, creditorum petitio nec
tolli, nec mutari poteſt; & ibi Alciat. num.1. &
ſeqq. Barnab.Cornazzan.deciſ.Lucenſ.150.nu.4.
Et ità priùs quàm dictus Antonius de Prado,
& D.Ioanna de Contrera eius vxor ſatisfeciſſent
tot debita, quot reliquit dictus D. Antonius eo-
rum filius, non potuere diſponere de eius bonis,
nec vinculare dictas domos, & vinculum, quod
prætenditur feciſſe, nullum fuit, & eo non ob-
ſtante remanſere liberæ, & alienabiles, idemque
fuiſſe, ſi ipſemet D.Antonius feciſſet vinculum;
14 † nàm adhùc poterant liberè vendi, & alienari
ad ſoluenda ipſius debita, & inane, irritumque,
& ſinè effectu vinculum remaneret, l.filiusfami-
lias §. Diui lo ſecondo, ff. de legat.1. ibi: *nàm ſi
hæredis propter creditores teſtatoris bona venierint,
fortunam communem fideicommiſſarij ſequentur*;
per quem text. DD. ibi tenent, bona fideicom-
miſſi, & alienari prohibita poſſe alienari pro de-
bitis ejus, qui fideicommiſſum inſtituit, l.cùm
fidei hæredis ff.de fideicommiſſ.libert. l.peto §.
prædium ff.de legat.2. l.alienationes ff.famil.er-
ciſcund.& l.Senatus in princ.ff.de legat.1. notat
Bald. in cap.quoniàm frequentèr §.in alijs, vt lite
non conteſt. & in authent.& qui, num.60. C.de
bon.auth.Iudic.poſſidend.& ibi Salycet.Alexan.
in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damno in-
fecto, Palacios Rub. in repetit. rubricæ de do-
nat.inter virum, & vxor. §.16.num.14.in fine,
Peralta in l. 3. §. qui fideicommiſſam num.106.
cum ſeq. ff.de hæredib. inſtituend. Ludou.Mo-
lina lib.1.de Hiſpan.primog.cap.10.nu.2.
Nec eſt conſiderabile dicere, præfatū D. An-
tonium de Prado reliquiſſe alia bona, vltrà præ-
fatas domos, & quòd ex illis potuere ſolui illius
debita; nàm dato, & non conceſſo, quòd aliqua
bona cōſiderabilia reliquiſſet, ea conſumpſit di-
ctus eius pater, proùt etiàm fructus, qui ad ipsū
pertinuerant ex illius præbendis, ſolummodòq;
remanſere aliqua pauca bona mobilia parui va-
loris contenta in memoriali præſentato, & pro-
ducto in præſenti cauſa fol. 125. & ità legitimè
potuere aſſignari D. Franciſco de Prado alteri
filio dictæ domus pro eò, quod ſoluerat, & de
proprijs bonis expenderat pro dicto D.Antonio
de Prado eius fratre vſque ad ſummā 532v.272.
marauedis, vt conſtat ex concordia, & diuiſione
facta inter dictum D.Franciſcum, & D.Eliſabet-
tam de Prado eius ſororē, & Franciſcū Marquez
eius virum, & ex apocis ſolutionum productarū
per dictum D.Ioannem de Añaya, quæ nō ſolùm
intelliguntur fuiſſe factæ per dictum D. Franci-
ſcum reſpectu illius fratris, ſed etiàm ſuorū pa-
rentum, qui tanquàm hæredes erant etiàm ei
debitores, ità remanſit illi ius illæſum contra
15 ipſos, & eorum bona; † nàm ſoluens pro alio
vtile negotium gerit, l.ſoluēdo ff.de negot.geſt.
& l. fin.C.eod.tit.Deciſio Genuæ 170. num.1.&
ipſum liberat, & aduerſus eum negotiorum ge-
ſtorum actionem acquirit, §.1.Inſtit.quibus mo-
dis tollitur oblig. l.3. tit.14. par.5. d.l.ſoluendo
gloſ.& DD.in l.ſed an vltrò §.1.ff.de negot.geſt.

l. cum pecunia eiuſdem tituli, l. ſi negotium C,
eodem, l. ſi pro me, & l. ſoluere ff. de ſolut. De-
16 ciſio Genuæ 143. num. 2. † imò taliter ſoluenti
repetitio conceditur aduerſus eum, pro quo ſol-
uit, Bart. in l. Stichum §. fin. vbi gloſ. ff. de nouat.
Gregor. Lopez in l. 3. tit. 14. par. 5. gloſ. 6. Deci-
ſio Genuæ 70. nu. 2. non ſolùm quantùm ad ſor-
tem principalem, ſed etiã quantùm ad intereſſe
ſoluenti ſequutum, vt eadem Deciſio Genuæ nu.
1. deciſ. 197. probat, & reſoluit.

Et ità iuſtè potuerunt adiudicari dicto Don
Franciſco de Prado ſuper dictis domibus dicti
538. V270. marauedis, quos ſolueret pro dicto
eius fratre, cùm valor dictarum domorum de-
ducto cenſu antiquo ſuper eis impoſito non
aſcenderet ad dictam ſummam, & dictæ domus
remanſiſſent affectæ ſolutioni ſuorum debito-
17 rum, † & ità tranſierint ad eius parentes, l. ſi fi-
deicommiſſ. §. tractatum ff. de iudic. & l. hæredi-
tas cum ſimil. ff. de regul. iur. Molina lib. 1. de
primogen. cap. 10. num. 3. Præſertim, quia ſolu-
tiones fuere factæ per dictum D. Franciſcum vi-
ce, & loco ſuorum parentum, qui illas debebant
facere tanquàm hæredes, nec tùnc temporis re-
periebantur cum commoditate faciendi illas;
quinimò propter eorum ſenectutem, & graues
infirmitates eos domi alebat, & curabat. Et quã-
uis non conſideraretur perſona D. Antonij ori-
ginarij debitoris, ſed dictorum eius parentum,
18 adhùc erat valida dicta aſſignatio, † & contra
ipſum, & eius bona competebat actio mandati
pro ſolutionibus factis, l. cum mandato, & l. qui
fide ff. mandati, Deciſio Genuæ 154. nu. 1. l. quæ
vtiliter §. Titius ff. de negot. geſt. ac ſi ipſi mu-
tuaſſent pecuniam ad faciendum ſolutiones, vt
in ſimili tradit Borgn. Caualcan. deciſ. Fiuizan. 8.
num. 16. par. 2. & eſt idem, ac ſi dictus D. Fran-
ciſcus de Prado ſucceſſiſſet in ius, & locum di-
19 ctorum creditorum, † qui iura ſua illi ceſſerũt
tranſlatiuè, & non extinctiuè, ex l. debitor, vbi
Paul. de Caſtro, Alexand. & Fulgoſ. ff. ad S. C.
Trebellian. l. ex ſextante in fine ff. de re iudic.
Gratus reſponſ. 92. num. 32. & ſeq. lib. 1. † nàm
ceſſionarius per ceſſionẽ efficitur procurator in
rem ſuam, l. 2. & 3. l. ſi inſolutum C. de action. &
obligat. & l. emptor C. de hered. vel action. vend.
21 Angel. conſ. 89. nu. 2. † & ità ceſſionario compe-
tunt omnia iura, quæ competebãt cedenti, Paul.
de Caſtro num. 6. Alex. & alij in l. poſtulante ff.
22 ad trebell. Specul. lib. 2. tit. de ceſſio. actio. † quia
tranſit in ceſſionarium priuilegium etiàm cohæ-
rens perſonæ cedentis, Alex. num. 6. in d. l. poſtu-
lante, Florian. de Sancto Petro in l. in iudicio nu.
2. ff. famil. erciſc. Roderic. Xuarez in l. poſt rem
iudicatam in declarat. l. Regni extenſio. 7. Suarez
de Paz in praxi 1. tom. par. 5. cap. 8. num. 32.
& 34. Parlador. lib. 2. rerum quotidianar. cap.
23 fin. 3. par. §. 4. num. 5. † & ità ceſſionarius actio-
ne ſua poteſt experiri tàm ex perſona ſua, quàm
cedentis, vt notat Bart. in l. emptor C. de hæred.
vel actio. vend. & in l. ſi duo in fine ff. de ſolut.
cum alijs per Alexand. conſ. 137. in cauſa, & lite,
col. 2. vol. 2. Tiber. Decian. conſ. 9. num. 38. lib. 1.
24 † & eſt ratio, quia ſuccedens in ius alterius, vti-
tur iure illius, l. ſi aquæductus ff. de contrahend.
empt. l. ſi forma cenſuali §. quanquàm ff. de cenſib.
& l. qui in ius 137. vbi Decius num. 1. ff. de regul.
iur. Feder. Schen. lib. 1. feudor. tit. 1. §. hoc autẽ n
num. 3. in fine.

Et quando ſupradicta ceſſaſſent, & non fuiſ-
ſet ità certum, prout eſt, quòd non potuit fieri
vinculum dictarum domorum in præiudicium
creditorum; ſed fuiſſent liberæ, & ad libera m
diſpoſitionẽ dicti Antonij de Prado, & eius vxo-
ris, ex alio etiam capite nõ poterit vinculum ſub-
25 ſiſtere, † cùm multò anteà feciſſet meliorationẽ
tertij & remanentis quinti ſuorum bonorum
ad fauorem dicti D. Franciſci, non potuit dein-
ceps facere aliam meliorationem tacitam, nec
expreſſam in fauorem alterius ſui deſcendentis,
foret enim excedere à facultate permiſſa, & con-
ceſſa per leges Regias, videlicet 3. 9. & 12. tit. 5.
lib. 5. recopil. vbi Matienzo, Azeuedo, & Angulo,
Roderic. Xuarez in l. quoniàm in prioribus in
declarat. legis Regni quæſt. 9. nu. 21. & exceſſus
26 fuiſſet nullus; † nàm quandò quis donat, vel le-
gat vltrà id, quod poteſt, legatum, aut donatio vi-
tiatur in eo, quod ſuperfluum eſt, l. ſancimus C.
de donationib. in princ. verſ. *ſi quid autèm*, l. ge-
nerali §. vxori ff. de vſufruct. legat. l. qui quartam
ff. de legat. 1. l. ſi mihi, & Titio §. 1. ff. de legat. 2.
l. 7. tit. 12. lib. 3. fori, ibi: *y ſi mas diere, no vale la
donaçion mas de en aquello, que puede dar.* l. 26.
Tauri, quæ eſt hodiè l. 10. tit. 6. lib. 5. recopilat.
ibi: *y ſi de mayor valor fuere, mandamos, que vale
haſta en la cantidad del dicho terçio, y quinto, y le-
gitima*, vt bene ponderat Molina lib. 1. de primo-
gen. cap. 8. num. 19. & ità fuit ſatis iuri conforme
in dicta diuiſione, & concordia deducere ex bo-
nis, quæ fuerant dicti D. Antonii, quod debeba-
tur dicto D. Franciſco, non obſtante quòd ipſe,
& dicta D. Eliſabetha eius ſoror eſſent hæredes
ſuorum parentum cum beneficio legis, & inuen-
27 tarij, † cùm tali caſu non confundantur actio-
nes, quæ illi competebant, iuxta l. fin. §. ſi verò &
ipſe, vbi Gloſſ. C. de iure deliber. l. 8. tit. 6. par. 6.
& ibi Gregor. Lopez.

Et ità ceſſauit dictum prætenſum vinculum,
nulliter, & inualide factum, & ſtandum eſt dictæ
diuiſioni, iuxta l. nè in plures ff. de exerc. actio.
28 † quibus apparet nil eſſe magis contrariũ vnio-
ni, & vinculo, quàm diuiſio, & ſeparatio bonorũ,
Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 4. num. 13. &
16. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 115.
num. 3. & cùm dicta diuiſio facta fuerit ex tàm
legitima cauſa, conſentiente, & approbante D.
Eliſabetha auia dicti D. Antonij, cuius prætendit
29 ſe eſſe hæredem, † non poteſt contrauenire
illius facto, iuxta tex. in l. cùm à matre C. de rei
vendic. l. ex qua perſona ff. de regul. iur. l. vindi-
cantem ff. de euictionib. & l. filiusfamilias §. cùm
pater ff. de legat. 2. Molina lib. 4. de Hiſpan. pri-
30 mogen. cap. 1. num. 17. † nàm vulgare iuris axio-
ma dicit, quem de euictione tenet actio, eundem
agentem repellit exceptio, l. exceptione, l. ſi ob
cauſam, & l. ſiuè poſſeſſio C. de euict.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Iuſtitia dicti D. Ioannis de Añaya corrobora-
tur animaduerſo, quòd dictus D. Franciſcus de
Prado notitiam habens, quòd dictus D. Alphon-

fus

ſius Diaz de Aguilar, & D. Ioanna de Prado eius
vxor mater dicti Don Antonij Diaz iactabant ſe,
quòd dictæ domus erāt vinculatæ, & ipſe, & eius
ſucceſſores vocati ad illas, conuenit illos iudi-
cialitèr in hoc Tribunali Conchenſi, in cuius iu-
riſdictione ſunt ſitæ, petendo, illos condemnari,
31 vt deſiſterēt à dicta iactantia, & ſucceſſiuè, quod
declararetur, domos prædictas ad ipſum liberè
ſpectare, & in eis manuteneri ex remedio, quod
in ſimilibus caſibus DD. tradunt ex l. Aurelius
§. centum, vbi gloſ. fin. ff. de liber. legat. l. ſi duo
patroni in princ. ff. de iure iur. l. vti frui §. verùm
ff. ſi vſusfruct. petatur, & l. ſi pater C. qui bonis
cedere poſſunt, vbi Bart. Abb. nu. 2. Felyn. & alij
in cap. ſi quis contra clericum de foro compet.
idem Felyn. in cap. ſignificauit num. 5. de teſtib.
Suarez alleg. 4. num. 5. Couar. lib. 1. variar. cap. 18
num. 3. & Molin. lib. 3. de primogen. cap. 14. nu. 6.
& 22. & in terminis l. diffamari C. de ingen. ma-
numiſſ. Paz in praxi tom. 3. cap. 9. §. 2.

Et cùm cauſa fuerit tractata iuridicè, & pro-
lata ſentētia diffinitiua per Licentiatum Gomez
de Portillo Locumtenentem Præfecti dictæ Ci-
uitatis, per quam declarauit, dictas domos eſſe
proprias dicti D. Franciſci de Prado virtute di-
ctorum iurium, & cōdemnauit Partes aduerſas,
& dictum Franciſcum Marquez, & D. Eliſabet-
tam de Prado, vt deſiſterent à dicta iactantia, nec
vllo futuro tempore moleſtatent dictū D. Fran-
ciſcū ſuper præfatis domibus, impoſito illis per-
petuo ſilentio, & dicta ſententia tranſierit in au-
ctoritatem rei iudicatæ, virtute decreti lati ab
eodem Iudice, obſtat ad præſens eiſdem D. Al-
phonſo, & D. Antonio Diaz de Aguilar exceptio
32 rei iudicatæ, † cùm ſententia fecerit ius inter
dictas partes, l. 1. vbi DD. ff. de re iudic. l. res iu-
dicata ff. de regul. iur. Curtius iunior conſ. 177.
num. 13. Matth de Afflict. deciſ. Neapol. 13. num.
28. Deciſ. Genuæ 164. nu. 7. Roland. à Valle conſ.
6. num. 2. lib. 3. quæ exceptio fuit legitimis cauſis
inuenta, vt ſcilicèt ſingulis controuerſijs, vnus iu-
dicati finis ſufficeret, l. ſingulis ff. de except. rei
iudic. Rebuff. tract. de except. num. 504. in fines
nām vt inquit Caſſiodor. lib. 1. variar. cap. 5. *In
immenſum trahi non decet finita litigia. Quæ enim
dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſenten-
tijs acquieſcitur (vnus enim inter procellas huma-
nas portus inſtructus eſt, quem ſi homines feruida
voluntate prætereunt, in vndoſis iurgijs ſemper er-
rabunt.)* idem lib. 4. epiſt. 37. *Quapropter ſi nobis
iubentibus iudicata cognoſcitis, nec conſtas aduer-
ſarium prouocaſſe legalitèr, finitū iure negotiū in ſua
facias firmitate manere.* ſuntq; notabilia verba di-
ctæ legis ibi. *ſingulis controuerſijs ſingulas actio-
nes, vnumq; iudicati finem ſufficere probabili ratio-
ne placuit, ne aliter modus litiū multiplicatus ſum-
mam, atque inexplicabilem faciat difficultatem* ma-
ximè ſi diuerſa pronunciarentur, parere ergò ex-
33 ceptioni rei iudicatæ frequens eſt, † nec aliud
iura deſiderant, quàm litibus finē imponi, l. quæ-
ritur ff. de peculio, cap. finem litibus, vbi Anton.
de Butriō num. 5. & 14. cap. venerabilis de dolo,
& contum. & cap. 2. de ſent. & re iudic. l. litibus
C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. properandum
C. de iudic. qui finis per ſententiam imponitur,
l. 2. §. fin. C. de veteri iure enucl. l. terminato C.
de fructib. & litium expenſ.

34 † Ideò cùm ſententia, quæ in rem iudicatam
tranſiuit pro veritate habeatur, d. l. res iudicata
ff. de regul. iur. l. Hereonius §. Caya ff. de euict.
cap. quod ad conſultationem de re iudic. gloſ.
verbo *innouata* in cap. non ſolùm de appellat. lib.
6. Rebuff. vbi proximè, Roland. à Valle conſ. 98.
nu. 2. lib. 2. Burgos de Paz conſ. 50 num. 3. Vdal-
ric. Zaſius conſ. 3. num. 1. lib. 1. Menoch. lib. 2.
præſumpt. 67. num. 48. Mexia ad l. Toleti *de los
35 terminos* 1. par. fundam. 2. num. 8. † non eſt vlte-
riùs quærendum de iuſtitia, aut iniuſtitia iudi-
cati; ſed ſolùm, an iudicatum ſit, vt inquit Bald.
in cap. nihil de elect. & eſt optimus text. in l. 1. C.
de condict. indeb. vbi indebitum repetitur, niſi
ex cauſa iudicati ſolutū ſit, & vt in ſimili ait tex.
in cap. in iſtis 4. diſtinct. non eſt quærendum de
viribus negotij principalis, ſed an res deciſa ſit
per rem iudicatam.

36 † Hinc eſt, quòd DD. vno ore affirmant, ſen-
tentiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, facere
de albo nigrum, de non ente ens; de non vero
verum, & de nihilo aliquid, gloſ. verbo *repeti* in
l. ſi non fortè ff. de condict. indeb. Iaſ. in l. Iulianus
verum debitorem nu. 2. eodem tit. Bald. in cap.
noſtri num. 2. de elect. Curt. iunior conſ. 23. incip.
præſupponitur num. 2. Caualcan. deciſ. Fiuiz. 10.
num. 14. & deciſ. 14. num. 10. Aymon Crau. conſ.
79. nu. 1. Gregor. Lopez in l. 16. tit. 11. par. 3. gloſ.
9. Parlador, lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 1. par.
§. 1. num. 1. Mexia vbi proximè num. 11. & 13.
37 † & quemadmodùm vbi eſt caſus legis, ceſſat
omnis dubitatio, l. ancillę C. de furtis, Chriſtoph.
de Caſtellion. conſ. 23. num. 3. ſimilitèr vbi eſt
caſus ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam, d. l.
res iudicata ff. de reg. iur.

38 † Et ſi, prout certum eſt ſententia alicuius Iu-
dicis prolata in caſu ſimili inducit præſumptio-
nem iuris pro deciſione conſimilis caſus ex do-
ctrina Gloſſ. & Bart. per text. ibi in l. ſi duo pa-
troni ff. de iure iuran. l. 2. C. de offic. ciuilium Iu-
dicum, Anton. de Butrio, Abb. & Felyn. in cap.
fin. de ſent. & re iudic. Alex. in l. ſæpè num. 70. ff.
de re iudic. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 67.
39 num. 1. & 22. † multò magis, & potiori ratione
hoc procedet in eodem Tribunali, in quo fuit
lata dicta ſententia contra eaſdem perſonas, nàm
& inter diuerſas, tex. in l. licèt §. fin. & §. & ſi cum
ff. nautæ, caupones, ſtabularij diſpoſuit exercito-
re conuento, & abſoluto, ſi de eadem re nauta
conueniatur, datur ei exceptio rei iudicatæ, no-
tat ibi Gloſa finalis l. ſi quis cùm totum §. planè
ff. de except. rei iudic. in tantùm enim res iudi-
cata pro veritate habetur, vt dixerint Socc. conſ.
40 10. nu. 21. lib. 1. & Corne. conſ. 62. vol. 4. † quòd
nec Princeps, nec eius Conſiliarij debent cōtra
eam iudicare, & confirmat reſolutio Bald. conſ.
400. incip. pro parte Zannini num. 1. vol. 3. quòd
ſuper ſententijs, & præceptis, quæ tranſiuerant
in rem iudicatam, non poteſt impetrari reſcri-
ptum à Principe, per quod pronunciationis im-
pediatur effectus, vt C. ſent. reſc. non poſſ. l. fin.
41 & notauit Mexia vbi proximè num. 4. † & facit
gloſſ. meritò reputata ſingularis in clem. dudùm

verbo

verbo *paƈta* de ſepultur. dicens, quòd etſi per
Principem tollatur pactum, non tamèn ſi fuerit
confirmatum ſententia. Roman. ſingul. 7.

Et hoc eſt magis certum animaduerſa, & cõ-
ſiderata clauſula, in qua fuit impoſitum perpe-
tuum ſilentium parentibus dicti D. Antonij de
42 Aguilari † nàm dicta clauſula inducit perpetuã,
& generalem exceptionem rei iudicatæ reſpe-
ctu cuiuſcunque cauſæ, l. & an eandem §. actio-
nes ff. de except. rei iudic. l. cùm quæritur eod.
tit. & inducit ciuilem ſecuritatem, Bald. in
l. 2. in fin. C. commin. epiſtol. & proclam. & in
l. elegantèr §. ſi quis poſt ff. de condict. indeb.
& in l. præſes C. de ſent. & interloc. omn. iudic.
facit l. 3. C. vt lite pendent. ibi: *perpetuò ſilere
debuit*, Otalora de nobilit. 3. par. cap. 9. num. 15.
Ioan. Garzia eodem tract. gloſſ. 8. §. 1. nu. 16.

Nec obſtabit dicere, quòd in dicta ſententia
non fuit expreſsè declaratum, quòd dictę domus
erant liberæ à vinculo, ad cuius titulum eas præ-
tendit dictus D. Antonius; nàm ſufficientiſſimè
fuit declaratum contra vinculum, eſſeq; liberas;
& tanquàm tales pertinere ad dictũ D. Franciſcũ
virtute diuiſionis, in qua illi fuere adiudicatæ pro
ſummis ab eo ſolutis creditoribus, & ità ſenten-
43 tia compræhendit excluſioné iſtius litis: † quia
ſententia probat non ſolùm in ipſa expreſſum;
ſed etiàm omne neceſſarium antecedens, l. quod
in diem ff. de compenſat. l. duobus ff. de except.
rei iudic. & l. 1. & 2. C. ſi ex falſis inſtrumentis,
gloſ. in cap. ſuborta, verbo *reprobaſſe* de ſent. &
44 re iudic. Alciat. reſponſ. 10. num. 9. † & non ſo-
lùm facit rem iudicatam in eo, quod determinat,
ſed in præſuppoſito determinationis, iuxta caſũ
magiſtralem, & elegantè in l. ſi quis cùm totum
§. fin. verſic. *& generalitèr* ff. de except. rei iudic.
vbi Soccin. bonus tex. & non paſſim allegatus in
l. 1. verſ. *ſed non vtique* ff. ad S.C. Turpilian. ibi:
*Si autem pronunciauerit, calumniatus eſt, condem-
nauit eum. & quàmuis nihil de pœna ſubiecerit, ta-
mèn legis poteſtas aduerſus eum exercebitur*; vndè
Abb. num. 35. poſt Innocent. in cap. finem litibus
de dolo, & contumac. circa finẽ ſingularitèr ad-
uertit, quòd quandò Iudex decidit, & determi-
nat aliquid, quod de neceſſitate infertur ex re
deciſa, illud non dicitur noua determinatio, ſed
executio prioris. idem docuit gloſſ. verbo *alimẽ-
torum* in l. ſi Iudex ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie-
ni iuris, & verbo *pronunciatum* in l. 2. C. de ordin.
45 cognit. † quòd ſententia, in qua aſſignantur ali-
menta ei, qui litigabat ſupèr filiatione, facit rem
iudicatam reſpectu illius, cùm eſſet præſuppoſi-
tum neceſſarium, propter quod aſſignabantur,
46 facit l. ſi plures ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. † vbi
licèt lex requirat aliquid ſpecialitèr expreſſum,
non eſt neceſſaria particularis, & indiuidua ex-
preſſio, ſed ſufficit illa, quæ qualitercunq; ex ver-
bis reſultat, l. quotiès §. ſi quis nomen ff. de hæ-
redib. inſtituend. vbi gloſ. & in l. cùm quęrebatur
ff. de milit. teſtam. Bald. in l. vnic. num. 10. C. de
his, qui antè apertas tabulas, quẽ ſequitur Curt.
ſenior conſ. 75. col. 1. ad finem, Decius conſ. 397.
num. 6. & ità virtualitèr fuit pronunciatum in
dicta ſententia, non potuiſſe dictas domos vin-
culari, nullumq; eſſe illarum prætenſum vinculũ.

47 † Et cùm ſententia prædicta fuerit lata cum
dictis D. Eliſabettha de Prado, & D. Ioanna eius
filia, quas tangebat prætenſio dicti D. Antonij,
primoque loco, quàm ei, præiudicat ipſi ſenten-
tia contra eas lata, & omnibus ſucceſſoribus, etiã
non citatis, ex his, quæ tradunt Bart. Angel. Ro-
man. & Paul. in l. in diem, & l. in concedendo ff.
de aqua pluuia arcend. Angel. & Imol. in l. filius
familias §. Diui, vbi Alex. num. 9. ff. de legat. 1. vbi
Iaſ. num. 47. Roderic. Xuarez alleg. 27. nu. 3. Anto.
Gomez in l. 40. Taur. nu. 75. Couar. in pract. cap.
13. nu. 6. Molina lib. 4. cap. 8. num. 3.

48 † Et hoc magis certum redditur animaduer-
ſo, quòd, ſi benè conſideretur, in hac cauſa con-
currunt identitas rei, cauſæ, & perſonarum, qui-
bus concurrẽtibus, ſinè dubio opponi poteſt de
re iudicata, d. l. cùm quæritur, cum duab. ſeqq.
ff. de except. rei iudic. l. cùm de hoc iuncta gloſ.
verbo *proxime*, & in l. Iulianus, & in l. ſi quis cùm
totum §. generalitèr ff. eodem tit. Bart. Alberici
& alij in d. l. & an eandem, Paul. Caſtr. in d. l. cùm
quæritur, Fulgoſ. in l. 1. num. 4. C. quandò ciuilis
actio præiudicet criminali, Curtius iunior in l.
poſthumus §. ſi quis ex his, nu. 3. ff. de inoffic. te-
ſtament. Rebuff. d. tract. de exceptionib. nu. 105.
49 & ſeq. de primo ſatis conſtat, † quia de eadem
re agere videtur, qui rem ipſã, in qua ſuccubuit,
proſequitur, l. de eadem in fine, & l. cùm de hoc
eodem tit. de except. rei iudic. l. ſi quis cùm totũ
in d. §. & generalitèr, vbi totiès eandem rem agi
dicit, quotiès apud Iudicem poſteriorẽ id quæ-
ritur, quod apud priorem quæſitum eſt, & gene-
ralitèr exceptio hęc rei iudicatæ obſtat, quotiès
inter eaſdem perſonas eadem quæſtio reuoca-
tur: cùm petantur dictæ domus ex eadem cauſa
prætenſi vinculi, d. l. Iulianus, l. ſi mater §. eandem
cauſam, facit etiàm origo petitionis eodem tit.
Rebuff. vbi proximè num. 106.

Et quòd ſint eædem perſonæ, conſtat, cùm
D. Alphonſus de Aguilar ſit ipſe, cum quo fuit li-
tigatum viuẽte D. Ioanna vxore, & dictus D. An-
tonius eius filius reputetur eadem perſona cum
50 matre † tàm ratione filiationis, l. cùm ſcimus in
fin. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Roland. à Valle
conſ. 52. quia tempus num. 10 vol. 1. l. fin. C. de
impuber. & alijs ſubſtit. Surd. tit. de aliment. tit.
3. quæſt. 1. num. 4. & quæſt. 3. nu. 20. allegans cap.
cõtradicimus §. hac authoritate 35. quæſt. 3. Bar-
batia conſ. 10. num. 5. & conſ. 20. num. 19. vol. 2.
quàm etiàm ea ratione, quòd ſit illius hæres, l. an-
tiquitas C. de vſu, & habit. l. fin. ff. de hæred. inſt.
& l. hæres ff. de vſur. Hieronym. Gratus reſponſ.
91. num. 1. vol. 1. & reſponſ. 86. nu. 18. vol. 2.

Et dictus D. Ioannes de Añaya, eò quòd emit
dictas domos à dicto D. Franciſco, habet cauſam
ab ipſo, & ex illius iuribus ſe poteſt tueri tanquã
eius ſucceſſor, & in hac parte illius perſonam
51 repreſentat; † nàm ſucceſſoris appellatione
venit emptor, l. non tantùm 51. in princ. ff. de
fideicommiſſ. libert. Alciat. reſponſ. 256. num. 1.
52 † & ideò res iudicata in fauorem venditoris pa-
rit rei iudicatæ exceptionem emptori, l. ſi mater
§. item Iulianus, ibi: *agenti tibi mecũ familiæ erci-
ſcundæ obſtabit exceptio; quia res iudicata ſit inter
te, & venditorem meum* ff. de except. rei iud.

Et

Et cùm ex dictis cauſis appareat, nullum ius
habere dictum D.Antonium Diaz ad proprieta-
tem domorum, nec etiàm ad poſſeſſionem illa-
rum, quam prætendit, cùm dictus D.Ioannes de
Añaya ſit, & reperiatur in illa tanquàm dominus,
53 in eaquè ſit manutenendus; † nàm poſſeſſoris
iure probato miſſio ex aduerſo petita fieri non
debet, l.2. C.de edict. diui Adrian. tollend. poſt
gloſſ. & in l.fin. C.eodem tit. Innoc.in cap.2.de
cauſ. poſſeſſ. Bart. & Angel. in l. incerti C. de
interdict. idem Bart. in l.ſi de vi ff.de iudic. De-
cius in d.l.2. lex. ſingularis in l.ille, à quo §.ſi de
teſtamento ff. ad S.C.Trebellian. Burg. de Paz
conſ.39. num.3. habet enim in hoc iudicio locũ
54 regula iuris, quæ dictat, † dolo facere eum, qui
petit, quod reſtituturus eſt, l.dolo facit, vbi De-
cius ff.de regul. iur. DD.in d.l. fin. C.de edicto
diui Adrian. tollend. & in l. ſi idem ff. de iudic.
Abb. & alij in cap.ex literis de reſtitut.ſpoliator.
55 Burgos de Paz vbi proximè num. 4. † & cùm
cauſa proprietatis dignior ſit, trahit ad ſe poſſeſ-
ſionis cauſam tanquã minus dignã, arg. cap.quod
in dubijs de conſecr.Eccleſ.vel altaris, Menoch.
56 de retin.poſſeſſ.remed.6.nu.165.† & ideò quã-
dò aliquis agit interdicto adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis, obſtat dominij exceptio, ſi probationes in
continenti offerantur, gloſ. magna in fine in l. ſi
de vi ff.de iudic.Gregor.Lopez in l.27.tit.2.par.
3. gloſ.6. in princ.& multò magis hoc procedit,
quandò ipſis receptis, vt in noſtro caſu, conſtat
57 de iure conuenti, & de non iure agentis; † nàm
notorius defectus proprietatis obſtat agenti poſ-
ſeſſorio etiàm in profanis, vt poſt Oldrad. conſ.
224. cap. ſignificaſti de diuortijs, gloſſ. magna
in cap.fin.de reſtitut.ſpoliator. lib.6. Alex.conſ.
77.in cauſa, & lite num 12.vol.2. Pariſ. conſ.53.
volum.3.Anton.Gabriel lib.5.concluſ.tit.de re-
ſtitut.ſpoliator. concluſ.1.num.101.in fin.& nu.
103.verſ.*contrarium*, & num.80.84.& 192. & fa-
58 cit magis in terminis; † nàm quicquid detrahit
iuri prætenſi vinculi, aut maioriæ, detrahit &
poſſeſſioni, l. non putauit §. non quæuis ff. de
bonor.poſſeſſ.contra tabulas, vbi Bart.idem in
l.1.§.paru ff. quod vi, aut clàm, l.ſi in adoptio-
ne, verſ.*& ſi non iure ſcriptus* ſecundùm primam
lecturam ff.de contra tabulas, Abb. in cap. itèm
cùm quis de reſtitut.ſpoliator. doctè Molina lib.
3.de primogen.cap.13.num.10.& quatuor ſeqq.
& ità nec in petitorio, nec in poſſeſſorio habet
ius D.Antonius ad dictas domos, nec prætensũ
illarum vinculum.

Quod eſt magis certum animaduerſo, quòd
illius teſtes non concludunt rem releuantem, ne-
que quòd Antonius de Prado ſatisfeciſſet debita
illius filij, nec ad id habuerit bona ſufficientia,
vt vltrà meliorationem, quam fecerat D.Franci-
ſco, potuiſſet aliam facere. præſertim dictarum
59 domorum, quæ ſuæ non erant, † probatio autẽ
incerta non releuat, cap.in præſentia de probat.
Bart. num.1. in l. ſi quis intentione ff. de iudic.
Bald.in l.1.num.3.C.de probat.& in l.teſtium
nu.15. C.de teſtib. Anton.de Butrio in cap.cùm
ad ſedem nu.24.de reſtit.ſpoliat. Roder. Xuarez
in l.1. nu.20. tit.*de las arrhas*, præſertim quia
Alphonſus Muñoz de Piqueras, & D.Maria de
60 Prado ſunt cõſanguinei dicti D. Antonij; † qui-
bus ea de cauſa non creditur, cap. conſanguinei
3.quæſt.5.& gloſ.in ſumma ibidem, Speculat.tit.
de teſte §.1. verſ. *ſed nùmquid agnati*, Rebuff. in
tit.de reprobat.& ſaluat.teſtium num.149. Alex.
conſ.133.num.8.lib.1. Abbas in cap.in literis nu.
4. de teſtibus.

Et Didacus de Ocaña, & Maria de Contreras
ſunt inimici dicti Don Frãciſci ex cauſis expreſ-
ſis in actis, in hac cauſa productis, & vti tales de-
poſuere aduerſus eum in iudicio dictæ diuiſio-
nis, qua de cauſa illos tunc temporis reproba-
61 uit, & ad præſens non poſſunt fidẽ facere † ra-
tione inimicitiæ, l.3. ff.de teſtib. cum alijs, de
quibus Alex. conſ.99. lib.1. Burgos de Paz conſ.
43.num.19.Anton.Gomez 3.tom.tit.de probat.
delict.num.14.Ioan.Guttier.conſ.24.nu.24.Ro-
land. à Valle conſ.24.nu.27.vol.1. & hanc ſecun-
dam depoſitionem fecit inſequẽdo, quod priùs
depoſuerat, & vltrà conſanguinitatem, quam ha-
bet dicta Maria de Contreras cum dicto D.An-
tonio, eò quòd eſt neptis D.Ioannæ de Contre-
ras illius proauiæ cõſtat de illius affectione, cùm
in reſponſione ad generales dicat expreſsè, quòd
deſiderat, quòd dictus D. Antonius victoriam
obtineat in hac lite, ideòque tali de cauſa non eſt
62 illi fides adhibenda; † teſtis enim ratione affe-
ctionis, & deſiderij reprobatur, vt ait Rebuff. d.
tract.de reprobat.& ſaluat.teſtium num.89. 268.
& 340. nàm vt ait gloſſ.in l.penul.C.de condict.
63 cauſa data; † quòd lucrari dicitur, qui volunta-
tem explet. In quo verſatur etiàm aliquod ge-
nus intereſſe ſaltim affectionis, quod iura conſi-
derant ad effectum, nè fides teſtibus adhibeatur,
l.3.§.ideòque ff.de teſtib. Carol.Ruyn. conſ.45.
col.6.circa princ.lib.4. Ioſeph.Ludou.deciſ.Lu-
cenſi 14. num. 9. Ex quibus omnibus reſoluo,
iuri conſonum mihi videri, debere pronunciari
in fauorem dicti D.Ioannis de Añaya; ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſus dicitur mortuus mundo poſt pro-
feſſionem.*
2 *Mors omnia ſoluit.*
3 *Mors eſt finis naturæ*
4 *Monachus cenſetur ſeruus.*
5 *Seruitus non procul differt à morte.*
6 *Mors eſt anteponenda ſeruituti.*
7 *Seruus incapax eſt iuris patronatus.*
8 *Seruus non poteſt teſtari.*
9 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm
ipſe habet.*
10 *Patrono naturalitèr, vel ciuilitèr extincto, extin-
guitur ius illius.*
11 *Ius patronatus non tranſit ad alios, niſi quatènus
permittit Eccleſia.*
12 *Monaſterium non capit vt hæres bona ingreſſi.*
13 *Sanguinis iura in Monaſterium non tranſeunt.*
14 *Feudum non tranſire in Monaſterium, qui teneãt.*
15 *Officio qui non poteſt deſeruire, non debet benefi-
cium habere.*
16 *Fratres Prædicatores, & alij Mendicantes qualì-
tèr habere poſſint bona in communi,*

17 Caj

17 *Capellania, & beneficium ſi ex inſtitutione requirit ordinem ſacrum, non poterit dari clerico primæ tonſuræ.*
18. *Beneficij natura debet attendi.*
19 *Senior eſt præferendus iuniori.*
20 *Proximior in gradu præfertur.*
21 *Declaratio vltimi poſſeſſoris maioratus circa eum, qui debet ſuccedere an attendatur.*
22 *Parochus quandò poſſit præſentari ad beneficium iuris patronatus.*
23 *Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. ponderatur.*
24 *Capellaniæ poteſt ſeruiri per ſubſtitutum, licèt ex diſpoſitione fundatoris ſit conferenda clerico, qui quotidiè celebret.*
25 *Monachus non amittit iura ſanguinis.*
26 *Monachus non perdit nobilitatem generis.*
27 *Monachus potitur iure ſuitatis.*
28 *Monachus retinet originem.*
29 *Monachus ad maiorem ſtatum aſcendere cenſetur.*
30 *Ciuilitas prior non tollitur per dignitatem ſuperuenientem.*
31 *Monaſterium ex perſona ingreſſi nanciſcitur poſſeſſionem.*
32 *Poſſeſſio bonorum ingredientis Monaſterium in illud tranſit.*
33 *Monachus conſeruat agnationem.*
34 *Monachus non perdit ius ſuccedendi.*
35 *Monachus poteſt inſtitui hæres, & in Monaſteriũ tranſit hæreditas.*
36 *Monaſterium, quod aliquis ingreditur, habetur loco filij hæredis.*
37 *Conditio ſi ſinè liberis verificatur in Monaſteriò capaci bonorum in communi.*
38 *Monachus, & Monaſterium in fideicommiſſo ſuccedunt quoad vitam monachi, & num. 39.*
40 *Monachus, & pro eo Monaſterium ſuccedit in emphyteuſi.*
41 *Monachus ſuccedit in melioratione tertij, & quinti.*
42 *Monaſterium quandò ex perſona monachi excludat fœminas.*
43 *Monachus Religionis capacis in communi ſuccedit in maioratu.*
44 *Argumentum de maioratu ad ius patronatus, & anniuerſaria valet.*
45 *Monaſterium durante vita monachi vtitur commoditate maioratus.*
46 *Ius patronatus tranſit in Monaſterium viuente monacho.*
47 *Ius patronatus poteſt Monaſterio relinqui, tanquã loco religioſo.*
48 *Ius patronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
49 *Monaſterium habetur loco hæredis.*
50 *Ius patronatus ad quoſcunque hæredes tranſit.*
51 *Perſonam donando, veniunt honorificentiæ.*
52 *Fideicommiſſi reſtitutio rumpitur oblatione perſonæ, & bonorum facta Eccleſiæ.*
53 *Ius patronatus libertorum qualitèr differat ab Eccleſiaſtico.*
54 *Ius patronatus tranſit in pium locum, etiàm ſinè licentia Prælati.*
55 *Mendicantes ſunt aliqui religioſi ex regula, alij ex conſtitutionibus.*
56 *Fratres Prædicatores Ordinis Diui Dominici qualitèr ſint capaces ſucceſſionum ex Conſtitutione Clementis Quarti.*
57 *Clerici, & Monachi non mendicantes qualitèr iuribus conſanguinitatis fruantur.*
58 *Conſuetudo, quòd Fratres Prædicatores ſuccedãt, valida eſt.*
59 *Teſtamentum primum tollitur per ſecundum minus ſolemne, quando ſit reditus ad ius commune.*
60 *Reditus ad ius commune eſt fauorabilis.*
61 *Patronus vt ſit vnicus, conuenit.*
62 *Vocati ordine collectiuo in ſucceſſionibus perpetuis veniunt ordine ſucceſſiuo.*
63 *Pluralitas multotiès reſoluitur in ſingularitates.*
64 *Patronos plures habere eſt oneroſum Eccleſiæ.*
65 *Communio ſolet diſcordias parere.*
66 *Ius patronatus ingreſſum in vnam lineam non tranſit in aliam, ſi ſunt de illa linea, in quam fuit ingreſſum.*
67 *Collatio facta ſinè præſentatione patroni eſt nulla, vel debet irritari, & num 68.*
69 *Præſentatus ab eo, qui eſt in poſſeſſione præſentandi, præfertur.*
70 *Forma inſtitutionis Capellaniæ eſt ſeruanda.*
71 *Fundator Capellaniæ poteſt apponere conditiones, & pacta.*
72 *Conditio obligans Capellanum ad dicendum miſſas in certa capella valet.*
73 *Obligatus facere aliquid in certo loco, vel cum genere perſonarum non adimplet aliter faciendo.*
74 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt.*
75 *Teſtatoris voluntas debet adimpleri in forma ſpecifica.*
76 *Voluntas teſtatoris habetur pro præcepto.*
77 *Voluntas teſtatoris debet ſeruari quantùm poteſt.*
78 *Fundator requirens cantari miſſam in certo altari, videtur requirere reſidentiam perſonalem.*
79 *Æquipollentia verba æquiparantur expreſſis.*
80 *Æquipollentium eadem eſt diſciplina, idemque iudicium.*
81 *Parochus debet perſonalitèr reſidere in ſua Parochia.*
82 *Reſidere in duobus locis nemo poteſt.*
83 *Epiſcopus non debet conferre beneficium non valenti reſidere.*
84 *Plura beneficia non debet aliquis habere.*
85 *Officia plurimorum non debet vnus habere.*
86 *Capellania regularitèr dicitur beneficiũ ſimplex.*
87 *Beneficia ſimplicia, quæ non requirunt reſidentiam.*
88 *Epiſcopus non diſpenſat, quòd habens vnum beneficium, habeat aliud, quandò repugnat fundationi.*
89 *Præſentatio beneficiati ad aliud beneficium requirit diſpenſationem.*
90 *Capellania quandò propriè ſit beneficium eccleſiaſticum.*
91 *Capellania dicitur curata, ſi requirat perſonalem reſidentiam.*
92 *Idoneus ad beneficium dicitur qui poteſt, & vult deſeruire.*
93 *Actus humani regulantur à poteſtate, & voluntate.*
94 *Beneficium datur propter officium.*

95 Be-

95 Beneficium conferri non debet ei, qui non poteſt gerere officium.
96 Idoneus dicitur qui non habet beneficium impediens alterius ſeruitium.
97 Fundator cenſetur ſe conformare cum iuris diſpoſitione.
98 Beneficium ſufficiẽs ad ſuſtentationem congruam, cenſetur incompatibile cum alio.
99 Beneficia plura ſimplicia quandò poſſint obtineri.
100 Beneficium eccleſiaſticum non obtinetur ſine canonica inſtitutione.
101 Omne qui dicit nihil excludit.
102 Verbum omnia eſt vniuerſale.
103 Dictio quæcunque eſt vniuerſalis.
104 Beneficium pingue pro tenui, non eſt veriſimile, vt aliquis relinquat.
105 Iactare ſuum nemo præſumitur.
106 Circuitus eſt vitandus.
107 Opinio æquior habetur, per quam circuitus vitatur.
108 Turpiùs eijcitur quàm non admittitur hoſpes.
109 Fruſtrà ſpectatur euentus, cuius nullus ſequitur effectus.
110 Dolo petit quis, quod reſtituturus eſt.
111 Præsbytero deficiente, qui debeat miſſas celebrare, poteſt præſentari in minoribus ordinibus conſtitutus.
112 Intentioni teſtatoris aliquandò ſatisfit per ſubſtitutum.
113 Ætas annorum 14. ſufficit ad beneficia eccleſiaſtica.
114 Clericorum appellatione veniunt habentes primã tonſuram.
115 Clericus primæ tonſuræ gaudet priuilegijs clericalibus.
116 Tonſura prima poteſt haberi ſeptimo anno.
117 Obſeruantia eſt magni momenti ad interpretandũ diſpoſitiones.
118 Pauper idoneus præfertur idoneiori non pauperi in beneficio ſimplici.
119 Beneficium potiùs debet conferri ei, qui benè fecit.
120 Præferri debent in beneficijs iuris patronatus illi, de quorum bonis Eccleſia eſt fundata.
121 Monachus non habetur pro mortuo quòad quærendum Monaſterio.
122 Mors ciuilis non cenſetur, monachum pro mortuo haberi, niſi quòad expreſſa in iure.
123 Mortis mentio regularitèr intelligitur de naturali, non de ciuili.
124 Verba intelligenda ſunt naturalitèr, & non ciuilitèr.
125 Monaſtica ſubiectio æquiparatur filiali, & non ſeruili.
126 Monachus quòad Abbatem ſuſtinet vicem filij.
127 Abbas poteſt monachum ſui Monaſterij vindicare.
128 Monachus per profeſſionem amittit patriam poteſtatem, & in Monaſterium tranſit.
129 Monachus quòad acquirendum Monaſterio equiparatur filiofamilias.
130 Pater recuſante filio adire poteſt hæreditatem ei delatam.
131 Abbas recuſante monacho adit hæreditatem illi delatam.
132 Monachus transfert in Monaſterium, quæ iure ſanguinis illi obuenerunt.
133 Sanguinis iura inſeparabilia ſunt.
134 Fiſcus eſt hæres penitùs extraneus.
135 Fiſcus multotiès ſuccedit in his, quæ ſunt iuris ſanguinis, durante vita delinquentis.
136 Monachus ſuccedit in feudo, ſi ſeruitium ſit tale, vt ab eo præſtari poſſit.
137 Probatio facta inter alios non nocet.
138 Linea deſcendentium potior eſt, quàm tranſuerſalium.
139 Maſculus & ab eo deſcendens, præfertur fœminæ, & ab ea deſcendenti.
140 Frater non poteſt pro fratre teſtificari.
141 Declaratio vltimi poſſeſſoris maioratus nil operatur.
142 Teſtator vocans ſuos conſanguineos cenſetur eorum induſtriam elegiſſe.
143 Seruitia perſonalia non præſtantur per alium.

P R O

Gabriele de Agreda Romo clerico prima tonſura Epiſcopatus Conchen.

C V M

Licentiato Santoyo Clerico Præsbytero Parocho Villæ de Sotoca.

A R G V M E N T V M.

Clericus primæ tonſuræ proximior teſtatori præfertur in Capellania iuris patronatus Præsbytero remotiori, præſertim habenti beneficium curatum in loco diſtanti ab eo, in quo fundata eſt Capellania. Et ius patronatus alicui competens tranſit ad Monaſterium ordinis Diui Dominici, in quo fuit profeſſus, vita illius durante.

CONSILIVM CXXXV.

SVpponitur in facto, quòd Petrus Gonzalez Romo inſtituit, & dotauit de proprijs bonis Capellaniam in capella Diuæ Mariæ Magdalenę ſita in parochiali Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis de Huete, vocauitq; in Capellanos conſanguineos ſuos proximiores, qui Capellaniam cantare poſſent, facultate præſentãdi relicta ſuis conſanguineis ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua, vt ad eorum præſentationem Epiſcopus Conchenſis dictam Capellaniam cõferret in titulum beneficij eccleſiaſtici, & poſſidente

dente illius ius patronatus Thoma Gonzalez Ro-
mo fuit profeſſus Religionem Diui Dominici in
Monaſterio Sanctæ Mariæ Villæ Complutenſis,
i & demùm vacante dicta Capellania de licentia
Prouincialis in ſcriptis obtēta, & Monaſterij no-
mine præſentauit ad illam dictum Gabrielem
de Agreda clericum, & Fundatoris conſanguineū
ex eadem linea patroni propinquiorem, Ex ad-
uerſo autèm dictus Licētiatus Santoyo ex tranſ-
uerſa linea, & per fœminam deſcendens, eò quòd
præsbyter, & natu maior, innixuſq; quadam præ-
ſentatione Annæ de Santoyo prætenſæ patronæ
prætendit capellaniam ſibi debere conferri. Et
licèt aliqua pro parte ipſius poſſint adduci, quæ
dublam efficere videantur prætenſionem dicti
Gabrielis, & ſuæ præſētationis validitatem, præ-
ſertim ſequentia.

Primum, quòd huiuſmodi Ius patronatus per
patroni profeſſionem videtur extinctum, & in
1 alium tranſitum feciſſe † nàm religioſus dicitur
mortuus mundo, licèt Deo viuat, cap. monachus,
cap. placuit, & cap. generalitèr 16. quæſt. 1. Abbas
conſ. 514. num. 4. Speculat. lib. 4. tit. de ſtatu mo-
nachor. num. 4. Bellam. concluſ. 713. nu. 2. Deciſio
Rotæ 28. ad medium de præbend. in nouis, Re-
buff. in cap. ſtatutum 11. num. 14. de reſcript. iun-
2 cta l. Deo nobis C. de Epiſc. & cler. † ideò cùm
mors ſoluat omnia, auth. de nuptijs §. deinceps
collat. 4. gloſ. verbo *defuncti*, vbi Bart. 1. oppoſit.
ff. ſi cert. petat. Marc. Ant. Eugen. conſ. 7. nu. 24.
3 vol. 1, mors enim, teſte Seneca libro vnico ſuaſo-
riarum, in ſuaſoria ad Ciceronem, naturæ finis
eſt, Lucianus in Dialogo Charontis ad finem,
4 † & quia monachus cenſetur ſeruus, cap. multos
54. diſtinct. Anto. de Butrio in cap. ſtatutum 11.
num. 12. de reſcript. Decius conſ. 494. nu. 14. In-
noc. in cap. cùm olim el ſecondo, nu. 6, de priuil,
Iaſ. in l. ſeruum tuum num. 16. ff. ſi cert. petatur,
Angel. conſ. 91, incip. ſancta nu. 2. Euerard. in lo-
cis legalibus, loco de ſeruo ad monachum nu. 1,
5 & ſeqq. † ſeruitutem autèm non procùl à mor-
te differre, tradit text. in auth. de nuptijs §. ſi ve-
rò decretum collat. 4. l. ſeruitutem ff. de reg. iur,
& l. 3. in fin. vbi Greg. Lopez gloſ. 7. tit. 2. par. 3,
6 † vt nō immeritò mortem ſeruituti anteponen-
7 dam Cicero dixerit officiorū lib. 1. † ideò ſicut
ſeruus eſt incapax iuris patronatus, vt reſoluit
Lambert. 1. par. lib. 1, 8. quæſt. princ. artic. 9. nu. 1,
8 & 8, † ſicùt eſt teſtandi, l. quod attinet ff. de reg,
iur. & argum. cap. quicunque, & cap. piæ mentis
16. quæſt. 7. iunctis adductis per Lambert. lib. 1,
de iure patronat. 1. par. 7. quæſt. princ. artic. 1. nu.
5. & alijs, qui reſoluit, eum acquirere ius patro-
natus poſſe, qui & poteſt teſtari, & è contrario,
ità & monachus, atquè ideò cùm ipſe non poſſit
ius patronatus habera, nec in Monaſteriū tranſ-
9 ferre poterit, † quia nemo plus iuris in alium
transferre poteſt, quàm ipſe habet, l. nemo plus
55. ff. de regul. Iur, cap. nupèr de donat. inter vi-
rum, & vxorem, cap. Daibertum 1. quæſt. 7. gloſſ.
verbo *niſi iure* in cap. cùm paſtoralis de iure pa-
tronatus.

Rurſus, quia Inſtitutor Capellaniæ prædictæ
diſpoſuit, quòd conſanguinei eius ad eam præ-
ſentarēt tanquàm ad beneficium eccleſiaſticum,
vndè videtur elegiſſe induſtriam perſonarum
ſuorum conſanguineorum; vndè ſuccedit regu-
la, quòd quandò iuris patronatus qualitas non
adhæreret certę rei, ſed eſſet perſonalis, extincta
perſona, cuius induſtriam Fundator elegit, tacitè
nominaſſe videtur alium deſcendentem, vel col-
10 lateralem, † extincto enim naturalitèr, vel ciui-
litèr patrono, extinguitur quòad eum ius præſē-
tandi, tranſitq; in nominatū verè, non autèm no-
minatū per fictionē, quemadmodū eſſet Mona-
ſteriū; ità tenet Bellamera conſ. 33. quē refert, &
ſequitur Tiraq. de iure primog. q. 3. n. 11. aſſerēs,
per monachatū ius patronatus in ſecūdogenitū,
& ſic in ſucceſſorem tranſire, eumque poſſe præ-
ſentare, quorum reſolutionem ponderat Didac.
Perez in l. 5. tit. 6, lib. 1. ordinam. gloſ. *deuan ſuçe-
der*, verſ. *poſſumus etiā*, ſequitur Rebuff. in tract.
de paciſ. poſſeſſor, nu. 111, & iſtam quæſtionem
formando ità videtur reſoluere Gay. in repetit.
cap. fin. col. 32. de elect, lib. 6. ea motus ratione,
quodlibet Monaſterium ingreſſus ſua in illud
11 transferat, non tamèn ius patronatus, † quia nō
poteſt dici ſuum, argum. cap. de iure, de iure pa-
tronat. & quia ius patronatus eſt intranſmiſſibi-
le ad alios, niſi quatènus Eccleſia permittit, vt
per Ioan. de Imol. in clem. paſtoralis, verſ. *ſubiectis*
de re iudic. poſt Ant. de Butrio à ſe allegatum,
quorum ad hoc meminit Cæſar Lambert. de Iu-
re patronat. lib. 1. 2, par. 2. quæſt. princ. art. 25. nu.
12 3. qui & aliam ſubnectit rationem, † quòd Mo-
naſterium non capit vt hæres, nec iure hæredita-
rio bona intrantis illud, vt poſt Card. tradit Ant.
de Butrio in cap. in præſentia nu. 30. de probat;
ſed iure cuiuſdam naturalis acquiſitionis, Bart.
in auth. ſi qua mulier nu. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ.
Vaſquius lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 10. nu. 13. Ro-
land. à Valle tract. de inuentario quæſt. 12. nu. 19.
Graſſ. lib. receptar. ſent. §. hæreditas, quæſt. 6.
13 † Vlteriùs, quia iura ſanguinis in Monaſteriū
non tranſeunt, vt tradit Audict. deciſ. 320. nu. 7.
14 Cæphal. conſ. 1. num. 72. tom. 1, † & ita nec feu-
dum, quod ingreſſus habebat tranſire tenuerunt
Salyc. in auth. ingreſſi num. 11. C. de ſacroſ. Eccl.
quem ſequitur Aſſlict. vbi proximè num. 2. & 3.
Decius in cap. in præſentia num. 74. de probat.
Curt. iunior de feud. 2. par. tertiæ partis princi-
palis quæſt. 10. Alex. conſ. 10. viſo inſtrumento
num. 8. vol. 5. & per Menoch. caſu 231. nu. 3. lib. 2
de arbitr. Iudic, Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. feudum
quæſt. 78. num. 1. ex generali ratione, qua nititur
text. in cap. 1. propè finem, an mutus, vel aliàs im-
perfectus, & in cap. 1. de vaſallo milite, qui arma
15 bellica depoſuit in vſibus feudorū, † quòd qui
non poteſt ſeruire, nec gerere officium, non de-
bet habere beneficium, Cæphal. vbi proximè nu.
70. Bart. in l. Lucius per text. ibi ff. de fideicom.
libert. Molina de primog. lib. 1. cap. 13. nu. 84.

Rurſus, quia Franciſcus Gonzalez Romo, qui
in patronatu ſucceſſerat huius Capellaniæ fuit
Religionem ingreſſus, & profeſſus in Monaſte-
rio Sanctæ Mariæ Villæ Complutenſis, quod eſt
ordinis Diui Dominici Prædicatorum; vndè vi-
detur, quòd nequit habere ius patronatus etiàm
in communi Monaſterium prædictum, nec præ-
16 ſentare potuiſſet, † quia receptum eſt, quòd

Fratres

Fratres Prædicatores, & alij mendicantes (exce-
ptis minoribus) poſſunt capere ex teſtamento
etiàm bona immobilia, non tamèn vt ea retineāt,
neque in proprio, neque in communi, ſed vt ven-
dant, & pretium in ſuas neceſſitates conuertant,
gloſ. notabilis, quæ ſemper ad hoc allegari ſolet
in cap. 1. verbo *domum* de relig. domib. in 6. Cal-
derin. conſ. 46. ſub tit. de teſtament. hanc con-
cluſionem ab omnibus teneri affirmans, Alexan.
conſ. 88. incip. eximie domine num. 1. vol. 2. Bald.
in l. cùm quæſtio in fine, C. de legat. Lucas de
Penna in l. 4. C. de iure fiſci lib. 10. Abbas conſ.
27. pro clara num. 3. 2. par. Decius conſ. 559. poſt
num. 3. & 4. & in cap. in præſentia de probat.
Iulius Clarus lib. 3. ſententiarum §. teſtamen-
tum quæſt. 29. num. 3. Anton. Gabriel concluſ.
2. de hæredib. inſtituend. num. 11. Ioan. Andr.
num. 19. in cap. in præſentia de probat.

Facit vlteriùs, quòd Inſtitutor voluiſſe vide-
tur, quòd ſi aliquis ex ſuis conſanguineis eſſet
habilis cantui, in dicta Capellania illi præſentur.
Quarè videtur requirere, eum eſſe debere præ-
17 sbyterum, † quandò autèm beneficium ex ſui
natura, vel ex ordinatione Fundatoris requirit
maiorem ordinem, quàm primam tonſuram,
non poteſt clericus primæ tonſuræ præſentari
ad illud, ſed ille, qui ordinem requiſitum habe-
ret, cap. ſignificatum, de præbend. cap. cùm
in cunctis, §. inferiora, cap. dudùm de electio.
& cap. licèt canon, eod. tit. lib. 6. latè Lambert.
lib. 2. de iure patronat. 1. par. 7. quæſt. principali
artic. 27. Barbat. conſ. 33. incip. ſcripſit pſalmiſta,
volum. 2. Rocchus de Curte de iure patronat.
verbo *honorificum* num. 21. cum adductis per
Ioan. Guttier. conſ. 1. num. 11. & ſequentib. Li-
centiatus autèm Santoyo eſt præsbyter, Gabriel
autẽ de Agreda prima tantùm tõſura inſignitus,
vndè videtur potiùs præferendus ille, cùm miſſas
dicere poſſit; quàm hic, qui nullum ſacrum or-
18 dinem habet. † Nàm debet attendi beneficij
natura iuxta cap. cùm acceſſiſſent, & ibi notata
de conſtit. Lambertin. lib. 2. 1. par. dicta 7. prin-
cipali quæſt. artic. 2. num. 11. Nauar. conſ. 8. de
præbend. num. 1.

Secundò, quia dictus Licentiatus Santoyo ſe-
nior eſt ætate grandior Gabriele de Agreda,
19 quod ei prælationem tribuere videtur; † nàm
ſenior iuueni præferendus eſt in inſtitutione,
vt ex l. fin. ff. de fide inſtrum. tradit Bald. conſ.
166. incip. ordinatio teſtamenti, volum. 4. Rocch.
de Curte dicto verbo *honorificum* num. 42. Lam-
bertin. lib. 2. par. 2. 7. quæſt. principali artic. 26.
num. 2. & 3. par. 5. quæſt. principali artic. 13.
num. 1.

Tertiò, quia eſt vno gradu propinquior reſpe-
ctu conſanguinei antiquioris à teſtatore deſcen-
20 dentis, qui vocabatur Alphõſus Gonzalez, † de
iuris autèm rigore præfertur, qui propior eſt
gradu, l. pater filium ff. de inoffícioſ. teſtam. §. 1.
Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ. cum adductis per
Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 40. nu. 102.
Boer. conſ. 10. num. 17. & conſ. 32. num. 7. l. ſi fi-
lius, qui patri §. cùm filius ff. de bon. libertor. ibi:
*& ſine dubio qui ſequentis gradus ſunt, non admit-
tuntur interim*, cum adductis per Tiraquell. de
retractu lignagier §. 11. gloſ. 4. num. 1.

Quarto, quia Didacus de Santoyo vltimus
iſtius Capellaniæ Capellanus declarauit in ſuo
teſtamento, eam ſpectare ad dictũ Licentiatum
Santoyo, & non ad alium, quod multum videtur
21 operari † ſicut in maioratus vltimo poſſeſſore
ſtatutum eſt; nàm quàmuis non poſſit aliquid al-
terare ex his, quæ Inſtitutor diſpoſuit; poteſt ta-
mèn dubiam eius diſpoſitionem interpretari, de-
ſignando eum, quem putat Inſtitutorẽ præferri
voluiſſe, eaq; interpretatio ſi veriſimilis ſit, ſum-
mè videtur conſideranda à Iudice, vt tradit Bart.
in l. gerit nu. 17. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. in
quibus num. 2. C. de ſecund. nupt. Afflict. in cap.
1. de ſucceſſ. feud. nu. 10. Palac. Rub. in l. 45. Tau-
ri nu. 17. vbi in id allegat tex. in l. ſi quis ſeruum §.
ſi inter duos ff. de legat. 2. in l. ſi quis à filio §. ſi
plures, & ibi gloſſ. ff. de legat. 1. Soccin. conſ. 12.
nu. 20. lib. 3. Gomez. in l. 40. Tauri nu. 73. Couar.
in pract. quæſt. cap. 13. nu. 7. cum adductis à Mo-
lina lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 8. nu. 33. Pinel.
in l. 1. 3. par. C. de bon. matern. nu. 48.

Quintò, quia non videtur eſſe inconueniens,
dictum Licentiatum Santoyo habere beneficiũ
curatum Oppidorum de Sotoca, y Culebras pri-
22 mo annexi, † quia vt Rocch. de Curte d. verbo
honorificum 4. quæſt. princ. nu. 18. cõcludit, bene-
ficiatus vnius beneficij etiàm curati poteſt ad
aliud præſentari, licèt ſit curatum, vel dignitas,
idquè probari aſſerit per tex. in cap. de multa de
præbend. vbi dicitur, habentem vnum beneficiũ
curatum, vel dignitatem, poſſe aliud, vel aliam
acceptare, licèt vacet primum, vel prima, & in
terminis ità decidit Cardin. Florent. poſt Laur. in
clem. & ſi ab Apoſtolicæ quæſt. 15. de offi. ordin.
vbi Imola col. 2. ad finem, Paul. de Cittadin. de
iure patro. 6. par. art. 3. nu. 107. quatenùs ſecundi
pacificam poſſeſſionem adipiſci requirit, Lam-
bertin. lib. 2. 1. par. 7. quæſt. princip. artic. 15. nu.
7. & 8. & 6. quæſt. princ. artic. 16. nu. 2. qui & ſe
remittit ad Abbat. in d. cap. de multa, & in hanc
partem inclinaſſe videntur DD. Cardinales de
Congregatione pro dubijs Sacri Concilij Tri-
dent. vt videri poteſt per Nauar. conſ. 17. de præ-
bend. in princ. & num. 1. conſ. 23. num. 1. & conſ.
23 25. num. 1. † & ità videtur, quòd ſaltim ſex
menſes habeat ad eligendum quod voluerit ac-
cipere vel Capellaniam, vel beneficium cura-
tum relinquere, iuxta Concilij Tridentini de-
cretum ſeſſio. 24. ſub decreto de reformatione
cap. 17. Nicol. Garz. de benefic. par. 2. cap. 5.
num. 77.

24 † Vltimò, quia videtur, quòd ſaltim per ſub-
ſtitutum poſſit ſeruiri dictæ Capellaniæ, licèt ex
diſpoſitione teſtatoris Capellania ſit conferenda
vni, qui quodidiè celebret iuxta gloſſ. in cap. cùm
omnes, vbi Felyn. nu. 32. ad fin. de conſtit. ex ſen-
tentia Lapi alleg. 35. nu. 6. alleg. 16. col. 4. & alleg.
117. nu. 2. quos refert Ioan. Guttier. conſ. 1. nu. 34.
Anchar. conſ. 233. priùs num. 2. Selua de benefic.
4. par. quæſt. 2. nu. 3. Hieron. Gonzal. ad regul. 8.
Cancell. gloſ. 5. nu. 75. & ſeqq. Enchiridion Iudi-
cum eccleſiaſt. notab. 186.

His tamen minimè obſtantibus, legitima
eſt præſentatio, quam Gabriel de Agreda habet

ad huiuſmodi Capellaniam,& confirmari debet,
eique eſt facienda collatio, reiecta prætenſio-
ne Parochi de Sotoca; primò, quia dictus Tho-
mas Gonzalez Romo non ex eo, quòd patro-
natum Capellaniæ obtinens Diui Dominici Re-
ligionem fuerit profeſſus, illud amiſit, ſed in
Monaſterium tranſtulit.
25 † Primò, quia Monachus iura ſanguinis non
perdit, prout dicit Lapus alleg. 101. nu. 7. & 11.
& probat tex. in l. Deo nobis C. de Epiſc. & cler.
cap. vnic. 18. q. 1. cap. vlt. 18. q. 3. Gloſſ. in cap. præ-
ſens, verbo *locum* 20. quæſt. 3. Panormit. conſil.
27. dubium, ſuper quo 2. par. Tiraquell. de no-
bilit. cap. 26. num. 7. Abb. in cap. quia nos, num.
2. de teſtament. & in cap. 2. num. 4. in fine de po-
ſtul. Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 13.
num. 74. Bald. in cap. cùm in magiſtrum num. 3.
26 de elect. † & ità nec amittit nobilitatem, vt per
Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo
& vxorem in materia ſucceſſionis ab inteſtato num.
210. cum ſeqq. Bald. in cap. cùm in magiſtrum
de elect. num. 3. & 5.
27 † Secundò, quia Monachus iure ſuitatis poti-
tur, vt tradit Bart. in authent. ſi qua mulier num.
5. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. Angel. Paul. Ca-
ſtrenſ. & Alexand. in l. ſi ſub conditione, vbi Iaſ.
nu. 1. ff. de liber. & poſthum. Tiraquell. vbi pro-
ximè num. 8. & in tract. *le mort* 2. par. declarat.
15. num. 26. Roman. ſingul. 37. Bald. in l. cùm
in adoptiuis, antè fidem, C. de adoptionib. Are-
tin. in §. emancipati, verſ. *filij*, Inſtit. de hæredit.
quæ ab inteſtato deferuntur, Molina vbi proxi-
mè num. 75. Crau. conſ. 152. num. 2.
28 † Tertiò, nàm monachus originem retinet,
Bartol. in l. 1. colum. 2. num. 10. & 11. ff. ad mu-
nicipal. Ripa lib. 1. reſponſorum cap. 4. num. 7.
& non deſinit eſſe ciuis, maximè quoad com-
moda, vt ex d. l. Deo nobis tradit Abbas num.
5. in cap. poſtulaſti, de foro compet. Bald. Paul.
Caſtrenſ. & alij in l. ſi filius, qui patri ff. de
vulg. & pupill. ſubſtit. Iacobin. de Sancto Geor-
gio in l. hæres abſens §. ſi quis tutelam num. 39.
ff. de iudic. Bart. in l. 1. num. 11. ff. ad municipal.
Ripa lib. 1. reſponſ. cap. 4. num. 7. Boer. deciſ. 260.
29 num. 30. † nàm cùm monachus per monacha-
tum ad maiorem ſtatum aſcendat, auth. de mo-
nachis in princ. collat. 1. cap. qui verè 16. quæſt. 1.
30 † per dignitatem autèm ſuperuenientem pri-
ma ciuilitas non tollitur, l. penult. ff. de Senato-
rib. & l. filij libertorum §. Senatores ff. ad muni-
cipal. & de incolis.
31 † Quartò, quia Monaſterium, quod quis in-
greditur ex monachi perſona ſucceſſionem
nanciſcitur, textus in authent. ingreſſi C. de ſa-
croſanct. Eccleſ. authent. de monachis §. illud
collat. 1. cap. in præſentia, & ibi Doctores de
probationib. cap. cùm ad monaſterium, & cap.
quod Dei timorem, de ſtatu monach. Iacob.
Philipp. Portius conſ. 23. num. 30. & ſeq. Molina
d. cap. 13. num. 72. Carol. Ruyn. conſil. 200. nu. 7.
32 volum. 2. & poſſeſſio bonorum ingredientis mo-
naſterium in ipſum tranſit, gloſ. 1. verſic. *ſed
nùmquid* in cap. ſi qua mulier, & ibi Archidiac.
19. quæſt. 3. Innocent. in d. cap. in præſentia,
verbo *minor annis*, verſic. *in hoc autèm*, & ibi
Bald. num. 4. Anton. de Butrio colum. 9. verſic.
ſed dices, & num. 28. Abb. in cap. quanto, num. 7.
de officio Ordinarij, cum pluribus adductis per
Tiraquell. d. tract. *le mort* 1. par. declarat. 6. num.
9. Abbas in cap. veniens num. 5. de conuerſ. con-
iugator. dicens, quòd monachus transfert in
Monaſterium omnia bona, & iura realia, & per-
33 ſonalia; † nàm cum monacho cóſeruatur agna-
tio, vti ex ſupradictis iuribus tradit Paul. Pariſ.
conſ. 47. num. 62. volum. 3. & ſequitur Cæphal.
conſ. 53. tria ſunt, num. 98. volum. 1. cum addu-
ctis per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8.
num. 19. & Rebuff. tract. nominationum quæſt.
12. num. 31. Roderic. Xuar. in l. 9. tit. *de los pleitos*
34 num. 26. lib. 1. fori † nullo modo perdunt ius
ſuccedendi, cap. vnic. 18. quæſt. 1. & cap. non li-
ceat 9. quæſt. 3. l. fin. §. hoc etiàm C. de Epiſcop.
& cleric. authent. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. nullam
verò, collat. 9. Ioan. Cald. conſ. 2. tit. de feud. An-
gel. Peruſ. conſ. 133. incip. ſupèr primo puncto,
35 Mart. Vran. conſ. 9. num. 19. tom. 1. † poſſuntque
hæredes inſtitui, & eò ipsò in Monaſterium
tranſit hæreditas etiàm abſquè eius aditione, vt
ex d. l. Deo nobis tradit Abbas num. 7. in cap.
relatum de ſepultur. & in d. cap. quia nos nu. 2.
de teſtament. Anton. de Butrio in cap. quorun-
dam 24. num. 4. de elect. Tiraquell. d. tract. *le
mort* 2. par. declarat. 15. num. 26. Ripa in l. 1.
num. 150. ff. de vulgari, Ruyn. conſ. 204. num. 12.
36 lib. 1. † quia Monaſterium, quod quis ingredi-
tur habetur loco filij hæredis, authent. de ſan-
ctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſertim, collat. 9.
& in authent. niſi rogati, C. ad Senat. Conſ. Tre-
bellian. cap. in præſentia, de probat. Lambertin.
lib. 1. de iure patronat. 2. par. 2. quæſt. principali
artic. 25. num. 1. Cæphal. conſ. 62. num. 25. 1. tom.
præcipuè quandò Monaſterium in vniuerſa hæ-
reditate, & non in rebus certis ſuccedit, vt poſt
Bald. in d. authent. niſi rogati, col. 4. verſ. *& nota
quòd leges, quæ dicunt*, per l. ſi peculium ff. de
pecul. leg. Tiraq. d. tract. *le mort* declar. 4. nu. 5. in
37 2. par. & declar. 15. nu. 19. † & ità cõditio ſi ſinè
liberis verificatur in Monaſterio ſaltim capaci in
communi, vt elegantèr explicat Paul. Caſtren. in
authent. niſi rogati num. 3. & ſequitur Alexand.
conſ. 121. num. 12. verſ. *prætereà* volum. 2. & conſ.
35. num. 9. verſ. *poteſt reſponderi, & infra* vol. 3.
Decius conſ. 419. num. 3. Couar. lib. 2. variar.
reſolut. cap. 19. num. 11. verſ. *ex quibus*, Mantic.
lib. 11. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 7. num. 7.
cum latè adductis per Menoch. lib. 4. de præ-
ſumptionib. præſumpt. 83. Ant. Gama deciſ. 316.
num. 2.
38 † Quintò, quia monachus, & Monaſterium
ſuccedunt in fideicommiſſo, & bonis fideicom-
miſſo ſubiectis, vt tradit Ioan. Andr. in cap. in
præſentia nu. 27. vbi Abb. nu. 63. Beroius nu. 564.
Curtius Iunior conſ. 84. per totum, Ripa in l. ex
facto §. ſi quis rogatus, num. 40. ff. ad Sen. Conſ.
Trebellian. Carol. Ruyn. conſ. 200. num. 7. lib. 2.
Crau. conſ. 152. num. 2. & Molina d. cap. 13. num.
77. Velazquez in l. 40. Tauri, gloſ. 4. num. 14. Cal-
das de nominat. emphyt. lib. 4. tit. 62. quæſt. 6.
39 num. 13. ad finem, verſic. *verùm hæc*, † & hoc
quoad vitam monachi reſoluit Fortun. Garz. in

l. Gallus

l.Gallus §.& quid ſi tantùm num.43.ff.de liber.
& poſthum.Galiaul.num. 17.Ruyn.nu.11.Gama
deciſ.6. num. 2. & 3. vbi reſpondet Decio conſ.
259. vt procedat, quandò Monaſterium vellet
vt filius ſuccedere, & in perpetuum ſubſtitutum
excludere.

40 † Sextò, quia etiàm ſuccedit in emphiteuſi
aliàs alienari prohibita, gloſ.in l.ſi ità quis §.ea
lege, verbo *intereſt* ff.de verbor.oblig.vbi Angel.
num.4.Aretin.9. Iaſ.15. Imol. colum.2. & Paul.
Caſtrenſ.in fine, Beroius quæſt.70.Palàcios Rub.
in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.47.num.18.
Iaſ.in l.2. num.200. C.de iure emphit. Iul.Clar.
lib.4.ſententiarum §.emphiteuſis quæſt.33.Burſat.
conſ.60. num.29.lib.1. Bonacoſſ.inter communes
Doctorum opiniones lib.4.tit.44. C.de
iure emphit. num.19. Molina 1. tom. de iuſtit.
diſp.140. verſ.*eandem*.

41 † Septimò, quia monachus ſuccedit in me-
lioratione tertiæ, & quintæ partis bonorum fa-
ctæ à parente, vt tenet Segura in l.cohæredi §.cũ
filiæ num.64.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. Molina
d.lib.1. cap.13. num.78. Aluarado lib.2. de con-
iectur.vltimar.volunt.cap.3.in princ. nu.4. verſ.
iſtam.

42 † Octauò, nàm etiàm ſi ſtatutum extet, quod
fœminas proptèr maſculos excludat fauore
agnationis conſeruandę, fœmina excludetur me-
diante monachi perſona, qui profeſſus fuerit in
Religione, ſiuè Monaſterio capaci bonorum in
communi, vt reſoluit Lapus alleg.102.col.2.verſ.
in contrarium, & ſequenti, Brun. de ſtatuto ex-
cludente fœminas proptèr maſculos 2.art. prin-
cipali quæſt.12. Iacob. Philip. Portius conſil.23.
nu.32.Pariſ.d.conſ.47.num.63.vol.3. ſenſit etiam
Bart.in l.1. §.qui habebat nu.3. ff.de bonor.poſ-
ſeſſ.contra tabul.Bald.in l.fratres num.13. C.de
inoffic.teſtam.Ioan.Licerier.lib.3.de primogem
quæſt.4. num.9. & alij, vt doctè aduertit Molina
vbi proximè num.80.

43 † Nonò, quod plus eſt, quòd monachus pro-
feſſus in Religione ſucceſſionis in communi ſal-
tim capaci, ſuccedit in maioratu, cui dignitas
ſpecialis, aut iuriſdictio non ſit annexa, & ex eius
perſona Monaſterium ad ſucceſſionem admitti-
tur primogenij, vt tradunt Specul.tit.de ſucceſſ.
monachor.§.1. verſ.11. num.15. Paul. de Caſtro
conſ.164.num.7.vol.2. Nicol.de Vbald.tract.de
ſucceſſ. clericor. reg.2. de regularib. non men-
dicant. Anton.Gomez in l.40. Tauri num.66. ad
finem, vbi Velazquez gloſ.4.num.13.& Gregor.
Lopez in l.2.tit.15.par.2, gloſ.*ſiendo ome para*
ello ad finem, & verbo *ſi dexaſſe*, Matienzo in
l.1.tit.7.lib.5.recopilat.gloſ.1.num.18.Mieres de
maioratib.2.par.quęſt.3.à num.6.& alijs, Molina
d.cap.13. nu.71. & eodem modo tranſire debe-
bit ius patronatus eccleſiaſticum Capellæ, ſiuè
44 Capellaniæ alicuius; † nàm de iure patronatus,
& anniuerſarijs ad Hiſpanorum primogenia ar-
gumentari licet, præcipuè ſi eadem militet ratio,
vt poſt Peraltam in repetit. rubricæ num. 123.
ff.de hæredib.inſtituend.Anton.Padilla in rubr.
num.8. C.de fideicommiſſ. Anton.Gomez.in
l.40.Tauri num.65. in fine, Molina lib.1. de pri-
mogen. cap.9. num.10. & lib.3. cap.7. num.19.
Couarru.in practic.quæſtionib. cap.38.num.13.
verſic. *ego verò*, vſquè ad finem, Aluarado lib. 2.
45 cap.3.§.3.num.13. † quo iure, & commoditate
vti poterunt ſaltim durante vita monachi, vt in
ſimilibus terminis tradunt Bald. in cap. quæ in
Eccleſiarum num.9.de conſtit. & in authent.niſi
rogati num.15.C.ad Trebellia. Decius in d.cap.
in præſentia num.290.& Beroius num.554. Mo-
lina d.cap.13.num.79. Capyc. deciſ.10.num.10.
& deciſ.31.num.1. Iulius Clar. lib.4. ſententiar.
§.feudum quæſt.78.num.2. Molina conciuis no-
ſter d.diſp.140.verſ.*regulam*.

46 † Et in noſtris proprijs terminis Didac. Perez
in l.1. tit. 6. lib.1. ordinam. gloſſ. *deuan ſuçeder*,
verſic.*poſſumus* tranſire ius patronatus in mona-
ſterium affirmat, & tradunt Lambertin. lib.1.de
iure patronat. 2.par. 2.quæſt.princ.artic.25. nu.
4. Cenedo collectan.5.ad decretales num.12.Vi-
uian.tract.de iure patronat.par.1.lib.4.cap.2.nu.
22. & lib.5. cap.2. num.13. quorum ea ſunt præ-
cipua fundamenta, quòd patrono Religionem
profeſſo omne ius in monaſterium transfertur,
cap. cùm pro vtilitate 16. quæſt.1. & ſic ius pa-
47 tronatus, † cùm & monaſterio tanquàm religio-
ſo loco poſſit donari, cap. vnic. §.verùm de iure
patronat. lib.6. Abb.in cap. de monachis nu.14.
de præbend. Felyn.in tract. quandò literæ Apo-
ſtolicæ limit. 6. Rocchus de Curte de iure patr.
verbo *ipſe, vel is* num.32. Decius conſ.543.præ-
ſuppoſita num. 8. Couarru. in practic. cap. 36.
num.5. verſ. *ſecundo*, Peralta in l. cùm patronus
num.34.ff.de legat.2. ſequitur, quòd cùm mona-
chus ſe, & ſua monaſterio donet, ita & ius patro-
48 natus, dicte authent. ingreſſi, † cùm huiuſmodi
ius cum vniuerſitate bonorum tranſeat, clem.
fin. vbi gloſſ.verbo *hæredes* de iure pàtronat. cap.
cùm ſeculum., eodem tit. in antiq. Alexand. in l.
quàmuis num.4. ff.ad S.C.Trebellian. Iaſ.in l.1.
num.71. ff.de legat.1. cap.ſignificauit, de teſtib.
Calcan. conſ.74.num.8.cap.ex literis de iure pa-
tronat. l.in modicis ff.de acquir. rerum domin.
iuncta l.1.ff.de fundo dotali, l.8.tit.15. partit.1.
& eodem titulo vniuerſali alienari poteſt inter
viuos, vt ex dictis iuribus, & l.quædam ff. de ac-
quiren.rerum domin.tradit Molina lib.1.de Hi-
ſpanor.primog.cap.24.num.8.& 19. Ioan.Andr.
in d.cap.vnic.de iure patronat.in 6. Abb. in cap.
illud num.4. eodem tit. & in cap. querelam de
ſimonia, Nauar.conſ.3.de iure patron.nu.1.Gre-
gor.Lopez in d.l.8.gloſſ.8.

49 † Vlterùs, quia cùm monaſterium loco hære-
dis habeatur, iuxta ſupra adducta, & Ioan.Andr.
in d.cap.in præſentia, vbi Anton. Abbas, & Card.
vt meritò dixit Alberic. in authent. ingreſſi col.
10. C.de ſacroſ. Eccleſ. monaſterium eſſe hære-
dem, & ideò tranſire in illud bona minoris abſq;
decreto, ideò conſequẽs neceſſarium eſt, ius pa-
50 tronatus in monaſterium tranſire; † cùm ad
quoſcunque tranſeat hæredes, cap.conſideramus
16. quæſt. 7. cap.1. cap.quoniàm, cap. ex literis
de iure patronat. cap.ſignificauit, ibi: *vel eorum*
hæredibus de teſtib.clem.plures, & ibi gloſ.verb.
hæredes de iure patron. cap.verùm cum gloſſ.de
condition.appoſit. Rocchus de Curte d. tract.
verbo *ipſe vel is* num.12. & 17. gloſ. in l. ſi ope-

rarum iudicio, verbo *dandam* ff. de oper. li-
bertor, Cittadin.d.tract.de iure patronat.9.par.
num. 9. Lambert. lib. 1, 2.par, quæſt. 2, artic. 1.
num, 15. & 23. Couarru. lib. 2. variar. cap. 18.
num.6. Coſta in cap, ſi pater de teſtament. lib.6.
2.par, verbo *trebellianicæ* nũ.4. Molina lib.1,cap.
24. num. 7. Didac. Perez vbi ſupra, ideò cùm
Monaſterium ſuccedat in toto, per conſequens
& in iure patronatus ſuccedet, faciunt notata
per Benedict. in cap. in præſentia colum. 12. &
ſeq. qui idem videtur firmare in offerente ſe,
51 & ſua monaſterio; † nàm donando perſonam
veniunt honorificentiæ, iura, actiones, & om-
nia bona in conſequentiam, vt notatur in cap.
quod ad, de cleric. coniug. & in cap. vt priui-
legia, de priuileg. in princ, Bald. in d. authent,
ingreſſi.

Et iſtam reſolutionem Lambertin. dict. lib. 1.
2.par.2.quæſt.principal. artic.25.num.5. confir-
52 mat; † nàm per oblationem de perſona, & bo-
nis factá Eccleſiæ Regulari rumpitur fideicom-
miſſi reſtitutio, vt ſentit gloſſa verbo *ſe, & ſua*,
vbi Anton.de Butrio colum.penult.verſic.*quæro,
quid ſi rogatus*, Cardin. clem.1, ad finem de de-
cimis, & ita cùm Monaſterium dicatur filius, &
hæres ingreſſi, nil obeſt, quin ad illud tranſeat
ius patronatus, quia pars hæc fauorabilior eſt
pro Eccleſijs, argumento l.ſunt perſonæ ff. de
religioſ. & ſumptib. funer. vt ſic etiàm in præ-
ſentando laici non ſubſint, vt per Rotam deciſ.
9. de iure patronat. in nouis, incipit fuit dubi-
tatum, vtrùm ad finem, & ideò eſt amplianda,
& his rationibus Gay. in cap. final. col. 32. de
electio. lib. 6. hoc intelligi debere aſſerit etiàm
in præiudicium legitimorum ſucceſſorum per
Archidiac. & DD. in cap.vnic.de iure patronat.
in 6. Cardin.in clem.2.quæſt.8.eod.tit.

53 † Neque ſecundùm hanc veram opinionem
obſtabit gloſſ. in l. diui fratres, allegata in con-
trarium per Ancharan. quia loquitur in alio pa-
tronatu, in quo veniunt filij, vt filij, vt eſt patro-
natus libertorum, hic in patronatu Eccleſiæ; in
quo non ſuccedunt hæredes ſanguinis, niſi ſint
hæredes bonorum, quod eſſe valdè conſideran-
dum Lambert. reſoluit; neque in hoc eſſe inſi-
ſtendum, eò quòd cùm ius patronatus tranſeat
in filium legitimum tantùm hæredem, vt ex l. 1.
& l.cùm in adoptiuis, vbi DD. C.de adoptionib.
§. adoptiui, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato,
l.ſi pater ff. de adoptionib. Azo in ſumma eiuſ-
dem tituli, Abbas in cap.tanta ſupèr gloſſ.vltima
num.9.qui filij ſint legitimi, Lambert.d.2.quæſt.
princip. num.2. artic.24. multò magis hoc pro-
cedet in Eccleſia, vel Monaſterio, quæ, vel quòd
dicuntur filij, & hæredes, maximè, quia etſi da-
remus ſinè veritatis præiudicio bona ingreſſi nõ
tranſire in Monaſterium, vt in vniuerſum, ſed
vt omnia bona, & iura particularia, adhùc ius
54 patronatus tranſiret. † Cùm transferatur in
pium locum, etiàm titulo particulari, etiàm
ſinè Epiſcopi conſenſu, vt in cap. illud, de iure
patronat. ver. *in aduerſatiua licèt*, & in verbo *li-
beram facultatem*, & expreſſius in d. cap. vnico,
eodem tit. in 6. & tenetur communitèr ſecun-
dùm Abb. in d. cap. illud num. 5. & in cap. de
monachis 12. num. 13. de præbend. Rocchus de
Curte d. tract. de iure patronat. verbo *pro eo,
quod* num. 5. & 30. Paul. de Cittadin. 9. par. num.
18. Lambert. d. lib. 1. 2. par. artic. 2. num. 3. & 4. &
artic. 10. num. 1. & ſeqq. & 1. quæſt. principali
artic. 10. num. 1, & 3. & 2. quæſt. principali artic.
29. num. 17. Rota d. deciſ. 9. Gregor. Lopez in
l. 8. tit. 15. par. 1. gloſ. 6. & ſententia declaratum
fuiſſe ius patronatus Capellæ, & Capellaniæ cu-
iuſdam ad Monaſterium ſpectare etiàm per mo-
nialis profeſſionem, tradit Anton. Gama deciſ.
Portugalliæ 6. Molina 1. tom. de iuſtit. tract. 2.
diſput. 140. verſic. *cum communi*, Didacus Perez
in d. l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam. gloſſ. *deuen ſuçe-
der* verſic. *poſſumus*, & hoc caſu poſſe præſenta-
re Abbatem, ſeù Priorem cum maiori parte Ca-
pituli, cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Præla-
tis ſinè conſenſu Capituli, Rocch. de Curte vbi
proximè, verbo *competens* num. 28. Paul. de Cit-
tadin. 6. par. artic. 3. num. 48. qui & allegat cap.
Eccleſia 1. de elect. Lambert. 1. par. lib. 8. quæſt.
principali artic. 9. num. 7. & hoc in præſentatio-
ne facta per Monaſterium Sanctæ Mariæ in fa-
uorem Gabrielis de Agreda fuit obſeruatum, vt
ex ea conſtat.

Neque obſtat, quod ſupra fuit oppoſitum, Or-
dinem Dominicanorum non poſſe bona in com-
55 muni retinere; † nàm licet Doctores tradide-
rint, quòd alij ſunt mendicantes ex regula, vt
Franciſcani minores primi Ordinis, alij ſunt ex
conſtitutionibus, vt Prædicatores, qui ſub regu-
la Sancti Auguſtini militant, & licèt ex ea regu-
la non ſint mendicantes; tamèn ex conſtitutio-
nibus, quas poſteà fecit eorum Ordo approba-
tus ſecùs, vt in cap. nimis el ſecondo, de exceſſ.
prælator. vbi dicitur, quòd Fratres Prædicato-
res in arctiſſima paupertate Chriſto pauperi fa-
mulantur, iuncto cap. 1. de religioſ. domib. in 6.
vbi vocantur mendicantes, Abbas d. conſ. 27. pro
clara num. 3. 2. par. Anton. de Butrio in d. cap. ni-
mis praua, Federic. de Senis conſ. 12. incip. Fra-
tres Prædicatores, Bald. num. 19. vbi Additio ad
eum in l. cùm acutiſſimi C. de fideicommiſſ. Do-
ctores communitèr in cap. in præſentia de pro-
bationib. Alexand. conſ. 88. eximie num. 5. vol. 2.
Iulius Clarus in §. teſtamentum queſt. 29. num. 2.
alij adducti per Anton. Gabr. concluſ. 1. de legat.
num. 32. Nauar. conſ. 65. incip. An N. de regular.
num. 1. Bertrand. conſ. 174. num. 9. lib. 2. tamèn
Alberic. de Roſate in d. authent. ingreſſi num. 5.
in fine refert, ſe à Fratribus Prædicatoribus au-
diuiſſe ſuper hoc reſcriptum Apoſtolicum ſe ha-
bere, & Archidiaconum dicentem ſe vidiſſe re-
ſcripti formam, eſſeq; Clementis Quarti, vbi
56 talis concluſio erat. † *Nos itaquè veſtris ſuppli-
cationibus benigniùs annuentes authoritate Apo-
ſtolica declaramus, quòd vos in temporalibus bo-
nis, in quibus ſuccederetis in ſæculo exiſtentes, lici-
tè poſſitis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſio-
nem apprehendere, ac liberè vendere bona ipſa, &
pretium eorum in vtilitatem veſtram conuertere.*
Alex. d. conſ. 88. nu. 1. Boer. deciſ. 364. nu. 9. Bald.
conſ. 454. incip. punctus num. 1. & 2. lib. 4. & in l.
cùm quæſtio num. 7. C. de legatis, vbi Additio
litera B. per gloſſ. verbo *domum* in cap. 1.
de re-

de relig. domibus in 6. Archidiac. in cap. quia
ingredientibus 19.q.3. Specul.tit.de ſtatu monac.
verſ.*tertio quæritur*, Bologn. in addit.ad Matheſil.
tract.de ſucc.ab inteſt. 3.art.princ.nu.41.& ſeq.
& quia vt tradit Iul.Clar.vbi proximè nu.3.licèt
antiquitùs per Conſtitutionẽ Capituli generaliſ-
ſimi Fratrum Prædicatorum cautum fuerit, nè
proprium quid immobile poſſiderent; poſteà
tamen per contrariam Conſtitutionem alterius
Capituli generaliſſimi reuocata fuit illa prima
Conſtitutio, & ita hodiè eſſe capaces bonorum
immobilium in communi, prout ſunt alij non
mendicantes, & de eo extare aſſerit ampliſſimũ
priuilegium eis conceſſum à Sixto eius nominis
Quarto, & indifferenter obſeruari, ita pluri-
bus comprobans reſoluit Bertrand. conſ.12. nu.
8.lib.3.conſ.174.num.10.lib.2.& conſ.152.num.
3.& duobus ſeqq. lib.1. Bald. qui teſtatur de
generali totius ordinis conſuetudine conſ. 371.
57 num.3. & conſ.438. num.4. volum.2. † & ſicut
clerici, & monachi Religionum ſaltim non
mendicantiũ iure conſanguinitatis, ex iuris com-
munis diſpoſitione non obſtante religione di-
cuntur ſuccedere, l. Deo nobis, vbi notatur C.
de Epiſcop.& Cleric. authent.de ſanctiſſ.Epiſc.
§. nullam, collat.9. cap. ſtatutum 18. quæſt.1. &
cap.penult.eadem cauſa, quæſt.vlt. Matheſilan.in
quodam ſuo conſ.inſerto in ſingul.110.incip.no-
ta vnum num.9.

Et licèt aliud ius non haberemus, ſufficeret
hoc caſu ità conſuetudine ſeruari, vt eſt proba-
58 tum; † nàm talis conſuetudo eſt valida etiàm vt
bona retineant in communi; cùm talis conſuetu-
do non ſit contra regulam, Bald.in authent.ſi qua
mulier num.13. C.de ſacroſanct.Eccleſ. allegans
l.1.in fine ff.de liber.agnoſcend.Petr.de Anchar.
conſ.56.in fine, idem Bald.in authent.niſi rogati
liquidatione nu.40. quod eſt magis certum,ani-
maduerſo, quod pro maiori iuſtificatione viæ exe-
cutiuæ præfatus Doctor Alamo produxit epiſto-
lam, & computum originale ſibi trãſmiſſum per
dictum Franciſcum Caxa eius correſponſalem,
illudq; cõprobauit,ex quo ſatis iuſtificatur exe-
cutio,quàmuis non extitiſſet delata liquidatio in
8 eius iuramēto; † nàm etiàm ſi à principio liqui-
datio deficiat,ſi tamèn poſteà fiat in termino de-
cem dierum aſſignato debitori ad oppoſitionē,
& exceptiones probandas retrotrahitur, & ope-
ratur idem,ac ſi antè petitionē executionis facta
foret,vt tradunt Roman.conſ.388.nu.15.Cæph.
conſ.272.nu.63.lib.2.Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.
remed.5.nu.66.& ſeq. Galleſ.vbi proximè nu.6.

Et ità non obeſt dicere, quòd in mandato fa-
cto per Concilium dictæ Vniuerſitatis ad faciē-
dum inſtrumentum iuxta tractatum, & con-
uentionem habitam cum dicto Doctore, nõ fuit
data facultas Ferdinando de Varea, vt poſſit li-
quidationem deferre in dictum iuramentũ, neq;
in id, quod ſcripſiſſet dictus Franciſcus Caxa;
nàm ex contextura dicti mandati colligitur quòd
fuerit ſufficiens, cùm illud dederint, vt valeret
conuenire, & contractare cum quibuſlibet Ban-
cherijs tàm Ciuitatis Conchēſis, quàm quorum-
uis aliorum locorum,& cum quibuſcunque per-
ſonis pretium, & quantitates marauedinorũ pro
confirmationis expeditione ſuper dicta concor-
dia,& ſuper eo facere quaſcunq; ſcripturas obli-
gationũ, quæ fuiſſent neceſſariæ,& cum alijs an-
nexis, & dependentibus in ampliſſima forma, ex
quibus clauſulis,& earum vi euidētèr colligitur,
dictum Procuratorem potuiſſe ſtipulari dictam
obligationem iuxta conſuetudinem, & obſeruã-
9 tiam,quæ in ſimilibus caſibus erat, † cùm quia
verba dicti mandati debent intelligi latè in præ-
iudicium mandantis, cap. cùm dilectus de con-
ſuetud.Matth.de Afflict. deciſ.Neap.91. nu.9.&
tùm quia certũ eſt,quòd Procurator non ſolùm
ſpecialis prout erat dictus Ferdinandus Varea,
10 † ſed habens mandatum generale, poteſt illius
virtute apponere quaſlibet clauſulas, & firmita-
tes in ſimilibus caſibus apponi conſuetas, vt tra-
dit Bart.in l.fin.nu.1.ff.quæ in fraud.credit. Bar-
11 batia conſ.19.nu.18.lib.3. † quia ſemper præſu-
mitur de iure,quòd mandatũ fuerit datum iuxta
quod eſt ſolitum, & conſuetum, Bart.in l.Seyo
§.medico num.3. ff.de ann.legat. Stracch.in tit.
12 mandati nu.41. † & ita eſt certa reſolutio,quòd
Procurator ſēper poteſt facere non ſolũ eas res,
quæ ſunt mandatæ, & cõmiſſæ ſpecificè,ſed om-
nes alias, quæ ſunt in ſimilibus caſibus de vſu, &
conſuetudine; ita reſoluit Iaſ.in l.certi condictio
§.ſi nummos nu.5. ff.ſi cert.petat. & in l.ſi pro-

curator nu.8. C. de procurator. Deciſio Genuæ
13 143. num.4. † Maximè cùm clauſulæ appoſitæ
in obligatione ſint ordinariæ, & conſuetæ, quæ
licèt fuiſſent omiſſæ, debebant haberi proùt ex-
preſsæ, & ſubintellectæ, l.fin.C.de fideiuſſorib.l.
quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædil. edicto,
Bald. in rubr. C. de fide inſtrumentor. num.17.
Abbas in cap.cùm M. num.4. de conſtit. & in
proprijs terminis mandati, quòd cenſeātur con-
ceſſa, quæ ſunt apponi inconſueta, tradit Bart.
in l. procurator ff.de iure fiſci, Iaſ. in l.ſi procu-
rator limit.3.ff.de condict.indeb. Grat.reſponſ.
159.num.24.lib.2.

14 † Quod confirmatur; nàm quælibet mandata
recipiunt interpretationem iuxta ſtylum, & con-
ſuetudinem actus, ſuper quo conceduntur, l.vel
vniuerſorum C.de pignor.actio. Bart.& alij in
l.1.C.de edendo, adeò quòd propter conſuetu-
dinem in mādato generali venit etiàm quod re-
quirebat ſpeciale mandatum, Hieronym. Grat.
reſponſ.104.num.20.& 21.vol.2.

15 † Quia eſt recepta iuris reſolutio, quòd ver-
ba cuiuſuis diſpoſitionis debent intelligi iuxta
ſubiectam materiam, de qua agitur, l. ſi duo ff.
locati, & l.ſi inſulam ff.de præſcript. verb. Ioan.
Cæphal.conſ.25.num.19.vol.1.& ita nec in dicto
mandato, nec in obligatione fuit neceſſaria ex-
preſſio certæ ſummæ, cuius declaratio ex futuro
euentu pendebat, & ita legitimo iure potuit de-
ferri in eo, quod ſcripſiſſet dictus Franciſcus
Caxa, & iuraſſet prædictus Doctor, nec alio mo-
do potuit inſtrumentum confici.

16 † Et confirmatur, cùm mandatum fuerit fa-
ctum cum incidentibus, & dependentibus, libe-
ra, & generali adminiſtratione, & vt dictus Pro-
curator poſſet facere ea, quæ ipſa Vniuerſitas
facere potuiſſet, ſi fuiſſet præſens; nàm ex his
clauſulis inducitur ſpeciale mandatum cum li-
bera, Bar.& Paul.Caſtrenſ.in l.creditor §.Lucius
ff. mandati, ijdem Bart. & Paul. de Caſtro in l.
procurator, cui generalitèr libera ff. de procur.
Alex.conſ.28.nu.1.lib.6. Aymon Crau.conſ.748.
num.20. Carol.Ruyn. conſ.93. num.5.lib.5. Lu-
douic.Morot.reſponſ.24.nu.1.Cęphal.conſ.147.
num.2.& ſeqq.tom.1. vbi ait, quòd iſta verba
ſunt ita efficacia, quòd denotant liberam admi-
niſtrationem tali vt, quòd Procurator obligat ef-
ficacitèr mandantem, quòd poteſt transferre do-
minium ſuarum rerum in alium, l.ſi liberam C.
quod cum eo, Bart. & cęteri in d. l. procurator,
Felyn.in cap.nonnulli §. ſunt & alij, verſ. *conſide-
ra* de offic. deleg.

17 † Præſertim, quandò quod fuit ſpecificè po-
ſitum in obligatione erat annexum, & concer-
nens ſubſtantiæ mandati, quo caſu dici non po-
teſt, Procuratorem exceſſiſſe fines, & terminos
illius: quia vt reſoluunt Petr.de Anchar. quem
refert, & ſequitur Hippol.de Marſil.in repet.ru-
bricæ ff.de fideiuſſor.& alij per eum allegati nu.
216. Procurator ponēs manum ad connexa man-
dati non dicitur excedere fines illius, ſicut in
faciente proxima mandata, ex l.fin. ff. mandati,
& Iaſ. in l.ſi procurator fallent.4. C. de procur.
18 tradit deciſ. Genuæ 9. num.6. & 11. † quod eſt
magis certum ponderata clauſula *cum libera, &
generali adminiſtratione*, cuius virtute poſſunt
etiàm expediri ea, quæ mandatū ſpeciale requi-
runt, cap.qui ad agendum de procur.in 6. l.tran-
ſactionis C.de tranſact.d.l.procurator, cui gene-
ralitèr, vbi DD.ff.de procur.l.19.tit.5.par.3.Bal.
in l.illud ff.de minor. Paul. de Caſtr. conſ. 336.
incip.laudatio num.4.tom.1.Alex.conſ.44.nu.2.
vol.2. Couar.lib.1.variar. cap.6.nu.3.verſ.5. Ca-
ualc.deciſ.Fiuizan.21.nu.46. Hieron.Grat.reſp.
37.nu.30.lib.2.Flamin.Pariſ.de reſign.benef.lib.
7.quæſt.24.nu.12.

Maximè, quia cùm conſtaſſet dictæ Vniuerſi-
tati, & illius Officialibus de ſcriptura virtute eo-
rum mandati ſtipulata per dictum Ferdinandū
de Varea: eam ratam habuerūt, & cùm præfatus
Doctor Alamo poſtquàm peruenit dicta confir-
matio, eos certioraſſet, vt illā reportarent, & ſol-
uerent expenſas, reſcripſere per eorum epiſtolā
ſcriptam 17. Martij 1606. quòd elapſo Paſchate
erant venturi, & portaturi pecunias; ex quo in-
ducitur quædam noua approbatio dictæ obliga-
19 tionis; † nàm etiàm quandò quis habet manda-
tum ad aliquod negotiū, vel cauſam, & fines eius
exceſſit ſi mandans ſciuit, & aliquo modo pati-
tur, & cōſentit, videtur actum etiam in eo, quod
exceſſit, habere ratum, ſecundùm Alex.in l.ſæpè
nu.87.ff.de re iud. Azeued.in l.33.tit.6.lib.3.re-
copil. nu.7. Imò poſtquàm tot modis, & medijs
litem mouerunt prætendentes ſolutionem non
facere, nihili habendo vrbanitatē dicti Doctoris,
bonumq; opus, quod operatus fuerat erogando
ex proprijs pecunijs quantitatem neceſſariam
pro dicta expeditione vltra ſolicitudinē, & dicti
ſui correſpondētis pro tam tenui præmio, vt eſt
dictorum ducatorum ſex, non eſt cur illi impu-
tentur expenſæ ſequutæ dictæ Vniuerſitati pro-
pter dilatam ſolutionem, ſed proteruitati officia-
lium dictę Vniuerſitatis, qui aſſueti ſunt lites in-
iuſtas proſequi, vt vacantes illis eo colore fruan-
20 tur Vniuerſitatis peculio, † & quia vt Parlador.
reſoluit d.1.par.§.12.nu.37.& 5.par. §.18.nu.10.
valida eſt conuentio, quam debitor facit cum
creditore de ſoluendo in caſu moræ certum ſa-
larium eius Procuratori, aut agenti, qui acceſſe-
rit ad exequendum pro qualibet dieta acceſſus,
& receſſus, & detentionis.

Nec eſt conſiderabile dicere, quòd non eſt de-
ſtinatus locus ſolutionis, quia ſi benè conſidere-
tur obligatio, eſt facta dicta deſtinatio cùm Vni-
uerſitas ſit expreſsè obligata ſoluere illicò, & in-
continenti, cùm fuiſſet peruenta dicta confirma-
21 tio; † & cùm ſolutio eſſet faciēda dicto Docto-
ri, qui eſt ciuis Conchēſis, in eadem Ciuitate erat
facienda ſolutio, cuius iuſtitiæ ſubmiſſionem
fecerunt, & in qua Ciuitate fuit factus contra-
ctus, ex quo iuſtificatur præfata ſubmiſſio, iuxta
l.20. verſic. *otro ſi mandamos* tit. 21. lib.4. nouæ
recopil. & quàmuis non ſit expreſſa deſtinatio
22 ſolutionis, ea inducitur à iure; † ſiquidèm debi-
tor regularitèr tenetur ire ad domū creditoris,
& in ea facere illi ſolutionem, Alex.in l.linea nu.
5. ff.ad l.falcid. Aufrer.ad Capell.Tholoſ.q.433.
Didac.Perez in l.3. tit.5. lib.3. ordinam. Dueñas
regul.161.limit.44. Deciſio Genuæ 144. num.4.
Azeued.in l.4.tit.5.lib.1.recop. num.2. & ita eſt

mali-

malitioſa dicta oppoſitio, quia non ſolùm in
dicta Ciuitate, verùm neqnè in dicta Villa del
Campillo voluere ſolutionem facere, donec fue-
re compulſi remedijs iuris executiuis.

Minus obſtabit dicere, quòd dicta concordia
non venit confirmata per Suam Sanctitatem, ſed
cõmiſſa illius confirmatio Ordinario Conchenſi,
& Decano Cathedralis; nàm hoc ſufficit, nec in
alia forma venire poterat, ſuppoſito, quòd dicta
Vniuerſitas del Campillo, & pars Parochi de En-
guidanos, vt in ſimilibus aſſueſcitur, dederunt in
ſubſtantia relationem contentorum in concor-
dia, vt iuxta formam illius fieret ſupplicatio Suæ
23 Sanctitati; † & ſicut in materijs diſpenſationum
Apoſtolicarum, eò quòd Summus Pontifex non
eſt informatus de veritate narratiuæ, ſemper cõ-
mittitur verificatio illius, & ea facta, diſpenſatio
in partibus fit per Commiſſarium Suæ Sanctita-
tis, ſiuè ſit Iudex ordinarius, ſiue delegatus: eò
quòd ius confirmandi eſt actus directè tangens
Superiorem, aut illius vices habentem, Reſtaur.
Caſtal. tract. de Imper. quæſt. 1. nu. 3.

24 † Et ità confirmatio facta à Delegato Pontifi-
cis, eidem attribuitur; nàm qui facit per alium,
ipſe facere videtur, l. ità autèm §. geſſiſſe ff. de
adminiſtr. tutor. l. fin. §. fin. C. vbi, & apud quem,
l. itèm eorum §. ſi decuriones ff. quod cuiuſque
vniuerſ. nomine, ibi: *Parui enim refert ipſe ordo*
25 *eligat, an is, cui ordo negotium dedit.* † ſicut qui
mandat, libertatem concedi, videtur dare, l. pa-
ter ex Prouincia, ibi: *cæterùm ipſe manumiſit* ff.
de manumiſſ. vindict. iuncta reg. qui per alium
26 facit de regul. Iur. in 6. † quia Princeps ſua facit,
quibus auctoritatem impartitur, l. 1. §. omnia C.
de veter. iur. enucleand. cap. ſanè de offic. deleg.
prout aliàs in ſimili dicit Abb. in cap. cùm acceſ-
ſiſſent notab. 4. de conſtit. Alex. conſ. 123. nu. 17.
lib. 4. Hippol. ſingul. 567. Cæphal. conſ. 26. depu-
tati num. 23. Beroius conſ. 88. incip. in cauſa mo-
27 ta num. 16. lib. 1. † qui loquitur in ſpecie con-
firmationis factæ per Commiſſarium Apoſtoli-
cum, & concludit, confirmationem Delegati
Pontificis, ab ipſo Pontifice factam dici, & ei at-
tribui, perindè ac ſi ab eodem Pontifice facta
eſſet, ſequitur Marc. Anto. Eugen. conſ. 4. nu. 41.
& ſeq. lib. 1. Beroius d. conſ. 88. num. 17. lib. 1. Ca-
pyc. deciſ. 16. num. 6. Alex. Raudenſ. reſponſ. 17.
priori parte num. 12. lib. 1. Abb. conſ. 41. num. 1.
verſic. itèm *videtur* lib. 1. Carol. Ruyn. conſ. 161.
nu. 26. lib. 1. Simon de Præt. conſ. 109. nu. 2. Me-
noch. conſ. 287. nu. 54. Martin. Vran. conſ. 12. nu.
3. tom. 1. Decian. reſponſ. 41. nu. 25. lib. 2.

28 † Et dicti officiales malitioſè noluerunt face-
re diligentias virtute dictæ Bullæ, nec adimplere
requiſita illius ad firmitatem dictæ confirmatio-
nis, quæ alitèr obtineri non poterat, cùm ad iu-
ſtificandum ſimiles confirmationes ſit opus con-
ſtare de cauſa legitima, iuxta tradita per Rodoan.
rubr. 21. de rebus Eccleſ. nu. 71. & ità præfatus
Doctor adimpleuit ex parte ſua, & acta executi-
ua, & ſententia addictionis pro rata ad eius in-
29 ſtantiam ſunt iuſta, & debent confirmari † cum
condemnatione expenſarum proceſſalium, &
perſonalium, quæ propter ipſorum moram, &
malè interpoſitam appellationem fuerint cauſa-
tæ dicto Doctori Alamo, iuxta tradita per Parla-
dor. d. lib. 2. c. fin. 5. par. §. 18. nu. 6. & 11. ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandatorum forma attenditur ad colligendū mentem contrahentium.*
2 *Cauſa, & initium cuiuſcunque contractus debet attendi.*
3 *Cauſa finalis dicitur expreſſa à partibus in inſtrumento.*
4 *Cauſa finalis declarat intentionem contrahentium.*
5 *Cauſa finalis eſt illa, ſine qua quis non ità feciſſet.*
6 *Reſignans beneficium liberatur à penſione ſuper eo impoſita.*
7 *Penſio reſignatione beneficij admiſſa eſt ad onus reſignatarij.*
8 *Ceſſante cauſa reſeruationis penſionis, ceſſat illa, & num. 31.*
9 *Paupertatis cauſa conceſſum ceſſat, ſi ſuperueniūt diuitiæ.*
10 *Beneficij cauſa ceſſante, beneficium ceſſat.*
11 *Gratia ceſſat, cauſa illius ceſſante.*
12 *Cauſa finita, vel ceſſante, generalitèr effectus ceſſat.*
13 *Remota origine, remouentur quæ ab ea dependēt.*
14 *Diſpoſitionis cauſa ceſſante, diſpoſitio ceſſat.*
15 *Cauſa impulſiua ceſſante, quando diſpoſitio ceſſet.*
16 *Ius quæſitum quòd non auferatur ceſſante cauſa, qui teneant.*
17 *Ius quæſitum iure extraordinario, irregulari, aut ſpeciali, ceſſat ceſſante cauſa, ſecùs ſi ex iure communi.*
18 *Extraordinarium ius faciliùs tollitur, quàm commune.*
19 *Cauſatum tollitur ſublata cauſa.*
20 *Factum non conſideratur, ſed cauſa facti.*
21 *Actus deficit, deficiente cauſa primaria illius, maximè in oneroſis, vt eſt penſio.*
22 *Ceſſante cauſa, ceſſat quod propter eam fuit inductum.*
23 *Sublato grauamine, quod erat cauſa commodi, commodum ceſſat.*
24 *Ceſſante cauſa legati, ceſſat legatum.*
25 *Tacitè actum inter partes habetur pro expreſſo.*
26 *Actus agentium non operantur vltrà intentionem eorum.*
27 *Reſeruatio facta reſpectu perſonæ, eſt perſonalis.*
28 *Perſona extrinſeca non ſubintelligitur.*
29 *Perſonæ alicuius contemplatione quæ fiunt, non tranſeunt ad alium.*
30 *Penſio debet commenſurari ſuæ cauſæ.*
32 *Intellectus l. filiusfamilias §. apud Marcellum ff. de legat. 1.*
33 *Peculium cenſetur legatum ex onere aliquid præſtandi de illo.*
34 *Vino legato ex certo fundo, non ampliùs debetur quàm in eo natum ſit, & num. 36.*
35 *Relictum ex fructibus habet tacitam conditionem, ſi naſcantur.*
37 *Penſionem pro fructibus beneficij non ſoluit, qui eos non percipit.*
38 *Penſio, & onera minui debēt, diminutis fructibus, & num. 39.*
40 *Stylus Romanæ Curiæ debet attendi.*

41 *Pretij ex quantitate colligitur quid actum ſit inter partes.*
42 *Penſiones vacant per promotionem ad Epiſcopatum, niſi Papa diſpenſet ſuper retentione.*
43 *Ratio eadem vbi militat, debet militare eadem iuris diſpoſitio.*
44 *Rationis identitas vbi eſt, non dicitur extenſio, ſed comprehenſio.*

P R O

Licentiato Andraea Perez de Vega Parocho Eccleſiæ Parochialis Villæ Poueda de la Sierra *Epiſcopatus Conchen.*

C O N T R A

Doctorem Rodericum Vazquez Machicao Prouiſorem Epiſcopatus Placentini.

A R G V M E N T V M.

Penſio alicui reſeruata ſuper aliquo beneficio in permutatione ratione conſimilis penſionis, quam ipſe habebat ſoluere, an ceſſet extincto onere, & obligatione ſoluendi illam.

C O N S I L I V M CXXXVII.

SVpponitur in facto, quòd poſſidēte dicto Doctore Vazquez Eccleſiam Parochialem Poūedæ, & Licentiato Andræa Perez Archipresbyteratum Villæ de Molina cum onere penſionis annuorum ducatorū centum quinquaginta in fauorem Doctoris Don Garſiæ Perez eius Patrui Abbatis Berlangæ, tractarunt inter ſe de permutatione facienda, conſtitueruntq; Procuratorem Romæ, declarando in mādatis, quòd vltrà Archipresbyteratum imponeretur penſio annua ducatorum ducentum in fauorem dicti Doctoris Vazquez ſuper fructibus dictæ Parochialis, cum declaratione etiàm, quòd vt valeret ſoluere penſionem ducatorum 150. quæ erat impoſita ſuper dicto Archipresbyteratu, dictus Licentiatus Andræas Perez interim dùm vacabat eueniente morte dicti Abbatis haberet ſoluere ſimilem penſionem ducatorum 150. & facta permutatione, vterque illorum reſpectiuè cęperunt poſſeſſionem dictorum beneficiorum, & dictus Licētiatus Andræas Perez per multos annos ſoluit dicto Doctori Vazquez vtramq; penſionem, ducatorum ſcilicèt ducentum pro ſe, & centum quinquaginta, vt remaneret indemnis à pēſione, quam recognoſcebat Archipresbyteratus dicto Abbati; Euenit poſteà, quòd Doctor Vazquez reſignauit ſimplicitèr dictum Archipresbyteratum in fauorē certæ perſonæ, cum onere tamèn ſatisfaciendi penſionem dictorum ducatorum 150. & dubitatur, an ex eo, quod remanet liber à ſolutione illius, remaneat etiàm Licentiatus Andræas Perez à ſolutione penſionis prædictæ ducatorum 150. & in fauorem illius, vt cogi non valeat ſoluere dictam penſionem, conſiderabantur ſequentia.

Primò, debere attendi formam mandatorum, quæ dederunt ad faciendum dictam permutationem, ex quorum verbis manifeſtum redditur, quòd intentio, & tractatus fuit, quòd non eſſet vnica penſio, ſed duæ, vna ducatorum 200. pro dicto Doctore Vazquez, & alia ducatorum 150. vt breui manu ſatisfaceret penſionem impoſitā ſuper dicto Archipresbyteratu; de iure autèm
1 eſt planum, † quòd forma mandatorum debet
attendi, & conſiderari ad colligendum mentem
contrahentium, & permutare volentium, l. diligentèr ff. mand. Bald. in l. ſi quis mihi §. ſed quid
ſi num. 2. ff. de acquir. hæred. & in l. omnibus §. ſi
procurator, in Addit. ff. ſi quis ius dicenti non
obtemperauerit, & in §. is, qui nu. 1. Inſtit. mandati, Paul. Æmil. deciſ. Rotæ 193. nu. 2. & deciſ.
338. num. 1. par. 2. nàm vt dicit Bald. in l. ſolent §.
2 non verò ff. de offic. Proconſ. nu. 8. cauſæ initiū
cuiuſcunque contractus debet inſpici, l. ſi pro-
3 curatorem in princ. ff. mandati, † & cauſa finalis
eſt illa, quæ reperitur expreſſa in dictis mandatis, argum. l. fin. vbi Bart. Imol. & reliqui ff. de hæredib. inſtit. & in l. 1. ff. ad Senat. Conſ. Macedōn.
Tiraqnell. tit. ceſſante cauſa limit. 1. nu. 64. Ioan.
4 Andr. Georg. alleg. 49. num. 71. † & cauſa finalis
manifeſtam reddit intentionem principalē contrahentium, l. cùm pater §. dulciſſimis ff. de legat. 2. l. pater filiam §. fundum eod. tit. Hieron.
5 Gabriel conſ. 127. num. 44. vol. 1. † dicitur enim
cauſa finalis, ſinè qua quis ità facturus non fuiſſet, Bald. in l. auia nu. 24. C. de iure dotium, & in
authent. ex teſtamento nu. 13. C. de collat. Aym.
conſ. 142. num. 9. Roland. à Valle conſ. 44. nu. 15.
volum. 4.

Et ità eſt euidens, quòd aſſumere in ſe onus ſoluendi dictos ducatos 150. vltrà 200. fuit ex cauſa, & reſpectu, vt cum eis Doctor Vazquez haberet, cum quo ſolueret penſionem Abbati, & niſi foret ex prædicta cauſa dictus Licētiatus Andræas Perez non ſe obligaſſet, nec Summus Pontifex conceſſiſſet, & ità ſufficit, quòd remanſerit liber à ſolutione dictæ penſionis, & imputet ſibi, qui ſimplicitèr reſignauit Archipresbyteratum:
6 † cùm & admiſſa reſignatione etiàm remanſit
liber à ſolutione penſionis, vt per Mohedan. deciſ. 1. 2. & 30. de renunciat. & deciſ. 14. de locato,
Rota deciſ. 699. nu. 1. par. 1. diuerſ. Sacri Palatij,
7 † Cùm dicta penſio remanſerit in futurum ad
onus, & curam reſignatarij, qui ſucceſſit in dicto
Archipresbyteratu, Felyn. in cap. ad audientiam
el ſegundo, nu. 6. de reſcript. Roman. conſ. 388.
Paul. Æmil. deciſ. Rotæ 302. par. 2. Caccialup. tit.
de penſion. quæſt. 9. verſ. *aut quærimus*, latè Gigas
eod. tit. quæſt. 39. & ſeq. Guido Papæ quæſt. 577.
Marcheſan. tit. de commiſſ. 1. par. cap. 14. nu. 62.
Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 8. nu. 30.
8 † & ceſſante cauſa, debet ceſſare reſeruatio, &
conceſſio dictæ penſionis, l. quapropter ff. de regul.

Digitized by Google

regul. iur. cap. reliqui, vbi Abbas notab. 3. de cuſtod. Euchariſtiæ, Afflict. in cap. 1. §. moribus num. 3. ſi de feudo fuerit controuerſia in vſibus feudorum, Tiraquell. d. tit. ceſſante cauſa num. 52. Bellamer. concluſ. 723. num. 5. & concluſ. 751.
9 num. 3. † ſicut videmus, quòd conceſſum ratione paupertatis finitur auctis facultatibus, l. non tantùm §. eos, qui ff. de excuſat. tutor. l. cura, §. deficientium ff. de munerib. & honorib. l. ab ijs §. auctis ff. de vacatio. muner. & l. ſemper. §. hæc idcircò ff. de iure immunit. Roman. conſ. 404. num. 5. Iaſo. in l. ſciendum, §. ſi fundum num. 6. ff. qui ſatiſdar. cogant. Marſil. in l. vnica num. 28. C. de raptu virginum, Tiraquell. vbi ſuprà nu. 193. vſque ad 199. Rota deciſ. 193. nu. 5.
10 par. 2. † Sic beneficij cauſa ceſſante, beneficium ceſſat, Tiraquell. vbi proximè num. 40. Rota deciſ. 70. num. 17. par. 1. dicens, quòd beneficium Principis ob certam cauſam conceſſum reſtringitur ad illam, & ceſſat, ceſſante cauſa, vt ibidem num. 16. Paul. Æmil. deciſ. 296. num. 6. par. 1.
11 † eodem modo ceſſante cauſa gratiæ, ipſa gratia ceſſat, l. generalitèr C. de Epiſcop. & cleric. cap. ſuggeſtum, de decim. Abbas in cap. ſupèr literis 20. num. 6. de reſcript. Tiraquell. d. 1. par.
12 lit. G. num. 116. † Et generalitèr finita cauſa, vel ceſſante, ceſſat effectus, l. adigere §. quàmuis ff. de iure patronat. cap. poſt tranſlationem, de renunciat. Bald. in l. omni num. 1. ff. de adopt. Vldaric. Zaſius conſ. 9. num. 13. lib. 2. Roland. à
13 Valle conſ. 52. num. 39. volum. 2. † Et remota origine, remouentur ea, quæ ab ipſa dependent,
14 l. 1. C. de latina libertate tollenda, † & hoc procedit in omni diſpoſitione; quod ceſſante cauſa, ceſſat, Bald. in l. cum codicillis ff. de teſtament.
15 Lapus allegat. 106. num. 3. † non ſolùm quandò cauſa eſt finalis, vt in iſto caſu; ſed etiàm quandò eſt impulſiua; qua ceſsàte, ceſſat diſpoſitio, quotiès, & quando ſinè ea non fuiſſet ſic diſpoſitum, Bald. in l. & ſi poſt tres ff. ſi quis cautionib. Alex. in addit. ad Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Barbat. conſ. 49. num. 7. par. 4. Surd. tit. de aliment. tit. 4. quæſt. 112. num. 32.
16 † Nec obſtabit dicere, quòd quandò eſt ius quæſitum ex cauſæ exiſtētia, ſiuè cauſa deficiat, ſiuè deſinat, retinetur ius quæſitū, l. ſi poſt mortem §. 1. l. non putauit §. ſed ſi poſt mortem ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. cùm vxori C. quandò dies legati cedat, cap. ab eo de elect. l. fin. ff. de decurion. Felyn. in cap. quę in Eccleſiarum col. 32. de conſtit. verſ. *fallit quintò*, Gomez reg.
17 Cancell. de triennali poſſeſſ. quæſt. 14. † quia intelligitur ſolummodò procedere, quandò illud fuit quæſitum de iure communi, ſecùs ſi quodam iure irregulari, ſiuè extraordinario, vel ſpeciali, vt in noſtro caſu, in quo dicta gratia habuit reſpectum, vt dictus Doctor Vazquez haberet dictam penſionem ad ſatisfaciendum dicto Abbati, & tunc ius ceſſat, ceſſante cauſa ipſius, pulchrè Bald. in l. ſi pro ea quæſt. 8. C. mand. Philip. Franc. in cap. cùm ceſſante, verſ. *ſecunda concluſio limitatur* de appell. Tiraquell. d. tit. ceſſante cau-
18 ſa, limit. 11. num. 3. & ſeq. † addens rationem, quòd facilius tollitur ius extraordinariū, & ſpeciale, quàm cōmune, l. eius militis §. 1. vbi Gloſſ. verbo *quocunque modo* ff. de milit. teſtam. l. antiquæ C. ad Velleian. l. ſi quandò C. de inoffic. teſtam. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 33. num. 9.
19 & ſic remanet ſalua certa iuris reſolutio, † quod cauſatum tollitur ſublata cauſa, Gloſſ. verbo *nuptijs* in l. cùm multæ C. de donation. antè nupt. Cæphal. conſ. 143. num. 2. par. 1. Alciat. reſponſ.
20 69. nu. 1. † & ità non debet conſiderari factum, ſed cauſa illius, l. verum 2. ff. de furtis, cap. cùm dilecti 1. de accuſatio. cap. accidit 23. quæſt. vlt. & cap. intelligentia, vbi gloſſ. de verbor. ſignific. Crauet. conſ. 75. num. 15. & conſ. 304. num. 3. Deciſio Genuæ 129. num. 2. & 7. Rota deciſ. 276. nu. 2. par. 2. Sacri Palatij, facit eadem Rota deciſ.
21 181. nu. 1. par. 1. reſoluens, † quòd deficit actus, deficiente cauſa primaria ipſius; maximè quandò actus erat oneroſus, & odioſus, prout eſt materia ſoluēdi penſionem, Rota deciſ. 139. & 454. num. 1. & 217. num. 3. par. 1. & cùm iam dictus Doctor Vazquez non ſoluat penſionem dictorum ducatorum 150. cuius reſpectu promiſit, & ſe obligauit illos etiam ſoluere dictus Licentiatus Andræas Perez, ceſſauit illius obligatio, vt ex Soccin. conſ. 51. incip. proſequendo, verſic. 4. lib. 1. tradit Tiraquell. tract. ceſſante cauſa
22 num. 189. & 224. & comprobatur; † nàm ceſſante cauſa, ceſſat quod propter eam inductum fuit, l. alumnæ ſuæ §. Seia liberta ff. de adimend. legat. l. Caio in princ. ff. de aliment. & cibar. le-
23 gat. Tiraquell. d. 1. par. num. 197. † ſic ſublato grauamine, quod erat cauſa commodi, ceſſat commodum, l. eum, qui in princ. vbi Bart. ff. de iure iurand. Marc. Anton. Eugen. conſ. 17. nu. 10. lib. 1. Surd. d. tit. 7. quæſt. 33. num. 4. & 7. ponderans d. l. qui tutelam ff. de teſtamentar. tutel. vbi
24 † ceſſante cauſa, propter quam fuit factum, legatum ceſſat l. 1. §. fin. cum ſeq. ff. de excuſat. tutor. l. etiàm ſi patris ff. de legat. 1. Tiraquell. d. 1. par. num. 121.

Et confirmatur, quia quàmuis non fuiſſet ita expreſſum in dictis mandatis, quòd penſio ducatorum 150. debebat deſeruire Doctori Vazquez, vt ſatisfaceret dicto Abbati, & non vt pro ſe retineret, ſufficiebat permutationem fuiſſe
25 factam ſub hac mente, & intētione, † quia quod tacitè agitur inter partes, debet haberi pro expreſſo, l. cùm quid ff. ſi certum petatur, l. ſi cui ff. de ſeruitutib. l. quotiès ff. de oper. libertor. & l. quoties 81. circa finem ff. de verbor. obligat. Roman. conſil. 417. num. 3. quia ex verbis eorundem mandatorum, & bullæ permutationis ſolū fuit habitus reſpectus, vt dictus Doctor Vazquez leuaretur in ſolutione dictæ penſionis, quod cedere non debet in vtilitatem perſonæ, in cuius fauorem reſignauit Archipresbyteratum cum
26 onere illius, † quia actus agentium non poſſunt operari vltra intentionem eorum, l. non omnis ff. de reb. cred. Bald. in l. 1. nu. 14. C. commodati, Bart. in l. Ciuitas num. 8. eod. tit. de reb. credit. Couar. lib. 1. variar. cap. 2. nu. 2. Menoch. lib. 6. præſumpt. 1. nu. 3. Marc. Ant. Eug. conſ. 55.
27 nu. 32. lib. 1. † nàm reſeruatio facta illius reſpectu fuit perſonalis, Morot. reſponſ. 93. nu. 10. & non poteſt, nec debet intelligi reſpectu alte-
28 rius perſonæ, † quia nunquàm ſubintelligitur

Digitized by Google

perſona extrinſeca, l.ſi ità ſtipulatus la magna,
§.Griſogonus ff.de verb.oblig. Cœpolla conſ.ci-
29 uili 57.nu.25. Azeuedo conſ.5.nu.59. † Et quæ
fiunt contemplatione alicuius perſonæ non
tranſeunt ad alium l.nàm & Seruius §.ſi viuo, vbi
Bal.nu.1.ff.de neg.geſt. facit lex 1.§.permittitur
ff.de aqua quotid.& æſti.ibi, *Quod datur perſonis,
cum perſonis amittitur; ideò neque ad alium domi-
num prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcun-
que ſucceſſorē tranſit*, l.ex pluribus ff.de adminiſt.
tut.ibi, *Neque enim cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur,
quæ meruit præcipuum fauorem.* Et approximan-
do noſtro caſui, videntur eſſe determinationes
30 juris ſatis conſonæ; † nàm cùm penſio debeat
commenſurari cauſæ, c.relatum 2.ibi, *iuxta ſerui-
tij meritum conſerantur*, de teſtamentis, cum tra-
ditis per Oldr.conſ.326. quem refert, & ſequitur
Io. Coraſius in paraphraſi ſacerdotali 1.par. c.4.
nu.14. Rebuff.tract.de pacific.poſſeſſor.nu.106.
& ſeq. Nicol.Garzia de beneſ.1.par.c.5.nu.328.
31 † ceſſante, cauſa aſſignationis penſionis ceſſat
obligatio ſoluendi illam, ita poſt Gigantem re-
ſponſo 19.num.4.& 5.& alios reſoluit Flaminius
Pariſ.lib.1.de reſignat.benefic.q.8.num.4. Et eſt
mirabilis reſolutio Romani d.conſ. 417. num.3.
vbi dicit; *Cùm cauſa finalis promiſſi cenſus tacitè
ab vtroque contrahente conſiderata illa fuit, ſcilicèt
Caſtrum, eiuſquè defenſio, conſequens eſt, vt cùm illa
deficiat propter Caſtri demolitionem, ipſa etiàm pro-
miſſio euaneſcat; deſinente etenim onere præſtandi
auxilij, deſinere debet & commodum, quod propter
præſtationē oneris ciuitas ſentiebat, l.Gaius in prin-
cipio ff.de annuis leg.l.qui ſub prætextu C.de ſacroſ.
Eccl.l.generalitèr l.ſeruus ſi fuerit C.de Epiſ & cler.
l.ſodales ff.de collegijs illicitis.* Et hanc reſolutio-
nem ſequuntur Tiraq.vbi ſupra 1.par.num.217.
Surd.de aliment. tit.7.q.33.num.8. & conſ.150.
32 num.62. † Pro quo videtur bonus tex.in l.filius
familias 117.§.apud Marcellum ff.de legat.1.ibi,
*Sed vix eſt, vt legatarium ex redditibus voluerit
antea dare, quàm fructus legatarius percepiſſet*,
Bart.in l.cū tale §.falſam ff.de cond.& demonſt.
quem ſequitur Rota dec.316.nu.5.par.2.diuerſ.
ſacri palatij, Menoch.conſ.62.nu.12.ad fin.verſ.
33 *Primò*, † *quia facit*, l.denique §.interdùm ff.de
peculio legato, ibi, *Teſtatorem voluiſſe eum retine-
re peculium interpretamur, videlicèt ex eo, quòd de
peculio eum iuſſerit centum inferre*, Purpurat.con-
34 ſilio 587.nu.26.tom.2. † facit l.cùm certus ff.de
tritico, vino, vel oleo legato, vbi ſi certus nume-
rus amphorarum vini legatus eſſet ex eo, quod
in fundo Semproniano natum eſſet; & minus na-
tum eſſet, non ampliùs debetur, quàm quod na-
tum eſt eo anno; quem tex.ad hoc ponderat Ti-
raquell. in l.boues §.hoc ſermone num.64. ff. de
verb.ſignif. & ex l.inter ſtipulantem §.ſacram
ff.de verb.oblig.l.1.in fi. ff.de cond.& demonſt.
Bald.conſ.316.nu.2.vol.3.
35 † Et confirmatur, quia quotieſcunquè præſta-
tur aliquid contemplatione fructuum, qui non
ſunt tùnc in rerum natura, intelligitur tacita cō-
ditio, ſi fructus naſcantur, vt dicit Pau.de Caſtro
in l.ex conducto §.ſi vis tēpeſtatis col.1.ff.locati,
inferens, quòd vbi venduntur fructus naſcituri,
eis non natis non contrahitur emptio, quaſi de-
fecerit conditio, Marc.Ant.Natta conſ.86.nu.2.
36 & 3.vol.1. † vt dicitur de legato vini colligendi
de tali fundo, quod non debetur, niſi ex illo col-
ligatur, l.Lucius ff.de alim.& cibar.legatis, l.qui-
dam teſtamento in princ.ff.de leg.1. Paul.Caſtr.
conſ.338.num.3.par.1. Decius conſ.500. nu.15.
Benintend.deciſ.Rotę Bononien.4. Caualc.tract.
de vſufr.mulier.rel.nu.167. M.Ant.Natta cōſ.86.
nu.2.tom.1. Claper.cau.11.fiſca.num.10. Franc.
Burſat.conſ.123.num.8.lib.1. Bart.in d.l.Lucius,
& in l.intèr ſtipulātem §.ſacram nu.6.ff.de verb.
obligat. Hieron.Gabr.conſ.47.num.3. volum.2.
37 † penſionem, quæ debetur ex fructibus benefi-
cij, non cogitur ſoluere, qui eos non percepit,
Mantica deciſ.339.nu.3.
38 Et confirmatur, † quia diminutis bonis dimi-
nuitur onus per tex.in l.forma cenſuali §.1.ff.de
cenſib. l.omne territorium cum gl. C.de cenſib.
& cenſito.lib.11. Aymon conſ.195.num.6.vol.1.
Rom.conſ.369.circa primum nu.32. Paul.Fuſc.
in ſingularib.iuris, lit.P.num.40. qui loquitur in
materia penſionis eccleſiaſticæ, & aliorum one-
rum, quæ minui debent, diminutis notabilitèr
39 fructibus. † Et ſimilitèr facit, quòd onus dimi-
nuitur, diminutis perſonis, quarum contempla-
tione aliquid debebatur, & erat relictum, l.Seio
amico, verſ.*non ideo minus* ff.de ann.legat. Petr.
Duen.reg.177.debitum, & reg.178.& 184. Frāc.
Marc.deciſ.855. Iacob.Menoch.de arbitr.iudic.
caſu 283. Nicol.Intrigl.ſuper c.Regni Sicil.to.3.
c.54. Regis Martini nu.41.
Et confirmantur prædicta, quia Doctor Vaz-
quez ſolummodò ſoluit expenſas expeditionis
bullarum penſionis 200. ducatorum, quos ipſe
percipere habebat, & non pro alijs 150. qui ſi fo-
rent ipſi reſeruati, & non deſtinati, vt fuere pro
ſoluenda dicto Abbati penſione impoſita ſuper
40 Archipresbyteratu † iuxta ſtylum Curiæ Ro-
manæ, qui debet attēdi ac ſi ius foret, vt per La-
pum alleg.60.nu.5. vbi Mandoſ.in addit.litera I.
adducit capitulū quàm graue de crimine falſi, &
alia iura, & Doctores, Caballin.milleloq.828.n.1.
Gamma dec. Portug.16.nu.7. ſoluere habuiſſet
pro ducatis 350. eandē ſummam, & etiàm com-
poſitionem pro reſignatione Archipresbytera-
tus, quod vtiquè non fecit, ſed tantùm pro duca-
41 tis 200. & dicta compoſitione † ex quantitate
autèm pretij colligitur quid actum fuerit inter
partes, glo.ſing.in l.1.verbo *agendo* ff.de ſuperfi-
ciebus, Bald.in l.ex conuentione 11.num.1.C.de
pact.& in l.1.nu.5.ad fin.C.de contrahen.empt.
Alex.conſ.68. num.9.lib.5. Couarr.in pract.c.3.
num.3.& cap.28.num.9. Vinc.Carrocc.tract.de
locato, & conduct.q.3.princip. tit. de ſimilitud.
location. verſic. *pretium* num.4. qui plures alios
allegat.
Vltrà quod confirmatur, quia ſi dictus Doctor
Rodericus Vazquez retinuiſſet Archipresbyte-
42 ratum, † nec illū reſignaſſet, & eueniſſet, dictum
Abbatē promoueri ad Epiſcopatum, extingue-
retur penſio, niſi haberet diſpenſationem Apo-
ſtolicam ad retinendum eam, vt per Abb.in cap.
cùm in cūctis nu.3.de elect. Gigas de penſionib.
q.56. Caſſad.deciſ.2.de conſtitut. Paulus Aemil.
deciſ.Rotæ 305.& 306. nu.1.par.3. Et tali caſu
rema-

Digitized by Google

remaneret etiã liber dictus Licentiatus Andræas Perez à ſolutione penſionis dictorum ducat. 150. Et cùm in noſtro caſu militet eadem ratio, cùm dictus Doctor Vazquez eam non ſoluat dicto Abbati, ſequitur non debere illi ſolui, cùm ceſſa-
43 uerit cauſa, propter quam fuit reſeruata, † & vbi militat eadem ratio, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, l. illud ff. ad l. Aquiliam, Cœphal. conſ. 1. nu. 53. Marc. Ant. Eugen. conſ. 28. num. 62. lib. 1.
44 † Et hoc non eſt facere extenſionem, quia vbi eſt identitas rationis, non dicitur fieri extenſio; ſed omnes caſus dicũtur comprehenſi, l. his ſolis, C. de reuoc. donationib. Rubeus Alex. in l. Titia cùm nuberet §. Imperator num. 56. verſ. *replicari poteſt* ff. de leg. 2. Rol. à Valle cõſ. 14. nu. 31. vol. 3. Et ex his omnibus videtur iuri conſonũ, ceſſaſſe obligationem ſoluendi dictam penſionem ducatorum 150. ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *TEſtamentum poſſunt facere duo in vna charta, & ſub vna contextura.*
2 *Superuiuens poteſt pro ſua parte reuocare teſtamentum, quod fecit cum alio.*
3 *Teſtamentum, & omnis vltima voluntas poteſt reuocari vſquè ad mortem.*
4 *Teſtamentum primum habet implicitam conditionem, ſi aliud non fiat.*
5 *Teſtamentum illud ratum eſt, quod eſt vltimum.*
6 *Teſtamento ſecundo ritè facto rumpitur primum.*
7 *Teſtamentum ſecundum rumpit primum, licet de eo mentionem non faciat.*
8 *Teſtamenta duo eiuſdem teſtatoris non ſunt inſimul valida, ſed ſecundum prænalet.*
9 *Teſtamentum tùnc dicitur valere, quandò ſequitur hæreditatis aditio.*
10 *Aditio requiritur, vt hæreditas acquiratur.*
11 *Hæreditas efficitur caduca, decedente hærede antè aditionem.*
12 *Hæreditas etiàm purè delata, niſi adeatur, non transmittitur.*
13 *Fratre hærede instituto, adhùc requiritur aditio, vt tranſmittatur hæreditas.*
14 *Deſcendentibus institutis, non eſt opus aditione ad tranſmiſſionem.*
15 *Hæreditas magis debetur deſcendentibus, quàm tranſuerſalibus.*
16 *Inſtitutio hæredis non ſufficit, niſi ſequatur aditio.*
17 *Hæres non dicitur propriè ante aditionem.*
18 *Aditio debet apparere animo, & facto instituti.*
19 *Aditio eſt animi, & facultatis.*
20 *Animus eſt quid facti.*
21 *Facti quæ ſunt nõ præſumuntur, ſed ſunt probãda.*
22 *Aditio hæreditatis non præſumitur, niſi probetur.*
23 *Poſſeſſio iure familiaritatis non attenditur.*
24 *Teſtamentum faciens inſimul cum alio, præſumitur ſciuiſſe contenta in eo.*
25 *Hæreditas clauſis tabulis iure antiquo non poterat adiri, ſecus de iure nouo, & num. 26.*
27 *Hæredes ab inteſtato cenſentur vocati, non adeunte hærede ſcripto.*
28 *Fructus veniunt in iudicio petitionis hæreditatis, & illam augent.*
29 *Fructus hæreditatis petuntur eadem actione.*
30 *Fructus hæreditatis reſtituit bonæ fidei poſſeſſor, quatenus ex illis factus eſt locupletior.*
31 *Poſſeſſor præſumitur factus locupletior ex fructibus.*
32 *Teſtamentum in Regnis Caſtellæ ſuſtinetur abſquè hæredis inſtitutione.*
33 *Hæres iuſſus eſt grauari à teſtatore ad legatorum onera.*
34 *Legata pia debent ſolui ab hæredibus ab inteſtato.*
35 *Fori eccleſiaſtici cognitio eſt, ſi agatur contra bona relicta pro Capellanijs, & pijs operibus.*
36 *Actor regularitèr ſequitur forum rei.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum in ſcriptis ſi fiat à duobus, an poſſit ſuperuiuens ex eis alitèr diſponere ſaltim in præiudicium bonorum prædefuncti, & diſpoſitionum ab eo factarum, vel illæ debeant firmæ remanere, & reſpectu reſidui fiat locus eius conſanguineis ab inteſtato venientibus.

CONSILIVM CXXXVIII.

IN facto ſupponitur, quòd Doctor Antonius Perez portionarius Eccleſiæ Conchenſis, & Stephania Cibò eius cõſobrina inſimul, & in ſcriptis teſtamentum fecere, in quo poſt aliqua legata, & particulares diſpoſitiones ſe ad inuicem inſtituerũt hæredes in caſu ſuperuiuẽtiæ cuiuſlibet eorum, & decedente priùs dicta Stephania, & licèt non appareat, illius hæreditatem adijſſe dictum Doctorem Antonium Perez, remanſit in eius poſſe cum omnibus illius bonis, fecitquè ſecundum teſtamentum, mutando res, & alitèr diſponendo, quàm in primo, quod apparuit clauſum, & cùm poſt illius mortem fuerit apertum, conſanguinei propinquiores dictæ Stephaniæ tanquàm legitimi hæredes ab inteſtato prætendunt, illius bona cum fructibus contra bona, & executores Capellaniarum, & aliorum piorum operum inſtitutorum per dictum Doctorem. Quo ſuppoſito,
1 ſciendum eſt, † quòd licèt permiſſum ſit, duos facere vnicum teſtamentum in vna charta, & ſub eadem diſpoſitione, & contextura, l. eò, quod à multis C. ſi cert. petat. l. licèt inter priuatos C. de pact. vbi Bald. & Paul. Caſtr. num. 2. & 3. dicens, procedere etiàm ſi ſint perſonæ penitùs diuerſæ, & eſt communis opinio, ſecũdùm Nicol. Bellon. conſ. 85. nu. 9. Tellus Fernan. in l. 3. Tauri num. 6. Burgos de Paz ibidem num. 1213. & ſeqq. Boer. q. 253. nu. 5. & 7. Azeued. conſ. 3. num. 1. facit l. 33. tit. 11. part. 5. Roder. Xuar. in l. quoniàm in prioribus in declarat. l. Regni limit. 5. nu. 12. Rebuff. in cap. cùm dilectus notab. 3. de cauſa poſseſs. & propriet. Iul. Clarus §. teſtamentum q. 60.
2 † Et quòd ſuperuiuens pro parte ſua poſſit reuo-

reuocare teſtamentum,aut diſpoſitionem muta-
re, quàmuis in ea non fuiſſet, prout hic apparet
eſſe reſeruatam facultatem mutandi, reſoluunt
Roderic.Xuarez vbi proximè, Ant.Gama deciſ.
Portugall.245.nu.1. Blaſius de Mena in addit.ad
eum dec.247. Azeuedo d.conſ.3.nu.2.4.& ſeqq.
3 † quia teſtamentum,aut quælibet alia vltima vo-
luntas poteſt mutari vſquè ad mortem, l.4.in fi.
ff.de adimen.leg. l.cùm hic ſtatus §.pœnitētiam
ff. de donation.inter.l.3, C.de codicillis,l.ſi quis
C.qui teſtam.fac.poſſ. c.cùm Marthæ de celebr.
Miſſ.l.103.tit.18. par.3. cum adductis per Mat-
tien.in l.1.tit.4. lib.5.recop.gloſ.14.num.2. Me-
noch.lib.4.præſumpt.50.num.4. M.Ant. Eugen.
conſ.58.num.54.lib.1.Molina Theolog.de iuſtit.
4 tom.1.diſput.124.& 151. † nàm teſtamentum
primum habet in ſe tacitam, & implicitam con-
ditionem,ſi aliud non fiat,Cæphal.conſ.73.nu.4.
Dec.conſ.475.nu.2.Burgos de Paz conſ.2.nu.50.
latè Couarr.in rubr.de teſtam.2.par.nu.9.& 20.
5 † nàm illud teſtamentum ratum eſt,quod eſt vl-
timum,l.2.§.idem ff.quemadmodū teſtam.aper.
Iacob.Concennatius lib.3. quæſt.iuris q 42.n.1.
Ioan.Cæphal.conſ.32.à num.1. Barbatia conſ.58.
6 nu.21.to.4. † nàm eò ipſo, quòd eſt ritè factum,
rumpit primum, Io.Ignæus in l.1.§.iuxta nu.26.
ff.ad S.C. Syllan.Guido Papæ q.206.& conſ.64.
nu.2. Iulius Clarus lib.3.ſentent. §.teſtamentum
7 q.94.Alphanus collectanea 895. † etiàm ſi primi
nullam mentionem in ſecundo fecerit, Feder.de
Senis q.47.num.1. Achilles de Graſſis deciſ.279.
8 nu.12.† Nequè enim duo eſſe poſſunt teſtamen-
ta eiuſdem teſtatoris valida,ſed ſemper ſecūdum
reddit inualidum primum,§.poſteriore,& §.ſed
ſi quis, Inſt.quib.modis teſtament.infirment.l.1.
§.cùm in ſecundo ff. de iniuſto, rupto, l.ſi quis
priore ff. ad Senatuſconſ. Trebell. l.ſi quis cum
§.vlt.ff.de vulgari, Dynus in c.quod ſemel n.19.
de reg.iur.in 6.Rota deciſ.20.de prucurat.in no-
uis. Mattienzo in l.2. tit.4.lib.5. recopil. gloſ.9.
nu.27.Molina d.diſput.124. Et ita potuit dictus
Doctor Antonius Perez facere ſecundum teſta-
mentum, cui ſtandum erit, & non primo reſpe-
ctu ſui, & eius bonorum.

Quod tamèn nō procedit reſpectu bonorum
dictæ Stephaniæ Cibò, cùm hæreditatem eius
non acceptauerit,& per conſequens non acquiſi-
9 uerit,nec potuerit illā tranſmittere; † quia tùnc
teſtamentum dicitur vires habere, quandò cum
morte concurrit aditio, l.eam, quam l.ex teſta-
mento C.de fideicomm. l.ſi nemo ff.de teſtam.
tutela.Io.Igneus in l.3.§.vtrum ff.ad S.C.Syllan.
Cæphal.conſ.88. nu.51. tom.1. Aymon Crauet.
conſ.147.nu.7. Vldaric.Zaſius cōſ.3.nu.51.lib.1.
10 † Et aditio requiritur, vt hæreditas acquiratur,
l.1.l.gerit ff.de acquir.hæred.Ioan.Andr.Georg.
alleg.31.nu.40. & fiat patrimonium eius,qui fuit
hæres inſtitutus,l.1.§.veteres,vbi Alex.ff.de acq.
poſseſs. l.ſed ſi plures §.ſi filio ff.de vulgari.l.hæ-
res quoquè, l.cùm hæredes ff.de acq.poſs. Bart.
in l.bona 3.num.4. ff.de bonorum poſſ. Guillel.
Onciac.lib.2.Academ.qq.quæſt.72.nu.8. Ignæus
in l.cum fiſco nu.23.in l.ſi de pluribus nu.2.ff.ad
Senatuſc.Syllan.Menoch.lib.2.de arbitr.caſ.256.
nu.9.Surd.de alimen.tit.1.q.116.num.1. M.Ant.
Eugen.conſ.88.num.81. Roland.à Valle conſ.43.
nu.40. lib.4. Io.Guttier.in l.nemo poteſt nu.76.
ff.de legat.1.
11 † Nàm ſi hæres decedit antè aditam hæredi-
tatem,hæreditas fit caduca,Igneus in l.ſi ſequens
12 nu.21. ff.ad Syllan. † Et etiàm purè delata non
tranſmittitur, l. traditio ff.de acq.rer.dominio,
Bart.& alij in l.ventre ff.de acquir.hæred.& in l.
quoniàm ſororem C.de iure deliber. Bald.in l.ſi
infanti q.3.eodem tit. Pariſ.conſ.59.nu.14.lib.2.
conſ.40.nu.10.lib.3. Io.Cæphal.conſ.210.nu.64.
conſ.288.nu.11.tom.2. Cæſ.de Graſſis dec.1.de
except.nu.14.Rota deciſ.47.nu.4.par.2.& deciſ.
782. nu.21. par.1.diuerſ.Sacri palat.per l.eman-
cipata C.qui admitt.Ignæus in l.cōtractus n.178.
13 ff.ad Syllan. † Non ſolùm quandò eſt inſtitutus
conſobrinus,ſed quàmuis foret frater, l.ſi fratris,
d.l.quoniàm ſororem C.de iure delib.& notatur
in l.1. §.in nouiſſimo C.de cad.toll. & in l.apud
hoſtes C.de ſuis, & legit.hæred. Bart.& alij in l.
qui duos ff.de vulgar. Guido Papæ ſing.009.Ca-
ualcan.deciſ.Fiuizani 9.nu.40.par.2. Io.Guttier.
in l.vnica nu.3. C.quandò nō peten.partes,Cœ-
polla conſil.ciuili 58.nu.14. M.Ant.Eug.conſ.27.
nu.76. Cæphal.conſ.210.nu.64. conſ.288.nu.11.
14 † Quia ſolùm quandò inſtitutus eſt de filijs, aut
deſcendentibus teſtatoris, & etiàm eſt perſona,
in quam eſt facienda tranſmiſſio, fit abſque adi-
tione, d.l.vnica §.in nouiſſimo, vbi DD. l.apud
hoſtes C. de ſuis, & legit. hæred. Fabius Bellon.
tract.de iure ſui.num.33. Paul.Caſtren.in l.filius
à patre nu.2. ff.de lib. & poſthum. M.Ant.Eug.
conſ.33.nu.116.lib.1.Bart.ſing.195. Petr.de Ra-
uenna ſing.248.Greg.Lopez in l.2.tit.6.partit.6.
15 gloſ.8.& 10.† quia magis debetur hæreditas eis,
quàm tranſuerſalibus, Morot.reſponſo 1. nu.44.
l.in ſuis, vbi DD.ff.de lib.& poſth. Diuus Paulus
in Epiſt.ad Romanos c.8.§.ſed ſui,Inſt.de hære-
dum qual.& differ. Bal.in l.cùm hæreditas nu.3.
C.depoſit.& in l.ſi abducta nu.6.C.de furtis.l.1.
tit.20.part.2. Iuſtinus lib.1.hiſt.in princ.Tiraq.
in præfat.ad l.ſi vnquàm nu.4. & ſeqq. C.de re-
uocan.donat. Martin.Vran. in cap. Quintauallis
num.4.& 15.de inreiur.
16 † Et ità non ſufficit, quòd dicta Stephania
Cibò inſtituiſſet hæredem dictū Doctorem An-
tonium Perez,ſi nō probetur hæreditatis aditio,
l.3.§.ſi quis ità, vbi Imola notat ff.de hæred.inſt.
l.ſi in diem,in princ.vbi Bart.ff.de condit.& de-
17 monſtr. Io.Baptiſta Ferret.conſ.47.nu.5. † nàm
hæres non poteſt nominari antè aditionem,l.fin.
C.de iure delib. Ignæus in l.3. §.ſi conditionem
18 nu.132. ff.ad Syllan. † Et hæc aditio debet ap-
parere voluntate, & facto illius, qui fuit hæres
inſtitutus,Bald.in l.potuit nu.6.C.de iure delib.
Aymon Crau.conſ.148.nu.10.Marc.Ant.Eugen.
conſ.25.num.71.tom.1.allegans l.cùm antiquio-
ribus,C.de iure delib. vbi Bal.verſ. *his præmiſſis*
19 † nàm cùm aditio hæreditatis ſit animi, & facul-
20 tatis, l.ſi auia eod.tit.† & animus ſit facti, l.bonæ
fidei ff.de acquir.rer.dom. Bart.in l.pro hærede
21 §.1.ff.de acquir.hæred. † & quæ ſunt facti non
præſumantur,ſed ſint probāda,l.in bello §.factæ
ff.de capt.& poſtlim.reuerſ. l.fin.§.licentia C.de
iure delib.gloſ.ordinaria in l.cùm de lege,verbo
hæredis

Google

hæredis ff.de probat.Molin.lib.4.de Hiſpan.pri-
22 mogen.c.7.num.33. † Et in terminis aditionis,
quòd non præſumatur ex l.ſi filius C.de petitio.
hæred. tradit Menoch.de adipiſc.poſſ.remed.4.
nu.173.quia niſi in actis producatur,doceri non
poteſt hæreditatis aditio,Rot.dec.655.n.2.par.3.
lib.3.diuerſ.Sacri palatij, Mantic.lib.12. de con-
23 iect.vlt.volunt.tit.9.num.3.& 4. † Et retentio,
ſeù poſſeſſio bonorum Stephaniæ videtur facta
iure familiaritatis, quia in eadem domo habita-
bant. Et ideò non iuuat,l.qui iure 41. ff.de acq.
poſſ. Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 160. num.13.
Cephal.conſ.4.nu.37. Martin.Vranius conſ.24.
à num.21.tom.2.

Et quàmuis teſtamentū eſſet clauſum, potuit,
debuitq; Doctor Antonius Perez acceptare hæ-
24 reditatem, † nàm vti perſona,quæ inſimul cum
dicta Stephania illud fecerat, ſciebat contenta in
eo,l.cùm hæres ff.de liberat.legata. Bart.in l.qui
Romæ §.duo fratres nu.14.& duobus ſeqq.ff.de
verbor.obligat.& in l.cætera §.fin.in princ.ff.de
leg.1.tradit Matienzo in l.1.tit.4.lib.5.recopilat.
25 glo.14.nu.32.† quàmuis iure antiquo hæreditas
clauſis tabulis adiri non potuiſſet,vt eſt caſus no-
tabilis in l.3.§.ſi quis hæres ff.de teſtamen.liber-
tatibus,l.ſi in diem ff.de cond.& demonſt. Ioan.
Ignæus in l.in cognitione nu.3. & in l.3. §. quod
ad num.11. ff.ad S. C. Syllan. per tex.in ead.l.3.
§.eleganter in princ.& verſ.*ſi conditione*,eod.tit.
26 Lud.Rom.conſ.128.nu.3.† Sed de iure nouiori
hæreditas poteſt adiri, etiā clauſis tabulis, l.vni-
ca§.in nouiſſimo C.de caduc.toll.Pau.Caſtrenſ.
in l.ſi quis §.ſciendum eſt,nu.2.ff.de acq.hæred.
Ignæus d.num.31.Et ità fuit in culpa non faciē-
di aditionem, & per conſequens hæreditas Ste-
phaniæ tranſitum fecit ad eius proximiores con-
ſanguineos ab inteſtato venientes, qui ſunt filij
Antoniæ Mugnoz eius conſobrinæ germanæ,
27 † quia hęredes ab inteſtato cenſentur vocati,vbi
hæres non eſt ſcriptus, vel qui ſcriptus fuit, non
adijt hæreditatem, vt ex alijs reſoluit Matienzo
d.gloſ.14.nu.7.

Et debebit dicta hæreditas illis reſtitui cum
28 fructibus,& redditibus,† qui veniunt in iudicio
vniuerſali petitionis hæreditatis, vt illius partes,
& non vt acceſſorij,l.itèm veniunt §.non ſolùm,
verſ.*fructus autèm omnes hæreditatem augent*,ff.de
petit.hæred.vbi gloſ.& DD. Iaſ.in §.actionum
num.133. Inſt.de actionib. Soc.in reg.161.nu.5.
Boerius deciſ.18.eod.num. l.ſi poſt mortem, ibi,
Tam ipſe, quàm hæredes eius fructus reſtituere co-
29 *guntur*, C.de petit.hæred. † Et eadem actione
petuntur.l.ſi marito 32.§.fin.ff.ſol.matr.Bald.in
l.1.nu.8.C.de vſur.& fruct.Iaſ.in l.1.nu.10.C.de
iudic.facit l.pen.& finalis, C.de donat.antè nup.
per quæ iura in vniuerſalibus tenet Bald. in d.l.
ſi marito §.1.nu.1. Campeg.tract.de dote 3.par.
q.194.num.2. Barboſa in rubr.ff.ſol.matr.3.par.
nu.61.& 62.verſ. *cæterùm*, & num.67.& in l.2.in
princ.1.par.nu.17.& in l.diuortio §.ob donatio-
nes nu.2. & in l.non ſolùm nu.12. ff.ſol.matrim.
Matienzo in rubr.tit.2. gloſ.1.num.1.& 3.lib.5.
recopilat.Franchis deciſ.179.num.6.Eſcobar de
ratiocinijs cap.9.num.77.& ſeq.
30 † Quòd procedit, quàmuis dicatur, q̄ Doctor
Antonius Perez cum bona fide habuit bona,quæ
reliquit dicta Stephania, nàm adhùc ſunt reſti-
tuendi hæredibus ab inteſtato fructus extantes,
& etiàm conſumpti, quatènus ex eis factus fuit
locupletior, l.1. C.de petit.hæred. ibi, *niſi ex his
locupletiores extiterunt*,l.illud §.prędo in fi.ff.eod.
tit. ibi, *in bonæ fidei poſſeſſore tantùm fructus ve-
niunt in reſtitutionem, quaſi augmentum hæredita-
tis,per quos locupletior factus eſt*, & ibi glo.& DD.
31 præcipuè Ang. notant, † poſſeſſorem in dubio
præſumi factū locupletiorem, & omnes fructus
reſtituere debere, ſequitur Gregorius Lopez in
l.4.tit.14.gloſ.verbo *De ellos*,par.6.facit l.vtrum
ff.de petit.hæreditat.

Benè verum eſt, quòd dicti hæredes Stephanię
ab inteſtato venientes debebunt adimplere ex
dictis bonis legata relicta per eam, & medieta-
tem illorum, quæ inſimul cum dicto Doctore
32 fecerat,animaduerſo,† quòd de iure Regio Ca-
ſtellæ,vt teſtamentum ſit validum,in nullo euētu
eſt neceſſaria hæredis inſtitutio,ſed per hæredē,
qui ab inteſtato ex legum præſcripto, aut con-
ſuetudine patriæ ſucceſſerit, impleri debent le-
gata,& quæcunque alia teſtator in ſuo teſtamen-
to, alioquin validò reliquerit, vt habetur in l.1.
tit.4. lib.5. nouæ recopil. & ibi tractant Matien.
& Azeued.Roder. Xuarez in l.quoniàm in prio-
ribus ampliat.1.num.8. C.de inoffic.teſtam. vbi
Valdeſius in addit.lit.G. Olanus in concordia
legum Regni lit.H.nu.19. Molin.tom.1.de iuſtit.
tract.2.diſput.124.circa fin.Molin.de primogen.
lib.2.c.15.num.16. bonus textus in l.vnica §.Pio
Secundo, & §. cùm enim C. de caducis tollend.
33 † Nam vltrà,quòd in dubio hæres viſus eſt gra-
uari ad onera legatorum, glo.verbo *ad onus* in l.
Marcellus ff.ad Senatuſc. Trebell.vbi Bart.Bald.
& Salyc.in l.fin.C.eod.ad quod allegatur l.ſi ſer-
uus §.qui margaritam ff.de leg.1.l.peto in princ.
ff.de leg.2. Io.Baptiſta Ferret. conſ.217.num.1.
34 † Maximè quandò legata concernunt animam,
& pia opera: nàm etiàm ſi teſtamentum non va-
leret, tamèn ſuccedentes ab inteſtato adimplere
debent, Guid.Papæ ſing.381.Tiraq.de priuileg.
piæ cauſæ priuil.15.Cæſ.de Graſſis dec.Rotæ 5.
de teſtamen.nu.10.& ſeqq.

Quòad Iudicem competentem ad cognoſcen-
dum de hac cauſa, cùm Doctor Antonius Perez
eſſet perſona eccleſiaſtica, Presbyter ſcilicèt, &
Portionarius dictæ ſanctæ Eccleſiæ, & per vlti-
mū eius teſtamentum,cui eſt ſtandum,reliquerit
bona ſua pro dotatione Capellaniarum, & piorū
35 operum, † quæ ſunt de foro eccleſiaſtico, c.nos
quidèm, c.indicante de teſtamentis, c.nouerint
10.q.2. l.5.tit.2.lib.1. recopil. Tiraq. vbi proxi-
mè in præfat. nu.13. Gloſ.in l.ſi quis Titio ff.de
legat.2.Rota deciſ.509.num.1.& 2.par.1.diuerſ.
ſacri palatij, Abb.conſ.47. lib.2. Hieron.Gigas
de penſio. q.86.num.7.Rebuff.in praxi tit.quarè
inſtituta ſint beneficia,num.10.Io.Guttier.lib.1.
can.qq.c.35.nu.23.iuncto c.relatum 1.de teſtam.
ibi, *Mandamus quatènus cum aliqua cauſa talis ad
veſtrum fuerit examen deducta,eam non ſecundùm
leges, ſed ſecundùm decretorum ſtatuta tractetis*;
debebit cauſa tractari coràm Iudice eccleſia-
ſtico.

36 † Et

36 ✝ Et quia hìc procedit regula ordinaria iuris, quòd actor debet ſequi forum rei, cap.ſi clericus laicum, c.cùm ſit generale de foro compet.c.experientia, cum ſeq. 11.q.1.c.2.c.neminem 3.q.6. l.in criminali C.de iuriſd.om.iud.l.vltima C.vbi in rem actio, l.quia etiàm ff.de alien.iud.mutan.cau.facta, Auth.vt clerici apud proprios Epiſcopos coll.6. Et ità mihi de iure videtur, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina in multis articulis eſt deterioris conditionis, quàm maſculus.*
2 *Maſculus eſt dignior fœmina.*
3 *Maſculo, & fœmina concurrentibus, præfertur maſculus.*
4 *Maſculus, & fœmina ſi ſunt executores teſtamenti inſolidũ, & diſcordent, præfertur vox maſculi.*
5 *Teſtes duo maſculi præferuntur duabus fœminis.*
6 *Inſtrumenta hæreditaria debent cuſtodiri penès maſculum, & non penès fœminam.*
7 *Maſculo, & fœmina litigantibus, iuramentum potiùs defertur maſculo, quàm fœminæ.*
8 *Fœmina poteſt habere ius patronatus, vel præſentandi, & nu 12.*
9 *Verba ſi quis cõprehendunt maſculos, & fœminas.*
10 *Maſculinum comprehendit fœmininum, maximè in fauorabilibus.*
11 *Patroni appellatione venit etiàm patrona.*
13 *Patroni duo ſi ſint, vnus maſculus, & alia fœmina, & diſcordent in præſentando, præfertur vox, & præſentatio maſculi.*
14 *Fœminæ vox poſtponitur, niſi fuerit expreſſè prælata.*
15 *Qualitas prædominans ſemper attenditur.*
16 *Mixtis in rebus applicatio ſit ad id, quod præualet.*
17 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.*
18 *Præſentantium numero pari, recurritur ad merita, & dignitates.*
19 *Fœmina eſt minoris qualitatis, quàm maſculus.*
20 *Diſpoſitio conuenit, cui verba illius conueniunt.*
21 *Abſens poteſt præſentari, quandò eſt notus præſentanti.*
22 *Acceptata præſentatione per abſentem, quæritur illi ius irreuocabile.*
23 *Opinio Baldi, & aliorum pro maſculo patrono eſt verior in practica.*
24 *Gratificationi locus non eſt, niſi data paritate terminorum, & iurium præſentatorum.*
25 *Opinio, præferẽs præſentatũ à maſculo eſt cõmunis.*
26 *Communis opinio ſequenda eſt in iudicando, & conſulendo.*

P R O

Licentiato Emanuele de Ledeſma Canonico Sanctæ Eccleſiæ Conchenſis.

ARGVMENTVM.

Duobus patronis exiſtentibus alicuius Capellaniæ, vno maſculo, & alia fœmina, ſi non conueniant in præſentando Capellano, præfertur qui fuerit præſentatus à patrono maſculo.

CONSILIVM CXXXIX.

CVm in Eccleſia Oppidi de Morales Diœceſis Zamorẽſis eſſet Capellania de iure patronatus laicorum, cuius ad præſens ſunt duo patroni, vnus maſculus, qui præſentauit dictum Licentiatum Emanuelem de Ledeſma: & fœmina patrona, quæ alium præſentauit. Et cùm dubitetur, cui præſentationi ſtandum ſit, reſpondi, quòd factæ à maſculo ex ſequentibus.

1 ✝ Primò, quia fœmina in multis iuris articulis
eſt deterioris conditionis, quàm maſculus, l. in
multis ff.de ſtatu hom. Spec.tit.de procurat.§.1.
col.2. verſ.*regulariter*, Palacios Rubios in repet.
c.per veſtras de donat.inter virum, & vxor.§.43.
num.5. Hippol.de Marſil.ſing.611. Celſus Hugo
conſ.49.nu.19.conſ.75.nu.6. l.fœminæ, vbi Dec.
2 num.2.& ſeqq.ff.de reg.iur. ✝ nàm maſculus eſt
dignior muliere, l.1.vbi Bart.& alij ff.de Senatoribus,
Vranius in cap. fin.§.ſanè nu.31.de iureiur.
latè Tiraq.l.1.connub.per totam. Vndè Menoch.
lib.4.præſumpt.85. num.19. poſt Dec.conſ.568.
3 num.5.verſ.*& reſpondendo ſpecialitèr* ait, ✝ quòd
quandò cõcurrunt maſculus, & fœmina, præfertur,
& eſt melioris conditionis maſculus, quàm
fœmina, Ioan.Guttier.conſ.3.nu.5. facit Bald.in
4 l.1.in princ.ff.de Senatoribus, vbi ait, ✝ quòd ſi
maſculus, & fœmina relicti ſunt executores teſtamenti
inſolidùm, & in exequendo diſcordent,
præfertur in dubio maſculi conſilium, ſequitur
Philippus Probus in addit. ad Ioan.Monachum
in cap.cùm de diuerſis num.6. de priuileg.lib.6.
Andræas Siculus in c. tua col.10.de teſtamentis,
Dec.in d.l.fœminæ num.47. Palac.Rubios dicto
§.43.num.5.& 8.

5 ✝ Sic quandò ex vna parte ſunt duo maſculi
teſtes, ex alia duæ fœminæ, præualet teſtimoniũ
maſculorum, Abb.in c.forus ad fin.de verb.ſign.
Bald.in l.fin.per tex.illum ff.de fide inſtrument.
& conſ.121. incip. quis melius, lib.2. Spec.tit.de
teſte §.poſtquàm verſ.*porrò*, Felin.in c.quoniàm
nu.5.de teſtib. Decius dicto num.47. Vranius in
cap.fin.§.ſanè nu.33.de iureiur.

6 ✝ Et ſimilitèr facit d.l.fin. ff.de fide inſtrum.
vbi inſtrumenta hæreditaria debent poni apud
virum, non apud mulierem, & Dec.in d.l.fœminæ
nu.48. Palacios Rubios vbi proximè num.6.
inferens ex eo poſt Franciſc.de Curte in repetit.
7 l.admonendi fol.34.col.1. ff.de iureiur. ✝ quòd
litigantibus inuicem maſculo, & fœmina, in dubio
deferendum eſt iuramentum maſculo, quia
præſumitur veriùs dicere tanquàm legalior, &
fide dignior, vt etiam notat Iacob.Butrig.in l.in
bonæ fidei C.de reb.credit. arg.d.l.fin.ff.de fide
inſtrum.l.qui teſtamento §.mulier ff.de teſtam.

8 ✝ Et licèt fœmina poſſit acquirere ius patronatus,
vt probatur in c.nobis, & ibi Innoc.& Io.
Andr.& Abb.verbo *ſi quis* de iure patr. Iulianus
9 Viuian.eod.tract.par.1.lib.2.nu.2. ✝ nàm quandò
dicitur *ſi quis*, tàm maſculus, quàm fœmina
continetur, l.1.ff.de verb.ſignif.vbi gloſ.dicit, id
10 eſſe de mente Legiſlatoris, ✝ cùm maſculinum

con-

concipiat fœmininum, vt notatur in cap.ſi quis
ſuadente 17.q.4. in c.generali de elect. lib.6. vbi
gloſ.verbo *vniuerſos*,& in fauorabilibus ex l.qui
duos ff.de leg.3. Cæph.conſ.53.nu.96. volum.1.
Alex.conſ.61.nu.3.lib.1. Barbatia conſ.50.nu.18.
& 21.lib.4. Alciatus conſ.6.nu.4.lib.2.& conſ.9.
nu.3.lib.6. Tiraq.in l.ſi vnquàm,verbo *patronus*,
nu.1. C.de reuoc.don. vbi ponderat tex.expreſ-
11 ſum in l.patroni ff.de verb.ſign. † appellatione
patroni, patronam contineri, latè idem Tiraq.
de retract.lignag.§.1.gl.9.nu.179.
12 † Et in proprijs terminis, quòd licèt fœminæ
ſint capaces iuris præſentandi,vt notent Hieron.
Gabr.conſ.195.nu.4.Ioſeph.Lud.concl.vnica de
iure patr.verſ.*fœminæ*, Rebuff.tract.nominatio-
num nu.9. verſ. *quintò quæro*, Paul.de Cittadinis
tract.de iure patron.9.par.num.34.& ſeq. Greg.
Lopez in l.8.tit.15.par.1. gloſ.4. Gaſpar Calder.
conſ.1. eod.tit. ex cap.fin. de conceſs.præbend.
Marta voto 195.nu.1.& 4.
13 † Tamèn ſi ſint duo patroni, vnus maſculus,
& altera fœmina, & diſcordent in præſentando,
debet præferri vox maſculi tanquàm dignior, &
præſentatus à maſculo præſentato à fœmina, ità
reſoluunt Bald.in dicta l.1.notab.vlt.ff.de Sena-
toribus, Dec.in dicta l.fœminæ,num.47.dicens,
hoc eſſe ſine dubio, quandò munus præſentandi
æqualitèr competebat maſculo, & fœminæ, ſe-
quitur Io.Crottus tract.de teſte charta 3.nu.58.
vbi Doctor Petrus Moncada, Hippol.de Marſil.
ſing.611.nu.6. Feli.in c.quoniàm nu.5.de teſtib.
Philippus Probus ad Monachum in d. c. cùm de
14 diuerſis nu.6.de priuileg.in 6. † qui loquuntur,
quandò nõ fuiſſet expreſsè prælata vox fœminæ
voci maſculi,ſequuntur Palacios Rubios d.nu.5.
Aret.in d.c.quoniàm,Ant.Corſet.ſingulari verbo
teſtis 6.nu.2.Ant.Francus ad Abb.addit.1.in cap.
quoniàm 3. de iure patronat. Thomas Zerola in
praxi Epiſcopali, verbo ius patronatus, verſic.
vigeſimum quintum,Lamberti.de iure patr.lib.2.
par.3.q.5.princip.art.19. Salazar de vſu,& con-
ſuetud.c.12.nu.26. Tiraq. poſt leges connubial.
glo.9.nu.6.Perez de Lara de anniuerſarijs,& Ca-
pellanijs lib.2.c.3.nu.25. Greg.Lopez in l.8.tit.
15.parti.1.glo.*de eſtraños*, quem ſequitur Auiles
in capitulis correctorum, gloſ. in verbo *Reyna*,
nu.4. dicentes, quòd ſi patronus deceſſit ſuper-
ſtite filio, & filia, & diſcordant in præſentando,
debet præferri vox maſculi tãquàm dignior,Flo-
rianus de Sancto Petro in l.familiaria nu.10.ff.de
religioſ.& ſumptib.funer.
15 Cuius reſolutionis ſunt rationes,† nàm ſemper
debet attendi qualitas prædominans,l.quod ma-
ior ff.ad municipalem, & de incolis, c.Sedes de
reſcript. Gambara de officio, & poteſtate legati
de latere lib.3.nu.373. allegans pro eo l.ſed & ſi
rem §.1.l.quicquid §.fin.ff.de acq.rer.dominio.
16 † Et quia in mixtis de neceſſitate eſt facienda
applicatio ad id,quod præualet,l.quem enim ff.
de ſtatu hom. Gambara vbi proximè num.377.
17 & 380.† dicens,quòd magis dignum regularitèr
trahit ad ſe minus dignum, c.quod in dubijs de
conſecr.Eccleſiæ,vel altaris, c.per tuas de arbit.
l.præcipimus §.1.C.de appell. Io.Ignæus in l.ne-
ceſſarios §.nõ aliàs nu.471.& ſeq. ff.ad Senatuſc.
Syllan.Hippol.de Marſil.in tract.de fideiuſſorib.
nu.130.& ſeqq. Vueſembecius conſ.18.num.32.
volum.1.
18 † Vndè Io.Andreas in reg.in re cõmuni nu.6.
de reg.iuris lib.6. ait,quòd cùm eſt par numerus
præſentantium, recurri debet ad merita, & di-
19 gnitates,c.Eccleſia, vbi gl.de elect. † Fœminam
autèm minoris eſſe qualitatis,quàm maſculum,
in comperto eſt,& tradit Lud.Gomezius in c.in
multis nu.61.de reſcriptis lib.6. Ideò æquo iure
debet præualere præſentatio maſculi facta in fa-
uorem dicti Canonici Emanuelis de Ledeſma,
cùm in eo, vt mihi relatum eſt, concurrat quali-
tas per inſtitutorem præfatæ Capellaniæ requi-
20 ſita, † quadrentque ipſi diſpoſitio,& ipſius ver-
ba,arg.l.4.§.toties ff.de dam.inſe.Petr.Rebuffus
reſponſo 78.in princ. & per argumentum à con-
trario Guttierrez conſ.1.num.8.conſ.2.num.18.
Cæphal.conſ.151.nu.60.

Neque obſtabit dicere, quòd dictus Canoni-
21 cus erat abſens præſentationis tempore, † nàm
quandò præſentatus eſt notus præſentanti, valet
præſentatio in abſentia, ſecundùm Abb. in c.ea
noſcitur,num.3.in fi.de his,quæ fiunt à Prælatis,
Bald.in c.conſtitutus col.2.de appellat.Rocchus
de Curte de iure patron. verbo *honorificum* q.6.
nu.27.Lapus alleg.75.num.4.& ſeqq. Marc.Ant.
Eugen.conſ.84.num.6.& facit tex.in c.ſi tibi ab-
22 ſenti 17. de præbend.lib.6. † maximè interue-
niente acceptatione per quemuis irreuocabile
acquiritur, Cæph.conſ.272.nu.101.tom.2.Paul.
de Caſt.in l.cùm vir num.8.ff.de vſucap. Greg.
Lopez in l.50.tit.5.par.5.gloſ.1.
23 † Neque obſtabit, quod tradit Rocchus de
Curte d.tract.de iure patron. verbo *honorificum*,
nu.93.in fi.quatènus dubitat de reſolutione Baldi
in d.l.1.ff.de Senator.& Io.Bapt.Ferret.cõſ.131.
nu.1. Nàm vltrà,quòd idem Rocchus de Curte
ait, quòd eſt notanda deciſio Baldi in practica
propter eius auctoritatem; & quia frequentèr
cõtingit in facto,& quia ipſam ſequitur Bartho-
lomæus Bellencin.in addit.1.ad Abb.in d.c.quo-
niàm de iure patron. dicens, quòd licèt varianti-
bus patronis in præſentatione; ille,ad quem ſpe-
ctat inſtitutio habeat conſiderare,quis ſit magis
idoneus,& illum inſtituere, vt in c.paſtoralis,&
c.cùm autèm de iure patron. poteſt dici præſen-
tatum à maſculo præſumi magis idoneum,quàm
24 præſentatum à fœmina.† Et quia non habet lo-
cum gratificatio, niſi data paritate terminorum,
& iurium præſentatorum, cap.quod autèm, vbi
Abb.& alij de iure patronat. Rocchus de Curte
d.verbo *honorificum*.q.15.nu.41.Io.Bapt.Ferret.
25 vbi proximè nu.3. † Et quia opinio, quòd præ-
ſentatus à maſculo, præferatur præſentato à fœ-
mina eſt communis,& ſequuta à pluribus Aucto-
ribus,vt ſunt ſupra citatis quarè præſumitur ve-
ra,& pro veritate habetur, vt per Alciat.tract.de
præſumpt.reg.1.præſump.51.nu.2.& ſeqq. Ant.
Mariã Corat.in tract. de communib.opin. lib.1.
26 tit.3.nu.4. † Et ità in conſulendo, & iudicando
ſequenda venit,vt poſt Hoſt.in c.1.de conſtitut.
vbi Io.And.Butr.& Abb.Imola nu.16.verſ.*ſi verò*,
Felin. nu.54. & innumeri relati per Ant.Mariam
Corat.eo.tract.in præf.nu.27.& lib.2.tit.8.n.16.

Digitized by Google

Ex quibus omnibus potiora eſſe iura dicti Licentiati Emanuelis de Ledeſma Canonici Conchenſis cenſeo, in huius Capellaniæ præſentatione, vt ipſam ſi opus ſit debeat ſubſequi Superioris inſtitutio, reiecta in contrarium à fœmina facta præſentatione, ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtra ſunt odioſa, & regularitèr prohibita, nec à ſequeſtro debet incipi.*
2 *Sequeſtrum factum parte non citata, & ſinè cauſæ cognitione nullum eſt.*
3 *Appellari poteſt à decreto ſequeſtri, licèt grauamen illius ſit reparabile.*
4 *Qualitas viæ exequutiuæ debet adeſſe ab initio.*
5 *Libri Campſorum probant contra ſcribentem.*
6 *Libri Campſorum non probant contra tertium.*
7 *Liber Camerarij vniuerſitatis licèt probet inter ipſum, & vniuerſitatem, non tamen contra tertium.*
8 *Liber æſtimi non probat contra tertium.*
9 *Libri Campſorum ſecundùm aliquos faciunt ſemipleuam probationem.*
10 *Minus ſi non ineſt, nec inerit quod eſt magis.*
11 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*
12 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*
13 *Debitor propriè dicitur is, à quo inuito exigi poteſt.*
14 *Exceptione qui poteſt defendi, non eſt propriè debitor.*
15 *Creditor rem debitoris agere debet vt ſuam.*
16 *Teſtator poteſt grauare hæredem, ne à ſuo debitore petat.*
17 *Liberationis cauſa eſt fauorabilis, & latè interpretanda, & nu. 24.*
18 *Liberationis cauſa, ſi non valet quod agitur vt agitur, valet vt valere poteſt.*
19 *Liberatio valet etiàm ſinè cauſa, quæ aliàs requirebatur.*
20 *Debitum poteſt remitti in toto, & in parte.*
21 *Partis appellatione venit tempus, & dilatio ſolutionis.*
22 *Teſtator poteſt grauare hæredem, nè petat à debitore intra certum tempus.*
23 *Teſtator relinquens arbitrio debitoris ſolutionem, multò magis cenſetur reliquiſſe modum, & terminum illius.*
25 *Hæres petens antè tempus, & contra voluntatem teſtatoris repellitur.*
26 *Petens antè tempus dicitur plus petere, & non debet audiri.*

PRO

Exequutoribus Teſtamentarijs Don Petri Enriquez de Azeuedo Comitis de Fuentes.

CVM

Capitaneo Petro Moran fratre, & hærede Iſidori Moran.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum factum abſquè cauſæ cognitione eſt nullum, & virtus viæ exequutiuæ debet adeſſe à principio, & de liberatione legata, qualitèr ea ſit obſeruanda ab hęrede: Et quanta fides ſit adhibenda libro mercatoris, maximè ad præiudicium tertij.

CONSILIVM CXL.

Qvòd ſequeſtrum, & exequutio facta in bonis dicti Comitis de Fuentes ad inſtantiam dicti Capitanei pro ſumma trium contuum, & ducentum mille marauedinorum, quos prætendit debuiſſe dictũ Comitem præfato Iſidoro Moran, non habuerint locum, & ſtandum eſſe ſuper eo, & forma ſolutionis quantitatis verè debitæ declarationi factæ per dictum Comitem apparebit, cùm dictum ſequeſtrum fuerit factum ſolummodò ad petitionem dicti Capitanei ex ſola clauſula teſtamẽti dicti Iſidori, in qua prætendit ſe nominatum illius hæredem, & extraxiſſe à libris Fucarum reſidẽtium in hac Curia quoddam ſummarium partitarum, quas dicitur ſoluiſſe præfato Comiti de ordine dicti Iſidori, abſquè vlla tamen alia verificatione, imò nec citatis ad exemplandum teſtamentum, nec
1 partitas dictis teſtamentarijs: † nàm cùm ſequeſtra ſint odioſa, & regularitèr de iure prohibita,
non poteſt incipi à ſequeſtro, l. 1. C. de prohibita
ſequeſt. pecun. vbi Gloſ. & DD. c. 1. de ſequeſtr.
poſſ. & fruct. Rom. conſ. 488. num. 1. Boer. q. 172.
Guido Papæ q. 210. & 246. Aymon Crauet. conſ.
172. nu. 6. Rebuff. tom. 3. commentar. ad ll. Gallicas
tit. de ſequeſtris, art. 1. gloſ. 2. nu. 3. Aluarus
Valaſc. conſultat. 191. nu. 35. Martin. Vran. cõſ. 4.
2 num. 68. tomo 1. & conſil. 62. tom. 2. † Quarè
ſequeſtrum factum parte non citata, & cauſæ
cognitione non præcedente, nullum eſt, vt ex l. in
cauſæ §. cauſa cognita ff. de minorib. l. nec quicquàm
§. de plano ff. de off. Proconſ. & legati, l. de
qua re ff. de iudic. l. nàm ità diuus ff. de adoptio.
l. 1. & fin. C. ſi per vim, & alio modo, Angelus de
Vbald. conſ. 107. nu. 1. in fi. dicens ibi, & num. 3.
3 verſ. *concludo*, † licitè appellari à ſequeſtro, quãuis
grauamen illius ſit reparabile, nec in hoc obſiare
cap. vt debitus de appellationib. & l. antè
ſententiæ C. quorum appell. non recipiantur.

Et multò minus locum habuit via exequutiua
propter defectum iuſtificationis, aut inſtrumen-
4 torum, ex quibus potuerit induci, † nàm qualitas
viæ exequutiuæ debet eſſe iuſtificata ab initio
antè decretum de exequendo, ità vt non ſufficiat,
quòd poſteà iuſtificetur, l. 4. & 5. tit. *de las excepçiones*, lib. 3. ordinamenti, vbi Auend. nu. 20. & c. 1. prætorum num. 27. par. 1. Ioan. Guttier. conſ. 31. nu. 13.

Nec iuſtificatur ex eo, quòd poſt decreta, & factã perperàm exequutionem fuerint deductæ

citatis

citatis teſtamentarijs præfatæ partitæ à libris
Fucarum,& quædã apoca, quæ aſſeritur directa
illis per Iſidorũ Moran,vt pro ſua ratione,& cre-
dito conſignarent præfato Comiti dictã ſummã,
quia hoc nõ ſolùm in via executiua,verùm nec in
5 ordinaria inducebat probationem; † nàm licèt
ſimiles libri probent contra ſcribentẽ,ſicut con-
feſſio contra confitentem, vt ex c.per inquiſitio-
nem de elect.c.1.& 2.de confeſſ. Marius Giurba
6 dec.88.nu.3. † non tamèn contra tertium.l.duo-
bus §.1. vbi Iaſ.idem in l.admonẽdi nu.133.ff.de
iureinr.vbi communitèr DD.Felin.in c.2.nu.32.
de fide inſtrum. Affl.dec.245.nu.11. Marc.Ant.
Natta conſ.438.nu.9.Cæph.conſ.101.nu.8.Burſ.
conſ.119.num.33.lib.1. Roland.à Valle conſ.91.
eod.vol. & conſ.58.nu.14. vol.2. Tiraq.lib.2.de
retract.§.4.gl.6.nu.9.in fi.Surd.conſ.326.nu.13.
Paul.Aemilius deciſ.Rotę 331.par.1.& dec.157.
nu.2.& 5.& dec.161.nu.2.par.2.Rota deciſ.375.
& 707.nu.1.par.1.diuerſ.Sacri Palatij,& dec.544.
par.3.lib.3.Farinac.dec.844.nu.4. in nouitèr no-
uiſſimarum, Steph.Gratian.to.1.diſcept.forenſ.
c.113.nu.45.& c.767 eod.num.tom.4. Menoch.
cõſ.23.n.15.vol.2 Marcheſan.tract.de cõmiſſio.
par.1.c.16.nu.58. Menoch.lib.2.de arbitrar.iud.
caſu 91.nu.25.& ſeqq.Eſcobar de ratiocin.c.11.
n.29. Nicol.Genua tract.de ſcript.priuata lib.4.
cap.de libro Campſoris num.24.& ſeq.pag.250.
Camill.Borrell.in compẽd.ſummæ deciſionum,
tom.2.c.22.num.40.Vndè dixit Farinac.conſ.11.
7 nu.28.tom.2. † ꝙ licèt liber Camerarij Vniuer-
ſitatis probet inter ipſum,& Vniuerſitatem, non
tamèn contra tertiũ, ex Imol.conſ.96.in fi. Alex.
conſ.36.lib.5. Decius in c.cùm cauſam, col.2.in
princ.de prob. Menoch.lib.2.de arb.iud.caſ.91.
nu.25.& ſeq.& in libro cuiuſuis Officialis,ꝙ non
probet contra tertiũ, tradit idẽ Menoch.cõſ.39.
nu.71.& conſ.929.nu.28. vbi poſt Alex.conſ.77.
8 nu.12.lib.3.& conſ.57.nu.17.lib.7. † probat, ꝙ
liber ęſtimi nõ probabit contra tertiũ,Pet.Paul.
Pariſius conſ.53.nu.21.lib.2.Et in terminis,ꝙ ex
libris ſimilibus non probetur debitũ contra ter-
tiũ tradit Surd.dec.Mantuana 312.nu.1.maximè
quãdò deficiunt alia adminicula,vt tradit Steph.
Grat.d.c.113.nu.56.ex alijs,de quibus per Rotã
corã Cardinali Seraphino in vna Gerundẽſi pen-
9 ſionis 18.Decemb.1579.Surd.dec.199. † nàm &
DD. qui plus cõcedunt ſimilibus libris confectis
à perſona integræ,& indubitatæ fidei, nõ eſt niſi
ꝙ efficiant ſemiplenam probationem cõtra ter-
tium , vt poſt Bart.in l.quædam §.nummularios
ff.de edendo, & in l.admonendi ff.de iureiuran.
tradit Capel.Tholoſ.q.447. & ex Hippol.Rimi-
naldo conſ.306.num.16. Nicol.Genua vbi ſupra
nu.17. Hoc tamen non eſt abſque controuerſia,
multi etenim tenuere contrarium , præſertim
Felin.ſupra nu.32.& Menoch.d.conſ.23.nu.15.

Sufficit autèm in noſtro caſu,ꝙ cùm non effi-
ciant probationẽ in via ordinaria,minus poſſunt
efficere ad introducendam & ſuſtinendam viam
10 executiuam, † quia quandò non ineſt, quod eſt
minus,nõ ineſt,quod eſt magis,c.licèt vniuerſis,
vbi gl.verbo *multò minus*, de teſtib.l.nec ex vera
C.de acquir.poſſ.l.1. C.de neg.geſt. Euerard.in
loco à maiori nu.1.

Quarè iſta cauſa venit decidenda ex teſtamẽto
dicti Comitis, qui fuit vir omnibus modis inſi-
gnis,& integerrimæ fidei,in quo declarauit ſolũ-
modò debere dicto Iſidoro Moran octo mille
ducatos , quos iuſſit eidem ſolui ex reditibus
annuis, qui conſtituerentur ex pretio feudi Bo-
gueræ,quod habebat ex conceſſione ſuæ Maieſt.
Catholicæ . Et iuſſit, quòd venderetur,& anno
quolibet ſoluerẽtur dicto Iſidoro Moran ducati
mille , taliter quòd infra octo annos remaneret
ſatisfactus; qui agnoſcẽs animũ præfati Comitis,
cui deuinctus, & obligatus erat maximis benefi-
cijs,& honoribus,& ex cuius largitione,& cõmo-
dis præmiorũ aſſecutus fuerat bona , quæ poſſi-
debat duabus clauſulis ſui teſtamenti reliquit
voluntati,& vrbanitati pręfati Comitis ſolutionẽ
dictarũ partitarum, grauãdo ſuos hæredes,quòd
non peterent illas,ſi noluiſſet eas præſtare dictus
Comes,exhæredando illos,ſi iudicialitèr eas pe-
11 tijſſent; † & ità planũ eſt,quòd Capitaneus Pe-
trus Moran nõ poteſt contrauenire dictæ diſpo-
ſitioni,l.cùm à matre C.de rei vendic.l.parẽtibus
§.fin. C.de inoff.teſta.Io.Bapt.Ferrett.conſ.119.
nu.1.Surd.de aliment.tit.2.q.15.n.182.cùm eſſet
12 quaſi contrauenire proprio facto, † cùm hæres
repræſentet perſonã defuncti,Auth.de iureiur.à
moriente præſtito,coll.5.glo.vlt.in l.cùm hæres
ff.de lib.legat.Bal.in l.ſi abducta nu.6.C.de furt.
Bart.in l.eius,qui in Prouincia n.24.ff.ſi cer.pet.
Pariſ.conſ.109.vol.3.Surd.de aliment.tit.6.q.22.
nu.2.l.13.tit.9.par.7.vbi Greg.Lopez gloſ.6.

Et ità præfatus Comes reſpectu dicti Capi-
tanei Petri Moran non erat debitor purus ,
13 † quia nomen debitoris ſolummodò quadrat , à
quo inuito exigi poteſt , l.debitor ff.de verbor.
ſignif. l.10.tit.33. par.7. l.fideiuſſor obligari §.fi-
deiuſſor ff.de fideiuſſor. Hieron.Gabr.conſ.43.
num.25. Marc.Ant.Eugen.conſ.93.num.4.lib.1.
Io.Vincent. de Anna alleg.145.nu.4. & alleg.13.
14 num.2. † Et non qui poteſt defendi aliqua ex-
ceptione legitima,l.ſi is,cui §.Flauius ff.de ſolut.
ibi , *Non eam pecuniam , quæ petitionem quidèm
non habet* , l.ſi ità ſcriptum §.ſi ſub conditione
ff.de legat.2.ibi, *Nam neque pertinet ad nos ante-
quàm dies veniat,vel conditio exiſtat*,Bart.in l.qui-
bus diebus §.dominus ff. de condit. & demon-
ſtrationibus, Bald.in l.id, quod pauperibus q.8.
C.de Epiſc.& cler. Celſus Hugo conſ.38.nu.23.
15 & conſ.76. num.9. † Et æquiſſimum habetur,
creditorem ità rem debitoris agere , vt ſuã age-
16 ret,l.1.ff.de ſolutionib. † Nec poteſt dubitari,
quòd dictus Iſidorus Moran potuit inducere iſtã
liberationem,relinquendo in voluntate, & vrba-
nitate dicti Comitis ſolutionem,l.ſi quis 16.ff.de
liber.legata,quæ ait , *Si quis in teſtamento damna-
tus eſt,nè à Titio debitore exigat,neque ipſum,neque
hæredem eius poteſt conuenire* , Baldus in §.ſi quis
debitori num.1. Inſtit. de legat. Pariſ.conſ.109.
17 num.4. & 60. lib.3. † maximè cùm liberatio ſit
fauorabilis, vt tradit Cæphal.conſil.427. num.7.
fauore enim, & gratia liberationis multa à no-
ſtris legibus inducta ſunt , vt per Tiraquell. de
retract.conuentio.in præfat.num.121.dicens in-
18 ter alia, † quòd vbi agitur de liberatione,ſi non
valet,quod ago,vt ago,valet,vt valere poteſt, l.ſi

i vnus §.ſi acceptilatio, vbi Bart. & alij ff.de pact.
l.poſt rem §.vlt.ff.de tranſact.Signorol.conſ.90.
19 incip.Ambroſ.col.2.num.7. † Et ideò liberatio
valet etiàm ſine cauſa, l.tale pactum in princ. ff.
de pact. DD. in l.creditori tuo C. de pact. licèt
ſecùs in alijs pactis, gl.& DD.in d.l.creditori.

Et ità non poſſunt conueniri dicti teſtamentarij, & ſi ſuſtineant vices hæredum, cùm reſiduum hæreditatis dicti Comitis debeat conuerti in opera pia per eum relicta, iuxta tradita per
20 Aluar.Valaſc.conſult.67.tom.1. † Nàm, vt inquit l.non ſolùm 7.ff de liber. legata. *Non ſolùm quod debetur, remitti poteſt, verùm etiàm pars eius,*
21 *vel pars obligationis*. † Et pars dicitur tempus,
ſeù dilatio ſolutionis, l.1.§.editiones ff.de edendo, l.fundi partem ff.de contrahen.empt.§.plus autèm Inſtit. de actionib. l.miles ita ff. de milit. teſtamen. l.circa legem l.in quantitate §.in diem ff.ad l.Falcid.Mandell. Albenſ.conſ.107.num.3.
22 † Et ita dixit alia l. non ſolùm 8, in princ. ff.de
libera.legata, *poteſt hæres damnari, vt ad certum tempus non petat à debitore*. Et paulò poſt, *Et ſi debitor deceſſerit, ab hærede eius intra id tempus peti non poterit*, vbi gloſ.ponderat §.ſi liberationis eiuſdem legis,& l.2.& l.ſi quis in teſtamento 15. eod. tit. dùm ait, *Si quis in teſtamento damnatus eſt, nè à Titio debitore exigat, nequè ipſum, nequè hæredem eius poteſt conuenire*, l.ſi pactum ff. de probationibus,l.eum,qui 56.§.qui ità ff.de verb. obligat. ibi, *Sed hæres eius exceptione pacti conuenti ſummouendus eſt, nàm ſtipulatorem id egiſſe, nè hæres eius peteret, palàm eſt*, l.ſi ab eo C.de liber.cauſa.
23 † Et cùm dictus Iſidorus Moran reliquerit in
arbitrium,& vrbanitatem dicti Comitis,ſi ſoluere vellet, multò magis fuit viſus relinquere illius arbitrio modum, & terminum ſolutionis, arg. Auth.multò magis C.de Epiſc.& cler. Baldus in authent.res,quæ col.1.in fine C.comm.de legat. Soccin. Iunior in l.filiusfamilias §. diui num. 30.
24 ff.de legat.1. † cùm omnis materia liberationis
tanquàm fauorabilis ſit latè interpretanda, l.Arrianus ff.de obligat.& action. §.ſi quis ipſi debitori,vbi gloſ.& DD.Inſtit.de legat.Ioan.Cæphal. conſ.39.num.23.conſ.40.num.37. tom.1. Marc.
25 Anton.Eugen. conſ.73. num.5. tom.1. † Et ità
dictus Capitaneus Petrus Moran petit antè tempus,& contrauenit teſtamento, & voluntati dicti Iſidori ſui fratris, dicta l. non ſolùm 8. ibi, *Et Priſcus, & Neratius exiſtimabant committere eum aduerſus teſtamentum, ſi petiſſet, quod verum eſt*, l.ſi creditoris 17. C.de fideicommiſſ. l.apud §.præterea ff.de except.doli, ibi, *Præterea ſciendum eſt, ſi quis quid ex teſtamento contrà voluntatem petat, exceptione eum doli mali repelli ſolere. Et ideò hæres, qui non habet voluntatem, per exce-*
26 *ptionem doli mali repellitur*. † Et quia petendo,
vt petit antè tempus, audiri non debet, cap. 1. verſ. *et verò*, de plus petitionibus §.temporales, Inſt.de exceptionib.§.ſi quis agens, & §.plus autem,Inſt.de actionib.l.vni.C.de plus petitionib. l.42.& 44.tit.2.part.3. Ex quibus omnibus cenſeo, nulliter factum ſequeſtrum, & viam executiuam, debereque declarari non eſſe locum ſententiæ additionis prætenſæ per dictum Capitaneum Petrum Moran, debereque expectare terminum ſolutionis præfixum per dictum Comitem, ſaluo,&c.

SVMMARIVM.

1 *INſtrumentum ſtipulatum coràm Tabellione Regio,& duobus teſtibus dicitur ſolenne.*
2 *Teſtes duo regularitèr ſufficiunt in omni negotio.*
3 *Teſtes duo faciunt probationem perfectam.*
4 *Teſtes duo ſufficiebant de iure communi in inſtrumentis.*
5 *Lex anterior trahitur ad poſteriores.*
6 *Teſtes duo ad minùs ſufficiunt in inſtrumentis de iure partitarum.*
7 *Legis caſus vbi eſt, ceſſat omnis dubitatio.*
8 *Inſtrumentum habens clauſulam guarentigiam mandatur executioni in Regnis Caſtellæ.*
9 *Commiſſarius recuſatus non poteſt procedere ad receptionem teſtium.*
10 *Teſtificari nemo poteſt in cauſa propria.*
11 *Teſtis de auditu alieno non probat.*
12 *Veriſimilitudo vbi deficit, non adhibetur fides teſtibus.*
13 *Teſtis vnicus non probat, quantùmuis dignus ſit.*
14 *Teſtis ſingularis non habetur in conſideratione.*
15 *Inſtrumentum publicum, & guarentigium efficit probationem probatam.*
16 *Inſtrumentum publicum efficit præſumi vera omnia in eo contenta.*
17 *Imputandum eſt ei, qui, cùm poſſet, legem apertiùs non dixit in contractu.*
18 *Credi non debet, quod non fuit expreſſum à partibus in contractu.*
19 *Probationes manifeſtæ requiruntur, vbi agitur cõtra inſtrumentum publicum.*
20 *Exceptiones contra viam executiuam debent allegari in libello oppoſitionis per debitorẽ producto.*
21 *Allegatio debet probationem præcedere.*
22 *Dictio, &, eſt copulatiua.*
23 *Copulatiua requirit concurſum copulatorum.*
24 *Confeſſio maior eſt alia probatione teſtium, vel inſtrumenti, & nu.25.*
26 *Cõfeſſio dicitur probatio probata, et eſt potẽtior alijs.*
27 *Confeſſio facit rem notoriam.*
28 *Confeſſio efficit probationem manifeſtam.*
29 *Confeſſus coram Iudice non poteſt contradicere.*
30 *Confeſſio iudicialis de iure Regio habet paratam executionem.*

P R O

Don Antonio Bolle Pintaflor Secretario S.M. & inſignis ordinis aurei Velleris.

CONTRA

Petrum Nieto, et D. Alphonſum de Corral.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum in his Regnis quam ſolennitatem requirat, vt exequi poſſit; & quid reſpectu confeſſionis partis.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CXLI.

SVppoſito in facto, quòd dicti Petrus Nieto, & D.Alphōſus de Corral ſe obligarunt ad fauorem dicti D.Antonij coràm Tabellione publico, & Regio,& duobus teſtibus ſoluere certā ſummā ſcutorum pro expeditione per eum tāquàm curialem procuranda cuiuſdam Bullæ Apoſtolicæ,addita etiā clauſula guarentigia,& obligatione in caſu moræ ſoluendi ſalaria,& expēſas, & dictus D.Antonius adimpleuerit ex parte ſua, non videtur dubitandum, ꝙ exequutio ſit legitimè facta, & in cauſa debeat proferri addictionis ſentētia ex ſequētib.

1 † Primò, quia dicta ſcriptura eſt ſolēnis, cùm fuerit ſtipulata corā Tabellione publico, & Regio, & duobus teſtibus iuxta l.vbi numerus, & ibi gl.ff.de teſtib. glo.in regula pluralis loquutio de reg.iur.in 6.Abb.& alij communitèr in cap.1. de fide inſtrument.Gregor.Lopez in l.14.tit.18. part.3. verſ.*tres omes*, Villalobos in antinom.iur. litera T. num. 19. Burgos de Paz in l.3. Tauri num.126. Parlador.lib.2.rerum quotid. cap.20. nu.16. Ioan.Guttierr.lib.1.pract.q.140. num.2.

2 † Et facit regula cap. in omni negotio de teſtib. & illud Diui Lucæ cap.17. & Matth.c.18. *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*, Menoch.de præſumption.lib.1. q.51. nu.1.l.32.& 36. tit.16. part.3.

3 † In omnibus cauſis pro perfecta probatione duo teſtes requirūtur,c.fin.35.q.6.l.1.tit.8.lib.2. fori,Gironda de gabellis 4.par.in princ.num.24.

4 † Et ità iure ciuili cautum eſt, poſſe fieri publicum inſtrumentum contractus duobus teſtibus, etſi excedat centum libras aureorum,vt probatur in auth.de inſtrument. cautela, & fide §. ſed & ſi inſtrumenta coll.6. vbi gl. verbo *aduciatur*, quam ſequuntur Iacob. de Belloviſu, & Bart.in eod.authent.§.oportet,gl.verbo *Authenticam*,in c.1.de fide inſtrum.Spec.1.tom.tit.de teſte §.reſtat col.2. verſic.*itèm in ſcriptura*; Bart.& alij in auth.ſed nouo iure C.ſi cert.pet. Burgos de Paz vbi ſuprà num.127. vnde dicta l.54.quæ videbatur exigere tres teſtes in ſcriptura publica inſcribendos,rectè perpenſa non aduerſatur dictis legibus 110.& 111. cùm non annullet;nec prohibeat ſcripturam publicam nō habentem tres te-

5 ſtes, † imò ſit trahenda ad dictas ll.poſteriores, ex l.non eſt nouum,cū alijs ff.de legib.comprobat Burgos de Paz,vbi proximè nu.130.& ſeqq.

6 † Pro quo facit l.111.tit.18.partita 3.ibi, *E los nomes de dos teſtigos a lo menos*,iuncta l.114.eod. tit. ibi, *E aun dezimos, que toda carta,que ſea fecha por mano de Eſcriuano publico, en que haya eſcripto los nomes de dos teſtigos à lo menos, e el dia, e el mes, e la hora, e el lugar,e en que fue fecha, aſſi como de ſuſo moſtramos, que vale para probar lo que en ella dixere.* Quæ lex eſt declaratoria aliarum,quæ videbātur requirère interuentū trium teſtiū,vt conſtat ex Greg.Lop.in l.54.eiuſdē tit. gl.7.quem refert,& ſequitur Paz in praxi tom.1.

7 annot.vlt.nu.26.in fi.† Et cùm ſint dictæ duæ leges Regiæ, quæ duos teſtes ſufficere diſponunt, ceſſat omnis dubitatio ex traditis per Azeued.in

8 rub.tit.2.lib.6.nouæ recopilat.nu.231. † Qua de cauſa, & cùm inſtrumentū contineat clauſulam guarentigiam, potuit legitimè exequi aduerſus dictum D.Alphōſum in Tribunali Eccleſiaſtico, vt poſt alios tradūt Roder.Xuarez in l.poſt rem iud.ampl.8.Auiles in capitulis Prætor.c.10.n.56. Couarr.in pract.quæſtionib.c.8.nu.5. Parlador. lib.2.rer.quotid.cap fin.1.par.§.11.nu.15. & 28.

Nec releuat probatio contraria;nā vltrà quòd fuit facta corā Cōmiſſario partiali,& amiciſſimo

9 dicti Petri Nieto principalis debitoris,† & quòd fuit tanquā ſuſpectus recuſatus cū iuramento,& nō debebat in cōmiſſione procedere,arg.c.quòd ſuſpecti 3.q.5.c.ſuſpitionis de off.& poteſt.iud. deleg.Auend.in capitulis Pretor.2.par.c.23.n.10. cum adductis per Rol.à Vall.conſ.19.nu.1.lib.3.

Vnus ex teſtibus cautelosè examinatis eſt idem

10 met Petrus Nieto debitor,† qui tanquā in cauſa propria nō potuit deponere,nec examinatus fidē facit,l.nullus ff.de teſtibus,l.omnibus C.eod.tit. l.18. tit.16. part.3. nàm vt dixit M.Tull. in orat. pro Roſcio Amerino, *More maiorum comparatū eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonia de ſua re non dicerent.*

Nec alijs teſtibus deponentibus de auditu,cuiuſdam hominis defuncti, quod fuerit conuentū expediri debere Bullas infra triginta dies paulò plus,debet fides adhiberi:nā vltrà inueriſimilitudinē,imò falſitatē, quæ ex eo reſultat, cùm tempus opportunum,& ſufficiens requireretur ad ex-

11 peditionē Romæ faciendam;† certū eſt,ꝙ teſtes de auditu alieno nō probant,l.teſtium §.ideòque ff.de teſtib.c.ſi teſtes §.in teſtibus 4.q.3. Io.Coraſ.in obſeru.53.ad deciſ.quandā Senat.Tholoſ.

12 † Et quia vbi deficit veriſimilitudo, nō eſt fides teſtibus adhibenda,Iacobin.de Sancto Georg.in l.ob carmen §.fin.n.1.in fi.& n.2.3.& 7.ff.de teſtib.Farin.tract.de teſtib.q.65.nu.144.Alex.cōſ. 171.nu.4.lib.5. Io.Pet.Bimi.cōſ.171.nu.2.vol.2. Cornaz.dec.14.n.18.Maſtril.dec.250.n.27.par.3.

13 † Et ideò vnicus teſtis, qui ſuper eo deponit,dicens fuiſſe præſentē tempore conuentionis,cùm de eo nec vllum verbum in inſtrumēto dicatur, nullatènus probat, cap. licèt vniuerſis de teſtib. Tiraq.in tract.de iud.in reb.exig.ferendo, verſ. *ſecundariò*, Neuiz.conſ.8.nu.47.Cæph.conſ.206. nu.18. Rebuff.tract.de reprobat.teſtiū, nu.586. Quintil.declam.338.de filio expoſitoris,& repudiatæ dicens: *Teſtimonio nitor eius.quē iu patrem dicis putemus iſtud eſſe teſtimonium, vnus eſt,vnus eſt,cùm dico,ſuccurrant nobis Catones,& Scipiones, & tot clariſſima Ciuitatis noſtræ nomina, quorum vnico teſtimonio fides nunquàm eſt habita.* & declamatione 279.

14 † Secundò,quia teſtis ſingularis in conſideratione non habetur, c.bonæ memoriæ 23. c.cùm dilectus de elect. Baldus in l.iuriſiurandi num.9. C.de teſtib.Rebuff.vbi proximè num.512.Alex. conſ.142. num.1.lib.2.conſ.21.num.2.conſil.82. num. 4. libro 4. Cornazanus deciſ. 4. num. 17.

15 † Præſertim cùm ſit contra illos dicta ſcriptura publica, & guarentigia, quæ efficit probationem probatam, quæ fori diſceptatione non indiget, Bald.in l.Imperator 1.lectura ff. de ſtatu

Digitized by Google

homin. Roland. à Valle conſ.46. quoniàm nu.13.
lib.4. Marcus Anton. Eugen. conſ.51.num.1. &
conſ.72.num.34.lib.1. Cæphal. conſ.4. num.22.
16 & 23.lib.1. † Et præſumuntur omnia contenta
in tali inſtruméto,ſeù ſcriptura eſſe vera,vt poſt
Bertrand.conſ.14.num.15.vol.2. Bero.in conſ.1.
num.18.vol.2.tradunt Roland.à Valle vbi proxi-
mè num.12. & Burgos de Paz conſ.2. num.1. &
conſ.39.nu.6.

Vlteriùs,quia ſi dicti Petrus Nieto,& Alphon-
ſus de Corral volebant probare conuentionem,
quòd Bullæ forêt expediendæ in tam breui tem-
pore, debuerunt id exprimere tempore ſtipula-
17 tionis inſtrumenti , † & cùm non fecerint, im-
putent ſibi , qui cùm potuiſſent, legem apertiùs
non dixerunt , l.veteribus 40. ff.de pact. Floria-
nus de Sancto Petro conſ.10. nu.9. Abbas nu.1.
18 in cap.ſi cautio de fide inſtrum. † Et ideò non
debet credi, nec præſumi, quòd inter eos fuerit
aliud conuentum , quàm in inſtrumento reperi-
tur expreſſum,nàm ſi voluiſſent,id expreſſiſſent,
vt in ſimili tradunt Decius conſ.89. viſo puncto,
num.2.1.par. & conſ.514.ſatis nota,nu.1. 2.par.
Crauet.conſ.300.in facto propoſito.nu.6. par.2.
Burgos de Paz conſ.34.nu.12. Ioannes Guttierr.
19 lib.2.pract.quæſt.23. num.2. † Et ad ſe oppo-
nendum aduerſus dictam obligationem debe-
bant afferre probationes manifeſtas , l.optimam
C.de contrahen. & committ.ſtipul. §. itèm ver-
borum, Inſtitut.de inutilib.ſtipulationib.Cæph.
conſ.109.nu.8.lib.1.
20 † Maximè quia iuxta l.2.3.& alias tit.21.lib.4.
nouæ recop. non ſufficit facere oppoſitionem
verbalem , ſed debet allegari in iudicio , & pro-
bari intra decem dies exceptio legitima , nè aliàs
aperiatur via fraudibus debitorum aduerſus vias
exequutiuas,ſi ignorante actore ad replicandum
ſolummodò producerent debitores exequuti ar-
ticulos ad probandum , quæ non allegauerant,
21 nec in oppoſitione deduxerant , † debet enim
allegatio probationem præcedere, cap.quoniàm
contra de probationib. iuxta ordinem litteræ.
Et conſtat ex tit.5. & ſeq. lib.4.recopilatio.l.19.
tit.21. eod.lib. ibi , *He becha la dicha eſtaçion, ſi
dentro de los tres dies ſe opuſiere , y allegare ex-
cepçion legitima , &c.* Ex quo colligitur , quòd
nó ſufficit, ſi debitor exequutus ſe opponat exe-
quutioni,niſi allegauerit in ſcriptis exceptiones,
& defenſiones ſuæ oppoſitionis , ex virtute par-
22 ticulæ y,† quæ ſonat latinè, &, quæ eſt copula-
tiua,l.ea tamèn adiectio ff.de legat.3. & in rubr.
ff.de iuris & facti ignor.l.ſi duo C.per quas per-
ſonas nobis acquiritur, cap.monaſteria, de vita,
& honeſt.cleric. Rebuff.in l.coniunctionem 29.
23 verſic. *Tertiò* ff.de verb.ſignif. † Et copulatiua
requirit concurſum copulatorum , nec in altero
verificatur , l.ſi hæredi plures ff.de conditionib.
& demonſtr. Ioannes Cæphal.conſ.132.teſtator
num.1.tomo 1.§.ſi plures,Inſtit.de hæred.inſtit.
l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit ff. de verborum
obligat.

Quod iuſtificatur magis , cùm pro parte dicti
D.Antonij fuerit tempore habili petitum,& re-
quiſitū Iudici, quòd iuberet ſuperſederi in pro-
batione partis aduerſæ , donec ſuas exceptiones
in ſcriptis allegaſſet , vt valeret illis ſatisfacere,
nàm iniquum foret, quòd poſt biennium,& plus
quàm fecit expenſas, & Bullas expediuit admit-
teretur ſimiles friuolæ,& cauteloſæ exceptiones:
cū nec ipſi rei debitores impugnauerint inſtru-
mentum,imò faſſi fuerint ſe illud ſtipulatos eſſe;
24 † Quæ confeſſio ſufficit, cùm maior ſit, & ma-
ioris authoritatis,quocunque publico inſtrumē-
to, & depoſitionibus teſtium, Crauet.conſil.61.
num.3. & conſ.171.num.4.per text.in l.ſed & ſi
poſſeſſori, §.penult.ff.de iureiur. Roland.à Valle
conſil.71. num.41. & conſil.6. num.26. lib.3. &
conſ.54.num.19. eodem lib. Anton.Gama deciſ.
Portugall.43.num.2. Ioſeph Ludouic.deciſ.Lu-
25 cenſi 5. num.50. † Nàm confeſſio eſt fortior,&
efficacior,quàm alia probatio de mundo, l.1. ff.
de confeſſis, Marc.Ant.Eugen.conſ.90.num.38.
lib.1. Deciſio Genuæ 172.num.11. Crauet.conſ.
175. num.1. Ioſeph.Lud.dicta deciſ.5. num.53.
Pariſius conſ.112. num.46.& conſ.115.num.12.
lib.1. Menoch. de præſumpt.lib.1. q.1. num.37.
Roland. dicto conſ.71.nu.42. Cæphal.conſ.393.
num.72.& ſeq.lib.3. Ioſeph.Ludouic.vbi proxi-
mè num. 54. & ſeqq. Meſſia ad l. Toleti 1.par.
fundam.10.num.7.
26 † Nàm dicitur probatio probata , & alijs ve-
rior, & potentior , l.vltima C.de fideicommiſſ.
l. generalitèr §. & ſi quidèm C.de rebus credit.
l.generalitèr C.de non numerata pecun. Thom.
Gramm.deciſ.Neapol.36.num.66.Soccio.Iunior
conſ.39.num.18.lib.2.Menoch.de recuper.poſſ.
27 remed.1. num.217. † Et facit rem notoriam,
cap.fin. cap. veſtra de cohabit. cleric. & mulier.
Grammat. deciſ.36. nu.66. Roland.à Valle conſ.
48.num.56.lib.4. Menoch. vbi proximè nu.123.
28 † Et manifeſtam probationem , l.cùm te C.de
tranſact. cum adductis per Decium conſil.252.
num.2. Cæphal.conſ.192. num.8. tom.2.tex. in
l.fin. C.de fideiuſſo.Deciſio Genuæ 60. num.1.
Gama.deciſ.Portugalliæ 165.nu.2.

Nec poteſt in dubium reuocari dicta confeſ-
ſio per dictum Don Alphonſum, ſiquidèm ve-
29 riſſimum eſt,† quòd confeſſus ſemel coram Iu-
dice non poteſt contradicere,l.generalitèr C.de
non num.pecun. Conanus lib.5.commenta.iuris
ciuilis, c.10. verſ. *reuocare*, Additio ad Capellam
Tholoſan.quæſt.177.num.3.Florianus de Sancto
Petro in l.de ætate §. Celſus num.5. ff.de inter-
rogatorijs action. Paulus de Caſt.conſ.20.nu.33.
lib.3.

Et quod plus eſt,nàm dicta confeſſio eſt ſuffi-
ciens ad ſuſtinendum viam exequutiuam huius
30 cauſæ , † cùm confeſſio iudicialis habeat exe-
quutionem paratam,l.1.ff.de confeſſis,l.1.C.eo-
dem tit. l.poſt rem ff. de re iudicata , l.7. tit.3.
par.3.l.5.tit.21.lib.4 recopilatio.ibi , *Ordenamos,
y mandamos, que de aqui adelante los conoçimien-
tos reconoçidos por las partes ante el Iuez , que
manda executar,o las confeſſiones claras hechas an-
te Iuez competente trayan aparejada execuçion,*
Parlador.lib.2.rerum quotid. cap.fin. 1.par.§.4.
num.1. & 2. Auiles in capitulis prætor. cap.10.
gloſ.verbo *execuçion* , num.10. Roderic. Xuarez
in l.poſt rem iudicatam 3.notab.num.8.Azeuedo
in d.l.5.tit.21.lib.4.recopilatio.nu.25.

Ex

Ex quibus omnibus mihi videtur de iure, exequutionem in huiuſmodi cauſa factam in fauorem dicti D. Antonij Bolle eſſe iuridicam, & debere ſententiam addictionis proferri ad eius fauorem contra Peteum Nieto, & D. Alphonſum de Corral pro integra ſumma, & expenſis tàm proceſſalibus, quàm perſonalibus iuxtà dictæ obligationis tenorem, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *PRouocaſſe cenſetur, qui primò iniuriam intulit alij.*
2 *Delinquens ira, aut dolore punitur mitiùs.*
3 *Iracundia innocentes ſæpè adducit ad crimen.*
4 *Calore inconſulto quod fit, calumnia carere dicitur.*
5 *Contractus factus calore iracundiæ non valet.*
6 *Votum iracundiæ calore emiſſum non obligat, niſi poſtea ratificetur iracundia ceſſante.*
7 *Deus ſolummodò vult militem voluntarium.*
8 *Iuramentum factum calore iracundiæ non ligat.*
9 *Confeſſio facta calore iracundiæ non valet.*
10 *Beneficij ſecundi acceptatio facta per iracundiam non inducit vacationem primi.*
11 *Accuſatio facta per iracundiam debet per Iudicem aboleri.*
12 *Princeps ſi ſententiam capitalem per iracundiam tulerit, non debet executioni demandari, niſi poſt dies triginta.*
13 *Beatus Ambroſius ſuaſit ferri l. ſi vindicari C. de pœnis.*
14 *Principem aut eius ſtatuam iniuria afficientes vltimo ſupplicio damnantur.*
15 *Flacellæ coniugis Theodoſii ſtatuam deiectam, fuiſſe cauſam animæ iuerſionis in Theſſalonicam quis tenuerit.*
16 *Militaris viri in Theatro occiſi cauſam recenſent alij.*
17 *Ioannes Mariana è Societate Ieſu laudatur.*
Ioannes Mariana recenſet caſum Theſſalonicæ. eod. num.
18 *Blaſphemiæ crimen grauiſſimum eſt, & grauiter puniendum.*
19 *Blaſphemans calore iracundiæ quandò mitiùs puniatur.*
20 *Iracundia delinquens, non dicitur feciſſe animo deliberato*
21 *Iratus cenſetur exire à ſe.*
22 *Ira impedit animum, nè poſſit cernere verum.*
23 *Iracundia eſt cupiditas vlciſcendi.*
24 *Affectus iræ, auaritiæ, & libidinis quid operari ſoleant in hominibus.*
25 *Iniuriarum actio contra furioſum non datur.*
26 *Iniuria non fit ſine animo, & affectu.*
27 *Finis, & intentio hominis attenditur in omni re.*
28 *Ira eſt furor breuis & illius ſigna, nu. 29.*
30 *Iniuriam paſſus poteſt ſe tueri cum iniuria inferentis.*
31 *Verecundum eſt ſecundùm leges ciuiles non vlciſci iniuriam*
32 *Iniuriæ ſibi illatæ nō reſiſtens, ſi poteſt, in culpa eſt.*
33 *Iniuriam qui patitur inultam, ad aliam tribuit audaciam.*
34 *Defenſio pro vita, & ſalute hominis eſt licita.*
35 *Honoris, & vitæ cauſæ parificantur.*
36 *Famam ſuam negligens crudelis eſt.*
37 *Fama bona eſt theſaurus inæſtimabilis.*
38 *Famæ bonæ odore delectandum eſt.*
39 *Famæ detrahentes alienæ ſunt deteriores, quàm diripientes bona.*
40 *Contumeliam difficilè tolerant prudentes viri.*
41 *Iniurioſum verbum animo iniuriādi cenſetur prolatum.*
42 *Prouocatus verbo iniurioſo excuſatur.*
43 *Iniuriatus quandò poſſit iniuriantem alapa percutere.*
44 *Percuſſionem manu vacua non continere atrocem iniuriam, qui tenuerint.*
45 *Socrates in facie percuſſus quid dixerit recenſetur.*
46 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*
47 *Iniuria atrox apud Oratores quibus de cauſis cenſeatur.*
48 *Atrox iniuria apud Iuriſconſultos qualitèr æſtimetur, & num 51.*
49 *Iniuria in faciem illata reputatur atrocior.*
50 *Iniuria corporalis eſt maior verbali regularitèr.*
52 *Atrox iniuria dicitur quaſi maior, & contumelioſior.*
53 *Vulnus in capite, & maximè in facie iudicatur atrocius, & grauius punitur.*
54 *Statutum, quod duplicetur pœna pro vulnere in facie valet.*
55 *Faciem hominis, quæ ad inſtar cœleſtis pulchritudinis eſt fœdari graue habetur.*
56 *Atrox iniuria habetur alapa percutere os alicuius.*
57 *Euangeliſtæ ponderarunt vt iniuriam grauiſſimam alapam inflictam Chriſto Ieſu Domino noſtro.*
58 *Paulus Apoſtolus quid dixerit Ananiæ Pontifici iubenti eum alapa percuti.*
59 *Manum eleuans ad percutiendum aliquem, licèt non fecerit, tenetur actione iniuriarum.*
60 *Agellius lib. 20. noctium Attic. cap 1. ponderatur circa legem 12. tabularum taxantem iniuriæ pœnam.*
61 *Emancipationibus liberorum facies ſolebat percuti alapa, quod Iuſtinianus ſuſtulit.*
62 *Rhapiſmata apud Græcos dicuntur alaparum percuſſiones.*
63 *Serui in manumiſſione alapa feriebantur.*
64 *Alapa quarè detur apud Chriſtianos in Sacramento Confirmationis.*
65 *Alapa inflicta liberauit B. Benedictus Monachum à Dæmone vexatum.*
66 *Plinius obſeruauit, atrocem iniuriam eſſe aliquem percutere alapa.*
67 *Martialis declaratur lib. 2. epigram. 72.*
68 *Iniuria creſcit ex perſona inferentis.*
69 *Iniuria grauior eſt, quæ fit à viliori.*
70 *Conſuetudo delinquendi crimen aggrauat.*
71 *Iniuria facta Sacerdoti reputatur atrox.*
72 *Bacchanalia, qua ſolennitate apud Athenienſes celebrarentur.*
73 *Demoſthenis oratio aduerſus Midiam adducitur ſuper alapa ei inflicta, cùm ædilis eſſet.*
74 *Iniuria facta Magiſtratui grauior eſt, quàm facta priuato.*

Digitized by Google

75 *Alapam dans Magiſtratui, etiàm propter capitalem inimicitiam poteſt capitaliter puniri, & num. 86.*
76 *Sacerdos cenſetur publica perſona.*
77 *Iniuria facta Sacerdoti eſt publica.*
78 *Iniuria facta Sacerdoti videtur facta Chriſto, & Eccleſiæ.*
79 *Iniuria ſi ſit facta Sacerdoti, competit actio illi, & Eccleſiæ.*
80 *Clericus non remittit iniuriam in præiudicium Eccleſiæ.*
81 *Iniuriato Sacerdote, cenſetur iniuria facta toti ordini clericali.*
82 *Iniuria facta Clerico, cenſetur facta Epiſcopo, qui pro illa agit.*
83 *Sacrilegium committitur ex iniuria perſonali facta Clerico.*
84 *Sacrilegium grauius eſt, quod committitur in perſonam, quàm in locum.*
85 *Iniuria facta Sacerdoti oppoſita eſt duliæ venerationi.*
87 *Arbitrium pro iniuria Magiſtratui facta poteſt extendi vſque ad mortem.*
88 *Epiſcopi, & Sacerdotes, qui ſacris præſunt, ſunt multùm honorandi.*
89 *Athenienſes in eorum conſilijs publicis ſacerdotes adhibebant.*
90 *Lacedemonij Regibus ſuis aſſeſſorem Augurem dederunt.*
91 *Sacerdotij religio apud Aethiopes quã magna fuit.*
92 *Sacerdotes apud Germanos erant in maxima authoritate.*
93 *Sacerdotes Druides apud Gallos fuere in magna authoritate.*
94 *Pompeius Magnus ſacerdotium Iudæorum Archelao tradidit.*
95 *Sacerdotes apud Reges Ponti locupletiſſimi, & honorabiles.*
96 *Plato quid cenſuerit de honore Sacerdotibus deferendo.*
97 *Reges apud Aegyptios erant Sacerdotes, & ab illis aſſumebantur.*
98 *Meliſſus Cretenſium Rex, primus apud eos ſacrificauit.*
99 *Sacerdotum prælatio in ſedendo comprobatur.*
100 *Romani patritij ſolummodò fiebant Pontifices, & Augures.*
100 *Numa Pompilius Salios Sacerdotes ex Patritijs creauit.*
101 *Sacerdotij dignitas apud aliquas Ciuitates Græciæ, Regiæ Maieſtati æquabatur.*
102 *Sacerdos Herculis apud Tirios primus poſt Regẽ erat, infula, & purpura ornatus.*
103 *Reges apud Aethiopes Sacerdotes fuere.*
104 *Iudæi habuere Reges inſimul Sacerdotes.*
105 *Melchiſedech fuit Rex, & Sacerdos.*
106 *Iob habuit munus Regis, & Sacerdotis.*
107 *Aegyptijs non fuit licitum Regem eligere, niſi ex Sacerdotibus.*
108 *Sacerdotes apud Aegyptios ſecũdum poſt Regem obtinebant, & ex Philoſophis, & ſapientioribus creabantur.*
109 *Lacedemonij habebant eundem ſummum Sacerdotem, & Regem.*
110 *Areopagi tribunal apud Athenienſes fuit ſupremæ authoritatis, & poteſtatis, & in eo Sacerdos ſummus rogabat ſuffragia.*
111 *Mercurius Trimegiſtus ſiuè ter maximus dictus, quòd ſummus eſſet Sacerdos, ſapientiſſimus Philoſophus, & potentiſſimus Rex.*
112 *B. Petrus Epiſtola 2. canonica ait, Sacerdotes eſſe genus Regale.*
113 *Sacerdotes dicuntur Principum patres, & magiſtri fidelium.*
114 *Sacerdotes dicuntur Dij.*
115 *Sacerdotes nuncupantur Chriſti.*
116 *Sacerdos dicitur eſſe in dignitate.*
117 *Sacerdotes ſunt digniores laicis.*
118 *Sacerdotes nuncupantur Angeli.*
119 *Clericalis dignitas præeminet laicali, & nu. 121.*
120 *Sacerdotes habent regnum in Deo.*
122 *Sacerdotum officium eſſe debet omnibus prodeſſe, & nemini nocere.*
123 *Damnum facere non cenſetur, niſi faciat, quod ius prohibet.*
124 *Iniuriam paſſi qualitates conſiderantur.*
125 *Plebeius ſi nobilẽ afficit iniuria, grauius delinquit.*
126 *Senes maximè ſunt honorandi.*
127 *Animus talis præſumitur, qualem verba, aut facta demonſtrant.*
128 *Facta declarant animum efficaciùs, quàm verba, & num. 161.*
129 *Animus iniuriandi atrociter, colligitur ex atroci iniuria.*
130 *Iniuria verbalis, honoris præſtatione non tollitur.*
131 *Iniuria dicitur atrocior, quæ coràm pluribus fit.*
132 *Delictum commiſſum coràm multitudine, ex leui fit atrox.*
133 *Iniuria facta coràm Prætore atrox fit.*
134 *Delictum commiſſum coram decem hominibus dicitur notorium & nu. 137.*
135 *Delictum coràm Iudice commiſſum, poteſt ab eo ſtatim puniri.*
136 *Delicti notorij totus populus cenſetur eſſe teſtis.*
138 *Delictum vbi eſt notorium, non eſt neceſſaria cauſæ cognitio, ſed punitio.*
139 *Iniuria fit atrox ratione loci ſacri, aut cui debebatur reuerentia.*
140 *Iniuria grauior, & atrocior eſt, quæ fit in Eccleſia.*
141 *Delictum fit grauius propter circunſtantias.*
142 *Sacrilegium committit, qui in Eccleſia delinquit.*
143 *Alapam dans Sacerdoti incurrit cenſuras canonis ipſo iure.*
144 *Abſolutio à cenſuris canonis ſi quis ſuadente 17 q. 4 eſt reſeruata Summo Pontifici.*
145 *Epiſcopus non abſoluit niſi in percuſſione leui.*
146 *Intellectus cap. peruenit de ſent. excom.*
147 *Extrauagans Pij 2. ſuper offendentibus Sacerdotẽ, adducitur.*
148 *Lapus alleg. 76. notatur, quòd tenuerit, Capellanum, qui alapam dedit Canonico, poſſe abſolui ab Epiſcopo.*
149 *Delicta inuoluntaria quando mereantur veniam.*
150 *Voluntas eſt facti origo, & voluntaria delicta quæ.*
151 *Vinci in beneficijs, & iniurijs vincere turpe eſt.*
152 *Iracundiæ calor non excuſat ab iniuria.*
153 *Iniuriæ calore delinquens non excuſatur à pœna.*

154 In-

154 *Iudex occidens aliquem calore iracundiæ, capitali pœna punitur.*
155 *Iracundia magnorum malorum eſt cauſa.*
156 *Iracundia eſt inimica conſilio.*
157 *Iniuriam qui referre nititur malus eſt.*
158 *Iracundiæ calor maximus an excuſet à blaſphemia.*
159 *Iracundiæ calor nullatènus excuſat eum, qui iraſcitur contra Deum, & Sanctor, ac blaſphemat.*
160 *Inſtructio S. Officij Hiſpalenſis anni 1550. cap. 4. intelligitur de blaſphemia non hæreticali.*
162 *Verbis laceſſentem debemus verbis, & non armis reprimere.*
163 *Iniuriam verbo illatam ſi alapa, aut aliàs propria authoritate quis vindicauit, ſi mors ſequatur, efficitur irregularis.*
164 *Vindicare ſe non debet aliquis propria authoritate, & num. ſeq.*
166 *Defenſio ſolùm permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
167 *Defenſionis modum excedens, punitur pro exceſſu.*
168 *Defenſio non dicitur, nec poteſt fieri ex internallo, & num. 169.*
170 *Iniuſtitia in omni multum intereſt, quid fiat, ex animi perturbatione, an conſultò.*
171 *Iniuria dicitur grauis, aut leuis, pro more regionis.*
172 *Paria delicta tunc compenſantur mutuo, quandò circa idem tendunt.*
173 *Iniuriatus non poteſt ſimilem, aut maiorem iniuriam dicere.*
174 *Intellectus ad cap. intelleximus de adulter. & ſtupro.*
175 *Atrociora delicta, pœnæ qualitate cognoſcuntur.*
176 *Pœna maior debet eſſe, vbi delictum grauius.*
177 *Iniuria grauis pœnæ grauitate debet cognoſci.*
178 *Pœna eſt commenſuranda delicto:*
179 *Atrox iniuria grauiſſimam inimicitiam ſolet cauſare.*
180 *Beneficio debet correſpondere gratia, & iniuriæ vltio.*
181 *Iniuria facta vni conſanguineo, cenſetur facta alijs.*
182 *Conſanguinei ſunt quodammodò partes corporis noſtri.*
183 *Viſus offendentis auget dolorem offenſi.*
184 *Iniuriarum memoria tenax eſt, & quod offendit nunquàm obliuiſcitur, & ſcribit in marmore læſus.*

ARGVMENTVM.

Sacerdos, qui alium Sacerdotem maximè nobilem alapa offendit in Eccleſia, & in conſpectu populi, grauiſſimum cenſetur commiſiſſe delictum; Et quæ aliæ circumſtantiæ ſint in conſideratione ad conſimilis criminis aggrauationem.

CONSILIVM CXLII.

SVppoſito facto, quòd S.M. Clericus alapa percuſſit A. M. clericum in præſentia Iudicum Eccleſiaſtici, & ſæcularis, qui in Eccleſia præſentes erant, & ſi pro parte dicti S. pro ſui excuſatione adducatur, quòd laceſſitus, & malè tractatus à Vicario conſanguineo dicti A. qui etiam ipſum verbalitèr offendit, & improperauit, quòd eſſet filius cuiuſdã hominis humilis, & calore iracundiæ commotus dictum A. offenderit; ex eoquè
1 abſolui debere prætendebat, † eò quòd prouocatus, & dolore affectus; cùm ſemper qui primò cœpit iniuriare cenſeatur prouocaſſe, argum. l. 1. §. cùm arietes ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, l. ſcientiam §. qui cùm alitèr ff. ad l. aquil. de quibus Tho. Grammat. deciſ. 37. nu. 5.
2 † & quia cùm quis ira, aut dolore deliquit ſaltim leuiùs venit puniendus, l. aut facta §. 1. ff. de pœnis, l. ſi non conuitij, vbi notatur C. de iniur. l. 2. C. de abolit. cap. ſi quis iratus, & ibi gloſſa 2. quæſt. 3. gloſ. in l. 3. ff. de diuort. & in l. quidquid de reg. iur. & in cap. diuortium, de pœnit. diſt. 1.
3 † nàm ſæpè iracundia innocẽtes adducit ad cri-
4 men, cap. ira 11. quæſt. 3. † & ita quod inconſulto calore fit, calumnia caret, cap. fin. ſi quem pœnituerit §. notandum 2. quæſt. 3. cùm ait: *Temeritas enim facilitatis veniam continet, & inconſultus calor calumniæ vitio caret. Et ob hoc nullam pœnam huic irrogari oportet*; quæ ſententia deprompta eſt ex l. 1. §. quæri ff. ad Turpil. nàm vt Philoſophus lib. 5. moralium Nicomachiorum ſcribit cap. 8. *quæ ob iram, aliaſq; animi perturbationes, quæcunque neceſſariò, vel natura hominibus accidunt, iniuriam quidem faciunt; ſed non idcirco sũt iniuſti, vel praui*, meminit Tiraquel. de pœn. temperand. cauſ. 1. nu. 1. & 2. & extra delicti caſum
5 videmus, † quòd contractus iracundiæ calore factus non valet, l. 3. ff. de diuort. l. licitatio in princ. ff. de publican. & vectigal. cap. diuortium 21. de pœnit. diſt. 1. Ludouic. Roman. ſingul. 508. incip. volo commentare, Bart. in l. quicquid. vbi Decius num. 1. iuncta gloſſ. verbo *admonita* in cap. ex literis de diuort. vbi de confeſſione ira-
6 cundiæ calore facta † ſimilitèr & votum calore iracundiæ emiſſum, niſi dicto calore ceſſante ratificetur, nõ obligat, gloſſ. verbo *calore iracundiæ* in cap. dudùm 20. vbi Ioan. Andr. Anton. & Abb. de conuerſ. coniugator. l. 1. tit. 8. par. 1. vbi Gregor. Lopez gloſſ. 2. Stuñica in tract. de voto
7 quæſt. 1. num. 30. † quia Deus voluntarium militem ſolummodò vult, cap. non eſt 15. quæſt. 1. iuncto tex. in cap. ſicut de regularib. Decius vbi proximè num. 2. dicens ſequenti numero, quòd in voto præcipuè inter alia deliberatio requiritur, vt tradit Ioan. And. in cap. literarum de voto num. 2. & 4. Abb. in cap. ſicut ex literis 13. nu. 2. de iureiur. Roma. vbi proximè, & Stuñica d. q. 1.
8 nu. 27. & ſeqq. † & ſimile in iuramento iracundiæ calore emiſſo, ex d. cap. ſicut ex literis, vbi Ioan. Andr. Anton. Abbas, & Felyn. de iureiuran. Roman. d. ſingul. 508. per tex. in l. 2. C. ad l. Iuliam Maieſt.

Maieſt. Decius in d.l. quicquid num. 4. Iaſ. num. 4.
9 in l. ſi filiam 19. C. de inoffic. teſtam. † & ſimili-
tèr confeſſio iracundiæ calore facta non obligat,
& reuocari poteſt, gloſſ. verb. *admonita* in d. cap.
ex literis de diuort. vbi Abb. idem in cap. cùm
venerabilis num. 12. de except. & in d. cap. ſicut
ex literis num. 2. Decius vbi proximè nu. 5. & in
l. magiſtratibus num. 12. ff. de iuriſd. omn. Iudic.
Iaſ. vbi proximè num. 5. Gregor. Lopez in l. 15.
10 tit. vlt. par. 7. gloſ. 1. † & beneficij acceptatio per
iracundiâ facta, non nocet, vt primum, quod quis
habebat, vacet, Abb. & Additio ad eum in cap. de
multa nu. 13. de præbend. Iaſ. vbi proximè verſ.
ſimiliter, Gregor. Lopez d. gloſ. 1. Hieron. Cucha-
lon. in addit. ad Decium in d.l. quicquid litera E.
11 † accuſatio etiàm facta calore iracundiæ debet
per Iudicem aboleri, l. 2. C. de abolit. Iaſ. d. nu. 4.
verſ. *eo modo*, & facit, quod tradit Specul. 2. tom.
tit. de executione ſententiæ §. videndum nu. 2.
12 † quòd ſi Princeps per iracundiam ſententiam
tulerit, maximè capitalem, executioni non man-
datur, niſi 30. diebus tranſactis, vt patet ex illa
æquiſſima Theodoſij Cæſaris Conſtitutione in
l. ſi vindicari C. de pœn. deſûpta ex l. 13. tit. 40.
13 lib. 9. Codicis Theodoſiani, † cuius ſuaſor fuit
Beatus Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanen-
ſis, Auctore Sozomeno lib. 7. eccleſiaſticæ hiſto-
riæ cap. 24. Couar. in cap. alma mater in initio
primæ partis num. 9. Redin. de maieſt. Princip.
verbo *ad iracundiam tardum* nu. 9. Couar. lib. 2.
variar. reſol. cap. 8. num. 13. verſ. *ſecundò infertur*,
Guillelm. Mayner. in d.l. quicquid calore, in fine,
Luc. de Penna in l. nemo carcerem C. de exact.
tribut. lib. 10. cuius legis deciſio ex eo proceſſit,
14 quòd † cùm humana iura ſupremo ſupplicio
adiudicent eos, qui Principem, Regem, Impera-
torem, aut etiàm ſtatuas contumelijs affecerint,
l. qui ſtatuas 6. ff. ad leg. Iuliam maieſt. quæ ait:
*Qui ſtatuas, aut imagines Imperatoris iàm conſe-
cratas conflauerint, aliudue quid ſimile admiſerint,
lege Iulia Maieſtatis tenentur*, l. cuius §. vlt. & l.
ſeq. l. famoſis §. fin. eodem tit. l. 1. tit. 2. par. 7. vbi
15 Gregor. Lopez gloſſ. 20. † cùm Flaccillæ coniu-
gis Theodoſij Imperatricis ſtatuam deieciſſent,
acris aduerſus eos proceſſit animaduerſio, vt re-
fert Feuardent. ſuper Ruth cap. 1. ſect. 3. verſic.
16 *octauo* fol. mihi 54. † & ſi Platina in vita Inno-
centij I. dictæ animaduerſionis cauſam fuiſſe re-
ferat, quòd Theſſalonicẽſes in Theatro militem
occidiſſent, vel Iudicem ſuũ (vt alij volũt.) Hanc
Platinæ opinionem ſequitur Couar. d. verſ. *ſecun-
do*, & tradunt D. Auguſt. lib. 5. de Ciuit. Dei cap.
26. Ruffin. lib. 11. eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 18. re-
latus in cap. cùm apud Theſſalonicã 69. 11. q. 3.
Theodorit. lib. 5. cap. 17. & ſeq. Caſſiodor. lib. 9.
Hiſtoriæ Tripartitæ cap. 30. idquè veriùs puta-
mus, & Feuardentium diuerſitate hiſtoriæ ſe
confundiſſe Antiochiæ ſucceſſum impunè reli-
ctum Theſſalonices grauiter punito attribuen-
17 do; † ſiquidèm rerum Hiſpaniæ doctus, & ele-
gans hiſtoriographus Mariana lib. 4. cap. 20. ait
de Theodoſio. *Illud crudeliter, quod Theſſalonicã
Vrbẽ cæſis ſex hominũ millibus deformauit ira præ-
cipiti actus, Butericum copiarum Ducem, aliosquè
Principis aſſeclas in populari ſeditione interemiſſe
crimen erat, tàm multo innoxio ſanguine luendum
ſcilicèt, Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, Im-
peratorem (nàm tunc temporis Mediolani moraba-
tur) venientem Templi aditu prohibuit, diriſque
deuotum more, & ritu chriſtiano pænam ſubire hor-
tatus eſt tanto facinori debitam. Repulſæ dolorem
non minori animo tulit Theodoſius, quàm Ambro-
ſius iuſſit. Aucta animi conſtantia poſt menſes ali-
quot ipſo Natalis Chriſti die Ruffini initus hortatu
Templũ repetẽtis quaſi Præſulis iracundia ſedata,
non priùs admiſit, quàm verbis grauiſſimis coram
caſtigatum, atquè legis promulgandæ conditione,
necis ſententiam ante trigeſimum diem executioni
mandari vetantis; vt ſi quid præcipiti in vindictã
libidine decerni contingeret, temporis ſpatium ira-
cundia remittente mutaret. Adiutumq; nè verbum
priùs efferret commoto animo quàm Alphabeti Græ-
ci literas ex ordine recitaſſet*, (vt Sextus Aurelius
in epitome eius vitæ retulit.) *Ea res Antiochen-
ſibus ſaluti fuit. Ob extraordinaria tributa tumul-
tuantes, Placillæ vxoris Theodoſij iàm defunctæ
ſtatuam euerſam per Vrbem raptarũt. Illatam con-
tumeliam nè multorum cæde Imperator vindicaret
Ambroſij prudentia effecit, atquè miſſi Antiochia
ea de re Legati ad Imperatorẽ placandum. ijs agen-
tibus lugubre carmen à pueris flebilibus modis de-
cantatum prandenti Imperatori excuſſit lachrymas,
flexitque ad miſericordiam iratum animum*. opti-
mè Frãciſcus Balduinus in relatione de laudibus
Theodoſij verſ. *equidèm fateor*, & dictæ l. ſi vin-
dicari eius laudantes deciſionem, meminere Ab-
bas in cap. 2. num. 2. de ſent. & re iudic. Cæpoll.
cautel. 2. col. 2. Felyn. in d. cap. 2. nu. 4. plures ad-
ducti per Ioan. de Neuizan. lib. 6. Syluæ nuptialis
num. 49. Cagnol. in d.l. quicquid calore num. 12.
Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 334. num. 6.
& ex Suetonio in Tyberio cap. 75. ibi. *Nàm cùm
Senatuſconſulto actum eſſet, vt pœna damnatorũ in
decimum ſemper diem differretur*, &c. ex Cornelio
Tacito lib. 3. annal. tradit Cuiacius lib. 5. obſeru.
& emendat. iuris cap. 9. qui dictam l. ſi vindicari
concordat cum l. penult. C. de cuſtod. reor. cui
aduerſari videbatur Simanc. lib. 6. de republ. cap.
6. num. 14.
18 † Facit etiàm, quòd licèt blaſphemiæ crimen
grauiſſimum ſit, & grauiſſimè vindicetur, cap. 2.
de maled. cap. ſi quis per capillum 22. quæſt. 1.
Couar. in cap. quàmuis pactum 1. par. relect. §. 7.
num. 8. & ſeqq. de pact. lib. 6. Bernard. Diaz in
praxi crimin. canon. cap. 110. Iul. Clar. lib. 5. ſen-
tentiarum §. blaſphemia, Canter. in quæſt. crim.
cap. 3. de blaſphem. Rojas de hæret. 2. par. aſſert.
12. à num. 167. l. 2. tit. 28. par. 7. Auend. de exeq.
mand. Regum 2. par. cap. 5. in princ. & in tit. 4.
19 lib. 8. recopil. † ſi tamèn calore iracundiæ quis
Deum, vel Virginem publicè blaſphemauit, de-
bet tùnc mitiùs puniri; nequè tùnc habebit lo-
cum pœna dicti cap. 2. vt poſt Goffred. ibi tra-
dit Archidiac. in cap. quid ergo circa finem 23.
quæſt. 5. Iaſ. in d.l. ſi filiam num. 7. C. de inoffic.
teſtam. Abb. num. 6. vbi Additio in d. cap. 2. Iulius
Clarus d. §. blaſphemia num. 6. Menoc. lib. 2. de
20 arbitr. Iudic. caſu 325. nu. 33. quippè iracundia
delinquens animo deliberato, non dicitur delin-
quere, vt tradit Menoch. d. lib. 2. caſu 361. nu. 8.

Cicero

Cicero 1.lib.officior. *ſemper ira procul abſit, cum qua nihil rectè, nihil cõſideratè fieri poteſt; quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec conſtanter*
21 *fieri poſſunt, neque iis, qui adſunt probari.* † Nàm in ſe non cenſetur iracundus eſſe, vt ait Terẽtius in Adelphis actu 5. ſcena 3. *reprime iracundiam,*
22 *atquè ad te redi;* † nàm ira impedit animum, nè poſſit cernere verum, ſecundùm Specul. lib. 4. tit. de aduocato § 4. num. 9. allegans cap. ſi quis iratus, & cap. Euphemium §. notandum 2. quæſt. 3. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 5. par. 2. gloſ. 2. per text. ibi, nàm & teſte Cicerone lib. 3. Tuſcul.
23 quæſtion. † Iracundia diſpoſitio eſt, ſiuè cupiditas vlciſcendi, ſequitur Franc. Patritius lib. 4. Æneadis, ſiue de Regno tit. 10. verſic. *huic comes*, Redin. de maieſt. Princip. verbo *ad iracundiam tardum* num. 15. Cagnol. in d. l. quicquid calore in princ. dicens, iram dictam eſſe ab eo, quod à ſeit, & ſurit qui iraſcitur, Lactant. Firm. lib. vnic. de ira Dei cap. 17. dicens, *iram autem, quam poſſumus, vel furorem, vel iracundiam nominare, &c.* & libro vnico de opificio Dei, verſ. *duas eſſe*, ait,
24 † quòd tres affectus, vel tres furiæ ſunt, quæ in animis hominum tantas perturbationes ciunt, & interdùm cogunt ità delinquere, vt nec famæ, nec periculi ſui reſpectũ, aut curam habere permittant, ira, quæ vindictam cupit, auaritia, quæ deſiderat opes, libido, quæ appetit voluptates,
25 † quarè ſicut aduerſus furioſum nequit iniuriarum agi, vt tradit Iul. Paul. lib. 5. ſententiar. tit. 4. dicens: *furioſus, itèmque infans affectu doli, & captu contumeliæ carent; idcircò iniuriarum agi cum his non poteſt*, Decius in l. vt vim num. 29. ff. de iuſtit. & iure, qui pro eo allegat l. 1. § 1. ff. de acquir. poſſeſſ. cap. maiores §. item quæritur de baptiſmo, qui rationem adducit non habere affe-
26 ctum ad faciendam iniuriam † cùm ſinè affectu nõ committatur, vt Domitius Vlpianus tradit in l. illud § 1. ff. de iniur. Alex. conſ. 209. incip. ponderatis num. 12. vol. 6. Petr. Royz. deciſ. Lituan. 3. num. 145. Rolan. à Valle conſ. 11. nu. 44. lib. 3. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 4. nu. 41. deciſ. Pe-
27 demont. 77. num. 23. † nàm teſte Polyb. lib. 2. hiſtoriar. *In omni re finis, & intentio hominis ſpectari debet*, nec iniuriarum actio datur, niſi contra illum, qui habuit animum iniuriandi, l. ſi non conuitij, vbi Cyn. & DD. C. de iniur. l. ſed & ſi quemcunquè § Iulianus ff. ad leg. Aquil. l. itèm quæritur 14. §. itèm Iulianus ff. locati, Corneus conſ. 173. vol. 3. Beroius conſ. 4. num. 2. vbi Addit. & ex l. qui iniuriæ 55. ff. de furt. tradit Deci. conſ. 487. in præſenti num. 13. & 15. vol. 2. idem ergò dicendum erit in iracundo aliquem iniuriante,
28 † quià ſecundùm Macrob. lib. 4. Saturnal. cap. 2. *ira eſt breuis furor*, Horatius lib. 1. epiſtolarum epiſt. 2. ad Maximum Lollium.

Ira furor breuis eſt: animum rege, qui, niſi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.

Et Seneca lib. 1. de ira cap. 1. ait, inſanos eſſe,
29 quos ira poſſedit; † *Nàm vt furentium certa ſunt indicia, audax, & minax vultus, triſtis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, crebra, & vehementiùs acta ſuſpiria, ita iraſcentium eadem ſigna ſunt, flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuãte ab imis præcordijs ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac ſubriguntur capilli, &c.* vt meritò Cicero 4. lib. Tuſculan. quæſtio. relatus per Redin. vbi ſuprà num. 16. dixerit, iram inſaniæ initium eſſe.

Rursùs facit, quòd dictus S. M. prouocatus iniurioſis verbis, dictum Antonium M. iniurian-
30 do veniat excuſandus, † qui enim patitur iniuriam, poteſt ſe tueri etiàm cum alterius, ſcilicèt inſerentis iniuria, l. ſciendum §. qui cùm aliter ff. ad l. Aquil. l. vt vim, vbi Iaſ. num. 36. ff. de iuſtit. & iure, Florian. de Sancto Petro diſput. 2. num. 5.
31 † verecundia enim eſt iniuriam inultam relinquere, l. miles §. ſocer ff. ad l. Iuliam de adulter. quam ad hoc optimam dicit Angel. conſ. 248. in ſplendidiſſima Ciuitate Florentię num. 1. Iaſ. in l. pactum curatoris 22. num. 6. C. de pact. Thom.
32 Gram. deciſ. 98. à num. 2. † & iniuriæ ſibi illatæ non reſiſtens, & ei non obſtans cùm poſſit, tàm eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſereret, vt poſt Cicer. lib. 1. officior. & Alex. à ſe allegatos tradit Roland. à Valle conſ. 3. incip. quod nobilius num. 5. vol. 2. cum traditis per Marc. Anton. Eugen. conſ. 90. num. 123. lib. 1.
33 † nàm iniuriam ferendo veterem, inuitas ad nouam, vt tradit Policrat. lib. 8. de nugis curialium
34 cap. 14. in fine, † & ſicut defenſio omni iure licita reputatur pro vita, aut hominis ſalute, d. l. vt vim ff. de iuſtit. & iure, Anton. de Butrio in cap. 3. num. 3. de homicid. & in cap. penult. num. 18. de pœnis, Gregor. Lopez in l. 3. tit. 16. par. 2. gloſ. 15. & 16. Marc. Anton. Eugen. d. conſ. 90. à num. 31. & conſ. 22. num. 63. Alex. conſ. 119. incip. viſo proceſſu nu. 4. vol. 7. vt meritò Ouidius lib. 3. de arte amandi dixerit:

Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem:
Armaque in armatos ſumere iura ſinunt.

Parlador. lib. 1. rerum quotidian. cap. 2. num. 17. Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. num. 70. & facit l. 1. § vim vi ff. de vi, & vi armata, quam diffusè explicat Cicero in oratione pro Milone, & Draco apud Demoſthenem contra Ariſtogiton, & facit cap. dilecto de ſent. excommun. lib. 6. Quint. Curt. lib. 8. *Obſequio mitigantur Imperia, vbi verò reuerentia exceſſit animis, & ſummaimit confundimus, vi opus eſt, vt vim repellamus.* Paris de Puteò in tract. de re milit. & duello lib. 6. quæſt. 7. num. 4. Meſſia ad l. Toleti *de los terminos* 2. par. fundam. 11. num. 22. idem ergò dicendum eſt cauſa honoris conſeruandi debere ad-
35 mitti, † quià cauſæ vitæ, & honoris à pari procedunt, l. iuſta 9. vbi gloſ. ff. de manumiſſ. vindict. gloſ. verſ. *ob culpam* in §. ſuſpectus el ſegundo, Inſtit. de ſuſpect. tutor. Iaſ. in l. tranſigere nu. 8. de tranſact. & in repet. l. admonendi num. 278. ff. de
36 iure iur. Auend. tract. de iniuria num. 20. † crudelis eſt enim, qui ſuam negligit famam, cap. nullo 12. quæſt. 1. Cæphal. conſ. 57. videbatur prima num. 4. vol. 1. Iaſ. nu. 9. in l. ſi quis extraneus ff. de acquir. hæred. Ludou. Zunt. reſponſ. pro vxore num. 260. gloſ. 1. in cap. 2. de purgat. canon. Rota
37 deciſ. 1. num. 4. de accuſ. † nàm bona fama eſt theſaurus inæſtimabilis, & ſicut lilium dans ſuauitatem odoris, ſecundùm Bald. in l. 1. nu. 9. C. de confeſſ. Ioan. de Neuiz. lib. 1. Syluæ nupt. nu. 22.

Zunt. vbi proximè nu.262. Roland. à Valle conſ.
98. viſo proceſſu num.49. vol.4. extrauag.1. Ioannis XXII. ad finem de verbor. ſignif. ibi. *Bonæ famæ fragantia ſuauitatis odorem*, vbi doctè Gloſ-
38 ſator, † vt meritò bonæ famæ odore delectandum tradiderit Ant. de Butrio in cap. licèt nu.8. de accuſat. vt enim Eccleſiaſtes cap.7. conſulit: *meliùs eſt nomen bonum, quàm vnguenta pretioſa*, & cap.41. dicitur: *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit, quàm mille theſauri pretioſi, & magni*; quod Cicero breuiùs perſtrinxit 2. de orator. dicens: *Bona exiſtimatio pecunijs præſtat*. Azoguid. in tract. de communib. opinion. lib.3. cap.11. num.2. Victoria relect.10. de homicid. verſ. *ad decimumquartum*, Gregor. Lopez in l.55. tit.5. par.1. gloſſ. vlt. & vt Apoſtolus 1. ad Corinthios cap.9. *Bonum eſt mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet*, Ioan. Andr. in data libri ſexti decretal. num.17. Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exiguis ferēdo, verſ. *ſeptuageſimoſeptimo*, Cicero Philippica 3. *Ad decus, & libertatem nati ſumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur*; nàm ſicut corpus noſtrum illuſtrat Sol, ita etiàm bona fama, Bald. in cap. veniens num. 8. de teſtib. quem ſequitur Corſet. in cap. grandi col.14. de ſupplen. neglig. prælat. Roland. à Valle conſ.45. viſa inquiſitione num.45. vol.1. & alleg. conſ. 98. num.51. vol.4.
39 † vndè iuſtiſſimè dicitur, quòd deteriores ſunt, qui famæ noſtræ detrahunt, quàm qui ſubſtantiā diripiunt, vt ex cap. deteriores 6. quæſt.1. tradit Abbas in cap. magnæ 7. num.13. de voto, d.l.55. tit.5. partit.1. & in l.8. tit.6. par.7. vbi Gregor. Lopez gloſ.1. cap. facta 9. quæſt.3. vndè cùm laceſſitus fuerit, ſcilicet Hoſpitalarij filius nuncupatus, & ab alijs ibi exiſtentibus verbis, & factis
40 iniuriatus, ei parcendum videtur; † nàm Cicerone teſte actio.5. in C. Verrem: *Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes, ac boni viri difficillimè poſſunt*; difficilèque eſt, tacere cùm doleas, vt idem Cicero pro Sylla in ora-
41 tione tradidit, † maximè quia verbum quodlibet iniurioſum, iniuriandi animo dictum cenſetur, dùm contrarium nō probatur, vt tradit Bal. in d. l. ſi non conuitij C. de iniur. qui eam ita ſummat, Auguſt. Arimin. ad Angel. Aretin. tract. de malefic. in verbis *verba iniurioſa* nu.3. Menoc.
42 lib.5. de præſumpt. præſ.3. num.47. † & facit in huius partis confirmationem quod reſoluit Angel. Aretin. vbi proximè num.10. & verbo *Titius ſe defendendo* num. 28. quòd ſi aliquo dicto, vel facto iniurioſo prouocatus ad iram, durante ira aliquid iniurioſum contra prouocantem protulit, excuſatur, qui pro eo allegat l. qui cùm maior §. accuſare ff. de bon. libertor. vbi prouocatus licitè poteſt ſe vlciſci, iuncta l.1. §. cùm arietes ff. ſi quadrupes pauperiē feciſſe dicatur, iuncta doctrina Felyn. in cap. dilecti filij nu.10. & ſeqq. de except. qui eius deciſionem in hominibus procedere dicit Tiraquell. l.1. connubial. gloſſ.1. num.87. & in terminis iniurijs prouocati Specul. lib.1. tit. de accuſatore num.11. & quòd puniendus non ſit, idem Tiraq. de pœn. temp. cauſ.1. num.12. Paul. Caſtr. conſ.277. in cauſa. nu. 2. verſ. *tertio* volum.2. cuius authoritate Thom.

43 Grammat. deciſ.14. nu.11. tenet, † quòd quandò iniuriatus fuit aliquis, & dubitat Præſidem adire, quia potuiſſet rem ponere in deriſum, poteſt propria authoritate vlciſci, & iniurianti alapam inferre, argum. l. ſi alius §. belliſſimè in fin. vbi gloſ. ff. quod vi, aut clam, & eorum, quæ notantur in l. nullus C. de Iudæis, l. ait prætor §. ſi debitorem ff. de priuileg. cred.
44 † Vlteriùs etiàm videtur facere, quòd huiuſmodi percuſſio manu vacua nequeat ſaltèm dici atrox iniuria, aut grauis, quia percuſſio cum manu vacua, vel cum pugno regularitèr non dicitur iniuria atrox, vt poſt Guilielm. de Cugno tradit Bal. in l. ſed ſi hac lege §. prætor num.1. ff. de in ius vocand. cuius dictum ſequitur, dicens eſſe benè notandum, Iacobin. in §. liberos eiuſdē legis num.14. pro quo facit illud, de quo Seneca exclamat lib.2. In ſapientem iniuriam non cadere cap.4. verſ. *diuidamus*, dicens: *Tanta eſt animorum diſſolutio, & vanitas, vt quidam nihil acerbius putent, ſic iuuenes ſeruum, qui flagellis, quàm colaphis cædi malit, & qui mortem, ac verbera tolerabiliora credat, quàm iniurioſa verba, ad tantas ineptias peruentum eſt, vt non dolore tantum; ſed doloris opinione vexemur more puerorum, quibus metus incutit vmbra.* (& poſt aliqua) *At ſapiens colaphis percuſſus, quid faciet. Quod Cato cū illi os percuſſum eſſet, non excandit, non vindicauit, iniuriam non remiſit quidèm, ſed factam negauit, maiore animo non agnouit, quàm ignouiſſet*;
45 † vel vt Socrates alter, quē Authores aiunt colapho percuſſum, nihil ampliùs dixiſſe, quàm moleſtum eſſe, quòd neſcirent homines, quandò cum galea prodire deberent, vt idem Seneca retulit lib. 3. de ira cap. 11. quod quatuor latinis verſibus Nebriſſenſis retulit libello de dictis Philoſophorum lib.2. in Socrate, Gallec. in tract. de cognat. ſpirit. cap.22. annot.138. nu.5. quod corroboratur ex illo Matthæi 5. cap. *Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe ei alteram*, de quo Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 380. num.4.

Vltimò pro hac parte facit, quòd ſaltèm compenſari debeat iniuria accepta per A. M. cum
46 iniuria per eum S.M. facta, † quia paria delicta, & ad inuicem iniurioſa mutua compenſatione tolluntur, cap. penult. vbi gloſ. de adulter. & ſtupro, l. viro, atquè vxore ff. ſolut. matrim. & l. ſi duo ff. de dolo, cap. cùm eccleſiaſticæ de excep. Gregor. Lopez in l.18. tit.11. par.3. gloſ.5. & in terminis iniuriæ Gallec. tract. de cognat. ſpirit. cap.18. num.13.

Quibus tamèn non obſtantibus tenendum eſt, dictum S.M. clericū grauitèr aduerſus A. M. deliquiſſe, & tanquam pro atroci iniuria grauitèr eſſe puniendum, quod vt clariſſimè conſtet, præſuppono, vt de atrocitate cōſtet, quòd apud Rhethores iudicialium cauſarū veros diſcepta-
47 tores. † Atrocitas (teſte Quintiliano lib.6. inſtitution. oratoriar. cap.1. de concluſione, ſeù peroratione) creſcit ex his, quid factum ſit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, & ſi pulſatum querimur, de re primùm ipſa dicendum, ſi ſenex, ſi puer, ſi magiſtratus, ſi probus, ſi benè de Republica meritus, etiàm ſi

percuſſus

percuſſus ſit à vili aliquo, contemptoque, vel ex
cõtrario à potẽte nimiũ, vel ab eo, à quo minimè
oportuit, & ſi die fortè ſolẽni, aut iis tẽporibus cũ
iudicia eius rei maximè exercẽtur, aut in ſolicito
Ciuitatis ſtatu, item in Theatro, in Templo, in
Concione; creſcit inuidia, & ſi non errore, nec
ira, vel etiàm ſi fortè ira, ſed iniqua, quod patri
adfuiſſet, plurimũ tamèn affert atrocitatis mo-
dus, ſi grauitèr, ſi contumelioſè: vt Demoſthenes
ex parte percuſſi corporis, &c. cui fauet Iolius
48 Paulus lib. 5. ſentent. tit. 4. dicens: † *Atrox iniuria*
æſtimatur, aut loco, aut tempore, aut perſona, loco
quoties in publico irrogatur, tẽpore quoties interdiu,
Perſonæ quotiès Senatori, vel Equiti Romano, De-
curioni, vel aliàs ſpectatæ authoritatis viro, & ſi ple-
beius, vel humili loco natus Senatori, vel Equiti
Romano, Decurioni, vel Magiſtratui, vel Aedili,
vel Iudici, quilibet horum, vel ſi his omnibus plebe-
ius, l. 20. tit. 9. par. 7. Ioan. Guttier. conſ. 24. num.
18. quæ omnia in noſtro caſu interueniſſe ferè ad
augendam atrocitatem ponderabimus.

Primò, facta fuit atrox iniuria, ſcilicèt alapa,
ſeu manu vacua percutere dictum A.M. in facie;
49 † nàm iniuria in faciẽ illata & reputatur, & eſt
atrocior, §. atrox Inſtit. de iniur. vbi DD. l. prętor
edixit 7. §. vlt. ff. eo. ibi: re *atrocem iniuriã haberi,*
Labeo ait, vtputa ſi vulnus illatũ, vel os alicui per-
cuſſum ſit, d. l. 20. tit. 9. par. 7. ibi. *La primera es,*
como quando la deſonrra es mala, y fuerte en ſi, por
raçon del fecho tan fecho tan ſolamente, aſſi como
ſi aquel, que reçibio la deſonrra es herido de mano,
o de pie, en ſu cuerpo abſolutamente; la ſegunda
manera, porque puede ſer conoçida la deſonrra por
graue, es por raçon del lugar del cuerpo, aſſi como
ſil firieſſe en el ojo, ò en la cara; Florian. de Sancto
Petro in l. ſi is, cui via nu. 2. & 3. ff. quemad. ſeru.
amitt. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 263.
num. 27. Azeued. in rubr. tit. 10. lib. 8. recopil. nu.
13. Angel. de Sancto Ioanne conſ. 8. num. 16. Ioan.
Anton. de Nigr. ad cap. Regni Neapolis de vio-
lentijs, offenſis, & iniurijs num. 13. pag. 164. Bald.
in cap. 1. §. iniuria de pace iuram. firm. Gregor.
Lopez in l. 9. gloſ. 18. & in l. 20. gloſ. 4. tit. 9. partit.
7. Aloyſ. Ricc. deciſ. 245. Curiæ Archiep. Neap.
50 num. 2. par. 3. nàm vltrà quòd † iniuria corpo-
ralis maior eſt verbali, vt ex d. l. prætor edixit §.
vlt. cum l. ſequenti, & l. lex Cornelia ff. de iniur.
d. §. atrox Inſtit. eodem, & l. in ſeruorum 10. ad
finem ff. de pœn. Aretin. conſ. 34. incip. viſis in
princ. Rebuff. in reper. auth. habita, in verbo *& à*
viliſſimis, Ioan. Cæphal. conſ. 190. à nu. 6. 2. tom.
quibus fauet Vlpianus libro regularum tit. de
51 atroci iniuria, dicens: † *Iniuria ſiquidèm atrox,*
ideſt grauis rerum, nõ ſinè Iudicis arbitrio æſtima-
tur. Atrocem autèm æſtimare ſolere prætorem, atq;
colligi ex facto, vtputa ſi verberatus, vel vulnera-
52 tus fuerit, † dicitur autem atrox, quaſi contu-
melioſior, & maior iniuria, l. 2. & 3. ff. de ferijs,
Prateius de verbis iuris, verb. *atrox*, Robert. Ste-
phan. in linguæ latinæ theſauro, eodem verbo,
Boer. deciſ. 168. num. 10. Plaza lib. epitom. delict.
53 cap. 6. nu. 3. Menoch. vbi proximè nu. 1. † Hinc
eſt, quod vulnus in capite, maximè in facie iudi-
catur atrocius, ac longè grauiùs punitur quàm
in alia parte hominis inflictum, d. §. atrox, Inſtit.
de iniur. cum alijs ſuprà, iuncto cap. ſignificaſti 2.
in fine, vbi Ioan. Andr. Abb. & Felyn. de homicid.
cap. vlt. 55. diſtinct. Magiſter Ægidius in tract. de
author. magni Conſilij num. 20. Marc. Ant. Eug.
in terminis proprijs iniuriæ conſ. 27. nu. 1. vol. 1.
54 Iodoch. in praxi cap. 140. nu. 2. † & ita ſtatutum
valet, quod duplicetur pœna pro vulnere facto
in facie, vt tradit Angel. in d. §. atrox num. 1. & in
tract. de malef. verbo *in facie*, vbi Additio ad eũ,
55 † quia graue reputatur faciem hominis, quæ ad
inſtar cœleſtis eſt pulchritudinis, fędari, l. ſi quis
in metallum C. de pœn. gloſ. verbo *characterem*
in cap. ad audientiam de crim. falſ. Couar. in 4.
decretal. 2. par. cap. 7. §. 3. num. 7. l. 6. tit. 31. par. 7.
56 vbi Gregor. Lopez gloſ. 1. † atque ita atrox in-
iuria eſt propriè accipiendo, quando alicui alapa
datur, vt ex iuribus ſupra adductis tradit Azo. in
ſumma nu. 23. C. de iniur. Gregor. Lopez in d. l.
20. gloſ. 4. hæc ſubiugens verba: *Vnde & alapa*
57 *reputatur grauiſſima iniuria*; vnde & Euangeli-
ſtæ in Paſſione Domini, iſtam vt grauiſſimam, &
atrociſſimam iniuriam expreſſerunt, & ſcripſe-
runt Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioannis 19.
58 & ſeq. & Actuum Apoſtolorum cap. 23. *Prin-*
ceps autem Sacerdotum Ananias præcepit aſtanti-
bus ſibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eũ.
Percutiet te Deus paries dealbate, & tu ſedens iu-
dicas me ſecundum legem, & cõtra legem iubes me
percuti. Vnde Paulus Æmilius in vita Ludouici
XI. dicit: *Non tenuit iram Dux Lotharingiæ po-*
tiunda cupiditate flagrans, atrox conuitium homini
fecit, ac alapa os percuſſit, eam velut ſummam igno-
miniã militaris vir in imum pectus immortali me-
moria tacitus demiſit; quod in tantum eſt verum,
59 † quòd ille, qui ſolummodò eleuata manu ali-
quem voluit verberare, licèt non verberauerit,
iniuriarum actione teneatur, Litem apud Labeo-
nem §. ſi quis pulſatus ff. de iniur. Gregor. Lopez
in l. 8. tit. 26. par. 4. gloſ. 10. iuncta l. 4. tit. 7. partit.
6. vbi idem Gregor. gloſ. 3. & melius gloſ. 7. in l. 6.
per text. ibi tit. 9. partit. 7. Angel. in tract. malefic.
in verbis *& admenauit* Iaſ. in l. 1. §. hæc verba au-
tèm num. 15. ff. quod quiſque iuris, Ant. Gomez
3. tom. variar. reſol. cap. 6. num. 3. ergò multò ma-
gis ſi verberauerit, vt in noſtro caſu atrox erit in-
iuria æſtimanda, vt meritò acris ſit imponenda
pœna dicto S. M. ne pœnæ leuitate ad ſimilia
in poſterùm committenda inſolentior euadat,
60 † vt in ſimili conſtat ex celebri illo loco Agellij
lib. 20. noctium atticarum cap. 1. cuius è noſtris
meminit Eguinarius Baro in §. pœna, Inſtit. de
iniur. qui de iniuria punienda duodecim Tabu-
larum legibus ita fuiſſe diſpoſitum refert. *Si in-*
iuria alteri faxit, vigintiquinq; æris pœnæ ſumpto.
(& ſubiungit) *quis enim erit tam inops, quem ab*
iniuria facienda vigintiquinque aſſes deterreant,
itaque cùm eam legem Q. quoque Labeo veſter in
libris, quos ad duodecim tabulas conſcripſit, non
probaret; inquit Lutius Neratius fuit egregiè ho-
mo improbus, atque immani vecordia, is pro dele-
ctamento habebat os hominis liberi, manus ſuæ pal-
ma verberare. Eum ſeruus ſequebatur crumenam
plenam aſſium portitans, & quemcunque depalma-
uerat, numerari ſtatim ſecundùm 12. tabulas quin-
que, & viginti aſſes iubebat. Propterea, inquit,

Præ-

*Prætores poſteà hanc aboleſcere, & relinqui cruſue-
runt, iniurijſque æſtimandis recuperatores ſe datu-
ror edixerunt*, refert Reuardus libro ſingulari ad
leges 12.tabular.cap.25.Tiraquel.de nobilit.cap.
20.nu.126.de his ciuilibus actionibus à Prætore
pro atrocibus iniurijs propoſitis dixit Arnobius
lib. 4. *Ne* (inquit) *veſtras aures conuitio aliquis
petulantiore pulſaret: de atrocibus formulas conſti-
tuiſtis iniurijs*. Cuiacius ad Iulium Paulum d.lib.
5. ſententiarum tit.4. verſic.atrox, ex quo obitèr
61 illud notatu eſt dignum, † quod in emancipa-
tionibus huiuſmodi alapis filius percutiebatur,
cum emancipabatur à patre, vti apparet in auth.
conſtitut. quæ de dignitatibus in princ. collat.6.
ibi: *nàm ſi emancipationis actio dudùm quidam,
& per eas, quæ nuncupabantur legis actiones facta
cum iniurijs, & alapis liberabat eos huiuſmodi vin-
culis*, vbi gloſ.verbo *iniurijs* hunc modum alapa-
rum ſeruari refert in deſponſatione mulierum
Bononiæ, quod meritò Iuſtinianus Cæſar dedi-
gnatus eſt in l.fin.C.de emancipat.liberor.dicẽs:
*cùm inſpeximus in emancipationibus vanam ob-
ſeruationem cuſtodiri, & venditiones in liberas per-
ſonas figuratas, & circumductiones inextricabiles,
& iniurioſa rhaphiſmata, quorum nullus rationabi-
lis inuenitur exitus*: cum adnotatis per Corraſ.
lib.6.miſcellan.cap.9. Briſſon.lib.1.ſelectar. cap.
11.Cuiac.lib.5.obſeruat.cap.13.Forner.lib.1.ſe-
62 lectar. cap. 1. † ſunt enim Rhaphiſmata apud
Græcos alaparum percuſſiones, vt doctè tradit
Aldobrandin.in §.præterea num.3.Inſtit.quibus
63 modis ius patr.poteſt. ſoluitur, † hunc etiam
cedendi morem etiam in ſeruorum manumiſ-
ſionibus ſeruari ſolitum Iſidorus teſtatur lib. 9.
Ethymolog.cap.4.Cornutus in Perſium ſatyr.5.
Quotiès (inquit) *manumittebant eos alapa percuſ-
ſos circumagebant, & liberos confirmabant*. Vndè
manumiſſio iuxta hæc dicta eſt, quod manus eis
immitteretur, Claudianus lib.4.C.de Conſulatu
Honorij dicens:

*..... famuluſque iugo laxatus herili
Ducitur & grato remeat ſecurior ictu:
Triſtis conditio pulſata fronte recedit
In ciuem, rubuere genæ, tergoque remouit
Verbera, promiſſi felix iniuria voti*.

Quibus ex locis exiſtimare licet calaphos & ala-
pas in liberorum emancipationibus propterea
inſtitutas, quod cũ pro ſeruis mancipati, & ven-
diti fuiſſent, etiam pro ſeruis eiecti, & de pote-
ſtate, ac familia dimiſſi fingerentur, D.Baſilius in
oratione de baptiſmate. *Symbolum igitur manu-
miſſionis erat alapa, vt creationis digitorum crepi-
64 tus, & mancipationis æs, & libra*. † Ex quo nec
immeritò exiſtimari poteſt proceſſiſſe ille mos
percutiendi eos alapa, qui ſacro Chriſmate vn-
guntur in ſecundo Sacramento, cùm enim tùnc
ratam habeamus promiſſionem in Baptiſmo fa-
ctam, & Sathanæ abrenunciationem, quaſi tùnc
ſimus à poteſtate Diaboli liberati, in cuius ma-
num per peccatum Adæ tranſieramus, ita ab eius
poteſtate, & manu dimiſſi, ac facti noſtri iuris
percutimur, ſicut in emancipatis fieri conſueue-
rat, quod doctè (ſuo more) adnotauit Aldobran-
65 din. d. nu.3. † quod ſatis conſtat ex D. Grego-
rio in dialogis lib. 2. cap.32. quòd Beatus Bene-
dictus monachum, qui à maligno vexabatur ſpi-
ritu, per alapam liberauit, optimè Guilielm.Du-
rand. lib.6. cap.84.nu.6. Rationalis diuinorum,
66 † & Plinius Secundus lib.3. epiſt.14. Acilio no-
tauit, grauem contumeliam eſſe aliquem palma
67 percuſſum in facie, † & ita apparet ſemper hu-
iuſmodi caſu excepto iniurioſas haſce percuſſio-
nes malè acceptas, & viles, reputari eas ſaltim
voluntariè aliqua de cauſa patiẽtes, idquè oſten-
dit Martial. lib. 2. epigrammate 72. in poſthu-
mum, iuxta intellectum Couar. in regula pecca-
tum 2. par. §.2. num. 5. de regulis iuris lib. 6.
cùm ait:

*Os tibi præciſum quanto non ipſe latinus
Vilia panniculi percuſſit ora ſono*.

Secundò, atrocitas huius iniuriæ ſimilitèr colli-
gitur inſpecta perſona, à qua fuit facta; nàm vti
probatum eſt, dictus iniurians eſt cuiuſdam la-
boratoris, ſiuè agricolæ filius, qui ad aggreſtia
munia ſuas locare operas conſueuerat, & hoſpi-
talarij munere fungi, quia in æſtimanda iniuriæ
68 atrocitate, id debet conſiderari; † creſcit enim
iniuria ex perſona eius, qui contumeliam fecit,
d.l. Prætor §.vltimo, l.vulneris, l.eſt quæſtionis,
& l.ſed ſi vnius 17.§.quædam ff de iniur.§.atrox,
& §.pœna, Inſtit. eod.tit. Angel.Aret. in eodem
§.atrox notab.5.Azo in ſumma C.eodem nu.25.
quibus fauet Specul.lib.1.tit.de legat.§.nùnc di-
camus num. 8. gloſ. in l.atrocem 4. C. de iniur.
Canter.quæſtio.crimin.cap.6.de homicid.nu.58.
69 † & quæ à viliori fit, grauior iniuria reputatur,
vt tradit Rebuff.in alleg. authent. habita in ver-
bis, *& à viliſſimis*, verſ.*item maior* C. nè filius pro
patre, Martin.Vran.conſ.14.nu.43.tom.1.
70 † Et quia dictus S.M.conſuetus eſt rixas mo-
uere, & delinquere, quod crimen aggrauat, vt
probat Thom. Grammat. deciſ.16. à num. 3. &
ſeqq. quod confirmat Demoſthenes in orat. ad-
uerſus Midiam, dicens: *Si igitur alios ab huiuſmo-
di facinoribus deterreri expedit, ea quoque de cau-
ſa iſte puniendus eſt, eòque magis, quò plura eius,
& atrociora facinora extant*.
71 † Tertiò, colligitur delicti grauitas inſpecta
perſona dicti A.M. qui fuit iniuriam paſſus, qui
eſt Clericus, præsbyter, & tempore acceptæ in-
iuriæ habitum, & tonſuram clericalem defere-
bat; pro quo eſt deciſio expreſſa l.4.C.de iniur.
cùm ait: *Atrocem ſinè dubio iniuriam eſſe factam
manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt, cùm eſſes in ſacer-
dotio, & dignitatis habitum, & ornamenta præfer-
res: & ideò vindictam potes eo nomine perſequi*.
optimè Iacob.Cuiac. lib.10.obſeru. cap.29. poſt
Bald. in d.l.4. num.1. & in l.ſi quis in hoc genus
ſacrilegij num.9. C.de Epiſcop.& cler. Rebuff.
in cap.ſi quis ſuadente diabolo 17.quæſt.4. Oto-
man.in d.§.atrox, Inſtit.de iniur. Matth. de Affl.
in Conſtit.Regni Neapol.priuſquàm col.2.Ioan.
Anton.de Nigris ad cap. eiuſdem Regni de of-
fenſis, violentijs, & iniurijs nu.13. pag.164. Gre-
gor.Lopez in l.62.tit.6.partit.1.gloſſ.3.
72 † Super quo eſt celebris locus apud Demo-
ſthen.in dicta oratione aduerſus Midiam de ala-
pa. Cùm enim feſtũ Bacchi celebrarent Athe-
nienſes, quod ab eo baccanalia nominabant; in
quo feſto tragici, & comici, & tibicinum cœtus
inter

Google

inter ſeſe certabant, qui cætus conſtituebantur
à Tribubus, quæ numero decem erãt, & eligeba-
tur præuitor ex vnaquaq; Tribu, qui cætui ſum-
ptus ſuppeditaret. Quarè Demoſthenes ſuæ Tri-
bus Pandioniæ vltrò præuitor eſſe voluit, cùm
autèm haberet inimicum Midiam, hominem lo-
cupletem, ab eo in ædilitate cum alijs malis ſe
affectum eſſe quæſtus fuit tùm poſtremò in or-
cheſtra in conſpectu omnium ſpectatorum pu-
gnis cæſus eſt, quàmobrem Midiam apud popu-
lum accuſauit impietatis, quod ſe feſtum, & bac-
73 chanalia violarit, inter alia, quæ dicit: † *Iàm ad
illud cùm Demoſthenes inquiet, læſus eſt, iuſta, &
communis, & ad omnium ſecuritatem pertinens re-
ſponſio eſt, illo die non me Demoſthenem tantùm eſſe
exagitatum, ſed etiàm ædilem veſtrum. Quod quan-
tùm valeat, hinc cognoſcetis, ſcitis è ſex viris iſtis
nemini eſſe nomen Sexuir, ſed quodcunque tandèm
vnicuique, ſi quem igitur eorum, dùm priuatus eſt,
vel mulctarit, vel conuicijs inceſſerit, iniuriarum, &
conuicij poſtulabitur. Sin Sexuirum ignominia ſinè
dubio notabitur. Quàpropter quiſquis id facit, is iàm
etiàm leges contumelia afficit, & veſtram commu-
nem coronam, & nomen Ciuitatis; nàm Sexuir nul-
lius hominis eſt nomen, ſed Ciuitatis. Eadem eſt &
Prætoris ratio, quem ſi quis coronatum verberaue-
rit, aut conuicijs inceſſerit, infamis eſt: ſin priuatum,
priuato iudicio eſt obnoxius. Nec horum tantùm ea
ratio eſt, ſed omnium, quibus publicè aliqua ſecuri-
tas, aut coronæ ius, aut alius quiſpiam. Ita etiàm, ſi
Midias alijs quibuſdam diebus, me vt perſonam
priuatam in hunc modum læſiſſet: priuatim etiàm
pœnas eum dare oporteret. At ſi ædilem veſtrum,
ſolenni die nouiluny his omnibus iniurijs, & contu-
melijs affectum ab eo eſſe conſtat: æquum eum eſt, pu-
blicam indignationem, & vltionem experiri. Nàm
cum Demoſthene ſimùl etiàm ædilis violabatur, hoc
verò nomen publicum eſt, idquè his diebus, quibus
eſt legibus interdictum*, meminit Hotom. de opti-
mo genere iuris interpretandi, verſ. *ex eodem.*

74 † Quarè antiqui veriſſimi rerum moderatores
multò eſſe contumelioſiorem, ac atrociorem, ac
atrociùs puniendam cenſuerunt iniuriam, quæ
fit Magiſtratui, quàm quæ priuato, vt teſtatur
Ariſt. lib. 19. problem. cap. 14. ad finem, & Fabius
lib. 6. oratoriarum inſtitut. quo loco de perora-
tione differit Tiraquell. de nobilit. c. 28. num. 6.
ponderans l. Prætor §. vltimo ff. de iniurijs, &
quod Bald. ſingulariter dixit in cap. 1. §. iniuria,
in primis verbis tit. de pace iuramento firman.
75 † quòd ſi quis daret alapã Prætori proptèr pri-
uatam inimicitiam, poſſet capitaliter puniri, ſe-
quitur Iaſ. in l. 1. not. 1. C. de precib. Imp. offer. &
alij relati per Tiraquell. dicto num. 6. Peguera in
quæſt. criminalib. c. 12. nu. 19.

76 Et confirmatur, † nàm Sacerdos cenſetur pu-
blica perſona, l. 1. C. de his, qui in Eccl. manumitt.
auth. quibus modis nat. effic. legitimi §. quantùm
collat. 6. c. quamquàm de vſur. lib. 6. Cynus in l. 1.
nu. 8. ff. de iuſt. & iure, Aldobrandinus in §. huius
ſtudij nu. 10. Inſt. de iure nat. Ant. Roſcius lib. 2.
memorabilium cap. 1. nu. 9. Hieron. Gratus re-
ſponſo 1. num. 50. vol. 1. inferens ex eo, quòd de-
fenſio Sacerdotum iuris publici eſt.
77 † Vndè iniuria facta Sacerdoti, cenſetur pu-
blica, vt probat Rebuff. reſponſo 194. verſ. *imò*,
Mohedan. dec. 1. de foro comp. nu. 1. poſt Bart. &
Bald. in d. l. 1. col. pen. ff. de iuſt. & iure, & publica
pro ea datur accuſatio, d. l. ſi quis in hoc genus,
Aldobrand. vbi proximè num. 11. Ant. Roſcius
d. c. 5. num. 8. Petrus Roytius deciſ. Lituanica 4.
78 num. 509. Ideò † iniuria facta Sacerdoti, videtur
facta Eccleſiæ Dei, & Chriſto, cuius munere, &
legatione fungitur, cap. 2. §. fin. vbi DD. de foro
comp. c. accuſatio in fi. 2. q. 7. & ex D. Chryſoſt.
ſuper Matth. tradit Ludou. Gilhauſen. in arbore
iudic. crim. tit. 34. de iniur. c. 2. nu. 24. Ioan. Vinc.
de Anna alleg. 146. nu. 6.

79 † Et ideò proptèr iniuriã clerico factam, actio
non ſolùm ipſi, ſed etiàm Eccleſię competit, Boſ-
ſius in praxi tit. de iniurijs nu. 33. fol. 396. Molin.
in repertor. foror. Aragon. verbo *accuſare poteſt*,
fol. 2. col. 2. Portoles in ſcholijs ad eum, tomo 1.
80 verbo *clericus*, in princ. fol. 414. † Nec clericus
pro ſua parte in præiudicium iuris Eccleſiæ po-
teſt eam remittere, c. cùm deſideres 15. vbi gloſ.
verbo *quam offendit*, de ſent. excomm. vbi Anton.
de Butrio nu. 18. & 20. Abb. in cap. parochianos
nu. 4. eod. tit. & in cap. poſtulaſti nu. 3. de Iudæis.
Faber in §. patitur nu. 2. Inſt. de iniurijs, Azeuedo
in l. 2. tit. 2. lib. 1. recopilat. num. 9. Gregor. Lopez
in l. 10. tit. 18. par. 1. gloſ. 4. & in l. 9. tit. 9. par. 7.
gloſ. 4. Ant. Gomez. 3. tom. variar. cap. 6. num. 6.
81 Vincent. de Anna vbi proximè num. 7. † Nàm
& dicta iniuria non ſolùm iniuriato, ſed etiàm
toti ordini clericali fieri cenſetur, c. cõtingit 36.
vbi gloſ. verbo *iniurioſa*, de ſententia excomm.
gloſ. in d. cap. cùm deſideres, ſimilis tex. in cap. ſi
diligenti de foro compet. Sylueſter in ſumma
verbo *excommunicatio* 6. circà finem. Et ſimilitèr
82 † iniuria facta clerico, Epiſcopo illata cenſetur,
& ex ea Epiſcopus poteſt agere, cap. in primis
in princ. 2. q. 1. cap. ex parte de reſcriptis, cap. 2.
83 vbi Anton. de Butrio num. 2. de pœnis. † Imò
& ſacrilegium committit clerico perſonalem
faciens iniuriam, dicta l. ſi quis in hoc genus ſa-
crilegij C. de Epiſc. & cler. Paul. Grillan. in tract.
de pœnis omniſa. coitus, quæſt. 1. nu. 9. Montal.
in tractatu de reprobatione ſentent. Pilati art. 1.
1. dubio num. 62. Menochius lib. 2. de arbitrar.
caſu 389. num. 15. Diaz in praxi cap. 87. num. 3.
vbi additio, Azeuedo in l. 2. tit. 2. libro 1. recopil.
num. 5. Federic. de Senis quæſt. 93. num. 4. Oroſc.
in l. 1. §. huius num. 11. ff. de iuſtitia, & iure.
84 † Et hoc ſacrilegium grauius eſt, quàm illud,
quod in locum committitur, vt tradit Peguera
in quæſtionib. criminalib. cap. 24. nu. 6. & dicto
cap. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. l. 2. & 3.
85 tit. 18. partita 1. † Vaſquius lib. 2. de cultu ado-
rationis cap. 4. num. 182. quatènus ait, *Iniuria
nàmque ſimpliciter facta Sanctis, & Sacerdotibus
duliæ potiùs, quàm virtuti Religionis oppoſita eſt, ac
proindè non ſacrilegium virtuti Religionis contra-
rium, ſed peculiare peccatum ſacrilegij duliæ, aut ob-
ſeruantiæ oppoſitum, &c.* Vndè Dæmones ſenex
apud Plautum in Rudente actu 3. ſcena 2. ait,
*Quis homo eſt tanta confidentia, qui Sacerdotem
audeat violare, at magno cum malo ſuo fecit.*

86 † Et licèt hoc clariſſimè appareat, confirma-
tur ex traditis per Bart. in c. 1. §. iniuria punitur

in princ.de pace iuram.firm.in vſib.feudor.quòd
reus ſit mortis, & capitali debeat pœna puniri
Poteſtati,ſeù Iudici alapam dans proptèr digni-
tatem, Felyn.in cap.inquiſitionis nu.1. de accuſ.
Marant.in ſpec.aur. 4.par.fol.97.& ſeq. nu.53.&
55.Auiles in cap.Prætorum cap.1.gloſ.verbò *de-*
rechamente nu.12. adducti per Rol. à Valle conſ.
48.nu.1.vol.2.Tiraquell.de nobilit.cap.28.nu.6.
87 † quia licèt Iudicis cõmitteretur arbitrio, poſ-
ſet Iudex etiàm de mortis pœna arbitrari,atten-
ta facti qualitate,l.Pædius §.1.de incendio,ruina,
naufragio, vbi gloſ.& DD. §.in ſumma, vbi gloſſ.
verbo *extraordinaria*, Inſtit.de iniur.Iaſ.in l.prin-
cipalibus nu.4. ff. ſi certum petatur, Plaza lib.1.
epitom.delict. cap.6.nu.3. Tiraquell. (à quo de-
ſumpſit) de nobilit. cap.28. nu.4. & 5. Menoch.
lib.2.de arbitr.Iudic.caſu 263.nu.6. Ant.Gomez
3.tom.variar.cap.6.nu.8.Iulius Clarus lib.5.ſen-
tent.§.iniuria nu.7.& §.fin.queſt.83.verſ.*ſed quę-*
ro, nàm atrocius puniendam eſſe iniuriam, quæ
magiſtratui fit, quàm quæ priuato, atteſtatur
Ariſt.lib.19.problema. cap.14. ad finem, & ex l.
prætor §.vlt.ff.de iniur.Tiraq.d.n.6.quarè cũ in
perſona clerici lædatur Chriſtus, cuius legatione
fungitur, vt inquit Panor. in cap.quàmuis col.1.
de reſtit.ſpol.Vran.conſ.14.num.37.tom.1. ergò
fortiori ratione dicendum eſſet idem in eo, qui
clerico in ſacris conſtituto alapam dedit ratio-
ne eius præexcellentis dignitatis, quod vt clarè
88 oſtendatur, illud libuit adnotare, † Sacerdotes,
Epiſcopos,& eos,qui rebus ſacris pręſunt,maxi-
mè honorandos eſſe, ꝙ Claudius Minois ſuadet
in commentar. ad Alciatum emblem. 7. vt apud
Ethnicos ſeruari ſolitum plures Authores tradi-
diſſe conſtat, ſiquidèm ex Cicerone lib.1. de in-
89 uent. † quòd Athenienſes omnibus ſempèr pu-
blicis cõſilijs diuinos quoſdam Sacerdotes, quos
90 Mantes vocant, adhibuerunt, † & Lacedemonij
91 Regibus ſuis Augurem aſſeſſorẽ dederunt, † &
Æthiopũ Regibus tanta fuiſſe legitur Sacerdotij
religio, vt illis à Sacerdotibus Iouis apud Meroẽ
exiſtentibus mors denunciaretur,quã illi ſtatim,
nulla interiecta mora, aut excuſatione facta op-
petebant, nè Sacerdotis dicto contradicerent,vt
tradunt Diodor.Sicul.lib.4.cap.1. Alex.ab Alex.
lib.2. dierum genialiũ cap.8. Nauclerus in chro-
nographia generat.16.Ioan.Garz.de nobilit.glo.
9.nu.7. D.Gonſaluus Ponze in reſponſione ad li-
brum Leonharti Vuaramundi hæretici Caluinia-
ni cap.10.verſ.*iàm ſi Ethnica*,qui apud veteres pa-
ganos Germanos Deorũ miniſtros, quos Sacer-
dotes appellabant,ſummæ fuiſſe auctoritatis re-
92 fert, † vt enim Cornelius Tacitus libro de mo-
ribus Germanorum retulit apud eos, nequè ani-
maduertere,nequè vincire,nequè verberare qui-
dèm, niſi Sacerdotibus permiſſum; non quaſi in
pœnam,nec Ducis iuſſu, ſed velut Deo imperan-
te,quem adeſſe bellantibus credunt,Alexand.ab
Alex.vbi proximè,Marc. Ant. Columna in tract.
93 de eccleſiaſt.redit.orig.2.par.cap.17.nu.8. † ſi-
militèr apud Gallos, vt tradit Cæſar lib. 6. de
bello Gallico de duobus pręcipuis gentium ge-
neribus ait,quòd alterum eſt Druydum,alterum
equitum; illi rebus diuinis interſunt,ſacrificia
publica, ac priuata procurant, religiones inter-
pretantur, ad hos magnus adoleſcentum nume-
rus diſciplinæ cauſa concurrit,magnoque ij ſunt
apud eos honore; nàm ferè de omnibus contro-
uerſijs publicis,priuatiſq; conſtituunt,& ſi quod
eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hære-
ditate, de finibus controuerſia eſt,ijdem diſcer-
nunt,& conſtituunt, ſi quis aut priuatus,aut po-
pulus eorum decreto non ſtetit,ſacrificijs inter-
dicunt. Hæc pœna apud eos eſt grauiſſima,ita-
que dignos æſtimabant Druidas, quorum fidei
publica, & priuata committerent, vt Strabo tra-
dit lib. 4. Marc. Anton. Columna vbi proximè
num.7. (& poſt aliqua) Druides à bello abeſſe
conſueuerunt, neque tributa vnà cum reliquis
pendunt, militiæ vacationem, omniumque re-
rum habent immunitatem, refert Petr.Gregor.
lib. 3. de Republica cap. 7. num.2. Ioan. Garzia
de nobilitate, & exemptione Hiſpana gloſſ. 9.
94 num. 7. † & vt Budeus lib. 3. de aſſe, & eius
partibus pag. mihi 345. retulit, accepto Impe-
rio Pompeius Archelaum ſacerdotio præfecit,
& regionem ei attribuit duorum ſchænorum
in circuitu, quæ ſexaginta ſunt ſtadia ſacram
Vrbem ambientia, iuſſitque eius ambitus inco-
95 las imperio eius parere. † Quale autèm fuerit,
aut quàm locuples ſacerdotium ex eo intelligi-
tur, quod Strabo lib.12.Geographiæ ait his ver-
bis: *Regum Ponticorum tempore diebus feſtis, qui*
Dianæ ſacri erant Sacerdos Commanorum Diade-
ma regium geſtabat, & ſecundùm poſt Regem ho-
nori habebatur;Commana autèm Imperio eius ſube-
rat cum ſacris ſeruis, qui Hierodulі dicebantur nu-
mero non pauciores ſex millibus, in quos omniſa-
riam poteſtatem habebat, præterquàm eos venden-
96 *di*. † Et licèt Plato veri ſacerdotij præſtantiam
non fuerit aſſequutus plenè tanquàm ethnicus
homo, tamèn in libro de Regno, Sacerdotes
maximè nobilitauit his verbis: *Figura nàmque*
Sacerdotum magnanimitate, intelligentiaque, &
claritate abundat propter eorum, quæ aggrediun-
97 *tur, tractantque, magnificentiam*. † Quàpropter
apud Ægyptios non licet Regem abſque ſacer-
dotio imperare. Quinimò ſi ex alio genere quiſ-
piam Regnum vſurpat, poſt Regni aſſumptio-
nem debet ſacris initiari, vt Rex denique ſit, &
Sacerdos: propterea in plurimis Græcorum Ci-
uitatibus reperies, præcipuè ſacra à Magiſtrati-
bus inſtitui, Marc. Anton. Columna ſupra nu.4.
& 10. dicens poſt Lactant.Firmian. lib.1. diuin.
98 inſtitut. † Meliſſum Cretenſium Regem primũ
apud eos Dijs ſacrificaſſe, ac ritus nouos, ſacro-
rumque pompas inſtituiſſe; facit quod de diſſi-
dio prioritatis accumbendi retulit Lucianus ille
Samoſaten. in Dialogo conuiuium, ſeù lapithæ,
dicens ambigi cœptum,vtrum alterò priorem
oporteret accumbere, Zenotemimne Stoicum
quippè ſenem, an Hermonem Epicureum; nàm
hic erat Caſtoris, ac Pollucis Sacerdos, tum au-
99 tèm nobiliſſimæ inter ciues familiæ. † Verùm
eam hæſitationem ſuſtulit Zenothemis: *Si me*,
inquiens, *Ariſtænete minoris ducis Hermone, viro*
videlicet iſto, vt nè quid aliud maledicam Epicu-
reo, diſcedo, totumque conuiuium vobis relinquo.
Tùm Hermon: imò habeto, inquit, *tibi priores par-*
tes Zenothemi, quanquàm etiàm ſi nihil aliud, vel

hoc

hoc nomine par erat mihi concedi, quòd Sacerdos
100 *ſim.* † Vndè nec immeritò apud Romanos in
Pontificum numerũ, atquè Augurum (qui Ro-
mani erant Sacerdotes, teſte Feneſtella, ſeù ve-
rius Andræa Dominico Flaccio de Sacerdotijs
Romanorum cap.4. Valer.Max. lib.1.cap.1. in
princ.) ſoli patricij admittebantur, & ad ſapien-
tiæ, nobilitatiſq; primarios, quoſque id ſacerdo-
tium deferebatur, teſte Feneſtella vbi proximè,
& ſi maximo patriciorum, & plebeiorum certa-
mine plebs obtinuerit, vt ſuo etiàm ex corpore
ſumerentur, de quo extat maximè elegans ora-
tio P.Decij apud Tit. Liuium lib.10. primæ de-
100 cadis, † cuius primæ obſeruantiæ origo vide-
tur proceſſiſſe à Numa ſecundo Romanorum
Rege, qui, vt refert Dionyſius Halicarnaſſeus lib.
2. antiquitatum Roman. Salios Sacerdotes ex
patritijs creauit, & fecit, quòd Pauſanias lib. 9.
retulit Apollinis Iſmenij Sacerdotem Daphno-
phorum cognominatũ, eumq; genere inſignem
101 annuum legi ſolitum, † ex quo Plutarch. in
problem.cap.123. ait, apud aliquas Græciæ Ciui-
tates, dignitatẽ ſacerdotij Regiæ Maieſtati æqua-
lem habitam, nec vulgares, aut ignobiles homi-
nes in eam aſſumptos dignitatem, Tiraquell. de
nobilit.cap.20.num.12. inde Trallibus regiam
Regibus deſtinatam priuilegio honoris dari illi,
102 qui ſummum gerebat ſacerdotium; † & apud
Tyrios Herculis Sacerdos, cum infula, & purpu-
ra incedens proxima poſt Regem dignitatem
fungitur, vt Alex. ab Alexandro refert d. cap. 8.
qui Sacerdotum honor lege naturæ, & diuina,
multarumq; gentium obſeruatione cõfirmatur,
vt apparet in cap.cleros verſ. *Pontifex* 21.diſtin.
cum concord. & tradit Præpoſ.Mediolanenſ. in
103 cap.Moiſes nu.3. 8.quæſt.1. † & apud Æthio-
pes Reges ſemper Sacerdotes fuiſſe, memorat
Marc. Ant. Columna tract. de eccleſiaſticor. re-
104 dit. orig. par.2.cap.17.nu.9. † & apud Iudæos
mos ille fuit, vt eoſdem Reges Sacerdotes ha-
berent, quorum iuſtitia religione permixta in-
credibile, ait Iuſtin.lib.36.hiſtoriarum, quantùm
105 coaluerit, † ſic enim Melchiſedech fuit Rex, &
Sacerdos, Geneſis cap.14. Pſalm.109. D.Paulus
106 in epiſtola ad Hebræos cap.7. † & vtrumque
munus in Iob ex libro ipſius cap.1. & 29. conſi-
derauit Ludou.Gomez.in cap.1.nu.13.de conſt.
107 lib. 6. † ſic & apud Aegyptios licitum nõ fuit,
Regem niſi ex Sacerdotibus eligere, Rhenatus
Chopinus lib.1.de ſacra politia tit.4.in fin. Petr.
Gregor.lib.6.de Republica cap.14.nu.1.& vt ait
Diodor.Sicul.lib.2.& 7. & Marc. Ant. Columna
108 vbi proximè num.5. † apud eoſdem Ægyptios
ſecundum locum poſt Regem Sacerdotes obti-
nebant, illi autèm ex Philoſophis, & ſapientiori-
109 bus eligebantur, † ideò apud Lacedemonios
idem Sacerdos erat Summus, & Rex, vt conſtat
ex libro Xenophontis de Republica ipſorum,
110 Eugubino de antiquo ſtatu Italiæ cap.vlt. † &
apud Athenienſes, qui primas ſibi ſapientiæ lau-
des vendicare videbantur Areopagus, penès quẽ
prima omnium authoritas, & poteſtas erat, con-
ſtabat ex Iudicibus, qui Sacerdotes eſſent, ſum-
muſq; omnium Sacerdos ſingulorum Iudicium
rogans ſententias ſuffragia colligebat, vt Ioſeph.
teſtatur lib.14.cap.16. latè Budæ. in prior.anno.
ad pand.ſuper l.vlt. ff.de Senator.
111 † Vndè Mercurius ter maximus dictus eſt,
quòd & ſummus eſſet Sacerdos, & ſapiẽtiſſimus
Philoſophus, poſtremòq; Rex potentiſſimus, vt
poſt D.Auguſtin.tradit Marſil.Ficin.in vita eiuſ-
dem Mercurij Trimegiſti, Alexander ab Alexan-
dro, & Ioannes Garzia ſupra relati, qua de cauſa
Mercurius Trimegiſtus fuit vocatus, ſecundùm
Lactant. Firmian. lib.1. de falſa religione cap. 6.
112 Aluar.Pelag.lib.1.de planct.Eccleſ. c.61. † vn-
dè D. Petrus epiſt. 2. canonica de Sacerdotibus
loquens ait. *Vos autèm genus electum regale ſacer-
dotium gens ſancta populus acquiſitionis*, Oſſorius
lib.2.de nobilitate Chriſtiana.cap. ſolitæ de ma-
iorit. & obed. & dixit text.in cap. quis dubitet
113 96.diſtinct. † quòd Sacerdotes ſunt Regum, &
Principum patres, & magiſtri omnium fidelium,
refert Hippol.de Marſil. in tract.de fideiuſſ. nu.
129. Concil.Trid.ſeſſ.25.de reform.cap.17.in
114 fin.& cap.20. † & text.in cap.cùm ex iniuncto
de hæret.dicit, quòd ſunt Dij, Rol. à Valle conſ.
12.legitimationem nu.15.vol.4. & conſtat ex illo
Exodi cap.22. *Dijs non detrahes*, Ioannis 10.cap.
Ego dixi, Dij eſtis, Hieron. Gratus conſ.71.nu.5.
vol.2.text.in cap.duo ſunt 12.quæſt.1. cap.ſoli-
tæ de maior.& obedien.Marc.Ant.Columna d.
115 cap.17.nu.13. † & alibì Chriſti ſunt nuncupa-
116 ti 1.Paralipom.cap.16. & Pſalm.104. † inde
gloſſ.verbo *dignitas* in cap.deniquè 4.diſt. quòd
quilibet ordinatus dignitatem habet, cap. repe-
riuntur 1.quæſt.1. Andr.Sicul.conſ.51.nu.9. lib.
3. Ioan.Monach.in cap.1.de vita, & honeſt.cler.
117 Aluiſius ſingul. 204. † & quocunque laico eſt
dignior, cap.cùm ad verbum 96.diſt.& dicuntur
egregiæ perſonæ, gloſ. verbo *coram ſe* in cap. 2.
14.quæſt.2. Gregor.Lopez in l.62.tit.6.partit.1.
118 gloſ.1. † & Angeli nuncupantur, cap.ſacerdo-
tibus 11.quæſt.1. idem Greg. Lopez in l.9. eod.
tit.& partit. gloſ.2. vndè non ſolùm ſimplex Sa-
cerdos præfertur militi ſęculi, vt tradit Io.Andr.
in cap.eo libentius nu.3. de ſeru. non ordin. per
cap.antè omnia 40.diſtinct. cap.Iulianus 11.q.3.
ſequitur Felyn.in rubr.nu.5.de maiorit.& obed.
Ioan.Montan. in tract.de authorit. magni Con-
119 ſilij nu. 44. † verùm clericalis dignitas maior
eſt quacunquè dignitate laicali, vt tradit Bartol.
conſ.180. ſi aliqua poſſeſſio nu.3. 1.par. Hippol.
d.nu.129. Caſſan.in cathal. gloriæ mundi 4.par.
conſid.2. Hieron.Gratus reſponſ.87.nu.6. vol.1.
120 & reſponſ. 71. num.4. vol.2. † hi enim in Deo
Regnum habent, cap.duo ſunt genera 12.quæſt.
1. Barbatia conſ.58. colum.5. verſic. *itèm ex alio*
volum. 2. Roland. à Valle d. conſ. 12. num. 16.
volum. 4. Ioan. Montan. vbi proximè num. 13.
121 † & Regibus in dignitate præſtant, cap. duo
ſunt quippè 96.diſt. Gregor.Lopez duobus locis
proximè allegatus F.Petrus Bollo in auth. pro-
batione beneficij miſſæ fol. mihi 75. qui antea
dixerat, fuiſſe ſemper ſacerdotij ſtatum cęteris
honoribus præclariorem, ac fulgidiorem; ergò
multò maior eſt eius dignitas, quã magiſtratus,
& per conſequẽs iniuria grauior, & capitali pœ-
122 na de iuris rigore punienda; † licet verum ſit,
Sacerdotis eſſe officium nulli nocere, ſed omni-

Digitized by Google

bus prodeſſe velle, vt inquit text. in cap. fin. de
poſtul. tamèn ex hoc non ſequitur, Sacerdotem
123 non poſſe agere iniuriarum, præſertim † cùm
nemo damnum facere intelligatur, niſi quid faciat, quod facere ius non habet, l. nemo damnum
ff. de reg. iur. optimè Vran. conſ. 14. nu. 39. tom. 1.
124 † Vlteriùs, cùm regula ſit in æſtimanda iniuria
eius, qui eam paſſus eſt, qualitates debere attendi, allegata l. prætor ff. de iniur. clem. 1. §. nec ſuper de pœnis, Vran. vbi proximè nu. 43. Azo in
ſumma C. eod. tit. nu. 33. l. 20. verſ. *la terçera* tit. 9.
partit. 7. Angel. in §. atrox notab. 4. & 5. aliæ qualitates concurrentes in perſona dicti A. M. atrociorem faciunt iniuriam tribus de cauſis, prima, quia vti cum reliquis probatum eſt, eſt homo nobilis, progenie fidalgus, executoria Regia declaratus, & eius aſcendentes honorabilia à Regibus Hiſpaniæ obtinuerunt munera, & optima ſeruitia tàm bello, quàm pace ſtrenuè ſe gerẽdo præ-
125 ſtiterunt, indè ſuccedit, † quòd cùm quis plebeius nobilem afficit iniuria atrociùs delinquit, & maiori eſt afficiendus pœna, quia conſideratur plebei, & nobilis perſona, l. 1. ff. ad l. Cornel. de Siear. & in l. Gracchus vbi DD. C. ad l. Iul. de adulter. iunctis, quæ tradit Anton. de Butrio in cap. cùm illorum 32. nu. 34. de ſent. excom. & in cap. penult. nu. 10. de conſecrat. Eccleſ. & magis in terminis Angel. d. notab. 5. & Mendoz. lib. 1. diſput. iur. cap. 4. num. 24. qui de conſideratione iniuriarum allegat Ariſt. lib. 5. ethicor. cap. 4. D. Thom. 2. 2. quæſt. 18. art. 2. ad primum, & Lallus de Tuſcia in commentar. ad Conſtit. Regni Siciliæ, rubr. de conſiderat. iniuriæ in princ. & rubr. ſeq. de iniurijs nobilium perſonarum.

Vlteriùs, quia eſt ſenex ſexaginta annorũ maior, & ideò grauior ei illata iniuria cenſenda eſt;
126 † nàm cùm ſenes maximè ſint honorandi, l. ſemper ff. de iure immunit. l. 22. verſ. *quaſi fuere*, vbi Gregor. Lopez gloſſ. 2. tit. 11. partit. 3. Abb. in cap. ſi qui teſtium 8. nu. 7. de teſtib. Ant. Roſc. lib. 2. memorabilium cap. 7. num. 62. iunctis latè congeſtis per Andr. Tiraquell. in tract. de iure primogen. in pręfat. nu. 80. & plurib. ſeqq. iunctis quæ diſſerit Agellius lib. 2. noctium acticarum cap. 15. Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium verſ. *an verò quicquàm*, Ouid. lib. 5. faſtorum à verſibus.

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat. cũ alijs ſeq.

& Iuuenalis ſaty. 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi.
Barbato cuicunque puer, licèt ipſe videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
Tàm venerabile erat pręcedere quatuor annis:
Primaque par adeò ſacræ lanugo ſenectæ:

Et Michael Verinus Chriſtianus Poeta diſticho 216. dicens:

Nè ſaua in canos iuuenis conuicia fundas,
Sed ſede aſſurgens prætereunte ſene.

Atrocius igitur delinquit, & grauioribus eſt pœnis plectendus, qui non ſolùm ſeni debitam reuerentiam nõ exhibet, verùm eum atroci, & maxima iniuria afficit, vt in noſtro caſu euenit.

Rurſus, huiuſmodi iniuriæ animus ſatis ex fa-
127 cto atroci iniuriandi deducitur, † quia animus ille præſumitur, qualem verba, aut facta demonſtrant, l. quod labeo ff. de ſupellect. legat. l. reprehendenda tu magis eſt, C. de inſtit. & ſubſtit. l. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. cap. ſignificaſti de homicid. §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, Boer. conſ. 4. nu. 3. Rebuff. in l. fugitiuus 225. verſ. *itaque* ff. de verbor. ſignif. l. ſcire ff. de tutor. & curator. datis ab his, Azeued. in rubr. tit. 10. lib. 8. recopilat. num. 10. Peguera in deciſ. crimin. cap. 13. nu. 8. & 9. Vran. conſ. 14. num. 23. tom. 1.
128 † & maximè in factis, quæ clariùs, & efficaciùs mentem declarant, quàm verba, l. ſi tamèn §. ei, qui ſeruum, & gloſ. ibi ff. de ædilit. edict. gloſſ. verbo *facto prouocare* in cap. dilecti 52. de appell. quæ plures concordantes allegat Anton. ibi nu. 2. Rebuff. de pacif. poſſeſſor. nu. 148. Tiraquell. de retractu conuent. ad finem tituli nu. 76. Gregor. Lopez in l. 40. tit. 13. par. 5. glo. 2. & Lucianus in Toxari, res loqui magis, quàm verba aſſerit, & Cicero 3. Tuſculanarum: *Quid verba audiam, cùm facta videam.* inquit enim Lactantius Frmianus diuinarum Inſtitutionum lib. 3. cap. 15. *nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt,*
129 *quia facta cernuntur, animus nõ videtur*; † vndè in facto tàm atrocis iniuriæ nulla dubitatio eſt iniuriandi atrocitèr animo factum eſſe, vt vltra ſuprà adducta tradunt Soccin. conſ. 146. num. 7. verſ. *circà tertiam* lib. 1. Pariſ. conſ. 149. nu. 19. lib. 4. Iulius Clarus lib. 5. ſent. §. iniuria, verſ. *quæro nunc* nu. 12. quem ſequitur Azeued. vbi proximè nu. 11. doctè Auendaño in tract. de iniuria nu. 5. in deterius præſumi reſoluens ex l. ſi non conuitij C. de iniur. & fauent tradita per Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 11. in princ. & num. 1.
130 † quòd etiàm iniuria verbalis honoris præfatione non tollitur, cùm iniuria aliud præſeferat dicta præfatione non purgabile, Bart. & alij in l. ſi quis extraneus ff. de acquir. hæred. Abb. in cap. ea te num. 2. de iureiur. & in cap. cùm I. & A. de re iudic. num. 29. Guido Papæ deciſ. 495. ex iniuria, & Iulius Clarus d. §. iniuria nu. 13.

Atrocitas autèm huius iniuriæ à tempore augetur; nàm quo tempore fuit facta, magnus ade-
131 rat hominum concurſus; † iniuria enim tantò dicitur atrocior, quantò coram pluribus eſt facta, vt tradit Abb. in cap. 1. nu. 2. de maledic. Bellacomb. inter communes Doctorum opiniones tit. C. de iniur. nu. 99. l. prætor edixit §. vlt. ibi: *an in ſolitudine, &c.* l. ſed eſt quæſtionis, ibi: *ſed & ſi in Theatro, vel in foro cedit, & vulnerat quamquàm non atrocitèr, atrocem iniuriam facit*, ff. de iniur. nec id alia de cauſa, niſi quòd plures in dictis locis ſoleant aſtare perſonæ, vt ex proximè adductis iuribus tradunt Boſſius in tit. de iniur. num. 5. Ludouic. Morot. reſponſ. 70. num. 7. Vranius d. conſil. 14. num. 45. Curtius iunior conſil. 148. num. 2. Conrad. in tract. de duello concl. 17. num. 19. Plaza de delictis cap. 6. nu. 15. quem refert Menoch. dicto lib. 2. de arbitrar. caſu 263. nu. 24. & ſeq. & vt ait Iacobus Puteus
132 lib. 1. deciſ. 296. num. 1. † delictum coràm multitudine commiſſum, ex leui fit atrocius, & ab eodem temporis capite magis atrocitas augetur, cùm facta fuerit iniuria in præſentia Don Ferdinandi

nandi

nandi Pacheco prioris Eccleſiæ Belamontanæ,&
eius Vicarij Iudicum Eccleſiaſticorum, ac ibi
etiàm exiſtente Correctore, ſeù Prætore Iudice
133 laico, quæ perſonæ dicuntur graues, † quia ex
hoc ſolo iniuria eſſet atrox, quàmuis alia, quæ
concurrunt non interueniſſent, d.l.prætor §.vlt.
ibi, *Tempore. ſi in ludis, & in conſpectu Prætoris,*
nàm in Prætoris conſpectu, an in ſolitudine iniuria
facta fuerit, multùm intereſſe ait; nàm atrocior eſt,
quæ in conſpectu fit, l.itèm apud Labeonem §.hęc
autèm, verſ.*quod ait prætor* ff.de iniur.d.§.atrox,
Inſt.eod.& Iul.Paul.lib.5.ſentent.tit.4.eodem §.
vbi Cuiacius doctè emendat dictum §. vltimum
legis prætor, & hanc atrocis iniuriæ ſpeciem ad-
notarût Iacob.Put.lib.1.dec.303. Mohed.dec.1.
num.3.& 4.de foro compet. Greg.Lopez in l.2.
134 tit.16.par.2.gl.2.d.l.20.tit.9. part.7. † Et cùm
delictum,quod in præſentia decem perſonarum
committitur, efficiatur notorium, vt eſt textus
iuncta gl.in c.manifeſta 2.q.1.cum qua tranſeunt
Anchar.Gemin.& alij ibi,& Puteus vbi proximè
num.3. & 4. dicens ex eo ſequi, quòd delictum
factum coràm decem perſonis, coràm multitu-
dine factum dicitur, Azo in ſumma nu.22.C.de
iniurijs, Ant.Gomez.3.tomo variar. cap.6.nu.4.
135 † Et ità eum ſtatim poteſt Magiſtratus punire,
vt tradit Bart. in l.ſcriptus ff.de relig. & ſumpt.
funerum, Pariſ.conſ.147.num.11.& ſeq.libro 4.
Hippol.de Marſil.ſing.549. Et Græcorum legi-
bus ità cautum fuiſſe tradunt Aymarus Riual-
lius lib.2. Hiſtoriæ iuris ciuilis in princ. Meno-
chius dicto caſu 263. num. 23. quia cùm illud,
quod in præſentia fit Iudicis, & in loco publico,
ac coràm populi concurſu notorium ſit, quia
cùm notorium dicatur, quod ita eſt clarum, &
136 euidens, vt minimè latere poſſit, † cuiuſque
teſtis eſt populus ipſe, vt probat tex.in cap.tua
nos,& in c.noſtra de cohab.cleric. & mulierum,
cap.ſacerdotale 81.diſt.cap.quod ſuſpecti 3.q.5.
Menoch.lib.2.de arbit.Iud.caſu 166.nu.1. Iulius
Clar.lib.5.ſentent.§.fin.q.9.nu.2.Roland.à Valle
conſ.48.num.6.vol.2.Couarr.lib.2.var.reſol.c.6.
num.8.verſ.*verùm*, & alij relati per Ioſeph.Lud.
137 deciſ.Lucenſi 67.nu.16.in 1.par. † adeò vt co-
ràm decem hominibus factũ dicatur notorium,
ſecundùm Cyn.in l.ea quidèm nu.3. C.de accu-
ſationib.ex l.prętor §.1.ff.vi bon.raptorum,Bal.
in l.ſi verò §.qui pro rei qualitate, num.2. & ibi
Iaſ.ff.qui ſatiſd.cog. Aymon Crauetta conſ.121.
num.2. Menoch.vbi proximè num.3.& Roland.
dicto conſ.48.nu.15. Vndè ſuccedit regula,quòd
138 † quandò delictum eſt notorium, tùnc cauſæ
cognitio neceſſaria non eſt.ſed punitio,dicta l.ea
quidèm,vbi Alberic.nu.18. Ang.in l.ictus ſuſtiũ
nu.4. ff.de his,qui not.infam. Bald.in l.omnium
nu.2.C.de teſtam. Iulius Clar.d.q.9.nu.5.Rolan.
vbi proximè eod.num. Octauianus dec.5. Pede-
montana nu.45. Greg.Lopez in l.5. tit.6.part.7.
gloſſa 12.
139 † Loci autèm ratione eſt etiàm atrox huiuſ-
modi iniuria, ex l.prætor edixit §.fin.cum legib.
ſeqq.ff.de iniurijs,c.1.de pœnit.diſt.5.vbi exem-
plificat, ſi cõmiſſum fuerit delictum in loco ſa-
cro,vel cui debeatur reuerẽtia,& eſt tex.in c.aut
facta de pœnit.diſt.1. Bal.conſ.412.lib.4.Tuſch.
conſ.580. in verbo *atrox*, nu.2. & concluſ.1077.
nu.14.verbo *crimen*,tom.2.Aloyſ.Ricc.dec.Cur.
Archiep.Neap.235.nu.5.par.3. quia facta fuit in
Eccleſia, & antè Sanctiſſimum Sacramentum,
140 † quia iniuria,quæ alicui in Templo,vel in Ec-
cleſia fit,atrocior eſt, Abb.in c.cùm illorum 32.
nu.9. de ſent.excom. Ant.Gomez.d.3.tom.var.
c.6.nu.4.l.20.tit.9.par.7.ibi,*o en Yglesia,o en otro*
lugar publicamente ante muchos. Quintil.declam.
265.poſtquàm retulit quandam legem,qua caue-
batur,vt is,qui in Templo iniuriam fecerit,decẽ
millia det Ciuitati, ſubiungit, *An verò iniquum*
videri poteſt, eum, qui in Templo pulſauerit, decem
millia Ciuitati dare? Quid enim magis in vlla Re-
publica, curari,obſeruarique oportet, quàm religio-
nem ſanè petulantia alijs locis mediocrem habet re-
prehenſionem. In Templo verò,in quo verbis parci-
mus,in quo animos componimus, in quo etiàm taci-
tam noſtram mentem cuſtodimus: pulſare velùt in
ſolitudine,velùt in ſecreto quodam,nõ eſt ferendum,
captis vrbibus, vis hoſtium, ac metus, religione
Templorum defenditur. Qui iam arma ferre non
poſſunt,qui ſalutem ſuam tueri fuga nequeunt,circa
aras iacent. In Templo pulſaſti hominem,rem petu-
lantem feciſti inter ſacra, feciſti religioſiſſimo loco,
nec vtrunque temeraria licet, &c. Vndè idem
Quintil.declam.324.ait,*Non eſt autẽ intuendum,*
quo tempore aperuerit ſe culpa, ſed quo tempore
commiſſa ſit; in cæde ſpectanda eſt damnatio, in ſa-
crilegio tempus ipſum intuendum, ſtatim ergò, vt
fecit ſacrilegium,deuotus huic pœnæ eſt,& antè iſta
bona ad Deum pertinere cœperũt, quã lex dãnaret.
Rob.Aurel.lib.3.rer.iudicat. c.7. Vndè Mohed.
141 dec.1. n. 2.de foro comp.ait, † quòd delictum
dicitur graue, & atrox ratione circumſtantiæ,
§.atrox,Inſtit.de iniurijs,hoc procedit in delicto
commiſſo in Eccleſia, & ſi ſuperior percutiatur
ab inferiore, & quòd ad aggrauandum delictum
commiſſum coràm multitudine ſufficit, quòd
fuerint decem homines,quia efficitur notorium,
ex gloſ.verbo *pluribus* in c. de manifeſta. 2.q.1.
quam ſequuntur Archid. & Dominicus ibidem,
& alij relati per Mohedan. dicta deciſ.1. num.3.
142 † Imò dictus S. M. ſacrilegium commiſit de-
linquendo in Eccleſia, & ea de cauſa eccleſiaſti-
cus Iudex poteſt agere aduerſus eum ad pœnã
ſacrilegij, Angel.in tract. de maleficijs in verbis
In ſcalis Sancti Petronij, nu.1. vbi Aug.Ariminen.
plures allegat,Couarr.lib.2.var.reſol.c.10.nu.18.
verſ.*Triceſimoquinto*,in fine, Azeued.in l.3.tit.2.
lib.1.recopilat.num.23. Ioannes Guttierr.lib.3.
143 pract.q.1.nu.14. † Quarè dictus S.M. ex per-
cuſſione prædicta incurrit excõmunicationem
ipſo iure, c.ſi quis ſuadente 17.q.4. Abb.in cap.
cùm pro cauſa,nu.2.de ſent.excomm.& in dicto
cap.cùm illorum nu.6. eod.tit. & in c.quoniàm,
nu.1.& 3.de vita,& honeſt.cler.Rebuff.in praxi
beneficiali 3.parte Bullæ in Cœna Domini art.8.
cuius excommunicationis meminit tex.in c.non
eſt dubium,cum ſequent.de ſent.excomm.c.re-
ligioſo,c.eos,c.cùm quis, de ſent.excomm.in 6.
l.4.tit.9. par.3. quorum iurium deciſio procedit
nedùm in laico, ſed in clerico,clericũ percutien-
te,Rebuf.in repet.d.c.ſi quis ſuadẽte,ampliat.8.
Nauarr.conſ.24.ad multa num.1.de ſent.excom.

Digitized by Google

144 Abb.in c.1.nu.3.eod.tit. † & vltra quòd Papæ
reſeruatur abſolutio, d.c.ſi quis ſuadẽte,& tradit
Adduio ad Bernard. Diaz in praxi cap.87. lit.B.
id in noſtro caſu clarius procedit,& eſt dicendũ,
145 † & Epiſcopo abſolutionem minimè compe-
tere:quia facultas eis conceſſa in leui,non autẽm
pro atroci iniuria eſt intelligenda, cap. peruenit
17.de ſent.excomm. cùm ait, *De his abſoluendis,*
qui clericis non enormem, ſed modicam, & leuem
iniuriam irrogarunt tuæ fraternitatis arbitrio du-
ximus committendum, quia eius deciſio interpre-
tanda erit iuxta tradita in allegato §.atrox. Inſt.
de iniurijs,& ita intelligunt Faber,& Angelus ibi
nu.1. qui allegant pro eo tex.in l.leuia, vbi Bart.
ff.de accuſation, & tradit extrauagans quædam
Conſtitutio Ioannis XXII. incip.Perlectis, cuius
meminere Nauarr.in manuali, & ita reſoluit idẽ
Nauarr.d.conſ.24.nu.2. Greg.Lop.in l.20. tit.9.
146 par.7.glo.1. † imò tex.in d.c.peruenit attenta
eius litera, quam retulit Antonius Contius hanc
fulcire partẽ videtur, cùm ſubſequẽtibus verbis,
Peruenit ad nos, dicat, *Illos autem, qui ſunt vale-*
tudine præpediti pro abſolutionis beneficio ad Sedẽ
Apoſtolicam nequeunt laborare,recepta ab eis,ſicut
moris eſt,iuramẽto potes abſoluere, ita quod ſanitati
priſtinæ reſtituti, Apoſtolico ſe conſpectui repræ-
ſentent: ſexui verò fœmineo, & pueris, ac ſenibus
ſuper hoc ſatis te credimus poſſe diſpenſare: & hæc
147 eſt veritas, † licèt deficientibus qualitatibus,
quæ in noſtro caſu concurrunt, videretur ſecus
dicendum,attenta litera dictę extrauagantis,cu-
ius in hoc meminere Pio Secundo attribuentes,
Spec. 1.lib. tit.de legato §.nunc dicendum,verſ.
quod etiàm dixi, nu.7.vbi Io.And.idem in d.cap.
peruenit,& ibi Hoſtienſ.& in ſumma de ſentent.
excomm. §.quis poſſit, S.Antonin.in ſum.3. par.
tit.24.cap.1.§.3.ad fin. Cuius litera ſic ſe habet,
Vobis prout poſſumus reſpondemus, illam videlicet
modicam percuſſionem,aut impulſionem pugni, pal-
mæ manus, pedis,digiti, aut baculi,vel lapidis,quæ
ad liuorem,mutilationem membri, fractionẽ dentis,
depilationem capillorum non modicam, vel effuſio-
nem ſanguinis non procedit, nè tamen ſi leuiſſimi
ictus,aut pugni aut vnguinis percuſſione copia ſan-
guinis effluxerit tranſire in atrocem iniuriam pro-
fitemur, vt propter hæc ſit ab abſolutione talium ab-
ſtinendum, vt tamèn non ſolùm ipſum factum, ſed
etiàm facti qualitas,percutiendi modus,aut iniuriã-
di circa hæc deligentiùs attẽdatur,vt etiàm ex ipſius
facti circumſtantijs, loci videlicèt, & perſonæ, quæ
ſit leuis,aut modica,grauis,aut enormis iniuria,vel
percuſſio manifeſtiùs cognoſcatur,loci quidem,vt in
theatro,vel in foro,coram Rege,Prælato,vel Iudice,
in Eccleſia coram multis,vel in alio loco publico ali-
cui iniuria,vel percuſſio inferatur, perſonæ, veluti ſi
Magiſter, aut Iudex, aut etiàm Magiſtratus, aut
Prælatus, pater, vel patronus, vel aliquis in digni-
tate,vel perſonatu cõſtitutus,ab inferiori,vel humili
contra normam iuris iniuriam,ſeù percuſſionem pa-
tiatur, per hæc quidèm, quæ graues videntur iniu-
riæ, aut percuſſiones, & quæ ſint leues, vel modicæ
tanquàm ex oppoſito cognoſcentur, ſanè quia negotij
natura nõ patitur, vt ad plenum omnia differantur,
iudicium talis enormis iniuriæ, ſeù percuſſionis ve-
ſtro duximus arbitrio committendum. Tamèn pote-
ſtatem veſtram,cùm ad hæc proceſſeritis,temperetis,
vt citrà metas huiuſmodi,quàm vltrà eas, circa ab-
ſolutionem talium procedat, nè iniuriantes diuina
abſolutione cõfiſi,de facili in atrociores prorumpant
percuſſiones,vel iniurias,et ſententiam Canonis tàm
periculoſiùs contemnentes in excõmunicationis ſen-
tentiam procliuius prolabantur: Tolerabiliùs enim
eſt aliquos, qui per vos poſſent etiàm abſolui, nobis,
vel Superiori abſoluendos relinquere, quàm con-
tra ſtatuta Canonum imagine quadam abſolutionis
adhibita, non ſine graui periculo quenquam relin-
quere innodatum cum vmbra quædam oſtenda-
tur in opere, veritas autèm non ſubſit in effectu.
Hactènus extrauagans, cuius ideò literã deduxi,
vt minimo negotio pateat haſce ferè omnes cir-
cumſtantias,quæ ad iniuriæ grauitatem, & atro-
citatem eliciendam,debere conſiderari præcipi-
tur circa abſolutionis beneficium impendẽdum
in noſtræ iniuriæ caſu apparent concurriſſe, vt
indè colligatur, & pateat, quàm difficultèr no-
148 ſtro caſu ſit admittenda ſententia illa, † quam
in alio conſultus tenuit Lapus de Caſtellione
alleg.76. quem refert Nauarr.in manuali d.c.27.
nu.92.ad fin. eſſe percuſſionẽ leuem,talem,à qua
Epiſcopus poſſet abſoluere, alapam datam per
Capellanum perpetuum Eccleſiæ Aretij Cano-
nico eiuſdem Eccleſiæ,quia iuxta ſupra adducta
id minimè eſt tenendum in noſtro caſu, ſed tu-
tior via iuxta prædictam extrauagantem admit-
tenda.

Quarè his conſtitutis in contrarium adducta
minimè obſtant, non ea, quæ de inualiditate
actuum,qui iracũdiæ calore fiunt,quia licèt præ-
dicta in ſupra adductis caſibus militent, non ta-
mèn ad excuſandum ab atrocitate iniuriæ dicti
S.M. aliquid operari valent, quia negari non po-
teſt,ipſum habuiſſe animum, voluntatemque in-
149 iuriandi dictum A. † quia licèt inuoluntaria
delicta veniam mereãtur, Aenea teſte apud Dio-
nyſium Halicarnaſſ. lib.1. Modeſtinus in collat.
legis Moſaicę,tit.de ſicar.poſt Cod. Theodoſian.
150 † tamèn, vt ait Tertull. in lib. de pœnitentia,
Quid, quod voluntas facti origo eſt! viderint enim,
ſi qua caſui,aut neceſſitati, aut ignorantiæ imputan-
tur, quibus exceptis, iàm non niſi voluntate delin-
quitur, Petrus Burgius lib.1. electorum cap. 5.
151 † nàm, vt ait Seneca lib.2. de ira cap.32. *non*
vt in beneficijs honeſtum eſt, merita meritis repen-
ſare, ita iniurias iniurijs illinc vinci turpe eſt, hic
vincere. & lib.3.c.27.dicens, *Quantò ſatius eſt ſa-*
nari iniuriam, quàm vlciſci multum temporis vltio
abſumit, multis ſe iniurijs obijcit, dum vna dolet.
152 † & ita calorẽ iracũdię ab iniuria nõ excuſare,
l.ſi nõ conuitij,vbi Cyn.nu.3.C.de iniur. dicens,
Reputandum eſt abſurdum, ſi id, quod iracundiæ
calore maleſit,remaneat impunitũ. Pone enim,quòd
aliquis captioſus alapam dedit tibi, poſtea pœnituit,
erit nè impunitus, certè non, nàm lex aliquem per
impetum percutientem punit, l. aut facta §. cauſa
ff.de pœnis, l.ſi ex plagis §. Tabernarius ff.ad l.
Aquiliam, & l.16.tit.34.par.7.in illis verbis, *Otro*
ſi dixeron, que lo que el ome faze,o dize con enten-
dimiento de ſaña, non deue ſer juzgado por firme,
antes que ſe vea ſi durara en ello,no ſe arrepentien-
do luego el que ſe mouio. Pero eſto ſe deue entender,
que

Digitized by Google

que lo que el ome faze , o dize con ſaña a daño , a a
de nueſtro de otri, que lo no eſcuſa de la pena, como
quier que le mengue de la culpa del yerro quando el
mouimiento de la ſaña fue con razon , Abb. in c. di-
lecti 8. nu. 18. de exceptionib. & num. 2. in c. 1. de
iniur, Auend. in tract. de iniuria nu. 6. Dec. nu. 6.
& 7. in l. quicquid calore ff. de reg. iuris , dicens
poſt Bal. in d. l. ſi non conuitij, quædam eſſe; quæ
iuris effectum ſortiūtur, vt repudium, & votum,
& alia, de quibus prioribus numeris ſupra, & in
his factum calore iracundiæ non tenet, quædam
autèm ſunt, quæ iuris effectum non ſortiuntur,
vt delicta, & in his calor iracundiæ non excuſat,
d. l. ſi nō conuitij: nàm aliàs rarò quis pro delicto
puniretur, cùm plerùnque calore iracūdiæ com-
mittatur , & hanc dixit communem opinionem
Iulius Clarus in allegato §. iniuria, num. 16. ex tra-
ditis à ſe §. fin. q. 60. verſ. *eſt etiàm*, nàm difficilli-
mum eſt, ſecundùm Auendan. proximè relatum
probare, an iracundiæ calor ſufficiens fuerit, vel
153 non. † Et hoc eſt certius, nam qui in hoc magis
ſtrictè, & cum moderatione fuerunt loquuti, be-
nigniùs cum iniuriante agi debere tradunt: mini-
me autèm à pœna liberari cōcludunt, vt apparet
ex Parladorio lib. 1. rer. quotid. c. 17. à nu. 38. poſt
Boer. deciſ. 169. Couarr. lib. 2. variar. c. 9. num. 1.
154 Ant. Gomez. 3. tom. c. 3. nu. 24. † Vndè vide-
mus, quòd Iudex calore iracundiæ aliquem occi-
dēs, capitali pœna punitur, l. lege Iuliæ §. fin. ff. ad
l. Iuliā repetund. Greg. Lopez in l. 10. tit. 5. par. 2.
gloſ. 1. & dictæ legis deciſionem mirabilem dicit
Bal. in l. vnica nu. 28. C. ex delictis defunctorum,
& in l. Presbyteri 1. num. 10. C. de Epiſc. & cler.
Ant. Gomez. in l. vltima Tauri nu. 10. qui pro eo
allegat l. 24. tit. 23. par. 3. l. 4. in fine tit. 30. par. 7.
155 † Nec eſt cur iracundiam excuſare debeamus,
cùm maximorum malorū ſit cauſa; Eccleſiaſtes
enim cap. 7. dicitur , *Nē ſis velox ad iracundiam,*
quia ira in ſinu ſtulti requieſcit, cap. illa, & cap. ira
11. q. 3. & Prouerb. c. 29. *Vir iracundus prouocat*
rixas, & qui ad iraſcendum eſt facilis, erit ad pec-
156 *cata procliuior* . † Eſt enim iracundia inimica
conſilio , teſte Cicerone in oratione pro Marco
Marcello cum adductis à Simancas lib. 6. de Re-
publica cap. 6. quia nullus leo, nulla ſic vipera
viſcera queunt humana laniare , vt hominis ira-
cundia , vt tradit D. Chryſoſt. ſuper Matthæum
homilia 4. Greg. Lopez in d. l. 9. tit. 5. par. 2. gl. 1.
cū adductis per Lud. Viues lib. 3. de anima c. 15.
Valer. Max. lib. 9. c. 3. in princ. Redin. de maieſt.
Principis, verbo *ad iracundiam tardum* nu. 21. &
ſeq. Seneca lib. 1. c. vltimo de ira, & vt doctè Cic.
lib. 1. officiorum dixit , *Audiendi non ſunt , qui*
grauiter iraſcendum inimicis putant, idque magna-
nimi, & fortis viri eſſe cenſent ; nihil enim laudabi-
lius, nihil magno, & præclaro viro dignius, placabi-
litate, atque clementia. Indè Iuuenalis ſatyra 13.
dixit ,

——————— *quippè minuti:*
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas.
Vltio continuo ſic collige, quòd vindicta
Nemo magis gaudet, quàm fœmina.

157 † Nàm qui referre iniuriam nititur, eum, à quo
læſus eſt geſtit imitari, qui autèm malum imita-
tur, bonus eſſe nullo modo poteſt, vt tradit La-
ctantius Firmianus lib. 6. de vero cultu cap. 18.
Et Socrates apud Platonem in Gorgia ait, *Secun-*
dùm meam ſententiam, o Pole, qui iniuriatur, iniu-
ſtuſque eſt, omninò eſt ante alios miſer ; miſerior au-
tèm, ſi iniuriarum pœnas nunquam luat: minus verò
miſer ſi luat, ſuppliciumque iuſtū Dijs, hominibuſque
reportet. Gueuara in cap. 1. Habacuc ſectione,
Vſquequo Domine clamabo , & cap. 2. ſectione,
158 *Cogitaſti confuſionem*. † Neque obſtat calore
iracundiæ blaſphemātem mitiùs debere puniri,
quia cùm huiuſmodi crimen grauiſſimū ſit, iuxtà
ſupra adducta per Boer. deciſ. 301. nu. 4. & 5. vt
Abb. nu. 6. in c. 2. de maledicis, dixit, prædictam
opinionem tenentes, intelliguntur, quandò ira-
cundiæ calor eſſet maximus , & iuſta ex cauſa
quis fuiſſet prouocatus , vt in l. ſi adulterium cū
inceſtu §. Imperatores ff. ad l. Iuliam de adulter.
159 † Imò non excuſare iracundiæ calorem, quādò
quis iraſcitur contra Deum , & eius Sanctos, &
in blaſphemiam prorumpit, vt tradit Hoſtienſis
in ſum. de maledicis §. fin. col. 1. & lex. in procem.
tit. 28. par. 7. vbi Greg. Lopez gl. 1. Albertinus de
agnoſc. aſſertio. q. 27. nu. 3. Simancas de Catholic.
inſtitutionib. c. 8. nu. 8. Rojas de hæreticis 2. par.
nu. 171. & ſeq. qui refert pro eo quandam Leo-
160 nis X. Conſtitutionem , † & ſatisfacit Inſtru-
ctioni Hiſpalenſi anni 1550. c. 4. ibi , *En blaſphe-*
mias dichas con enojo no ſe entremetan los Inquiſi-
dores, vt procedat in non hæreticalibus, ad quod
concernunt tradita per Auendan. de exequendis
mandatis 2. par. c. 4. nu. 12. Couarr. in c. quàmuis
pactum 1. par. §. 7. nu. 12. verſ. *Crimen*, Salzedo in
addit. ad Bern. Diaz in praxi c. 110. Quarè Abb.
dicto num. 6. & qui eum ſequitur Anania ibi, &
Iaſ. num. 7. in l. ſi filiam C. de inoffic. teſtam. quos
ſequitur Couarr. vbi proximè, verſ. *Blaſphemia*
verè debent intelligi, quandò iracundiæ calor nō
aduerſus Deum, vel Sanctos, ſed quādò aduerſus
homines, & caſualitèr blaſphemiā protulit, cùm
aliàs ſequeretur abſurdum, quia nulla poteſt iu-
ſta cauſa dari, imò nec fingi iraſcēdi Deo, aut eius
161 Sanctis: † Nec poteſt excuſari animus maleuo-
lus dicti Sancti, cùm talis præſumatur, quale fuit
factum illius , l. Labeo ff. de ſupell. legata, l. ſcire
ff. de tut. & curat. datis ab his, l. reprehendenda,
cum vulgatis ff. de inſtitut. & ſubſtit. Grammat.
deciſ. 37. nu. 6.

Neque obſtat dictum S. M. verbis iniurioſis
fuiſſe prouocatū ab A. M. quia non debuit etiàm
eo caſu de facto, & tàm atrocitèr ei iniuriari,
162 † quia contra laceſſentem verbis, ſimilitèr ver-
bis, & non armis ſe debet quis tueri, Spec. 1. tom.
tit. de accuſatore §. 1. nu. 11. Bald. in repetitione
l. 1. num. 16. C. vndè vi, Ang. in l. vt vim ff. de iuſt.
& iure, Guillelmus de Cugno. Bald. Ang. & alij in
l. fin. ff. quod quiſque iuris, Alex. qui alios allegat
conſ. 119. viſo proceſſu, nu. 2. vol. 7. & facit quod
reſoluit Nauarrus conſ. 32. de homicidio num. 2.
163 † quòd qui iniuriam verbo illatam , alapa , vel
alitèr propria vindicans authoritate, iniuſtè agit,
indèque ſi poſteà ob id , etiam ſinè alia ſua culpa
ſequatur digladatio , aut mors , erit irregularis :
164 † nemini enim licet illatam ſibi iniuriam vin-
dicare, vt in tit. C. vt nemini lic. ſinè Iud. author.
ſe vindic. nàm iudiciorum vigor, iuriſque publici

tutela

Digitized by Google

tutela in medium prodijt, nè quiſquam ſibi per-
mittere valeat vltionem, l. nullus C. de Iudæis,
165 † nec eſt ſingulis concedendum, quod per Ma-
giſtratum publicè poſſit fieri, nè occaſio ſit ma-
ioris tumultus faciendi, vt inquit tex. in l. non eſt
ſingulis ff. de reg. iur. Martinus Vranius in c. di-
lecti nu. 20. de exceptionib. Cæpol. cõſ. ciuili 25.
nu. 1. Georgius Acacius lib. 3. de priuil. c. 12. nu. 1.
166 † Neque ſecundùm hæc obſtabit, defenſionem
eſſe permiſſã, quia vltrà quòd intelligitur, dum-
modò fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ,
l. 1. vbi glo. verbo *moderatione*, C. vnde vi, allegata
l. vt vim ff. de iuſt. & iure, Couar. in clem. ſi furio-
ſus de homic. 3. par. §. vnico nu. 3. Nauarr. cõſ. 29.
incip. habet num. 1. eod. tit. de homicid. alij, de
quibus Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. homicidiũ n. 34.
167 † nàm defenſionis modũ excedens, pro exceſſu
venit puniendus, d. l. 1. c. ſignificaſti de homicid.
el ſecondo, Alex. conſ. 2. viſo proceſſu. & d. conſ.
119. nu. 10. vol. 7. Marc. Ant. Eug. conſ. 22. nu. 63.
& ſeqq. vol. 1. Id certiùs procedit, quia vti pro-
batum eſt, dictus S.M. iniuriam fecit A.M. ex in-
teruallo, poſtquàm verba, quæ imputantur ab eo
dicta, præceſſerant, & cùm ipſe à loco iàm diſceſ-
ſiſſet, quarè non releuat eum allegare, id ſe feciſſe
168 ſuæ defenſionis cauſa, † cùm nec ex interuallo
valeat defenſio fieri, l. 3. §. eum qui, vbi Bart. &
Alex. in addit. ad eum ff. de vi, & vi armata, gloſ.
d. verbo *moderatione*, in l. 1. C. vnde vi, quam ſe-
quitur Ant. de Butrio in c. olim 12. num. 18. verſ.
dicunt, de reſtit. ſpol. Boer. dec. 168. nu. 3. Lallus
ad conſtitutiones Regni Siciliæ, rub. de cultu pa-
cis, Hippol. conſ. 119 incip. ſtante n. 9. & cõſ. 137.
illumina. num. 30. vol. 2. Ozerius in §. ius autèm,
nu. 8. & ſeq. Inſt. de iure nat. Greg. Lopez in l. 3.
169 tit. 16. par. 2. glo. 15. in fi. † Nec mihi ex inter-
uallo iniuriam repellere licet, ſecundùm Ant. de
Butrio in c. 3. nu. 6. de homic. & in d. c. cùm olim
nu. 37. Ang. in §. iniuria nu. 3. Inſt. de lege Aquilia,
170 Ant. Gomez in l. 45. Tauri num. 190. † Nam, vt
Cicero 1. lib. offic. nu. 14. verſ. *ſed in omni*, dixit,
*In omni iniuſtitia permultum intereſt, vtrum pertur-
batione aliqua animi, quæ plerumque breuis eſt, &
ad tempus, an conſultò & cogitatò fiat iniuria; leuio-
ra ſunt enim, quæ repentino aliquo motu accidunt,
quàm ea, quæ meditata, & præparata inferuntur,*
quò tendit l. abſentem §. vltimo ff. de pœnis, vbi
dicitur, ad pœnæ grauitatem, vel leuitatẽ referre:
vtrum conſultò quid admittatur, an caſu, Petrus
Burgius lib. 1. electorum c. 1. & Demoſthenes in
oratione contra Midiam, *Quæ aliquis de repente,
nulla ratione inita facere coactus fuerit, & ſi contu-
melioſè id fecerit per iracundiam, tamen dicere licet
ſe feciſſe: quæ verò diù, multũque anteà excogitauit,
continentèrque per multos dies aduerſus leges fa-
cere deprehenditur, non ſolùm abeſt ab eo, vt ira
motus fecerit, ſed etiàm conſtat iam eiuſmodi homi-
nem data opera iniuriam feciſſe.* Idem in oratione
contra Timocratem: *Iraſcentium eſt eum, à quo
moleſtijs affecti ſunt, ſubito vlciſci offenſorum vt
quocunque tempore ſontem, & iniurium nacti fue-
rint, tunc de eo pœnas ſumere.*

Neque oborit dicere, percuſſionem cũ manu
vacua regularitèr atrocem iniuriam non inferre,
quia dicta regula in noſtro caſu limitatur, in quo
iuxta ea, quæ latè fundauimus, nullũ eſt dubium,
atrocem factam fuiſſe iniuriam, ad quod ſufficit,
quòd in huiuſmodi Epiſcopatu Conchen. & ſpe-
cialitèr in Oppido incolatus eorum, huiuſmodi
iniuria æſtimetur atrox, cùm certiſſimum ſit,
171 † quòd iniuria dicitur leuis, aut grauis pro
more Regionis, vt tradit Alex. conſil. 203. ſuper
themate nu. 2. vol. 2. ex l. ſaccularij §. ſunt quædã
ff. de extraord. criminib. vbi delicta debent pu-
niri ſecũdùm morem Prouinciarum, melior tex.
quàm ſit in iure ad id ſecundum Bald. in l 2. C. de
noxal. action. Greg. Lop. in l. 4. tit. 7. par. 6. gl. 4.
172 † Neque obſtat, paria delicta mutua compẽ-
ſatione tolli, quia hoc eſt verum, quandò crimi-
na circa idem committuntur, vt puta circa idem
matrimonium, vel eandem ſocietatem, vel ſimi-
le, vt in effectu voluit Innoc. in c. intelleximus de
adulter. & ibi Abb. & in c. 1. de iniurijs in princ.
pro quo Martinus Vranius in c. dilecti nu. 19. de
exception. adducit tex. in l. quemadmodùm §. 2.
ff. de noxal. act. c. 1. de iniurijs, & conſ. 14 nu. 32.
tom. 1. ex Spec. tit. de accuſatore, verſ. *Quid ſi te
vocaui latronem*, Innoc. Hoſt. & Ioan. de Anania in
173 c. pen. de adulter. † quia cùm non ſint paria in
noſtro caſu, imò grauius delictũ S.M. dicta ceſſat
regula ex ſententia Spec. d. tit. de accuſatore §. 1.
nu. 11. in iniurijs etiàm compenſatio minimè ad-
mittitur, nec iniuriatus reproperare poteſt ſimi-
lem, aut maiorem iniuriam aduerſus iniuriantẽ,
Abb. num. 25. vbi addit. in c. cùm te de ſent. & re
iudic. Boer. conſ. 4. num 31. Capyc. dec. Neap. 58.
In cauſa Nicolai, Iulius Clarus §. iniuria num. 14.
174 † Neque ſecundùm hæc obſtat c. intelleximus
de adulter. & communis ex eo deſumpta, nàm
iniuriæ concernunt diuerſa, ideò compenſatio
non admittitur, arg. cap. neganda 3. quęſt. 9. ſecus
quandò concernerẽt idem, & ciuilitèr ageretur,
qui eſt caſus cap. pen. & vltimi de adulter. Nàm
coniugum adulteria concernebant idem matri-
monium, & ità intelligunt Speculator, & Abbas
proximè allegatis & quia iniuria per S. facta, non
poteſt dici facta animo purgandi ſe à verbis cõ-
tra eum prolatis per dictum A. iuxta aliud di-
ſtinctionis membrum, de quo Abb. d. nu. 25.
175 † Quarè cùm atrociora delicta pœnæ quali-
tate cognoſcantur, l. 2. ff. de publ. iud. l. auxilium
ff. de minorib. l. leuia ff. de accuſationib. vbi An-
gelus, gl. 1. in l. ad ea, quæ 200. ff. de reg. iur. Bald.
in l. vt vim n. 27. ff. de iuſt. & iu. Alex. d. conſ. 203.
176 nu. 2. vol. 2. † cùm pœna maior ſit, vbi delictũ
eſt grauius, vt tradit Decius conſ. 65. nu. 5. c. quia
ſanctitas 50. diſt. c. ea, quæ, vbi gl. de ſtatu monac.
177 Hippol. conſ. 30. n. 13. 1. lib. † Et iniuria grauis,
pœnæ grauitate cognoſcatur, vt ex dictis iuribus
tradit Gregor. Lopez in d. l. 4. tit. 7. par. 6. gloſ. 4.
Et oſtendit pulcher locus Cornelij Taciti lib. de
moribus Germanorum dicentis: *Diſtinctio pœ-
narum ex delicto, proditores, & transfugas arbori-
bus ſuſpendunt, ignauos & imbelles, & corpore in-
fames, ceno, ac palude iniecta inſupèr crate mergũt.
Diuerſitas ſupplicij illùc reſpicit, tanquàm ſcelera
oſtendi oporteat, dùm puniuntur, flagitia abſcondi,
ſed & leuioribus delictis pro modo pœnarum, equo-
rum, pecorumque numero conuicti mulctantur.*
Auend. reſpon. 24. nu. 2. c. non afferamus 14. q. 1.
cum

Digitized by Google

cum alijs congeſtis per Petrum Royzium dec.3.
178 Lituanica nu.576.& ſeq.† Indè cùm pœnæ ſint commenſurandæ delicto, c.quæſiuit de his, quæ fiunt à maiori par.Capituli,l.reſpiciendum ff.de pœnis, c.omiſſis 45.diſt. auth.omnes peregrini, C.commun.de ſucceſſ. Deuter.c.25.vbi dicitur, *Iuxta menſuram delicti erit plagaru modus.* Capycius deciſ.Neapol.127. num.5. Hippolyt.conſ.6. pijſſimi nu.11.conſ.30.nu.12.lib.1. Ant.Gomez. 3.tom.variar.c.6.num.8. Ariſt.lib.1.Ethic.cap.5. quem ad hoc refert Couarr.lib.2.var.c.9.num.2. verſ. *quàmuis*, Mendozius lib.1.diſput.c.6.nu.4. & oſtendit Cicero lib.1.officior.num.42.dicens, *Cauendum eſt etiàm nè maior pœna, quàm culpa ſit, & nè iiſdem de cauſis alij plectantur, alij nè quidem appellentur*, & facit illud Lucij Apuleij lib.7.Aſini aurei: *Tunc unus omnium ſedato tumultu, placito ſermone ſic orſus eſt, nec ſectæ collegij, nec manſuetudini ſingulorum, ac nè meæ quidem modeſtiæ congruit, pati nos ultra modũ, delictiq; ſæuire terminũ.* Horatius lib.1.saty.3.

——————— adſit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Atquè ità eùm iuxtà ſupra adducta atrocitèr S. deliquerit, & in cenſuras inciderit, c.ſi quis ſuadente Diabolo 17.q.4. vbi latè Rebuff. Corneus conſ.195.nu.1.vol.2. Iuſtitiæ eſt conſonum, pro qualitate admiſſi atrocitèr debere puniri, vt ſe à ſimilibus in poſterùm committendis abſtineat.

Illud autèm Iudicem admonitum eſſe velim,
179 † quòd atrox iniuria inimicitiam grauiſſimam parare dicitur, vt in terminis l.prætor §.vltimo, cum l.ſequenti ff.de iniurijs, & §.atrox, Inſt.eod. tradit Bart.in l.3.§.fin.nu.4.ff.de adimend.legat. & poſt Bal.conſ.118.lib.3. Rolan.à Vall.conſ.24.
180 in cauſa præſenti nu.26.vol.1. † Nàm, teſte Seneca lib.1. de benefic. gratia debetur beneficio, & iniuriæ vltio, quæ dolorẽ minuere ſolet, iuxtà illud Ouidij lib.1.Amorum, elegia 7.

At tu nè dubita minuet uindicta dolorem.

Cùm dictus A.M.habeat conſanguineos nobiles, & diuites, ac honoris tuẽdi, & de iniuria accepta
181 ſatisfacienda amicos, † & iniuria facta conſanguineo, alijs conſanguineis, & de agnatione facta cenſeatur, l.lex Cornelia in princ. vbi Bart.ff.de iniurijs l.1. vbi Bald. C. ſi quacunquè præditus poteſt. Alex.conſ.24. animaduerſis his num.19. lib.2.& conſ.2.nu.9.lib.7. Bart.num.7.in l.vt vim ff.de iuſt.& iure, Greg.Lopez in l.6.tit.23.par.3. gl.6. Marc.Ant.Eug.conſ.63.nu.40. dec.Pedem. 104.nu.3. Neuizan.lib.1.Syluæ nuptialis num.78.
182 Peguera in quæſt.criminalib.c.13.nu.14.† quia conſanguinei noſtri ſunt quodammodò partes noſtri corporis, vt ex l.cùm ſcimus C.de agric.& cenſit.lib.11.ibi, *Cùm enim pars quodammodò corporis eius per cognationem in fundo remanebat;* tradit Tiraq.in tract.de pœnis temper.cauſa 51. num.80.

Atquè ita maximè conueniens eſt, vt inter alias pœnas, quibus debet affici, in exilium à dicta Villa damnetur, nè ibi exiſtens maioribus damnis det anſam, & dicto A. eiuſquè conſanguineis eius
183 præſentia delinquendi occaſionem. † Quia viſus, ſecundùm Ciceronem, auget dolorem; & oſtendit Iuſtin.Hiſtoricus lib.18.dicens, *Nè amplius ei ma..ti domus, cupidæ obliuionis grauem luctus imaginem renouaret, neuè ultra amara admonitio oculis eius occurrat;* & vt alter dixit, viſus, cui anteponitur obiectus magis reuerberat, & teſte
184 Herodiano lib.2. † tenax eſt iniuriarum memoria (quod enim offendit nunquàm obliteratur, & ſcribit in marmore læſus.) Quarè concludo, grauitèr debere puniri dictum S.M. penſatis, & animaduerſis ſupra adductis; ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Rationum redditio requirit reliquatus ſolutionem.*
2 *Socius, qui nihil geſſit, non conuenitur, niſi excuſſo eo, qui adminiſtrauit.*
3 *Ratio non plenè reddita, debet iterum reddi.*
4 *Facto vbi opus eſt, non ſufficiunt verba.*
5 *Rationum redditio eſt indiuidua, nec præſtatur pro parte.*
6 *Rationem integraliter non reddens, eſt in dolo.*
7 *Solutiones factæ per ſocium de ordine conſocij, debent illi accepto ferri.*
8 *Socius agit contra conſocium pro eo pluri, quod ad ipſum peruenit.*
9 *Decimæ ex prædijs dominorum vaſſallorum in Epiſcopatu Conchenſi ex immemorabili conſuetudine computantur inter decimas, dictas* de Coronados.
10 *Societas leonina, qua vnus lucrum conſequitur, & non participat de damno reprobatur.*
11 *Socii communicant lucra, damna, & expenſas.*
12 *Lucrum non dicitur, niſi deducto damno.*
13 *Societas damnum, ne aut lucrum ſenſerit, non cognoſcitur, niſi ea finita, & factis computis.*
14 *Socii obnoxii ſunt damnis ſocietatis.*
15 *Socius repetit expenſas factas pro bonis ſocietatis.*
16 *Socius probatis expenſis, eas repetit, vel compenſat.*
17 *Domino datur actio aduerſus negotiorum geſtorem, & ipſi contra dominum pro expenſis.*
18 *Melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere.*
19 *Socius recuperat à bonis ſocietatis expenſas, quas fecit extra domum pro cauſa ſocietatis.*
20 *Socius repetit ſumptus factos in litibus ſocietatis.*
21 *Expenſæ minutæ probantur iuramento adminiſtratoris.*
22 *Expenſæ minutæ quales ſint, & qualiter probentur relinquitur arbitrio Iudicis.*
23 *Libro ſocii in partitis veriſimilibus, ſubordinatis, & connexis creditur ad probandum damna, & expenſas ſocietatis.*
24 *Partitæ aliquæ, ſi non ſint liquidæ, datur terminus ad verificandum illas.*
25 *Socio non imputatur, quod euenit culpa alterius ſocii.*
26 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, non debet alii imputari.*
27 *Cadens facto ſuo à poſſeſſione, non agit contra bonæ fidei poſſeſſorem.*
28 *Reſtitutio ceſſat, quando aliquis ſpontè tranſtulit in alium poſſeſſionem.*

PRO

P R O

Didaco Lopez de Fonſeca, & Donna Maria de Salmeron eius vxore, quæ primò fuit nupta Sanctio Garzia de Molina.

C V M

Filijs, & hæredibus Alphonſi de Huete, & Catharina Lopez Monteſinus eorum matre, & curatrice.

A R G V M E N T V M.

Socius in conductione fructuum alicuius beneficij, qui primò eos adminiſtrauit, tenetur etiàm priùs rationem reddere conſocio, & quandò dicatur, vel non reddita ratio, & de materia expenſarum adminiſtrationis.

CONSILIVM CXLIII.

SVpponitur in facto, quòd cùm
dictus Sanctius Garzia de
Molina, & Alphõſus de Huete
conduxiſſent fructus benefi-
cij curati Eccleſiæ parochia-
lis Villæ de Oliuares per trië-
nium, dictus Alphonſus de
Huete adminiſtrauit, & exegit
illos duobus annis, videlicèt 1590. & ſequenti.
Et cùm deceſſiſſet dictus Sanctius Garzia, relicta
hærede dicta Donna Maria, quam vxorem duxit
dictus Didacus Lopez de Fonſeca adminiſtrauit
tanquàm coniuncta perſona anno vno; Et cùm
ageretur de redditione rationum per dictos Ca-
tharinam Lopez, & eius filios, oppoſitum fuit,
quòd prius ipſi debebant ſatisfacere, cùm appa-
reret, dictũ Alphonſum de Huete non reddidiſſe
rationes, prout erat obligatus, retinuiſſetq; penès
ſe omnes fructus decimales vini, lanæ, & agno-
1 rum dicti biennij; † nàm redditio rationum plu-
ra requirit, & inter alia reliquatus ſolutionem, l. 1.
§. officio, vbi Bart. ff. de tutelis, & rationibus di-
ſtrahen. quem ibi ſequuntur Doctores, Ripa in l.
admonendi num. 115. ff. de iureiuran. Crauetta
conſ. 231. nu. 1. verſ. nàm redditio rationis lib. 2.
Ioan. Bræcheus in l. Boues §. inter reddere nu. 3.
& in l. poteſt reliquorum ff. de verb. ſign. deciſio
Genuæ 81. nu. 7. & deciſ. 164. nu. 21. & deciſ. 209.
nu. 2. quod reſiduum debet ſatisfieri dicto Dida-
co Lopez, vel ſaltim admitti compenſatio petita
per dictum Didacum Lopez quãtitatis, quam ap-
paruerit debere pro anno eius adminiſtrationis.
Nàm licèt duobus prioribus annis participaue-
rit de ſocietate Petrus de Vrgenio non admini-
ſtrauit fructus, ſed ſolùm dictus Alphonſus de
Huete, ideò ipſe, & non alius poteſt conueniri.
2 † Nàm ſocius, qui nihil geſſit, nõ poteſt cõueniri,
non excuſſo prius ſocio adminiſtratore, contra
quem prius agendum eſt, l. actiones §. ſi commu-
nis ff. pro ſoc. vbi Fulgoſ. Soccin. conſ. 24. nu. 42.
verſ. *quartò confirmatur*, & verſ. *alius caſus*, vol. 1.
deciſio Genuæ 46. nu. 2.
Et ſufficit, rationes priorum annorũ non fuiſſe
legitimas, nec integralitèr pręſtitas, vt poſſint ite-
3 rum peti; † nàm ratio non plenè reddita debet
iterùm reddi, vt tradunt Io. Andr. & Dominic. in
c. 1. de cler. ægrotan. lib. 6. Soccin. conſ. 92. col. 2.
nu. 89. lib. 4. Imola in Clement. quia contingit, de
relig. domib. dec. Genuæ 176. nu. 17. dicens, quòd
cùm rationum computatio fiat propter ſolutio-
nem, & reſtitutionem reliquatus, quod cenſetur
eſſe principale, iuxta l. cùm ſeruus ff. de cond. &
demonſtr. meritò non poteſt dici ratio reddita,
4 etiàm ſi bilancium fuiſſet tranſmiſſum. † Nàm
vbi factum (ſcilicet ſolutio) requiritur, non ſuffi-
ciunt verba, cap. 1. de eo, qui mitt. in poſſeſs. l. ait
prætor §. ſi quis ff. de noui oper. nunciat. Roland.
à Valle conſ. 49. in præſenti nu. 52. lib. 1. gloſ. fin. in
c. paſtoralis de offic. ord. Ioſeph. Lud. deciſ. Peru-
ſina 105. num. 4. par. 2. licèt enim Alphonſus de
Huete in compotum præſtitiſſet aliquam partẽ
fructuum alijs participantibus, negari nõ poteſt,
quòd reſpectu aliorum, quos penès ſe retinuit, eſt
creditor legitimus dictus Didacus Lopez nomi-
ne vxoris.
5 In cuius confirmationem facit, † quòd reddi-
tio rationum eſt quid indiuiduum; & ideò pro
parte non poteſt præſtari, vt multis comprobat
Bald. in l. ſi plures nu. 17. C. de cond. incertis, l. cui
fundus ff. de cond. & demonſtr. Menoch. lib. 2. de
arbitrar. caſu 209. num. 30. & ſeq. Et non eſſet ra-
tiones benè reddere, non ſoluendo integralitèr
6 reſiduum. † Imò rationem in reliquis non red-
dens eſt in dolo, l. dolus ff. mandati, Florianus de
Sancto Petro in l. ſi ſeruus nu. 2. ff. de leg. 1.
Et quoad fructus anni 1592. in computũ me-
dietatis ſpectãtis ad dictũ Alphonſum de Huete
ſoluit dictus Didacus Lopez illi, & dictæ Catha-
rinæ vxori, & adminiſtratori horrei publici Ci-
uitatis Cõchenſis, & Licentiato Gonzalez, & alijs
plures quantitates tritici, ordei, & auenæ, & am-
phoras vini, vt conſtat ex liberantijs illorum, &
apocis de recepto, & depoſitionibus teſtiũ pro-
ductorum in comprobationem, quæ debent illi
7 accepto ferri pro eiſdem pretijs, † quibus fuit fa-
cta taxa in redditione rationum, iuxta deciſionẽ
tex. in l. 24. tit. 21. lib. 4. recopil. & tradita per Bur-
ſatum in conſ. 105. num. 9. lib. 1. & etiam 26v. 515.
marauedinos ſolutos per dictũ Didacum Lopez
in computum conductionis, & ſubſidij excuſati
pro medietate tangente dictum Alphonſum, nè
aliàs conſequeretur plus quàm ad ipſum perti-
nebat. Nàm licèt ſocius adminiſtrans cogatur al-
teri ſocio reddere rationem adminiſtrationis,
8 † poteſt agere actione pro ſocio, quatènus plus
ad ipſum ſocium peruenit, l. verùm §. ſi cùm tres,
l. actione §. ſi communis ff. pro ſoc. Paul. de Caſt.
conſ. 126. incip. non ſequendo ordinem, num. 1.
vol. 2.
Et inſupèr pro medietate dãnorum, quæ paſſa
fuit ſocietas conductionis, eò quòd dicto anno
prius quàm fieret diuiſio fructuum decimalium,
qui erant in Cameris, in quibus erant recollecti,

fuit

Digitized by Google

fuit illis de facto ſpoliatus per Gubernatorem
dictæ Villæ ad inſtantiam Vniuerſitatis illius, ſub
prætextu, quòd dictus Alphonſus de Huete in
dictis duobus annis præcedentibus diuiſerat in-
ter participes decimarum, quæ vulgò dicuntur
9 *de Coronados*, decimas, quæ peruenerant ex præ-
dijs domini dictæ Villæ virtute immemorabilis
conſuetudinis vigentis in Epiſcopatu Conchenſi,
quòd decimæ ex prædijs dominorum habētium
vaſſallos diuidantur tanquam decimæ Corona-
torum, prætendente dicta Vniuerſitate, & illius
Concilio, quod debuerat fieri diuiſio cū decimis
laicorum, vt ipſi reportarent portionem, quæ ſi
foret ità, pertineret tertijs regalibus. Qua de cau-
ſa fuit aſtrictus litigare in Cōſilio Regij patrimo-
nij, aſſiſtendo in Regia Curia cum magnis expen-
ſis, & per plures menſes, donec obtinuit executo-
riam per viam attentati aduerſus dictam Vniuer-
ſitatem, & Gubernatorem ſuper reſtitutione
dictorū fructuum, & poſtea in executione illius.
Nam cùm dictus Alphōſus de Huete eſſet ſocius
in huiuſmodi arrendamento cum dicto Didaco,
10 ad omnia damna tenetur, † nàm aliàs eſſet ſocie-
tas leonina, contra omne ius, l.ſi non fuerint §.vlt.
ff.pro ſocio, Bald.in l.1.num.15.verſ.circa ſecun-
dum, & num.ſeq.C.commodati, Rebuff.in tract.
de exceptionib. nu.872. Greg.Lop.in l.7. tit.10.
partita 5.gl.4.& in l.13.ibidem gl.4.& 5. Marien-
11 zo in l.2.tit.9.lib.5.recopilat.gl.1.nu.16. † Sicut
enim ſocij communicant lucra, ita damna, & ex-
penſas, l.cum duobus §.quidam Sagariam, & in l.
ſi fratres §.ſi quis ex ſocijs ff.pro ſoc. l. ſi merces
§.vis maior in fi. ff.locati, l.16.tit.10.par.5. Alex.
conſ.131.num.1.lib.5.Matienzo in l.3.tit.9.lib.5.
recopil.gl.7.nu.1. Paul.Caſtr.conſ.55.nu.1.vol.2.
12 † Nàm lucrum nō dicitur, niſi deducto damno,
l.3.ff.de in rem verſo, l.ſed ſi adijciatur, & l.Mu-
tius, vbi Bart. ff. pro ſocio §. illud, Inſt. de ſo-
cietate, Soccin.in l.1.notab.4.ff.de rebus dubiis,
Cagnolus in l.ſemper in ſtipulationib. nu.5.ff.de
reg.iur. Cephal.conſ.245.nu.61.tom.2. Vnde me-
13 ritò Doctores dicunt, † non poſſe cognoſci an
ſocietas damnum, aut lucrum ſenſerit, niſi ea fi-
nita, & factis computis, l.mutuis ff.pro ſoc.Pariſ.
conſ.9.nu.43.lib.1. Petrus de Vbaldis in tract.de
duobus fratrib. par.12.col.1. Salycet.in l.tamdiu
C.pro ſoc.deciſio Genuæ 173.nu.16.

Nec opus fuit declarari, quòd Don Alphonſus
14 debebat ſatisfacere partem damnorum; † cùm
iure cautum ſit, ſocios obnoxios eſſe damnis, quę
ſocietati obueniunt, & ſi non ſit inter partes con-
uentum, l.coire, l.ob æs alienum ff.pro ſocio, l.ſi
duorū in fi.ff.de actionib.empt.deciſ.Genuæ 14.
nu.11. Et ità ſocius rectè concludit, vt ſibi emen-
detur damnum, quod paſſus eſt pro re communi,
l.cum duobus §.vltimo, & §.damna, & §.vltimo
ff.pro ſoc. l.ſi is, cum quo ff.commun.diuidūdo.
Rebuff.d.tract.de exception.nu.867. Greg.Lop.
glo.1.col.2.in l.6.tit.10.partita 5.& in l.7.gloſ.4.
& in l.13. gloſ.5. Ioſeph.Lud.concl.vnica de ſo-
cietate, verſ. *infertur* 12.

15 Et idem procedit quoàd expenſas, † nàm quas
fecit ſocius pro communibus bonis repetit à cō-
ſocio pro dimidia parte, l.ſi fratres §.ſi quis ex
ſocijs ff.pro ſoc. Rebuff.vbi proximè num.866.

16 & eis probatis omnis adminiſtrator poteſt com-
penſationem obijcere, vel allegare principaliter
ad ipſas impenſas conſequendas, l.1. §. prætereà
ff.de contraria, & vtili actione tutelæ, l.2.in fine,
l.atqui natura §.non tantùm, l.ſi hæreditaria, &
l.qui in aliena in princ. ff.de neg.geſt. in quibus
17 patet, † quòd ſicut domino datur actio aduerſus
gerentē pro his, quæ adminiſtrauit; ità & gerenti
datur contraria actio pro his, quæ impendit in
adminiſtratione, vel eius occaſione, deciſio Ge-
nuæ 170.nu.3.& deciſ.191.num.5. Et remedium
hoc compenſationis oppoſitum per dictum Di-
dacum Lopez iuſtificatum eſt, & iuri conforme.
18 † Cùm ſemper melius ſit non ſoluere, quàm ſo-
lutum repetere, l.2. C.de compenſation.l.2.& 3.
ff.eod.tit. Couarr. in c.quamuis pactum 1.parte
§.4.nu.9.de pact.lib.6. Bar.in l.in omnibus nu.6.
ad med.C.de teſtib. Iaſ.in §.in bonæ fidei nu.57.
poſt med. Inſtit.de actionib.
19 † Ideòque ſocius, qui adminiſtrauit, poteſt de-
ducere expēſas, ſeù ſalaria dierum, quibus abſens
fuit à domo ſua occaſione ſocietatis, aut rerum
ipſius, l.ſi fratres §.ſi quis ex ſocijs ff. pro ſocio.
vbi ait, quòd ſi quis ex ſocijs propter ſocietatem
profectus ſit, viatica, & meritoriorum, & ſtabulo-
rum, & iumentorum vecturas, vel ſui rectè impu-
tabit, l.ſecundùm Iulianum 65.ff.eod. Io.Garzia
de expenſ.& meliorat.c.19.nu.4.& cap.20.nu.11.
ex l.1.§.ſi pupillis, verſ.*item ſumptus*, ff.de tutelis,
& rationib.diſtrahend. ibi, *& viatica, ſi ex officio
neceſſe habuit excurrere, vel proficiſci*, l. idemque
§.idem Labeo ff.mandati, Paul, & Ang.in l.nutri-
toribus 10.C.commun.de ſucceſs.Roch.de Cur-
te in cap.fin.de conſuetud.q.12.Caſſan.in cōſuet.
Burgund.rub.6.§.4. verbo *& facit*.
20 † Quod procedit etiàm in expenſis factis oc-
caſione dictæ litis, l.ità ff.de tutelis, & rationibus
diſtrahend. ibi, *Sumptus litis tutor reputabit*, cuius
deciſio in omnibus adminiſtratoribus locum ha-
bet, ſecundùm Io.Garzia d.c.20.num.17. iuncta
l.17.tit.6.part.6. verſ. *El guardador.*

Et in omnibus expenſis, quas fecit tàm contra
Cōcilium dictæ Vniuerſitatis, & Gubernatorem
ſuper dicto ſpolio, quā defendēdo ſe ab intereſſe
habentibus in fructibus decimalibus, qui ipſum
moleſtabant pro conſecutione eorumdem fru-
ctuum, quibus erat ſpoliatus.

Quæ expenſæ reſpectu maiorum ſunt probatę
21 apocis authenticis, & † reſpectu minorum, &
minutarum certū eſt de iure, quòd poſſunt pro-
bari iuramento adminiſtratoris, gl.& cōmuniter
DD.in l.fin.§.in computatione C.de iure deliber.
Bart.in l.comperimus C.de nauicular.lib.11.Fed.
de Sen.cōſ.119.incip.nulli dubium, Ferd.Loazes
in allegatione pro Marchione de los Velez ſuper
Oppido Mula in reſp. ad 5. & 6. fundamentum,
dubit.1.nu.63. vt reſoluunt Lapus alleg.94.nu.4.
Bart.nu.2.in d.l.comperimus C.de nauicul. Bal.
in §.impuberes nu.8. Inſt.de attiliano tuto. Abb.
in c.qualiter, & quando, el 2.nu.26.de accuſatio.
Menoch.de preſumpt.lib.1.q.58.num.14.Tiraq.
in tract.de iudic.in reb.exiguis ferendo in princ.
verſ.*ex hoc fit*, Greg.Lop.in l.8.tit.6.par.6.gloſ.2.
Ioan.Garz.d.cap.20. num.23. verſ. *parua autem*,
22 † qui reſoluunt, Iudicis arbitriū verſari, quæ ſint
huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi expenſæ paruæ, aut minutæ, iuxta
plura, quæ adducit ipſe Ioan. Garzia c.11.nu.16.
qui dicto nu.23. verſ. *præterea* ait, in huiuſmodi
expẽſis ſolere admitti priuata ſingrapha, nec ſem-
per poſtulari inſtrumenta authentica, aut teſtes
exceptione maiores; imò admitti probationẽ per
coniecturas arbitrio Iudicis, ex fide, & integrita-
te, eius, qui conſumpſit, qualitate, & quantita-
te expenſarum, Bald. in rubr. C. de fide inſtrum.
Corn. in l. fin. §. in computatione C. de iure delib.
23 † Pro quibus facit Greg. Lop. in d. l. 7. tit. 10.
par. 4. in fi. qui ad probandum damna, & expen-
ſas ſocietatis ait, ſe credere, quòd in his, quæ ſunt
veriſimilia, & ſubordinata, & connexa, creditur
libro ſocij, ex Baldo vbi proximè nu. 65. in verſ.
ſequitur de ſcripturis ſociorum, argum. l. Publia
§. fin. ff. pro ſoc.
24 † Et quandò reſpectu aliquarum partitarum
non eſſet liquidatio neceſſaria, debet ſuper illis
dari terminus, & caueri dicto Didaco Lopez ad-
miſſis interim partitis, quæ apparẽt liquidæ, arg.
l. quod dicitur ff. de impenſ. in reb. dotalib. factis,
l. ſtatuliber rationem ff. de ſtatuliber. Rebuffus
tom. 1. ad leges Gallicas, tract. de ſent. executor.
art. 6. gl. vnica nu. 18. & 20. & tom. 3. tract. de cau.
beneficial. poſſeſſo. art. 12. gl. vnica nu. 12.

Nec iuuat filijs dicti Alphonſi de Huete dicere,
quòd etiàm illorum pater aſſiſtentiam fecit in
Villa Madriti eo tempore, quo dictus Didacus
Lopez, non enim fuit pro cauſa defenſionis, & re-
cuperationis fructuum anni 1592. Sed quia ipſe
habuerat priùs adminiſtrationem fructuum be-
neficij per annos nouem vſque ad 1590. Et in alijs
litibus cum Marchioniſſa Mondexaris, & tunc
temporis nõ vigebat ſocietas cum dictis Didaco
25 Garzia de Molina, & Didaco Lopez; † & ideò
non debebant illi imputari expenſæ, præſertim ſi
fuit in culpa propria l. verùm ff. pro ſocio, l. ſi
fratres §. fin. ff. eodem tit. l. ſi communis familia
ff. de noxalibus action. Greg. Lopez gloſ. 5. in l. 8.
tit. 10. par. 5. Rebuff. dicto tract. de exception.
26 num. 874. & ſequenti. † Vnde dicta damna ſibi,
& non alijs debet imputare, cap. damnum de re-
gulis iur. in 6. l. quod quis ff. eodem, Abb. in cap.
quia diuerſitatem, num. 13. de conceſſ. præbend.
Cæphal. conſ. 41. num. 21. lib. 1. Marc. Ant. Eugen.
conſ. 58. num. 5. Menoch. de recuperan. poſſeſſ.
remedio 15. num. 96. facit tex. in l. ſiuè autèm §. ſi
27 duobus in fine ff. de publicia. † vbi cadens ſuo
facto à poſſeſſione, non experitur contra bonæ
28 fidei poſſeſſorem; † nec reſtitutio locum habet,
quandò quis ſponté in alium tranſtulit poſſeſſio-
nem, cap. ſuper de renunciatione, Iacobin. in l. ſi
de vi, num. 21. ff. de iudicijs, cum alijs, de quibus
Menochius vbi proximè. Maximè cùm dictus
Didacus Lopez de Fonſeca non fuerit conſecu-
tus dictas expenſas ab Vniuerſitate dictæ Villæ;
imò nec ſortem principalem fructuum, cùm
fuerint reſtituti Andreæ de Valera, & conſorti-
bus 30 V 500. marauedis, & nondùm ſunt exacti
plures fructus, quorum medietas cedit damno
dicti Alphonſi de Huete, & eius filiorum. Et ità
ſunt potiùs debitores, quàm creditores dicti Di-
daci Lopez de Fonſeca.

SVMMARIVM.

1 *MAritus quandò poſſit vxorem adulteram accuſare, & occidere.*
2 *Maritus non accuſatur criminalitèr ab vxore pro adulterio.*
3 *Vxori nunquàm licuit occidere virum in adulterio deprehenſum.*
4 *Romulus dedit facultatem viro repudiandi vxorem in adulterio deprehenſam, & non è contra.*
5 *Diuino iure veteris, & noui teſtamenti vir relinquit vxorem propter adulterium, & num. 18. & 38.*
6 *Caſtitas maior requiritur in fœminis, quàm in maſculis.*
7 *Vitium carnis deteſtabilius eſt in fœminis, quàm in viris.*
8 *Maritus licèt meretricetur, non debet vxor eſſe impudica.*
9 *Maritus ita debet fidem ſeruare vxori, prout vxor viro.*
10 *Maritorum cõcubitus cum impudicis mulieribus, vxores proprias quàmuis modeſtas, & caſtas exaſperat.*
11 *Iniuria magna fit vxori, ſi vir pellicem habeat, & num. 32.*
12 *Maritus nec occultè fidem ſemel datam vxori violare debet.*
13 *Decalogi præceptum* non mœchaberis *comprehendit viros, vt fœminas.*
14 *Honor eſt fœminæ virum caſtum habere, & quæ commoda ex eo ſequantur ipſis, & filijs, ac familiæ.*
15 *Alteri non debet quis facere, quod ſibi fieri nollet.*
16 *Vir grauiùs peccat, quàm fœmina adulterando.*
17 *Vir dicitur à virtute animi, mulier à mollitie mentis.*
19 *Coniugum conditio par eſt in ſeparando ſe propter adulterium.*
20 *Vxor in foro Eccleſiæ agit ad ſeparationem Thori per adulterium viri.*
21 *Vir an repellatur ab accuſatione vxoris obijcientis ei adulterium.*
22 *Iniquum eſſet, virum repellere vxorẽ propter adulterium, & non è contra.*
23 *Maritus, & vxor ad paria iudicantur.*
24 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*
25 *Culpa eadem irretitus non poteſt alium accuſare.*
26 *Clodius inſignis mœchus fuit habitus, & qualiter.*
27 *Pari in cauſa, potior is habetur, qui ſe defendit.*
28 *Vxor ſicut perdit dotem, & bona paraphernalia propter adulterium, ita vir donationem propter nuptias, & nu. 29.*
30 *Iniuriam magnam facit vir vxori committendo adulterium.*
31 *Adulterium quatènus violat ſacramentum matrimonij eſt ſpecies ſacrilegij.*
33 *Vir poteſt per Iudicem eccleſiaſticum compelli vxore inſtante, vel ex officio, vt relinquat concubinam.*
34 *Marito non licet concubinam habere.*
35 *Sæcularis etiam Iudex compellit maritum dimittere concubinam.*
36 *Vxor à viro ſeparata proptèr adulterium, poteſt*

petere

Digitized by Google

petere reintegrationem, ſi probet, virum poſteà fornicatum eſſe.

37 *Matrimonium ſeparatur quoàd thorum propter adulterium viri.*

39 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

40 *Matrimonium ſeparatur quoàd thorum propter ſæuitiam viri.*

41 *Mulier eſt viro ſuo ſocia diuinæ, & humanæ domus.*

42 *Vxoribus dabatur actio malætractationis aduerſus virum.*

43 *Viro ſolùm permittitur modica caſtigatio vxoris.*

44 *Viri debent ſuas vxores diligere, & non eſſe amari ad illas.*

45 *Vxor qualitèr ſit regenda, & tractanda à viro.*

46 *Marcus Cato ita inſectabatur offendentes vxores, ac ſi Dei ſimulacbra offendiſſent.*

47 *Vxor maletractata à viro agit iniuriarum.*

48 *Vxor ſi fugit à domo viri propter maletractationẽ debet ali ab ipſo.*

49 *Maritus debet litis expenſas vxori maletractatæ miniſtrare.*

50 *Vxor maletractata nõ debet redire ad virum, niſi ei caueat idoneè.*

51 *Vxor acritèr verberata à viro, ſi aufugiat, & adulterium committat, non lucratur dotem vir vigore ſtatuti.*

52 *Vxor, ſi eſt magna viri ſæuitia, non debet ſe committere fragilitati cautionis, vt ad ipſum redeat.*

53 *Vxor, quæ ſeparatur à viro propter ſæuitiam, repetit dotem, & medietatem bonorum lucratorum conſtante matrimonio.*

54 *Vxor ad effectus præfatos debet ſæuitiam viri probare.*

ARGVMENTVM.

Vxor an poſſit diuortium petere ſaltim quoàd ſeparationem thori, ſi vir eius adulterium committat. Et quid ex cauſa ſæuitiæ?

CONSILIVM CXLIV.

DOctor A. G. Medicus cùm eſſet viduus, & ex priori matrimonio filios ſuſcepiſset, duxit vxorẽ Eliſabeth viduã, & eorũ matrimonio conſtãte ſe prædictus impudicæ mulieris contubernio, & illicita coniunctione coniunxit, magno cum ſcandalo Villæ . . . adeò vt pellicem in proprio vxoris legitimæ lecto pluriès habuerit, & ipſam à liberis matrimonij prioris re, & verbis aſperè tractari, & ſæuiſſimè permiſerit, quæ his de cauſis matrimonij ſeparationem intendere vult, & dotis repetitionem, & quia id poſſe facere videtur, ſequentia fauẽt fundamẽta.

1 † Pro parte negatiua facit, maritum poſſe vxorem in adulterio deprehenſam nedùm accuſare, ſed & occidere, ſecũdùm diſtinctionem l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adulter. l. 13. vbi Greg. Lop. gl. 1. tit. 17. par. 7. Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 7. §. 7. nu. 2. & 6. vt in l. 2. de adult. in legibus Longobardorum, & refert gl. verb. *liceat*, verſ. *ignoſcitur* in c. inter hæc 33. q. 2. Tiraq. in l. 1. connub. n. 43. tradit Seneca lib. 1. controuerſ. controu. 4. Lucianus in quadam declamatione Eraſmi aliæ correſpondenti ait, *Tribus dùmtaxat temporibus lex indulſit, vt quis citra iudicium hominem occidat, primum adulterum, ſed cũ vxore deprehenſum, id, quod intemperanti, & inſuperabili mariti dolori donatum eſt, at ità ſi corpus vtrumque paritèr interimat.*

2 † Maritus autẽ de adulterio ab eius vxore accuſari criminalitèr nequit, l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Io. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. nu. 6. Hippol. de Marſil. in l. patre, vel marito, num. 11. ff. de quæſtion. Couarr. in 4. decretal. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 78. nu. 59. Greg. Lop. in l. 1. tit. 17. par. 7.

3 gl. 5. † Nec vxori vnquàm fuit licitum, virum in adulterio deprehenſum interimere, nec eſt lex, quæ tale ius vxoribus cõcedat, vt in ſimili tradit tex. in auth. de non elig. ſecundò nub. §. optimum collat. 1. Tiraquel. vbi proximè; nàm veteri ſcito apud Romanos cauebatur, vt maritus vxorem in adulterio deprehenſam, impunè necaret, illa tamèn ſi vir adulteraret, iudicio agere non poſſet, vt refert Alex. ab Alex. lib. 4. dierum genial. c. 1. in fine. Pro quo ſunt Catonis verba ad hanc rem maximè pertinentia in oratione de dote, quem refert Agell. lib. 10. noct. Attic. c. 1. *In adulterio* (inquit) *vxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares. Illa te, ſi adulterarer, digito non auderet contingere, neque ius eſt.* Hotoman. in §. qui igitur, verſ. *qui autem*, Inſtit. de patria poteſt. Carol. Sigon. de antiq. iure ciuium Romanor. c. 9. verſ. *vxorum*, Palæot. de nothis, & ſpur. c. 15. nu. 4. Vndè Syra anus apud Plaut. in mercatore actu 4. ſcena 8. mulierum conditionem in hoc conqueritur his verbis, de quo Neuiz. lib. 4. Syluæ nupt. nu. 48. & Palæotus c. 42. num. 3.

Aecaſtor lege dura viuunt mulieres,
Multoquè iniquiore miseræ, quàm viri:
Nàm ſi vir ſcortum duxit clàm vxorem ſuam,
Id ſi reſciuit vxor, impunè eſt viro.
Vxor verò ſi clàm domo egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.
Vtinàm lex eſſet eadem, quæ vxori eſt, viro;
Nàm vxor contenta eſt, quæ bona eſt vno viro;
Qui minus vir vna vxore contentus ſiet, &c.

4 † Quæ à Romulo initium ſumpſere; nàm vt in eius vita Plutarcus tradit, viro poteſtatem repudiandæ vxoris tribuit, ſi in adulterio deprehenſa foret, nõ tamèn id vxori conceſſit, quod pro lege tradidit Conſtantinus Cæſar in l. 1. tit. 16. de repudijs lib. 3. Codicis Theodoſiani concedẽs marito repudium mittere vxori, ſi mœcha ſit, non

5 tamèn vxori, ſi vir mulierculaarius ſit, † adeò vt diuina eloquia Matthæi 5. & 19. capitib. Luc. 16. Marci 10. & ex teſtamento veteri Deuterom. 24. quibus refertur Moſaycis legibus viro licuiſſe vxorem repudiare, non tamèn in ipſis continetur licuiſſe vxori repudiare maritũ, doctè Romulei ſtatuti mentionẽ facientes Dionyſ. Halicar. lib. 2. Cæl. Rhodig. lib. 28. lect. antiq. c. 26. Io. Brechæus in l. inter diuortiũ 191. nu. 3. & 4. ff. de verb ſign.

6 ✝ Vlteriùs, quia in fœminis maior caſtitas, quã
in maſculis videtur requiri, gl. verb. *quæ adulterio*
in l. palàm §. quæ in adulterio ff. de ritu nupt. gl.
verb. *cognitam* in c. debitum, de bigam. Guillelm.
de Cugno in l. ſi lenones, & in l. raptores, C. de
Epiſc. & cler. Menoch. d. præſumpt. 78. nu. 58. &
per Io. Neuiz. lib. 1. Syluæ nupt. *non eſt nubendum*,
nu. 29. & ſeqq. Alberic. in l. 1. col. 2. verſ. *quærit gl.*
vbi Salycet. verſ. *quæro*, C. de raptu virg. Tiraq. in
7 d. l. 1. nu. 45. verſ. *hoc idem.* ✝ Et ideò in fœminis
vitium carnis deteſtabilius eſt, & opprobrioſum,
vt tradit Abb. in c. paſtoralis 14. nu. 7. de iudicijs,
Menoch. d. præſumpt. 78. nu. 58. Boerius conſ. 4.
nu. 59. & ſeq. Tiraq. vbi proximè, & nu. 46. Spec.
2. tom. tit. de actore §. 1. verſ. *ſed vtrùm maſculus*,
vt meritò Eccleſiaſtici c. 42. moneatur ita *ſuper
filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, nè quandò
faciat te in opprobrium venire inimicis.* De filijs au-
8 tèm nihil dicit. ✝ Et ità licèt maritus meretrice-
tur, aut impudicus ſit, non tamèn vxori impudicã
eſſe permittitur, quin adulterium committens
accuſari queat, iuxta tex. in l. ſi vxor §. Iudex, iun-
cta glo. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi Ang. hoc menti
tenendũ ait, & ità illum intelligens, & ſi alijs cõ-
trarium probare videretur, cùm maritus author
fuerit impudicitiæ vxoris per lenocinium, aut
alio modo, quàm per impudicitiã viri, vti Tiraq.
vbi proximè num. 44. tradit, & clariùs procedit
iure Regio attẽto, l. 3. in final. verbis tit. 20. lib. 8.
recopilationis, & tradit Greg. Lopez in l. 6. tit. 9.
parti. 4. gloſ. 2. & in l. 9. tit. 17. par. 7. gloſ. t.

Tamèn his non obſtãtibus, in caſu, de quo agi-
tur prædicta Eliſabeth de A. poteſt agere contra
maritum quoàd thori ſeparationem, quod vt cla-
9 riùs conſtet, præmittendũ eſt, ✝ maritum ità eſſe
obligatum, & aſtrictũ ad ſeruandam fidem vxo-
ri, non ſe immiſcendo, nec illicita coniunctione
iungendo mulieribus alijs, ſicut vxor viro, tex. in
c. ſicut 7. q. 1. dicens, *Sicut vir non debet adulterare
vxorem*, Lactantius Firmian. lib. 6. de opific. Dei,
c. 23. dicens, *Nondùm omnia caſtitatis officia exe-
cutus ſum, quàm non modò Deus intra priuatos pa-
rietes, ſed etiàm præſcriptio lectuli terminat, vt cùm
quis habeat vxorem, nequè ſeruam, nequè liberã ha-
bere inſupèr velit, ſed matrimonio fidem ſeruet; non
enim ſicut iuris publici ratio eſt, ſola mulier adultera
eſt, quæ habet alium, maritus autem etiàm ſi plures
habeat à crimine adulterij ſolutus eſt, ſed diuina lex
ità duos in matrimonium, quod eſt in corpus vnum
pari iure coniungit, vt adulter habeatur quiſquis
cõpagem corporis in diuerſa diſtraxerit.* Subiungitq;
rationem. *Nec ob aliam cauſam Deus cùm cæteras
animantes ſuſcepto fœtu maribus repugnare voluiſ-
ſet, ſolam omnium mulierem patientem viri fecit; ſci-
licet ne fœminis repugnantibus libido cogeret viros
aliud appetere, eoq; facto caſtitatis gloriam non te-
nerent.* (& poſt aliqua) *Seruanda igitur fides ab
vtroque alteri eſt, imò exemplo continentiæ docenda
vxor ſe caſtè gerat, iniquum eſt enim, vt id exigas,
quod ipſe præſtare non poſſis. Quæ iniquitas id efficit
profectò, vt eſſent adulteria fœminis ægrè ferentibus
præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam chari-
tatem. Denique nulla eſt tàm perditi pudoris adul-
tera, quæ non hanc cauſam vitijs ſuis prætendat, in-
iuriam ſe peccando non facere, ſed referre.* Inquit
enim D. Greg. Nazianz. in orat. ad c. 18. Matthæi:
*Cur enim mulier aliquandò plectitur, ſed viro par-
citur, & mulier mali mariti thalamo conſulens mœ-
chatur? Et hinc amara legum pœna; vir autèm ob
ſcortationem vxori haùd quaquam eſt obnoxius, non
ſuſcipio legis lationem talem; non laudo conſuetudi-
nem: viri erant, qui leges tulere, ac ideò contra mu-
10 lieres lex eſt lata.* ✝ Nàm maritorum concubitus
cum impudicis mulieribus, vxores etiàm caſtas
exaſperat, auth. de nuptijs §. mitiores coll. 4. l. cõ-
ſenſu C. de repudijs, Octauianus dec. Pedem. 77.
num. 30. optimè vir magnæ lectionis Tiraq. l. 13.
11 connub. n. 36. & ſeqq. ✝ Nàm vt Seneca in ep. 95.
ad Lucillum ait, grauiſſimum eſt in vxorẽ iniuriæ
genus habere pellicem, his verbis, *Scis improbum
eſſe, quia ab vxore pudicitiam exigit ipſe aliena-
rum corruptor vxorum, ſcis, vt illi nil cum adultero,
ſic tibi nihil eſſe debere cum pellice, & non facis.*
Pro quo pulcher tex. in l. ſi vxor §. Iudex ff. ad l.
Iul. de adulter: iuxta quã periniquum eſſe vide-
tur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe
nõ exhibet, c. ſi ducturi 32. q. 6. Gallego in tract.
12 de cognat. ſpirit. c. 3. annot. 112. nu. 1. & 2. ✝ nàm
præcipua viri obligatio eſt, vt fidem corã Eccle-
ſia vxori ſemel promiſſam, nec occultè, nec pa-
làm vnquàm violet, ſed ſanctè, perpetuòq; ſeruet
ab omni concubinatu, ſcortatione, & adulterio
13 abſtinendo; ✝ nã hùc ſpectat Decalogi præceptũ
Non mœchaberis, Exod. c. 20. iuxta illud ſãctiſſimi
Tobiæ in exhortatione ad filium, Tob. 4. *Caue
fili ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam
nunquàm patiaris crimen ſcire.* nàm prima matri-
monij lex, teſte Diuo Paulo 1. ad Corinth. cap. 6.
Adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.
Feuardentius ſuper Ruth cap. 1. verſic. *Quintum*,
fol. mihi 34. pro quo facit illud Valerij Martialis
lib. 6. epigrámm. 20. de Hiantide, & Stella.

Perpetuam ſtellæ dùm iungit Hiantidam vati
Læta Venus dixi, plus dare non potui.
Hæc coràm domina, ſed nequius illud in aurem,
Tu nè quid pecces exitioſe vide.
Sæpè ego laſciuum Martem furibunda cecidi,
Legitimos eſſet cùm vagus antè toros.
Sed poſtquàm meus eſt, nulla me pellice læſit,
Tàm frugi Iuno vellet habere Iouem.

14 ✝ Ideò Ariſt. lib. 2. Oeconom. c. 2. dixit, *Maxi-
mus honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum
obſeruantẽ ſibi caſtitatem, nec de vlla muliere magis
cogitantem, ſed præ cæteris omnibus hanc & ſuam,
& fidelem ſibi exiſtimãtem, tantò enim magis ſtude-
bit mulier ſe talem præſtare, quia ſi mulier cognoue-
rit ſibi caſtum, & fidum virum, ipſa etiàm fida, &
caſta erit.* & poſteà dixit, *Prudentem ignorare non
decet, qui parentibus, quiuè vxori, & filijs honores
conueniant, vt tribuens vnicuique, quæ ſua ſunt, iu-
ſtus, et ſanctus habeatur, pergrauitèr enim vnuſquiſ-
què fert honore ſuo priuari, nec ſi aliena quis multa
tribuat contentus erit, ſi ſua ſibi auferantur, nihil ve-
rò magis ſuũ eſt vxori, nec magis illi auro præſtan-
dum, quã ſancta, & intemerata ſocietas.* Lactantius
Firmianus vbi ſupra dicens, *Nàm neque maritus
circa corrumpẽdas aliorũ coniuges occupatus, poteſt
vacare domeſticæ ſanctitati. Et vxor cùm in tale in-*

cidit

cidit matrimonium, exemplo incitata, aut immutari
ſe putat, aut vindicare. Cauendum igitur, nè occaſio-
nem vitijs noſtra intemperantia demus, ſed aſſueſcāt
inuicem mores duorum, & iugum paribus animis
15 *ferant. nos ipſos in altero cogitemus.* † Nàm ferè in
hoc iuſtitiæ ſumma conſiſtit, vt non facias alteri,
quicquid ipſe ab altero pati nolis, c. 1. c. iniquum
eſt 32. q. 2. doctè Io. de Neuiz. lib. 4. Syluæ nupt.
nu. 48. circa fin. Tiraq. l. 13. connub. nu. 38. & ſeq.
16 † Et confirmatur, quia vir fornicādo, aut adul-
terium cōmittendo grauiùs peccat, quā fœmina,
ſcilicèt ea ratione, & reſpectu, quòd plus rationis
vir habeat, quā fœmina, pro quo ſūt pulchra ver-
ba tex. in cap. indignantur, dicta 32. q. 6. dicens,
Indignantur mariti, ſi audiant adulteros viros pen-
dere ſimiles adulteris fœminis pœnas: cùm tantò gra-
uius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos per-
tinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas,
c. non mœchaberis, eadem cauſa, & quæſt. de quo
& optimè D. Thom. in 4. ſent. diſt. 35. q. 4 & cō-
muniter Theologi, B. Anton. Florēt. 1. par. 3. part.
principal. tit. 1. §. quantùm ad primū, & alij, quos
refert, & ſequitur Tiraq. in tract. de pœn. tēper.
cauſa 9. nu. 4. & l. 9. connub. nu. 90. ſcribit enim
D. Aug. relatus per Couarr. in 4. decretal. 2. par.
17 c. 7. §. 7. nu. 7. † *Cùm enim vir à virtute nomen ac-*
cipit, & mulier à mollitie, ideſt fragilitate, quarè
cōtra crudeliſſimam libidinis beſtiam vult vnuſ-
quiſque vxorem ſuam eſſe victricem, cùm ipſe
ad primum libidinis ictum victus cadit, nàm
quicquid contra Fidem Catholicam mulieribus
non licet, nec viris licet.
18 † Sicut diuino teſtimonio dicente Matt. c. 19.
Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornica-
tionem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quo licet
coniectari vxorē licere dimitti ex cauſa fornica-
tionis, c. ex parte de ſponſalib. c. ſignificaſti, c. ex
literis, c. gaudemus de diuort. c. intelleximus, &
fin. de adulter. c. tuæ de procur. l. conſenſu C. de
19 repud. Couarr. d. c. 7. §. 5. nu. 8. dicens, † quòd in
hoc par eſt vtriuſque coniugis conditio, Præpoſ.
in c. gaudemus §. quia verò nu. 11. de diuort. nàm
vxor poteſt petere matrimonij ſeparationem
propter viri fornicationem, ſicut & vir ob vxoris
adulterium, quod D. Baſilius can. 9. & 21. rationi
20 conſentaneum aſſerit. † Et ità eſt receptiſſima
traditio, quòd vxor poteſt maritū de adulterio accu-
ſare in foro Eccleſiæ quoàd thori ſeparationē, &
dotis reſtitutionē tātùm, c. præcepit, c. apud nos,
c. Chriſtiana religio 32. q. 5. c. inſupèr, qui matr.
accuſ. poſſ. l. 2. tit. 9. par. 4. vbi Greg. Lop. gl. 12. &
in l. 13. gl. 4. eo. tit. & partita, idē in l. 8. tit. 2. par. 4.
gl. 4. l. cōſenſu §. cauſas C. de repud. auth. de nupt.
§. mitiores, verſ. *Si igitur*, coll. 4. gl. verb. *violato*, in
l. 1. C. ad l. Iuliam de adulter. c. 1. vbi Abb. & DD.
vt lite non conteſt. Marian. Socc. conſ. 32. n. 1. & 8.
vol. 2. Rol. à Val. conſ. 50. quia præſēs n. 4. & ſeqq.
vol. 1. Pariſ. conſ. 52. nu. 42. lib. 4. Bellacomba inter
communes Doctorū opiniones lib. 9. tit. 7. C. de
adult. nu. 5. nā in iſta adulterij accuſatione, quoàd
ſeparationē thori, & dotis amiſſionem, ità pares
21 exiſtimātur à iure vir, & vxor, † vt vir repellatur
ab accuſatione, ſi ei obijciat vxor fidem coniugij
fornicatione violaſſe, c. intelligimus de adult. c. 1.
vt lite nō conteſt. Couar. d. §. 6. nu. 5. ex quo Paul.
Caſtr. conſ. 403. incip. Hæc mulier in princ. vol. 1.
aſſerit, vxorem excuſari ab accuſatione adulterij
ciuili, ſi probauerit, maritū concubinā habuiſſe,
ex c. ſignificaſti, c. pen. de adulter. c. ſi quis vxorē
32. q. 1. c. nemo 2. q. 3. Hippol. in d. l. patre, vel ma-
22 rito nu. 14. ff. de quæſtion. † *Nihil enim iniquius*
ait D. Aug. lib. 1. de ſerm. Dom. in monte c. 28. re-
latus in c. 1. 32. q. 6. *quàm fornicationis cauſa vxorē*
dimittere, ſi & ipſe conuincitur fornicari, occurrit
enim illud, In quo alterū iudicas, temetipſum condē-
nas, eadē enim agis, quæ iudicas. Ideò inquit tex. in
l. hæc verba §. iudex ff. ad l. Iuliā de adult. perini-
quum eſſe, vt pudicitiā vir ab vxore exigat, quā
ipſe non exhibet, Martin. Vran. in c. Quintauallis
nu. 34. de iureiur. D. Paulus in Epiſt. ad Rom. c. 2.
Auend. ſuper Matt. c. 5. f. 371. col. 2. Thom. Sāch.
lib. 10. de matrim. tit. de diuort. diſp. 5. Io. Gutier.
eo. tract. c. 129. nu. 15. P. Baſil. Legion. de matrim.
lib. 9. cap. 14. & ſunt pulchra duo Capitula Caroli
23 Magni lib. 6. cap. 326. & ſeq. † Quia maritus,
& vxor à pari iudicantur, & illud, quod lex noua
etiàm pœnalis diſponit in vno, intelligitur in alio
ſtatuere, l. fin. C. de indicta vid. toll. vbi Bart. Ang.
Iaſ. & alij in auth. quas actiones C. de ſacroſanct.
Eccl. Bart. in l. fin. per illum tex. ff. de acceptilat.
Cæphal. conſ. 288. nu. 15. & 16. vol. 2. Abb. in c. tuæ
in fi. vbi Imol. 1. col. de procurat. & in c. fin. nota-
bili 3. de adulter. Roland. à Valle d. conſ. 50. nu. 5.
Cæphal. conſ. 288. dominus, nu. 15. & ſeq. tom. 2.
24 Ex quo proceſſit vulgatū iuris axioma, † quòd
paria delicta mutua compenſatione tollūtur, c. 1.
pen. & finali, de adulter. l. ſi ambo ff. de cōpenſat.
Gallego in tract. de cognat. ſpirit. c. 18. nu. 2. & 3.
Greg. Lop. in l. 28. tit. 11. par. 3. gl. 5. l. in arenam,
iuncta gl. vlt. C. de inoff. teſta. idem Greg. Lop. in
l. 3. tit. 5. par. 7. gl. 1. & in l. 9. tit. 17. ead. part. gl. 1.
25 † Nàm qui in eadèm eſt culpa, non videtur, quòd
aliquo modo, vel ratione poſſit eam opponere al-
teri iuxta tex. in l. ſi duo ff. de dolo malo, l. viro,
atque vxore ff. ſol. mat. l. ſi filium ff. de lib. cauſa.
Tiraq. de retract. Lignagier ad fin. tit. nu. 46. niſi
quod Iuuenalis ſaty. 2. reprehendit, fieret, quòd
Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum.
26 † cū ipſe Clodius inſignis mœchus fuerit, vtpotè
qui Bonæ Deę maribus non adeunda myſtica ſa-
crificia muliebri veſte violauerit, vt referunt Ap-
pianus Alexandr. de ciuilib. Roman. bellis lib. 2.
fol. mihi 93. Cic. paradoxa 4. & pro Auruſpicum
reſponſis, Suet. in Iulio Cæſare c. 6. & Plutarcus
in eodem, & in vita Ciceronis, Textor. in officina
2. par. cap. 38. Tiraq. l. 15. connub. nu. 116. idem
Cic. in epiſt. 9. lib. 1. & epiſt. 10. ad Attic. Seneca
lib. 16. epiſtolarum ad Lucilium epiſt. 98.
Præcipuè ſi vxor ſe defendere vellet à dicta ac-
27 cuſatione ciuili adulterij, † quia in pari cauſa
culpæ potior eſt, qui defendit, l. idē eſt in princ.
& l. ob turpem §. vlt. ff. de cond. ob turp. cau. l. in
eo, quod vel is, & l. nemo prædo §. 1. l. in pari, &
l. cùm par ff. de reg. iur. cum alijs Tiraq. d. nu. 46.
28 Et in tantùm hoc procedit, quòd † ſicut vxor
propter adulterium perdit nō ſolùm dotem, ſed
bona paraphernalia, vt tradit gl. verb. *dotalitium*,
in cap. plerùmque de don. inter vir. & vxo. l. cùm
mulier ff. ſol. mat. & per Bald. Nouellum in tract.
de dote, in parte 11. §. hactènus nu. 36. Bermond.

in tract.de concub.fol.43.nu.42.& fol.46.nu.49.
Bolognet.in rub.C.de eden.nu.29.Alex.cōſ.189.
in cauſa,& lite num.1.& 10. lib.6. Auth.vt liceat
matri,& auiæ §.quia verò plurimas coll.9.Couar.
in 4.decretal.2.par.c.7.§.6. à nu.1. Iul.Clarus in
§.adulterium nu.13.& 15. Ant.de Butrio in c.1.
nu.4. vt lite nōn conteſt. & in d. cap.plerunque
nu.1. Iaſ.in rubr.C.de iudic.nu.4.Boer.dec.338.
nu.2.Rom.ſing.311.propter adulterium,Rebuff.
1.tomo commentar. ad leges Gallicas tract. de
ſent.prouiſionalib.art.3.gloſ.1.num.16.Roland.
d.conſ.50.nu.7.Horatius lib.1.ſermonū ſatyra 2.

Nec vereor nèdum fuero vir vrbe recurrat,
Ianua frangatur, latret canis; vndique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet, vel pallida lecto
Deſiliat mulier, miſeram ſe conſcia clamet.
Cruribus hæc metuat doti,deprehēſa,egomet mihi,

Conſtanus in commentar.de dotib.cap.6.nu.24.
Forcatulus lib.7. de Gallorum Imperio , pagina
29 mihi 1050. † Paritèr etiàm maritus adulterium
cōmittēs punitur in donatione propter nuptias,
quam vxor eo caſu lucratur , vt tenet gloſ.verbo
reciperet, in d.c.1. vt lite non conteſt. l.conſenſu
§.ſi verò C.de repudijs, Io.de Imo. in c.peruenit
nu.3.de empt.& vend.Rebuff.in l.alienatum 67.
§.donationis,verſ.*ſicut vir*, ff.de verb.ſign.Palac.
Rubios in repet.rubr.de donat.inter vir.& vxor.
§.20.nu.1.Iul.Clarus d.nu.15.Ang.Aret.in tract.
de malefic. verbo *che hai adulterato la mia donna*,
num.25.Greg.Lopez in l.23.tit.11.par.4.gloſ.1.
& in l.15.tit.17.par.7.gloſ.5.per tex.ibi.

30 † Quia maritus facit magnam iniuriam vxori
committēdo adulterium,l.1.vbi Greg.Lop.gl.5.
tit.17.par.7. c.nihil iniquius, cum ſeqq. 32.q.6.
c.nemo,c.dicat 32.q.4.Seneca lib.15.ep.96. *Sciet
in vxorem grauiſſimum eſſe genus iniuriæ habere
31 pellicem.* † Eſt enim ſacrilegij ſpecies,quia viola-
tur matrimoniū,quod eſt Sacramentū Eccleſiæ,
c.debitum de bigam.Paulus Grilland.in tract.de
pœnis omnifariā coitus,q.11.nu.24.& q.6.nu.3.
vt meritò ciuilis lex appellet adulterum ſacrilegū
alienarum nuptiarum, l.quàmuis, la 2.in fi. C.ad
l.Iul.de adulter. Ant.Gom. in l.80. Tauri nu.47.
paulò poſt principium,& inquit Ariſt.lib.Oeco-
32 nomicorum, † *Iniuriari fœminæ,eſt coire cùm ex-
traneis mulieribus*; Et vt ait Quintil. declam. 262.
*Peſſimus maritus videreris ,ſi amorem in aliquam
meretricem deflexiſſes ; ſi ancillarum cupiditas à
geniali thoro auocaret . Tàm tùm non eras maritus,
cùm animus tuus ſpectauerat vacantes.*

33 † Et ità ſi vxor nolit à viro diuertere , poteſt
per Iudicem eccleſiaſticum ſuā iniuriam proſe-
quendo, compellere maritū ad dimittendā con-
cubinam,vt tradit Paulus de Caſt.in l.ex ea parte
§.mulier nu.3.ff.de verb.oblig.vbi eſt bonus tex.
& pro eo allegat text.in c.ſi concubinæ, de ſent.
excom. gl.verb.*offenſa*, in c.Romana,eo.tit.lib.6.
34 † quia marito etiàm ſecūdùm legitimas ſanctio-
nes nō licet concubinā habere,l.1.vbi Salyc.C.de
concub. & facit tex.in auth.vt lic.matri,& auiæ,
35 §.ſi quis ſua domo, coll.9. † Et ideò Iudex ſæ-
cularis poſſet compellere ſæcularibus remedijs,
vxoratum,vt concubinā non habeat, quia ad eius
ſpectat officium cauere , vt hominès honeſtè vi-
uant,l.iuſtitia ff.de iuſt.& iure §.iuris præcepta,
Inſtitut. eod.tit. Greg.Lopez in alleg.l.1.tit.17.
partita 2. gl.5.& eſt apud nos optima dec.tex.in
l.5.tit.20.lib.8.recopil.Auend.in capitib.Prætor.
2.par.c.26.nu.5.verſ.*Iudici*,Matienzo in l.2.tit.9.
lib.5.recopilat.gloſ.1.nu.52.Præpoſitus num.11.
in cap.ex parte 9.de ſponſalib. Palac. Rubios in
repet.c.per veſtras §.Tertiò ſequitur nu.6.

36 † Vlteriùs,quia hoc in tātùm eſt verum, quòd
ſi vxor fuerit à viro propter adulterium ſeparata,
poteſt petere matrimonij redintegrationem , ſi
probet, maritū ſuū poſteà fornicatū eſſe,c.ex li-
teris de diuor.quē ad hoc Abb.dicit ſingularem,
gl.Anch.& Anan.in cap.fin.de adulter. Brixienſ.
q.34. Præpoſitus col.fin. & eſt cōmunis opinio,
ſecundùm Felin.in c.lator,nu.19.de re iudic.eam
ſequutus contra gl. in c.Apoſtolus 32.q.7. May-
nerius in l.in ambiguis num.207. ff.de reg. iuris,
Couarr.in 4.decretal. 2.par.c.7.§.6.nu.5. Greg.
Lop.in l.8.tit.2.part.4.gl.5. & in l.6.tit.10.par.4.
& confirmant quæ tradit Nauarrus conſil.3. de
diuortijs,verſ.*ſecundo.*

37 † Quæ omnia locum habēt, vt matrimonium
hoc debeat ſeparari,etiàm ſi dictus Doctor A.G.
cum ſoluta fornicationem commiſerit, c.nemo,
vbi Archidiac.& alij 32.q.4.Socc.conſ.158.col.2.
vol.2.& Pariſ.conſ.54.nu.43.vol.4.Rolan.à Valle
d.conſ.50.nu.13.vol.1.Ang.in tract.maleficiorū,
verbo *che mi hai adulterato la mia donna*,nu.25.

Reſpectu autem ſæuitiæ, quòd dicta Eliſabeth
propter eam , & malam tractationem, qua à viro
multotiès afficitur, poſſit ab eo diuertere,nec ſit
illi reſtituenda; imò ei debeat vir reſtituere dotē,
& medietatem lucratorum conſtante matrimo-
nio,liteque pendente alimēta, & expenſas neceſ-
38 ſarias,certum eſt; † nàm licèt Dominus in Euan-
gelio Matt.c.10.dicat, *Quos Deus coniunxit,homo
non ſeparet.* & Matt.5. *Non licere ab vxore diuer-
tere, excepta cauſa fornicationis* , vt in c.ex publi-
co,de conuerſ.coniug. & Luc.c.10.tex.in c.gau-
demus de diuor. & per Conc.Trid.ſeſſ.24.decr.
de matr.can.7. Io.Gutier.1.tom.can.quæſt.c.24.
nu.1.& vt tradit Alex.ab Alex.lib.4.dierū genial.
c.8. vt perpetuum eſſet coniugale fœdus, & ſinè
diſſidio foret vxori virum relinquere,& cum alio
copulari, nequaquā apud Romanos licebat , viro
autèm, niſi vxor in adulterio , aut maleficio , ſeù
clauium adulteratione deprehenſa foret,aut ſi vi-
num biberet,leges à Romulo latæ diuertere nulli
ſinebant , qui alitèr diſſidium feciſſet , bona viri
ad vxorem deuolui voluere, ergo nō ex cauſa ſæ-
39 uitiæ colligi videbatur, † quia incluſio vnius,eſt
alterius caſus excluſio,c.non ne de præſumption.
l.cùm prætor ff.de iud.Rol.à Val.conſ.81.ſtante
firma,nu.23.vol.4. Alex.conſil.75. nu.13.lib.5.

40 † Tamen adhùc matrimonij ſeparatio ex cau-
ſa ſæuitiæ fit, c.literas de reſt.ſpoliat.in 6.ſi verò
tanta, Io.Gutier.lib.1.canon.quæſt.cap.24. & de
matrim.c.129.nu.28.Thomas Sanchez lib.10.de
matrim.diſp.18.Farinac.tomo 4.quæſt.criminal.
quæſt.143.& ſæuitia per totam,F.Baſilius à Leon.
tract.de matrimon.lib.9.cap.23.num.5. & ſeqq.
41 Et id legitima ratione , † nàm mulier eſt ſocia
diuinæ,& humanæ domus cum marito, l.1.ff.re-
rum amotarum, l.aduerſus C.de crimine expila-
tæ hæreditatis , l.quàmuis C.de furtis, l.1.ff.de

Digitized by Google

ritu nuptiarum, Alexand. conſil. 133.nu.4. lib.4.
tex.in cap.cùm ſocietas 27.quæſt.2.l.1. tit.*de las*
ganancias, lib.3. fori l.12.tit.8. lib.5. recopilat.
Molina 1.tomo de iuſtitia diſput.12. verſ. *prima*,
in fine, Menochius lib.4.præſumpt.157.num.22.
ait enim Ariſtoteles libro 8. Ethicorum cap. 12.
quòd ſocietas viri, & vxoris ſimilis eſt Ariſtocra-
tiæ Imperio, ideſt optimatum dominationi, vt
42 tradit Tiraquell.l.8.connubial.num.9.† & malæ
tractationis actio vxoribus contra maritos anti-
quiſſimo iure conceditur, vt tradit Quintilianus
lib.7. inſtitutionum oratoriarum cap. 4. l.viro,
atque vxore ff.ſoluto matrim.quæ actio erat fre-
quentior cœteris apud Declamatores, vt videre
licet apud Senecam lib.3. declamat.7. & lib.5.
declamatione 3.Alexand.ab Alexandro lib.4.die-
rum genial. cap.8. vbi Tiraquell. Quintilian. vbi
proximè cap.5. & Petrus Aerodius in ſcholijs ad
eum,declamatione 262. Marta conſ.157. num.2.
43 † Et ideò ſolùm permittitur ei moderata ca-
ſtigatio vxoris, l.vnica C. de emendatione pro-
pinquotum, l.ſi adulterium §. Imperator ff. ad
l.Iuliam de adulterijs,l.conſenſu C.de repudijs,
cum auth. ſed nouo iure, eod.tit. gloſ.fin.in cap.
quemadmodùm de iureiur. Decius in l.vt vim,
num.22.ff.de iuſtitia,& iure, Signorolus Homo-
dæus conſ.63.incip.Titius calce num.1. Alciatus
conſ.115.nu.2. lib.4. Menoch.lib.2. de arbitrar.
Iudicum caſu 364. num.8. & lib.5.de præſumpt.
præſumpt.15.nu.2. & plures adducti per Tiraq.
44 dicta l.1. connubiali. num.22. † idquè meritò,
cùm Diuus Paulus ad Coloſſenſes Epiſt.3. dicat,
Viri diligite vxores veſtras, & nolite eſſe amari ad
illas. Robertus Holcot lectione 54.in ſapientiam
45 Salomonis, † manſuetè regendam vxorem eſſe
aſſerit,non cum tyrannica auſteritate, verbis,|&
non verberibus, amore, non timore, dulcedine,
non amaritudine, Diuus Chryſoſtomus hom.26.
46 in priorem Pauli Epiſt. ad Corinthios. † Vndè
Marcus Cato, referente Plutarco in vita ipſius,
eum,qui manus vxori inferret, non alitèr, quàm
qui Deorum ſimulacra temeraſſet, inſectandum,
& deteſtãdum paſſim affirmabat, vt doctè com-
probat Tiraquell. dicta l.8. connubiali num.10.
ad modicam iſtam caſtigationem referendum
eſt illud Quinti Curtij libro 8. hiſtoriarum, vbi
Alexander Hermolai dictis reſpõdens ait, *more*
patrio,et ab antiquiſſimis Macedoniæ Regibus vſur-
pato, eum caſtigari iuſſi, hoc & oportet fieri, & vt à
tutoribus pupilli, & à maritis vxores, &c.
47 † Non tamèn maritus poteſt vxorem acritèr
verberare, nec malè tractare, nàm hoc caſu ne-
dùm poteſt iniuriarum agere contra virum, vt
alijs à ſe allegatis tradit Ioan.Andr. in tomo 4. in
additionibus ad Speculatorem, rubr.de iniurijs,
verſic.*Eſt quæſtio*,cuius dictum extollit Alexand.
in l.diuortio §.ſi vir col.1. num.3. verſic. *Item in*
quantùm,ff.ſoluto matrimon. alibi ſe non legiſſe,
& iuxta id conſuluiſſe allegans, & ſequitur Ca-
tellianus Cotta in memorabilibus iuris, in me-
morabili,quod incipit, *Actio iniuriarum*, & ver-
bo *vxor acritèr verberata*, Tiraquell. dicta l.1.
connubiali nu.24. vel ſaltèm actione in factum,
vt per Neuiz.lib.1. Syluæ nupt.num.38.Couarr.
in 4.decretal.2.par.cap.7.§.5.num.1.

48 † Et ſi ex hac culpa mariti, à domo eius ſuge-
rit,vt poteſt,debet vxor à marito ali,vt poſt Cy-
num,& alios in l.quod in vxorem C.de neg.geſt.
Dynum in l.1.C.de legat. vbi Bald.col.2.tradunt
Boer.dec.195.nu.7.Palacios Rubios in repetitio.
cap.per veſtras §.tertiò ſequitur,num.6. Capella
Tholoſ.q.88.in fi. Iaſ.in d.l.1.C.de legat.num.4.
Io.Neuiz. lib.1. Syluæ nuptial. *non eſt nubendum*,
num.38.Bald.in l.1.col.2. verſic. *Tertio dubitatur*,
C.commun.de legat. vbi dicit,quòd poteſt pete-
re mulier ſe ali extra mariti domum,quandò fuit
iniuſtè verberata,Additio ab Abbat.in cap.literas
nu.7. de reſt.ſpoliat. Couarr.in 4.decretal.2.par.
c.7.§.5.nu.2. Io.Guttierr.1.tom.can.quæſt.c.24.
49 nu.7. † Qui & litium expenſas litiganti aduer-
ſus maritum debere præſtari aſſerit, ex ſententia
Matthæi de Affl.deciſ.Neapolit.10.nu.2.Rebuff.
1.tom.commentat.ad Conſt.Gallicas tit.de ſent.
50 prouiſionalib.art.3.gl.1.nu.26. † Nec tenetur ad
maritum redire,niſi ſufficiens ſecuritas ei offera-
tur,vt per tex.in auth.de nuptijs §.ſi quis autèm
collat.7.gloſ.verbo *ſufficiens*, in c.literas per text.
ibi de reſtitut.ſpoliat. Matienzo in l.2.tit.9.lib.5.
recopilat.glo.1.nu.52.Palacios Rubios d.num.6.
Ioan.Gutierr. in repet.l nemo poteſt, num.396.
ff.de legatis 1. cap.1. vbi Maria. notab.9. de litis
conteſt. Ioan.Neuizan. vbi proximè nu.30. idem
Palacios Rubios in repetit.rubr.§.20.nu.4.]
51 † Imò, quod eſt plus, ſi vir vxorem atrocitèr
verberauerit,& ipſa aufugiens, adulterium com-
miſerit, non poteſt à marito accuſari, nec dotem
ex adulterio eius lucrari,ex forma ſtatuti,vt poſt
Anchar.conſ.408.incipiente probata,ſequitur,&
commendat Aret.in tract.de malefic.ſuper verb.
Che me hai adulterato la mia donna,nu.26. Palacios
Rubios in repetitio.c.per veſtras de donat.inter.
d.§.tertiò ſequitur, nu.7. & in repet.rubr.eiuſdẽ
tituli §.20.nu.4.Neuiz.vbi proximè nu.33.Tiraq.
l.1.connub.nu.14. ad quod benè facit tex.in auth.
vt liceat matri,& auiæ §.quia verò plurimas,verſ.
Si ergò,collat.8.
52 † Ideò cùm prædicta Eliſabeth de A. non ſit
ſecura à mala tractatione viri,nec ab eo ſufficiens
cautio præſtetur pro ſecuritate, legitimè inten-
dit matrimonij ſeparationem quoàd thorum, &
mutuam cohabitationẽ cauſa ſæuitiæ perpetuò
duraturæ, d.c. literas circa fin.notabil. per Abb.
ibi nu.7. Abb.& Præpoſit.in cap.1. de diuortijs,
Palac. Rubios d. §.Tertiò ſequitur nu.6. Nauar.
conſ.5.de diuort.nu.1.Menoch.lib.2.de arbitrar.
Iudic.caſu 138.nu.5. Ant.Gomez tom.2.var.c.2.
nu.51. verſ. *ex quo*, Couarr.in 4.decretal.2.parte
c.7.§.5.nu.1. Io.Gutierr.d.c.29. nu.2.13.& 21.
tex.in cap.1.vt lite non conteſtata,vbi gloſ.verbo
ſuſpectum dicit,hic eſt vnus caſus, vbi ſpoliato vi-
ro,vxor non reſtituitur, ſcilicèt cùm timetur de
viri ſæuitia, ita Ripa in l.naturalitèr §.nihil com-
mune, nu.84.ff.de acquir.poſſeſſ. & Ant.Corſet.
in tract. regulæ, quòd ſpoliatus antè omnia reſti-
tuatur,fallent.26. Menoch.d.num.5.& de recup.
poſſ.remed.1.nu.320.Neuiz.vbi proximè nu.42.
53 † Et in conſequentiam poteſt vxor petere hac
ſeparatione quoàd thorum facta, ſibi dotem re-
ſtitui à marito,vt in c.1.vbi Abb.de donat.inter.
Bald.in d.c.1.notab.3.vt lite non conteſt.& me-

dietatem lucrorum conſtante matrimonio quæſitorum, ex c.ſignificauit, iuncta gloſ. 1.de donat. inter. & tradunt Segura in l.vnum ex familia §.ſi fundū nu.39.ff.de legat.2.Palac.Rubios in repet. rubr.§.64.nu.10.& in l.16.Tauri nu.35. vbi Caſtillo gl.magna in fi.Ant.Gom.in l.53.Tauri n.72. Couar.in 4.decret.2.par.cap.7.§.1.nu.6. Pinell.in l.1.C.de bon.mater.1.par.nu.58.Matienzo in l.2. tit.9.lib.5.recōpilat. gl.1.nu.47. Ioan. Gutierrez d.c.24.nu.14. & de iuram.confirm. 1.par.cap.1. num.61.

54 † Illud tamèn verum eſt, vxori alleganti viri ſæuitiam incumbere probandi onus hoc caſu, vt tradit Alex.conſ.47. in cauſa,& lite, lib.6.relatus per Rebuff.in repet.l.Diuus notab.3.ff.ad Senatuſconſ.Syllan. Guillelm. de Cugno. in l.illicitas §.nè potētiores ff.de off.Præſid. per tex.in Auth. de mand.Princ.§.neque collat.3. Roland.à Valle conſ.17.aſſerta, nu.2.vol.3. Ioan.Baptiſta Ferret. conſ.203.num.4.vol.1. P.Baſilius lib.9.c.23.nu.6. Hoc autèm probato iuri conſonum cenſeo, dictam Eliſabeth de A. poſſe ſeparari à dicto Doctore A. G. eius coniuge ex illius adulterio, & ſæuitia; ſaluo,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Populari in actione accuſatus ab vna, nan accuſatur ab alio, ſiuè ſit condemnatus, ſiuè abſolutus, & num.2.*

3 *Accuſatus ab vno, licèt cauſa pendeat, non accuſatur ab alio.*

4 *Delictis realibus accuſatus ab vno, non accuſatur ab alio.*

5 *Punitus condignè ab ordinario Iudice, non poteſt pro eodem facto iterum puniri à Delegato.*

6 *Peculatus crimen ceſſat lapſo quinquennio.*

7 *Pecuniam publicam qui accepit pro faciendo itinere, & ſi non fecerit, non tenetur peculatus crimine.*

8 *Decuriones non poſſunt recipere pecunias horrei publici.*

9 *Initium regulariter attenditur.*

10 *Initium attenditur in delictis, maximè ad fauorem rei, & nu.16.*

11 *Contrahēs matrimonium in gradu prohibita ignorantèr, nan incidit in cenſuras iuris, licet poſteà cohabitet ſcienter.*

12 *Coniux, qui nan præcepit coniugem occidi, & ſi occiſi mortem ratam habuerit, nan prohibetur cum ſuperſtite contrahere.*

13 *Statutum diſponens contra ingredientem poſſeſſionem non habet locum in retinente illam prius ſibi traditam.*

14 *Ingredi eſt quandò ab initia ingreditur.*

15 *Continuans poſſeſſionem, non dicitur ingredi, ſed retinere.*

17 *Peculatus crimine tenetur Magiſtratus, qui pecunias publicas de tempore ſuæ adminiſtrationis retinuit.*

18 *Peculatus crimen qualitèr diffiniatur.*

19 *Officialis, qui retinuit pecuniam publicam, quam adminiſtrabat, tenetur lege Iulia de reſiduis.*

20 *Peculatus crimen propriè committebatur, quandò pecunia, vel res pertinebat ad non recognoſcentem ſuperiorem.*

21 *Peculatus crimen extenſum eſt ad pecunias aliarum Ciuitatum.*

22 *Interpellari quandò debeat debitor, vt cōſtituatur in mora.*

23 *Onus qui habet, nan debet repelli à mercede.*

24 *Militare nema debet ſuis ſtipendijs.*

25 *Intereſt noſtra potius non impendere, aut ſoluere, quàm impenſum, aut ſolutum repetere.*

26 *Bona fide, & iuſto colore aliquid faciens, immunis eſt à pœna.*

27 *Benè dicitur fieri, quod bona fide fit.*

28 *Pœna non debet eſſe, vbi dolus non eſt.*

29 *Peculatus crimen ceſſat, ſi pecunia publica retinetur proptèr ſalarium debitum.*

30 *Peculatus crimen ex lege Iulia dolum requirit.*

31 *Soluere, & remanere creditorem eius, cui ſoluitur, graue eſt.*

32 *Pœna licèt incurratur ex diſpoſitione hominis, ceſſat, ſi ſors principalis recipitur.*

33 *Pœna legalis ceſſat in ea, qui deſtitit ab accuſatione antè ſententiam.*

34 *Iudex, qui propter baractariam erat puniendus, ſi antè ſententiam reſtituit, nan punitur pœna ordinaria.*

35 *Pœna ordinaria vbi non poteſt cadere in aliquam perſonam, imponitur arbitraria.*

35 *Pœna arbitraria in dubio debet eſſe mitior.*

P R O

Don Ludouico de Xaraua Decurione Ciuitatis Conchenſis

C V M

Ioanne de la Inçera Palacios Delatore:

A R G V M E N T V M.

An aliquis poſſit moleſtari denuò ſupèr his, pro quibus per Iudicem competentem fuit cognitum,& lata ſententia, ac paritum illi, & aliqua circa crimen peculatus.

C O N S I L I V M CXLV.

PRætendit dictus Delator, quòd dictus D.Ludouicus de Xaraua anno 1597. ſe obligauit ſoluere horreo publico, ſeù poſito tritici Ciuitatis Conchenſis triginta ſanecas, & quòd diſtulit ſolutionē illarum vſquè ad annum 1604. & quòd ex reditibus hæreditamentorum de Mezquitas, quæ ſunt propria eiuſdem Ciuitatis, retinuit anno 1601. vigintitres ſanecas cum dimidia tritici, & quadragintaſex cum dimidia ordei; eaquè de cauſa condemnandum fore; ex aduerſo autèm dictus D.Lu-

D.Ludouicus prætendit, ad querelam, ſeù dela-
tionem Antonij Mugnos Alguazelli eiuſdem Ci-
uitatis fuiſſe conuentum coram Præfecto illius,
ſeù eius Locumtenente, & ſatisfeciſſe dictam
ſummam, non obſtante, quòd prætenderet re-
tentionem ei competere pro dietis, quibus vaca-
uerat tanquàm Commiſſarius dictæ Ciuitatis in
dictis hæreditamentis de Mezquitas, exigendo
etiàm ab Affictatoribus, quod debebant, & in
fauorem illius fuerunt animaduerſa ſequentia.
1 † Primum, quòd licèt reſpectu dictæ denun-
ciationis foret locus actioni populari, accuſatus
ab vno, non poterat ab alio accuſari ſuper eadē
re, l.qui de crimine C.de accuſat. vbi dicitur: *qui
de crimine publico in accuſationem deductus eſt,
ab alio ſuper eodem crimine deferri non poteſt*, vbi
gloſſ. verbo *non poteſt*, intelligit hoc procedere,
2 † ſiuè quis fuerit condemnatus pro prima accu-
ſatione, ſiuè abſolutus, ex l.licèt §.vlt. ff. nautæ,
caupones, vel ſtabularij, vbi dicitur: *& ſi cum
exercitore egerimus, præſtare ei debemus actiones
noſtras, quamuis ex conducto actio aduerſus eos cō-
petit exercitori; ſed ſi abſolutus ſit exercitor hac
actione, deindè agatur cum nauta exceptio dabitur,
nè ſæpiùs de eiuſdem hominis admiſſo quæratur, è
contra ſi de admiſſo vnius hominis actum ſit, dein-
dè in factum actione agatur, exceptio dabitur*; com-
probat tex. in l.ſi cui §.1.ff.de accuſ. l.ſi quis ho-
micidij C.eod.tit. cap.de his, de accuſat. l.20.tit.
23.par.3.& l.12.in princ.tit.1.par.7.vbi Gregor.
Lopez gloſ.1. Anton.Gomez.tom.3.variar.cap.1.
3 num. 27. † quod etiàm locum haberet, quandò
cauſa nō fuiſſet deciſa, ſed penderet, l.hi tamèn
§.ab alio delatum ff.de accuſat. l.1.tit.29.partit.
7. aliàs enim quis duplici pœna, & à diuerſis Iu-
4 dicibus puniretur, † quod iuri repugnat, maxi-
mè in delictis realibus, l.prætor edixit §.vlt.ff.de
iniur. l.Senatus C.de accuſ. & l.item collatores §.
quoniàm C. de re milit. lib. 12. cap. at ſi clerici
§.vlt. ff. de iudic. Menoch. lib.2. de arbitr. caſu
416. num.12. & de præſumpt. lib.3. præſumpt.
112. num. 2.
5 † Præſertim, cùm ſententia Iudicis ordinarij
nullam illi gratificationem fecerit, ſed ipſum ri-
goroſiùs quàm par erat condemnauerit; quo ca-
ſu ſemel punitus, & qui ſatisfecit ſententiæ, non
poteſt iterùm moleſtari, vt ex l.ſaccularij §.ſunt
quidam ff.de extraor. crim. l.eorum ff.de pœn.
tradit Bald.conſ.34.nu.2.lib.1.& conſ.31.& 292.
vol.4.Paul.Caſt.conſ.118.par.1. Iul.Clar.in pra-
xi lib.5.§.fin.quæſt.57.nu.12. Bart.in l.ſepulchri
ff.de ſepul.viol. Ioan.Vinc.Honded.conſ.98.nu.
36.lib.1.Ioan.Petr.Bimius conſ.29.nu.8.vol.1.
6 † Præſertim, tot annis elapſis, cùm prætenſum
crimen peculatus elapſo quinquennio deduci nō
poſſit, nec ſuper eo accuſari, l.peculatus 7. ff.ad
l.Iul. peculatus, Tiber.Decian. tract.crim. lib.8.
cap.33. nu.10. Ludou.Gilhauſen.in arbore iudi-
cior.crimin.cap.29.nu.7.
Rurſus, quia quàmuis dictus D.Ludouicus re-
cepiſſet pecunias pro pretio tritici, quod ſe obli-
gauit ſoluere, vel in partem pretij, fuit in eum
verè, & realitèr tranſlatum pecuniæ dominium,
licèt ex ſua parte non adimpleuiſſet in tempore,
7 † ſicut in eo, qui pecuniam publicam accepit, vt
aliquid faceret, putà vt iret Romam, & ipſe non
iuit, quia peculatum non admiſiſſe reſoluit De-
cian.d.cap 33.nu.8.
Nec tunc temporis erat Decurio dictæ Ciui-
tatis, cuius muneris poſſeſſionem cœpit duobus
annis poſteà, & ideò non poteſt illi imputari,
8 † quòd cùm eſſet Decurio recepit pecunias po-
ſiti, ſeù horrei publici, quod prohibet lex 9.tit.5.
lib.7.nouæ recopil. procedit enim, quandò cùm
eſſet actualitèr Decurio, & recepit pecunias po-
ſiti, & non in eo, qui erat illius debitor, & non
ſoluit in tempore non compulſus, aut requiſitus
alia de cauſa, l.tutor, qui repertorium §.vertiſſe
ff.de adminiſtr.tutor. ibi: *vertiſſe in ſuos vſus pe-
cuniam non accipimus eum, qui debitor patris pu-
pilli fuit, deindè ſibi non ſoluit, hic enim eas vſuras
præſtabit, quas patri promiſerat*; cuius ratio eſt,
9 † quia regularitèr initium ſpectandum eſt, l.3.
§.ſcio ff.de minorib. l.itèm illa §.1.ff.de conſtit.
pecun. l.ſi procurator ff. mand. l. ſi filius ff.de
verbor.oblig. Andr.de Iſern. lib.2.comment. ad
Conſtit.Neap. tit.de pœna contumaciæ, Io.Cæ-
10 phal.conſ.91.num.27.tom.1. † maximè in deli-
ctis fauore rei, l.qui cùm maior verſ. *vel ſi minor*
ff.de bonis libert. l.4. §.in noxalibus ff.de noxal.
action. l.quod ait, vbi Bart.ff ad leg.Iul.de adult.
DD.in l.Gracchus C.eod.tit. Hippol.de Marſil.
ſingul.225. Ant.de Burg. in cap.cùm dilecti nu.
41. de empt.& vendit.
11 † Facit in ſimilibus terminis gloſſ.in clement.
vnic.verbo *ſcientèr* de conſang & affinit. quæ di-
cit, quòd is, qui contraxit matrimonium in gra-
du prohibito ignorantèr, non incidit in pœnam
illius clementinæ, licèt poſteà cohabitet ſcientèr,
quam gloſſ. ſequitur ibi Cardin. quæſt.3. & in
conſ.132.nu.1.Felyn.in cap.quoniàm frequentèr
§.porrò nu.23. vt lite non conteſt.& in cap.exa-
minata num.7. de iudic. Iaſ.in l.clàm poſſidere
nu.16.ff.de acquir.poſſeſſ.Franc.in cap.decreuit
de hæret.in 6. vbi gloſſ.fin.idem probat, ſequun-
tur Couar.in 4.decretal. 2.par.cap.6. §.8.nu.19.
12 Nauar.in man.cap.27.num.141.verſ. *ſexta*, † fa-
cit in ſimili gloſ.in cap.ſi quis iubente 31.quæſt.
1. verbo *occidiſſe*, quæ tenet, quòd coniux, qui,
vel quæ non præcepit coniugem occidi, & ſi oc-
ciſi mortem ratam habuerit, non prohibetur cū
ſuperſtite contrahere, tenet etiàm gloſ. fin. in
cap.1.de conuerſ.infidel.
13 † Facit etiàm alia bona determinatio Alexan-
dri conſ.83.viſa facti narratione num.4.lib.2.vbi
ait, quòd ſtatutum loquens contra ingredientem
poſſeſſionem, non habet locum in retinente ipſā
14 anteà ſibi traditam; † nàm ingredi eſt, quandò
ab initio ingreditur, vt in d.l.clàm poſſidere in
princ.& in l.ſi id, quod §.1.ff.de acquir.poſſeſſ.
& in cap.1. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. lib. 6.
15 cap.eum, qui de præbend. eod.lib. † ſed qui nō
apprehendit de nouo, ſed continuat poſſeſſionē,
non dicitur ipſam ingredi, ſed retinere, vt in
cap.ex literis de deſponſ.impuber.& in d.l.ſi id,
quod ff.de acquir. poſſeſſ. & in cap.monachum
2.quæſt.1. l.1. C.commun.de leg. gloſ.verbo *in-
nouari* in clem.2. vt lite pend. Ioan.Andr.in rub.
eod.tit. Bertrand.conſ.253. incip. teſtes num.1.
vol.2. & ita cauſa dicti D. Ludouici in hoc pun-
cto

Digitized by Google

ctio non debet conſiderari tanquàm Decurionis,
ſed tanquã cuiuſuis priuati, non obſtante, quòd
tempore latæ dictæ ſeotentiæ iàm eſſet Decurio,
16 † quia in delictis atteoditur initiũ,& non tẽpus
latæ ſentẽtię,l.1.ff.de pœn.l.1.§.1.ff.ad S.C.Syl-
lanian.l.ſi quis decurio 21. C.ad leg.Cornel.de
falſ.Morla in emporio iuris 1.par. tit.1.quæſt.6.
num.19.

Vlteriùs,quia reſpectu quantitatis, cuius fue-
rat debitor horreo publico, eſt animaduerteo-
dum, quòd quàmuis illius adminiſtratio ad Ci-
uitatem pertineat, ceſſat crimen peculatus, du-
17 plici ratione: Prima,quia licèt animaduerſio pe-
culatus procedat contra Iudices, qui tempore
ſuæ adminiſtrationis pecunias publicas ſubtra-
xerunt, & eos, qui ſcientèr ab his pecuoias ſub-
tractas ſuſceperunt,l.fin.ff.ad leg.Iul.pcculatus,
18 † vndè Labeo peculatum ſic definiebat, quòd
eſſet pecuniæ publicæ,aut ſacræ furtum non ab
eo factum, cuius periculo fuit, l. ſacrilegi §.1. ff.
ad leg.Iul. pecul. Diuus Iſidor. lib.5. ethimolog.
cap.26.Tiber.Decian.lib.8.tract.crimin. cap.28.
num.2.& 6. vbi citat Iul.Paul.lib.5.ſentent. cap.
19.idem Decian.cap.32.nu.4.Ludou.Gilhauſen.
vbi ſuprà nu.5. Menoch. cent.6.de arbitr.Iudic.
19 caſu 586.nu.1.& ſeqq. † & ſimilitèr l.Iulia de
reſiduis procedat cõtra Officialem, apud quem
pecunia publica, quã adminiſtrabat, tota, vel ali-
qua pars reſedit,vel ſi pecuniam publicam in ali-
quem vſum receptam retinuit, & non erogauit,
l.2.ff.ad leg.Iul.pecul. Paris de Puteo in tract.de
ſyndic.verbo *Iudicer* cap.3.nu.2. Reg.Io.Franc.
de Ponte deciſ.Collat.Conſ.Neap.7.num.2.& 3.
dictus D.Ludouicus non fuit Iudex, nec admini-
ſtrator horrei publici,ſed priuatus illius debitor,
optimè Ioan.Ant.Lanar.conſ.93.à nu.1.

20 † Rurſus, quia ſi verè, & propriè accipiamus
crimen peculatus, ſolummodò dicitur, quandò
pecunia,vel res pertineret ad Imperiũ, vel Rem-
publicam,Dnminum,vel Communitatem non
recognoſcentem ſuperiorem, l.3.§.1. ff.ad l.Iul.
pecul.l.4.§.vlt.eod.tit.gloſ.verbo *publicas* in l.1.
C.eodem, & ita intelligit Paul.de Caſtro conſil.
141.viſa quadam nu.4.par.1.dicens,ſecùs eſſe,
quandò ad aliquod municipium recognoſcens
ſuperiorem pertineret,quia habetur loco priua-
ti, l.qui pecuniam 83.ff.de furt.l.eum,qui vecti-
gal ff.de verbor.ſignif. l.14.tit.14.partit.7. Anto.
Auguſtin.lib.1.emendat.iur.ciuil.cap.3. Cæpoll.
conſ.30. nu.35.Tiber. Decian. tract.crim. lib.8.
cap.28.nu.11. Vinc.de Franch. deciſ.315. par.2.
Petr.Caball. reſol.crim.caſu 99. nu.4.6.& ſeqq.
Ludou. Gilhauſen. in arbore Iudicior.criminal.
tit.28.nu.6. ponderans l.bona Ciuitatis 15. ff.de
21 verbor.ſignif. & ſi ſit ampliatum ad ſurripientes
cuiuſuis Ciuitatis pecunias,ex d.l.4.§.vlt. ſentiat
Duaren.lib.2.diſput.cap.26. Menoc.centur.6.de
arbitr.Iudic. caſu 586. nu.16.Paul.Caſtr.conſ.9.
num.1. par.3.

22 † Debet animaduerti, quòd non fuit interpel-
latus,nec iudicialitèr cõuentus,vt ſolueret,quod
videbatur neceſſarium, ex l.mora 32. ff.de vſur.
quæ ait: *mora fieri intelligitur non ex re, ſed ex
perſona, ideſt ſi interpellatur opportuno loco non
ſoluerit, quod apud Iudicem examinabitur*; nàm
vt Pomponius lib.12. epiſt. ſcripſit: *difficilis eſt
huius rei diffinitio,* pulchrè Hugo Donell.tract.de
mora verſ.*hoc ſolùm*,& verſ.*in ſumma*.

Reſpectu autèm eius,quod retinuit ex fructi-
bus hæreditamentorum de Mezquitas, animad-
uertendum eſt, quod vt ex actis, & proceſſu
cauſæ apparet, fuit deſtinatus Commiſſarius à
dicta Ciuitate, vt accederet ad recognoſcen-
dum territoria ſecundùm eorum limites, nè pro
parte Domini Villæ de Valuerde (vt fama erat)
indebitè occuparentur, neuè Ciuitatis colonos
moleſtaret,vt ea deſererent,nec eſſent,qui occu-
pationibus ſe opponerent,quo in munere dictus
D. Ludouicus per plures dies vacauit maximis
expenſis tàm perſonæ ſuæ, quàm famulorum, vt
neceſſarium erat tàm reſpectu ſuæ qualitatis,
quàm auctoritatis Ciuitatis prædictæ, quam re-
preſentabat vt illius Cõmiſſarius, & ideò potuit
retinere dictam quantitatem frumenti,& ordei,
donec ſibi ſatisfactum foret de ſalarin dietarum,
23 quibus vacauit pro ſeruitio Ciuitatis; † nàm
qui ad onus eligitur, repelli non debet à merce-
de, cap.cùm ſecundùm 16.de præbend.cap.cha-
ritatem 12.quæſt.2. l.fin. §.ſed cùm ff.de furt. l.
24 ſecundùm naturam ff.de reg.iur. † nec etiàm
id debebat facere ſuis ſtipendijs, iuxta illud Diui
Pauli ad Corinth.cap.9.cuius meminit Mar.Ant.
Columna tract.de eccleſ.reddit.orig.3.par.c.26.
25 num. 9. † intererat enim eius, vel non impen-
dere,quàm impenſam repetere, l.emptor 12. vbi
gloſ.ff.de aqua plu.arc. ſicut non ſoluere, quàm
ſolutum repetere, l.ideò 3. ff.de compenſat. l.ſi
ſtipulatus eſſes 1.reſponſ.in fin. ff.de fideiuſſ.

26 † Et cùm fecerit bona fide, iuſto colore, &
abſquè dolo, & malitia credens veriſimilitèr, id
ſibi licuiſſe,eſt immunis à pœna, l.ſi ſeruum §.nõ
dixit,vbi gloſ.verbo *amoueris* ff.de acquir.hered.
27 l.quàmuis ff.de condit.& demonſtr. † nàm be-
nè dicitur fieri,quod bona fide fit, gloſ.in l.eum,
qui §.in popularibus, verbo *fuerit* ff. de iure iur.
Bald.conſ.414.incip. verba dicunt lib.1. Aymon
28 Crau.conſ.8.nu.31.lib.1. † & quia debet abeſſe
pœna, vbi dolus abeſt, l.cùm autèm §.excipitur,
verbo *capitalem* ff.de ædilit.edict.Bart.in l.quid
ergò §.pœna grauior circ.med.ff.de his,qui not.
infam. Roland.à Valle conſ.70.nu.15. vol.3. Al-
ciat. reſponſ. 479. num. 43. nec tali caſu habent
locum ſtatuta pœnalia, Iaſ.in l. lex eſt verſ. *item
adde* ff.de legib. Ioan.Cæphal.conſ.76.num.90.
tom. 1.

29 † Et in noſtriſmet terminis reſoluit doctè Me-
noch.lib.2.de arbitr.Iudic.caſu 586. nu.19.quòd
qui retinuit pecuniam publicã ob ſalarium ſibi
debitum non incidit in pœnã peculatus,& quòd
non ſatis rectè reſpnndit Alex. conſ.206. num.7.
lib.2.cùm dixit,Referendarium Placentiæ iure
condemnatum fuiſſe in quadruplo, ob id, quòd
Principis pecuniam à ſe exactam pro ſuo ſalario
ſibi retinuiſſet, quia Referendarius ille ſine dolo
30 iure credens potuiſſe id facere, retinuit, † & l.
Iulia peculatus dolum requirit, d.l.1.in fin. ff.ad
leg. Iul. pecul. vbi adnotarunt Bart.& reliqui, &
Decian.lib.8.tract.crimin.cap.32.nu.1. & ita di-
ctus D.Ludouicus non ex eo,quòd retinuerit di-
ctam quantitatem tritici, & ordei in computum
ſalarij

Digitized by Google

ſa'arij ei debiti pro tempore dictæ commiſſio-
nis non deliquit, imò fuit grauatus ex prima ſen-
tentia, quæ decreuit, quòd antè omnia ſolueret,
vt fecit, peteretq; demùm à Ciuitate dicta ſala-
31 ria, † cùm multum graue ſit, quòd quis cogatur
ſoluere, & remaneat creditor illius, cui ſoluit,
Marius Giurba conſ.72.nu.31.

Et quādò ſupradictæ reſolutiones aliquod pa-
terentur dubium, ſuppoſito, quòd dictus D. Lu-
douicus per tot tempora anteà, & pro executio-
ne dictæ primæ ſententiæ ſatisfactum habet, ceſ-
ſauit ſecunda delatio, nec poteſt Iudex delegatus
in ea procedere ad prolationem alterius ſenten-
32 tiæ, † tùm quia etſi aliqua pœna ex diſpoſitione
hominis ſit incurſa, ceſſat ſorte principali rece-
pta, vt reſoluit Menoch. lib. 3. præſumpt.45. nu.
17. l. qui per colluſionem §.1. ff. de actio. empt.
Innoc. in cap. grauis de reſtit. ſpol. Beroius conſ.
200. nu.4.19. & ſeq. vol.1. Curt. iun. conſ.239. in
fin. vol.3. Cæſar Vrſill. ad Afflict. deciſ. Neap.154.
num.8. idem Menoc. præſumpt.113. nu.1. lib.3.
33 Rota Genuen. deciſ.61, & 200. † & qui antè ſen-
tentiam deſtitit à proſequutione cauſæ, excuſa-
tur à pœna legali, vt per Alex. conſ.198. nu.7. & 8.
34 lib.6. † ſimilitèr, quia vbi Iudex propter barat-
tariam aliqua veniebat pœna puniēdus, ſi tamèn
antè ſententiam reſtituerit, non pœna ordinaria
puniri deberet, ex traditis per Azeued. in l.1.
35 tit.6. lib.3. nouæ recop. nu.25. † pro quo eſt lex
accuſare, §. omnibus ff. de accuſat. vbi habetur,
quòd quandò pœna impoſita à lege, non poteſt
cadere in aliquam perſonam ex aliqua cauſa, im-
ponitur arbitraria, l. hodiè cum ſimilibus ff. de
pœnis, Ant. Gomez. in l.83. Tauri nu.13. Matth.
de Afflict. deciſ. Neap. vlt. num.18. Bertacch. in
repert. verbo *falſarius* verſ.99. Gregor. Lopez in
l.6. tit.7. par.7. gloſ. verbo *deſterrado*, Azeued. in
36 l.2. tit.7. lib.5. recopil. nu.7. † & ita quandò ad-
uerſus dictū D. Ludouicum foret locus arbitrio,
illud debebat eſſe ad pœnam, & condemnationē
multùm leuem, l. ſemper in obſcuris ff. de regul.
iur. cap. diſciplina 75. diſtinct. Alex. conſ.110. nu.
5. lib.4. Morla in emporio iuris 1. par. tit.2. nu.12
Imò ſi verum diligitur, debet omninò abſolui,
cùm nullatènus ſit debitor horrei publici, nec
Ciuitatis, ſed creditor illius, vt ſupra fundatum
eſt, & ita mihi videtur, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *DEcimas ſoluendi præceptum omnes comprehendit.*
2 *Parochus in decimis habet intentionem fundatam in ſua Parochia quoàd omnes.*
3 *Decimæ prædiales ad Rectorem pertinent pro ſua portione.*
4 *Clerici, & Epiſcopi continentur ſub præcepto decimandi.*
5 *Decima quoàd quotam eſt iuris poſitiui, quò verò ad Miniſtrorum ſuſtentationem iuris diuini, & num. 9.*
6 *Conſuetudine minui poteſt decima prædialis, aut perſonalis.*
7 *Conſuetudo in multis iuris articulis attenditur.*
8 *Conſuetudo attenditur in decimis.*
10 *Conſuetudo, quòd non ſoluatur decima de paſcuis, valet.*
11 *Clerici capaces ſunt quaſi poſſeſſionis iuris ſpiritualis.*
12 *Clerici contra alios clericos poſſunt præſcribere decimas.*
13 *Clerici poſſunt præſcribere libertatem nō ſoluendi certas decimas Parocho.*
14 *Quandò non ineſt id, de quo erat maior ratio, nec inerit id, de quo erat minor.*
15 *Conſuetudo in dubio præſumitur proceſſiſſe à iuſta cauſa.*
16 *Decimæ præſcribuntur tempore annorum 40. & num.21.*
17 *Titulus an ſit neceſſarius in præſcriptione quadragenaria decimarum.*
18 *Bona fides præſumitur in dubio.*
19 *Bona fides præſumitur ex longi temporis tranſcurſu, etiam ſi non appareat titulus, & nu. 20.*
22 *Decimæ dicuntur habere cauſam continuam, & quarè.*
23 *Papa poteſt concedere priuilegium non ſoluendi decimas clericis, aut religioſis.*
24 *Conſuetudo antiquiſſima æquiparatur priuilegio cum cauſa, & ex certa ſcientia conceſſo, & nu.25.*
26 *Tempus quadraginta annorum cum titulo ſufficit et etiam quando ius commune reſiſtit.*
27 *Immemoriale tempus habetur pro titulo.*
28 *Immemoriali probata, probatur titulus, & bona fides.*
29 *Immemorialis præſcriptio inducit præſumptionem iuris, & de iure.*
30 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*
31 *Priuilegium de non ſoluendis decimis, ad terras poſtea quæſitas regularitèr non extenditur, & quandò ſecùs ſit.*
32 *Conſuetudo Ciuitatis, vel Regni, extenditur ad loca adiuncta, vel de nouo creata.*
33 *Priuilegium de non ſoluendis decimis ex fructibus proprio labore perceptis, ad terras poſteà quæſitas extenditur.*
34 *Decimarum conceſſio facta clericis eſt amplianda.*
35 *Præſcriptio non ſoluendi decimas oliuarum valet.*
36 *Res eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
37 *Partes duæ requiruntur ad præiudicandum minori parti.*
38 *Maior pars non præiudicat minori in remiſſione iurium Vniuerſitatis.*
39 *Plures vbi concorditèr voluerunt litigare, debent concorditèr cedere liti.*
40 *Præſcriptio contra aliquos particulares de Vniuerſitate, alijs non nocet.*
41 *Iuriſdictione vſus in aliquos de populo, nō acquirit eam in alios.*
42 *Interruptio contra vnum ex pluribus nec nocet, nec prodeſt alijs.*
43 *Interruptio facta in præparatorijs, non prodeſt in præparatis.*
44 *Ius alicui quæſitum per immemorialem, non tollitur ſinè illius facto.*
45 *Mutare conſilium quis non poteſt in damnum alterius.*
46 *Nouitates pariunt diſcordias.*

Digitized by Google

47 *Nouitas omnis præſumitur mala.*
48 *Nouitates inducens, reprehendi debet.*
49 *Nouitas inducenda non eſt in homagijs.*
50 *Diſcordiarum materia eſt amputanda.*
51 *Nouitates introducere in decimis qui conatur, debet repelli, & conſuetudo obſeruari.*
52 *Hiſpaniarum legibus prohibetur, nouitatem induci in exactione decimarum.*
53 *Galliarum legibus, & conſuetudinibus prohibetur nouitas in decimis.*

ARGVMENTVM.

Clerici exiſtentes in quaſi poſſeſſione non ſoluendi decimas de eorum oliuis Parocho, & alijs Participantibus an poſſint ſe tueri, & defendere temporis præſcriptione ab illarum ſolutione?

CONSILIVM CXLVI.

SVpponitur in facto, quòd Clerus
Villæ de Villanueua de la Xara
diœceſis Conchenſis, & Clerici particulares ab antiquiſſimo
tempore sũt in quaſi poſſeſſione non ſoluendi decimas oliuarum, aut olei etiàm à tempore
immemoriali ex eorum oliuis,
& oliuetis, & ad præſens nouitèr prætẽditur pro
parte Doctoris Petri de Neruias Parochi dictæ
Villæ, & annexorum, quòd debent cogi ad ſoluẽdum decimas, & pro parte dicti Cleri prætenditur eſſe abſoluendos, & manutenendos in dicta
1 eorum quaſi poſſeſſione; quo ſuppoſito, † & ſi
præceptum ſoluendi decimas de omnibus fructibus videatur omnes comprehendere, Exodi
cap. 22. Numeror. cap. 18. Deuteron. eod. cap. 2.
Paralipom. cap. 31. Leuit. cap. fin. Lucæ 18. *Decimas do omnium, quæ poſſideo*, Suar. alleg. 28. nu. 5.
Nauar. conſ. 2. de decim. nu. 1. Malachiæ 3. quibus Deus ab earum ſolutione neminem excepit,
vt tradit Abb. in cap. à nobis, per tex. ibi de decim. & in rubr. num. 2. eod. tit. Rota in nouis deciſ. 15. de iudic. & deciſ. 1. nu. 2. de decim. in antiq. gloſ. verbo *Pontifex*, in l. munerũ §. patrimoniorũ ff. de muner. & honor. cap. 1. de præſcript.
lib. 6. Trident. ſeſſ. 25. decreto de reformat. cap.
12. Rol. à Valle conſ. 53. incip. inſpectis his nu. 2.
2 vol. 4. † Parochus habebit ſuam intentionẽ iure
communi fundatam contra omnes de ſua Parochia, cap. 1. & ſeqq. 16. quæſt. 7. Anton. de Butrio
3 in d. cap. à nobis num. 4. † quia ad talem Rectorem de iure pertinent, cap. cùm contingat de
decim. clem. vnic. eod. tit. & vtrobique Abb. Iacob. Puteus lib. 1. deciſ. 371. num. 2. & eſt text. in
cap. ad decimas de reſtit. ſpoliat. lib. 6. Paul. de
Caſtr. conſ. 116. incip. in quæſtione num. 2. vol. 2.
4 † vndè Clerici, Epiſcopi, & alij ſimiles ſub dicto præcepto continentur, vt ex tex. ita communitèr intellecto in cap. 2. de decim. tradũt ibi Innoc. num. 1. Ioan. Andr. Anton. Imola, & communitèr DD. ibi, vt ex Abbate num. 4. idem Anton.
in cap. 1. num. 7. eod. tit. attenta deciſ. cap. ſi quis
laicus 42. 16. quæſt. 1. iuncta gloſ. 1. ibi l. 2. tit. 20.
par. 1. vbi Gregor. Lopez gloſ. 2. l. 2. tit. 5. lib. 1. ordinam. hodiè l. 2. tit. 5. lib. recopilat. vbi Azeued.
nu. 1. 2. & 13. & ex D. Thoma 2. 2. quæſt. 87. art. 4.
tradunt Rebuff. in tract. de decim. quæſt. 5. nu. 6.
Couar. lib. 1. variar. cap. 17. nu. 8. verſ. *primum*, &
in Epiſcopatu Conchenſi Conſtitutio Synodalis
4. tit. de decim. inter conſtitutiones Epiſcopi D.
Didaci Ramirez.

His tamen non obſtantibus, Clerici, qui fuerũt
in quaſi poſſeſſione non ſoluendi decimas oliuarum, vel olei ab immemoriali tẽpore modò, ac
in poſterùm ad ſolutionem earum, aut alicuius
earum partis cogi non debent, ad cuius concluſionis, quæ veriſſima eſt, confirmationem illud in
5 primis animaduertendum eſt, † Decimam quantùm ad quotam, ideſt decimam fructuũ partem
non naturalis, aut diuini iuris eſſe, imò iure humano Pontificio ſub euangelica lege inductam,
ſed ſolummodò quoàd ſuſtentationem neceſſariam miniſtrorum, Nauarrus conſ. 1. de decimis
nu. 1. & 3. nàm quoàd hanc ſunt iuris diuini, tamèn quantitatem Eccleſia ſtatuit, vt tradit, &
comprobat Marc. Ant. Columna in tract. de eccleſiaſticorũ redditiuum orig. 3. par. c. 28. nu. 20.
vã doctè tradit Couarr. d. c. 17. nu. 4. Benedictus
Capra reg. 98. nu. 2. & 19. Kircouius inter communes Doctorum opiniones lib. 1. tit. de decimis
nu. 7. indicat Conc. Trid. dicto c. 12. ibi, *Vt eas, ad*
6 *quas de iure tenentur*, † ideò conſuetudine diminui poſſe tàm prædiales, quàm perſonales probat tex. in c. in aliquibus §. vlt. de decim. & tradit
Hoſt. in ſum. eiuſdem tit. num. 17. Guido Papæ
deciſ. 284. dicens, ita ſeruari in Senatu Grationo-
pòlitano, Couarr. vbi proximè nu. 2. verſ. *quartò*,
& nu. 8. verſ. *ſextò*, Greg. Lopez in l. 1. tit. 20. partita 1. gl. 3. verſ. *Tertia concluſio*, Bal. in l. competit
1. lectura nu. 3. & 2. lect. num. 1. C. de præſcript.
triginta annor. Rebuff. in tract. de decimis q. 13.
nu. 57. loquentes etiàm in fortioribus terminis,
ſcilicèt in laico, neque ſecundùm eum, num. 58.
obſtabit integrè ſoluendã eſſe decimam, c. commiſſum, iuncta gloſ. verbo *integritate*, de decimis,
iunctis quæ tradit Io. And. in cap. à nobis num. 8.
Ant. de Butrio in c. cùm homines, nu. 5. eod. tit.
& in proœm. tit. 20. par. 1. quia debet intelligi de
integritate præſtari ſolita, d. cap. commiſſum.
7 † Vltra enim, quòd multis in caſibus conſuetudinem inſpiciendam iura decernũt, l. ſi publicanus
§. fin. l. licitatio §. earum ff. de publican. & vectig.
l. 1. in fi. C. de paſcuis publicis lib. 11. c. certificari
8 de ſepult. c. ad Apoſtolicam de ſimon. † id ſpecialitèr obtinet in decimis, d. c. in aliquibus, vbi
communis, c. cùm ſint homines, c. ad Apoſtolicę,
d. c. commiſſum de decimis, Io. Andr. in cap. fin.
nu. 5. de Parochijs, Alex. cõſ. 123. nu. 2. in fi. vol. 5.
Ant. Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de conſuet. concl. 1.
nu. 15. Rebuff. vbi proximè q. 6. num. 1. latè Ioan.
Gutierr. lib. 1. pract. quæſt. q. 19. num. 3. Nauarr.
in manuali c. 21. nu. 28. & conſ. 2. nu. 3. & conſ. 1.
9 de decim. nu. 1. † Ea autèm decima tãtummodò
iure diuino lata eſt, quę ad alimenta, congruamq;
ſuſtentationem ſpiritualia miniſtrantibus neceſ-

faria

Digitized by Google

ſaria eſt,vt reſoluit Couarr. vbi proximè num.2.
ad fin. Vndè procedit,poſſe Pontificem ad tem-
pus, vel in perpetuum laico ius decimādi remit-
tere, vt poſt gl.in c.de decimis 45.in fi.gl.16.q.1.
tradit Greg.Lopez in l.22.per tex.ibi tit.20.p.1.
gloſ.1. gloſ.verbo *exemptus* in dicto cap.à nobis.
Eſtquè communis opinio,vt per Seluam in tract.
de beneficio 2.par. q.1.num.24. & q.23.num.9.
Rebuff.d.tract.de decimis q.13.num.110. Vndè
10 idem operari debebit conſuetudo. † Ex quo
notabilitèr Paulus de Caſt.conſ.17.incip.in cauſa
decimali nu.1. vol.2. tenet,quòd licèt iure com-
muni de fœno è paſcuis ſecto decima ſolui de-
beat,cap.peruenit,& cap.commiſſum de decim.
l.2.tit.20.par.1.& per Rebuff.vbi proximè q.8.
nu.9.tamèn conſuetudini,qua de terris pratiuis,
& paſcuis decimam non ſolui introductum eſt,
ſtandum erit, ideòque nec de fœno ſoluetur,
cuius dictum ſequitur Couar. d. cap.17. num.8.
verſ.*ſeptimo*,cuius authoritate ait, eodem iure
legitimo defendi conſuetudinem paſſim Orbe
Chriſtiano vigentem; vt ex certis fructibus nulla
ſoluatur decima, nec aliqua eius portio, & indè
validam eam,quæ habet, nec de herbis, aut oleo
decimā ſolui, dummodò ex alijs reditibus iuſta
Sacerdotū ſuſtentatio ſuperſit,& dicit Io.Franc.
Leon.in theſaur.fori Eccleſ.par.2.cap.12.de de-
cim. nu.12.& 48. quòd conſuetudo, quæ paſſim
in toto terrarum Orbe viget, quòd de quibuſdā
fructibus nulla debeatur decima,vel portio,vt de
minutis etiàm mixtis,nempè de fœno, herbas,
oleo, leguminibus, caſeo,ouis,animalibus eſt va-
lida, S.Thom.in 2.2.quæſt.87.art.2.ad 3. in fine,
Aſtenſ.in ſumma rubr.de decim.44.art.in fine,
Rebuff.de decim. quæſt.13.nu.51. Moneta eod.
tract. cap.5. num.93. & 94. quod in noſtro caſu
apertè militat, cùm in toto Epiſcopatus Con-
chenſis diſtrictu nullum ita pingue, ac fructibus
decimalibus abundans beneficiū ſit, quàm dictæ
11 Villæ de Villanueua *la Iara*; † indè cùm clerici
capaces ſint quaſi poſſeſſionis ſpiritualiū, tit. de
præbend.per tot.cap.duo ſunt, cap.fr.Imperator
96.diſt. & in decimis facit cap. cùm apoſtolicæ,
de his, quæ fiunt à Prælat.cap.fin. §.ſanè de de-
cim. in 6. ratione dictæ conſuetudinis decimas
oliuarum non ſoluendi poſſunt legitimè tàm de-
cimas,quàm ius priuatiuum eas non ſoluēdi tue-
ri,quia vt notabilitèr gloſ.verbo *loci conſuetudine*
12 in d.cap.in aliquibus tenet, † Clerici,vel Eccle-
ſiæ contra alios clericos non ſolùm partem, ſed
etiàm totam decimam præſcribere poſsūt, gloſ.
verbo *quia præſumpta* in cap. quia cognouimus
10.quæſt.3. quos ſequitur Felyn. in cap. cauſam
nu.1.in fin.de præſcript. Ioan.Anton.de Nigris
cap.Regni Neap. cap.volumus rub.72.de decim.
nu.12. dicens,quòd licèt Clerici, & Eccleſiæ ha-
bētes prædia in Parochia aliena,de iure teneātur
ſoluere decimas in dicta Parochia, excepto de
dote Eccleſiæ, cap.2. vbi gloſ.de decim. cap.di-
lecti, cap.ſuggeſtum,& cap.ex parte eod.tit. ta-
mèn poſſunt Clerici religioſi, ſeù Eccleſiæ præ-
ſcribere libertatem non ſoluendi decimas, gloſ.
fin.in cap.in aliquibus de decim. & cap.quia co-
gnouimus 10.quæſt.3.quæ gloſ.dicūt,quòd Cle-
rici, & Eccleſia contra Clericos nedùm partem
præſcribere poſſunt,ſed etiàm totam decimam,
tenet Felyn. in cap. cauſam, quæ de præſcript.
quem ſequitur Marc.Ant.Genuenſ. Epiſc.Iſern.
in practicab.Eccleſ. quæſt.662.nu.2.
13 † Et licèt Rebuff.in tract.de decim.quæſt.13.
nu.60.poſt Abb.in cap.fin.nu.5.de Paroch.gloſ.
in d.cap.in aliquibus alio modo intelligat,ſcilicèt
Eccleſiam,vel clericum per præſcriptionem to-
tam alterius Parochiā præſcribere,& in ſe tranſ-
ferre poſſe, libertatem autèm non ſoluendi ſe-
cùs,contraria tamen opinio verior eſt, quia cùm
Parochus victum,congruamq; ſuſtentationem
ex alijs fructibus,imò exceſſiuam habeat,dicta
conſuetudo, & præſcriptio erit valida, & ita vl-
tra ſupra relatos tenet Couar. d. cap.17. num.8.
verſ. *primum* in fin.dicens,poſſe clericos,etiàm ſi
Eccleſiarum Rectores non ſint,conſuetudine,vel
præſcriptione eximi à ſolutione decimarum per-
ſonalium, & prædialium, etiàm prædiorū patri-
monialium, in alterius Parochia exiſtentium,
ideòq; vt tradit Dominic.in cap.2.§.penul. nu.3.
de decim.lib.6.& repetit Couar.num.10. clerici
poſſunt acquirere exemptionē iſtam quòad to-
tam decimam, quorum opinionē tanquàm com-
munem ſequuntur Bonacoſſ.inter com. opin. d.
tit. de decimis concluſ. 6. & alij plures relati ab
Azeued.in l. 1.tit.5.lib.1.recopil. & ex Abulenſe
ſuper Matth. quæſt.78. quòad quotam expreſsè
tradit Gregor.Lopez in d.l.1.tit.20.par.1.gloſ.3.
verſ. *tertia concluſio*, & adhùc opinio Rebuff. ad
iſtum caſum eſt extendenda, quia cùm loquatur
in fortioribus terminis, & in quibus maior erat
difficultas,procedere debebit in caſu,in quo nō
14 eſt tanta, † quia quandò id,de quo magis ineſſe
videtur,non ineſt nec id, de quo minus,cap.licèt
vniuerſis, vbi gloſ.verbo *multo minus* de teſtib. l.
1. C.de negot.geſt. l.nec ex vera C.de acquiren.
poſſeſſ.Bald.in l.ſi.emancipati nu.1. C.de collat.
iuncta ſententia Ozerij in princ.nu.14.Inſt.quib.
modis recontrahitur obligatio.

Quarè ſolùm erit dubium de tempore ad ta-
lis conſuetudinis præſcriptionem requiſito, ad
15 quod illud omninò notandum eſt, † quòd con-
ſuetudo in dubio à iuſta cauſa proceſſiſſe præſu-
mitur,vt poſt Bald. in l.de quibus ff.de legibus
tradit Alex.d.conſ.123.incip. circa primū nu.2.
16 vol.5. † cuius præſcriptionis legitimum tempus
40. annis circumcluditur, ſecundùm Rebuff. in
cap.extirpandæ §.qui verò poſt medium,verſ.*&*
vnum aliud, de præbend. Rota in nouis deciſ.6.
nu.5.de conſuet.etiàm ſi eſſet contra ius,vt tra-
dit Altamiran.in tit.de viſit.verb.*& alij inferiores*
num.32.& ex l.omnes C.de præſcript. 30.annor.
cap.placuit §.poteſt 16.quæſt.3. communem di-
cens tradit Couar.in reg.poſſeſſor 2.par.§.5. nu.
17 2. verſ.*ſecunda concluſio*, † qui etiàm in fortiori-
bus terminis tenet,prædicto tempore titulum
neceſſarium non eſſe, quandò priuatus contra
Eccleſiam 40.annis præſcripſiſſet,ex Abb.in cap.
de quarta nu.14. de præſcript. ſed ſolam bonam
18 fidem, † hæc tamèn in dubio præſumitur, gloſ.
verbo *probetur* in l.ſupèr longi C. de præſcript.
long.tempor.& ibi Bald.in addit. num.2.& poſt
19 Innoc. & alios in cap.2. de in integr. reſtit. † ex
dicto longo tempore præſumi tradit Alex. conſ.

71.incip.

71.incip.videretur nu.1.vol.1.& conſ.203.incip.
perſpectis his nu.12.vol.6. Roland. à Valle conſ.
3.nu.94.vol.1. Anton.Gabr.lib.1.concluſ. tit.de
30 præſumpt. concluſ.1.num.41. † etiàm ſi titulus
non appareat, gloſ.verbo *tenuerit* in l.ſi quis em-
ptionis C.de præſcript.30.annor.& in §.1.verſic.
qui bona, Iuſtit.de vſucapion.verbo *ſacræ*, in cap.
Sanctorum,vbi Abbas de præſcript.latè ſuo mo-
re Tiraquell. in tract. de præſcript. §.1. gloſ. 2.
31 verſ. *bona autem fides*. † Quarè ſufficiet tempus
40. annorum etiàm contra Eccleſiam,nec requi-
ritur duplicatum tempus,vt optimè tradit Abb.
32 in cap.accedentibus num.2. de priuileg. † quia
decimæ habent cauſam continuam, quia quoti-
diè poſſunt exigi,vt tradit Guido Papæ dec.266.
num.2. ideò cùm non ſolùm per 40. annos, ſed
etiàm ab immemoriali tempore prædictus Cle-
rus de Villanueua de la Iara,& omnes quicunque
Clerici, qui pro tempore fuerunt nunquàm ſol-
uerint, & in quaſi poſſeſſione non ſoluēdi dictas
ſuarum oliuarū decimas fuerint, docto de dicta
immemoriali,& negatiua poſſeſſione,nec titulū,
aut bonam fidem, aliuduè iuris adminiculū pro-
bare neceſſe habent, quod ex ſeqq. pluſquàm
33 manifeſtum apparebit, † quia quemadmodùm
Papa poteſt concedere priuilegium de non ſol-
uendis decimis clericorum, aut religioſorum fa-
uore, cap.ex parte, cap.nupèr de decim. & cap.
ſi terra,vbi Abb.nu.3.de priuil. l.4. tit.20. par.1.
Decius in cap.cùm ordinē in princ. de reſcript.
34 Aymon Crau. conſ.21.nu.2. † ita & conſuetu-
dine id introduci poterit, cùm priuilegio æqui-
patetur, cap. ſupèr quibuſdam, iuncta gloſ. de
verborum ſignif. Bart.1.conſt.digeſtorum §. hæc
autèm tria nu.3. l.domini prædiorū C.de agric.
& cenſit.lib.11. Bal.in l.omnes nu.7.C. ſine cen-
ſu, vel reliquis, & in l.exemplo nu.5. C.de pro-
bationib.Altamiran.vbi ſupra, verbo *non obſtan-
tibus* nu.10. idem Bal.in l.ſi ſolemnibus nu.3. C.
de fide inſtrum. Abb.in cap. cùm nobis nu.4. de
præſcript. & ex cap. duo ſimul, de offic. ordin.
cap.cùm contingat de foro compet. Felyn. in
cap.accedentes nu.6.de præſcript. cap.contra
morem 4.diſtinct. Iaſ. in l.is, qui putat num.10.
35 vbi latè Additio ff.de acquir.hered. † imò habet
vim priuilegij ex certa ſciētia, & cum cauſa con-
ceſſi, idem Iaſ.in d.l.de quibus nu.43.vbi Maſue.
ad eum ff.de legib.Caſtill.in l.41.Tauri gloſ.ver-
bo *coſtumbre*, Gregor. Lopez in l.3.tit.7. par.5.
36 gl.2. & 3. † & ſicut quandò ius commune reſi-
ſtit, ſufficit ad præſcriptionem 40.annorū tem-
pus cum titulo, vt doctè tradit Abb. & Additio
ad eum in d.cap. de quarta nu.26. de præſcript.
37 ſufficiet immemorialis, † quæ pro titulo habe-
tur, l.hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua pluuia
arcend. d. cap. ſuper quibuſdam, & in decimis
quandò adeſſet iuris communis reſiſtentia,cap.1.
de præſcript.lib.6. doctè Couar.in reg.poſſeſſor
2.par.§.3.nu.7.& §.5.num.2. verſ.*tertia concluſio*,
Roland.à Valle conſ.89. incip. & ſi apud num.9.
vol.2.imò ſecundùm Alex.conſ.24.incip.ponde-
38 ratis his nu.14.15. & ſeq. vol.1. † probata dicta
immemoriali eſt idem, ac ſi probatus fuiſſet ti-
tulus, & bona fides, Iaſ.in repet. l.quòminus nu.
82. ff.de fluminib.Rebuff.in repet.cap.cùm Ec-
cleſia Sutrina, verſ. *iſta concluſio* de cauſ.poſſeſſ.
& propriet. Roland.à Valle vbi proximè nu.33.
Burg.de Paz conſ.15. eod.num. latè Nicol.Boer.
deciſ.42.nu.35.Iodoc.Damhouder.Enchirid.pa-
rium, aut ſimilium, verbo *conſuetudo inueterata*,
Anton.Gabr.lib.5.concluſ.tit.de præſcript. con-
cluſ.1. nu.1. & ſeqq. Burgos de Paz vbi proximè
à num.13. qui innumeros effectus immemorialis
præſcriptionis reſerunt, quibus prætermiſſis ille
39 tanquàm mirus à Doctoribus adducitur, huiuſ-
modi præſcriptionem inducere præſumptionē
iuris,& de iure,ita optimè Felyn.in d.cap.cùm
nobis nu.7.de præſcript. Anto.de Butrio in cap.
peruenit, verſ. *ad tertiam*, ibi, *mihi videtur* de
cenſib.cum allegatis ab Anto.Gabr. d.concluſ.1.
nu.50. & Burgos de Paz d.conſ.15.nu.18. vnde
non ſolùm ius dictorum clericorum conſeruans,
dicti Parochi prætenſionē elidit, ſed etiàm pro-
bandi contrarium reijcit poteſtatem,cùm notiſ-
30 ſima ſit iuris regula, † quòd præſumptio iuris,
& de iure non admittit probationem in contra-
rium, cap.is,qui fidem, iuncta gloſ. verbo *contra
præſumptionem* de ſponſal. communitèr ſequuta,
vt per Couar.in 4.decretal.1.par.cap.4.§.1.nu.2.
gloſ. verbo *quod non fuit* in cap. ferrum 50. diſt.
Bal.in l.antiquę nu.4.poſt gloſ.ibi,verbo *eſſe cre-
dendum* C.ad Senat.Conſult.Velleian.Florian.de
Sancto Petro in rubr. nu.5. ff.de probat. Anton.
Maria Coraſ. in tract. de communib.opin. lib.1.
tit.6.nu.107. quarè ius per talem immemorialem
conſuetudinem acquiſitum ad omnia clericorū
olivueta tàm in præſentibus, quàm in futuris cle-
ricis, & tàm ab antiquo, quàm de recenti acqui-
31 ſita extendi debebit, † quia licèt priuilegium
de non ſoluendis decimis ad terras poſteà quæſi-
tas non videatur extendi, cap. dudùm de priuil.
& c.cū contingat de decim.clem.1.de cauſ.poſſ.
& propriet.& per Puteum deciſ.154.nu.4.lib.1.
Iaſ. tamèn in l.quòminus ff.de flumin. num.138.
tenuit, extendi per cap. quia circa, de priuileg.
& licèt in priuilegijs limitatis eſſet dubium, ceſ-
ſat tamèn in immemoriali præſcriptione,quæ eſt
inducta in fauorem omnium clericorum incola-
tum habentium in dicta Villa, vt ſint immunes à
ſolutione decimarum fructuum oliuarum, quas
titulo vero acquiſierint; nàm idem obſeruandū
erit non ſolùm in clericis præſentibus, ſed futu-
ris ex vnitate rationis, vt in ſimili refert Puteus
vbi proximè, fuiſſe à Rota deciſum, vt eſt videre
per eum nu.6.& 7.

32 † In cuius confirmationem facit, quòd cōſue-
tudo Ciuitatis, vel Regni extenditur ad loca de
nouo creata, vel illis adiuncta, vt ex l.Seyæ 20. §.
Tyrannæ ff. de fundo inſtructo, l.non tantùm §.
Ilienſibus ff.de excuſ.tutor. tradit Paul.de Caſt.
conſ.372. incip. quantùm ad illam partem nu. 2.
vol.1.par.1.& concernunt ea,quæ tradit Bart. in
l.ſi conuenerit la ſeconda,§.ſi nuda ff.de pignor.
actio.Auiles in procem.ad cap.Prætorum,verbo
33 *Iſtas* num.1.& ſeqq. ſic priuilegium de non ſol-
uendis decimis è fructibus proprijs laboribus
conſequutis procedit in terris poſteà adquiſitis,
& noualibus de nouo ad culturam redactis, cap.
ex parte 4.de decim.Roderic.Suar.alleg.28. nu.
8, & facit cap.vlt.de priuileg.tradit expreſsè Re-
buff.

Digitized by Google

buſſ.in allegato tract.de decimis, q.14. num.28.
imò & tale priuilegium, nè quis teneatur ad de-
cimas, tributa, vel collectas, extenderetur ad præ-
dia poſt priuilegiũ acquiſita, Bart.in l. damni §.ſi
quis vnas ædes, num.vlt.vbi Andr.Barb.quatènus
allegant tex.in c.quia circa de priuil.vbi ad id eſt
tex.aureus, tradunt DD.in d.§.ſi quis, Alex.conſ.
178. incip.in occurrenti nu.9.volum.2. alij, quos
allegat Viuius inter commun. opin. dicti tit. de
decim. num.13. verſ. *priuilegium*, ergò iuſtiſſima
ratione idem in iſto caſu dicendum eſt, cùm
eiuſdem præſcriptionis vigore idem comprehé-
34 datur, † quia conceſſio decimarum facta clericis
eſt amplianda, Abb.in c.tua 25.nu.7.de decimis,
c.ex parte 27.eod.tit.

35 † Et facit in proprijs terminis determinatio
Alciati reſponſo 22.nu.2. & 3. vbi ait, quòd poſi-
to, quòd valeret præſcriptio non ſoluendi deci-
mas de oliuis, videretur, quòd deberet extendi,
vt non cenſeretur ablata libertas faciendi noua
olíueta, quæ etiàm deberent habere eandem im-
munitatem, per text.in c.quia circa de priuileg.
& quod ibi plenè notatur, vbi priuilegium con-
ceſſum Eccleſiæ alicui ſuper Epiſcopalibus de-
cimis retinendis extenditur ad poſſeſſiones, ſeù
36 prædia poſteà quæſita; † nè eadem res diuerſo
iure cenſeatur, contra cap.cùm in tua de decim.
Federic.de Senis q.138.num.3. Alex.conſ.178.in
occurrenti caſu à num.9. vol.2. Iaſ. in l. ſi ſtipu-
latus fuerim §.cùm ſtipulamur ff. de verborum
obligat.

Neque obſtabit, aliquos clericos ſoluiſſe, aut
de ſoluendo cauiſſe anno proximo præcedenti;
37 † nàm ad minus cùm non ſint duæ partes vni-
uerſitatis clericorum, non præiudicat illorum
factum, l.nominationum C.de Decurionib. And.
de Iſern.in §.ſi autèm de pace ten. Vinc.de Anna
38 alleg.53.num.9.& ſeqq.dicens, † quòd in remiſ-
ſione iurium Vniuerſitatis, etiàm pars maior mi-
nori nõ præiudicat, Iaſ.in l.maiorem §.ſed hodiè
limit.10.ff.de pactis, Innoc.in c.accedentibus de
39 priuileg. Capyc.deciſ.4.dub.3. & ideò † quan-
dò plures concorditèr voluerunt litigare, omnes
debent concorditèr cedere liti, Lud. Romanus
in rubr. ff. de arbitris. Quia cùm antè dictum
tempus conſuetudo non ſoluendi dictas decimas
per tempus immemoriale fuerit præſcripta, nihil
operabitur actus prædictus ijs, qui non conſen-
ſerunt, ità ex notatis in l.cùm quis §.ſi quis, vbi
Paulus de Caſtro num.3.ff.de ſolutionib. tradit
Baldus in l.de quibus num.91.ff.de legib. qui in
fortioribus terminis loquitur, ſcilicèt quandò ab
ipſis, quos conſuetudo reſpiciebat, actus aliquis
contrarius fieret, Felyn. in cap. cùm acceſſiſſent
nu.31.in fine de conſtitutionib. Et dato, minimè
tamèn conceſſo, aliquod præiudicium dictorum
duorum, aut trium clericorum vno tantùm anno
facta ſolutione ſubſequutum prætendat Doctor
Heruias, intelligi tantùm debet quoàd illum
actum receptionis, & ſolutionis, non quoàd fu-
turos, quia talis conſenſus, qui ex actu colligitur
non ſe extendit vltra factum, vt tradit Decius in
l.nemo alieno nomine 165.§.temporaria num.1.
ff.de reg. iuris, & in dicto cap. cùm acceſſiſſent,
notabili vltimo, optimè Puteus deciſ.188. nu.2.
& 3. lib. 2. Imò adhuc reliquis clericis præſen-
tibus, vel pro tempore futuris nullum ex eo præ-
40 iudicium generatur, † quia præſcribens contra
aliquos de Vniuerſitate, alijs non præiudicat,
quemadmodùm notabilitèr tradit Innocent. in
cap. dilectus num. 5. de capellis monachorum,
41 † quòd ille, qui vtitur iuriſdictione in aliquos de
populo non acquirit in alios, Paulus de Caſtro
conſ.413. incip.quia breue ſpatium nu.5. vol.1.
ex ea decidens, quòd ſi aliqui homines de popu-
lo fecerunt certum Iornale paucis vicibus, non
videtur quæſitum ius contra omnes, vndè in iſto
caſu per dictas ſolutiones ſimilitèr alijs in nullo
42 præiudicatur. † Imò, quod fortius eſt interru-
ptio contra vnum de pluribus non nocet, aut
prodeſt alijs, quàm illis, inter quos negotium eſt
actum, l.ſi is, qui, vbi Paulus de Caſtro num.1.
ff.pro donato, Caſtillo in l.65.Tauri, gloſ.1.verſ.
43 *hinc etiàm*, † & interruptio facta in præparato-
rijs non prodeſt in præparatis, l.Iulianus §.quæſi-
tum ff.ad exhibendum, ergò multò magis, cùm
non eſſet tempore, quo interrumpi poſſet dicta
immemorialis, quæ eo tempore iàm erat comple-
ta, vndè cùm eius commodum ſe protenderit ad
totum Clerum de Villanueua de la Iara, ex par-
ticulari contrauētione aliquorum alijs, ſiuè præ-
44 ſentibus, ſiuè futuris non præiudicatur, † quia
ius eis per immemorialem præſcriptionem ac-
quiſitum, abſque eorum facto ab eis auelli non
poteſt, vt in iſtis ferè terminis de conſuetudine
loquutus tradit Ioan.Andr. in additione ad Spe-
culatorem lib.4.tit.de cenſib. §.nunc dicendum
num.11.in ſi.additione incip.l.11.ex regula l.poſt
mortem in fine ff.de bonorum poſſeſſ.contra ta-
bulas, l.fin.ff.de pactis, l.ſtipulatio 64. ff.de iure
dotium, l.id, quod noſtrum 11. ff.de regul.iuris.
iũctis ijs, quæ ad huius receptæ iuris traditionis
elucidationem tradunt Iaſ. in dicta l.fin. num.2.
& in l.qui Romæ 121. num.18. ff.de verb.oblig.
tradunt Tiraquell. de retract.conuentionali §.1.
gloſ.7.num.19. & ſequentib. Bald.in l.cùm à ſo-
cero num.1.2.& 7. C.de iure dotium, Roland. à
Valle conſ.69. incip.pro fundamẽto nu.47.vol.1.
45 Nec mutare conſilium aliquo modo ſoluendo
poſſent, ſi in alterius redundaret præiudicium;
iuxta vulgaria iura, l.nemo poteſt ff.de reg.iur.
c.mutare eod.tit.lib.6. Ideò hac ex parte dictus
Doctor Heruias iuuari minimè poteſt, nè mali-
tioſa forſitan dictorum Clericorum ſolutio, vel
cautio aliorum damnum cauſare poſſet, reliquis
non conſentientibus.

Coadiuuatur præterea dictorum Clericorum
iuſtitia, quia cùm dictus Clerus ſit in quaſi poſ-
ſeſſione immemoriali non ſoluendi dictas oliua-
rum decimas, nec aliquam earum partem, dictus
Parochus petendo non niſi diſcordiarum mate-
46 riã dictæ nouæ exactionis ratione ſuſcitat, † no-
uitates enim diſcordias plerunque generare tra-
dit tex.in c.cùm conſuetudinis, de conſuetudi-
ne, Alciat.in tract.de præſumpt. reg.2. præſ.30.
Menoch.de præſumpt.lib.5. præſum.34.num.2.
Anchar.conſ.157.nu.4. cap.quod dilectio in fine
de conſang.& affin. Iaſ.in l.in rebus num.2.ff.de
conſtit.Principum, Rebuff.in repet. rubricæ de
reſcriptis, num.25, verſic. *itèm in rebus*, & in tit.

nominat. 5.quæſt.principali num.34. & iuxta il-
lud aphoriſmum Hippocratis *omnes mutationes*
periculoſæ, cuius in propoſito hoc meminit Na-
uar.conſ.15.de rebus Eccleſ.non alienand. nu.5.
47 † omnis enim nouitas præſumitur mala ſecun-
48 dùm Iaſ. vbi proximè num. 1. † atque ideò re-
prehendendus eſt nouitates inducens, cap. fin.
11.diſtinct.optimè Azeued.in iſtis decimarum
nouiter petitarum terminis in l.6.tit.5.lib.1. re-
copilat.nu.1. Ioan.Gutier.lib.1.practicar.quæſt.
18.num.2. Auendaño in cap.1.prætorum nu.32.
49 verſ.*& ex his*, † ſic videmus in homagijs nullam
debere induci nouitatem, l. cùm ſatis §.caueant
C.de agricol.& cenſit.lib.11.& ex cap.dilecti de
maiorit.& obedient. & in d.cap.cùm conſuetu-
dinis tradit Speculat. lib.4. tit. de feudis §. quo-
niàm nu.70.Aluarot.in cap.vnic.de forma fidelit.
num.10. Bellacomba inter commun. opin. DD.
lib.3. tit.21. C.de ſeruitut. num.27.& in tit.de
pace Conſtantiæ,verſ. *ſi quis autem* in vſib. feud.
50 † Præcipuè, quia omnis diſcordiarum materia
eſt reſecanda, l. cùm pater §.dulciſſimis ff. de
legat.2. Florian. de Sancto Petro in l. communi
diuidundo §. de vſufructu num. 2. ff. commun.
diuid. Gregor. Lopez in procem. tit. 15. par. 6.
51 † quarè nouitas aliqua in decimis petendis, aut
percipiendis nec inducenda, nec permittenda
eſt, ſed præcedens ſeruanda conſuetudo, gloſ.
verbo *decimarum*,verſ.*aly dicunt* in cap.1.de de-
cimis in 6. & ex notatis per Bald. in l. 3. num. 6.
C.de ſeruit.& aqua tradit Barbat.in addit.fin.ad
eum ibi, Anto.de Butrio in cap.2.num.1.de de-
cim. dicens,contra tales nouas exactiones de iu-
re præſumi; Ant.Faber lib.1. ſui Codicis tit.2.de
ſacroſ.Eccleſ. diffin.63. Papon. lib.1. tit. de de-
cim.arreſt.3.Vinc.de Franch. deciſ.124.num.3.
Azeued.in l.6.tit.5.lib.1.nouæ recopil.num.1.
52 † Indè vt Couar.ait lib.1.variar. cap.17.nu.8.
verſ.*nono* perpendi poteſt ratio vera, & ſanè iu-
ſtiſſima, quæ Catholicos Hiſpaniarum Reges, &
præſertim Carolum Cæſarem Inuictiſſimum in-
duxerit, vt publicis edictis vetuerint, in his Re-
gnis decimas etiàm à laicis exigi, quæ per con-
ſuetudinem contrariam, nè ſoluerentur inductũ
erat,vt cautum fuit ab eodem Cæſare in Comi-
tijs Toleti anno 1525. l. 14.& 76.& anno 28.Ma-
driti l.19. & deindè Segouiæ anno 1532. l.56. &
hodiè habetur d.l.6.cum ſeq.tit.5.lib.1.nouæ re-
copilat.Gregor.Lopez in l.1.tit.20.par.1.gloſ.3.
53 ad finem.† Idemquè apud Gallos ſtatutum fuiſ-
ſe à Philippo IV. anno 1354. & ex conſuetudi-
nibus Aluerniæ conſtat tit.17. artic.18. & ex Bi-
turicenſibus tit. de conſuetud. prædialib. §. 12.
vbi Boer. pluriès ità fuiſſe iudicatum refert,
traditque Carol.Degraſſal.lib.23. regal.Franciæ
iure 17. ex ordinatione Philippi Pulchri Franco-
rum Regis edita anno Domini 1324. Et ex his
concludo, dictos Clericos tuendos eſſe in eo-
rum quaſi poſſeſſione non ſoluendi dictas deci-
ma, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *SOcietas ceſſat impeditis effectibus, propter quos fuit inducta.*
2 *Societas extinguitur publicatis bonis illius, vel Fiſco applicatis.*
3 *Decoctione vnius ex ſocijs finitur ſocietas, & n.4.*
5. *Socius, qui adminiſtrauit ſocietatem, rationem reddere tenetur.*
6 *Socius adminiſtrator tenetur librũ rationũ cõficere.*
7 *Inuentarium debet facere omnis, qui tenetur rationem reddere,*
8 *Inuentarium eſt caput rationum.*
9 *Ratio à capite eſt reddenda.*
10 *Socio adminiſtrante ſinè inuentario, iuramentum defertur conſocio.*
11 *Inuentarium non conficiens, præſumitur habere malum animum.*
12 *Rationes ſunt reddendæ claræ, & cum die, & anno.*
13 *Rationes intricans eſt in dolo.*
14 *Socius, qui adminiſtrauit, debet etiam reliquatum ſoluere.*
15 *Socius non debet inſcio conſocio ſuper eadem re cũ alijs ſocietatem facere.*
16 *Socij videntur mandatum dediſſe ad ea, quæ ſint proficua.*
17 *Socius non cenſetur habere mandatũ præiudicandi ſocio.*
18 *Socius, qui non fuit negotiatus iuxta conuenta, tenetur conſocio ad intereſſe.*
19 *Societas inita ſuper re illicita non præſumitur.*
20 *Societati non imputatur, ſi ſocius propter delictum fuit condemnatus.*
21 *Lucrum, & damnum regularitèr communicantur in ſocietate.*
22 *Societas leonina, qua vnus lucrum conſequitur, alius damnum, reprobatur.*
23 *Societas regularitèr non debet claudicare.*
24 *Socius tenetur conſocio pro damno eueniente eius dolo, aut culpa.*
25 *Socius condemnatus ex maleficio, ſatisfaciet de parte ſua.*
26 *Intellectus l.7.tit.10.par.5.circa damnum veniens culpa ſocij, & nu.27.*
28 *Socius, qui ex re illicita quid lucratur, non communicat ſocio.*
29 *Contrariorum eadem eſt ratio.*
30 *Capitale ſocietatis non cenſetur communicatum.*
31 *Capitale, quòd ſit ſaluum, an poſſit paciſci.*
32 *Societas præſumitur lucrari, & capitalia eſſe ſalua, niſi probetur contrarium.*
33 *Exequi poſſe pro capitali ſocietatis contra adminiſtratorem, qui tenuerunt.*
34 *Exequi non poſſe, niſi diſcuſſis rationibus ſocietatis, verius, & æquius eſt.*

P R O

Hieronymo Auguſtino de Cuellar ciue Conchenſi

C V M

Pedro Vidal ciue eiuſdem Ciuitatis.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Societas finitur propter deficientiam facultatum Adminiſtratoris illius, qui tenetur librum exhibere, rationes reddere, & reliquatum ſoluere; Et an poſſit compelli ad ſolutionem capitalis à ſocio recepti antè rationes diſcuſſas: Et quid de damno obueniente ſocietati ex culpa ſocij?

CONSILIVM CXLVII.

SVpponitur in facto, quòd dictus Hieronymus Auguſtinus, prout conſtat ex inſtrumento per eum producto, conſignauit dicto Petro Vidal ſummã viginti millium regalium, vt illam iure ſocietatis adminiſtraret in emptione metalli æris, de quo erat cudenda moneta in domo fabricationis monetarum dictæ Ciuitatis vigore licentię regiæ illis cõceſſæ, & quòd propter commiſſionẽ datam Licentiato Alarcon ſuper viſitatione dictæ domus, & adminiſtratorum illius, ceſſauit labor mone-
1 tarum; quarè ſocietas videtur etiàm ceſſaſſe, ſoluitur enim eò ipsò, quod res, cuius cauſa fuit inita, impeditur, ita vt ſocij ea vti non potuerint, l. vel quod is ff. pro ſocio, l. 14. tit. 10. partit. 5. vbi Gregor. Lopez gloſſ. vlt. præſertim cùm dictus Iudex omnia, quæ inuenit in dicta domo, nedùm
2 ſequeſtrauerit, † ſed vel de facto publicauerit Fiſco Regio adiudicans; quo etiàm caſu ſocietatem diſſolui palàm eſt, l. actione §. publicatione ff. pro ſocio, Rebuff. tract. de except. nu. 873. Marian. Soccin. conſ. 58. nu. 9. vol. 4. Hiero. Gabr. conſ. 63. nu. 19. tom. 2.

3 † Et quia dictus Petrus Vidal ea de cauſa nedùm in paupertatem incidit, ſed in eius credito magnam fuit paſſus iacturam, quo caſu etiàm ſocietas ceſſat, §. ſoluitur, Inſtit. de ſocietate, d. l. actione §. 1. l. ſocietatem ff. pro ſocio, Stracca tract. de decoctorib. 3. par. nu. 47. & ſeq. dicens, quòd eò ipsò, quòd vnus ex ſocijs efficitur non ſoluendo, vel propter debita publica, vel priua-
4 ta, ſtatim finitur ſocietas, & † ideò ſi ſocietatem coiuit cum Titio in arte lanæ, & Titius in alijs ſuis artificijs ruperit, ſeù decoxerit, ſtatim etiam in arte lanæ ſocietas eſt ſoluta, facit l. ſtatuliber rationem ff. de ſtatuliberis, l. reſiduum, vbi DD. C. de diſtract. pignor. Laderch. de Imola conſ. 70. nu. 5. lib. 1. Caualc. deciſ. Fiuizan. 11. nu. 2. in fine, allegans Riminald. innior. conſ. 377. nu. 12. & ſeq. vol. 1. Hieron. Magon. deciſ. 1. nu. 32. Eſcobar. de ratiocin. 1. tom. cap. 21. nu. 4. & ſeqq.

5 † Et cùm dictus Petrus Vidal fuerit adminiſtrator dictæ Societatis, non dubium eſt, quòd debet reddere rationem adminiſtrationis, vt reſpondit Soccin. conſ. 24. per totum lib. 1. & alij, quos adducit Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu 209. Deciſ. Genuæ 39. num. 3. & deciſ. 173. nu. 5. Eſcobar de ratiocin. cap. 3. num. 6. Bartholom. Soccin. conſ. 213. num. 6. tom. 2. & ex l. 1. §. officio ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. quam ad omnes adminiſtratores trahendam eſſe reſoluunt Borgn. tract. de tutor. & curat. num. 102. Bimius conſ. 282. num. 15. tom. 3.

Nec audiendus eſt, negans ſe librum, & inuen-
6 tarium ſocietatis habere; † nàm ſocius debet librum rationum conficere de rebus ſocietatem tangentibus cum ratione datorum, & acceptorum, l. quædam in princ. ff. de edendo, Bald. in rubr. num. 65. C. de fide inſtrumentor. l. Labeo ff. de ſtatuliber. l. cùm ſeruus 82. ff. de condit. & demonſtrat. deciſio Genuæ 116. nu. 3. Hieron. Gratus reſponſ. 33. num. 8. vol. 1. Menoch. d. caſu
7 209. num. 19. † quia omnis, qui debet rationem reddere, inuentarium facere debet, l. cùm oportet §. non autèm C. de bonis, quæ liber. vbi Bald. num. 1. idem in Authent. ſed cùm teſtator num. 23. C. ad leg. falcid. Molina lib. 1. de Hiſpanor. primogen. cap. 28. num. 3. Ayora de partitionib. 1. par. cap. 2. num. 7. & 9. probat gloſ. ſequuta per Doctores in l. 1. verbo *titulo* C. vbi de ratiocinijs agi oporter, Specul. tom. 2. tit. de inſtrumentor. editio. §. nùnc verò, & §. fin. verſ. *ſed an teneatur inuentarium facere* cum ſeq. Gregor. Lopez in
8 l. 5. tit. 6. partit. 6. verbo *las deudas*, † quia inuentarium eſt caput rationum, l. 1. §. officio ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. Roland. à Valle conſ. 27. illuſtriſſime num. 11. lib. 1. Bald. & Imol. in l. cùm tale §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Franc. Curt. in tract. de ſequeſtris quæſt. 1. num.
9 17. † & à capite eſt reddenda ratio, l. argentarius §. 1. ff. de edend, Guillelm. Durand. in cap. 1. de vſur. lib. 6. num. 40. Ioan. Monach. in cap. Romana nu. 6. de cenſib. lib. 6. nàm obligationi non ſatisfacit omittendo inuentarium.

10 † Imò ſi ſocius adminiſtrauerit ſinè inuentario non deſcribendo bona immobilia, exitum, & introitum, poterit contra eum iurari in litem per alium ſocium tàm ſuper quantitate, quàm ſuper qualitate, & rerum pretio; cuius iuramentum loco probationis erit, ſaltèm præuia taxatione Iudicis, vt poſt Plotum in tract. de in litem iurando §. 13. num. 5. tradit Ioſeph. Ludouic. concluſ. 1. de ſociet. verſic. *ſocius ſi adminiſtrauerit*, Rebuff. in l. hoc ſermone 89. §. intercedere verſic. *quòd ſi tutor* ff. de verbor. ſignific.
11 † nàm inuentarium non conficiẽs, præſumptionem violentam præbet mali animi, & doloſus, & bonorum vſurpator præſumitur, vt notatur in l. tutor, qui repertorium in princ. ff. de adminiſtat. tutor. & facit benè l. final. vbi Bald. in princ. C. de iure deliber. & l. final. C. arbitrium tutelæ, Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 13. num. 17. & deciſ. 44. nume. 33. & deciſ. 207. num. 3.

Nec ſufficit, ſi dictus Petrus dicat ſe feciſſe librum ſocietatis, quem exhibuit in confuſo partitas habentẽ; nàm non ex eo ſatisfacit ſuæ obli-
12 gationi, cũ ratio ſit edenda cum die, & Conſule, ſcilicèt cum diſtinctione temporis, & aliorum, l. 1. §. rationes ff. de eden. Iaſ. in l. ei, qui beneficia in fin. C. de diuerſ. reſcript. Deciſio Genuæ 173. nu. 13.

Google

num.13. ità vt veriſimiles rationes ſint, l. Publia
§.vltimo ff.depoſiti; nàm liber veriſimilia non
continens, non probat, vt ex notatis in l.admo-
nendi de iureiurando tradit Rolan. à Valle conſ.
49.incipiente legitimationem num.37. volum.4.
Menoch. lib. 2. de arbitrarijs Iudicum caſu 92.
num.5.Cæphal.conſ.85.num.37.lib.1.ſunt enim
intricatæ,& confuſæ in omnibus partibus ratio-
13 nes exhibitæ per dictum Petrum Vidal,† intri-
cans autèm rationem in culpa eſt, l.ſumma cum
ratione, §.1. ff.de peculio, & ità libro rationum
non creditur,niſi poſt ſpecificam acceptorum,&
expenſorum rationem, dies, & alia requiſita ex-
primantur, ſecundùm Ioan. Andr. in additione
ad Speculator. dicto tit.de inſtrument.editione,
Bald.nu.57.in rubr. C.de fide inſtrumentorum,
& num.63.
14 † Et dictus Petrus Vidal tanquàm iſtius ſocie-
tatis adminiſtrator tenetur non ſolùm rationem
legitimam adminiſtrationis reddere,ſed reliqua-
tum ſoluere, l.rationes, l.aduerſus C.de admini-
ſtrat.tutor. l.2.ff.de negot.geſtis, cap.1. de obli-
gatis ad ratiocinia, Aldobrandinus in §.impube-
res num.6.& ſeqq. Inſtitut. de Attiliano tutore,
Cæphal.conſ.8.num.1. & conſ.39.num.1.tom.1.
& conſ.192.num.1. Afflict.deciſ. Neapolit.157.
num.2. Caius in adnot.1. ad Angelum in §.pecu-
lium Inſtit.de legatis, Hieronymus à Laurentijs
deciſio.Rotæ Aucnionenſ.45. num.19. Crauetta
conſil.218. num.1. Ioſephus Ludouic. deciſ. Pe-
ruſina 28.num.7. deciſ.Genuæ 39.num.3. & de-
ciſio.165.num.6. & deciſ.174.num.17. Rolandus
à Valle conſ.4.num.18.volum.4.Gratus reſp.23.
num.7.vol.1.

Et quia dictus Petrus Vidal eſt in culpa, qui
ſocietate admiſſa cum dicto Hieronymo Augu-
ſtino, cum alijs de eadem re, illo inſcio, ſocieta-
15 tem fecit, † quia non eſt licitum vni ex ſocijs
admittere alium ſocium,primo ſocio inſcio,quia
ignorans non confidit de nouo ſocio admiſſo, &
forſan non vult ſua negotia eſſe cognita, vt ex
l.qui admittitur 19.ff.pro ſocio,l.1.tit.10.par.5.
tradunt Menoch. conſil.121.num.2. & num.12.
verſ.*non obſtant*, lib.2.Ioſeph.Lud.dicta concl.1.
de ſocietate, verſ.*non tamen*,& illatione 1.

Nec obſtabit dicere, dictum Licentiatum
Alarcon ob exceſſus dicti Petri Vidal ſequeſtraſ-
ſe capitale ſocietatis; nàm id in damnum eius
debet verti, & non in præiudicium dicti Hiero-
16 nymi Auguſtini, qui omni culpa caret, † nàm
ſocij intelliguntur ad inuicem dediſſe manda-
tum de agendis his, quæ veriſimilitèr poſſunt ſo-
cietatis commodo cedere, non ea, quæ ſolent
impendium reportare, vt ex Tyberio Deciano
reſponſo 85.num.14.lib.2.tradit Ioſeph.Ludou.
17 vbi proximè verſ. *ſocij*; † nec ſocius, vel frater
cenſetur habere mandatum præiudicandi ſocio,
l.nemo ex ſocijs in princ.ff.pro ſocio,l.1.C.qui-
bus res iudic. non nocet, Alex.conſil.154.incip.
18 videretur num.8.vol.2. † Vndè ſicut ſocius,qui
non negotiatus eſt cū pecunia iuxta conditiones
ſocietatis, tenetur ad intereſſe, & contra eum
poteſt in litem iurari, l.ſi quis ſocietatem, & l.ſi
fratres §.ſi quis ff.pro ſoc. Donatus à Fina inter
communes Doctorum opiniones libro 4. tit. 25.
C.pro ſoc.concluſ.7. ità & qui non iuxta ea,quæ
veroſimilitèr conuenerunt, non autèm eſt vero-
ſimile,dictum Hieronymum conueniſſe cū dicto
Petro Vidal, vt iniquè ſe ageret in ſocietate;
19 † nàm præſumendum non eſt rei illicitæ,vel in-
honeſtæ voluiſſe ſocietatem contrahere,cùm ho-
rum ſocietas nulla iure reputetur,l.quod autèm,
l.neque permittendum ff. pro ſoc. Ioſeph.Lud.
dicta concl.1.verſ.*omnes ſupradictæ*,Palacios Ru-
bios in repet.rubricæ de donat.inter. §.65.nu.5.
Greg.Lopez in l.2.tit.10.partita 5.gl.1. Rebuff.
in tract.de exceptionib.nu.852. Matienzo in l.2.
tit.9.lib.5.recopilatio.gloſ.1.nu.62.

Et ità ſolus dictus Petrus Vidal damnum de-
bet ſentire, nec debet id ſocietas participare;
20 † nàm ſocietati non imputatur,vbicunque alter
ſocius ad aliquid condemnatur propter ſuum
delictum, l.ſi fratres §.fin.ff.pro ſoc.l.ſi commu-
nis familia ff.de noxal.action.l.ſi ex duobus, vbi
Florianus de Sancto Petro nu.3.eod.tit. Rebuff.
vbi proximè num.875.
21 † Neque obſtabit,quòd in ſocietatibus tacitis,
aut expreſſis, generalibus, aut particularibus lu-
crum, & damnum debeat eſſe commune, l.cum
duobus §.damna,& §.quidam, verſ.*per cōtrarium*
ff.pro ſocio;l.duobus §.ſi duo fratres in princ.&
§.idem Papinianus, l.adeò §.quod in aliena eod.
tit. Bald.in tract.de duobus fratrib.nu.15. Alex.
conſ.77.nu.11. & conſ.131.num.8.lib.2. Bald.in
dicto §.quidam,& in l.1.num.10.C.commodati,
22 Petr.Phil.Corn.conſ.78.nu.1.vol.4. † Nàm aliàs
dicunt eſſe leoninam ſocietatem, eò quòd iura
proſpiciant æqualitati in ſocietatibus, l.ſi non
fuerunt,verſ.*ſi modò*,l.ſi ſocietatem mecū coieris
in fi.l.quod enim Nerua in fi. ff.pro ſoc. Bald.in
l.1.q.4.C.eod.l.4.tit.10.parti.5. vbi Greg.Lopez
gl.vlt.l.3.ibid.§.illud,Inſtit.de ſocietate, Io.Petr.
23 Bimius conſ.342.nu.28.lib.4.† regularitèr enim
ſocietas claudicare nō debet,Bal.in l.cùm opor-
tet in princ.nu.9.C.de bonis,quæ libe. Iaſ.in l.1.
nu.14.C.qui teſtam.facere poſſ. Rom.conſ.291.
num.9.& ſeq.Alexand.conſ.48.nu.2.lib.2.Corn.
cōſ.61.col.2.verſ.*ex quo* lib.1.& alij per Lancell.
Galliæ conſ.21.num.45.
24 † Nàm id intelligitur,quandò damnum eueni-
ret ſine dolo, lata, & leui culpa ſocij, de quibus
alteri ſocio tenetur, §.fin. Inſtitut. pro ſocio l.7.
verſ.*fueras ende* tit.10.par.5. Rebuff.dicto tract.
de exceptionib. num. 874. l.verùm ff.pro ſocio,
25 Corn.conſ.174.num.1.vol.3. † Ad quod facit,
quòd ſi aliquis ex ſocijs condemnatus eſt ob ma-
leficium à ſe commiſſum, & ſi aliàs legitimè bo-
na adminiſtrauerit, debet condemnatio ſolui de
ſua tātùm parte,nec eius, quod benè geſſit com-
penſatio fiet,l.cum duobus in fi. iuncta l.ideò,&
l.adeò §.fin.ff.pro ſoc.l.ſi is,cum quo ff.commu-
ni diuidundo.l.ſi communi,cum ſeq.ff.de noxal.
action. l.13.tit.10.par.5. Spec.lib.4. tit.de iudic.
§.ſequitur nu.9.cuius deciſionem ſequitur Bald.
in tract.de duobus fratrib.num.11.Aretinus in §.
manet,Inſtit.de ſocietate, Ioſeph.Ludouic.dicta
concluſ.1. declarat.2. c.damnum 86. vbi Dynus
nu.3.de reg.iur.lib.6. & eſt in idem bona deciſio
26 † tex.in dicta l.7.tit.10.par.5. vbi dicitur,quòd
licèt damna debeant ſicut lucra communicari in-

ter

rer ſocios,iuxta formam l.3.eiuſdem tit.ſi tamèn
damna venerint culpa, aut dolo alicuius ex ſo-
cijs,tùnc ad eum ſolùm,& non ad alium pertinet
27 damnum; † nàm ſocius tenetur ſocio ſuo de
culpa,& dolo,l.ſocius à ſocio ff.pro ſoc.& §.fin.
Inſtit. de ſocietate, Barth.Soccin.conſ.24.nu.39.
vol.1. dicens,quòd ſi culpa, vel dolo ſocij admi-
niſtrantis aliquid perditum eſt vel lucrum omiſ-
ſum,tenetur ſocius ſocio ſuo, l.cum duobus §.1.
& §.ſi in cocunda, & l.ſed ſi cauſa §.1. l.de illo §.
fin. cum l.ſequenti ff.pro ſoc. idem Barth.Socc.
conſ.4.nu.36.lib.4.
28 † Nàm ſicut ſocius, qui ex aliqua re illicita
aliquid conſequutus fuerit,non confert,quòd ea
ratione ad eum peruenit, l.quod autem cum ſe-
quentibus ff.pro ſocio l.8.in princ. tit.10.par.5.
ità nec ſocius damnum pati debet ex facto illi-
29 cito ſocij, † quia contrariorum eadem eſt ratio,
l.1. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Ioan.
Cæphal.conſ.112.num.24. & conſ.136.num.13.
tom.1. & conſ.237.num.34.tom.2.
30 † Dubium autèm maius in eo reſidet, an antè
redditas,& diſcuſſas rationes, dictum inſtrumē-
tum executioni poſſit mandari pro capitali po-
ſito in ſocietate per dictum Hieronymum Au-
guſtinum, quod maximè controuerſum reperio
apud Auctores: ſunt enim plures tenētes,exequi
poſſe, & multi alij id fieri poſſe negantes; prio-
rum opinio in eo fundatur, quòd in dubio capi-
tale non cenſetur communicatum, ſed remanere
proprium ponentis, l.ſi duobus §. ſi in coeunda
ff.pro ſoc. DD.in l.1. C.eod.tit. Ioan.de Amicis
conſ.16.num.7.
31 † Et quia valet pactum, quòd capitale ſit ſal-
uum,vt ex Raphaele Cumano in d.l.ſi duobus §.
item ex facto, & Hoſtienſ.in ſumma de vſur.§.an
aliquo, tradit Thomas Gramm.conſ.80.num.1.
32 cuius ratio videtur eſſe, † quia præſumitur ſo-
cietatem lucrum facere, & ſaluum eſſe capitale,
& non perdere, vt poſt Bald.conſ.493.volum.4.
Soccin.conſil.24.vol.1. tradit deciſio Genuæ 71.
num.3. & deciſ.124.num.2.& deciſ.173. nu.11.
l.1. vbi Barr.& Doctores C.ſi aduerſ.rem iudic.
l.cura §. deficientium, & l.ſemper §. negotiatio
ff.de mune.& honor.l.ſi defunctus C.arbitrium
tutelæ, Greg. Lopez in l.13.tit.10. par.5.gloſ.2.
dicens, quòd mercator in negotiatione peritus
præſumitur lucrari, niſi intra annum] proteſte-
tur,& probet per veriſimilia argumenta, & indi-
cia de oppoſito, per l.fin. C.de nauicular. lib.11.
l.tutor, qui repertorium §.quæ autèm ff.de ad-
miniſtrat.tut. Iacobin.in l.ſingularia num.6.ff.ſi
certum per. Io.Vinc.de Anna ſing.381. quorum
aliquos retulit Eſcobar de ratiocin. cap.21.nu.7.
33 † Et ità executionem peti poſſe pro capitali,
non obſtante,quòd non ſit liquidatum, an inter-
uenerit damnum, vel non, nec poſitus ſit calcu-
lus,aut vis rationis,& ſi reus excipiat de amiſſio-
ne per caſum, vel ſine eius culpa, id debeat pro-
bare in termino ſtatuto, cenſuere Barth.Soccin.
d.conſil.24.num.36.vol.1.& conſil.265.volum.2.
Greg.Lopez in l.10.tit.10.partita 5. gloſ.5.in fi.
dicens, multùm notandum ad leges Regni, præ-
cipientes exequi inſtrumenta tabellionum,Baez.
tract. de non meliorandis ratione dotis filiabus,
cap.36.num.20.Aluarado de coniecturata mente
defuncti lib.2.c.2.§.1.num.38. Et ſequuti fuere
eandem opinionem Benintend.deciſ.90. in fine,
& alij, quos referunt Eſcobar vbi ſupra num.5.
& Marius Giurba deciſio Siciliæ 15. num. 1.
& 2.
34 † Tamèn opinio negatiua, quòd non poſſit
exequi pro capitali, niſi diſcuſſis rationibus, &
conſtito an ſit, vel non damnum in ſocietate ex
Auendan. de exequen.mandat. Reg. par.2.c.10.
num.31. & cap.29.num.45. Cæphal.conſil.768.
num.9.& 37. & conſ.769. nu.11. Paladnr.lib.2.
rerum quotidianarum, cap.fin. 1.par.§.12.limi-
tatio.4.num.35. Cancer.lib.3.reſolutio.cap.7.de
pact.num.328.Ceuallos variarum reſolut.q.279.
nu.3.Ronchegal.in l.eandem §.ſed ſi quis nu.20.
ff.de duobus reis, Decian.conſ.85.nu.20. vol.2.
& plures alij adducti per Marium Giurb. dicta
deciſ.15.num.3. & ſequentibus, qui contrariam
opinionem falſam oſtendit,& illius fundamentis
ſatisfacit per totam deciſionem, ad quam breui-
tatis cauſa remiſiſſe ſufficiat, pro quo etiàm plu-
ra adducit Eſcobar d.cap.21. à num.12. & ſeqq.
dicens,ſolummodò in tutore contrarium vidiſſe
iudicari reſpectu bonorum in inuētario deſcri-
ptorum: ſecùs in alijs ſocietatibus, quod mihi
videtur æquius, & magis iuri conforme; ſal-
uo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *INuentarium ſi non conficit tutor, reſultat præ-
ſumptio doli.*
2 *Tutor debet quamprimùm poſſit conficere inuenta-
rium bonorum pupilli.*
3 *Iurari poteſt in litem contra tutorem, qui non fecit
inuentarium,aut librum.*
4 *Mater tutrix debet inuentarium conficere.*
5 *Tutor, tutrixuè habent ſex menſes à die delatæ tu-
telæ ad implicandum in emptionem pecunias pu-
pilli.*
6 *Redditus, qui ſuperſunt pupillo anno quolibet de-
bent conuerti in emptionem, bimeſtri elapſo.*
7 *Tutor, qui pecuniam pupillarem eidem ſibi ſume-
bat,tenebatur ad vſuras centeſimas,quæ erant ad
rationem vnius quolibet menſe.*
8 *Tutores vt olim fænerari tenebantur pecunias pu-
pilli, hodiè tenentur conuertere ad honeſtum lu-
crum, donec rationem reddiderint cum reliquo-
rum reſtitutione, & num.13.*
9 *Pecuniam minoris detinens, ſemper eſt in mora
irregulari.*
10 *Tutela in actione venit damnum datum per tuto-
rem, & lucrum ceſſans.*
11 *Pecuniæ pupillares in his Regnis facilè implican-
tur in emptionem iurium ſuper Regia Curia, aut
annuorum introituum.*
12 *Intellectus] Authent. nouiſſimè C. de adminiſtrat.
tutor.*
14 *Lex quod non dicit,nec nos dicere debemus.*
15 *Facultas faciendi non inducit neceſſitatem.*
16 *Alimenta præſumuntur præſtita à viro magna-
te, & generoſo habente in domo ſua filiam fra-
tris.*

17 *Alimenta pupilli taxantur à Iudice ſecundùm illius qualitatem, & reditus.*

18 *Alimenta debent taxari cum iuſtificatione, & abſque exceſſu.*

19 *Mater habens de proprio non debet ali ex bonis filiæ.*

20 *Veriſimiliori probationi ſtandum eſt.*

21 *Tutela fœminæ quandò expirct.*

22 *Tutor, finita tutela, curatorem bonis minoris dari, debet curare.*

23 *Tutrix cenſetur continuare tutelam, donec rationem reddiderit.*

24 *Pupilli contractus ſine authoritate Iudicis, & Tutoris eſt nullus.*

25 *Minor regularitèr non poteſt donare ſine authoritate Iudicis, & alijs ſolennitatibus.*

26 *Minorum contractibus quarè iura reſiſtant, & num. 27.*

28 *Minor vigintiquinque annis prohibetur donare inter viuos.*

29 *Curator dari non poteſt, vt authoretur in donatione minoris.*

30 *Donare eſt perdere.*

31 *Donare non eſt adminiſtrare patrimonium, ſed dilapidare.*

32 *Minorem donare etiàm cum tutore, & iuramento, impoſſibile eſt.*

33 *Pupillus vbi donat, præſumitur dolus ex propoſito, ac metus.*

34 *Donatio facta à minore ſuo adminiſtratori neç cũ iuramento valet.*

35 *Ceſſio facta tutori per pupillum non valet, quia donationis vicem habet.*

36 *Pater non poteſt authorari filio ad ſuam vtilitatem, ſed Iudex authorari debet.*

37 *Mater non authoratur, vt filia ſibi donet.*

38 *Authorari nemo poteſt in ſua cauſa.*

39 *Iuramentum non valet ſine comitibus veritate, iudicio, & iuſtitia.*

40 *Iuramentum non confirmat donationem ſtatuto prohibitam.*

41 *Iuramenti virtus ceſſat, vbi actus eſt nullus.*

42 *Iuramentum non confirmat donationem nullam.*

43 *Donatio minoris non valet in caput tutoris, aut perſonæ ipſum tangentis.*

44 *Filia non obligatur in eo, quod facit propter reuerentiam matris.*

45 *Metus minor cadit in virgine tenèra ætat s.*

46 *Fœminæ vt debiliores, ita timidiores ſunt.*

47 *Circumuentio eſt facilis in ſexu muliebri.*

48 *Metus reuerentialis matris in filia multùm attenditur.*

49 *Filius ſi liberat patrem ab eo, quod ſibi debebat, quarè non valeat.*

50 *Læſio enormis cum metu reuerentiali annullat donationem factam matri per filiam.*

51 *Donatio inter viuos reuocatur natiuitate liberorum.*

52 *Donatio habet in ſe tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit.*

53 *L. ſi vnquàm C. de reuocan. donat. requirit renunciationem ſpecialem.*

54 *Renunciatio l. ſi vnquàm C. de reuoc. donat. ad fauorem alicuius filij non nocet alijs natis.*

55 *Filia, quæ non eſt hæres patris, non tenetur ſoluere eius debita.*

56 *Maioratuum antiquorum ſucceſſor non tenetur ſui parentis debita ſoluere.*

57 *Arrharum proprietas reſeruatur filijs illius matrimonij, matre ad ſecundas nuptias tranſeunte.*

58 *Mater tranſiens ad ſecunda vota incurrit pœnas ſecundò nubentium fauore filiorum ſtabilitas.*

59 *Compendium non debet quis aſſequi, vndè diſpendium pati mereretur.*

60 *Merita debent in donatione verificari alitèr, quã per aſſertionem donantis.*

61 *Confeſſiones inter perſonas coniunctas præſumuntur factæ in fraudem, quandò merita aliter non probantur.*

62 *Donatio, in qua fit mentio incerti matrimonij, non dicitur ob cauſam.*

63 *Donatio fauore matrimonij alieni reuocatur natis liberis donanti.*

64 *Iuramentum non efficit, quin donatio reuocetur natis liberis.*

65 *Iuramentum ſemper habet conditionem, quam promiſſio, cui adhæret.*

66 *Iuramentum recipit conditiones rei, vel actus, cui adhæret.*

67 *Minori enormitèr læſo in contractu iurato ſuccurri debet.*

68 *Dolus præſumitur ex magna, aut enormi læſione.*

69 *Dolus re ipſa, & ex propoſito æquiparantur.*

70 *Læſiones enormes cenſentur à iuramento exceptæ.*

71 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

72 *Iuramentum non operatur, vbi eſt dolus verus, aut præſumptus.*

73 *Dolus eſt cauſa relaxandi iuramentum.*

74 *Iuramentum poteſt dici nullum, & quatènus valeat peti relaxatio ad cautelam.*

75 *Tutor ſpolians pupillum qualitèr puniretur.*

76 *Reſtitutio in integrum competit minoribus aduerſus læſionem in contractibus.*

77 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi, & excipiendi poteſt concedi ſine citatione partis.*

78 *Promiſſio omnis etiàm iurata intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

79 *Iuramentum alicuius non nocet tertio, & nu. 81.*

80 *Veritatis lux, & non fictionis ſomnium attenditur in iuramentis.*

82 *Iuramentum non ſupplet nullitatis donationem, nec excludit remedium l. ſi vnquàm C. de reuocand. donatio.*

83 *Donatio inofficioſa non validatur iuramento.*

84 *Donatio interpretari debet, vt minus noceat donanti.*

85 *Clauſulæ acceſſoriæ ſunt nullæ, vbi contractus principalis eſt nullus.*

86 *Facilitate inductus ad contrahendum, eadem inducitur ad renunciandum, apponendumq; pacta præiudicialia.*

87 *Reſtitutio in integrum petita intrà quadriennium debet concedi.*

P R O

Don Alphonſo Tellez Giron, & Domina Eliſabeth de Mendoza, & Aragon Comitious Montis Albani

C V M

Domina Anna Florentia de la Cerda Marchioniſſa Atellæ eius matre ſupèr rationibus adminiſtrationis tutelæ dictæ Comitiſſæ.

ARGVMENTVM.

Tutrix etiàm ſi mater ſit, debet pecunias pupillæ in emptionem annuorũ introituum conuertere, aliàs tenetur ad intereſſe, & de remedio aduerſus taxationem alimentorum exceſſiuam, & nullitate donationis factæ per pupillam eius matri, & tutrici, ipſa authorante, qualitèrue illi conſulatur aduerſus illam, etiàm ſi iurauerit, & de reuocatione ob natiuitatem liberorum.

CONSILIVM CXLVIII.

QVia tempore, quo proceſſus præſentis cauſæ ſuit viſus, reſeruatum ſuit informari de iure ſuper tribus punctis, fiet in præſenti diſcurſu diſtributio in tres articulos. Primus, quòd debet confirmari votũ Calculatoris dictorum Comitum, quòd oneretur præfatæ D. Marchioniſſæ intereſſe pecuniarum, quas de anno in annum habuit otioſas ex redditibus pupillæ, cùm eas debuiſſet cõuertere in emptionem annuorum introituum, ſeù bonorum ſtabilium. In ſecundo debere ſaltim cõfirmari votum tertij Calculatoris in diſcordia adhibiti, reſpectu excomputi prætenſi per Marchioniſſam pro alimentis, quæ prætendit præſtitiſſe filiæ. In tertio, quòd non debet haberi ratio donationis ducatorum decem mille, quæ prætenditur facta à dicta Comitiſſa in fauorem matris, & tutricis, eſſequè nullam ratione inofficioſitatis, & læſionis totalis, quàm propter natiuitatem liberorum, pro parte quorum comparuit in præſenti iudicio curator iudicialis eorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Conſtat ex actis primæ partis proceſſus iſtius cauſæ fol. 68. quòd per Præfectum Vrbi Guadalaxaræ die 21. Maij 1594. & ſucceſſiuè 28. eiuſdẽ menſis fuit delata dictæ Marchioniſſæ tutela, & adminiſtratio perſonæ, & bonorum, reddituũq; præfatæ Comitiſſæ eius filiæ, ſequè obligauit in forma debita conficere inuentarium, adminiſtrarequè, & rationem reddere cum reliquorum reſtitutione, aliaquè ad munus tutricis concernentia efficere, prætertim Librum rationum, quod
1 non apparet feciſſe, † ex quo reſultat (ſalua pace ſit dictum illius qualitatis, & chriſtianitatis) quædam doli præſumptio ex Bart. & Bal. in l. 1. §. officio ff. de tutel. & rationib. diſtrahen. Barth. Socc. conſ. 73. nu. 5. vol. 1. Iacob. Machel. patrocinio 18.
2 nu. 7. Verall. deciſ. 119. num. 4. p. 2. † Cùm tutor debeat inuentarium bonorum pupilli conficere quàmprimum poſſit, l. tutor, qui repertorium in princ. ff. de adminiſt. tut. vbi Bart. num. 6. l. tutores, vel curatores C. eod. tit. l. fin. C. arbitrium tutelæ, Spec. tit. de inſtrum. editione §. dicto de impugnatione, à num. 1. facit l. hæc conditio ff. de cond. & demonſt. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 274. nu. 1. & 2. Arnold. de Roygier in theſau. iuris, litera I. verb. *inuentarijs*, num. 147. l. 6. tit. 16. parti. 6. vbi Greg. Lopez gl. 3. Ayora de partitio. 1. par. c. 2. nu. 7. Eſcobar de ratiocinijs cap. 9. ferè per totum.
3 † Aliàs, ſi non fecerit inuentarium, aut librum, iurabitur in litem contra tutorem, vt ex dicta l. 1. §. officio, tradit Iodocus Damhouder. in tract. de tutorib. & curat. c. 3. nu. 7. & 8. Io. Plotus tract. de in lit. iuran. §. 5. nu. 9. 28. & 35. Caſſan. in conſuet.
4 Burgun. *deſenſans*, rub. 6. §. 6. gl. 4. † & nominatim in matre tutrice, quæ inuentarium non fecit, ve tenebatur ex §. 1. & 2. Inſtitut. de curatorib. l. de creationib. C. de Epiſcop. audien. Bart. conſ. 150. gloſ. communitèr approbata in l. in litibus, verbo *non etiàm* ff. de in litem iur. Alberic. in d. l. tutores, nu. 3. & 4. Boer. dec. 61. nu. 23. Octau. Cacher. deciſ. 58. Pedem. nu. 20. & ex l. 1. C. de in lit. iur. gloſ. verb. *tenebitur* in d. l. 1. §. officio.
5 † Fuit etiàm obligata dicta Marchioniſſa intra ſex menſes, poſtquàm fuit illi delata tutela conuertere in emptionem annuorum introituum pecunias, quas habebat dicta Comitiſſa illius filia, aliàs illi ſatisfacere legitimum intereſſe, l. ſi tutor 16. ff. de adminiſt. tut. ibi, *vel intra ſex primos menſes pupillares pecunias non collocauerit, ipſe in debitam pecuniam, & in vſuras eius pecuniæ, quam non fænerauit conuenitur*, l. nominatim C. arbitrium tutelæ, quæ iura ad hoc ponderat Greg. Lopez in l. 15. tit. 10. part. 7. gloſ. 3. pro quo ſingularitèr Bald. conſ. 109. incip. in iſta materia, nu. 2. vol. 2. dicit, *Tutor tamèn, qui pecuniam pupilli ſe expendiſſe negat, tenetur ad intereſſe, quia in emptione prædiorum conuertere debuit, & ita diligens eſſe in factis pupilli, ſicut in proprijs, & ſi habuit bonum forum pro ſeipſo, debuerat idem procurare de pupillo, cuius pecuniam præ manibus habebat, hæc eſt bona fides, & diligentia facere alteri, quod ſibi vult fieri, cùm illius curam ſuſceperat*, l. 1. vbi gloſ. verbo *latior*, ff. de vſur. Reſpectu verò reddituũ, qui in dies cedebant, & maturi fiebant non conſideratur dilatio prædictorũ ſex mẽſium, quàmuis Calculatores regularitèr ſoleant bonns facere
6 tutoribus, † nàm tali caſu ſolùm conceduntur illis menſes duo, d. l. tutor, qui repertorium, verſ. *vſuræ*, ibi, *A tutoribus non ſtatim exiguntur, ſed interiecto tempore ad exigendum, et collocandum duorum menſium, idque in iudicio tutelæ ſeruari ſolet*, l. 1. & 2. C. de vſur. pupillar. Et ità intelliguntur, & reducuntur ad concordiam præfatæ leges, vt

per

per Eſcobar.d.tract.de ratiocin. cap.14.nu.3. &
ſeqq. Io.Gutierr.lib.2.de tutelis cap.9.nu.27.&
reſpectu fructuum, & introituum, qui ſupererãt
dictæ Comitiſſę,deductis legitimis expenſis,cla-
rum eſt, quòd elapſis duobus menſibus, ſi tutrix
non implicauit in emptionem,currebat intereſſe
ad damnum illius,vt conſtat ex d.l.tutor, qui re-
pertorium §.ſi poſt depoſitionem, Bart.& alij in
l.Diuus Seuerus ff.ad l.Falcid. Salyc.in auth. no-
uiſſima nu.2.verſ.*ſi tamen*, C.de adminiſtr.tutor.
Plotus in repet.l.ſi quandò num.217. C.vndè vi,
Couar.lib.3.variar.c.2.nu.1.Iodoc.Damhouder.
tract.de tuto.& curat.c.vnico de pupillorum in-
tereſſe,num.42.& ſeqq. Roland.à Valle conſ.49.
nu.34.in princ.lib.1. Laderch.de Imola cõſ.177.
7 nu.1. Rom.conſ.139.num.3.& 4. dicens,† quòd
caſu,quo tutor pecuniam pupillarem ſibi mutuo
accipit,clàm tamèn ad vſuras cẽteſimas tenetur,
l.qui ſinè ff.de neg.geſt. aut ad legitimas, ſi acce-
pit palàm,vel à contutoribus ſuis,l.non exiſtimo,
d.l.tutor §.quæ autèm ff.de adminiſt.tut.& con-
cludit,quòd ex diſpoſitione iuris tutor finita tu-
tela in vſuras pupillares cõuenitur vſquè in eum
diem , in quem adminiſtratæ tutelæ rationem
reddiderit,niſi per priùs eas offerat, & deponat,
d.l.tutor, qui repertorium §.fin. l.tutor pro pu-
pillo §.1.cũ l.ſequenti,l.Lucius §.quæſitum ff.de
adminiſt.tut.l.1 in fi.ff.de vſur.ibi, *Si tutelæ iudi-
cio nolentem experiri, tutor vltrò conuenerit, & pe-
cuniam obtulerit, eamquè obſignatam depoſuerit, eo
tempore non præſtabit vſuras* , gloſ.pen. ibi , facit
d.l.tutor §.pecuniæ,ibi, *Pecuniæ,quæ in arca fuit,
etiàm hæredes tutoris tamdiù vſuras præſtabunt,
quamdiù non impleuerint , vt loco defuncti curator
conſtituatur* , gloſ. in l. cùm quidam §.ſi pupillo,
verbo *non potuit*, ff.de vſuris , Caballin. tract.de
vſuris nu.298.ad med. Eſcobar de ratiocin.c.15.
nu.37.dicens,quòd tutor finita tutela non ſolùm
debet puberem admonere , vt ſibi curatorem
petat,ſed ſi vſuras vitare velit. debet offerre non
ſolùm ſe paratum rationes reddere , & reliqua
ſoluere ; ſed etiàm denunciationibus frequentèr
interpoſitis puberem ad iudicium prouocare,
optimè Hieron.Gab.conſ.26.num.1.vol.1. pon-
derans tex.in l.tutor , & l.ob fœnus ff.de admin.
tutor.l.ſi pecuniam C.de vſur.pupillar.Bal.in l.1.
8 nu.28.& 29. C.de condict.indeb. † vbi ait,quòd
vbicunque olim erat præceptum negotiari , vt
tutoribus, quia ideò tenebantur fœnerari,hodiè
tenentur deponere ad lucrum honeſtum , vt in
c.per veſtras de donat. inter vir. & vxorem, fuit
doctrina Bart.in l.Diui Seuerus ff.ad leg. Falcid.
Additio ad Bal.in l.ſi mater C.de vſuris, ibi ipſe
Bald. dixit in princ. quòd mater gerens negotia
filij,tenetur ad vſuras pecuniæ,quam adminiſtra-
uit,Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſina 67.nu.1.par.2.
Petrus Royzius deciſ. Lituanica 5.nu.1. & 447.
dicens,quòd tutor pecuniam pupillarem in præ-
diorum comparationẽ collocare negligens,quãti
pupilli intereſt eſt condemnãdus,Franch.dec.16.
nu.5. Et quòd hoc procedat non ſolùm durante
tutela,ſed poſt eam finitam,donec tutor rationẽ
reddiderit cum integra ſatisfactione adminiſtra-
tionis , l. Lucius §. quæſitum ſupra citata ibi ,
*Quæſitum eſt , an eius pecuniæ , qua tutor vſus eſt,
poſt finitam quoquè tutelam in diem iudicij accepti,
eaſdem vſuras præſtare debeat* , *Paulus reſpondit,
finita adminiſtratione eas vſuras debere computari,
quæ in tutelæ iudicio computantur*,d.l.tutor §.ſciẽ-
dum, l.1.§.nemo enim ff.de vſur. Eſcobar ſuprà
9 c.15.nu.30.& 32. † dicens, quòd detinens pecu-
niam minoris,ſemper eſt in mora irregulari,l.mi-
norum C.in quib.cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſſ.
l.Titia Scio §.vſuras ff.de legat.2.Bald.conſ.392.
10 nu.5.vol.4.Anna alleg.70.nu.24.† Et facit,quòd
in actione tutelæ non tantùm venit damnum da-
tum per tutorem, iuxta l.ſi tutoris C.de admin.
tut.ſed etiàm lucrum ceſſans,l.pupillorum,eod.
tit.l.quicquid C.arbit.tutelæ,Io.Igneus in l.qua-
tènus nu.71.ff.de reg.iur.

11 † Quod magis certũ eſt in his Regnis, in qui-
bus facillimè pecuniæ poſſunt implicari in em-
ptionem annuorum introituum ſuper Regijs iu-
ribus, aut cum Vniuerſitatum concilijs, vel pri-
uatis idoneis, quo caſu tutor, qui pecuniam pu-
pilli habuit otioſam eſt in culpa , vt per Couarr.
lib.3.variar.c.2.nu.1. Io.Gutierr.tract.de tutelis
c.9.nu.23. Pater Molina de iuſtitia par.2. q.224.
verſ.*quandò ergò*, Eſcobar cap.14.nu.7. Baeza de
decima tuto.c.2.à num.93.

12 † Nec obſtat auth. nouiſſimè C.de adminiſtr.
tutor. vt illam videtur intellexiſſe Aiora de par-
titionib.1.par.c.4.num.33. quòd quandò minor,
aut pupillus habet prædia, ex quorum fructibus
poteſt commodè ſuſtentari , tutor non erit præ-
cisè obligatus ad implicandum illius pecuniam
in emptionem prædiorum,aut fœnori dãdo,nec
tenebitur ad vſuras, vel intereſſe , ſi conſeruauit
pecuniam , vt pupillus maior factus ad ſui librũ
collocaret; nàm (ſalua pace illius) non benè cẽſuit
de intellectu dictæ Auth. nàm prima illius pars
procedit quòad fœnerãdum pecuniam minoris,
ad quod nouiori iure non aſtringitur tutor , vt
oſtendunt verba illa, *Nouiſſimè cautum eſt à cura-
tore pecuniã pupillarem non eſſe fœnerãdam,quòd ſi
fecerit,mutui ſubiacebit periculo*,in quo videtur li-
mitare diſpoſitiones iuris antiqui,quæ obligabãt
tutorem ad fœnerandas pecunias pupillares,d.l.
ob fœnus ff.de admin.tut.l.niſi 4. C.eod.l.ſi pe-
cuniam C.de vſuris pupillar.Dec.conſ.178.in fi.
Laderch.de Imol.conſ.177.verſ.*& ſcimus*,Palac.
Rubi.in d.c.per veſtras §.ſeptimò inſertur nu.2.
Eſcobar d.c.14.nu.14.P.Rauen.ſing.754. Steph.
Gratianus tomo 1. diſceptatio. cap.67. num.1.
Secunda pars dictæ Auth. nouiſſimè intelligitur
non quòd tutor habeat otioſam pecuniam pupil-
li, ſed quòd ipſam habeat ſub cuſtodia , & cura,
donec ſe obtulerit occaſio implicãdi in emptio-
nem, quod ſupererit ex pupilli redditibus.factis
expenſis neceſſarijs minori,& ità intelligit Eſco-
bar d.c.14.num.17.& ſeq.dicens, Neque obſtat,
quòd in dicta Auth.nouiſſimè dicatur, quòd aliã
pecuniam , quæ ſupereſt cautè recondat , quia
hæc reconditio debet fieri ad hoc,vt ex illa pecu-
nia recondita (opportuno tempore) vel prædia,
vel annui reditus comparentur , vt in l.ſi tutor
conſtitutus , l.tutor , qui repertorium §. deponi
ff.de adminiſt.tut. & in Auth.vt ij,qui obligatas,
& ità quotidiè in noſtra Hiſpania practicatur, &
tutores onerantur de intereſſe , ſi pecuniam

pupil-

Digitized by Google

pupillarem non collocauerunt, etiàm ſi pupillus, vel adultus opulentos reditus haberet, ex quibus alimentari poſſet. Et quòd dicta Auth. nouiſſimè debet intelligi ſecundùm leges ſupra citatas, quibus cauetur, vt pecunia omninò in dictis emptionibus collocetur, & ità aſſerit pluriès vidiſſe iudicatum in Pintiana Cancellaria, eſſequè notandum, nè decipiamur ex doctrina Ayoræ.

13 † Et iſta vera reſolutio Eſcobaris comprobatur per l. ſi plures §. dati, ibi, *& ſi pecunia ſit, quæ deponi poſſit, curare, vt deponat ad prædiorum comparationem*, l. ità autèm in princ. ff. de admin. tut. iuncta reſolutione Rom. conſ. 188. nu. 4. vbi ait, quòd quemadmodùm olim tutor vſuras ex pecunia pupillari perceptas alij fœnerari debebat, d. l. tutor, qui repertorium §. ſi vſuras, & ſequen. pariformitèr hodiè honeſtum lucrum ex pecunia pupillari perceptum debet apud mercatorem remanere, vt exindè vlteriùs lucrum procedat, & conſequentèr ſors principalis augeatur, per ea, quæ notat Bart. in d. l. Diuus, aliàs Diui Seuerus, & Antoninus num. 2. ff. ad l. Falcid. pro quo ſunt verba expreſſa dicti c. per veſtras, ibi, *Vel ſaltèm alicui mercatori committi, vt de parte honeſti lucri dictus vir onera poſſit matrimonij ſuſtinere*, gloſ. verbo *neglectam* in cap. fin. 12. q. 4. Rom. conſ. 28. in princ. & num. 1. Palacios Rubios d. §. 7. nu. 2. Couarr. d. c. 2. nu. 1. concludens, quòd quàmuis tutor non teneatur pecuniam pupillarem in fœnus improbum dare, tenetur tamèn eam in emptionem prædiorum, vel aliam honeſti lucri negotiationem conuertere, l. tutor ſecūdùm dignitatem §. 1. ff. de adminiſt. tut. Abbas in c. 1. col. 2. de in integr. reſtitut. Barbatia in c. edoceri col. 2. de reſcript. Idemquè Athenienſium legibus ſtatutum erat, vt conſtat ex oratione Lyſiæ apud Dionyſ. Halicarnaſſ. in Lyſia, & Demoſthene oratione priori in Aphobum de tutela, cuius meminit Eſcobar d. c. 14. num. 5. Couarr. dicto num. 1. Et ità cùm in tot annis dicta Marchioniſſa rationem non reddiderit, ſed bona, & pecunias Comitiſſæ filiæ detinuerit, neque oſtenderit eas implicaſſe in emptionem aliquam bonorum, nec redituum, iuſtiſſimè eſt ipſi oneratum intereſſe temporis, quod vltra bimeſtre habuit pecunias otioſas, & non alios ſeptem, quos tertius fuit ar-
14 bitratus, † cùm non ſit aliqua lex, quæ tale dicat, & quod non dicit lex, nec nos debemus dicere, Auth. de triente, & ſemiſſe, cap. 6. vbi gloſ. verb. *erubeſcimus* collat. 3. Bal. in l. illam n. 1. C. de collat. Iaſ. in repet. l. vinum nu. 8. ff. ſi cert. petat. Martin. Vran. in c. fin. nu. 4. de iureiur. Et hæc de primo Articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quàmuis dicta D. Marchioniſſa cùm eſſet in Ciuitate Guadalaxaræ potuit facilè obtinere, quòd Licētiatus Petrus Xuarez del Caſtillo Præfectus dictæ Ciuitatis per illius decretum latum 28. Iunij anni 1594. declararet, poſſe expendere in alimētis eius filię pro ipſa, & famulabus, alijſq; rebus neceſſarijs ducatos mille, & quingentum anno quolibet, id fuit, quia non fuit nominatus curator iudicialis ad dictum actum, prout requirebatur, & quia aſſeruit, quòd dicta Comitiſſa habebat in reditibus annuis ducatos ſex mille centum quinquaginta, nec per dictum decretum fuit inducta neceſſitas præciſa, quòd expenderet dictam ſummam, quam verè, & cum effectu non
15 expendit, † & actus facultatis non inducit neceſſitatē faciendi, ex regula l. non quicquid ff. de iudicijs, Io. And. in c. in diœceſi num. 2. in fi. ff. de iudic. Iaſ. in §. præterea nu. 9. & alijs Inſtit. de act. dicta Marchioniſſa in effectu non expendit dictā ſummam, nàm probatū eſt, quòd cùm primùm deceſſit Don Enricus de Mendoza pater Comitiſſæ, Dux infantatus reduxit in domum ſuam dictam Marchioniſſam viduam, & præfatam Comitiſſam Montis Albani, & illius ſororem Comitiſſam Villæ medianæ, & fecit illis dari neceſſaria ad earum alimenta proprijs expenſis, & quòd eodē tempore Comitiſſa inceſſit veſte lugubri, & modeſta, talitèr, quòd eius mater non expēdit annuos ducatos tercentum cum ipſa, nec illius
16 famulabus. † Et vltra præſumptionē Iuris, quòd in tàm magna, & generoſa domo, prout erat dicti Ducis eius patrui fuere per ipſum ſubminiſtrata alimenta, vt in ſimili tradit Lara in l. ſi quis à liberis §. itèm reſcriptum ff. de lib. agnoſcend. ex Corneo conſ. 120. num. 8. lib. 1. & conſ. 45. nu. 2. lib. 4. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 71. nu. 6. Eſcobar de ratiocin. c. 22. nu. 3. hoc certiſſimum eſt, inſpecta probatione Comitiſſæ, in qua plures teſtes examinati deponunt, gratis, & amore impenſa fuiſſe alimenta per præfatum Ducem propter ſanguinis vinculum, & non per matrem, ideòquè excluditur præſumptio, quòd ab ipſa ſit alimentata, de qua in l. fin. C. de aliment. pupillo præſtandis, cum adductis per Ioſeph. Lud. deciſ. Lucenſ. 42. nu. 9.

17 † Et quàmuis ſpectet ad Iudicis arbitrium taxare alimenta minoris, iuxta illius qualitatem, & reditus, l. ius alimētorum ff. vbi pupill. educ. deb. d. l. fin. C. de aliment. pup. præſtand. l. cùm plures §. tutor ff. de adminiſtrat. tutor. l. 20. tit. 16. par. 6. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu 169. num. 1. & ſeqq. Rota deciſ. 760. nu. 5. par. 1. diuerſ. Sacri Palatij, Eſcobar d. c. 22. nu. 5.

18 † Hoc debet fieri cum iuſtificatione, & abſque exceſſu, gl. verbo *redditum* in d. l. ius alimentorū, Baeza de decima tutor. c. 2. num. 83. & ſeqq. Lara in d. l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius nu. 7. Eſcobar vbi proximè nu. 61. & ſeq. dicens, quòd tutor circa alimenta familiarium pupilli non debet eſſe
19 nimis lautus, nec ſplendidus, † nec admitti debet Iudicis exceſſiua taxatio, vt mater, quæ ex proprijs reditibus bonorum dotalium poterat commodè ali, expenſas eius perſonæ, & familiæ faciat de reditibus filiæ, contra tex. in §. ſed & propter, Inſtit. de excuſ. tut. Surd. de alimen. tit. 1. q. 47. nu. 1. & 2. vbi ait, quòd tutor tenetur pupillo rationem reddere de fructibus, quos pro ſuo victu conſumpſit, pro quo allegat Portium in §. dari autèm, Inſt. qui teſtam. tut. dari poſſ. num. 6. Aret. tract. de teſtam. gloſ. 96. nu. 6. Et hoc manifeſtum redditur ex probatione, quam prætendit facere dicta Marchioniſſa, & productione librorum expenſarum victus quotidiani, & famulorū ſuorum; nàm nil horum cedebat in computum, onuſquè eius filiæ, quæ propter ipſius infantiam alebatur à Duce, talitèr quòd cum ea, & ſuis fa-

mulabus

Digitized by Google

mulabus Marchioniſſa non expendit anno quoli-
20 bet ducatos tercentum, † & cum probationes
Comitiſſæ ſint magis veriſimiles, ſtãdum eſt illis,
vt fundant Roland. à Valle conſ. 24. nu. 25. vol. 1.
& conſ. 27. num. 23. lib. 3. conſ. 49. num. 43. lib. 4.
Marc. Ant. Eug. conſ. 66. nu. 36. conſ. 28. nu. 83. &
ſeq. conſ. 90. nu. 109. lib. 1. l. 3. §. ideòque in fi. ff. de
teſtib. & ità votum Calculatoris tertij, quod
admitterentur pro dictis alimentis annui ducati
noningentum fuit grauoſum dictæ Comitiſſæ, &
debet reformari, decernendo, quòd ad ſummum
fiant boni ducati tercentum, aut quatuorcen-
tum, iuxta illius probationes. Et hæc de ſecundo
Articulo.

ARTICVLVS TERTIVS.

Articuli huius reſolutio non alia comproba-
tione indigebat, quàm religioſa conſideratione
Iudicis, cùm res ſit non boni exempli, nec digna
magnæ qualitatis dictæ Marchioniſſæ, minis, aut
ſuaſionibus induxiſſe, ſeù potiùs compuliſſe Co-
mitiſſam eius filiam ætatis annorum duodecim,
& ſub eius tutela, & adminiſtratione exiſtentem,
cùm adhùc illius rationem non reddidiſſet, vt fa-
ceret ſibi donationem ſic immenſam ducato-
rum ſcilicèt decem mille, ità & nullam, occaſio-
ne ſumpta, quòd tutela expirauerat cũ primùm
21 Comitiſſa annos duodecim impleuit, † argum.
principij, Inſt. quib. mo. tutela finitur, l. niſi ff. de
tutel. & ratio. diſtrah. in effectu alitèr procedit,
22 † nàm vltrà quod debuit Marchioniſſa curare,
quòd nominaret curatorem, qui ſua bona cura-
ret, ac defenderet, l. ità autèm §. ſi tutor ff. de ad-
miniſtr. tut. l. ſancimus C. eod. tit. quod omiſit, vt
manu ſalua exequi poſſet intentum obtinendi
donationem prædictam, ſufficit ad illius nullita-
23 tem, quòd tempore illius, † & multò poſt conti-
nuauit dictam adminiſtrationem, nec illius red-
didiſſet rationem, vt adhùc pro tutrice habere-
tur, l. 1. C. de eo, qui pro tutore, vel curat. ſe geſſit,
l. tutor 11. C. arbitrium tutelæ, quæ ait, *Tutor poſt
puberem ætatem puellæ, ſi in adminiſtratione conne-
xa perſeuerauerit, tutelæ actione totius temporis ra-
tionem præſtare cogitur*, l. 1. C. vt cauſæ poſt pu-
bertatem adſit tutor, l. ſi poſt pubertatem 13.
ff. de tutel. & ration. diſtrahen. l. ità autèm §. poſt
completum ff. de admin. tut. gl. 1. in l. tutores 40.
eod. tit.

Quarè dicta Comitiſſa propter eius minorem
ætatem, defectumque aliarum iuris ſolennitatum
24 non potuit dictam donationem facere, † nàm ſi-
cut cõtractus pupillaris ſinè authoritate tutoris,
& Iudicis eſt nullus, l. etſi is C. de prædijs minor.
l. non dubium, vbi gl. & Cyn. C. de legib. Baldus
25 conſ. 369. num. 1. vol. 2. † ità minor regularitèr
donare non poteſt abſquè decreto Iudicis, & ſo-
lennitatibus, ac legitima cauſa ad illius validita-
tem requiſitis, l. ſi ad reſoluẽdum, cum ſeq. C. de
præd. minor. l. 2. C. ſi aduerſ. donationem, Barth.
Soccin. conſ. 130. lib. 1. Menoch. lib. 2. de arbitrar.
caſu 171. num. 46. Puteus deciſ. 55. num. 1. lib. 3.
Morotius reſp. 87. nu. 9.

26 † Ideò enim lex reſiſtit minorum cõtractibus,
quia non habent firmum conſilium, vt dicit tex.
in l. ſi minor ff. de ſeruis exportan. Nicol. Millis in
repert. verb. *Minor ſi contractus*, Caſſiodor. lib. 4.
var. epiſt. 5. dicens, *Conſultò prouida decreuit anti-
quitas, minores contractus liberos non habere: vt &
inſidiantium laquei fruſtrarentur, & lapſis ætas lu-
brica ſubueniret. Obrueretur quippè innocentia, ſi
relaxaretur audacia, eſſetquè cunctis fallendi ſtu-
dium, ſi fraus ſubreptitium lucraretur effectum*,
27 † quæ ratio habet locum in minore contrahen-
te, vel approbante cõtractum, l. doli §. diuerſum
ff. de nouationib. l. non ſolùm C. de præd. minor.
l. ſed aliàs C. quandò decreto opus non eſt, quæ
iura nõ diſtinguunt, an minor habeat curatorem,
vel non, imò inquit Millis, verſ. *Minor viginti-
quinque annis*, non ſufficere decretum Iudicis, ſi
minor tutore, vel curatore careat, ſed debere da-
ri, vt cum eius auctoritate fiat, vt per Bald. in l. ſi
curatorem habens, nu. 6. C. de in integ. reſtit. min.
concludens, vtramque authoritatem copulatiuè
requiri.

28 † Et hoc magis indubiè, quàm in alijs contra-
ctibus procedit in donatione inter viuos, quæ
omnimodò prohibetur minoribus annorum vi-
gintiquinque, l. vlt. §. cùm autèm C. ſi maior fact.
rem ratam hab. ibi, *cùm donationes à minoribus,
nec cum decreto celebrari poſſint*, Azo in ſum. rub.
de donat. §. quis poſſit donare, l. contra iuris ff. de
pactis, Bald. conſ. 437. incip. quædam puella, nu. 2.
vol. 1. & in l. 1. C. ſi aduerſ. donationem, nu. 1. & 2.
Barbatia conſ. 70. nu. 12. lib. 3. Rebuff. reſp. 174.
verſ. *itèm*, Roderic. Xuarez alleg. 20. nu. 7. Io. Vinc.
Honded. conſ. 42. nu. 1. & 2. lib. 1. Menoch. conſ.
22. nu. 14. in fi. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 56.
29 num. 109. † Adeo vt curator non poſſit dari pro
authoritate præſtanda ad donandum, l. ab agna-
to, l. fin. ff. de cur. furioſi. Nàm, vt inquit Rebuff.
vbi proximè circa finem, curator cauſa cognita,
illaquè iuſta dandus eſt, ſed non eſt iuſta cau-
30 ſa dandi curatorem ad donandum; † cùm do-
nare ſit perdere, l. filiusfamilias ff. de donation.
dicta l. contra iuris §. ſi filius, l. prohibere §. planè
ff. quod vi, aut clam, Alex. conſ. 125. incip. viſis, &
conſideratis num. 2. vol. 1. Affl. deciſ. Neapol. 87.
num. 4.

31 † Et quia donare non eſt adminiſtrare patri-
monium, ſed illũd dilapidare, l. creditor §. Lucius
ff. mandati, l. Imperator ff. ad Senatuſconſ. Treb.
Barbatia dicto num. 12. Roder. Xuar. in l. 1. tit. *de
las ganançias* nu. 52. lib. 3. fori, Ferdin. Loazez in
allegatio. pro Marchione de los Velez dubio 1.
fundamento 1. pro parte Oppidi num. 4. Couarr.
lib. 3. var. reſol. c. 19. nu. 2. Tello Fernand. in l. 19.
Tauri num. 3. & ſeqq. Rojas in epitom. ſucceſſ.
c. 33. nu. 23. & ſeq.

32 † Et hoc eſt intantum verum, quòd Feli. conſ.
16. nu. 14. dixit, eſſe rem impoſſibilem, pupillum
donationem facere, etiàm cum auctoritate ſui
tutoris, & iuramento, Honded. d. conſ. 42. nu. 4.
33 lib. 1. † Nàm vt reſoluit Hieron. Gabr. conſ. 127.
num. 26. vol. 1. præſumitur metus, aut dolus ex
propoſito, qui excludit conſenſum ſpontaneum,
quandò pupilla facit donationem, aut remiſſionẽ
in fauorem perſonæ, ſub cuius regimine erat, vel
ſaltim etiàm quandò interuenit cauſa falſa, aut
erronea, & his caſibus concludit eſſe opinionem
magis communem, & verum, quòd nec cum iu-
ramento præiudicet donatio. Et eſt ſatis in ter-
minis

minis determinatio Alciati conſ.47.incip.In pre-
ſenti cauſa D.Marchioniſſæ Padullæ nu.5. lib.8.
ſecundùm impreſſionem Baſileæ, dùm ait, *Satis
apparet, illam puellam tunc fuiſſe circumuẽtam, tùm
ex qualitate perſonæ ipſius, tùm quòd nemo aderat
ex conſanguineis puellæ, tùm quòd non ſuberat cau-
ſa tàm immoderatæ donationis, vndè decretum Iu-
dicis eſt ipſo iure nullum, l.magis puto §.æs alienum
ff.de reb.eorum, & iuramentum illud tanquàm dolo
partis, & metu ſocrus factum non tenet, c.cùm con-
tingat de iureiur. ibi ſine vi, & dolo ſpontè præſtita.
Vndè ſaltèm in tali caſu concedenda eſt abſolutio,
tanquàm lex contractum reprobet in odium ipſius
accipientis, vt tenui in dicta l.pacta, quæ contra C de
pactis, ita diſtinguendo contrarias opiniones, &c.*
& ex cap.ſi verò, & c.verùm de iureiur. idem Al-
ciat.conſ.3.num.15.& 16.lib.3.

34 † Et in donatione facta à minore ſuo curatori,
aut adminiſtratori, quod nec cum iuramento va-
leat ex Ioan.Gutier.tract.de tutel.par.2. cap.14.
nu.26. reſoluit D.Franc.del Caſtillo deciſ. Sici-
liæ 149. num.5. vol.2. Montan.de tutel. & cur.
35 c.30.num.79. † dicens, ex eo, quòd ceſſio facta
per pupillum tutori non valet, cùm habeat vim
donationis, Galganet.de tut.& curat.lib.2.tit.20.
nu.12.Caſtillo vbi proximè nu.2. Caldas Pereira
tract.de empt.& vendit.cap.13. num.11.

Maximè cùm non interuenerit Iudicis autho-
ritas, nec cauſæ cognitio, ſed ipſa Marchioniſſa
mater ad ſui vtilitatem authorata fuerit, ſeù au-
thoritatem interpoſuerit, vndè non valuit actus,
ſiuè ipſam vt matrem conſideremus, ſiuè tutri-
cem, aut adminiſtratricem filiæ, & bonorum
36 illius, nàm de iure certum eſt, † quòd nec pater
poteſt conſentire, & authorari filio in eius vtili-
tatem, ſed illius loco debet interuenire authori-
tas Iudicis, l.1.& toto tit.ff.de author.tuto.gloſ.
marginalis in l.poteſt 18.in fi. eod.tit.& in tit.de
authorit.præſt.Greg.Lop.in l.4.tit.5.par.5.gl.9.
ibi, *quia ipſe non poteſt ſibi ſuam authoritatem in-
terponere*, Baldus conſ.109. incip.in iſta materia,
num.1.vol.2.Sigiſmun.Loffred.conſ.17.num.57.
gl.in l.ſi furioſi, vbi Bal.notat C.de nupt.Barbat.
conſ.10.nu.18.in fi.lib.4.& ex Corneo conſ.294.
tom.1. Decio conſ.279.nu.5. Guid. Papæ deciſ.
223.num.1. tradit Iulius Clarus in §.donatio q.6.
verſ. *habes ergò*, & verſ. *quaro etiàm*, & ex Lam-
bertengo tract. de ſolennitatib.contract.mulier.
ad finem tit. q.29.num.102. Ioan.Petrus Bimius
conſ.147.nu.29.& conſ.287.nu.51.& in terminis
ſuper ſtatuto Nouariæ cõſuluit Iaſ.conſ.69.incip.
quæritur num.2. verſ. *aggredior* in fine lib.1.ibi,
*tamèn quicquid ſit, quòd pater dicatur conſenſiſſe,
tamèn dico, quòd non potuit in renunciatione ſibi
facta conſentire*, & col.pen.verſ. *& propterea* dicit
multũ ſingulare, & ſequitur plures ex antiquio-
ribus referens Io. Baptiſta Plotus conſ.33. nu.2.
37 Caſtillo deciſ.186.nu.26.& ſeqq. tom.2. † & in
noſtris terminis Vinc.de Franch.deciſ.Neap.14.
nu.1.& 5.par.1. probat, donationẽ factam matri
38 ipſa ſibi auctorante non valere, † nàm in re ſua
nemo auctorari poteſt, Petrus de Peruſ.de vnio-
ne Eccleſiarum c.5.num.25.& 26.Albertus Bru-
nus tract.de reb.dubijs, par.1.num.55.Io.Dilect.
de arte teſtan.caute.1.nu.4.

39 † Et quòd non debeat præiudicare iuramen-
tum appoſitum in dicto inſtrumẽto donationis,
conſtat ex ratione, quam adducit Alciatus dicto
conſ.47.nu.5. quia ex illius lectura ſatis apparet,
quòd non habuit tres comites veritatem, iudi-
cium, & iuſtitiam, de quibus in c.animaduerten-
dum 22.q.2.& in c.etſi Chriſtus de iureiurando,
Barbatia conſ.61.nu.56.vol.3. Boer.conſ.38.n.8.
40 Alex.cõſ.42.nu.19.lib.1. † & facit Iacob.Puteus
deciſ.377.num.1.lib.1. vbi ait, iuramentum non
confirmare donationem aliquo ſtatuto prohibi-
tam, multòque minus confirmare poterit dona-
tionem à minore factam eius tutrici tot iuribus
prohibitam, optimè Baeza tract.de non melior.
ratione dotis filiabus, cap.29.nu.9.& ſeqq.

41 † Et confirmat Ludouicus Morotius reſp.52.
num.4. & 5. vbi reſoluit, quòd virtus iuramenti
ceſſat, quandò actus eſt nullus ex defectu ſolen-
nitatis omiſſæ in contractu minoris, ex Bart. in
l.2.ad fin.C.nè fideiuſſor.dotium dentur, Bald.in
l.2.q.9.nu.29. C.de reſcind.vend.Ang.conſ.160.
incip. Domina Catharina nu.3. verſ. *contrarium
dico*, Rom.conſ.12.nu.2.& 4. & alij, quos refert,
& ſequitur Baeza vbi proximè, Greg. Lopez in
l.17.tit.16. part.6. vbi reſoluit, eſſe nullam obli-
gationem minoris abſque auctoritate eius tuto-
ris, aut curatoris, & etiàm iuramentum interpo-
42 ſitum in tali obligatione, & donatione, † nàm
donatio nulla non ſuſtinetur iuramento, vt poſt
Io.Crot.in l.nemo poteſt ff.de legat.1.& alios ab
eo citatos tradit Alciat.conſ.61.nu.1.lib.8.in im-
preſſione Baſileæ, nullitas autèm donationis eui-
dens eſt, cùm Marchioniſſa adhùc eſſet tutrix
eius filiæ, nondùm enim ſe exemerat ab admini-
ſtratione, nec rationem reddiderat, quarè vllam
donationem nõ potuit illi facere filia, præſertim
tàm immenſæ quantitatis, vt per plura probat
Duen. reg.31. incip. adminiſtratores, ſeù officia-
les, Rebuff.in comment.ad leges Gallicas tract.
de donationib.& alijs diſpoſit.tutor.gl.5.in fine,
Ioan.Gutierrez conſ.14. nu.14. & duobus ſeqq.
43 † vbi reſoluit, quòd non ſolùm donatio non va-
let in caput tutoris, verùm neque in perſona eũ
tangentes, propter præſumptam fraudem, l.pu-
pillus §.ſed & ſi per interpoſitam ff.de auctorit.
tutor.

Et comprobatur, nàm feciſſe dictam donatio-
nem, confitendo in ea dicta Comitiſſa, quod re-
peritur ſcriptum, meritaquè Marchioniſſæ ma-
tris fuit, quia ipſa ita voluit, quòd ſcriberetur,
cui Comitiſſa propter ſuam teneram ætatem,
reuerentiam, & metum non auſa fuit contradi-
44 cere, † quæ autèm fiunt propter verecundiam,
& reuerentiam matris non ligant, nec obligant
filiam, vt proprijs in terminis reſoluit Barbatia
conſ.41.nu.27.vol.3.per tex.in l.ſi quis cũ ſciret,
ibi, *& hoc modo patronus quoque liberto, & is, cuius
magna verecundia ei, quem in præſentia pudor ad
reſiſtendum impedit* ff.de furtis, Bald.in l.ſi vni 8.
nu.2.C.ad Senatuſconſ. Velleia.facit l.ſi cùm do-
tem §.eo autèm tempore ff.ſol.matr. vbi mulier
non contradicẽs propter verecundiam, habetur
pro diſſentiente, & l.1.§.quæ onerandæ ff.quarũ
rerum actio non detur, & ibi gl.verbo *metu ſolo*,
Couarr.in 4.decretal.2.par.c.3.§.6.nu.4. l.metũ,

l.ſi

l.ſi quis per impreſſionem C.quod metus cauſa, gloſ. in c.præſens clericus 20.q.3. & in c.inſinuatione,qui clerici,vel vouentes, & in cap.cauſam matrimonij, de offic.& poteſt.Iudic.deleg.

45 † Maximè cùm agatur de metû virginis teneræ ætatis,in qua minor metus ſufficit,glo.1.in c. cùm locum 14.de ſponſal.quam ſequuntur relati per Couarr.dicto c.3.§.4.nu.9. Menoch.lib.2.de arbit.Iud.centu.2.caſu 335. Io.Gutierr.conſ.16. nu.13.Thomas Sanchez de matrim.diſp.3.lib.4.

46 † Nàm fœminæ vt debiliores, ità ſunt timidiores,gloſ.verbo *metum*,in d.cap.cùm locum,Paul. Caſtr.cōſ.174.pòſt nu.3.par.1.Io.Franc.Purpur. conſ.579.nu.7. Hippol.Rimin.conſ.15.num.22.

47 Sanch.d.diſput.3.nu.2. & nu.5.in fi. † Similitèr quia facilis eſt circumuentio in ſexu muliebri, Auth.de æqualitate dotis §.ijs conueniens coll.7. l.cùm poſteà, vbi Andr.Alciat.C.de pact. Idem conſ.8.nu.5.lib.5.& conſ.135.nu.15.eod.lib.

48 † Et in terminis ſolius metus reuerentialis idē reſoluunt Menoch.lib.2.de arbit. caſu 136.nu.6. & ſeqq. & conſ.1.nu.493. Octauia.Cachera.dec. Pedem.179.nu.5.& duobus ſeqq.Burgos de Paz conſ.28.nu.20. Molina lib.2. de Hiſp.primogen. c.3.num.11.18.& 24.Bern.Diaz reg.532.limit.1. Gratian.Falcon.reg.314.num.1.& 2.Maſcard.de probat.concluſ.1055. nu.15.27.& ſeq. Mandell. conſ.77.à nu.21.lib.1. & conſ.100.nu.4.& ſeqq. Anton.Maluaſia conſ.65.nu.19.& alijs,Theſaur. deciſ.Pedem.66.nu.2.& deciſ.223.nu.9.& ſeqq. Io. Matienzo in dialogo relatoris 3.par. cap. 20. num.3.& 8. Surd.deciſ.Mantua.194.nu.29.Ioan. Gutierrez de iuram.confirm.1.par.c.1.nu.16.& c.55.nu.7.& in Auth.Sacramenta puberū nu.93. & ſeq.C.ſi aduerſus vendit. Caldas Pereira in l.ſi curatorem habens,verbo *læſus* nu.40.verſ.*alia eſt cauſa* C.de in integ. reſtit. Io.Garzia de nobilit. gloſ.17.nu.4.& 5.9.& 34. Monter.à Cueua deciſ. Aragonum 32.num.1.30.& ſeqq.Io.Coraſ.lib.7. miſcell.iur.c.32.nu.2.quorum plures loquuntur de metu reuerentiali inter matrem,& filiam.

49 † Et ideò Bald.conſ.62.incip.facta ſuper quibus num.1.vol.1. reſoluit,quòd ſi per metum,vel nimiam reuerentiam filius liberat patrem ab eo, quod ſibi debebat,talis liberatio non valet,& idē Bald.conſ.474.incip.Vicarius nu.1.vol.5.Aymon Crauett.conſ.11.nu.12.vol.1. & conſ.114.nu.1. probans, quòd metus reuerentialis cum læſione enormi ſufficit ad reſcindendum cōtractum,nec requiruntur minæ,aut verbera,maximè in filia.

50 † Et concurrente læſione non ſolùm enormi, ſed totius ſummę ducatorum decem mille donatorum,clarum eſt, reſcindi quamcūque promiſſionem, ſeù donationem, vt reſoluunt Laderch. de Imola conſ.79.nu.9.Roland.à Valle conſ.100. num.131.lib.4. Cæſar Vrſill.in addit. ad Afflict. deciſ.Neapolit.393.nu.15.Surdus conſ.46.nu.16. & 18.lib.1. Burgos de Paz vbi proximè nu.20.

51 † Quod remanet magis indubirabile, cùm poſteà dicta Comitiſſa ſuſceperit liberos, cùm omnis donatio inter viuos reuocetur natiuitate liberorum, l.ſi vnquàm C.de reuocan.donat. l.8. tit.4.par.5. & reſoluunt plures relati per Alphanum collect. 264. Ant.Gabr. concl.2. de donat. Hieron.Gabr.conſ.112.nu.3.lib.1.Corneus conſilio 30. incip.in hac conſultatione lib.4. Io.Dilectus de arte teſt.tit.3.caut.10.nu.4. Ripa in d.l.ſi vnquam q.7.nu.15. & latiſſimè Tiraq.in comm. illius, Molina lib.1.de primogen. cap.9.num.40. Io.Gutierrez de iuram.confirm. 1.par.c.9.nu.1. & lib.3. pract.q.49.num.2. Morotius reſpon.43. nu.1.& ſeqq.Alciat.conſ.8.nu.2.lib.2.Io.Vincen. Honded.conſ.43.à nu.1.conſ.47.eod.num.vol.1.

52 † Nàm omnis donatio habet in ſe tacitā conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit, ideò natis illis reuocatur,c.fin.17.q.4.Bart.ſingul.211. Mynſinger.centur.5. obſeruat.64. dicens, quòd donans nō cenſetur in dubio de liberis cogitaſſe;

53 † Præſertim, quia non apparet ex inſtrumento renunciatum fuiſſe beneficio dictæ l.ſi vnquàm, quæ requirit præcisè renunciationem ſpecialem factam abſque dolo,& metu reuerentiali,nec includitur in generali renunciatione, vt pluribus probat Ant.Gab.d.concl.2. de donat. nu.2.& 7.

54 † Imò etiàm ſi fuiſſet renunciatum, non ſolùm ad beneficium matris, ſed etiā alicuius filij, foret renunciatio inutilis,alijs filijs poſteà natis,vt ex l. ſi totas C.de inoffic.donat.tradit Raynal.Corſus lib.2.indagation.iuris,cap.26.num.1.

Nec obſtabit dicere, quòd dicta donatio facta fuit ex cauſa oneroſa futuri matrimonij dictæ Marchioniſſæ, & ſub prætextu, quòd non erant bona ſufficientia parentis, ex quibus poſſent illi

55 ſatisfieri arrhæ promiſſæ, † nàm cùm Comitiſſa non eſſet hæres ſui patris, non tenebatur ſatisfacere,quod deficeret arrharum ſatisfactioni, ſicut nec alia debita paterna, rub.& tit.C.ne filius pro patre,l.1.& toto tit.C.de repudian.vel abſtinen. hæred.

56 † Solùm enim ſucceſſit in maioratibus à ſuis prędeceſſoribus inſtitutis,qui erant liberi,atque immunes à debitis patris, Gregor.Lopez in l.4. tit.15.partita 2.gl.1.col.2.ad fin.Mol.de primog. lib.1.c.10.nu.28.& ſeqq. Matienzo alios referens in l.6.tit.7.lib.5.nouæ recop. gloſ.3.nu.17.& 20. Io.Garzia de expen.& meliorat.c.16.nu.14.in fi. Spino in ſpec.teſtam. gloſ.19. in princ. num.36. concl.2.Pater Molina tom.3.de iuſtitia,diſp.641. num.2.6.& ſeqq.

57 † Maximè, nā & ſi fuiſſent bona libera patris, proprietas arrharum non ſpectaret ad Marchioniſſam,cùm ad ſecundas,& tertias ſucceſſiuè nuptias tranſiuerit, ſed ad filias primi matrimonij, l.1.tit.2.lib.3.foro legum, vbi Rodericus Xuarez nu.73.Molina lib.2.de Hiſp.primog.c.10.nu.62. Pater Molina tomo 2.de iuſtitia,diſp.431. Ioan. Gutierr.lib.2.pract.q.18.num.3. Ayora de partitionib.par.1.cap.7.num.21.

58 † Et omni caret ratione,quòd dicta Marchioniſſa,quæ propter tranſitum ad ſecunda vota incurrebat pœnas iuris, filiorum fauore ſtabilitas, l.1.l.hac edictali C.de ſecund.nupt. & in tit.12. part.4. Couarr.de ſponſalibus 2.par. cap.3. §.9. num. 6. vitricum ſuperinducendo Comitiſſæ, ab ipſa vice pœnæ commodum, ac lucrum con-

59 ſequeretur; † Nàm abſurdiſſima prorſus res eſt indè compendium, quem aſſequi,vndè diſpēdio affici conueniret, l.nè ex dolo ff. de dolo, l. ſiuè hæreditaria ff.de neg.geſtis, l.ſed et ſi hæreditas, §.pen.ff.ad exhibend.l.ſi ab hoſtib. §.ſi vir ff.ſol.

matrim.

Digitized by Google

matrim. l.cùm ità in princ. ff.de legat.2.l.n 𝔪 en
§.filio ff.de legatis 3.l.1.§.1. ff.de doli exceptio.
l.itaque fullo ff. de furt. l.non fraudatur §.nemo
ff.de reg.iur.c.ex tenore, vbi Decius not.4.c.ſu-
per literis de reſcript. c. et ſi neceſſe de diuort.
Aymon Crau.conſ.819.nu.7.& conſ.937.nu.3.

60 † Nec eſt conſiderabilis meritorum generica
aſſertio,ex qua non inducitur illorum probatio,
quia debent concludenter probari æquiualentia
donationi,cap.relatum,ibi,*iuxta ſeruitij meritum*,
de teſtam. l.ū donatione, vbi Iaſ. num.3. Decius
num.16. C.de collationib. Ant.Gabr. concluſ.1.
de donatio.num.63.& concluſ.2.num.68.Molina
lib.2.de primogen.cap.8.num.17. Burgos de Paz
conſ.25.num.16.Seraphin.de priuileg.iurament.
priuil.107.num.13.

61 † Nàm tales confeſſiones inter perſonas tàm
coniunctas præſumuntur factæ in fraudem,quã-
dò merita alitèr non probantur ex Bart. theoria
in l.ſi fortè ff.de caſtren.pecul. Decius conſ.366.
nu.12. Guido Papæ ſing.377. & 395. Hippol.de
Marſil.ſing.610.Ioan.Vincent.de Anna alleg.125.
nu.31.vbi additio.

62 Rurſus, quia non dicitur donatio ob cauſam,
in qua fit mentio incerti matrimonij futuri,vt in
proprijs terminis reſoluit Morot.reſp.43.nu.8.

63 † Et quia etiàm donatio facta fauore matri-
monij reuocatur fauore filiorum poſteà natorũ
donanti, vt reſoluunt Paponius lib.11.tit.1.arre-
ſto 20.Riccius collect.728.

64 † Demùm non obſtat iuramentum interpoſi-
tum in dicta ſcriptura, nàm vltrà quòd non eſt
reſpectu remedij l.ſi vnquàm, cui non apparet
renunciatum, adhùc donatio prædicta reſcindi-
tur,natis liberis, non obſtante iuramento, vt per
Boer. deciſ.159.nu.6.& 7. Baeza de non melior.
ratione dotis filiabus cap.29.nu.11. plures, quos
refert,& ſequitur Iulius Clar.lib.4.ſentent.§.do-
natio q.23.num.1.& quatènus reſpiceret præiu-
dicium filiorum, idem voluit Ioan.Gutierrez de
65 iuram.confirmato.1.par.c.9.nu.10. † Iuramentũ
enim ſemper habet illam tacitam conditionem,
quam habet promiſſio,cui adhæret,nec extendi-
tur vltra illius virtutem, Hieron.Gab.alleg.conſ.
127.nu.37. Ant.Gab.d.concl.2. nu.12. Thomas
Gramm.dec.104.nu.75. Iul.Clar.vbi proximè.

66 † Et recipit omnes conditiones rei,ſiuè actus,
cui adhæret, l.fin.C.de non num.pec.l.fin.C.qui
ſatiſd.cogant. Paul.Æmil.deciſ.Rotæ 200. nu.6.
par.3.Matienzo in l.3.tit.10.lib.5.nouæ recopil.
gloſ.13.nu.5. Anton.Burgos in rubr.de empt.&
vend.num.5. Caballin.tract.de euictionibus §.3.
num.550.Iulius Clar.§.emphyteuſis q.8.num.2.
Morotius reſponſo 52.nu.4.& eſt pulchra deciſ.
Hieron.Magonij 76. Rotæ Florentinæ, vbi tenet,
in donatione facta parenti per filiam,quòd reuo-
catur, quatènus filia reperitur læſa.

67 † Pro quo facit Andr.Barbatia conſ.61.nu.57.
& 65.lib.3.quòd minor læſus in magna quantita-
te,etiàm ſi iuret nõ contrauenire, audiendus eſt,
& ei ſuccurrendum, multòque magis,quãdò læ-
ſio,prout in noſtro caſu eſſet enormiſſima,vt cõ-
cludit Ioan.Bapt.Ferret. conſ.149. nu.10. Greg.
Lopez in l.59.tit.18.part.3.gloſ.4.& in l.56.tit.5.
part.5.& in l.10.tit.19.part.6.glo.6.Aluar.Valaſc.
in praxi partitio.c.39.num.55.& ſeqq.Parlador.
lib.2.rerum quotid.c.4.nu.49.

68 † Quia vbi deceptio eſt enormiſſima, vel in
magna quantitate . præſumitur dolus, l.omnis §.
Lucius ff. de reuocand.his, quæ in fraud.credit.
l.qui teſtamentum ff. de probat. l. ſi quis ſuper-
ſtite ad finem, C.de dolo,Roderic.Xuar.conſ.3.
num.27.& ſeq. Alciat.conſ.135.num.9.lib.5.qui
69 numero 10. ait, † quòd paria ſunt , quòd dolus
interueniat ex propoſito,vel re ipſa,l.ſi quis cùm
alitèr ff.de verb.oblig. l.2.§.ſi quis ſine ff.de doli
exceptio. idem Alciat.conſ.22.nu.2.lib.8. Iacob.
Philipp.Portius conſ.143.nu.37. Sylueſter Aldo-
brandinus conſ.26. num. 110. Ioan.Vincent. de
Anna alleg.9.nu.2. alleg.17.nu.6. Franc.Beccius
conſ.224.nu.6.vol.2. vbi poſt Decium conſ.203.
incip.vt vera num.5.ait,quòd in contractu dam-
noſo facto etiàm cum iuramento , ſimplicitas in
muliere præſumitur, & iuramentum iniuſtum
eſt,& captioſum,quod relaxari debet.

70 † Tales enim læſiones enormes videntur à iu-
ramẽto exceptæ, l.ſi libertus iurauerit ff.de ope.
libertor. c.Quintauallis de iureiur. quia iurantis
mentem excludunt , l.1. ff.de dolo, magna enim
turpitudo verſatur ex parte extorquentium , &
recipientium talia iuramenta , quæ non poſſunt
71 firmare , quod nullum eſt, † quia fierent vincu-
lum iniquitatis, quod dicendum non eſt,c.quan-
tò de iureiur.Imola,& alij in l.nemo poteſt ff.de
legat.1. Barbatia conſ.41. num.17.lib.4. Boerius
conſ.39.num.4. Mohed.deciſ.Rotæ 4.num.3.de
empt.& vend. Ioan.Gutierr. conſ.22.num.18.&
ſequen.

72 † Et facit in comprobationem, quòd iuramẽ-
tum nihil operatur,vbi adeſt dolus verus,& præ-
ſumptus , Ant. de Butrio in cap. cùm contingat
4. caſu principali de iureiur. vbi Barbat. caſu 6.
& 9. Alciat.conſ.8.num.4.lib.5. conſ.1.num.10.
lib.7. Hieron.Gabr. conſ.13. num.7. lib.1. & in
filia contrahente cum patre , aut ſua iura renun-
ciante hoc reſoluit Crauet. conſ. 635. num.1. &
conſ.647.num.2.conſ.818.nu.6.

73 † Et eſt cauſa iuſta concedendi relaxationem
iuramenti, vt per Carol.Ruin.conſ.170.num.28.
vol.1. quandò dolus, vel fraus eſſet re ipſa, licèt
non fuiſſet ex propoſito,vt per Ant.de Butrio in
d.c.cùm contingat,not.3. Millis in repert.verbo
74 *iuramentum.* † Vel poteſt allegari nullitas iura-
menti,& quatènus valeat,peti relaxatio ad caute-
lam, Bald.conſ.375.incip.certum nu.8.volum.3.
dicens, ſufficere, quòd lex damnet factum,& iu-
ramentum, l.ſi quis inquilinos §.1. ff.de legat.1.
& arg.l.ſi quis ſub conditione §.fin. ff.de condit.
inſtit. facit idem Bald.conſ.178.num.1.eod.vol.
vt ſic tutiùs , & ſecuriùs valeat iura ſua proſequi
in iudicio,prout eſt conceſſa dictæ Comitiſſæ,&
meritò, cùm mediante prædicta donatione ve-
niret ſpoliata à matre , eademque tutrice , quod
75 eſt multum odioſum in iure,talitèr † quòd ſpo-
lium factum à tutore, vel curatore aduerſus mi-
norem puniebatur deportationis pœna,& publi-
cationis bonorum,l.meminerint in fi. C.vnde vi,
Affl.deciſ.Neap.403.num.20. & poteſt applicari
præſenti caſui, quod inquit Rebuff.tract.de ex-
ception.num.881. quòd non dicitur tutrix quaſi

tuitrix, vt inquit Imperator in §.1.Inſt.de tutel.
& I.C. in l.1.ff.eodem, ſed verſa ethymologia ab
effectu tollitrix, quæ tàm immenſam quantitatē
ducatorum decem mille filiæ minori abſtrahere
procurauit, cùm ab alijs, qui idem conati eſſent,
deberet illam defendere, l.altius ff.ſi ſeruit. ven-
dicetur, ibi, *Quia quod alium facientem prohibere*
ex officio neceſſe habuit, id ipſe committere non de-
buit.

76 † Et omnis difficultas ceſſat reſpectu reſtitu-
tionis in integrum petitæ per dictā Comitiſſam,
quæ debet ſibi concedi aduerſus dictæ prætenſe
donationis præiudicium; nàm Rebuff. tomo 2.
commentar.ad Conſtit. Franciæ, tract.de reſtit.
art.1.glo.1.num.4.aſſerit, vidiſſe ſemper releuari
minores in contractibus, & alijs actionibus de-
ceptos, contra Auth.Sacramenta puberum C.ſi
aduerſus vēditionem, quæ eſt mors, & deſtructio
adultorum ſi ſeruaretur, teſte Luc.de Pen.in l.3.
col.3. C.de prædijs curial. lib.10. quandò dicit,
inuiolabilitèr cuſtodiantur, verùmtamèn quia iu-
ramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum,
c.et ſi Chriſtus de iureiur.latè Gramm.deciſ.12.
nu.13.& ſeqq. ideòque Principem releuare mi-
norem habita diſpenſatione, quæ eſt relaxatio iu-
77 ramenti conceſſa Comitiſſæ, † ad quam non fuit
neceſſaria citatio Marchioniſſæ matris, Anton.
Gabriel concl.1.de citationib.num.93.Laderch.
de Imola conſ.139.nu.8.Guido Papæ quæſt.140.
Aufrer. ad Capell.Tholoſ. q.62. Lud.Gomezius
in tract.breuium num.46.Couarr.lib.1.var.reſol.
c.4.nu.5.verſ.*id verò*, Zerola in praxi Epiſcopali,
verbo *iuramenti abſolutio* in princ. Petrus Paul.
Pariſ.conſ.96.nu.25.& 26. vol.1. & in abſolutio-
ne ad effectum agendi, & excipiendi in iudicio
eſt vniuerſali obſeruātia receptum tàm in Curia
Romana, quàm in alijs Curijs Eccleſiaſticis Re-
gnorum Hiſpaniæ, & comprobant M.Ant.Natta
conſ.167.num.5.& ſeqq.Roland.à Valle conſ.13.
num.38.conſ.34.num.1.volum.1. Franc.Beccius
conſ.63.nu.3.Borgn.dec.9.nu.24.par.1.Lancell.
Galliæ conſ.73.num.64. Alciat.conſ.1. num.38.
lib.8.

78 † In quorum comprobationem facit, quòd
omnis promiſſio etiàm iuramento firmata, intel-
ligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, cap.
quemadmodùm de iureiuran. & arg. l. cùm quis
ff.de ſolution. l.quod Seruius ff.de cond.ob cau.
Boer.q.204.nu.21. Mandell.conſ.76.nu.2.vol.1.
& ità iuramentum dictæ donationis debebat in-
telligi, ſi Comitiſſa extitiſſet in eodem ſtatu, &
79 non ſuſcepiſſet liberos; † nàm cùm præcipuè ſit
inducta ad fauorem illorum, diſpoſitio d.l.ſi vn-
quàm non potuit illis ius ſuum auferri, etiàm ex
iuramento matris, vt ex l.1.C.vt in poſſeſſ. lega-
torū, l.quod de bonis ff.ad l.Falcid. c.cùm con-
tingat 28.de iureiur. ibi, *Sine vi, & dolo ſponte*
præſtita, cùm in alterius præiudiciū non redundent,
Bal.conſ.474.incip.Vicarius nu.1.vol.5. Boerius
80 deciſ.100.nu.14. † In iuramentis etenim lux ve-
ritatis, & non fictionis ſomnium inſpicitur, l.fin.
C.de non num.pec. Auth. quod eis C.de nupt.
Baldus conſ.2. incipiente factum tale eſt, num.5.
volum.3.

81 † Et ex deciſione dicti cap.cùm contingat, gl.
fin.ibi, & DD.communiter in c.venientes eiuſdē
tit. tenent, iuramentum non poſſe operari in
præiudicium tertij, Florian. de Sancto Petro in
l.Titia Seio 9.Imperator ff.de legat.2.Ant.Gom.
in l.55.Tauri nu.8.Couarr.in c.quàmuis pactum
de pact.lib.6.par.1.§.3.nu.11.in fine principij, &
2.par.§.1.nu.1.& 3.par. §.3.nu.7. & in 4.decret.
2.par.c.7.§.1.nu.3.Burgos de Paz conſ.14.nu.19.
& in proprijs terminis iuramenti facti per pa-
trem, aut matrem in præiudicium filiorum,
quòd non valeat, reſoluit Paulus Caſtrenſ. con-
ſilio 468.num.2.par.2.l.1.ff.ſi mulier ventris no-
mine, ibi, *alteri enim nec prodeſt iuſiurandum in-*
ter alios factum, l.18. tit.11. partita 3. ibi, *Ca la*
jura de otro no tiene pro, ni daño a otro, Alciatus
conſilio 1. num.5. libro 2. & conſilio 25.num.5.
libro 8. Ioſeph. Ludouicus deciſio. Lucenſ. 25.
num.10.

82 † Quarè non præiudicat dictum iuramentum,
nec donationis nullitatem reparat, nec remediū
dictæ l.ſi vnquàm excludit, vt per Ripā ibi q.7.
num.3. Villalob.inter communes DD.opiniones,
tit.C.de reuocan.donat.num.7.Io.Vinc.de Anna
ſing.284.

83 † Et ceſſat omnis difficultas, cùm concurrat
cum dicto remedio l.ſi vnquàm, aliud ſcilicèt in-
officioſitatis donationis, quod non ceſſat, licèt
primum ceſſaret, vt poſt Crauett.tradit Couarr.
lib.1.variar.c.19. nu.12. Ioan.Gutierr.de iuram.
confirmato.1.p.c.9.nu.10.

84 † Rurſus, quia dicta prætenſa donatio inter-
pretari debet, nè noceat Comitiſſæ, & illius filijs
minoribus, ex traditis per Angul.de melioration.
l.1.gloſ.11.nu.29.

Nec obſtant reliquæ clauſulæ adiectæ in in-
85 ſtrumento ad illius corroborationem, † nàm
quandò actus principalis eſt nullus, ſunt etiā nul-
læ clauſulæ acceſſoriæ, iuxta gloſ.verbo *Fauiana*,
in l.ſi patronus ff.ſi quid in fraud.patroni, glo.in
cap.ſignificantibus, verbo *per formam*, de offic.&
poteſt.Iudic.deleg.gloſ.verbo *promiſſa* in c.2.de
precario, & in c.grauis de cenſib.verbo *hæc fide-*
iuſſio, l.pacta, quæ contra ff.de pactis, Gomez.in
regul.Cancell.de infirm.reſign.q.34.verſ.*obſtare*,
Couarr. in c.quàmuis pactum 2.par. §.4. num.4.
Rom.conſ.42.col.1. Maranta diſput.6. num.29.
86 † Cuius ratio eſt, nàm eadem facilitate, qua quis
inducitur ad contrahendum, inducitur etiàm ad
renunciandum ſuis iuribus, apponendumque
pacta præiudicialia, Bart. in l. executione ff.de
noui oper.nunc. Cumia ſuper ritus M.Cur.Sicil.
c.59.num.3.

87 † Et cùm Comitiſſa reperiatur intra quadriē-
nium, legitimè petijt in integrum reſtitutionem
contra dictam donationem, l.fin.C.de temporib.
in integ.reſtit.l.non omnia 45. l.minoribus ff.de
minor. Alex.conſ.115.nu.6.lib.3. Aymon Crau.
conſ.192.nu.4. Burgos de Paz conſ.28. num.10.
debet omninò illi concedi, nec haberi ratio ali-
qua dictæ donationis; ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 Decani dicebantur, qui funeribus præerant.
2 Decani dicebantur, qui decem militibus præerant.
3 Decani, qui eſſent in monaſterijs.
Decanos inſtituit Moyſes, vt populo Iſraelitico ius dicerent, eod. num.
4 Decani dicuntur, qui præſunt Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis.
5 Decanus dicitur oculus Epiſcopi, & in multis habet illius vices.
6 Decanus dicebatur Præpoſitus decem Præsbyteris.
7 Decanus hodiè dicitur prima dignitas in Eccleſia poſt Epiſcopum, & num. 11.
8 Decanatus eſt dignitas eccleſiaſtica.
9 Capituli Præpoſitus, ſiuè Decanus habet iuriſdictionem.
10 Decanus Cathedralis Eccleſiæ qualis debeat eſſe.
12 Decani munus in Cathedrali quale ſit.
13 Decanum habere vocem in Capitulo, tenuerunt aliqui.
14 Prælatus non habet vocem in Capitulo vt Capitularis.
15 Cathedralis Eccleſiæ corpus vnum fit ab Epiſcopo, & Capitulo.
16 Decanus non venit appellatione Capituli.
17 Canonici ſoli cum Epiſcopo faciunt Capitulum.
18 Capitulum, & Canonici idem ſunt.
19 Canonici veniunt appellatione Capituli.
20 Capitulum Eccleſiæ Cathedralis dicitur Eccleſia.
21 Decanus tanquam Decanus, niſi ſit etiàm Canonicus, non habet vocem in Capitulo, & num. 23.
22 Prælatus Capituli, ſiuè ſit Decanus, aut alio nomine nuncupetur, non habet diſtributiones quotidianas, quæ competunt Canonicis.
24 Canonicæ ius habentes tantum, habent vocem in Capitulo.
25 Prætor Ciuitatis non habet vocem in Concilio illius.
26 Stallus in Choro, & locus in Capitulo ſunt partes beneficij canonicalis.
27 Decanus debet habere in Choro primum locum poſt Epiſcopum.
28 Facultatis iura non præſcribuntur.
29 Præſcriptio non procedit contra eum, qui per plures annos fuit ad aliquod molendinum.
30 Barones, ſeù domini vaſallorum non poſſunt vaſallos cogere, vt eant ad eorum molendina.
31 Domum ſuam poteſt quis altiùs tollere, licèt per plures annos non fecerit.
32 Hoſpitatus aliquem pluriès, non cogitur in futurum hoſpitari.
33 Facta ex gratia, & non ex debito, non obligant in futurum.
34 Præſcriptio in his, quæ ſunt facultatis, non incipit niſi à die prohibitionis.
35 Subditus non præſcribit contra obedientiam Superioris.
36 Facere qui poterat, ſi neglexit, ſucceſſor facere non prohibetur.

PRO

Capitulo Sanctæ Eccleſiæ Cathedralis Conchenſis.

ARGVMENTVM.

Decanus in quantùm talis, ſi Canonicus non ſit, non habet vocem in Capitulo cum Canonicis. Et quid de ſtallo in Choro.

CONSILIVM CXLIX.

1 PRo meliori intelligentia huius conſultationis, illud præſupponẽdum duxi, † quòd verbum, Decanus, diuerſimodè accipitur in iure ciuili, et canonico, ſiquidẽ Decanos in Vrbe Conſtantinopolitana humanorum corporum curam geſſiſſe patet in nouella Iuſtiniani 59. quæ tractat de ſumptibus funerũ, et in eo ſignificatu loquuntur l. 4. et 9. C. de ſacroſan. Eccl. et obſeruat Briſonius lib. 4. de verb. ſign. verbo *Decanus*, Iacob. Spiegel. Prateius, et Verrutius, Alberic. et alij Lexicographi eodem verbo.

2 † Erant etiã Decani ſecundũ Modeſt. lib. ſingulari, quẽ de re militari fecit, qui decẽ militibus erant præpoſiti, prout vulgò dicuntur, qui in Comitiuis efficiũt caput eiuſdem numeri, & decuriæ, & habetur in rubr. & toto tit. C. de Decanis lib. 12. ſic D. Ambroſius lib. 5. epiſt. 33. miſſos de Palatio Decanos narrat, de quibus habetur in C. Theodoſiano l. vnica de Decanis, Veget. lib. 2. de re milit. c. 6. vbi Steuechius in commentarijs ex eodem Vegetio c. 13. & 25. eod. libro.

3 † In monaſterijs Decani appellabantur, qui denis Monachis præerant, vt tradit D. Auguſt. lib. 1. de morib. Manich. & in ſacris literis Exod. c. 18. habetur, eos, qui à Moyſe conſtituti fuerunt, vt populo ius dicerent, Decanos fuiſſe appellatos, vt hæc, & ſimilia obſeruat Marc. Anton. Colum. tract. de eccleſiaſt. reddit. orig. c. 13. par. 2. à nu. 6. & ſeqq. vbi nu. 11. ait, quòd quiſquis alicuius Collegij Princeps, aut caput eſt, Decanus nũcupatur.

4 † Et ità hoc nomine appellantur in Cathedralibus, & etiàm in aliquibus Collegiatis Eccleſijs habentes nomen Decanatus, qui habent iuriſdictionem, vel ſaltim præeminentiam in Eccleſia, vt per Spec. tit. de off. ordin. §. 1. verſ. prætorea, Hoſt. in ſumma de off. Archid. Io. Mohed. dec. 1.

5 nu. 5. de foro comp. vbi Additio inquit, quod † dicitur oculus Epiſcopi, & in multis habet illius vices, Rota deciſ. 9. de præb. in nouis, de quo etiàm habetur in c. 1. ne Prælati vices ſuas, ex Concilio Lateranẽſi ſub Alex. III. c. 15. prohibendo tamèn, nè hoc adipiſcerentur pecunijs, vt obſeruat Ant. Aug. lib. 6. vet. iur. Pontificij tit. 62. c. 3. vbi & alia Pontificia decreta de Decanis loquẽtia cõgeſſit.

6 † Et ſicut Decanus dicebatur, qui decem Præsbyteris erat prælatus, vt obſeruat Gemma

animæ lib.1.de antiquo ritu Miſſæ c.182.tom.1.
7 Auctuar.Biblioth.Sáct.Pat.pag.1227.† ita Deca-
nus hodiè dicitur,qui eſt primus in Eccleſia poſt
Epiſcopum, primamq; dignitatem habet,vt per
Menoch.conſ.257.nu.6.& 10.vol.3. Nicolaus de
Kebbe tract.de dignitatib.& offic.eccleſiaſt.c.8.
8 pag.65. † Non enim dubium habetur,quòd De-
canus dignitatem habeat, vt ex c.dilectis filijs de
appell.tradit Marc.Ant.Colum.vbi proximè n.6.
Rota dec.17.de conceſſ.præb.in nouis poſt med.
dicens,quòd Decanatus eſt dignitas,& in nomen
dignitatis ſonat,habetq; prærogatiuas,quas anti-
quitus habebant Archipræsbyteri tanquā caput
Capituli, c. cùm inter vniuerſas de elect. c. poſt
electionem de conceſſ. præb. l.non plures C.de
ſacroſanct.Eccl. cū ibi notatis,Card Zabar.in c.
inferiora nu.3.de elect.Duaren.lib.2.de ſac.Eccl.
miniſter.c.6. allegans Bernardum in c. ex parte
de clericis non reſidentib. Io.Garz.de expenſ.&
melior.c.9.num.4.& 6.
9 † Vndè Bal.in l.1.in fi.nu.8.C.de ſeru.Reipub.
manumittend. voluit, quòd Præpoſitus Capituli
dicatur habere iuriſdictionem,& ſic Decanus tā-
quàm Capituli caput non ſit perſona priuata,niſi
quoàd extraneos, ſed iuriſdictionem habeat per
Capitulū edoceri de reſcrip.c.cùm ab Eccleſiar.
Prælatis de off.Iud. ord. l.omnes §.nihilominus
C.de Epiſ.& cler.Abb.in d.c.cū ab Eccleſ.nu.3.
Fely.in c.ex parte Decani nu.1.de reſcript.Put.
lib.3.dec.210.nu.2.Io.Garz.tract.de expenſis,&
meliorat.c.9.nu.4.& 6. Altamiran.tract.de viſit.
10 verbo *& alij* nu.51.l.3.tit.6.parti.1.ibi, † *E por-
que el oficio del Decan es mas honrrado, e mayor,
que el de los otros comunalmente en las mas Ygle-
ſias (el Obiſpo fuera) porende deue ſer mas honrrado
en el Coro, e en el Cabildo, e deuenlo obedeçer en las
coſas, que fueren guiſadas, e derechas*, Greg.Lopez
ibi gl.4. Roder.Zamorēſis in ſuo ſpec.vitæ hum.
lib.2.c.3.Caſſan.in catal.glor.mund.4.par.conſi-
11 derat.37.dicētes,† quòd Decano poſt Pontificē
maior, & principalior cura, & Collegij admini-
ſtratio cōgruit,& proximior eſt Epiſcopo digni-
12 tate,& honore, † cui propinquior eſt in cōſilio,
& aſſiſtentia,ipſe Collegium,necnon perſonas,ac
res Collegij tractat, & poteſt agere, vt Prælatus
ſine Capitulo in rebus communibus, quæ nō ſint
arduæ, imò habere generalem rerum Capitulo
communium adminiſtrationē, vt Epiſcopus ge-
neralis eſt bonorum Eccleſiæ adminiſtrator, ad
eumque ſpectat corrigere Clericos exiſtentes in
Choro, & in diuinis, vt tradit Menochius dicto
conſ.257.num.62. aliaq; facere, quæ ſecundùm
laudabiles conſuetudines, & ſtatuta Eccleſiarum
ſunt ei cōmiſſa,vt tradit D.Bernard.de Sandoual
de off.eccleſiaſt.5.par.c.3.pag.153.
13 † Et ex his videtur,Decanum habere etiàm de-
bere vocem in Capitulo,vt ſenſit idem Roderic.
Zamorenſ.d.c.3.dicens, habet denique Decanus
in Collegio, & Capitulo primam vocem,primas
ſalutationes, primos recubitus, Caſſan.d.conſi-
derat.37. pro quo etiàm Boer. ad tract.de auct.
magni Conſ.num.72. quod videtur corroborare
Card,Zabarella in clem.1.num.18. de regularib.
14 concludens, † quòd Prælatus non dicitur habe-
re vocem in Capitulo vt capitularis,cùm non ſit
propriè pars Capituli, ſed non excludetur à vo-
ce, quam habet vt Prælatus, vt latius adnotauit
Auctor Enchiridij Iud. eccleſiaſt. notab.11.ſ.92.
Villar lib.de patronat.Calataiubij 7.par.nu.2.

Tamèn, his non obſtantibus, verius videtur
maxime in Eccleſia Conchenſi, vbi ità fert con-
ſuetudo,quod Decanus,qui non ſit ſimul Cano-
nicus non habeat vocem in Capitulo, ſed ſolùm
auctoritatem congregandi illud, & in eo propo-
nendi,quæ ſint tractanda,diſcutienda, & votāda
per Cannnicos, quod vt clariùs conſtet, illud
15 ſciendum eſt,† quòd vnum corpus Cathedralis
Eccleſiæ facit Capitulum cum Epiſcopo,c.nouit
vbi Abb.de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu
Capituli,Paulus Fuſcus de viſitatione lib.1.c.15.
nu.2.Bellenc.de char.ſubſ.q.66.nu.31.
16 † Decanus autem non venit appellatione Ca-
pituli,c.poſt electionem,vbi Ant.de But.nu.23.
de conceſſ.præbend. & in d. c. ex parte Decani,
dicens, quòd appellatione Capituli non videtur
comprehendi principale caput, niſi ſpecialiter
17 nominetur, † nàm ſoli Canonici cum Epiſcopo
Capitulum faciunt, & non alij beneficiati, licet
perpetui ſint, & dignitates habeant in Eccleſia,
Abb.in c.1.nu.11.& in c.ſcriptū, nu.4. de elect.
Dec.in c.eam te notab.2.nu.3.de reſcrip. Rebuſ.
in concord.rubr.de nominat.q.8.num.32.Cæſar
de Graſſis deciſ.Rotæ 131.aliàs 4.de his,quæ fiūt
à maiori par.Cap. nu.6.d.c.nouit,Abb.& DD.in
c.1.de Inſtit. idem Abb.in c.cùm inter vniuerſas
18.nu.2.de elect.allegans c.cùm olim de ſent. et
re iud.Greg.Lop.in d.l.3.gl.5.Enchir.iud.eccleſ.
d.not.11.Bertrand.conſ.55.nu.1.par.3.
18 † Et ità Capitulum,et Canonici idem ſunt, vt
poſt alios reſoluit Ripa in repet.c.cùm M.nu.11.
de conſtit.Menoch.de præſump.lib.4.præſ.113.
nu.7.pro quo facit reſolutio Ioannis Monachi in
c.per exemptionem nu.1. de priuileg. dicentis,
quòd verba iſta, Capitulum talis Eccleſiæ hoc
fecerunt,debēt intelligi, ideſt Canonici talis Ec-
cleſiæ Capitulum repræſentantes hoc fecerunt,
19 arg.l.mortuo ff.de fideiuſſorib. † Capituli nāq;
appellatione ſoli Canonici comprehenduntur,
Abb.in c.ſcriptū nu.4.de elect. Dec.in c.eam te
notab.2.de reſcript.Rota Rom.diuerſ.1.par.de-
ciſ.411.nu.6.et quòd Capitulum conſtituant ſoli
Canonici vnà cum Epiſcopo tradit etiàm Rota
dec.4.nu.5.par.2.nouiſſimarū ex c.nouit de his,
quæ fiunt à Præl.notant DD.in c.2.de inſt.Card.
in c.1.nu.4.q.5.de elect. Proſper Farin.dec.Ro-
tæ 296.nu.1.et 2.par.1.to.1.nouiorum,Bertran.
conſ.55.nu.1,vol.3. Abb.in c.1.num.11.de elect.
20 quod † Capitulū Cathedralis Eccleſiæ Eccleſia
dicitur, cap.Apoſtolica 56.diſt.c.cùm clerici.de
verb.ſign.et in prag.ſāctione tit.de elect. c.ſicut
§.quanta,vbi dicitur,quòd Canonici dicūtur Eccle-
ſia; et ita Lambert.lib.2.de iure pat.1.par.art.13.
q.2.nu.2. ait,quòd vbicunque in lege,vel ſtatuto,
aut alia diſpoſitione fit mentio de Capitulo tunc
ſoli Canonici ob excellentiam comprehendātur,
& nō Decani, nec aliæ dignitates,probat Rebuff.
conſ.42.nu.3.tex.apertus in d.c.ex parte Decani,
& c.eam te de reſcript.vbi Ant.& Ioan.de Imola
Altamiranus dicto tract. de viſitatione, in verbo
Patriarchæ nu,17.& duob.ſeqq. & Dec.cōſ.641.
nu.vlt.

nu.vlt.Petr.de Biazio in direct.electio.1.par.c.2. verſ.*& dicit*, addens,alios beneficiatos,niſi canonicatus habeant non eſſe de Capitulo,ex cap.fin. de præb.lib.6. vbi Imola,Dominicus,& Francus col.vltima.

21 † Ex quo elicitur,quòd Decanus tanquàm Decanus, niſi ſit Canonicus nô habet vocem in Capitulo,vt reſoluit Abb in cap.auditis 29.nu.3.de electio.ponens quæſtionem,vtrum Beneficiati in Eccleſia vltra Canonicos vocem habeant,& dicit Doct.tenere cômuniter,quòd non,quantûcunq; ibi ſint perpetui beneficiati, & quòd ſtatuto,aut conſuetudine ceſſante,Canonicus antiquior,ſiuè priùs inſtitutus debet alijs præeſſe,& primâ você præſtare, & primû locum in ſubſcriptione,& in ſedendo, alijſq; ſimilibus habere,ex c.ſtatuimus de maiorit.& obed.Abb.in c.dilecti 13.notab.1.

22 de maiorit.& obed.Greg.Lopez d.gl.5. † Vndè Zenzelin.in Clem.vt hi, qui de æta. & qualitate, voluit,quòd Prçlatus Capituli,puta Decanus,vel alius non debet habere diſtributiones quotidianas,quæ ſolis Canonicis debentur,quia ille nô eſt de Capitulo prout voluit Fed.de Senis conſ.115. dicens, quòd Clericus habens aliquod Altare in Eccleſia,pro qua debet celebrare,& eſſe in Choro ſicut Canonicus, non tamen habebit diſtributiones quotidianas, cùm Canonicus verè non ſit, cuius deciſionê ſequitur Coſmas Gum. in prag. ſanction.tit.quo temp.quiſq; deb.eſſe in choro, gl.in verb.*Decani*,Hugo Celſus in conſ.79.incip.

23 in Diœceſi nu.1.verſ.*quid imò.* † Vndè Io.Bapt. Ferrett.conſ.204.nu.14.& 15.to.1.reſoluit,quòd Decanus, Archidiaconus, vel alius habens dignitatem in Eccleſia Cathedrali,nô habet ius dandi vocem,nec ſe impediendi de actibus Capitularibus, niſi ſit Canonicus, ſeù de conſuetudine, vel præſcriptione,vel priuilegio, quia iſta ſpectât ad antiquiorê Canonicû, Abb.& alij in c.auditis de elect.& in c.cùm olim de re iud.in c.1.de maior. & obed.& ex Abb.in c.cùm olim col.3.circa fin.

24 nu.8.de ſent.& re iud.tenente,† quòd habentes dumtaxat ius Canoniæ,habent você in Capitulo, & non alij hâbentes dignitatem, perſonatum,vel officium in Eccleſia ſine Canonicatu,niſi ex conſuetudine , vel priuilegio , ſeù alio iure ſpeciali hoc eiſdê cõpetat,tradit Enchirid.iud.eccleſiaſt. dicto notab.11.in princ. Villar.vbi ſuprà nu.15. D.Franc.de Leon deciſ.Valentina 187.nu.3.& 4.

25 par.2. † Et facit in ſimili,quòd Præſes Ciuitatis non habet vocem in Concilio,vt innuere videtur l.6.tit.1.lib.7.recopil.ibi, *Ordenamos,que vala,y ſea firme lo que fuere fecho,y acordado,y ordenado por el dicho Conſejo,que la nueſtra Iuſticia los oya, y haga ſobre ello lo que fuere de derecho*. Curiæ Piſanæ auctor lib.2.c.18.num.3.

26 † Ad ſecûdum reſpondeo,quòd licèt ſtallus in choro,& locus in Capitulo cenſeâtur partes beneficij canonicalis,c.cùm inter,vbi Abb.nu.2.de renunciat.c.dilectus 19.de præb.c.dilecto eo.tit. Ant.de Butr.in cap.fin.nu.31.de cauſa poſſeſſ.& propriet.c.pro illorum de præbend.Rebuff.in l. in lege Cenſoria §.ſed de ea re, verſic.*aliquandò*, ff.de verb.ſignif. Rom.conſ.482.num.2. adeò vt dixerit Io.Bapt.Ferrett.conſ.14.nu.3.vol.1.quòd inſtallatio non ſufficit in loco Capituli,niſi etiàm

27 fiat in Choro in Sedia Canonicali † adhuc tamê in Choro, & Capitulo primum locum debet habere Decanus,c.poſt electionem de cõceſſ.præb. gloſ.1.in d.c.cùm inter diuerſas 18.de elect.Ant. Franc. in addit.ad Abbatem ibidem nu.1. iuncta deciſ.Rotæ 17. de conceſſ.præb. in nouis, & ità ius habet ſuper ſtalli præ-ſione, ità vt non obſit, aliquo têpore non fuiſſe hoc iure vſum, ſi vti non fuerit prohibitus,& poſt prohibitionem ſufficiês tempus fuerit tranſactum ad præſcriptionem inducendâ,pro quo ſequentia faciunt fundamenta.

28 † Primò,quòd in his,quæ ſunt facultatis præſcriptio non currit,l.viam publicam,vbi Bart.& alij ff.de via publica, Tiraq.de retract.conuent. §.1.gl.2.nu.22.Cæphal.conſ.176.nu.48.to.2.gl.in capite vt priuilegia, verb.*in anno* de priuileg.vbi Ant.de But.nu.16.verſ.*eadem gloſſa*, Fely.in cap. cùm acceſſiſſent num.26.verſ.*Limita ſecundò* de conſtit. Balbus in tract.præſcript.4.par.5.partis princip.1.quæſt.num.1.& ſeqq.l.7.tit.29.part.3. Burgos de Paz conſ.10.num.33. Ant.Gabr.lib.5. concluſ.tit.de præſcript.concl.10 nu.4. Roland. à Valle conſ.22.nu.20.vol.3. Steph.Gratian.dec. March.232.nu.15.

29 † Et ità licèt aliquis conſueuerit ire ad molendinum alicuius, etiàm per mille annos , non propterea inducitur contrà eum præſcriptio, vt non poſſit ire ad aliud, vt tradidit Baldus in l.1. num.10. C.de ſeruitut.& aqua,Abb.in c.Abbate ſanè nu.9.& 10.de verb.ſignif.Iaſ.in repet.l.quominus num.29.ff.de fluminib.Cæpol.in tract.de ſeruitutib. vrban.præd. cap.2. ſub tit. de furno, Cyn.in l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo, Roland. à Valle conſ.22. proximê alleg.nu.21. Bart.Ang. & alij in l.qui luminibus ff.de ſeruitutib.vrban. prædior. Couarr.in reg.poſſeſſor.2.par.relectionis §.4.num.6.verſ.*huic ſanè obiectioni*, Ant.Gab. vbi proximè nu.4. Cæphal. d.conſ.176. num.48. Martin.Vran. conſ.21. num.6.tom.2. vbi additio

30 Afflict. deciſ. Neapolit.388. num 4. † quia nec Barones,aut Domini vaſſallorum poſſunt ſubditos cogere , quòd molant in eorum molendinis, Soccinus conſ.272. volum.2. Boerius deciſ.125. Albertus Brunus conſ.56. Et in Regno Neapolis eſt pragmatica Inuictiſſimi Caroli V. 14. tit.de Baronibus, de qua Ioan.Vinc.de Anna alleg.116. nu.2.& ſing.557. doctè Bertran. dict. conſ 234. num.4.& 5. Bald.conſ.410.num. 1.par.5.Morot. reſponſo 64.num.1. Anton.Theſaur. deciſ.Pedemont.16.num.6.

31 Vlteriùs,quia licèt vicinus etiàm per mille annos altius domum non ædificauerit, prohibere non poſſum , nè altius tollat, d.l.qui luminibus, vbi gloſ.ff.de ſeruit.vrb.præd. allegans l.finalem ff.quemad.ſeruit.amitt.l. altius C.de ſeruitut.& aqua, Iaſ.in d.l.quominus num.23, Ant.Gomez 2.tom.variar.c.15.num.28.verſ.item adde,Iaſ.in §.quædam num.34.Inſt.de actio.Greg.Lopez in l.25.tit.32.par.3.gloſ.fin.Bertran.conſ.234.nu.1. libro 3.

32 † Similiter facit, nàm & ſi quis conſueuerit hoſpitari , vel dare par caponum multo tempore , non per hoc cauſatur conſuetudo , vel præſcriptio,vt in futurum teneatur, qui hoſpitio recepit,aut par caponum dedit,vt tradit Innocent. in c,

in c.cùm Eccleſia Sutrina num.7. de cauſa poſſ.
& propriet. Cynus in l.2. verſic. *Tertiò quæritur,*
C.quæ ſit longa conſuetudo, Bart. in l.cùm de in
rem verſo num.9. ff.de vſuris, poſt gloſ.in l.ſo-
lent ad fin.ff.de officio Proconſ.& legati, Archi-
diac. in cap.ſeruitium 18.quæſt.2. Dominicus in
cap.conſuetudo 1.diſt. Abb.in c.ex parte Aſten-
ſis num.7.de conceſſ.præb.& alij relati per Ant.
Gabr.vbi proximè num.5.Iaſ.30.Guld.Papę de-
ciſione Delphinatus 298. Aymon Crauet. de an-
tiquitate temp. 4.part. in ſectione, quæ incipit,
materia iſta num.98. Roland.à Valle d.conſil.22.
33 num.22.cuius ratio eſt, † nàm communiter po-
tius conſueuerunt talia fieri ex gratia, quàm ex
debito, arg.l.1.reſponſo 1. ff.de fluminib. l.cùm
de lanionis §.Aſinam ff.de fundo inſtr. quam ra-
tionem aſſignauit Innocent.d.num.7.quo tendit
illud Tiberij apud Tacitum libro 2. annalium,
*Dedit tibi hortale Diuus Auguſtus pecuniam, ſed
non compellatus, nec ea lege vt ſemper daretur.*
34 † Et ita talis præſcriptio non incipit currere,
niſi à prohibitionis die, & tempore, quo tali ſit
prohibitioni acquietum, vt latè tradit Ripa in c.
cùm Eccleſia Sutrina, proximè allegato, vbi Præ-
poſitus nu.43.& ſeq.& nu.50.& ſeqq.idem Ripa
in d.l.quominus nu.132. tex.in c.Abbate Sancti
Syluani, verſ. *ad hoc Authentica,* & ibi Doctores
de verb.ſign. Bal.in l.1.verſ.*ſecundo oppono* C.de
ſeruit. & aqua, Florianus in l.ſeruitutes num.27.
verſ.*Item quòd gloſſa,* cum ſeqq. ff.de ſeruitutib.
Boer.deciſ.125.nu.5.gloſ.verb.*formam,* in d.l.qui
luminibus, vbi DD. Roland.à Valle vbi proximè
num.23.& ſeq. Iacobinus de Sancto Georgio in
tract.de feudis, verbo *& cum molendinis* num.4.
& eſt communis opinio, vt per Couarr. d.nu.6.
& Burg.de Paz dicto conſ.10.nu.32. pro quibus
eſt bonus textus in l.15. tit.31. part.3. in verbis,
o le contrallaſſe, que no alçaſſe, iuncta gl.ibi, verbo
35 *contradicendos* † & facit ad idem, quod ſubditus
non præſcribit contra obedientiam ſuperioris,
niſi à die, quo requiſitus, ſe ſubditum eſſe negat,
vt tradunt Iaſ. in l.is, qui putat 15. num.13.ff.de
acquir.hæred.Crauet.conſ.27.num.5.in fine, qui
pro eo allegant tex.in l.1.& per totum C.de pre-
ſcriptio. longi temp. quæ pro libertate, Marcus
Ant.Eug.conſ.43.nu.76.vol.1.Et ità eodem mo-
do cùm Decano nõ inueniatur prohibitio facta,
quòd ſtallum in choro, & locum in Capitulo non
habeat, cùm habuerit ius vtendi his iuribus pro
ſua dignitate, non poteſt opponi aduerſus eum
præſcriptio, quòd tempore aliquo etiàm imme-
36 moriali hoc iure non fuerit vſus, † quo vti pote-
rit, quandòcunque opus fuerit, & facere decre-
uerit, arg.l.locatio 9. §.earum ff.de publican. &
vectig.ibi, *quòd ſi præſtari conſuetum, indulgentia
publicanus omiſerat, alius exercere non prohibetur,*
cum his, quæ in comprobationem adducunt Bal.
conſ.211.incip. proponitur nu.1.vol.3. Andr.de
Iſern.tit.quæ ſint regal. verbo *vectigalia* num.14.
Berous conſ.137.nu.7. vol.3. Franc.Burſat.con-
ſilio 329.nu.9.vol.3. Vinc.de Franch.deciſ.397.
num.14.par.2. & ità negligentia alicuius Decani
alijs non obeſſet, & hoc licèt vocem non habeat,
& ita mihi de iure videtur; ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conſobrinus eſt in ſecundo gradu de iure ca-
nonico, & in quarto de iure ciuili.*

2 *Coniunctus tranſuerſalis exiſtens intra quartum
gradum poteſt agere pro coniuncto cum cautione
de rato, & num.3.*

4 *Executionem petere poteſt qui habet mandatum ge-
nerale.*

5 *Coniunctus dicitur habere mandatum generale à
lege.*

6 *Coniunctus poteſt agere pro coniuncto ſuo, vt illi
ſoluatur.*

7 *Coniunctus poteſt petere, quòd debitum coniuncto
non ſoluatur alij, ſed ſaltim ſequeſtretur.*

8 *Cautè procedendum eſt, nè ſolutio fiat creditoribus
poſterioribus, anterioribus omiſſis.*

9 *Sententiæ tranſactæ in rem iudicatam faciunt ius
irreuocabile inter partes, quæ litigarunt.*

10 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, habet
vim ſtatuti.*

11 *Sententia tranſacta in rem iudicatam inducit no-
torietatem.*

12 *Sententia, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam,
pro veritate habetur.*

13 *Sententia facit de albo nigrum, & de nihilo aliquid.*

14 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam habet
præſumptionem iuris, & de iure pro ſe, nec poteſt
impugnari.*

15 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, trahit ſe-
cum executionem.*

16 *Actio in factum, vel iudicati poſſunt proponi co-
ram Iudice diuerſo ab illo, qui iudicauit.*

17 *Inſtrumentum guarentigiatum exequitur in alio
loco, & coràm alio Iudice.*

18 *Iudex vnius territorij poteſt in Regnis Caſtellæ
abſque literis requiſitorialibus exequi ſententiam
alterius Iudicis, & num.20.*

19 *Inſtrumentum guarentigium exequitur à quocun-
que Iudice competenti.*

21 *Exceptio reſultans ex actis, & proceſſu impedit
executionem.*

22 *Exceptiones impedientes executionem poſſunt op-
poni coràm Iudice executore.*

23 *Producens ſcripturam in iudicio, cenſetur appro-
bare contenta in ea.*

24 *Productio inſtrumenti habet vim confeſſionis.*

25 *Scripturam acceptans producendo, non poteſt illi
aduerſari.*

26 *Interpretatio fit in dubio contra producentem in-
ſtrumentum.*

27 *Confeſſio reſultans ex productione inſtrumenti,
prodeſt etiàm quoàd tertium.*

28 *Tertio poteſt competere actio, & executio ex inſtru-
mento ab alio producto.*

29 *Actio quæritur iure Regio tertio abſenti nominato
in inſtrumento.*

30 *Ius quandò oritur ex eodem fonte, vt aduerſarij
debet diſcuti.*

31 *Inſtrumentum publicum plenè probat etiàm quoàd
vtilitatem tertij.*

32 *Inſtrumenti fides eſt indiuidua, nec poteſt valere
pro parte, & pro parte non.*

33 In-

Digitized by Google

33 *Inſtrumentis productis in iudicio, poteſt uti aduerſarius.*
34 *Inſtrumenta eò ipsò quòd ſunt producta in iudicio, ſunt communia.*
35 *Proteſtatio facta in productione inſtrumenti, quòd intelligatur in facientibus pro ſe, non releuat, quin aduerſarius poſſit eo iuuari, & numero 42. & ſequenti.*
36 *Productio inſtrumenti quoàd certum tantùm finem, qualiter procedat.*
37 *Iuuare ſe poteſt aliquis ſuper iuribus ab aliquo productis.*
38 *Reproducere non eſt opus inſtrumentum ab aduerſario productum in iudicio.*
39 *Sententiæ connexæ, & indiuiduæ ſeparari nequeunt.*
40 *Decretum Iudicis eſt indiuiduum.*
41 *Connexorum idem eſt iudicium, nec fit de vno, niſi fiat de altero.*
44 *Sententiæ latæ in concurſu creditorum efficiuntur communes.*
45 *Executoria lata ſolenniter non indiget externa probatione.*
46 *Sententiæ concurſus creditorum debent exequi ſecundùm ordinem, & graduationem illarum.*
47 *Dos anterior priuilegiatior eſt alijs creditoribus.*
48 *Sententia executoris debet conformari executoriæ.*
49 *Prioritas nominationis inducit prælationem.*
50 *Ordo ſcripturæ, & ſententiæ debet attendi, & inſpici.*
51 *Ordo verborum deſignat ordinem faciendorum.*
52 *Sententijs tranſactis in rem iudicatam non poteſt contrauenire.*
53 *Remotiores, & poſteriores creditores non debent eſſe melioris conditionis, quam anteriores.*
54 *Intellectus l.2.C.de pignorib.& nu.58.*
55 *Creditor poteſt agere hypothecaria aduerſus debitorem, & eius hæredes non diſcuſſa re ſpecialiter hypothecata.*
56 *Aes alienum non eſt certi loci, ſed vniuerſarum facultatum.*
57 *Solutum quod eſt, habetur pro facto.*
59 *Dos promiſſa dicitur propriè dos, & gaudet priuilegijs dotis.*
60 *Creditori non poteſt ſolui vnum pro alio, nec incertum pro certo.*
61 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, pariformitèr ea determinat.*
62 *Satisfieri debet creditori ex re, in qua fecit impenſam.*
63 *Originalis cauſa debet attendi.*
64 *Nullum eſt quod fit contra ſententias tranſactas in rem iudicatam.*
65 *Tertio ſe opponente executioni pro ſuo intereſſe, cauſa reſpectu illius ſit ordinaria, etiàm quoàd gradum appellationis, & nu.66.*
67 *Tertius poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe coràm Iudice executore.*
68 *Terminus ordinarius biennij debet dari ad faciendum probationes in Regnis Indiarum noui Orbis.*

P R O

Hæredibus Amatoris de Cabrera, & D. Petro Luis Tellez de Cabrera illorum fratre conſobrino, nomine D. Ioannæ Tellez de Cabrera viduæ Ioannis Gutierrez de Vlloa vicinæ Ciuitatis Guamangæ.

C V M

Hæredibus Ioannis Perez de las Cuentas, & illorum conſortibus factoribus minarum argenti viui, quæ ſunt in territorio Guancabelicæ Indiarum Occidentalium.

A R G V M E N T V M.

Conſanguineus quandò, & qualiter poſſit agere, vel excipere pro ſuo conſanguineo abſente: Et qualis ſit auctoritas Iudicis requiſiti ſuper executione in præferendo creditorem habenrem potiora iura, præſertim quandò de illis conſtat ex eadem executoria coràm eo producta.

CONSILIVM CL.

SVpponitur in facto, quòd hæredes dicti Ioannis Perez de las Cuentas obtinuere executoriam vigore ſententiarũ latarum in primo, & ſupplicationis gradibus à Regia Audientia, quæ reſidet in Ciuitate Regum in Prouincia Piruana contra bona dicti Amatoris de Cabrera. Et cùm in illo iudicio ſe oppoſuiſſet dicta D. Ioanna Tellez de Cabrera pro eius iuribus dotalibus aduerſus quãtitates mẽſurarũ argenti, quas ſibi deberi prætendebant hæredes dicti Ioannis Perez, fuit illi cõceſſa prælatio pro quindecim mille octingentum, & quadraginta mẽſuris, ſeù ponderibus argenti enſaiatis dictis, vt de illis ſatisfieret priùs ex bonis dicti Amatoris de Cabrera; quarè dictus D. Petrus tanquàm illius frater conſobrinus ſe oppoſuit nomine dictæ D. Ioannæ petens coràm executore, quòd ipſam præferret etiàm in bonis, quæ ſunt in iſtis Hiſpaniarum Regnis, pro quo ſequentia conſiderabantur.

Primò, quòd dictus D. Petrus, & D. Ioanna ſunt filij duorum fratrum ex vtroque latere con-
1 iunctorum: † Et ſic attento iure Canonico in ſecundo gradu conſanguinitatis, c.tua nos de conſanguinitate, & affinit. gloſ.1. vbi Abb.num.1.in c.ſeries 26.de teſtib.c.ſeries, c.ad ſedem 35.q.5. Couarr.in 4.decretaliũ 2.part.cap.6.§.6.num.8. Oliuerius Textor in commentarijs de gradibus cognationum quæſt.18. nu.2. in fi. vel in quarto ſecun-

ſecundùm ius ciuile, l.Iuriſconſultus §.ſed ex la-
teribus ff.de gradib.affinit.§.Tertio gradu.Inſt.
de grad.cognat. l.3.tit.7.partita 4. Bart.in tract.
differentiarum inter ius canonicum, & ciuile,
2 num.96. † Coniunctus autèm inter tranſuerſales
vſque ad quartum gradum poteſt agere pro con-
iuncto,& ei debita poſtulare, & eſt ad id admit-
tendus, vt ex l.1.§.fin.& l.ſeq. ff.de poſtulando,
l.ſed & hæ,vbi Paul.de Caſt.nu.4.ff.de procurat.
l.3.§.procuratorem ff iudicat.ſolui, Alex.& Pau.
in l.c.nu.2. ff.in ius vocati, vt eant, l.petitionem
§.egredientem ff.de aduoc.diuerſ.iudicior.Cyn.
in l.exigēdi nu.2. Iaſ.3.C.de procuratorib. Alex.
conſ.4.nu.3.lib.2. Ripa in c.cùm M. num.60.de
conſtit.Aret.in §.præterea nu.47. Inſt.de except.
Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſina 49.num.1. l.10.
tit.5.par.3.vbi Greg.Lopez gl.3.

3 † Præſertim, cùm dictus D.Petrus Ludouicus
præſtiterit cautionem neceſſariam de rato, cum
propria obligatione.& fideiuſſore idoneo,quod
ſufficit,ad hoc vt cenſeatur perſona legitima in
præſenti iudicio, l.procurator cùm peteret ff.rē
rat.hab. l.ſi ſine §.in ſtipulatione eod.tit. Cyn.in
l.1.num.8.vbi Bart.num.5.C.de procuratoribus,
Ioſeph.Lud.deciſ.Peruſina 110. incip. Dominus
Petrus nu.12.par.2.l.1.l.prætoriæ ff.de prætorijs
ſtipul.d.l.10. vbi Greg.Lopez gl.8 cum adductis
per Parlad.lib.2.rer.quotid.c.fin.3.par.§.2.nu.6.
4 qui num.præcedenti ait, † quòd cùm executio-
nem petere poſſit quilibet generale mandatum
habens,vt poſt Alex.cōſ.133.vol.6.tradit Roder.
Xuar. in l.poſt rem iudicatā, in declarat.l.Regni
q.3.nu.6.poſt Bart.in l.hoc iure ff.de ſolutionib.
& in l.ſi procurator ff.de procurator. Parlad.vbi
5 proximè num.1. † ideò perſona coniuncta, quæ
à lege generale mandatum habet, d.l. ſed & hæ
ff.de procurat. l.patri pro filio ff.de minoribus,
d.l.exigendi, vbi Cyn.num.9. Paul.Caſtr.d.l.ſed
& hæ num.5. recte executionem pro coniuncta
perſona petere poteſt;& ità legitimè hāc cauſam
intentauit, & proſequitur D. Petrus Ludouicus
tanquàm coniunctus dictæ D.Ioannæ.

6 † Hoc cōfirmatur ex celebri reſolutione Bart.
in d.l.exigendi num.14. C. dè procurat. vbi ait,
quòd coniuncta perſona agens pro coniuncta,
poteſt petere, & concludere, vt ſoluatur perſo-
næ coniunctæ, pro qua agit, vel ſibi recipienti
nomine ſuo, & eodem modo eſſe colligendam
formam ſententiæ, idem Bart.in l.vero procura-
tori 12.nu.2.ff.de ſolution. quem ſequitur Alex.
in d.l.exigendi nu.12.& conſ.4.nu.3.in fi.lib.2.

7 Et quandò eſſent opiniones cōtrouertæ in eo,
an coniuncto ſolui poſſet,ſolùm procedit dubiū,
quandò proprio nomine peteret, & non quandò
tanquàm coniunctus, & nomine coniuncti, vt
conſtat ex diſtinctione Bart.d.nu.14. Eſt tamèn
fixum ; & ſine controuerſia, quòd poteſt petere
ad minus,vt quòd ſuo coniuncto debetur, non
ſoluatur alij, ſed penès fidum ſequeſtrum depo-
natur,vt poſt Bald.in l.ſi autèm 8.ff.de neg.geſt.
vbi Iacob.de Aretio, & arg.l.ſi reus paratus ff.de
procurat. tradit Addit. ad Bart.in d.l.vero pro-
curatori nu.2. Alex.in l.non ſolùm num.3. verſ.
circa hoc ff.ſol.matr. vbi Iaſ.nu.5. Abb.in c.que-
relam num.11. de elect. Parladorius d.§.2. nu.8.

Et ità petit legitimè D.Petrus Ludouicus,vt di-
cta D. Ioanna poſſit ſatisfieri tanquàm anterior
creditrix, excluſis poſterioribus creditoribus,
qui omiſſo iudicio in Indijs inchoato, vbi forſan
debitum recuperarunt, & ſunt apocæ ſolutionū,
& cautelę exceptionum legitimarum,quibus po-
tuiſſent repelli, venere aduerſus bona, quæ ſunt
in his Regnis Caſtellæ deſignata pro alimentis
8 filiorum dicti Amatoris de Cabrera, † quare de-
bet cautiſſimè procedi, nè dictis poſterioribus,
& minus priuilegiatis creditoribus quicquam
perſoluatur, priori nondùm ſatisfacto, arg. cap.
vbi periculum, de electio. lib.6. cap.quieſcamus
42.diſt.cap.vltimo 7.q.2.l.1.§.ſed & ſi quis ff.de
Carboniano edic.Abb.in c.ſeries nu.5.de teſtib.
Et ità conſtat, dictum D.Petrum legitimam ha-
bere perſonam ad petitionē dictæ executionis,
& allegandum iura dictæ D.Ioannæ competētia.

Quòd autem D. Petrus Ludouicus poſſit etiā
vti executoria producta pro parte heredum
Ioannis Petez de las Cuentas,reproducendo ipsā
nomine D. Ioannæ in fauorabilibus, & facienti-
bus pro ipſa, vt etiàm fiat executio pro dictis
15V.840. ponderibus argenti apparet, cùm in
ea ſint inſertæ ſententiæ, quibus primo loco eſt
deciſum, quòd ſatisfiat de bonis dicti Amatoris
de Cabrera antè dictos hæredes Ioannis Perez
de las Cuentas, qui nequeunt impugnare dictas
9 ſententias; † nàm ſententiæ tranſactæ in rem iu-
dicatam faciunt ius irreuocabile inter partes, in-
ter quas fuit litigatum, l.elegāter §.ſi quis poteſt
10 ff.de cond.indebiti, † & habet vim ſtatuti, l.1.
11 C.quandò prouoc.non eſt neceſſe. † Et inducit
notorietatē indubitabilem, l. emptorē in princ.
cum gloſ.de actionibus empti, cap.fin.de cohab.
cler.& mulier.Alex.conſ.33.nu.8.lib.1. Menoch.
de recup.poſſ.remed.1.nu.234. Cæphal.conſ.57.
12 nu.34.lib.1.& conſ.180.num.2.lib.2.† quia ſen-
tentia,quæ trāſijt in rem iudicatam habetur pro
veritate,l.1.ff.de re iudic.l.res iudicata ff de reg.
iur. Caualc.deciſ.Fiuizan. 10 nu.14. & deciſ.14.
nu.10. Cæphal.d.conſ.57 nu 19. Greg.Lopez in
l.19.tit.22.par.3. gloſ.3. Roland.à Valle conſ.98.
13 nu.2.vol.2.Burgos de Paz conſ.50.nu.6. † & fa-
cit de albo nigrum, & de nihilo aliquid, Abb. &
DD. in rub.de ſentent.& re iud. Iaſ.in l.Iulianus
notab.2.ff.de cond.indeb Roland.à Valle conſ.6.
nu.16.lib.3. Greg.Lop.in l.16.tit.11.part.3.gl.9.
14 Cæph.conſ.262.nu.4. † & inducit præſumptio-
nem iuris,& de iure,ſecundùm eoſdem, nec po-
teſt impugnari,Matth.de Affl.poſt alios deciſ.13.
15 nu.28.& ita trahit ſecum paratam executionem,
vt ex l.cùm antea C.de arbit. l.poſt rem ff.de re
iud.tradit ibi Roder.Xuarez notab.1.in princ.&
notab.2.verſ.*imò*, Bal.in l.minor annis nu.1.ff.de
minoribus,l.4.§.ſi ex conuentione ff.de re iudic.
Azeued.in l.1.tit.21.lib.4.recopilat.Greg.Lopez
in l.1.tit.27.par.3. gloſ.5.l.3.eiuſdem tit.21. ibi,
o por ſentençias à pedimiento de los acreedores,
Parlador.d.lib.2.rer.quotid.cap.fin.1.parte §.1.
num.11. quod intelligit, procedere non ſolùm
quandò executio petitur officio Iudicis, verùm
quandò petitur actione iudicati, Roderic.Xuar.
d.§.2.num.9. & Gregor.Lopez vbi proximè ex
dicta l.3.

Nec

Nec obſtabit dicere, quòd requiſitio facta pro
executione ſententiarum prædictarum facta eſt
pro parte, & ad inſtantiam dictorum hæredum,
qui produxere executoriam, & non pro parte
D.Ioannæ; nã animaduerſo, quòd pro parte illius
non ſolùm eſt petita executio, implorando Iudi-
cis executoris officium, vt illi ſatisfiat, ſed inten-
tando actionem iudicati, quæ reſultat ex eiſdem
16 ſententijs, non eſt aliud neceſſarium; † nàm quã-
dò actio in factum, vel iudicati proponitur, non
eſt neceſſaria requiſitio ad inſtantiam petentis,
& ſi proponatur corã alio Iudice diuerſo ab eo,
qui pronunciauit, vt poſt Bart. in l.à diuo Pio
§.ſententiam Romæ ff.de re iudic. tradit Roder.
Xuar.in d.l.poſt rem q.5.num.3. in declaratione
legis Regni, & dicto notab.2.nu.9. dicens, quòd
vbique poteſt quis exercere actionem, quam ha-
bet, l.fin.in fi.de præſcript.longi temp. Nec dicti
hæredes fecerũt productionem per viam requi-
rendi, ſed tanquàm executoriam directam omni-
bus Iudicibus ſuæ Maieſtatis, vt executioni mã-
darent dictas ſententias, quarè quilibet Iudex,
coràm quo eſt producta, debet ſentẽtias exequi,
prout ſonant, & ſatisfacere priùs, & antè omnia
quantitates debitas dictæ D.Ioannæ.
17 † Pro quo facit notabilis reſolutio Bartoli in
d. §. ſententiam Romæ num. 8. vbi ait, quòd in-
ſtrumentum guarentigiatum confectum in vno
loco, mittitur executioni per Iudicem alterius
loci, vbi petitur executio illius inſtrumenti, quã-
dò in loco, vbi petitur eſt, vel viget ſtatutũ, quòd
inſtrumenta guarentigiata mittãtur executioni,
ſequitur Paulus Caſtr. ibi num.4. Bald. in l.1.q.4.
18 C.nè fil. pro pat. † Quod videtur magis certum
in noſtro caſu, attento iure noſtro Regio Hiſpa-
niarum, ſecundùm quòd Iudex vnius territorij
poteſt etiàm ſine literis requiſitorialibus execu-
tioni mandare ſententiam alterius Iudicis, quę in
rem iudicatam tráſiuerat, vt probare videtur l.2.
tit.21.lib.4.recopilat. in illis verbis, *Que moſtrare
ante los Alcaldes, y Iuſtiçias de las Ciudades, Vi-
llas, y lugares de nueſtros Reynos, y Señorios car-
tas, y contratos publicos,* (iunctis vltimis verbis)
*y eſſo miſmo mandamos, que ſe guarde, pidiendoſe
execuçion de ſentençia paſada en coſa iuzgada.*
Quibus verbis æquiparatur executio ſententiæ,
19 & inſtrumenti; † cùm autèm publicum inſtru-
mentum executioni mandetur ſine literis requi-
ſitorijs per quemcunque Iudicem, qui ratione
perſonæ, rei, vel cõtractus competens ſit, vt poſt
Bart.d.num 8.vbi Iaſ.nu.6. Bald.in l.vnica ad fin.
C.de confeſſis, Palacios Rubios in introduct.re-
petitionis rubricæ de donat.inter.nu.23. Anton.
Gomez.in l.64.Tauri nu.8. Roderic.Xuar.dicta
q.5.nu.13.verſ. *ad propoſitum*, Didac.Perez in l.4.
tit.8.lib.3. ordinam. Parlad.d.c.fin.§.11.nu.13.
20 † ergò & ſententiæ prolatæ in fauorem D.Ioan-
næ, cùm perſonæ, & bona, aduerſus quas, & quæ
petita eſt executio, ſint in diſtrictu, & iuriſdi-
ctione Ciuitatis Conchenſis, & ita in proprijs
terminis ſententiæ reſoluit Greg. Lop. in d.l.1.
tit.27. partita 3.gloſ.5. idem poſt Bald.in addit.
ad Spec.lib.2.tit.de ſententia, verſ. *Sententia lata
per vnum Iudicem*, qui allegat pro eo l.argenta-
rium §.nomine ff.de iudic. ſequitur Rebuffus in
commentar.ad leges Gallicas tom.2. tract.2. de
literis requiſitorijs.gloſ.2.nu.5.
21 † Et dixit Ioſeph.Lud.deciſ.Lucenſ.24.nu.3.
quòd exceptiones reſultantes ex actis, & quæ
apparent ex ventre proceſſus, retardant execu-
tionem, & poſſunt cognoſci per Iudicem exe-
quentem, Ripa poſt alios in l.4.§.condemnatum
nu.15.ff.de re iud. Soccin.Senior conſ.78. lib.3.
Ant.Grauat.in addition. ad Octauian. Veſtrium
in praxi Romanæ Curiæ lib.8.c.1.nu.28. & ſeq.
22 † Et quia eſt alia iuris regula, quòd exceptiones
impedientes ſentẽtiæ executionem, opponi poſ-
ſunt coràm executore, vt volunt DD. in cap. de
cœtero de ſent.& re iud. Boer.q.43.nu.1.
Minus obſtat dicere, quòd cùm dicta execu-
toria, & ſententiæ in illis inſertæ non fuerint ad-
ductæ pro parte D.Ioannæ, non poteſt ſe iuuare
illarum iure; nàm reſpondetur, quòd cùm ſint
productæ in iudicio, operantur plenè, & efficaci-
tèr contra hæredes dicti Ioannis Perez, & con-
23 ſortes, qui produxere; † nàm producens ſcriptu-
ram in iudicio, cenſetur eam approbare etiàm
contra ſe, & cum omnibus vitijs, & qualitatibus
in ea contẽtis, vt ex c.cùm olim de cenſib. l.cùm
precum C.de liber.cauſa tradunt Alex.conſ.56.
nu.3.vol.1.Carol.Ruyn.cõſ.136.nu.3.& 4.vol.4.
Alex.in l.1.§.1.num.19.ff.de edendo, Tiraq.de
retractu conuent.ad fin.tit.nu.9.Crau.conſ.201.
num.5.& ſeq.vol.2. Caualc.deciſ.Fiuizanenſi 1.
num.25. Oſaſc.deciſ.39.nu.23. Florian.in l.qui-
cunque nu.12. C.de fide inſtrument.idem Alex.
conſ.30.ex allegatis nu.1.lib.7. Rol.à Val.conſ.2.
nu.116.lib.1.Gramm.deciſ.103.nu.84. Azeuedo
in l.3.tit.5.lib.4.recopil.nu.14.Morotius reſp.16.
nu.3. Menoch.lib.2.de præſumpt.præſ.45.nu.1.
Deciſio Genuæ 8.nu.13.dec.24.nu.3.& dec.120.
nu.2.Petrus Surd.deciſ.267.nu.1. Barn.Cornaz.
deciſ.Lucenſi 121.nu.8.Seraph.dec.295.num.7.
Steph.Grat.tom.2.diſcept.forenſ. c.279.nu.21.
& ſeqq. & to.3.cap.502.nu.7. & cap.514.nu.26.
& tom.4.cap.767.num.54.Magon.deciſ.Flor.58.
nu.25.& ſeqq. idem Gratian.deciſ.Marchiæ 54.
nu.15.& dec.134.nu.20.& alios allegans Mohed.
dec.Rotæ 1,tit.de regularib.nu.4.Coccin.deciſ.
Rotæ 127.nu.4.deciſ.235.nu.1.& 248.eod.num.
Ioan.Petrus Bimius conſ.222. nu.19 lib.3. & ex
Lapo alleg.119.nu.1.verſ. *in eo enim* Bald.in cap.
præſentium nu.2. de teſtib. Lud.Rom.conſ.63.
nu.3.Alex.conſ.185.nu.12.lib.6.Ludouiſius dec.
Rotæ 238. num.5. vbi latè annotatio lit. C. &
deciſ.331.num.12. & deciſ.400.nu.3.
24 Et facit, † nàm productio inſtrumenti habet
vim confeſſionis, Bald.in l.alia cauſa nu.1. C.de
his, quib.vt indig. vndè ait Paulus de Caſt.in l.1.
§.editiones nu.7. ff.de edendo, quòd ſi produco
contra te inſtrumentum aliquod, ſi aliquid con-
tinet pro te, ei eſt ſtandum pro te, ſicut pro me;
25 † nàm ſcripturam acceptans in parte eam pro-
ducendo, ei non poteſt aduerſari, l.contra iuris
§.ſi filius ff.de pact.vbi Bald.col.2, verſ. *Sextò hoc
notat*, l.Caius ff.de manumiſs. l.quæ omnia §.pla-
nè ff.de procurat. Burgos de Paz conſ.3.nu.93.
26 & conſ.14. nu.41. † nàm in dubio ſit interpre-
tatio contra producentem inſtrumẽtum, ex cap.
inter dilectos de fide inſtrum, quod ponderat
Bald.

Digitized by Google

Bald. in verſ. *non magis poterat*, Burg. de Paz conſ. 2.nu.85.& conſ.27.nu.31.
27 † Et quia confeſſio reſultans ex productione inſtrumenti, prodeſt etiàm quòad tertium, ita Angel. in §. ſi verò expreſſam in auth. de hæred. & falcid. quatènus dixit, quòd approbatio inſtrumenti tanquàm veri prodeſt omnibus, qui intereſſe aliquod ex eo habent, etiàm ſi præſentes non fuerint ipſi approbationi, Iaſ. in l. non ſolùm §. morte nu.12. verſ. *item pro concluſ.* ff. de noui oper. nunc. Ripa in cap. cùm M. nu.106. de conſtit. Menoc. lib.2. præſumpt.45.nu.8. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz regul.342. ampliat.3.
28 † nàm quandò tertio competit actio ex inſtrumento ab alio producto, datur etiàm illi tertio executionis proſecutio, vt ex Bal. in l.1. §. videamus C. de rei vxor. act. & Alex. in addit. ad eum in l. ſi pater C. de dot. promiſſ. Roder. Xuar. in l. l. poſt rem iudicatam in declarat. l. regni limit. 2. nu.1. Parlador. lib.2. rer. quotidian. cap. fin. 3. par.
29 §.1. nu.2. qui ponderat pro eo, † quòd attento iure regio ſecundùm l.2. tit.16. lib.5. recopil. acquiratur actio virtute inſtrumenti tertio nominato in illo, licèt ſit abſens; eadem forma com-
30 petit ius executiuum, † & facit Vinc. de Anna alleg.102. nu.3. dicens, quòd quandò ius oritur ex eodem fonte, ex quo illud aduerſarij non eſt contra ſententiam, & debet diſcuti, Bald. in l. ex his prædijs C. de evict. & in l.1. verſ. *ex hoc* C. de
31 iur. & facti ignor. † cuius ratio eſt, quòd inſtrumentum plenè probat etiàm quòad vtilitatem tertij, l. deſiderium C. depoſ. Felyn. in cap. ſi ſcripta nu.18. de fide inſtrum. Deciſio Genuæ 133.
32 nu.5. † nàm fides inſtrumēti eſt indiuidua, quia non poteſt inſtrumentum pro parte probare, & pro parte non, vt notant Bal. & DD. in l. ſi ex falſis in fin. C. de tranſact. idē Bald. conſ. 405. lib.4. Decius in cap. ad audientiam col.2. verſ. *ſecundò ampliatur* de reſcript. Salzed. vbi proximè ampliat. 6.
33 † Præſertim, quia eſt opinio communitèr recepta, quòd inſtrumentis ab aliquo productis in iudicio poteſt aduerſarius vti, iuxta Accurſij, & omnium ſententiā in l.1.§. editiones ff. de edend. Azeued. in l.3. tit.5. lib.4. recopilat. nu.13. qui ra-
34 tionē reddit; † nàm ſimul atquè edita ſunt, fiunt communia, ſecundùm Bald. in cap. prætereà nu. 6. de dilat. poſt gloſ. magnam in d. §. editiones, quam ſingularem dicit, ſequiturq; Roder. Xuar. alleg.27.nu.4. Couar. in pract. quæſt. cap.20. nu.7.
Nec obſtabit dicere, quòd dicta productio ſolummodò facta fuit, ſi & in quantum erant in fauorem dictorum hæredum, & conſortium,
35 † quia hoc non potuit tollere effectum, quem habent in fauorem dictæ D. Ioannæ de Cabrera; nàm ſi produco ſcripturas facientes pro me cū proteſtatione, adhùc operātur, quatènus faciunt pro aduerſario, vt poſt Bald. in l. vnic. C. vt quæ deſunt Aduocat. tradit ibi Alex. nu.10.
36 † Nec etiā obſtat dicere, quòd productio limitatē facta, ad illum tantū finem reſtringitur, vt probat Ludouiſ. deciſ.432. nu.7. nàm hoc intelligit Rota dec.445. nu.4. par.1. diuer. ſac. Palat. vt non iuuet in plus producēti ex Grato conſ.14. nu.17. lib.1. Ægid. deciſ.630. Ludouiſ. deciſ.467. num.8. non tamèn vt non noceat, Seraph deciſ.377. nu.5.
37 † Quia poteſt quis ſe fundare ſuper iuribus productis ab aduerſario, gloſ. verbo *die* in fine verſ. *itèm quod ſi ſponte* in d. l.1. §. editiones, vbi Iaſ. nu.11. verſ. *venio ad quintam partem*. Steph. Gratian. tom.1. diſcept. forenſ. cap.121. num.39. maximè quādò eſt eiuſdem contexturæ, & tunc non iuuaret; & ſi aduerſarius proteſtaretur fa-
38 cere productionē pro ſe tantùm, † imò nec eſſet opus, quòd aduerſarius reproduceret, vt per Matheſil. ſingul.78. & Paul. de Caſtro in l. Publia §. fin. ff. depoſiti, tradit deciſ. Genuæ 11. num.5.
39 quod procedit abſq; dubio in noſtro caſu, † cū dictæ ſententiæ ſint eiuſdem contexturæ connexæ, & quid indiuiduum, l. in hoc iudicio, & l. quædā mulier ff. famil. erciſc. Florian. de Sancto Petro in l. heredes eius §. in illa quoquè num.14. eod. tit. Laderch. de Imol. conſ.173. quidam arbitrati nu.1. Aufrer. in deciſionib. ſuis quæſt. 215.
40 Azeued. in l.7. tit.18. lib.4. recop. nu.14. & † quia Iudicis decretum indiuiduum eſt, l.1.§. hæc verba ff. nè vis fiat ei, Bal. in l. certi condictio §. quoniàm igitur ff. ſi cert. petat. Afflict. deciſ. Neapol. 218. nu.4. Steph. Gratian. tom.5. diſcept. cap.852
41 num.21. dicens, † quòd connexorum idem eſt iudicium, nec poteſt fieri de vno, niſi etiàm fiat de altero, c. ſi quis obiecerit, & c. ſi quis præbendas 1. quæſt.3. l. ſi plures §.1. vbi Iaſ. in ver. *notabili* ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Anchar. conſ.160. incip. præſupponitur in themate nu.2.
42 † Pro quo etiàm facit Bart. in d. l. Publia §.1. ff. depoſiti, vbi ait, quòd ſi inſtrumentum eſt validum, & ſolemne, poteſt aduerſarius producentis non obſtante eius proteſtatione producere in partibus facientibus in fauorē ſuum, vt per Bald. in l. vnic. ſupra alleg. & quòd talis proteſtatio nihil operetur ex Decio in l. fin. col. vlt. C. de eden. Aym. conſ.80. nu.7. & de antiquit. temp. par.1. §. viſo de verbis num 72. & ſeq. Oſaſc. deciſ.18. nu. 26. vſque ad 33. Gratian. tom.3. cap.490. & tom. 4. cap.654. nu.13. vſquè ad 15. & cap.699. nu.7. & cap.739. num.37. & deciſ. Marchiæ 134. nu.10.
43 † nàm receptum hoc eſt, quandò inſtrumentū eſſet commune, ſeù tale, quòd producens teneretur edere aduerſario, ſecundùm Alex. conſ.124 viſo proceſſu nu.6. lib.7. Iaſ. in l. nō ſolùm §. morte nu.16. ff. de nou. oper. nunciat. Crau. de antiq. temp. 1. par. §. viſo nu.73. Menchac. lib.1. quæſt. illuſtr. cap.2. nu.9. Parlador. lib.2. rerum quotid. cap. fin. 1. par. §.5. nu.21.
44 † Nàm vltra, quòd omnia acta, & inſtrumenta producta in iudicio fiunt communia, d. l.1. §. editiones ff. de edendo, quod magis ſinè dubio procedit in ſententijs latis ſuper concurſu creditorum, facit l.1. ff. de priuil. credit.
45 † Præſertim, quia exequutoria, in qua ſunt inſertæ ſententiæ eſt in forma authentica, & probanti, & ſigillata regio ſigillo, iuxta ſtylum dictæ Regiæ Audientiæ, & ita efficit concludentem probationem, quæ à Doctoribus dicitur probatio probata, non indigens extrinſeca probatione, ſecundùm Bald. in l. Imperator nu.10. ff. de ſtatu homin. Nicol. Bellon. conſ.70. nu.16. & conſ.79. num.7. cum congeſtis per Tiraquell. de retractu lignagier §.2. gloſ.6. nu.20. & ſeqq. Marc. Anton.

Eugen.

Digitized by Google

Eugen. conſ.51. num.1. & 2. Morot. reſponſ.8.
num.19. Roland. à Valle conſ.69. num.17. lib.3.
46 † & ita debent èxequi etiàm priori loco ad fa-
uorem dictæ D.Ioannæ Tellez de Cabrera.cùm
habeant executionem paratam, ex adductis per
Matth.de Afflict. decis.Neapolit.341. num.1. &
deciſ.356.num.2.Vincent.de Franch. deciſ.603.
Maranta de ordin. iudicior. verſic. *& quandoque appellatur* num.251. Ioan.Anton.de Nigr. ad
cap.Regni Neapol.de violentijs nu.106.

47 † Cùm pro ſumma dictorum ponderum
25.V840. ſuarum dotium ſit anterior,& anteriori loco ſatisfieri ei ſit iuſtum, quàm hæredibus
dicti Ioannis Perez de las Quentas, ex l. potior
ff.qui potiores in pign.habeantur,cap.qui prior
de reg.iur. in 6. l. ſi fundus §. in vendicatione ff.
de pignor. l.27.tit.13.par.5. vbi gloſ.2.& 3. Ant.
Gomez. tom.2. cap.11.num.30. verſ.*tertius effectus*, Caphal.conſ.86.num.6.lib.1.Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſina 55.num.7. Gomez. de Leon
alleg.36. num.1. quæ prælatio eſt etiàm illi concedenda à Iudice exequutore, vel requiſito pro
48 exequutione; † nàm ſententia exequutionis debet eſſe conformis cum prima ſententia, ſeù arreſto,vt in terminis voluit Ioan. de Anania conſ.
5.vbi Bolognin.in addit.adducens Bar.in l.eum,
qui ff.de his,quibus vt indign. Boerius decis.68.
num.2.

Et præfatæ prælationis ratio, & iuſtitia ſatis
colligitur ex dictis ſententijs, in quibus Donna
Ioanna eſt in concurſu prius nominata,& iuſtum
49 ei ſatisfieri de ſuis dotibus; † nàm prioritas nominationis, & prior deſcriptio inducit prærogatiuam, l.1.cum alijs ff.de albo ſcribendo, l.quotiès ff. de vſufructu, l. cùm pater §. penultimo
ff.de legat.2.l.vt gradatim ff.de munerib.& honorib.& l.ſciendum §.ordine ff.de legationibus,
50 Bellamer.deciſ.9.de præbend num.2. † & ideò
ordo ſcripturæ inſpiciendus eſt, l. ſi ſeruus plurium §.vlt. de legat.1. authent. de hæredibus, &
falcidia §.inordinatum, Paul.de Caſtro in l.cùm
pater §.à te peto nu.3. de legat.2. & in d.l.quotiès num.1.vbi Bald.eodem num. ff.de vſufruct.
Idem Bald. in l. de rebus num.5. C. de donatio.
antè nuptias, & in l.qui ſoluendo num.1. ff.de
hæredib.inſtituend.Menoch.de præſumpt.lib.1.
51 quæſt.28. num.2. & 2. † nam ordo verborum
deſignat ordinem faciendorum, c.1. de conſecr.
diſtinct.2.Bald.in l.generalis num.2. ff.de adopt.
& decretum exequendi dictas ſententias ad fauorem dictorum hæredum Ioannis Perez, intelligi deuet ſuo loco, & ſatisfactis priùs anterioribus creditoribus, quorum reſpectu habent etiã
52 effectum executiuum. † aliàs enim eſſet facere contra eaſdem ſententias, quod nullo modo
admittendum eſt ex doctrina Petri de Anchar.
conſ.180.incip. viſa diligentèr na ratione nu. 6.
in fin.ibi: *dico, quòd dicta generalitas pactionis,& prouiſionis, & ſi referenda eſt ad acceſſoria dependentia, & connexa laudo, non tamen eſt referenda ad reprimendum, & tollendum contenta in laudo*,
Roderic. Xuarez in l. poſt rem iudicatam in declarat. l.Regni extenſ.2.num.2.& num.5. Neguſant.de pignor. 2.par.memb.4. ad finem, alij adducti per Parlador.d.cap.fin.§.11.nu.28.& ſeq.

Nàm ſi ſecus fieret, dicti hæredes, qui tanquàm poſteriores ſunt conſtituti in remotiori
gradu veniren præferendi D.Ioannæ, quæ eſt in
53 anteriori, quod admittendum non eſt; † nàm
remotiores nõ debent eſſe melioris conditionis,
quàm proximiores, vt tradit Curt. iunior conſ.
113.num.15. Ioan.Garzia de nobilit. num.13.in
diuiſ.verſ.*facit*, & probat text.in l.publius §.1.ff.
de condit.& demonſtrat. Caphal. conſ.278. nu.
83. tom. 2.

Nequè obſtabit dicere, quòd dictæ D.Ioannæ
eſt aſſignata dotium ſuarum ſatisfactio in mineralibus Guancabelicæ remanſis poſt mortem
Amatoris de Cabrera ſui patris, aut pretio, in
54 quo fuiſſent vendita, † & ideò eſſe prius faciendam excuſſionem, argum.l.2. C.de pignor. cum
traditis per Couar.lib.3.variar.cap.18. Ioan.Gutier.conſ.50. quia vltra, quòd non conſtat, quòd
ſuper dictis effectibus fuerit in ſpecie facta aſſignatio.quàmuis tanquàm ſuper magis notis fuiſſet etiàm petita exequutio, quia erant ex dotibus D. Agnetis de Villalobos matris D. Ioannæ,
quæ in illis obtinuerat manutentionem poſſeſſionis, non debet eſſe illi impedimẽto, quin exequutionem petere valeat aduerſus quæcunque
alia bona, quæ apparuerint eſſe ſui patris; ad
quod facit l. qui generalitèr ff. qui potiores in
pignore habeantur, l. creditores ff. de diſtract.
55 pignor. quibus conſtat, † poſſe creditorem
agere hypothecaria actione aduerſus debitorem
ipſum, vel aliquem ex eius hæredibus poſſidentem quamlibet rem ex his, quæ in generalem
hypothecam veniunt,minime petita,nec diſcuſſa ea re,quæ ſpecialitèr ei fuerat obligata,& poterit creditor eam actionem in iudicium deducere ad rem ſub generali hypotheca comprehenſam aduerſus eius poſſeſſorem inſolidum,vt notat Couar. lib.3.variar.cap.18.num.3. verſ.*ſexto*,
Ioan.Gutier. lib.3.practicar. quæſt.92. num.13.
56 † & quia Iuriſconſultus inquit, æs alienum certi loci non eſt, ſed vniuerſarum facultatum, l.1.
§.ſi hæres ff. ad Trebellian. l.ex facto 2. §.vndè
ſcis ff.de hæredib.inſtituend. Parlador. lib.1.rerum quotidian.cap.3.num.6.& ex l.ſi fideicommiſſum §.tractatum ff.de iudic.l.hæreditas cum
ſimil.ff.de regulis iuris, tradit Molina de primogen. lib.1.cap.10.num.3. & quandò non appareret ex eiuſdem exequutoriæ inſpectione,quòd d.
Amator de Cabrera pro dotis promiſſæ D.Ioannæ ſatisfactione obligauerat ſe,& bona ſua gene-
57 ralitèr, † ſufficiebat eſſe rem ſolitam, vt haberetur pro facta, ex l. quod ſi nolit §.quia aſſidua
ff.de ædilit.edicto, l.fin.C.de fideiuſſor. Bald.in
rubr.C.de fide inſtrum. num.17. & in l.contractus num.20. eod.tit. & in l.ſi quis ſub conditione num.vlt. ff.de condit.inſtit. Roderic. Xuarez
in l.poſt rem in declarat. l.Regni extenſ.2. nu.3.
& ita non eſt neceſſaria dicta excuſſio.

58 † Nec obſtat d.l.2. C.de pignor.quia an maduerſo, quòd debitum D.Ioannæ eſt pro cauſa
dotis,ſuccedit iuris regula,quòd in dotali hypotheca non eſt neceſſarium præcedere excuſſionem,quæ aliàs requireretur ſecundùm Bald.Nouell. in tract. de dote 8.par. poſt Roman. in l. ſi
conſtante in princ. ff. ſolut. matrim. quos refert
Ioan.

Ioan.Gutierrez conſ.50. nu.18.& alijs priuilegijs
59 dotalibus debet etiàm gaudere, † cùm dos pro-
miſſa dicatur propriè dos, & gaudeat dotis pri-
uilegijs, vt per Roland. à Valle in tract. de lucro
dotis quæſt.6.nu.6.tradit Ioſeph Ludouic.deciſ.
Peruſina 21.nu.9.& 12.probat l.poſt mortem 44.
verſ.*ſed his* ff.de adminiſtr.tutor.vbi gloſſ.verbo
promiſerit l.ſi quis mandato 29. in fin. ff.de neg.
geſt. Bald.in l.fin.nu.2.C.de dot.promiſſ. plures
alij allegati per Velazquez in l.25.Tauri num.11.

Et quia ſi neceſſitas imponeretur illi, quod
ſummam certam ponderum argenti ſibi debito-
rum ex cauſa dotis petere haberet ex effectibus
60 dictæ minæ Guancabelicæ, eſſet ſoluere † non
ſolùm vnum pro alio, ſed incertum pro certo,
quod nō licet inuito creditore facere, l.2.§.mu-
tui datio, vbi Scribentes ff. ſi certum petatur,
Menoch. lib.4.præſumpt.109.nu.4. Ioan.Cæph.
conſ. 195. num.2. & quandò hoc præiudicium
vellet fieri D.Ioannæ, multò magis debebat eadē
forma ſolutionis ſatisfieri dictis hęredibus credi-
toribus poſterioribus, cùm dicta executoria pa-
riformitèr determinet reſpectu omnium, & de
61 iure ſit, † quòd vna determinatio reſpiciēs plu-
ra determinabilia, debet ea pariformitèr deter-
minare, l.iàm hoc iure ff.de vulg.& pupill. ſub-
ſtitut.l.in teſtamento C.de teſtam.milit. Rol. à
Valle conſ.74. quia de pluribus nu.2.vol.2. Alex.
conſ.50.nu.3.lib.4.

Præſertim, cùm debitum, quod dicti hęredes,
& adminiſtratores prætendunt, procedat ex pe-
cunijs, quas prætendunt mutuaſſe, & accomo-
daſſe pro beneficiatione, & purgatione, ſeù di-
ſmontatione minæ, vulgò dictæ *deſcubridora* ar-
genti viui, ex qua Viſitator regiæ Audientiæ Ci-
uitatis Regum fecit, quòd extraheretur metal-
lum, compellēdo dictum Amatorem de Cabre-
ra eo prætextu, quòd foret neceſſarium ad ex-
trahendum argentum minarum Suæ Maieſtatis;
62 † & ità ſi ratio eſt admittenda ex eiuſdem minæ
metallis, ſeù effectus deberet ſatisfieri illis, arg.
l.huius ff. qui pot.in pign. habeant. Io.Franc.de
Ponte dec.Collat.Conſ.Neap.34.nu.3.11.& 50.
poſt Salyc.& alios in l.licet C.qui potio.in pign.

Imò dictus Viſitator decreuit, quòd dictis ad-
miniſtratoribus ſatisfierent expenſæ ex his, quæ
63 proceſſiſſent ex dicto argento viuo, † & tanquā
originalis cauſa id attendi debet, reliquumque
reduci, l.tutor ff.de fideiuſſor. Roland.à Valle
conſ.76. incip.magnifica num.10.vol.3. l.3. ff.de
tutel. Menoc.lib.1.de arb.Iud.quæſt.80.nu.105.

Et ita Iudex requiſitus pro executione dictæ
exequutoriæ, & ſententiarum, vt non interuertat
illarum ordinem, & ſubſtantiam, debet in ſatisfa-
ciendo præferre D.Ioannam; nàm ſi ſecus face-
ret, & ſolueret dictis hæredibus, de directo con-
64 traueniret ſententijs, † & nullitèr faceret, vt in
l.1.C.quandò prouocare non eſt neceſſe, & in l.
poſt ſententiam C.de ſentent. & interloquutor.
omn. Iudic. & in cap.intèr Monaſterium de re
iudic.vbi latiſſimè per Felyn.nu.15.& ſeqq.& in
l.15.tit.11.par.3.& in l.13.in princ. tit.22. par.3.
vbi Greg.Lopez gloſ. *no vale*, hoc ampliat etiam
ſi pronuncietur in alia inſtantia, vel de conſenſu
partium.

Et quandò hoc nō eſſet ita certum, proùt eſt,
omni caret dubitatione, quòd oppoſitio facta
pro parte D.Ioannæ tanquā tertiæ eſt legitima,
65 † & quòd reſpectu illius ſit ordinaria cauſa; li-
cèt reſpectu hęredum, & Amatoris de Cabrera
ſit executiuè intentata, vt conſtat ex l.41. tit.4.
lib. 3. nouæ recopilat. quatènus ait: *mandamos,
que quando contra alguna execuçion ſe opuſieſſe al-
guna muger por ſu dote, ò otras perſonas, no ſe
mande dar informaçion ſumaria, ſino que reçiban
luego à prueba con termino ordinario à los oppoſito-
res por via ordenaria*, tradunt Ioan.Gratian.reg.
418. nu.10. & Ioan.Gutier. in l.nemo poteſt nu.
391.ff.de legat.1. Paz in praxi 1.tom.cap.4.nu.1.
& ſeqq. in 4.par. Parlador.lib.2.rer.quotid.cap.
fin.5.par.§.10.nu.23.idem Ioan.Gutier.lib.1.pra-
cticar. quæſt.113.nu.1.verſ.*nihilominùs*, vbi etiā
reſoluit, quòd dicto caſu ſuſpenditur via execu-
tiua, donec fuerit deciſa cauſa reſpectu oppoſi-
66 tionis tertij, repetit idem Gutier.d.nu.391. † in
tantum quòd etiàm ſi lata fuerit ſētentia aduer-
ſus tertium oppoſitorem, ſi appellauit à ſenten-
tia addictionis, ſiuè de remate, non poterit exe-
qui, vt poſt Rebuff.in commentar.ad leges Gal-
licas in tit.de literis obligatorijs artic.1. gloſ.10.
nu.10. Gutier.in d.l.nemo poteſt nu.390. Greg.
Lopez in l.4.tit.23.par.3.gloſ.1. Azeued.in l.vlt.
tit.21.lib.4.recopil.nu.140.Parlador.d.lib.2.cap.
fin.par.5.§.15.nu.2.in fine, Paz in d.cap.4.nu.vlt.
67 † Et talis oppoſitio poteſt fieri coram Iudice
requiſito pro executione ſentētiæ, vt per Couar.
in pract. qq. cap.16. nu.5. tradit Paz in praxi d.
cap.4. nu.vlt. etiàm ſi fieret poſt ſententiam ad-
dictionis, antè captam tamèn poſſeſſionē, vt poſt
Caſtill. in l.64.Tauri gloſ. *appellaçion*, & Greg.
Lop.in l.11.tit.14.par.5. Couar.vbi proximè nu.
4.Paz d.cap.4.nu.3. Afflict.dec.235. Parlad.d.§.10.
68 nu.24.& facit l.15.tit.10.lib.2.recop. † & quan-
dò oppoſitio dictæ D.Ioannæ non fuiſſet, proùt
eſt tàm iuſtificata, & deberent fieri aliquæ pro-
bationes, & diligentiæ in Prouincijs Indiarū, de-
bebat illi dari terminus ordinarius biennij, iuxta
quæ tradit Monterroſo in pract.ciu. tract.2.fol.
11.pag.2.in princ. Azeue.in l.1.tit.6.lib.4.recop.
nu.18. & habetur in prag.42. cap.15. l.24. *de las
Indias*, & per Paz in praxi tom.1. par.1. octauo
tempore nu.39. Ex quibus omnibus mihi vide-
tur iuri conforme, quòd dicta D.Ioanna ſit præ-
ferenda tanquàm anterior creditrix ſuper bonis
exequutis pro dictis 15V.840.ponderibus argēti
ſuarum dotium hæredibus Ioannis Perez de las
Quentas, & eorum conſortibus, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Commiſſio debet intelligi facta per Superiorem iuxta petitionem.*
2 *Commiſſio obtinet vim libelli.*
3 *Capituli ſuggeſtum de decimis remedium quale ſit.*
4 *Lite pendente ſuper modificatione priuilegij, priuilegiatus vtitur eo.*
5 *Iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat.*
6 *Superior poteſt tollere, quam dederat, iuriſdictionē ſine citatione.*
7 *Princeps moderari poteſt, & tollere iuriſdictionem ſui Magiſtratus.*

8 Iuriſ.

8 Iuriſdictio finitur voluntate illius, qui illã conceſſit.
9 Euocatio facta proprio motu afficit ignorantes, & annullat eorum acta.
10 Intellectus l. vbi cœptum ff. de iudic.
11 Cauſa quomodocunque introducta coram Principe, non ſe intromittit inferior etiam de partium conſenſu.
12 Clauſula ſublata eis, & eorum cuilibet, &c. quam vim habeat.
13 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia.
14 Papa ſi ad ſe euocauit prouiſionem, vel alij delegauit, nullus inferior ſe intromittit ſinè eius licentia.
15 Legatum ademptum remanet, licèt in ſecundo, in quem fuit tranſlatum non poſſit ſubſiſtere.
16 Pontifex extinguẽdo lites coram inferioribus vertentes, non poſſunt de illis cognoſcere.
17 Lex, aut Conſtitutio prohibens in futurum, indulget pro præterito.
18 Verba ſtatuimus, decernimus, & mandamus, inducunt ius nouum.
19 Dictio ex denotat extrinſicitatem.
20 Dictio nunc eſt aduerbium præſentis temporis.
21 Dictio ex nunc ſignificat tempus verbi prolati.
22 Dictio ex nunc ſignificat ab eo tempore in futurũ.
23 Dictio deinceps interpretatur de cætero.
24 Principis intentio colligitur, vt vigeat in futurũ per dictionem ex nunc.
25 Finis magis attenditur, quàm modus ducens ad finem.
26 Agens omne agit propter finem, qui eſt cauſa cauſarum.
27 Cauſa finalis eſt prima in conſideratione, licèt vltima in diſpoſitione.
28 Præcedentia terminantur ex ſequentibus.
29 Clauſula appoſita ad vnum finem non operatur ad alium.
30 Clauſulæ appoſitæ ad qualificandum vnum caſum, vel capitulum, ad alia non referuntur.
31 Ordinata ad finem regulari debent ſecundùm illius naturam.
32 Finis naturam ſapiunt omnia tendentia ad finem.
33 Papa non cenſetur velle tollere ius alterius in re, neque ad rem.
34 Papa quod non diſpoſuit, nec nos dicere debemus.
35 Noſtrum quod eſt, ſinè facto noſtro à nobis tolli non poteſt.
36 Euocatio regulariter cenſetur odioſa.
37 Stricta interpretatio fit in odioſis.
38 Decimæ præteriti temporis ſunt diuerſæ à decimis futuri.
39 Interpretatio ſumenda eſt, per quam vitetur abſurditas.
40 Reformans in aliquo, cenſetur confirmare in reliquo.
41 Poteſtas ſi data ſit alicui reuidẽdi ſtatuta, ſi quædam improbat, videtur alia approbare.
42 Stare non prohibetur, quod mutatum non apparet.
43 Mutatum quod non probatur, manere cenſetur.
44 Interpretatio ſumi debet pro non reuocatione priuilegij.
45 Reuocatio priuilegij in vno nõ extenditur ad aliud.
46 Priuilegia eſſent inutilia, ſi non forent, qui ipſa exequerentur.
47 Sententiæ non proficerẽt, ſi non eſſent qui eas exequerentur.
48 Legatus Apoſtolicus tueri debet priuilegia Apoſtolicæ Sedis.
49 Priuilegium reale de non ſoluendis decimis conceſſum religioſis, extenditur ad colonos.
50 Priuilegium de non ſoluendis decimis trahitur ad prædia futura.
51 Priuilegium extenditur ad augmentum.
52 Mutatione perſonæ mutatur nomen, & ſtatus rei.
53 Bona ſi tranſeunt de patre in filium, non ampliùs ſunt paterna.
54 Bona ſi tranſeunt in perſonam priuilegiatam, non attenditur præcedens illorum ſtatus.
55 Patronus ſi dat ius patronatus laicum Eccleſiæ, fit eccleſiaſticum.
56 Res perueniens ad manus exempti gaudet exemptione.
57 Dominium trãsfertur ex priuilegio Principis ſinè traditione.
58 Priuilegio exemptionis decimarum Religioſis conceſſo quæritur ius irreuocabile.
59 Poſſeſſio, vel quaſi quæritur ex priuilegio Principis.
60 Incorporalium quaſi poſſeſſio quæritur Principis priuilegio.
61 Priuilegium conſiſtens in exemptione non ſoluendi, trahit ſecum executionem.
62 Hæreditaria iura tranſeunt in Eccleſiam ipſo facto.
63 Poſſeſſio etiàm animo retinetur.
64 Poſſeſſio generalis Societatis Ieſu ſufficit ad conſeruandum in particularibus ſua priuilegia.
65 Vnus acquirit alteri in indiuiduis.
66 Socius gaudet priuilegio, & prærogatiuis ſocij in indiuiduis.
67 Poſſeſſio vnius ſocij prodeſt ad commodum omnium.
68 Actus fauorabilis in vniuerſalibus, & communibus extendi poteſt de perſona ad perſonam, de re ad rem, & de loco ad locum.
69 Præiudiciale ſi aliquid ſit, non nocet ſocio, ſicut vtile prodeſt.
70 Remedium retinendæ datur ei, qui poſſidebat, vel quaſi ante litem motam.
71 Poſſeſſio qualis ſit, non attenditur in remedio manutentionis.
72 Continuatione poſſeſſionis non dicitur innouari.
73 Monachus, qui erat in quaſi poſſeſſione eligendi Abbatem, non poteſt ſe iuuare illa, ſi fiat Abbas alterius Monaſterij.
74 Priuilegiatus debet præferri in remedio manutentionis.
75 Priuilegium Papæ inducit probationem euidentiſſimam.
76 Spoliatio eſt multùm odioſa.
77 Veriſimile quod non eſt Principem voluiſſe, admitti non debet.
78 Vnum Collegiũ Societatis Ieſu pati non debet præiudicium pro alio.
79 Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.
80 Vnum pro alio teneri, odioſum eſt.
81 Vnus pro alio non debet prægrauari.

PRO

Collegio Societatis Ieſu Ciuitatis Salmanticenſis

CONTRA

Capitulum Eccleſiæ Zamorenſis, & Parochum Sancti Pelagij.

ARGVMENTVM.

Super priuilegio conceſſo Societati Ieſu circa ſolutionem decimarum ſuarum, & de motu proprio Leonis Vndecimi, & an cauſa decimarum potuerit tractari coram Ordinario Zamorenſi, vel eſſet remittenda DD. Cardinalibus deputatis in Vrbe? Et de remedio manutẽtionis ad priuilegiatum poſſeſſorem ſpectante, & efficacia Priuilegij Realis.

CONSILIVM CLI.

DVbium, quod occurrit, eſt, an lis, de qua agitur ſuper decimis fructuum terrarum, quas dictum Collegium, & ipſius coloni perceperunt præcedentibus annis 1603. 1604. 1605. & 1606. ex terris, & prædijs, quæ habent in diſtrictu Parochiæ S. Pelagij Zamorenſis diœceſis fuerit extincta per motum propriũ Leonis XI. ita vt potuerit, prout in prima agi coram Ordinario, vel potius nõ ſit extincta, ita vt veniat ad Eminentiſſimos Cardinales Delegatos cauſarum decimarum remittenda.

Et quatenus lis iſta ſit extincta, an ſentẽtia Ordinarij Zamorenſis ſit cõfirmanda, vel reuocãda.

Collegium Societatis Ieſu fouet iuſtitiam in hac cauſa, ad quod præſuppono, quòd cõmiſſio data per S. D. Clementem VIII. primũ Eminentiſſimo Cardinali Saluiato, demùm proprio motu Eminentiſſimis Cardinalibus Arrigonio, & Burgheſio, nunc Sanctiſſimo D. N. Paulo V. fuit ſuper eo, quod pro parte Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, atq; cleri vniuerſorũ Regnorum Caſtellæ, & Legionis prætendebatur ex multiplicatis Venerabili Societati Ieſu, eorumúe Collegijs à Sede Apoſtolica conceſſis priuilegijs, exẽptionibus, & indultis de decimis non ſoluendis ipſis Oratoribus, & eiſdẽ Eccleſijs tàm grauia præiudicia inferri, vt reuocãda, ſeù ad viã, & terminos iuris reducenda eſſent, vti conſtat expreſſis verbis ex prima parte proceſſus iſtius
1 cauſæ fol. 29. & ſeqq. † quarè cõmiſſio dicti S. D. debet intelligi cõceſſa iuxta petitionis ſeriem, l. ſi defenſor §. qui interrogatus ff. de interrog. act. cũ notatis in §. prætereà Inſt. de inutil. Grat. reſp. 74. nu. 28. vol. 2. l. vt fundus ff. commu. diuid. c. licet Heli, de ſimon. Abb. in cap. inter cæteras nu. 8. de ſent. & re iudic. Bart. in l. virum nu. 14. & 16. ff. ſi cert. pet. Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vend. 3. par. nu. 12. Rota Sacri Palatij deciſ. 55. nu. 14. par. 2.
2 Alciat. reſpo. 163. nu. 8. † nàm & ipſa commiſſio obtinet vicem libelli, vt ait Cæſar de Graſſ. dec. Rotæ 24. ſub tit. de iudic. nu. 6. Rota in nouis dec. 2. de alien. iudic. circa finẽ, Grat. reſp. 102. nu. 6. vol. 1. poſt. Alex. conſ. 201. nu. 1. vol. 2. idem Grat. reſp. 12. nu. 9. & 10. lib. 2. Rota deciſ. 126. nu. 2. lib. 3. diuerſ. Sac. Palat. par. 3. cũ traditis per DD.
3 in l. ſi quis intentione ambigua ff. de iudic. † nàm virtualitèr intentarunt remedium cap. ſuggeſtũ de decim. de quo in l. 4. tit. 20. par. 1. vbi Gregor. Lop. gloſſ. 4. & in l. 43. tit. 18. par. 3. & ead. gloſ. in l. 23. eod. tit. 20. par. 1. qui pro eo ponderat l. ex facto ff. de vulg. & pupill. & gloſ. verb. *quod non lædat* in cap. reſcripta 25. q. 2. quæ pro eo allegat §. verùm 63. diſt. Rota nouiſſima Sacri Palatij deciſ. 83. nu. 8. par. 2.

4 Quarè lite pendente ſuper reductione, & moderatione dictorum priuilegiorum coram dictis DD. Cardinalibus, ſiuè quibuſcunq; alijs Iudicibus, dicta Societas, & ipſius Domus, & Collegia non poterant priuari ſua poſſeſſione non ſoluẽdi decimas virtute dictorum priuilegiorum, ad not. per Innoc. in c. cùm veniſſent nu. 1. de reſt. in integr. Abb. in c. ex tuarũ nu. 3. de purgat. canon. in c. ſignificante nu. 3. de appell. in c. 1. nu. 1. vt lite pend. in c. accuſatũ nu. 3. de ſimon. Roman. conſ. 37. nu. 1. bonus tex. in c. querelam de elect. Rota per Puteum lib. 1. dec. 219. nu. 2. quarè dicta cõmiſſio non poterat præiudicare, quin Societas prædicta interim quòd ſua priuilegia nõ reducebantur, poſſet coram alijs Iudicibus petere decimas ſibi debitas dictorum annorũ, nec ſua poſſeſſio poterat ipſis turbari, aut impediri ſub prætextu commiſſionis, & proprij motus præfati.

Maximè, quia lite pendente corã Eminentiſſ. DD. Cardinalibus ſuper præfata reductione, & moderatione priuilegiorũ emanauit Breue San-
5 ctiſſimi Leonis XI. † per quod inter alia euocabantur ad ipſũ cauſæ tunc pendẽtes, cuius euocationis vigore ceſſauit cõmiſſio, & cognitio dictorũ DD. Cardinalium tanquàm Iudicum inferiorũ, l. iudiciũ ſoluitur ff. de iudic. c. vt noſtrũ de appell. & c. ſi eo tẽpore de elec. in 6. l. 21. tit. 4. par. 3. Rota dec. 33. nu. 2. de teſtib. in antiq. & dec. 4. de teſtib. in nouis, Bſignet. dec. 6. n. 2. & 3. de conceſſ. præb. Deci. in c. cùm acceſſiſſent nu. 44. de conſt. & in c. prudentiã §. adijcimus n. 4. de offic. deleg. Io. Vinc. de Anna alleg. 103. nu. 5. Tho. Gram. deciſ. 46. nu. 2. & 3. Mandell. conſ. 78. nu. 1. Morot. reſp. 49. nu. 5. Rebuff. 1. tom. ad ll. Gallicas tit. de euocat. à nu. 12. & plur. ſeqq. Couar. pract. qq. c. 9. nu. 1. Io. Bapt. Ferret. conſ. 206. nu. 1. Greg. Lop. in l. 47. tit. 18. par. 3. gloſ. 7. imò dixit idẽ Ferret. nu. 3. quòd auocata cauſa à quibuſdã Iudicibus nominatis, extenditur ad alios nõ nominatos, idq;
6 potuit efficere ex ſola ſua volũtate; † nàm vti dedit iuriſdictionẽ, auferre potuit etiã abſq; partiũ citatione ex Fely. in c. cùm olim nu. 6. de reſcript. Rebuff. in l. quod iuſſit notab. 2. nu. 88. ff. de re iud.
7 Ant. Gab. concl. 1. de citat. n. 504. † nàm in poteſtate

ſtate Principis eſt non ſolùm iuriſdictionem ſui
Magiſtratus moderare, l.2.ff.de orig.iur.Roder.
Xuarez alleg.2.nu.56.Rota dec.297.nu.3.par.2.
Sac.Palat.ſed ipſam pro libito reuocare, l. memi-
niſſe ff.de off.Proconſ.& leg. Thom.Gram.vo-
to 28.nu.21.& ſeq. Innoc.in c.intimaſti nu.1.de
8 appell. ✝ Et hic eſt vnus de modis, quibus iuriſ-
dictio finitur, ſecũdùm Hoſt.in ſum.de off.ord.
verſ. *& qualiter finiatur*, Thom.Gramm.voto 18.
nu.9.Alex.conſ.187.nu.7.lib.5. dicens, ſufficere,
quòd Papa cognoſcat de cauſa, vt videatur ipſam
ad ſe euocare, ità vt nullus alius ſe poſſit intro-
mittere, Bald.in l.ſi vt proponis col.penult.verſ.
Quæro Papa C.quom.& quan.Iud. Iaſ.in l.more
maiorum in fi.ff.de iuriſd.omn.iud.Morot.reſp.
49.num.5.& allegatur c.paſtoralis §.præterea, de
off.deleg. Io.Vinc.de Anna alleg.99.nu.4.Hiero.
Gabr.conſ.166.nu.1.lib.1. ad notata per Capell.
Tholoſ.dec.481.vbi additio nu.2.ex Innoc.in c.
cùm M.ſuper gl.fin.vbi Butrius.& Barb.de cõſt.
Dominic. in cap.fin. de off.ord.in 6. Rol.à Valle
9 conſ.80.nu.14.lib.2. ✝ Maximè quãdò talis euo-
catio proprio motu emanauit; nàm etiã ignoran-
tes afficit, & ipſorũ acta annullat, vt poſt Inn. in
c.cùm contingat col.1.de reſcrip.Abb.Imola, &
alij in c.cœterùm eod.tit.Peruſi.in c.vt noſtrum
de appell. Rebuff.1.tomo ad leges Gallic.tit.de
euocationib.in præfat.q.3.nu.19. ex c.1. §.adij-
ciebatur, vbi Gloſ.verbo *depoſitionis* de conceſſ.
præb.tradit Rebuff.d.notab.2.nu.89.Ripa in c.
cùm M.nu.96.& ſeq.de conſtit.tradunt Couãr.
d.c.9.nu.7. Villalob.ad communes DD. opinio-
nes lib.1.tit.11.de ſoro compet.nu.36. & in ſuo
ærario lit.A nu.259.

10 ✝ Neque obſtat l.vbi cœptum ff.de iud. quia
ſecũdùm Fed.de Senis q.97.nu.3. non procedit,
quãdò per appellationem, recuſationem, vel Su-
perioris reuocationẽ aliud fieri contingit, c. pa-
ſtoralis de off.deleg. & rubr.c.licèt, c.ſuſpitionis
eod.tit. c.vt noſtrum de appell. l.iudicium ff.de
11 iudic.Auiles c.5.prætorum gl.1.nu.1.✝ Nàm vt
inquit Imola in c.licèt de officio delegati, quòd
quomodòcũque cauſa ſit introducta corã Prin-
cipe, non poteſt inferior, etiàm de partium con-
ſenſu ſe intromittere, Adcit ad Cap. Tholoſ.vbi
ſupra nu.3.& ex c.vt noſtrum de appell. Capyc.
deciſ.22.num.3.

12 ✝ Præcipuè ponderãdo clauſulam dicti Breuis
ſublata eis, & eorum cuilibet, &c. qua mediante
dictis DD. Cardinalibus ſuit omnimoda pote-
ſtas ſublata, & facultas alitèr ſentiendi, abſque
expreſſa Pontificis facultate, Bart.l.fin.ſub nu.1.
C.de can.frument.Vrbis Romæ lib.11. Felyn. in
c.nonnulli nu.22.verſ. *Septima concluſio* de reſcr.
Anchar.conſ.221.incip.diſcutiendũ n.2.Caſſiad.
in c.quia diligentiã oppoſ.9.de elect. Villadiego
tit.de legato q.3.Iacob.Puteus lib.1.dec.50.nu.5.
Paul.Æmilius dec.Rotæ 134.nu.4.par.3.Hieron.
Gonzal.ad reg.8.Cancellariæ gl.66.nu.3.& ſeqq.
13 ✝ Cùm dicta clauſula circa finem poſita debeat
referri ad omnia, quæ præceſſerũt in dicto Breui,
l.1.C.de lib.præteritis, c.inquiſitioni c.ſecundò
requiris de appell. l.3.§.filius ff.de lib.& poſth.
Rom.conſ.380.nu.7.Hipp.Rimin.in l.poſthumũ
nu.263.C.de bon.poſſ.contra tabulas, Auiles c.5.
Prætorum gl. *lo ſuſo dicho* nu.1.ex l.doli clauſula
ff.de verb.oblig.& c.cùm dilectus de donat.
14 ✝ Pro quo facit reſolutio Rom.conſ.335.incip.
circa primum nu.9.quod ex quo Papa ad ſe euo-
cauit prouiſionem, vel alijs delegauit, ad inferiorẽ
non reuertitur ſine licentia Papæ, c. bonæ 2. de
poſtul.Prælat.in 6.verſ. *Nec nocebat.* Et nullum eſt,
quod fit ab inferiore, vt per Anchar.cõſ.57.Ann.
15 alleg.99.Petra ad Capyc.d.dec.22.✝ Et videtur
comprobari ex caſu l.planè in princ. ff.de leg.1.
l.licèt transferam, l.legatum in fi.ff.de adim.leg.
l.cùm in ſecundo ff.de iniuſto, rupto, l.militis §.
fin.ff.de teſtam.mil.in quibus eſt expreſſũ, quòd
etſi teſtator legatum factum primo legatario
adimat, & illud leget ſecundo alteri, nullitèr ta-
mèn propter incapacitatem ſecundi legatarij,
vel aliàs, nihilominus ademptio legati facta pri-
mo valet, nec ipſum legatum reintegratur.

Et ità in propoſito noſtri caſus licèt euocatio
facta per Summũ Pontificem fuerit ex cauſa li-
mitata, ad effectum ſcilicèt præſtandi formam,
ſecundùm quã præfatæ Societatis priuilegia erãt
obſeruanda à tempore dicti Breuis in anteà, non
tamèn dictæ lites redire poterant ad dictos DD.
Cardinales, quibus iàm reuocata, & ſublata erat
omnimoda iuriſdictio, nec præiudiciũ generauit
talis euocatio dictæ Societati, & illius domibus,
& Collegijs quoàd decimas ipſis pertinẽtes antè
16 tempus Breuis, & ipſius executionem; ✝ maxi-
mè cùm Summus Pontifex lites omnes ſuper eo
pendentes extinxerit, quo caſu tollit facultatem
agendi, & experiendi de iure ſuo, & acta litium
manent extincta, Lud.Gomez.in reg. Cancell.
de non tollendo iure quæſito q.7. verſ. *tamèn.*

Quod vt conſtet, aduertendum eſt, Summum
Pontificem ſolùm habuiſſe finem, & intentionem
dandi formam in futurum circa vſum dictorum
priuilegiorum, non tamèn innouare quoàd præ-
17 terita; ✝ nàm cùm lex, ſeù quæuis alia conſtitu-
tio vetat in futurum, in præteritum indulxiſſe
cenſetur, l.leges, & conſtitutiones 7. C.de legib.
quæ ait, *Leges, & conſtitutiones futuras certum eſt
dare formã negotijs, non ad facta præterita reuocari,
niſi nominatim, & de præterito tempore cautum ſit,*
cap.2.vbi gl.2.c.ſi de conſtitutionibus, l.3.tit.1.
lib.1.C.Theodoſiani nouella Iuſtiniani 19.l.pen.
in fi. C.de decurionib.lib.10.l.iubemus, vbi Bal.
nu.8.C.de teſtament.l.15.tit.14.par.3.vbi Greg.
Lopez glo.6.Bart.in repetitione l.omnes populi
nu.42. ff.de iuſt.& iure, Cicero act.3. in Caium
Verrem, & eſt bona gloſſa in l.cùm lex 22. ff.de
legib.quæ in exẽplũ adducit l.Diui C.de nat.lib.

Et quòd iſta fuerit intentio Summi Pontificis
apparet, nàm poſt clauſulam auocatoriam, & ex-
tinctiuam litium, & ſententiarum ad fauorem
Societatis latarum perueniendo ad concluſionẽ,
& deciſionem ſuæ Conſtitutionis, & Breuis ait,
*Harum ſerie perpetuò ſtatuimus, decernimus, &
ordinamus, vt ex nunc deinceps perpetuis futuris
temporibus prædicta Societas, et illius domus etiàm
probationis atque Collegia, et loca quæcunque vbiuis
locorum in prædictis Regnis Caſtellæ, & Legionis
exiſtentia ratione prædiorum, poſſeſſionum, vinearũ,
oliuetorum, terrarum, hortorum, & bonorum quo-
rumcunque, quæ nunc poſſident, quomodocunque, &*

vndecunque ad eos peruenta, aut per eos acquiſita fuerint, & etiam eorum quæ in poſterùm perpetuis futuris temporibus ex nouis domorum, ſeu Collegiorum fundationibus, aut alijs largitionibus donationibus, teſtamentis, codicillis, ſeu vltimis voluntatibus duntaxat acquirent, & non ſolùm eorum, quæ per proprios colonos, ac proprijs quoque manibus excolunt, loco decimæ, vigeſima ſcilicet ex ſingulis viginti vnum, &c. Ex quibus liquidò apparet, Summum Pontificem nouam cõſtitutionem, & formam inducere voluiſſe quoàd futura, non
18 quoàd præterita; † idque manifeſtè oſtendunt præfata verba, *Statuimus, decernimus, & ordinamus*, vt ponderant Barbat.conſ.40.nu.45.lib.4. Abb.in cap.2.nu.10.de iudicijs, per tex.ibi,& in terminis verbi *ſtatuimus* conſtat ex c. Paſtoralis de iudic.c.ſtatuimus de off.deleg.in 6. & ibi glo. & in c.vt litigantes de off.ordin.c.1.vt lite pend. c.vnico de cleric.non reſid. vbi DD.lib.6.gloſ.in clem.vltima de reſcript.& in extrauag.ſuſcepti de elect.cum alijs adductis per Rebuff.in repet. l.vnicæ notabili 4. C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt nu.2.qui num.3. idem affirmat de verbo *decernimus*, ex d.c.decernimus 2.de iud. glo.verbo *decernimus* in c.eos de ſent.excom. in 6. Card.in clem.vnica de ſequeſtrat.poſſeſſ.& fructuum,Dec.in c.paſtoralis notab.1.de except. Flamin.Pariſius de reſignat. benefic. lib.13. q.2. nu.3.l.22.tit.1.parti.7. vbi Greg Lopez gl.9.

Quod apertius cõfirmatur ponderãdo dictiones *ex nunc*, *deinceps*, de quibus in dicto Breui
19 † nàm dictio *ex*, denotat extrinſicitatem, & ſeparationem præteriti tẽporis à futuro,ad notata per Corneũ cõſ.359.lib.1.Rota Rom.Sac.Palat.
20 dec.642.nu.3.par.1. † & dictio *nunc* eſt aduerbium præſentis temporis, l.1. §.nunc tractemus ff. de tutel. Ariſt.4.Phyſ.Bald.in auth.contra rogatus nu.2. C.ad Senatuſc. Trebell. Guid.Papæ
21 conſ.102.nu.3.† & ſimul iunctæ,dicẽdo ſcilicèt *ex nunc*,ſignificatur tempus verbi prolati,vt poſt Bald.in c.1.de vaſallo mil.qui arma depoſ.tradit Marc.Ant.Eug.conſ.7.nu.21.lib.1.Hiero.Gabr.
22 conſ.69.nu.4.lib.1.† Dictio enim *ex nunc*,iuxta legitimũ ſenſum interpretatur, ideſt ab eo tempore, quo profertur,glo.ſingularis in clement.2. verbo *ex nunc* de hæret.Felyn.in c.3.num.19.de reſcriptis, Areti.in l.lecta nũ.13. ff.ſi cert.petat. Rebuff. in l.mulieris 13. §.res abeſſe, verſ. *idem in dictione ex nunc* ff.de verb.ſignificatione.
23 † Maximè ponderando dictionem *deinceps*, quę interpretatur,ideſt de cœtero,l.cũ biſextus, ibi, et *ſic deinceps ſextus Kalendas eius natalis dies eſt*, ff.de verb.ſign. l.nemo deinceps C.de Epiſc. aud. clem.vnica §.porrò de Sũma Trinit.Rebuff. in l.appellatione parentis ff.de verb.ſign.Barbat. d.conſ.40.nũ.45.lib.4.dicens, ꝙ dictio *deinceps*, importat rem nouam, & per conſequens prouiſionem in futurum tempus;
24 † nàm ex demonſtratione dictionis *ex nunc*, colligitur Papæ intẽtio,l.2.ff.de lib.& poſth.l.ſi domineſſim ff.de cõd. & demonſtr.l.quotiens 9. §.ſi quis nomen ff.de hæred.inſt.Thom.Faſtol.cauſa Rotę 22.dub.43. num.3.

Quarè cùm finis, & intentio Pontificis fuerit dictorũ verborum virtute prouidere,& formam in futurum dare, nõ in præteritum generare diſpendia, ad huiuſmodi finem eſt reducenda tàm euocatio cauſarum,quàm litium tunc pendentiũ
25 extinctio; † finis enim alicuius facti debet attẽdi magis,quàm modus ducens ad finem, l.quæritur ff.de bon.libert.l.fin. C.mandati,l.ſi mater C.de inſtit.& ſubſtit.l.continuus §.cùm ita ff.de verb.oblig. Bal.in l.ſi arrogator nu.14.ff.de adoptionib. nàm vt ait Probus in addit.ad Monach. in d.c.cùm aliquibus nu.15.de reſcript.in 6.poſt Bald.in l.eam,quam circa princ.C.de fideicom. & Barbatiam inter Alex.conſilia conſ.52.nu.21.
26 vol.4. † Omne agens agit propter finẽ,nàm finis dicitur cauſa cauſarum, & ab eo denominantur omnia,vt per Præpoſit.in c.cùm ad verum col.1. diſt. 16. Tiraq.de retract.lignag.§.1. gl.7.nu.45. idem Baldus in l.generaliter C.de Epiſc.& cler.
27 † dicens, cauſam finalem eſſe primam in conſideratione,& ſi vltimã in fieri diſpoſitionis, idem Bald.in l.2.nu 3. C.locati, Socc.conſ.89.nu.20. lib.4. Pariſ.conſ.72.nu.65.lib.4. Molina lib.1.de Hiſp.primogen.c.5.nu.15.dicens,hoc eſſe,quod Philoſophi dicere ſolent, in omnibus rebus agẽdis finem principium eſſe.

Quarè tàm præfata euocatio,atque litium extinctio debent intelligi reſpectu dictorum verborum *ex nunc*, *deinceps*,& formæ,quæ in futurũ
28 ex ipſis deducitur,† quia præcedentia ex ſequẽtibus terminari non eſt incognitum,in l.nã quod liquidè §.fin.ff.de pœnu legata, Abbas in c.cùm dilecti ad fin.de donationib. Oldr.conſ.8.Vldalricus Zaſius conſ.14.nu.39.lib.1. l.ſi ſeruus plurium ff.de leg.1.
29 † Et quia,vt ait Io.Monach.in c.nõ poteſt ar. nuis.de præb.clauſulæ ad vnum finem appoſitæ, alium finem operari non poſſunt, l.legata inutiliter ff.de adimen.leg. Rebuff.reſp. 57. verſ. *Nec me mouet*, Card.in clem.1.§.ad hæc oppoſit.3.de præb.facit tex.in c.ad noſtram de appell. & tradit Aymon Crauetta conſ.231.num.10.
30 † Et quia vbicunque clauſulæ ponuntur ad qualificandum vnum caſum,vel capitulum,tunc ad alia non referuntur, niſi ad illum tantùm caſum,& capitulum,l.filium in principio ff.quandò dies legati cedat, Barthol.in l.fin.ff.de rebus dubijs, Alexand.conſ.158.num.2.lib.6.Rebuffus
31 reſponſo 9. verſic. *itèm quandò*. † Et confirmatur, nàm quæ ordinantur ad finem, debent regulari ſecundùm ipſius finis naturam, vt poſt Bald.conſil. 115. incipiente verba dicunt, col.2. lib.1.tradit Aymon Crauetta conſ.137.num.14.
32 † Eò quòd finis naturam ſapiunt omnia tendentia ad finem,l.oratio ff.de ſponſalibus, Bart. in l.cùm lex ff.de fideiuſſoribus, Cæphalus conſilio 65.num.61.tom.1.conſ.185.num.17.tom.2. Ioannes Gutierr.tom.3. practicarum quæſt.17. num. 280. Ideò cùm intentio, & finis Pontificis ea fuerit dare formam in futurum quoàd vſum, & obſeruantiam dictorum priuilegiorum, non poteſt aliquo modo intelligi, ipſum voluiſſe auferre ius, quod de præterito competebat dicto Collegio ad percipiendas præfatas decimas ſuorum priuilegiorum vigore pro præcedentibus
33 annis; † quia Papa nunquàm tollere videtur ius alterius, nec in re, neque ad rem, vbi expreſsè

non

non exprimit, cap.ex tuarum de auctorit.& vſu
pallij, cap.ſuper eo de officio delegati, cap.licèt
de officio ordin.deciſio Rotæ 33.nu.1. de præb.
in antiquis, Biſignettus deciſ 8.nu.3.de conceſſ.
præbendæ, Rota Romana Sacri Palatij deciſ.54.
nu.9.par.2.facit Abb.in cap.1.nu.4.vt lite pend.
vbi ait, quòd donec agitur de validitate priuile-
gij,non debet quis priuari ſua poſſeſſione,etiàm
ſi ſit contra ius.
34 † Ideò cùm Pontifex non dixerit,quòd Socie-
tas amitteret præteriti tẽporis decimas ad ipſam
ſpectantes in cuiuſcunque eſſent poteſtate, non
debemus dicere,nec aliquo modo intelligere, id
fuiſſe ipſius intentionis,contra tex.in l.ſi ſeruum
§.non dixit Prætor ff.de acq.hæred. nàm ſi hoc
voluiſſet,vtique ſciuiſſet exprimere,l.vnica §.ſin
autèm ad deficientis C. de caduc. toll. Crauetta
conſ.6.num.97. Roland.à Valle conſ.29.num.22.
lib.4. Nec potuerunt dictum Capitulum Eccle-
ſiæ Zamorenſis,& Parochus Sancti Pelagij dictas
decimas præfato Collegio auferre, & retinere,
35 † quia quod ſuum erat,nõ poterat ipſis ſine ſuo
facto auferri,l.quod noſtrum ff.de reg.iu.l.quo-
tiès C.de precib.Imp.offer. l.fin.ff.de natalibus
reſtituendis, Paulus de Caſtro conſil.200. incip.
Viſa ſupraſcripta nu.2.vol.2.Rebuffus reſp.195.
verſ.15.
36 † Et confirmatur, nàm omnis euocatio repu-
tatur odioſa, ad tradita per Caſſiadorum dec.2.
de appellat.in 6. Felyn.in cap.ad audientiam fal-
lentia 10.de reſcript. DD.in c.ex literis de offic.
deleg.Rebuff.in praxi benefic.1.par.in differen-
tiæ inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ num.11.
37 † In odioſis autèm debet ſtricta interpretatio
fieri,l.cùm quidam ff.de lib. & poſth.Rota Pauli
Æmil.dec.297.nu.3.par.2.Flaminius Pariſ.lib.6.
de reſignat. beneficiorum q.5.num.28. Hieron.
Gonzalez in procem. ad reg. 8. Cancellariæ §.6.
nu.2.& ſeqq.& §.7.nu.191.Quarè cùm intentio
Pontificis fuerit euocare quoàd dationem for-
mæ reſpectu decimarum futuri temporis, hoc
non debet præiudicare reſpectu decimarũ præ-
38 cedentium annorum, † quæ diuerſa erant, arg.
l.in ſingulos ff.de annuis legatis, l.cùm notiſſimi
§.fin.C.de præſcript.30.vel 40.ann.cum traditis
per Parlad.lib.1.rerum quotid.c.1.§.13.num.8.
Nàm ſequeretur abſurdum contra Pontificis fi-
39 nem,& intentionem; † ſemper autèm eſt inter-
pretatio ſumenda, per quam vitetur abſurditas,
l.2. C.de noxalib.action.l.vt gradatim §.1. ff.de
muner.& honor.Paul.de Caſt.conſ.473.num.2.
ad fin.par.1. Rol.à Valle conſ.61.nu.20.conſ.70.
n.45 lib.3.ex l.nàm abſurdum ff.de oper.libert.
Quarè cùm dicti Domini Cardinales in totũ
priuati iuriſdictione fuerint, & Sanctitas Leo-
nis XI. noluerit auferre Societati præteriti tem-
poris decimas, nec ipſarum reſpectu dictã euo-
cationem,& litium extinctionem facere, non eſt
dubium,quòd dicta priuilegia illæſa remanſerũt,
& Illuſtriſs. Dominatio V. poteſt ipſorũ virtute
efficere, vt dictæ decimæ indebitè retentæ per-
ſoluãtur dicto Collegio Societatis Ieſu Salaman-
40 ticenſis † quia in ea parte,qua reſpectu præte-
riti temporis non fuere mutata priuilegia con-
ſtare, & in viridi obſeruãtia eſſe cenſentur,quia
qui reuocat in parte,in reliquis confirmaſſe cen-
ſetur, l. Tribunus §. 1.ff.de milit.teſt.quem Bal.
ita ſũmat, emendatio,vel correctio in quibuſdã
eſt cœterorum confirmatio,idem Bal.in l.edicto
nu.14. C.de edi.Diui Adria.toll. Et inquit Ioan.
Monach.in c.ſtatutũ nu.5.de reſcript.in 6.quòd
antiquitati non mutatæ ſtandum eſt,quia tãtùm
de iure antiquo videtur ſublatum,quantùm ſpe-
cialitèr,& expreſsè eſt derogatum, idẽ Monach.
in c.ſolet nu.10.de ſent.excomm.eod.libro.
41 † Faciunt ſcripta per Bart.Bal.Ang.Pau.Caſtr.
& Imol.in l.legata inutiliter in fi. vbi Florian. de
Sancto Petro nu.23.& ſeq. ff.de leg.1. vbi ſi fuit
data poteſtas Comiti reuidendi ſtatuta,& quędã
improbat,cœtera confirmare videtur,per tex.in
d.§.1.Rolan.à Valle alios allegans conſ.31.nu.21.
22.& 25.vol.4. ex ratione l.ſancimus C.de teſta-
42 mentis,† quòd non prohibetur ſtare,quod non
eſt mutatum,Io.Monach.in c.Inquiſitores nu.3.
de hæret.in 6. Rebuff.in c.paſtoralis verſ.23.de
cauſa poſſeſſ. Gloſ.verb.*perſonas* in c.cùm cauſa
de teſtib.l.præcipimus C.de appell. Surd.de ali-
43 mentis tit.9.q.5.nu.28.† quia quod non proba-
tur mutatum,adhùc manere præſumitur,c.cùm
quis,de probat.c.maiores de Baptiſ.Ant.de But.
in c.licèt 15.num.5.de procuratorib.& in c.au-
ctoritate de conceſſ.præb. in 6. ex c.cùm expe-
diat de elect.eod.libro.
44 † Et facit, quia debet interpretatio ſumi pro
non reuocatione priuilegij,vt reſpõderunt Dec.
conſ 168.col.2. Alciat.reſp.19.nu.4. & alij relati
per Menoch.lib.6.de præſumpt.præſ.37.num.7.
45 † Vndè reuocatio priuilegij quoàd vnum, non
extenditur quoàd alterum,quandò Princeps ex-
preſse non extendit,Abb.in c.nupèr de decimis,
Bald.in l.quicquid C.de aduocat. diuerſ. Iudic.
Georgius Acacius lib.2.de priuil.c.4.nu.93.
46 † Quod non operaretur, niſi eſſet Iudex,quia
eadem priuilegia in eo,quod innouata non ſunt,
ſcilicèt præcedentium decimarum reſpectu non
mandaret executioni,iuxta tex.in l.2.§.poſt ori-
ginem ff.de orig.iur.c.vbi periculum §.pręthereà,
ibi, *quia parum eſt iura condere, niſi ſit,qui eadem
tueatur* de elect. in 6. c.1. §.& quoniàm de ſtatu
monach.gl.in procem.digeſtorum,verb.*per legi-*
47 *timos tramites*, Lap.alleg.92.nu.2. † ſicut in ſen-
tentijs parùm eſſet eas ferre, niſi forent,qui eas
debitæ executioni mãdarẽt,vt poſt Ariſt.6.Polit.
c.8.tradit gl.in rub.C.de execut.rei iud.Io.And.
in c.vlt.ad fin.de reb.Eccl.non alien.Mandoſ.tit.
48 de commiſſionib. commiſſ.29. † Et nulli magis
cõuenit Apoſtolicæ Sedis priuilegia tueri,quàm
Illuſtriſſ.Dominationi Veſtræ ipſius vicẽ gerenti,
iuxta tradita per Gamb.lib.5.de off.& poteſtate
Legati de latere, §.de poteſtate Legati de latere
in erigẽda noua beneficia nu.15.& lib.2.nu.181.
ex c.auctoritate de priuileg.lib.6. Maximè cùm
Societas prædicta iſtam cauſam introduxerit, &
proſequatur per viam appellationis interpoſitæ
à quadam diffinitiua ſententia prolata per offi-
cialem Zamorenſem, per quam dixit ſe ponere
perpetuum ſilentium partibus, quoàd decimas
præteriti tẽporis, antè dicti Breuis expeditionẽ.
Quarè dicta ſententia venit omninò reuocãda:
Primò, quia priuilegia conceſſa dictæ Societati

erant realia, & ad bona in futurum acquirenda
49 extendebãtur, † & virtute priuilegij realis præ-
fatæ decimæ ſpectabant ad dictam Societatem
ſiuè per ſe, ſiuè per colonos, aut arrendatarios ſua
colerent prædia, iuxta glo. in clem. 1. verbo *exco-
lendas* de decimis, quam communitèr ſequuntur
ibi DD. maximè Anchar. nu. 6. Card. nu. 21. Abb.
in c. ex parte d. nu. 4. de decimis, & conſ. 9. dub. 2.
par. 1. Rot. dec. 4. de priuil. in antiquis, & dec. 23.
incip. proponi cauſam, num. 6. par. 2. diuerſ. Sacri
Palatij, Ruyn. conſ. 157. nu. 9. lib. 3. Fed. de Senis
conſ. 111. col. 4. verſic. *etiàm queritur*, Riminald.
Iunior conſ. 26. nu. 29. & 45. Io. Baptiſta Ferrett.
conſ. 102. nu. 13. Greg. Lopez in l. 4. tit. 20. par. 1.
verb. *de las huertas*, Menoc. conſ. 276. nu. 7. lib. 3.
altera deciſio Rotæ 40. num. 8. d. 2. par. & poſt
Horatium Mandoſium tit. de priuileg. ad inſtar
gloſ. 15. num. 40. Enriquez in ſumma lib. 7. de in-
dulgentijs c. 27. art. 5. nu. 7. Emanuel Rodriquez
tom. 2. quæſt. regular. q. 44. art. 2. Qui omnes lo-
quuntur in terminis priuilegiorum Societatis
Ieſu, quemadmodùm & Io. Gutierrez conſ. 5. &
tom. 2. canonic. quæſt. c. 21. nu. 136.

Neque inconuenit, dicta prædia fuiſſe de nouo
acquiſita, & anteà fuiſſe decimalia dictis Deca-
no, & Capitulo Zamorenſi, & Parocho Sancti
Pelagij. Nàm vt Bart. num. 6. in l. damni §. ijs, qui
50 vicinas ædes ff. de dam. infe. tenet, † priuilegium
conceſſum de non ſoluendis decimis de prædijs,
trahitur ad futura prædia, per tex. in c. quia circa
de priuileg. Auiles in prooem. ad cap. prætorum,
gloſ. *Iſtas* num. 3. & 4. Io. Bapt. Ferrett. conſ. 167.
nu. 14. Calderin. conſ. 1. num. 2. de conſtit. Alex.
conſ. 178. nu. 9. lib. 2. Io. Gutierr. d. conſ. 5. nu. 13.
& ſeqq. & d. c. 21. num. 136. dicens, id procedere,
quandò eſſet derogatum cap. nupèr de decimis,
prout derogauit Gregorius XIII. in ſuo priuile-
51 gio; † pro quo facit, quòd priuilegium extẽditur
ad augmentum, c. ex parte de decimis, Albericus
in l. ſi opus ff. quod vi, aut clàm, Tiraq. de retrac.
lignag. §. 1. gl. 18. nu. 53. Idq; alijs iuris rationibus
confirmatur, quia mutatione perſonæ inducitur
mutatio cauſæ, l. cùm queritur cum ſequen. ff. de
52 except. rei iud. Bellamera dec. 314. nu. 2. † & mu-
tatione perſonæ mutatur nomen rei, & ipſius ſta-
tus, l. Paulus reſpondit, vbi Bart. Lud. Rom. & alij
ff. de acquir. hæred. l. cùm patronus ff. de legat. 2.
Probus in addition. ad Monachum in c. cùm de
beneficio num. 42. & ſeq. de præb. in 6. l. licitatio
§. pen. ff. de publican. & vectig. Crauet. conſ. 293.
num. 10. verſ. *Nec obſtare videtur*, Menoch. lib. 2.
de arbitr. Iud. caſu 119. nu. 6. & cent. 6. caſu 562.
nu. 45. dicens, quòd mutata perſonæ conditione,
cenſetur etiàm mutata conditio bonorum, l. fin.
C. de inoff. teſtam. ibi, *Cùm nec nomen peculij per-
manet, ſed alijs rebus confunditur ſimilem fortunam
recipit, quemadmodùm & cœteræ res*, & Baldus ibi
dicit, nota, quòd mutato ſtatu perſonæ, & rei ſta-
tus conuenit mutari, facit l. caſtrenſe ff. de caſtr.
pecul. Roderic. Xuarez diſput. quæſt. in materia
maioricatus, nu. 23. & 24. Ioan. Vincent. de Anna
53 alleg. 70. nu. 34. & ſeq. dicens, † quòd cũ primùm
bona tranſeunt de patre in filium, vlteriùs iàm
non dicuntur paterna, l. ſed ſi plures §. 1. ff. de
vulg. & pupill. ſubſt. l. fin. in ſi. ff. de inoff. teſtam.
l. Paulus, aliàs per procuratorẽ ff. de acq. hæred.
ibi, *quia caſtrenſia eſſe mutatione perſonæ deſierunt*,
Bald. in c. 1. §. hoc quoque circa princ. de ſucceſſ.
feudi, Guillel. de Perno conſ. 11. verſ. *circa pri-
mum*, Alex. conſ. 28. in cauſa, & lite, 1. col. vol. 5.
Rom. conſ. 516. num. 6. Hieron. Grat. reſpon. 61.
54 nu. 48. vol. 1. dicens, † quòd non debet conſide-
rari, quòd bona fuerint obligata, & per illa præ-
ſtitæ collectæ, nàm ſi fecerunt tranſitum ad per-
ſonam priuilegiatam, ſequuntur qualitatẽ perſo-
næ, ad quam tranſierant, clement. 1. de decimis,
Matienzo in l. 7. tit. 7. lib. 5. recopil. gloſ. 8. nu. 4.
Pileus q. 80. dicens, quòd mutato ſtatu perſonæ,
etiàm rerum mutari debet, arg. l. cùm quis ſibi
ff. de ſolution. Io. And. Georgius alleg. 23. nu. 27.
Io. Garzia de expenſ. & melior. c. 12. nu. 70. Bald.
in l. 2. nu. 3. C. de iure fiſ. lib. 10. Franch. dec. 696.
num. 2. & 4. l. cùm quidam §. ſi debitores ff. de
public. & vectigal. l. fiſcus ff. de iure fiſci, c. vnico
55 §. verùm de iure patr. in 6. vbi patet, † quòd ſi
patronus laicus dat ius ſuũ patronatus Eccleſiæ,
cenſenda eſt illa Eccleſia vt patronatus eccleſia-
ſticus, Abb. in cap. dilectus 34. nu. 3. de præbend.
56 † dicens, quòd res perueniens ad manus exẽpti,
debet gaudere priuilegio exemptionis, Decius in
c. ſi de terra §. porrò nu. 7. & 8. de priuil. cap. 2. de
immun. Eccl. in 6. Anchar. conſ. 171. Cagnol. in l.
in omnibus 69. nu. 3. ff. de reg. iur. Anch. cõſ. 108.
nu. 5. Guid. Papæ quæſt. 208. Et nos adduximus
in libro pro Romano Pontifice contra Venetos
3. parte nu. 170. quòd ſine dubio eſt in noſtro ca-
ſu, cùm in proprijs terminis ſint deciſiones Rotæ
in hac cauſa productæ, quæ emanarunt 10. die
Decẽbris 1578. in fauorem dictæ Societatis Ieſu,
& ipſius Collegij Ciuitatis Murciæ.

Secundò, quia dictum Collegium Societatis
Ieſu Salmãticæ habebat omnimodam exemptio-
nem dictarum decimarum, & earum dominium,
57 dictorum priuilegiorum virtute, † cùm & Prin-
cipis priuilegium etiàm abſque traditione ſuffi-
ciens ſit ad translationem dominij, iuxta doctri-
nam Baldi in cap. 1. §. inueſtitura col. fin. de noua
forma fidelit. in vſib. feud. Alex. conſ. 187. nu. 57.
lib. 2. Decian. in l. traditionibus nu. 4. vbi Iacobin.
C. de pact. Rota Sacri Palatij deciſ. 14. nu. 10. p. 2.
& deciſ. 170. nu. 7. par. 1. Boer. deciſ. 42. num. 27.
allegans Bellugam Valentinum tit. de iuriſdict. &
vtroque imperio, num. 17. & plures alios referẽs
reſoluit Franc. Curtius in repet. d. l. traditionibus
nu. 10. C. de pact. vbi Gozad. num. 2. & Iaſ. ibi, qui
format hanc quæſtionem, vtrum ex donatione
Principis transferatur dominium, & concludit,
transferri, hoc potiſſimum argumento, quòd à
lege ſine hominis miniſterio trãsfertur dominiũ,
ergò à Principe, qui eſt lex animata, ità tradit
Bart. in d. l. traditionibus ad finem, & Bald. in l. 1.
C. commun. de leg. arg. l. commiſſa ff. de public.
& vectig. & eſt tex. in l. pen. C. de conſt. Princip.
Alciat. reſpon. 145. num. 2. & 11. Alciat. reſp. 165.
nu. 2. Valaſc. conſult. 72. nu. 2. Bald. in c. 1. §. inue-
ſtitura de noua forma fidel. nu. 2. in vſib. feudorũ,
58 Io. Vinc. de Anna alleg. 53. num. 32. † Et etiàm in
his, in quibus non cadit propriè dominij conſi-
deratio, vt ſunt ſimilia priuilegia exemptionis ac-
quiritur ius reuocabile Ordini Religioſorũ n…

Sala-

Salamanticæ à die notiſſæ, vt latè probat dicta
deciſ. Rotæ 14. num. 1. & 11. Iaſ. in l. beneficium
nu. 46. ff. de conſt. Principum.
59 † Nec ſolùm hoc obtinet in dominio, & iure,
ſed in poſſeſſione, vel quaſi, Bald. in l. 1. C. de rer.
permut. Ang. in l. officium ff. de rei vendicatione,
Marinus Frecc. de ſubfeudis lib. 2. c. quis dicatur
60 dux num. 64. † Præcipuè quandò tractatur de
iuribus incorporalibus, in quibus quæritur poſ-
ſeſſio priuilegiato ex ſolo priuilegio, & conceſ-
ſione Principis, vt ex doctrina Innocentij in c. cũ
noſtris col. 2. de conceſs. præbend. tradit Bald. in
margarita ad eum, verbo *poſſeſſio acquiritur*,
Thomas Gramm. deciſ. 49. nu. 44. & probat tex.
in l. iubemus C. de ſacroſanct. Eccleſ. Io. Vinc. de
61 Anna alleg. 1. num. 32. † Quod magis ſine dubio
procedit in priuilegio conſiſtente in mera exem-
ptione non ſoluendi, quod abſque hominis facto
trahit ſecũ executionem, vt in ſimili tradit Inn.
in d. c. cùm noſtris, verſ. *abſoluto*, non eſt neceſſa-
rius executor, & verſ. *alij tamen*, quem ſequuntur
ibi Io. And. Ant. Cardinalis, & communitèr DD.
quod certius redditur ex reſolutione Baldi in l.
penult. C. ad Senatuſconſ. Treb. vbi determinat
62 expreſsè, † quòd in Eccleſiam, vel pium locum
transferũtur hæreditaria iura ipſo facto per l. fin.
C. de ſacroſanct. Eccl. Paul. Caſtr. conſ. 152, nu. 3,
par. 2,
63 † Et vltra, quòd dicta Societas, & præfatum
Collegiũ poterant etiàm animo retinere dictam
poſſeſſionem, iuxta l. prætor 1. §. non ſolùm ff. de
vi, et vi arm. l. poſſideri 3. §. quod ſi ſeruus ff. de
acq. poſſeſs. l. licèt C. eod. tit. Martinus Vranius in
64 c. de quarta num. 17. de præſcript. † nàm vltra
generalem poſſeſſionem, quam dicta Societas ha-
bebat in præfatis Regnis, quæ ſufficiebat ad re-
tentionem in quacunque parte, iuxta l. is, qui
vſumfructum 20. quibus modis vſusfruct. amitt.
l. vna eſt via 18. ff. de ſeruit. ruſt. præd. gloſ. verbo
quoad uſque in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de
itinere, actuq; priuato, habebat poſſeſſionẽ ſpe-
cialem in eodẽ Epiſcopatu Zamorenſi, vbi Col-
legiũ Villæ Garciæ habebat prædia multiplicia,
pro quibus vtebatur exemptione decimarũ tàm
ſui reſpectu, quàm colonorum et arrendatario-
65 rum; † Et in indiuiduis vnus habens intereſſe,
acquirit alteri, l. ſi communem ff. quemad. ſerui-
tus amitt. ibi, *Victoria vnius, omnibus proderit*,
l. loci corpus 4. §. ſi fundus ff. ſi ſeruitus vendic.
66 l. 5. tit. 23. par. 3. † nàm in indiuiduis ſocius gau-
det priuilegio, & prærogatiua ſocij, vt ex d. l. ſi
communem tradit Azeuedo conſil. 21. num. 27.
67 conſ. 23. nu. 25. † Imò ſola vnius poſſeſſio ſuffi-
ciebat ad omnium commodum, vt ſentit Bart.
in l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. ſequutus per Iaſonem
ibi nu. 34. Rota Romana diuerſ. deciſ. 17. num. 1.
2. par. ex l. 1. §. quod autèm ff. de aqua quotid. &
68 æſtiua, † & quilibet actus fauorabilis in iuribus
vniuerſalibus, & communibus poteſt extendi de
perſona ad perſonam, de re ad rem, de loco ad
locum, vt ex alijs multis tradit Balb. de præſcrip.
2. par. princip. q. 2. nu. 19. cum notatis per Rotam
69 Romanam 2. par. deciſ. 139. nu. 19. † Quod fe-
cus eſſet quoàd inferendum præiudicium, vt ait
Accurſius in l. 4. §. ſi fundus ff. ſi ſeruitus vendic.

Paulus de Caſtro in l. ſi duo rei num. 2. ff. ſi quis
cautionibus.

Quod magis perſpicuum efficitur, inſpecta
ſpecialiſſima poſſeſſione, in qua eſt, & extitit
præfatum Collegium circa exemptionem hanc
decimarum quoad Terras, de quibus nunc agi-
tur, poſtquàm ipſarum fuit conſecutum domi-
nium, & poſſeſſionem, quia illicò percepit deci-
mas de primis fructibus à ſuis colonis collectis,
vndè debet manuteneri in præſata poſſeſſione
70 quoàd decimas, de quibus lis vertitur; † nàm
remedium retinẽdæ habet locum eò ipsò, quòd
poſſidebat, vel quaſi antè litem conteſtatam,
§. hodiè, Inſtit. de interdictis, Bart. in l. ait prætor
71 §. quod ait num. 2. & 14. ff. vti poſſidetis; † quia
in interdicto poſſeſſorum manutenentiæ nihil
refert, qualis ſit poſſeſſio, vt ait Rebuff. reſp. 133.
ex l. 2. ff. vti poſſidet. & poteſt concedi lite pen-
72 dente, † quia per continuationem poſſeſſionis
non innouatur, Imola in clemen. fin. vt lite pend.
Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de litigioſis, Paul.
Æmilius deciſ. Rotæ 51. nu. 2. par. 1.
73 † Maximè reſpectu noui ſtatus, cuius reſpectu
antiquior dictarum terrarum minimè attẽditur,
iuxta tex. in cap. conſtitutis 47. de electio. nàm
licèt qui ſunt in poſſeſſione eligendi vocari de-
beant, & ad electionẽ admitti, aliàs poſſint agere
de contemptu, vel remedijs poſſeſſoriis, c. bonæ
memoriæ, cum concordantiis, de quibus gloſ. ibi
verbo *ſpectare*, de elect. c. cùm Eccleſia Sutrina
de cauſa poſſeſſ. & propriet. Innoc. in cap. cùm
Vintonienſis nu. 5. de elect. Abb. in c. querelam
nu. 5. de elect. Boerius deciſ. 2. num. 27. in dicto
c. conſtitutis fuit quæſtio in perſona cuiuſdam
Monachi certi monaſterij iàm electi in Abbatẽ
alterius, qui tempore faciendæ electionis Abba-
tis in primo monaſterio volebat ad ipſam admit-
ti, vt anteà in alijs electionibus ſolebat, cœteri
autèm Conuentuales illum nõ admiſerunt, quo-
niàm cùm ex Monacho factus fuiſſet Abbas alte-
rius monaſterij, intercidit antiqua poſſeſſio, &
ſuperuenit qualitas extinctiua, & excluſiua eiuſ;
Ideò reſpondit Pontifex, non eſſe admittendum
ad electionem, ſed potiùs eo excluſo à cœteris
Conuentualibus faciendam, Abb. ibi nu. 1. & 2.
Pro quo eſt etiàm deciſio Rotæ Pauli Aemilij
deciſ. 296. num. 1. par. 1. quod maximè congruit
noſtro caſui, vt dictum Capitulum Zamorenſe,
& Parochus Sancti Pelagii non poſſint allegare
quaſi poſſeſſionem percipiẽdi decimas ex dictis
prædiis, antequàm ipſorum mutaretur qualitas,
perueniendo ad dictum Collegium Societatis
Ieſu, ad quod ſuorũ priuilegiorũ vigore decimæ
ſpectabant, non obſtante iuris communis allega-
74 tione ex aduerſo facta; † nàm in remedio manu-
tenentiæ debet priuilegiatus præferri, cap. cùm
perſonæ, vbi gl. verb. *turbentur*, & verb. *in eoſdem*,
75 de priuilegiis, † quia Papæ priuilegia inducunt
probationem euidentiſſimam, cap. licèt cauſam,
vbi DD. de probationibus, & iuris communis
præſumptionem excludunt, vt deinceps non
attendatur, quis in eo ſe fundet, ſed quis habeat
priuilegium, Felynus in dicto cap. licèt cauſam,
num. 10. Capycius deciſ. 77. nu. 5.

Nec eſt veriſimile, Summum Pontificem
voluiſſe

voluiſſe locum dare, vt in Eccleſiarum facultate
eſſet dictã Societatem ſuo iure, & decimas per-
cipiendi poſſeſſione ſpoliare, abſque eo, quòd
eſſet Iudex in partibus, qui ipſum poſſet manu-
76 tenere, & ſi opus foret reſtituere, † cùm ſpolia-
tio ſit res multùm odioſa, c. grauis, & per totum
de reſtitut. ſpoliat. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi,
c. redintegrandæ 3. q. 1. Ant. de Butr. in cap. cùm
ad ſedem §. nupèr num. 14. de reſt. ſpoliatorum,
Iaſon in l. rem, quæ nobis num. 55. & ſeqq. ff. de
acquirenda poſſeſſ. Anton. Gabr. concluſ. 5. de
77 reſtit. ſpoliat. † quod autèm veriſimile non eſt
Principem voluiſſe, non debet admitti, cap. quia
veriſimile, de præſumpt. Bald. in l. 1. C. de ſeruis
fugitiuis, Pariſius conſil. 60. num. 27. volum. 4.
Cæphal. conſ. 204. nu. 11. Rolan. à Valle conſ. 100.
num. 114. vol. 4. idem Cæphal. conſ. 76. num. 58.
Philippus Probus in additionib. ad Monachum
in c. in generali nu. 23. de reg. iuris.

Et ſimilitèr venit reuocanda dicta ſententia,
quatènus iubendo, quòd ſi à tempore datæ dicti
Breuis eſſet perceptum ex Terris dicti Collegii
decimarum nomine plus, quàm vigeſima, reſti-
tueretur illi poſt nouem dies, quod conſtaret,
dictam Societatem, & Collegium dictæ Villæ
Garziæ adimpleuiſſe tenorem dicti decreti, aut
ſententiæ, hoc enim eſt inducere quandam re-
78 preſaliarum ſpeciem, † & cùm ſint diuerſa Col-
legia, & earum bona vnum pro alio conuenire
contra legitimas ſanctiones, Authen. ſed omninò
C. ne vxor pro marito, Auth. vt non fiant pigno-
rationes collat. 5.

79 † Et quia alteri per alterum non poteſt ini-
qua conditio inferri, l. fin. ff. de pactis, Pariſius
conſ. 157. num. 50. volum. 1. Rolandus à Valle
conſ. 69. nu. 48. volum. 4. Bart. tract. repreſaliar.
verſic. *Ad* 1. num. 3. Barbat. conſ. 17. nu. 1. lib. 2.
Vueſemb. lib. 4. œconom. iur. ciuil. Decius con-
ſilio 491. incipiente in caſu propoſito in princ.
quem refert, & ſequitur Philippus Probus in
addit. ad Ioannem Monachum in dicto cap. 1.
80 num. 11. de iniuriis, † dicens odioſum, quòd
vnus pro alio teneatur, l. vnica C. vt nullus ex
81 Vicaneis lib. 11. † nec vnum pro altero grauari,
l. ſi quis in ſuo C. de inofficioſo teſtamen. l. 3. §. ſi
emancipatus ff. de bonorum poſſeſſ. contra ta-
bulas, l. legem C. de natur. liber. Gamba de offi-
cio, & poteſt. legati lib. 7. num. 36. & ſeq. d. cap. 1.
de iniuriis, & damno dato lib. 6. Roland. à Valle
conſ. 66. nu. 67. tom. 2. cap. non debet de reg. iur.
in 6. Caualcan. deciſ. Fiuizani 5. nu. 2.

Ex quibus omnibus mihi videtur, dictum
Collegium habere integrum, & illæſum ſuum
ius quoàd petitionem, & recuperationem inte-
gram dictarum decimarum prædiorum, quæ ha-
bet in Diœceſi Zamorenſi pro tempore primo,
ſcilicèt antè Breuis Leonis XI. promulgationem
iuxta tenorem ſuorum priuilegiorum, & pro ſe-
cundo tempore, ſcilicèt commiſſionis expeditæ
per Eminentiſſimum D. Cardinalem Millinum
pro executione dicti Breuis, et poſteà tertio
tempore quoàd dimidiam decimam, et reuo-
cari debere ſententiam, ſeù decretum diffiniti-
uum Vicarij Zamorenſis in contrarium pronun-
ciatum, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *EXactio ſubſidij in Regnis Caſtellæ eſt curæ Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium.*
2 *Stylus ſupremi Conſilij ſeruatur etiàm in ordine Iudiciali in Conſilio Sanctæ Cruciatæ.*
3 *Stylus Conſilij ius facit, & pro lege obſeruatur.*
4 *Cauſa in gradu reuiſionis pro aliquo deciſa in Conſilio Sanctæ Cruciatæ, non amplius admittit reclamationem, aut ſupplicationem.*
5 *Tertio comparente coadiuuando principalem, inſtantia litis fit illius reſpectu.*
6 *In diuiduis, & communibus in rebus vnus habẽs intereſſe acquirit pro alio.*
7 *Socius gaudet prærogatiuis ſocij in indiuiduis.*
8 *Sententia cenſetur res indiuidua.*
9 *Actus etiàm vnicus in indiuiduis prodeſt ſocijs.*
10 *Actus fauorabilis, & ſententia in iuribus vniuerſalibus prodeſt habenti communionem.*
11 *Intellectus l. poſthumus §. ſi quis ex his ff. de inoff. teſtament.*
12 *Sententia lata pro aliquo, quando proſit alijs.*
13 *Ius quæſitum in indiuiduis communicatur participantibus in illis.*
14 *Sententia lata ad fauorem ſocij prodeſt conſocio.*
15 *Sententia ſuper re indiuidua, etiàm tertio prodeſt.*
16 *Sententia remiſſionis ſuper ſubſidio ad fauorem Capituli prodeſt etiam ſtatui eccleſiaſtico.*
17 *Status eccleſiaſticus pro ſuo intereſſe poteſt ſupplicare à ſententia lata contra Capitulum in cauſa ſubſidij.*
18 *Appellans à ſententia lata cum falſo procuratore, illam cenſetur approbare, ſed vt ſic latam improbare.*
19 *Appellare quis poteſt à ſententia contra alium lata pro ſuo intereſſe, vel aliquali præiudicio.*
20 *Sententia remiſſionis habet in Regnis Caſtellæ executionem.*
21 *Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
22 *Inſtantia ſuper re indiuidua eſt etiàm indiuidua.*
23 *Diuerſæ ſententiæ in vna, & eadem cauſa ab eodem Iudice an poſſint ferri.*
24 *Vnica inſtantia, & vnicum iudicium requirunt vnicam ſententiam.*
25 *Ius conſeruatur ex prærogatiua adiuncti.*
26 *Delictum conſeudatarij in Dominum, alterius iuriſdictioni non præiudicat.*
27 *Sententia lata contra aliquem, lata in re communi, non nocet alij.*
28 *Perſonis pluribus in vno iudicio conuentis tot cenſentur cauſæ, quot perſonæ.*
29 *Clemens Papa VIII. quid prouiderit in Bulla, ſeù Breui conceſſionis ſubſidij.*
30 *Paulus Papa V. quid in ſuo Breui circa ſubſidium diſpoſuerit.*
31 *Clauſula* non obſtantibus *inducit nouam conceſſionem.*
32 *Clauſula* non obſtantibus *an operetur contra ius, & in præiudicium tertij.*
33 *Clauſula* non obſtantibus *tollit ſtatutum, & impedimenta in ſupplicatione contenta.*
34 *Priuilegium extra iuris corpus conſiſtens an tollatur per clauſulam* non obſtantibus.
35 *Papa ſcire nõ præſumitur ſpeciales conſuetudines.*

36 *Clauſula non obſtantibus in reſcripto Papæ ſpecialis quid operetur.*
37 *Clauſula non obſtantibus quid operetur in gratia circa pluralitatem beneficiorum.*
38 *Clauſula quorum tenores habet vim derogationis ſpecialis.*
39 *Clauſula quorum tenores vigore, omnia quæ potuiſſent exprimi, cenſentur expreſſa.*
40 *Clauſula non obſtantibus cum decreto irritanti oſtendit, Papam voluiſſe vti poteſtate ſua.*
41 *Pontifex prædeceſſor non poteſt tollere auctoritatem ſucceſſoris.*

ARGVMENTVM.

Sententia reuiſtæ, ſeù in gradu ſupplicationis obtenta contra aliquas Capellanias ſuper contributione ſubſidij: qualitèr debeat executioni mandari, non obſtante ſupplicatione pro illarum parte interpoſita, & quandò victoria ſocij proſit ſocio.

CONSILIVM CLII.

IN cauſa, quæ vertitur coràm Domino Commiſſario generali, & Conſilio Sanctæ Cruciatæ pro parte Decani, & Capituli Sanctæ Eccleſiæ Conchenſis cōtra Patronos, & Capellanos Capellaniarū Annunciationis, & Purificationis Beatæ Mariæ Villæ Belmontis ſuper contributione ſubſidij, vt expediatur executoria ſententiæ latæ in gradu reuiſionis, declareturque non eſſe locum alteri ſupplicationi etiā reſpectu ſtatus Eccleſiaſtici, qui comparuit coadiuuando ius dictorum Decani, & Capituli. Sequentia ſunt animaduertenda.

1 † Primò, quòd exactio ſubſidij ſpectat ad Capitula Cathedraliū Eccleſiarū cuiuſuis Epiſcopatus, in quo ſunt contribuentes, & correſpondent vel Commiſſario generali Sāctæ Cruciatæ, vel perſonæ ab eo deputatæ in capite cuiuſuis Epiſcopatus ex Breui Pij Quinti dato 7. Martij 1571. de quo Perez de Lara in compend. trium
2 gratiarum lib. 2. de ſubſidio pag. 5. † Et quòd in Conſilio Sanctæ Cruciatæ obſeruatur ſtylus Regij Conſilij, & Cancellariæ, quòd lites finiantur per ſententias primæ, & ſecundæ viſionis.
3 † Et talis ſtylus ius efficit, & debet vti lex obſeruari, Bald. in l. 1. in fi. C. quæ ſit longa conſuetudo, Bart. in l. iuriſperitos ff. de excuſ. tut. Affl. deciſ. 135. nu. 3. & deciſ. 253. num. 4. facit tex. in clem. ſæpè §. & quia ff. de verb. ſign.

4 † Et cùm cauſa iſta ſit deciſa in gradu reuiſionis in fauorem Decani, & Capituli Conchēſis mediāte ſupplicatione per eos interpoſita à prima ſententia, quæ fuerat lata pro dictis Capellanijs ſuper prætenſa exemptione ſubſidij, præcluſa eſt via alteri ſupplicationi, l. vnica C. ne lic. in vna, eademque cauſa tertio prouocare, c. ſua, c. directo de appell. Rota deciſ. 19. de ſent. & re iudic. in antiqu. l. 25. tit. 23. par. 3. Greg. Lopez gl. 2. in l. 4. tit. 24. par. 3 l. 3. tit. 19. lib. 4. recopilat. Suarez de Paz in praxi tomo 1. anno. 2. num. 7. Etiàm reſpectu ſtatus Eccleſiaſtici, cùm ſententia reuiſionis non ſolùm iuuet Decano, & Capitulo, ſed ipſi ſtatui, qui ante prolationem illius comparuerat in iudicio in ſtatu, in quo cauſa re-
5 periebatur: † vt regulare eſt ſemper quo aliquis tertius comparet coadiuuādo principalem, Bal. in l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignoris, Couarr. in pract. quæſt. c. 14. nu. 4. Matth. de Afflict. dec. Neapolit. 235. Franc. March. deciſ. Delphin. 272. Bellacomba inter comm. opin. tit. C. de re iudic. num. 224. Menoch lib. 1. de arbitr. Iud. caſu 18. nu. 2. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. par. §. 10. nu. 24. & diſponit expreſsè l. 15. tit. 10. lib. 2. recopilat. Et comparendo ante primam ſententiam ſe fecit ſociū Eccleſiæ Conchenſis. Et ideò dicta ſententia contra ipſum locum habuit, vt ex plurimorum ſententia reſoluit Caualcan. lib. 4. deciſ. 5. nu. 7.

6 † Et quia in caſibus indiuiduis, & communibus, prout iſte eſt, vnus habens intereſſe, acquirit etiàm pro alio, l. ſi communem 10. ff. quemadm. ſeruit. amitt. ibi, *Victoria vnius omnibus proderit*, l. loci corpus 4. §. ſi fundus ff. ſi ſeruit. vēdicetur, l. 5. tit. 23. par. 3. vbi Gregor. Lopez gloſ. verbo *compañeros*, l. qui aliena §. fin. ff. de neg. geſt. ibi, *Vno defendente cauſam communis aquæ, ſententia prædio datur*, l. ſi cū vno ff. ſi ex nox. cauſa agatur.
7 † Et in indiuiduis ſocius gaudet priuilegio, & prærogatiua ſocij, vt ex d. l. ſi communem tradit Azeuedo conſ. 21. nu. 27. conſ. 23. nu. 25. Dyn. in reg. ratihabitionem nu. 24. de reg. iur. in 6. ex l. ſi quis ſeparatim §. fin. l. duobus §. item à fideiuſſore ff. de appell. & ex l. illud §. fin. ff. de bon. poſſ. contra tabul. l. Ariſto ff. quæ res pign. oblig. poſſ. Surdus de alim. tit. 9. q. 14. nu. 4. Greg. Lopez in l. 18. tit. 31. par. 3. gl. 4. Azeued. in l. 10. tit. 1. lib. 4. recopilat. num. 23.

8 † Et litis iſtius caſus, & ſententia in eo lata eſt indiuidua, vt probant Hieron. Gabriel conſ. 56. nu. 1. & 9. vol. 1. Bouerius ſing. verbo ſententia, num. 12. Carolus Ruyn. conſ. 136. num. 5. vol. 1. Pariſ. conſ. 81. nu. 36. vol. 2. Affl. dec. 358. num. 7. Marc. Ant. Peregr. conſ. 75. nu. 6. vol. 3. Pet. Surd.
9 deciſio Mantuana 74. num. 9. † Et quòd vnicus actus iſtorum ſufficiat ad vtilitatem omnium ſentit Bart. in l. 3. ff. de acq. poſſ. quem ſequitur Iaſ. ibi num. 34. & alij relati à Rota Rom. diuerſ. 2. par. deciſ. 17. nu. 1. in nouis l. 1. §. quod autem ſcriptum eſt ff. de aqua quotid. & æſti. ibi, *Vno*
10 *die, vel vna nocte*, † quod magis ſine dubio procedit in iuribus vniuerſalibus, & communibus, quòd quilibet actus fauorabilis, prout eſt ſententia reuiſionis, quæ lata eſt ad fauorem Decani, & Capituli extendatur de perſona ad perſonam coniunctam, de re ad rem, de loco ad locum, de actu ad actum, vt ex multis tradit Balb. de præſcription. 2. par. princip. q. 2. num. 19. ad fin. cum notatis per Rotam Rom. 2 par. dec. 139. nu. 12.
11 † Et facit text. ſingularis in l. poſthumus §. ſi quis ex his ff. de inoffic. teſtam. per quem Alex. in l. ſæpè nu. 31. ff. de re iud. tenet, quòd quandò

lata

Digitized by Google

lata eſt ſententia pro agente,etiàm ſi talis ſit,cu-
ius non interſit, prodeſt omnibus , quorum in-
12 tereſt , quamuis in iudicio non fuerint ; † cùm
regula ſit in multis caſibus certa, quòd ſententia
lata pro vno , proſit alteri , Bart. in l.ex duobus
26.q.4.nu.16.ff.de duobus reis,Franc.de Aretio
conſ.29.nu.22. & ſunt expreſſa verba dictæ l.5.
tit.23.par.3.ibi, *Acaeçiendo,que dieſſen ſentençia
ſobre alguna coſa,que fueſſe mueble,ò raiz,que per-
teneçieſſe a muchos communalmente , ſi alguno dellos
ſe alço de aquel juyçio,e ſiguiò el alçada,en mane-
ra,que vençio , no tan ſolamente façe pro a el , mas
aun a ſus compañeros bien aſſi como ſi todos huuieſ-
ſen tomado alçada, e ſeguido el pleyto*, bonus tex.
in l.ſi quis ſeparatim §.quod eſt reſcriptum, ibi,
*In communi cauſa quoties alter appellat, alter non,
alterius victoriam etiàm ei proficere,qui non appel-
lauit*.ff.de appellat.& relationib.l.1.C.ſi vnus ex
plurib.appellauerit, Gloſ.verbo *iuris* in l.2.C.ſi
plures vna ſent.c.vna ſententia de appell. Bart.in
d.l.ex duobus nu.18.Abb.in d.c.vna num.1.& 3.
Carol.Ruyn.conſ.121.nu.9.vol.5. Caualcan.dec.
Fiuizani 8. nu. 16. & decis. 10.nu.7.par. 1.& dec.
30.num.115.par.2. Surd. tract.de aliment.tit.9.
q.14.nu.2.Puteus lib. 2.deciſ.Rotæ 466.per tot,
Greg. Lop.in dicta l.5.gloſ.3. Villalob.in ærario
commun.opinion. lit.R. ver. *reſtitutio* nu.71.

Et hoc duabus rationibus,vna indiuiduitatis,
13 qua mediante eſt certa iuris reſolutio , † quòd
in indiuiduis ius vni quomodolibet quæſitum
acquiritur reliquis,qui habent ius in indiuiduo,
l.2.§.ex his ff.de verb.obligat.l.ea,quæ ff.de reg.
iuris,Gaſpar.Caball.in tract.de diuid.& indiuid.
3.par. nu.111. Hieron.Magon.deciſ.Lucenſ.98.
nu.17. Alia ratione concordiæ,& ſocietatis,quæ
eſt inter ſtatum Eccleſiaſticum vniuerſaliter cũ
14 Capitulis Eccleſiarũ Cathedralium † nàm ſen-
tentia lata ad fauorem vnius ſocij,prodeſt etiàm
alteri conſocio , Alex.in d.l.ſæpè nu.12. ff.de re
iudic. Aymon Crau.conſ.206.nu.7. Roncbegal.
in l.ex duobus,la 2.nu.37.ff.de duobus reis,Rota
Romana Sacri Palatij deciſ. 132. num. 18.par.2.
Petrus Surd.conſ.190.nu.13.conſ.231.n.6.vol.2.
15 † qui etiàm reſoluit , quòd quandò eſt quæſtio
de re indiuidua, ſententia lata in fauorem vnius
prodeſt tertio, ex d.l.loci corpus §.ſi fundus , &
l.ſi de communi ff. ſi ſeruitus vindicetur , Bart.
in l.qui ſeparatim §.quod eſt reſcriptũ in princ.
ff.de appellat.l.à ſententia in princ.eod.tit.Alex.
communem dicens in d.l.ſæpè num.48. ff.de re
iudic.& in l.ſi duo in princ.nu.8.& in l.iuſiuran-
dum , quod ex conuentione §.ſi procurator nu.2.
circa fin.ff.de iureiuran. Galiaula in l.2.§.ex his
nu.26.vbi latè Alciatus nu.42. ff.de verb.oblig.
16 † Et ità ſententia in gradu reuiſionis lata non
ſolùm intelligitur habere effectum reſpectu Ec-
cleſiæ Conchenſis, ſed etiàm totius ſtatus eccle-
ſiaſtici,cap.fin.vt lite pend.in 6.Couarr.in pract.
cap.13.nu.2.c.14.nu.3. Aff.deciſ.13.nu.2.& 4.
17 Franch.deciſ.419.num.3.& 4. par.2. † Et quia
ſufficit etiã quoàd ſtatum Eccleſiaſticum fuiſſe
ſupplicatum pro eius parte à ſentẽtia prima lata
in gradu primæ viſionis cum dicta Eccleſia
Conchenſi,ad notata per Felyn.in c.cùm ſuper
de re iudic. Rota deciſ.239.aliàs 13.de appellat.

18 † ſicut appellans à ſententia lata in perſonã falſi
procuratoris,videtur approbare ſententiam,ſed
reprobare, vt ſic latã,l.3.§.falſus ff.rem rat. hab.
Bal.in l.poſthumo C.de bon.poſſeſſ.contra tab.
Igneus in l.contractus num. 114.ff.ad Senatuſc.
Syllan. Abb.in c.1.nu.22.de re iudic.gloſ.magna
in fi.in l.litem C.de procurat.& in l.ſi expreſſim
19 ff.de appell. † Et confirmatur,quia poteſt quis
appellare à ſententia contra alium lata non ſo-
lùm ratione pleni intereſſe , ſed etiàm aliqualis
præiudicij, l.à ſententia in princ. ff.de appellat.
glo.in c.cùm ſuper de iudicijs, & in c.non ſolent
2.q.6.Romanus conſ.343.nu.16.

Et hoc etiàm confirmatur ; nàm ſequeretur
maximum inconueniens dare caſum, in quo da-
to alio gradu ſupplicationis , aut reuiſionis cum
ſtatu Eccleſiaſtico reuocaretur ſententia reui-
ſionis prolata in fauorem Decani , & Capituli,
20 † quæ ſuam debet executionem habere , non
obſtante ſupplicatione, nullitate, aut alio reme-
dio, l.3.& 5.tit.17.lib.4.nouæ recopilat.l.5.tit.5.
lib.7.recopil. Azeuedo, maximè cùm fuerit lata
21 ex indiuiduo iure. † Et vna, eademque res non
debet diuerſo iure cenſeri , contra l. eum, qui
ff.de vſucap.cap.cùm in tua de decimis, Rebuff.
eodem tract. q.14.nu.18. c.cognouimus 12.q.2.
Bald.in auth.ſi omnes col.1.verſ.*Quæro ergo* C.ſi
vt ab hæreditate ſe abſtin. Caualcan. deciſ. Fiui-
zani 20.nu.18.par.2.l.1. verſ. *Nec ratio* ff. de rer.
permut.Natta conſ.286.nu.3. Aymon conſ.252.
22 num.4. † Cœpit enim indiuidua eſſe inſtantia
occaſione rei indiuiduæ , vt inquit Honophrius
Font.in additione Hugonis Celſi conſ.47.nu.23.
dicens , hoc caſu habere locum regulam,ne con-
tinẽtia cauſæ diuidatur,de qua in l.nulli prorſus
C.de iud.c.diſpendia §.reus quoque de reſcrip.
in 6. Lud.Rom.conſ.249. incip.In caſu propoſi-
23 to,nu.5. † nàm ſequeretur vnum abſurdũ,quòd
ſi diuideretur iudicium,& inſtantia coràm eodẽ
Iudice,diuerſæ,imò contrariæ ferri poſſent ſen-
tentiæ in vno,& eadem cauſa,quod noſtri Doct.
non admittunt, vt poſt Andr. Siculum in c.1.de
mutuis petitionib. tradit Feli.in c.placuit col.4.
verſ.*&* *dixit*,de præſcript.l.ſingulis ff.de excep.
rei iud. Marc.Ant.Peregr.conſ.34.nu.27. vol.1.
24 † quia cùm vnicum à principio fuerit iudiciũ,
vnica inſtãtia,vnicus etiàm debet eſſe proceſſus,
& inſtantia,vt declarat Ang.in l.reos,& ibi Imo-
la ff.de duob.reis,& quia,teſte Baldo in l.ſi cum
vno, num.2. ff. ſi ex noxali cauſa agatur,indiui-
duum non poteſt diuerſo iure cenſeri.

Et caſu non conceſſo,quod aliqua via poſſibi-
le foret, quòd ſententia eſſet proferenda contra
ſtatum Eccleſiaſticum,imò fuiſſent datæ execu-
toriales literæ cõtra alias Eccleſias ſuper eodem
caſu , in quo Decanus , & Capitulum Eccleſiæ
Conchenſis habet ad ſui fauorem dictã ſenten-
tiam reuiſionis,non tamèn ex eo poterant impe-
diri illi literæ executoriales petitæ , quia in hoc
iure communi, & indiuiduo , de quo loquimur,
declaratio, & ſententia prædicta ad fauorem
25 Eccleſiæ Conchenſis † ſaltim quoàd caſus di-
ctarum Capellaniarum reſtaurauit , & reparauit
ius, quod per alias fuerat ruptum,d.l.ſi commu-
nem 10. ff.quemad.ſeruit.amitt.ibi, *Quoniàm ſi*

com;

communem fundum ego, & pupillus haberemus, & ſi vterque non viatur, tamen propter pupillũ viam retineo, de quo Panormit. in c. de quarta nu. 19. de præſcription. Menoch. de recup. poſſ. reme. 1. à num. 364. & Paul. de Caſtro in l. ſi duo rei nu. 2. ff. ſi quis cautionib. & Accurſ. in d. l. 4. §. ſi fundus ff. ſi ſeruit. vendicetur, celebrat pro ſingulari, & mirabili, quòd in hoc caſu, iuuando vtilitatem vnius conſocij, reliquis omnibus, non tamẽ cauſetur præiudicium conſocib, ait communẽ
26 cauſam habenti, † ſicut in feudis iuriſdictionalibus delictum vnius in Dominum non nocet comparticipi, Gozad. conſ. 64. num. 16. Menoch. conſ. 304. num. 31. & ſeq. Marcus Ant. Peregrin.
27 conſ. 29. nu. 22. vol. 1. † Nec ſententia aduerſus vnum lata, etiàm in re connexa, & indiuidua alteri parat præiudicium, Bart. in l. vnica nu. 7. C. ſi in communi, eademque cauſa, & in l. 2. §. ſi ſortem nu. 2. ff. de verb. obligat. Abb. in c. cùm inter num. 24. verſ. *ſecundus caſus*, & ibi Felin. nu. 20.
28 de ſent. & re iud. Boer. deciſ. 310. nu. 9. † pluribus enim perſonis in iudicio conuentis, tot ſunt cauſæ, quot perſonæ, Paul. Caſtr. in l. non idcirco num. 1. ff. de iudic. probat l. 21. verſ. *E ſi por auentura* tit. 22. par. 3. vbi ſententia lata contra vnum, nõ præiudicat conſortibus, etiàm in cauſa communi, & indiuidua, pro quo eſt etiàm lex fraudati vectigalis §. 1. ff. de public. & vectigal. quæ ait, quòd ſi vnus ex pluribus hæredibus rem communem cauſa vectigalis ſurripuit, portiones cœteris non auferuntur. Sed e contrario tus, & poſſeſſio vnius cœteris proſit, vt per Ceph. conſ. 90. nu. 46. volum. 1. Io. Garzia de nobilitate gloſ. 7. num. 6.

Neque obſtabunt clauſulæ, quæ in fundationibus, & aſſignatione patronatus dictarum Capellaniarum Annonciationis reperiuntur appoſitæ. Prima, quæ incipit, *Necnon prædicta, & quæcunque alia, &c.* Et alia non obſtãtibus præmiſſis. Ex quibus volunt deducere non ſolũ eſſe exemptas, & immunes à ſolutione ſubſidij, ſed etiàm habere clauſulam efficacem, & derogatoriam, vt
29 non poſſit illis imponi. † Quia hoc ceſſauit virtute conceſſionis poſterioris Summi Pontificis Clementis VIII. quæ omnibus anterioribus derogauit, dicendo, *Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri de vna, & Cõcilij generalis de duabus dietis, et alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibuſuis etiàm iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon legibus etiàm municipalibus, priuilegijs quoque, & indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis etiàm derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie etiàm motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & aliàs quomodolibet etiàm iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiàm ſi de illis, ac totis eorũ tenoribus ſpecialis, ſpecifica et expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda eſſet tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerentur præſentibus pro expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus.*

30 † Et apertiùs Paulus V. in ſuo Breui dato Romæ 12. Nouemb. 1609. confirmãdo concordiam ſtatus Eccleſiaſtici iſtorũ Regnorum diſpoſuit in ſolutione ſubſidij, & illius contributionis cõprehendi etiàm Capellanias amouibiles habentes bona, aut reditus determinatos pro ipſarum ſtabilitate, & perpetuitate, quamuis teſtatores oppoſuerint clauſulas, quod non ſoluant ſubſidium, vt obſeruauit Licentiatus Ilephonſus Perez de Lara in compendio trium gratiarum lib. 2. de ſubſidijs pag. 4.
31 † Et clauſula prædicta *non obſtantibus*, appoſita in dictis Bullis non ſolùm inducit nouam conceſſionem, vt per Rol. à Valle conſ. 5. nu. 19. & 20. lib. 2. Azeuedo in l. 1. tit. 14. lib. 4. recopilat.
32 nu. 40. & 41. † ſed eſt ità efficax, vt appoſita in reſcripto, aut alia conceſſione Principis operetur, quod valeat, quamuis aliàs eſſet contrarius, & in præiudicium tertij, vt poſt Curt. Iun. conſil. 157. tradit Donatus Aſina inter commun. opin. lib. 1. tit. 10. C. de diuerſ. reſcript. nu. 118. Nicol. Millis in repertor. verbo *clauſula generalis*, Rota deciſ. 88. num. 4. par. 3. lib. 2. diuerſ. Sacri Palatij.
33 † Et iſta clauſula *non obſtantibus*, tollit ſtatutum, & cætera impedimenta in ſupplicatione contenta tradit Bart. in extrauag. ad reprimendum, verbo *non obſtantibus* in fi. & Dec. conſ. 10. col. pen. Iacob. Mandel. conſ. 4. nu. 25. lib. 1. Io. Bapt. Ferretti conſ. 75. incip. extra de ſtatuto num. 6.
34 Fed. de Senis q. 47. num. 1. † Vndè Gloſ. in dicta extrauag. ad reprimendum, ſuper verbo *non obſtantibus* ait, quòd ſi priuilegium ſit extra corpus iuris, ſufficit dicta clauſula derogatoria, non obſtantibus, clem. 2. de ſepult. Aluarot. in c. naugia tit. de ſtatut. & conſuetudinib. nu. 1. dicens, quòd in Conſtitutione Pontificis ſufficit clauſula non
35 obſtantium, † quia non tenetur. ſcire ſpeciales conſuetudines, cap. 1. de conſtit. lib. 6. vbi DD.
36 Paulus Pariſ. conſ. 1. num. 9. lib. 1. † de quo eſt motus proprius Primus Pij Quinti, vbi diſponit, quòd clauſula non obſtãtibus quibuſcũque, reddita à Papa literis ſpecialibus continet derogationem iuris quantumcunque ſpecialis, & ità practicari non ſolùm Romæ, ſed in Hiſpania in
37 gratia pluralitatis Beneficiorum; † nàm ſi Summus Pontifex facit mentionem multorum beneficiorum, & poſteà facit gratiam alterius, valet gratia, non obſtante Concilio, cum ſola clauſula non obſtantibus, & hoc eſſe conforme iuri communi tradiderat Felin. in c. nonnulli de reſcript. nu. 31. & 39. Alex. conſ. 92. num. 34. & conſ. 155. num. 3. vol. 6. Curt. Sen. conſ. 13. nu. 12. conſ. 65. col. 3. & conſ. 35. col. 4. nu. 13. in fi. Philipp. Dec. conſ. 12. nu. 6. Paul. Pariſ. conſ. 48. nu. 39 & ſeqq. vbi dicunt, quòd clauſula non obſtantibus relata à Summo Pontifice habet efficaciam ſuper
38 omnia iura, & ſtatuta ſpecialia; † & eò magis, ſi adiungantur verba, quæ ſunt in dictis Bullis, *quorum tenores haberi volumus pro expreſſis*, quæ habent vim derogationis ſpecialis, Bal. in c. cùm dilecta num. 12. verſ. *item quod ait*, de reſcriptis, idem Bal. & Ang. in l. omnis in princ. C. de præſcriptio. triginta, vel quadraginta ann. idem Ang.

in l.

in l.ſed & ſi quis §.quæſitum nu.4.ff.ſi quis cau-
tionibus, Iaſ. in l.fin. num.3. C.ſi contra ius, vel
vtilit. public. Anton. de Butrio conſ.2. num. 5.
39 dicens, quòd clauſula *quorum tenores* eſt talis
virtutis, quòd eius vigore omnia, quæ exprimi
poſſent, cenſentur expreſſa, Iacob. Puteus deciſ.
89.num.1.lib.1.Felin.in d.cap.nonnulli num.22.
& duobus ſequentib. Soccin. conſ.120. num.9.
volum.4. Paulus Æmilius Verall.dec.Rotæ 337.
40 num.7.par.1. † dicens, quòd clauſula prædicta
iuncta clauſula non obſtantibus, adiecto decreto
irritanti, efficit, quod conſtet, Papam vti voluiſſe
poteſtate ſua, ſecundùm Philipp. Francum in c.
dudum nu.15.verſ.*hodie* de præbend.lib.6.Rota
Romana Sacri Palatij deciſ.161.num.1.par.2. &
deciſ.2057.nu.1.lib.3. dicens, quòd clauſula non
obſtantibus, & quorum tenores ſunt ità poten-
tes, vt earum vigore alijs Conſtitutionibus poſſit
41 derogari. † Et ità clarum eſt, quòd Summus
Pontifex Paulus Tertius, qui fecit confirmatio-
nem dictarum Capellaniarum, & iuriſpatrona-
tus, non potuit per eius Bullam auctoritatem, &
poteſtatem auferre Clementi VIII. & Paulo V.
eius ſucceſſoribus, quòd non facerent dictam
derogationem, cap. innotuit de electione, gloſ.
vltima in cap.fin. de reſcriptis lib. 6. cap.1. de
conſtitutionib.eodem lib.vbi Ludouic.Gomez,
nu.61.Dominic.de Sancto Geminiano in cap.2,
col.3. de præbend. lib.6. Et ex his omnibus vi-
detur clara iuſtitia dictorum Decani, & Capitu-
li, vt concedatur illis executoria ſententiæ reui-
ſionis aduerſus dictas Capellanias, Capellanos, &
Patronos ipſarum, ſalua D. V. cenſura. Matriti
9.Martij 1609.

SVMMARIVM.

1 *VXor etſi non ſit hæres, poteſt accuſare occi-
ſorem viri ſui, & num. 2.*
3 *Vxor connumeratur inter perſonas coniunctas.*
4 *Vxor dicitur ſocia diuinæ, & humanæ domus.*
5 *Vxor eſt vna caro cum viro.*
6 *Vxor dicitur pars corporis viri.*
7 *Vxor præfertur in iure faciendi pacem ſuper nece
viri.*
8 *Vxor præfertur hæredibus ſanguinis in remittendo
necem viri.*
9 *Sacrum Conſilium Neapolis aliquandò prætulit
viri hæredes vxori in faciendo pacem.*
10 *Hæres tenetur accuſare pro nece defuncti.*
11 *Hæres bonorum poteſt facere remiſſionem necis
defuncti.*
12 *Filijs non debet auferri facultas accuſandi, & fa-
ciendi pacem pro nece ſui patris.*
13 *Vxor hæres viri abſque dubio facit pacem ſuper
nece viri.*
14 *Iura maiora habens attenditur in faciendo pacem.*
15 *Proximior conſanguineus præfertur in faciendo
pacem, vbi non eſt hæres inſtitutus per occiſum.*
16 *Pax vbi facta eſt, aut remiſſio necis ab eo, cui pri-
mo loco ius competebat, cæteri non audiuntur.*

ARGVMENTVM.

Ius querelandi pro homicidio viri, & faciendi remiſſionem pertinet primo loco ad vxorem, præſertim ſi ſit illius hæres, excluſis defuncti fratribus.

CONSILIVM CLIII.

1 QVòd † vxor poſſit accuſare
de morte viri, licèt non ha-
beamus legem id expreſſè
decidentem, Bart. tamèn in
l.2. num.2. ff. de accuſatio.
id probat, argumento à ma-
iori ſumpto, nàm ſi poteſt
accuſare de morte ſoceri, vt
ibi, iuncta l.lege Iulia ff. de teſtib. qui ſocer illi
iungitur mediante perſona mariti, multò magis
accuſare poterit pro ipſius mariti morte, l.ſoro-
rem, vbi Salyc.num.2. C.de his, quæ vt indignis,
per quã ità tenet ibi Odofred.& ſequitur maior
pars antiquorum, & Cyn.Bart.& Baldus in l.de
crimine C. qui accuſ. non poſſ. vbi Raph. Fulg.
facit tex.in l.3.§.cùm verò ff.de lib.cauſa, Alex.
in l.1.§.fin.ff.de iniur. Iacob.de Aren.in l.1.ff.de
accuſ. Boer. deciſ.233. & videtur primò par.2.
Petrus Foll.in praxi verbo *audiantur exceptiones*,
num.18. verſ. *Item vxor*, Carau.ſuper ritu Mag.
Curiæ Vicariæ Neapolis 191.num.2.Vincent.de
Franchis deciſ.382.num.1, & 9. Tiber. Decian.
tractatuum criminal.lib.3.cap.7.nu.10. Proſper
Farinac.in Theoria, & praxi rer.crim.q.13.n.14.
2 † qui poſt Iacob. de Rauenna in d. l. de crimine
ampliat etiàm ſi vxor non eſſet hæres *mariti*,
adducitquè Rom. et Alex.in l.1.§.*potuiſſe* ff.ad
Senatuſc. Syllan. eundem Rom. in l.*pro hærede*
ff.de acq. hæred. Boerium vbi proximè num.3.
Carrer. in praxi crim. §. homicidium num.381.
Ant.Gomez.de delictis c.1.num.32.& poſt anti-
quiores communem teſtatur Iulius Clarus lib.5.
ſentent.§.fin.q.14.nu.2. verſ. *Volo etiàm vt præ-
ſupponas*, & verſ.*Prætereà dixi*, & de magis com-
muni, & magis ſeruata teſtatur Petrus Plaça in
epit.delict.c.40.nu.2.& c.45. nu.1. nec diſſentit
Octauia. Vulpellus tract.de tregua, & pace q.15.
& idem Plaça alios adducit eiuſdem ſententiæ
Ant.Gomez.c.3.de delictis num.65.Villalpando
2.par.repetitionis l.22.tit.1.part.7.§.40.nu.1.
3 † Et ratio poteſt eſſe, quia non ſolùm vxor
connumeratur inter perſonas coniunctas, vt in
ſpecie ſcripſerunt Alciat. in l. poſt contractum
nu.41.ff.de donat.Ægidius Boſſius tit.de publi-
catio.bon.nu.52.verſ.*Secundò limitatur*, Menoc.
conſ.430.num.12.& lib.5.de præſumptionibus,
præſ.124.nu.6.Iacobin.de S.Georgio in l.mani-
feſtiſſimi §.ſed cùm in ſecunda C.de furt.Hiero.
Gratus reſpon.34.num.4.to.2.
4 † Diciturquè ſocia diuinæ, & humanæ domus
cum viro, l.aduerſus C.de crimine expil.hæred.
Thomas Gram.in conſt.Regni Neap.poſt mun-
di machinam nu.15.Iacob.Philipp.Portius conſ.
156.nu.4.& ex l.1.ff.rerum amot.And.de Iſer.in
cap.

cap.vnico de Capitulis Corradi nu.30. Cur.Iun. in l.vt nemini nu.11.C.de collatio. Iacobin.in l. ſed &, ſi quis §.illud nu.3.ff.ſi quis caution. Ang. conſ 104.nu.3. Io.Franc.Purpur.conſ.152.n.18. vt & Romulum cauiſſe refert Dionyſ. Halicarn. apud Prateium lib.3.veteris iuriſprudentiæ.

5 † Et vna, & eadem caro cum viro, Geneſ.c.2. & 3.Lucæ c.10.c.debitum de bigamis, c.gaudemus de diuort. c.hæc imago 33.q.5. Abb.in c.in literis 24. num.vlt.de teſtib. l.ſi cùm dotem §.ſi maritus, vbi DD.ff.ſol.matr. Tiraq.in l.ſi vnquã C.de reuoc.donat.in præfat.nu.121.Lud.Gom. in §.actiones nu.11.Inſt.de actionib.Auiles c.1. prætor.gl.mugeres nu.9. Menoch.lib.2.de arbit. iudic.caſu 379.nu.5.Io.Petrus Bimius conſ.260. num.2.Steph.Grat.tom.3.diſcept.forenſ.c.106.

6 num.5.† & pars corporis mariti, cap.admonere 33.q.2. Florian.de S.Petro in l.ſi mulieri num.2. ff. quibus modis vſusfr. amitt. Ioan.Neuiz.lib.1. Syluæ nupt.nu.69.Franc.Zoannettus in l.3.ff.de iuſt.& iure num.65.& ſeqq.Octauius Amorin.in l.nec vllam §.omnibus à nu.24. ff.de pet. hæred.

7 † Quarè etiàm vxor præfertur in iure faciendi pacem, ſeu remiſſionem de nece viri Octauia. Vulpell.d.q.15. & ex Ant.Gomez d. c.1. nu.32. & c.3.nu.65.in fi. Iul.Clar.d.§.fin.q.58.num 22.

8 Farin.d.q.13.nu.15. † dicens, eſſe præferendam hæredibus, & conſanguineis viri ratione maioris coniunctionis, & affectionis, quæ concurrunt in ea, Plaza d.c.45.num.1.& 2. Io.Garzia Saauedra tract.de coniugali acquæſtu, nu.173. Flores Diaz de Mena lib.2. variar.pract.quæſt.q.7. num.19. quem ſequitur Steph. Gratian.tomo 2. diſcept. forenſ.cap.5.nu.30.

9 † Et licet aliquandò per Sacr. Conſ. Neapolis fuerit deciſum, hæredes inſtitutos à viro occiſo eſſe præferendos vxori in facienda pace, aut remiſſione, vt tradit Horatius Viſconte in addit. ad Vinc.de Franch.dec.382.Aloyſ.Ricc.collect. deciſ.2080. verſ. *Tertiò nota* par.5. Ioan.Bapt.de Thoro in compendio deciſio. Neapolis, verbo

10 *remiſſio*, pag.361.tom 1.forſan ea ratione, † quòd ſicut hæres habet obligationẽ accuſandi de nece defuncti, ex l.non ignorat C.qui accuſ.non poſſ.

11 l.fœmina ff. ad Senatuſconſ. Tertull. † eadem ratione poterit remittere, & pacem facere bonorum hæres, arg.l.is, qui hæres, l.is poteſt ff.de acquir.hæred. l.eius eſt nolle ff.de reg.iur. Ant. Gomez d.cap.3.nu.65. Iul.Clar.d.q.58.num.32. Bonacoſſa inter commun. DD. opiniones lib.9. tit.25.C.de iniurijs num.161.

12 † Tamen cùm iſte occiſus nullos reliquerit filios, quibus ius faciendi pacem cenſuit non de-

13 bere auferri Farin. d.nu.15. † ſed vxorem reliquerit heredem, ceſſat dicta difficultas ex adductis per Ripam in l.4.§.Cato nu.105.ff.de verb. obligat. Io.Franc.de Ponte tract.de poteſt.Proregis tit.1.de prouiſio.fieri ſolitis §.4.num.17. & ſeqq. Pater Molfeſius conſ.10.

14 † Semper enim attenditur, qui habet maiora iura in faciendo pacem, Vinc. de Franchis dicta deciſ.382.nu.7.

15 † Et ideò regularitèr præfertur proximior, quandò nõ eſſet hæres inſtitutus, l.ſi plores ff.de accuſ. l.2.§.ſi ſimul ff.ad l.Iul. de adulter. l.ſi ſepulchri ff.de ſepulc.viol.Greg.Lop.in l.22.tit.1. part.7.glo.6. Ant.Gomez.vbi proximè nu.61.& in Regno Neapolis eſt pragm.8. tit.de compoſitionibus, & ſuper ea doctiſſimus Reg. Scipio Rouitus, & tradit de Ponte d.§.4.num.2.& ſequentibus.

Et ità in caſu, de quo fit conſultatio, vxore hærede remittente, & faciente pacem, non poſ-

16 ſunt fratres accuſare, † nàm vbi pax obtenta eſt ab eo, cui primo loco ius faciendi illam, & accuſandi competebat, non poſſunt alij in poſteriori gradu exiſtentes accuſare, & ſi ſanguine iuncti ſint, & accuſationem priorem ignoraſſent, vt ex Bart. in d.§.Cato ad finem, & in l. pro hærede §.vltimo num.1. ff.de acquir. hæred. dicta l.22. tit.1.part.7. tradit ibi Greg.Lopez gloſ.11.q.2. Couarr.lib.2.variar.cap.10.num.4. verſic. *nonò*, & facit l.2.tit.1.lib.5.nouæ recopilat.& ità mihi videtur de iure, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio cum negotiorum geſtore probatur epiſtolis abſentis miſſis.*

2 *Teſtes, & alia adminicula probant conuentionem cum negotiorum geſtore.*

3 *Contractus facit legem inter partes.*

4 *Soluere promittens obligat ſe, quicquid poſteà ſuperuenit.*

5 *Cauſa proxima, quæ mouit ad aliquid faciendum, attenditur.*

6 *Cauſa principalis, & originaria, propter quam aliquid fit, eſt attendenda.*

7 *Cauſa finalis eſt, quæ mouit partes ad cõuentionem.*

8 *Tutor faciens actum in re minoris, cenſetur facere tutorio nomine.*

9 *Negotiorũ geſtorum actio competit etiàm, quandò ſit negotium commune.*

10 *Negotiorum actio competit pro expẽſis factis cauſa alterius, & num. ſeq.*

11 *Expenſæ factæ pro conſequendo aliquo honoris gradu veniunt actione negotiorum geſtorum.*

12 *Facere debens aliquid, quandò pro eo non debeat recipere præmium.*

13 *Factum non tàm attenditur, quàm cauſa facti.*

14 *Factum legitimè inchoatum ſufficit, licèt euentus non ſuccedat.*

15 *Tutor ſi benè incœpit negotium, non tenetur, ſi abſque culpa ſua caſum aduerſum patiatur.*

16 *Medicus poteſt ſalarium conſequi, licèt moriatur qui curabatur.*

17 *Si ineſt id, de quo erat minor ratio, inerit id, de quo maior.*

18 *Actus factus præſumitur eo modo, quo fuit mandatum.*

19 *Cauſa finalis dicitur, ſinè qua aliquis id non feciſſet, vel non eo modo.*

20 *Pecunias ſuas nemo iactare præſumitur.*

21 *Actus agentium non operantur contrà ipſorum voluntatem.*

22 *Actus agentium non poſſunt contrarium effectum operari.*

23 *Expendens etiàm pro re communi cum cohærede, repetit ab eo.*

24 *Expenſæ, quas aliquis erat domi facturus, non ſemper deducuntur.*
25 *Negotiorum geſtori vt ſatisfiat, quæ attendi debeant.*
26 *Expenſas qui valeat deducere, ſimilitèr & ſatiſfactionem ſui laboris.*
27 *Induſtria perſonæ habere ſolet maximam æſtimationem.*

P R O

D. Ferdinando de Granada Venegas Præcentore, & Canonico Sanctæ Eccleſiæ Conchenſis.

C O N T R A

Bona, Teſtamentarios, & hæredem Capitanei Sanctij Ochoa de Caſtro.

A R G V M E N T V M.

De ſatisfactione expenſarum factarum à negotiorum geſtore in cauſa concernente decus, & honorem conſanguineorum ex ordine, & commiſſione alicuius ex eis.

C O N S I L I V M C L I V.

PRæſupponitur in facto, quòd dictus Capitaneus Sanctius Ochoa de Caſtro cùm eſſet in partibus Indiarum, conuenit per epiſtolas cū dicto D. Ferdinando de Granada Venegas eius ex ſorore nepote, quòd ad finē vt poſſit faciliùs conſequi gratiam à Sua Maieſtate Habitus vnius ex Ordinibus militaribus Sācti Iacobi, ſcilicèt Calatrauæ, aut Alcantaræ. & diſponere media, ſupplicaretur Suæ Maieſtati, quòd concederet habitū Sancti Iacobi Don Ioanni de Granada Mendoza alteri eius nepoti, filio D. Mariæ Ochoa de Caſtro eius ſororis; & quòd ipſe prouideret de omnibus pecunijs, & expēſis neceſſarijs; & dictus D. Ferdinandus adimpleuit ex parte ſua, obtinendo gratiam, depoſitando pecunias pro informationibus vſque ad ſummam ducatorum mille, & fecit aſſiſtentiam in Regia Curia per multum tempus, donec fuere (vt iuſtū erat) informationes viſæ, et approbatæ per Regium Conſilium Ordinum, et omnibus impletis, fuit conceſſus habitus Sancti Iacobi dicto D. Ioāni, et ad diſponendum ea, quæ erant priùs opportuna fuerat anteà profectus dictus D. Ferdinandus ad Villam Metymnæ Campi, et alia loca remota cum multis famulis, vt decebat decori ſuæ perſonæ, cum non paruo labore eius, et incommodis propter abſentiam ab eius Eccleſia, et domo, non paruas iacturas patiendo, aſſiſtendo etiàm defenſioni dicti Capitanei in Regio Indiarum Conſilio ex cauſa ſyndicatus contra eum formati ratione munerum, quæ habuit in partibus Indiarum, quibus de cauſis prætendit ad minus deberi ipſi ducatos ſex mille ex dictis bonis, et vt conſtet de eius iuſtitia ponderantur ſequentia.

1 † Primò, quòd conuentio eſt probata non ſolùm dictis epiſtolis comprobatis, quod ſufficit
contra ſcribentem, l. Publia ff. depoſiti, Hieron.
Grat. reſpon. 42. nu. 28. lib. 2. Nicol. Bellon. conſ.
26. nu. 2. Alciat. conſ. 31. n. 3. lib. 1. Franc. Marzar.
conſ. 61. nu. 36. Paul. Æmil. deciſ. Rotæ 187. nu. 8.
part. 1. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu 94. num. 9.
2 † Sed etiàm ſex teſtibus, & alijs adminiculis, ità
quòd non poteſt dubitari de veritate dictæ conuentionis, iuxta l. 1. ff. quod iuſſu, ibi, *Iuſſum autèm accipiendum eſt ſiuè teſtato quis, ſiuè per epiſtolam, ſiuè verbis, aut per nuncium, ſiuè ſpecialitèr*
3 *in vno contractu iuſſerit, ſiuè generalitèr:* † Et ità
contractus fecit legem inter ipſos, l. 1. §. ſi conuenit ff. depoſiti, l. fin. C. de pactis inter empt. & vend. cap. 1. de pact. Couarr. in c. quamuis pactū
2. par. §. 4. nu. 2. & num. 9. verſ. 10. cap. qualitèr in
Sardinia eod. tit. de pact. & inquit Alciat. cōſ. 61.
4 nu. 3. lib. 5. † quòd ſi qui promiſerunt ſoluere, ſua
promiſſio illos obligat, quicquid deindè ſuperuenerit, l. Lucius ff de euictio. l. ſicut ff. de actio. empt. l. ſicut C. de act. & obligat. Quia conſideranda eſt cauſa prima, quæ mouit dictum Capitaneum Sanctium Ochoa, vt ſupplicaretur, habitum militarem S. Iacobi concedi dicto D. Ioanni
eius nepoti, vt hoc modo materia diſponeretur
5 ad ſupplicandum pro ſe de ſimili gratia, † & de
iure conſideratur cauſa prima, quæ mouit ad aliquid faciendum, l. tutor datus ff. de fideiuſſor. *Nō titulus actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda eſt,* l. ſi id, quod in principio ff. de donat. l. 2. §. partiquè refert ff. de priuil. cred. l. ſi filiusfam. in fine C. ad Maced. Crauet. conſ. 131. nu. 15. conſ. 144.
nu. 2. & conſ. 102. num. 14. Nàm vt inquit l. non
6 verè 42. ff. ex quib. cau. maior. † ſemper attenditur cauſa principalis, & originaria, propter quam aliquid fit, l. nō ſolùm §. 1. ff de procurat. Surd. de aliment. tit. 7. q. 6. num. 20. & tit. 1. q. 33. eod. num. vbi ait, quòd dubium recipit determinationem ab illius cauſa, l. Seio, vbi Dyn. & Bart. ff. de ann. legat. Et quàmuis cum intereſſe dicti Capitanei Sanctij Ochoa concurreret etiā dicti D. Ioannis de Granada, & dicti D. Ferdinandi ſui
7 fratris, † ſufficit, quòd tangeret qualificationem
perſonę dicti Capitanei, vt intelligatur, quòd iſta fuit cauſa finalis, quæ mouit eum ad dictā conuentionem, vt poſt Angel. Soccin. & alios tradit
8 Crau. conſ. 59. num. 4. † facit l. poſt mortem §. 1.
ff. quandò ex facto tut. per quam Thom. Gram. dec. 103. num. 172. tenet, quòd tutor in rebus ad pupillum ſpectātibus actum faciens, intelligitur
9 tutorio nomine facere; † nec ex eo ceſſauit actio
negotiorū geſtorum, quę competit etiàm quandò fit negotium commune vnius, & alterius, l. ait Prætor, l. ſi pupilli §. ſed ſi quis ff. de negot. geſt. l. Marcellus ff. de in rem verſo, ibi, *Interdum, & propter hoc, quod in rem alterius ſocij verſum eſt, cum altero agi poteſt*, nàm cùm in bono euentu aſſecutionis dicti habitus haberet etiàm tàm magnum intereſſe dictus Sanctius, ſufficiens erat

talis

talis conſideratio ad dicendum, quòd agebatur
de cauſa ſua, l.ſerui ff.de appellat.
Et quod cauſa illum tangeret principalitèr,
manifeſtum redditur, nàm licèt ſui aſcendentes
materni fuiſſent ex qualificatis Villæ Metymnæ
Campi, defecerant ibi genus, & familia, talitèr
quòd niſi fuiſſet opportunè occurſum examinā-
do teſtes aliquos ſenes, qui illorum notitiam ha-
bebant, & veriſimilitèr breui erant morituri, &
perquiſitæ fuiſſent ſcripturæ antiquæ ſuper no-
bilitate, & puritate ſanguinis illorum, breui me-
moria interijſſet, nec conſtare potuiſſet de origi-
ne. Et conueniens etiàm fuit facere probationes
in perſona dicti D.Ioannis de Granada, qui erat
in gradu inferiori, & his medijs remanebat ma-
gis nota qualitas dicti Capitanei, vt poſſet etiàm
ipſe habitum conſequi, licèt defeciſſent teſtes,
qui potuiſſent deponere de illius auis maternis,
10 † quod cùm factum fuerit induſtria, aſſiſtentia,
& expenſis dicti D.Ferdinandi ad inſtantiam, &
contemplationem dicti Capitanei, clarum red-
ditur, quòd ei competit actio negotiorum ge-
ſtorum ad recuperandum, & ſibi ſatisfaciendum
omnia ex bonis dicti Capitanei Sanctij Ochoa,
l.4. §.ſi quis ff.de oblig. & action. cum adductis
per Cephal.conſ.98.nu.44.tom.1.& per Capyc.
dec.180.nu.4. deciſ.Genuæ 41. Surdus de alim.
11 tit.3.q.5.nu.2. † dicens, quòd negotium alienum
vtilitèr gerens repetit omne, quod impendit, arg.
l.Neſennius ff.de neg.geſt. l.alimenta C.eod.tit.
Et in proprijs terminis, quandò aliquid geſtum
eſt ad finem, & effectum, vt aliquis tertius con-
ſequatur ſimiles honores, eſt mirabilis deciſio
l.quæ vtilitèr 47.ff.de neg.geſt. vt ibi, *Quæ vtili-
tèr in negotia alicuius erogatur, in quibus eſt etiàm
ſumptus honeſtè ad honores per gradus pertinentes,
factus, actione negotiorum geſtorum peti poſſunt,*
et dominum negotij vtilitèr geſti teneri, ex l.ſol-
uendo ff.de neg. geſtis probat Alciat.d.conſ.61.
num.1.lib.5.
12 † Et non obſtabit dicere, quòd quandò aliquis
iuſta ratione aliqua inſpecta aliquid facere tene-
tur, non debet pro eo faciendo aliquid recipe-
re, l.fin.vbi Bart.et DD.ff.de cond.ob turp.cau.
Caballin.de vſuris q.31. num.251. Couarr.lib.3.
var.cap.2.nu.6 Eſcobar de ratiocin.comput.16.
num.4. Cùm dictus D.Ferdinandus non haberet
obligationem faciendi ſui fratris ſolius reſpectu
tot expenſas, vt fecit, et dicta ſuæ perſonæ pati
incommoda, ſed habuit reſpectum ad dictum
Capitaneum, qui ſe obligauerat expenſas mini-
ſtrare, et quemadmodum ait Crauet. conſ.201.
13 nu.25. † ſemper attenditur cauſa, propter quā
aliquid fit, et non nudum factum, l.verùm ff.de
furtis, c.dilecti, el primo de accuſatio.c.occidit
23.quæſt.vlt.c.intelligentia, vbi gl. verb.*ex cauſis*
de verb.ſign.l.legata ff.de aliment.leg.l.creditto-
ri C.de pact.Crauet.conſ.75.nu.15.et conſ.253.
14 nu.2. et conſ.304.nu.3. † Et ſufficiebat factum
fuiſſe de ordine dicti Capitanei Sanctij Ochoa,
et ad effectum faciliorem reddendi ſuam prætē-
ſionem, et dirigendum illam, vt ſatisfacere debe-
ret omne, quod fuit expenſum, l.quòd ſi ſeruus
ff.de in rem verſo, §.6.verb. *Neque enim expecta-
mus an bono domini acceſſerit, quod conſumptum*
eſt, ſed an in negotium domini, et in §. ſequenti,
Petrus Gerard.ſing.9.nu.3. Barb.conſ.46. nu.9.
15 lib.4. † I ò hoc obtinere debebat locum, quāuis
negotium nō obtinuiſſet exitum bonum, quem
habuit, adhùc enim amittere nō debebat D.Fer-
dinandus ea, quæ bona fide expenderat, et confi-
dens his, quæ tractauerat cum dicto Capitaneo,
arg. l.quid ergo §.contrarium, verſ. *ſufficit* ff. de
contrar. et vtili actione tutelæ, ibi, *Sufficit tutori
benè, & diligentèr negotia geſſiſſe, & ſi euentum ad-
uerſum habuerit, quod geſtum eſt*, l.ſed an vltrò §.is
autèm ff.de neg.geſt. Andr.Sicul.conſ.46.nu.1.
lib.4. ponderans gloſ.in c.cùm Apoſtolica verbo
profuturum de his, quę fiunt à Prælatis, quę dixit,
quòd ſi Prælatus alienat, et talis alienatio repu-
tatur vtilis Eccleſiæ, et ſi poſteà malum exitum
haberet, nō imputatur Prælato. Et magnificauit
Ant.de Butr.ibi, facit l.tutor, qui §.ſi poſt ff.de
adminiſtr. tut. vbi ſi tutor cœpit vtilitèr gerere
rem pupilli, licèt poſteà malus exitus ſequatur
non culpa tutoris, eſt excuſatus, Nicol.de Neap.
16 in l.fin.ff de impenſ.in rebus dotal.fact. † et facit
gloſ.ſolemnis in procem 83.diſt.quæ dicit, quòd
ſi medicus curauit infirmum, repetit expenſas,
licèt mortuus fuerit, et malum exitum habue-
rit curatio, quia ſufficit, quòd vtilitèr cœperit,
l.quòd ſi ſeruus §.vndè rectè ff. de in rem verſo,
l.quæ vtilitèr §.fin. ff.de neg.geſtis, Steph.Grat.
deciſ.179.num.6. l.qui mutuam ff.mandati, ibi,
*Sumptus bona fide neceſſariò factos, etiam ſi nego-
tium bonum finem non habuerit, procuratorem repe-
tere poſſe*, l.prætor ait §.quod de fructibus, verſ.
quod ait ff.de bonis auctorit.Iudic.poſſiden. ibi,
*Sufficit igitur ſinè dolo malo erogaſſe, etiàm ſi nihil
profuit cius res erogatio debitori*, Eſcobar de ra-
tiocin.c.25.nu.52.
17 † Et maiori cum ratione hæc procedent ra-
tione dicti exitus proſperi expeditionis, argum.
Auth.multò magis C.de Epiſc.et clericis, Hugo
Celſus conſ.35.nu.1. Maximè attenta l Regia 2.
tit.16.lib.5. nouæ recop. quæ abſolutè diſponit
quòd apparendo aliquem voluiſſe ſe obligare al-
teri per promiſſionem, aut alium cōtractum, aut
alio modo, teneatur adimplere illud, ad quod ſe
obligauit, quo mediante excluditur totalitèr di-
cere, quòd D. Ferdinandus id fecit proprio, et
ſui fratris reſpectu, nàm veritas eſt feciſſe in exe-
cutionem tractatus habiti, et conuentionis initæ
cū dicto eius patruo, adimplendoq; ex parte ſua,
18 quia actus præſumitur factus eo modo, quo mā-
datum fuit, l.qui negotiationem ff.de adminiſtr.
tutor. Bald.in l.cùm oportet in princ.C.de bon.
quæ lib.Dec.conſ.77.poſt num.3.Meno h.lib.3.
de præſumpt.præſ.49.num.2.& alijs, Morotius
reſpon.36.nu.8. Et cùm habitus non fuiſſet pro
eodem D.Ferdinando, & quòd tempore, quo va-
cauit illius prætenſioni, expeditioni, & diligētijs,
deſtitit à prætendendo pro ſe res magni momē-
ti, in quibus merebatur occupari, quod non fe-
ciſſet, niſi confideret adimplenda eſſe ſibi oblata
per dictum Capitaneum, & honorem fratris in
commodius tempus potuiſſet differre, planum
eſt, quòd cauſa finalis fuit conuētio habita cum
19 dicto eius patruo, † dicitur enim cauſa finalis,
ſine qua quis aliàs ità facturus non erat, vel eo

Digitized by Google

modo, niſi fuiſſet illa cauſa, Bald. conſ. 340. incip.
& præmitto, col. 2. lib. 3. & alij, quos refert, & ſe-
quitur Crauet. conſ. 142. num. 9.

Imò aſſiſtit in fauorem dicti D. Ferdinandi iu-
ris præſumptio, quod erat illi integralitèr ſatiſ-
faciendum non ſolùm de expenſis erogatis tàm
in eo, quàm in ſyndicatu dicti Sanctij, alijſq; ne-
gotijs illius, quæ pendebant, & tractabantur in
Conſilio Indiarum, verùm & de præmio, aut ſa-
larijs ſuæ aſſiſtentiæ in Regia Curia, ad quā venit
illius ordine epiſtolis ſolicitatus, nàm vt ex Bart.
& reliquis in l. quæ dotis ff. ſol. matr. tradit Me-
20 noch. de præſump. lib. 3. præſ. 71. nu. 3. † gerens
negotia aliena, nunquā præſumitur donare, quod
expendit, et ideò l. cùm de indebito ff. de pro-
bationib. dixit, quòd nunquàm quis ità reſupi-
nus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet, & indebitas
effundat, maximè ſi ſit homo diligens, et ſtudio-
ſus, cuius perſonam incredibile eſt in aliquo fa-
cilè errare, l. fin. §. ſin autèm C. arbitrium tutelæ,
gloſ. verb. *probare* in cap. fin. de ſolution. Ant. de
Butr. in c. cùm ad ſedem num. 25. de reſtit. ſpol.
et in c. Eccleſia lo 2. num. 10. vt lite pend. Bald. in
l. cùm proponas num. vlt. C. de nautico fœnore,
Abb. in c. ſi cautio num. 2. de fide inſtrum. Greg.
Lop. in l. 6. tit. 4. parti. 3. glo. 2. et ex l. Campanus
ff. de oper. libertor. Surd. tract. de aliment. tit. 6.
q. 15. num. 4. Tiraq. in l. ſi vnquàm verb. *donatione
largitus* nu. 209. C. de reuoc. donationib. Afflict.
dec. 13. nu. 14. Nàm contrarium foret velle, quod
ea, quæ fecit, & expendit, operarentur contra in-
tentionem, quam ſemper habuit repetendi, &
recuperandi à dicto Sanctio Ochoa, vt habet
21 probatum, † actus autèm agentium nunquàm
operatur contra agentium voluntatem, l. ſi quis
neque cauſam, l. non omnis ff. ſi cert. pet. Rolan.
à Valle conſ. 50. nu. 11. & conſ. 54. num. 12. lib. 4.
22 Bald. in l. 1. nu. 14. C. commodati, dicens, † quòd
actus agentium non poſſunt contrarium operari
eius, q; à partibus intenditur, Bart. in l. ciuitas 27.
nu. 9. ff. ſi cert. pet. Gutierr. conſ. 22. n. 21. Couar.
lib. 1. variar. c. 2. nu. 2. Menoch. lib. 6. præſumpt. 1.
num. 3.

23 † Et quàmuis ſit inter conſanguineos, propin-
quos, vel fratres, repetitur, quod de ipſorum or-
dine expenſum eſt in ſuis negotijs, l. 3. ff. de neg.
geſt. ibi, *Siuè pro fratre coherede pecuniam ſoluiſti,
negotiorum geſtorum actione experiri potes*, l. ali-
menta 11. in fin. eodem tit. l. ſi filias, l. ſi patrono,
ibi, *Quòd ſi vt repetiturus ea, quæ in ſumptum mi-
ſiſti, aliquid erogaſti, negotiorum geſtorum tibi in-
tendenda est actio*, l. 37. tit. 12. par. 5. Quod magis
clarum eſt, animaduerſo, quòd dictus D. Ferdi-
nandus de Granada, quia exiſtit quartus filius
domus ſuæ, & præbēdas habet in coadiutoriam
cum futura ſucceſſione, eſt miles pauper, qui nec
habet ſibi neceſſaria ad ſuſtentandum ſe in me-
diocri honeſtate, & decore, iuxta ſuam qualita-
tem, & reperitur ære alieno grauatus, ex cauſa
dictarum expenſarum, & aſſiſtentiæ in Curia
Regia. vltra quòd conſumpſit ſalaria, quæ lucra-
tus fuit à ſua Eccleſia pro tempore, quo in ſuis
negotijs habuit illum occupatum, & omnes alios
reditus, quos hùcuſque habuit, nec aſtrictus erat
ſe implicare in tàm magnis expenſis, deficereque
ſuis proprijs negotijs, & prætenſionibus pro fa-
ciendis his, quæ reſpiciebant dictum Sanctium,
vel etiàm eius fratrem, conſiderationes vtique
excludentes quamcūque præſumptionem, quòd
de proprio voluerit erogare, & perdere; præſer-
tim cùm dictus Sanctius Ochoa non habens fi-
lios, nec alios legitimos hæredes, quàm dictam
D. Mariam eius ſororem, & filios eius, eorum
omnium fuerit oblitus, relicto tantùm mediocri
legato dicto D. Ioanni, & alio remotiori conſan-
guineo hærede relicto.

Nec obſtabit dicere, quòd ſi extitiſſet Con-
chæ, adhùc ibi expenſas facturus foret in ſuſten-
tatione ſua, & illius familiæ, quæ deducenda erit
à quantitate per eum petita, nàm vltra, quòd
illic parcè, & commodè viuitur, & abſque oſten-
24 tatione, & faſtu neceſſario in Regia Curia, † ſuf-
ficit, quòd dictus Sanctius ſe obligauerit omnia
ſoluere, vt non habeatur ratio eius, quod domi
foret expenſurus, ad notata in cap. in primis
2. quæſt. 1. cap. ſtatutum §. inſupèr de reſcriptis
in 6. Gambar. lib. 9. de officio, & poteſt. Legat. de
latere num. 187. Nec caſus iſte eſt de illis, in qui-
bus habetur dicta conſideratio, quam ſolùm
ponderant DD. in caſu, quo parens fecit pro fi-
lij alimentis extra domum maiores expenſas, vt
conſtat ex Ioanne Garzia de expenſis, cap. 4.
num. 5.

Præſertim, quia D. Ferdinandus ſemper ha-
buit in Ciuitate Conchenſi domum apertam
cum parte ſuæ familiæ, & ſi ipſe cum alia com-
moraretur ibidem, cum moderata expenſa po-
tuiſſet tranſire, vbi quomodòcunque erat cogni-
tus, & eius perſona in exiſtimatione, & in Curia
Regia erat præcisè neceſſarium maiori oſtenta-
tione, & faſtu famulorum progredi ſecundùm
ſuæ perſonæ qualitatem, & dignitatis gradum,
maximis cum expenſis, vt probatum habet, vl-
trà incommoditatem, occupationes, & laborem
25 ſuæ perſonæ, † quorum reſpectu videtur non
eſſe exceſſiuam quantitatem per ipſum petitam,
ex traditis per Petrum de Vbaldis tract. de duo-
bus fratribus 6. par. princip. deciſ. Genuæ 115.
num. 4. Bart. in l. 1. §. illud quoque ad finem ff. de
26 varijs, & extraordinar. cogn. † Et quia qui po-
teſt deducere expenſas, poteſt etiàm deducere
pretium ſui laboris, cùm eodem modo vtrun-
que reguletur, Baldus in l. ſi quis ſciens num. 1.
C. de rei vend. Boerius deciſ. 44. num. 23. ad fi-
nem, Baeza de decima tutor. cap. 2. num. 28.
27 † Siquidèm ſola perſonæ induſtria ſolet ma-
gni haberi, vt ei tribuatur dimidia pars lucri,
altera verò dimidia tribuatur pecuniæ, Bartol.
num. 2. Paulus num. 6. in l. illud C. de collation.
Baeza dicto cap. 2. num. 5. Ex quibus omnibus
clarum videtur, & iuri conforme, quòd de om-
nibus ſatisfieri debeat dicto D. Ferdinando de
Granada iuxta per eum petita. Madriti 10.
Martij 1610.

SVMMARIVM.

1 DVrum eſt cum potentiore, cui pares eſſe non poſſumus, litigare.
2 Fiſci cauſa ſub bono Principe ſæpe vincitur, ſi mala ſit.
3 Marcus Aurelius Antoninus in cauſis compendij nunquàm fauit fiſco.
4 Gratia Principis facta in remunerationem ſeruitiorum fauorabilis cenſetur.
5 Principum eſt proprium donare, & ſeruitia remunerare.
6 Donationes Principis ſunt perfectæ, & irreuocabiles.
7 Principis priuilegium ad fauorē vaſalli ex cauſa remunerationis tranſit in naturā contractus oneroſi, & irreuocabilis.
8 Donatio remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem.
9 Principi narranti merita fides adhibetur.
10 Donatio facta alicui, & perſonæ ab eo nominandæ, diuerſa eſt in nominato ab illa, quæ fuit in nominante.
11 Donationes, & conceſſiones tot ſunt, quot perſonæ.
12 Nominato acceptante, fuit ius radicatum in perſona illius independens a iure nominantis.
13 Nominatio operatur veram tranſmiſſionem ad fauorem nominati eius vita durante, & nu. 26.
14 Electus non capit ab eligente, ſed à mandante eligi.
15 Nominandi facultatem habens ad aliquos annuos reditus poteſt illa vti, non obſtante ſyndicatu antè condemnationem.
16 Filius poteſt nominari à patre, licèt cenſeatur eadem perſona cum illo.
17 Nominatus mortuo primo non ſuccedit prout ex nunc, ſed prout ex tunc.
18 Nominatione ſemel facta non poteſt variari, maximè deficiente facultate variandi, & nu. 26.
19 Vltima voluntas eſt variabilis, & mutabilis vſquè ad mortem.
20 Mutatio voluntatis non præſumitur.
21 Actus attribuitur concedenti auctoritatem, & non exequenti.
22 Nominatio facta virtute facultatis regiæ, videtur facta à Rege.
23 Faciens per alium, videtur per ſe ipſum facere.
24 Perſona, cuius nomine, & authoritate quid fit, eſt attendenda.
25 Actum faciens alieno nomine nudum miniſterium præſtat.
27 Dictio deſde luego operatur ab illo inſtanti.
28 Mortis mentio facta in exequutiuis non facit, donationem eſſe cauſa mortis.
29 Donatio cauſa mortis efficax eſt adueniente morte, niſi interim ſit reuocata per donantem.
30 Retrotractio fit, vbicunquè æquitas ſuadet.
31 Declaratio voluntatis probatur duobus teſtibus.
32 Interpretatio fieri debet, vt actus potius valeat, quàm pereat.
33 Actus validitati iura fauent.
34 Viam non cenſetur quis elegiſſe, per quam ſua diſpoſitio impugnetur.
35 Interpretatio fieri debet in dubio contra fiſcum.
36 Vni per alterum non debet iniqua conditio inferri.
37 Noſtrum quod eſt, tolli non debet ſine facto noſtro.
38 Acquiſitionis conſūmatæ effectus nō ceſſat, quamuis eueniat caſus, à quo incipere non poſſet.
39 Delictum patris, aut conſanguinei non nocet filio, aut conſanguineo.
40 Rex non cenſetur velle auferre ius tertio quæſitum.
41 Sententia lata contra mortuum regulariter eſt nulla.
42 Deportatus non poteſt teſtari, nec nominare, ſed antè ſententiam bona non amittit.
43 Filio non nocet ingratitudo parentis, aut ſententia contra eum lata poſt ius illi quæſitum.
44 Inquiſitus in viſitatione, aut ſyndicatu an poſſit donare, aut teſtari non in fraudem.
45 Fiſco non applicantur bona ex omni delicto.
46 Actio, vel accuſatio contra perſonam non ſequitur fundum.
47 Fiſcus non habet ius antè ſententiam per ſolam inchoationem iudicij, ſiuè accuſationem.
48 Eligendi, & nominandi ius non amittitur mutatione ſtatus.
49 Capacitas eligentis, aut nominantis ex facultate Regis non attenditur.
50 Sententia lata contra illum, qui habuit facultatem nominandi alium in annuis redditibus, ſolùm poterit habere locum reſpectu vſusfructus ad eum ſpectantis in vita ſua.
51 Deciſio Regiæ Cameræ Summariæ Neapolis apud Reuerter. 42. lib. 1. ponderatur in propoſito.
52 Intellectus l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci.
53 Actus Iudicis eſt ſtricti iuris, nec ad alias perſonas extenditur.
54 Citari debet qui habet intereſſe in negotio, de quo tractatur, aliàs non ei nocebit.
55 Sententia contra vnum lata, alij non obſtat.
56 Princeps etiam nō poteſt decernere aliquid contra non citatum.
57 Mortuo vno ex litigantibus, ſuperſedendum eſt, donec citentur defuncti hæredes.
58 Notitia non præſumitur, nec ſcientia.
59 Viſitationis iudicium clauſum, & ſecretum eſt.
60 Secreta, quæ ſunt nec conſanguinei præſumuntur ſcire.
61 Scientia, aut notitia habita alio modo, quàm per intimationem non nocet in præiudicialibus.
62 Iudex non cenſetur decreuiſſe executionem contra non citatum.
63 Cauſa præiudicialis ſi allegetur in executione, debet illa ſuſpendi.
64 Iudicia debent incboari ab edicto de in ius vocando, & citatione.
65 Incipere ab executione non licet.
66 Donatio librorum facta per patrem filio ſtudenti, fauorabilis, & valida habetur.
67 Traditio ſolùm requiritur ad excludendum patrē, nè valeat donationem reuocare.

ARGVMENTVM.

Filius nominatus à patre ad aliquos annuos introitus ex munificentia Regis ad eum peruentos,cum facultate nominandi ad illos pro alia vita, cenſetur illos habere à Rege,nec propter Parentis viſitationem, aut condemnationem poſteà contra ipsũ ſequutam illos amittit, & de libris à patre eidem filio donatis non auferendis.

CONSILIVM CLV.

SVpponitur in facto, quòd Dominus noſter Rex Philippus
Tertius propter multa grata
ſeruitia ſibi facta per quendam
illius Miniſtrum.gratiam illi fecit annuorum ducatorum bis
mille eius vita durante, ſuper
quibuſdam annuis introitibus
Iuros dictis,cum facultate etiàm eligendi, & nominandi inter viuos,vel in vltima voluntate perſonam aliam ſibi benè viſam, quæ frueretur eius vita durante dictis annuis ducatis bis mille,& dictæ facultatis virtute per inſtrumentum publicũ ſolemne, & authenticum ſtipulatum 18. menſis Februarij anni 1605. nominauit vnum ex eius filijs, qui in forma debita acceptauit dictam nominationem, & illa vtendo, dedit mandatum in cauſam propriam eius matri, vt pro decentiori ſui gradus ſuſtentatione valeret recuperare, & conſequi dictos annuos ducatos bis mille, & illis vti frui,ac gaudere ſua vita durante. Et ita videtur ius radicatum in perſona filij,talitèr quòd nõ potuerit auferri per ſubſequutam parentis viſitationem, aut condemnationem factam pro his, quæ prætenditur exceſſiſſe in officijs, ac muneribus per ipſum adminiſtratis, pro quo ſequentia fuere conſiderata fundamenta.

Primum,quòd licèt durum ſit cum Principe,
1 aut illius Fiſco tanquàm potentiori litigare,† cũ
non poſſumus potentioribus eſſe pares, l.3. in
princ. vbi gloſ. verbo *non poſſumus* ff. de alienat.
iudic.mutan.cauſ.facta,Ioan.Monach.in cap.ſtatutum nu.16.de reſcript.lib.6.Vueſembec. conſ.
7.nu.6.vol.1. Iacob.Nouell.tract.de iure prothomiſ.§.6.nu.6. Quintilia.Mandoſ.tract.de monit.
2 quæſt.55.nu.3. † tamèn ſub bono Principe Fiſci
cauſa multotiès habetur mala, l.2. de Aduocato
Fiſci in Codice Theodoſiano, Annæus Robert.
lib.1.rerum iudicat.cap.12.Plinius in Panegyr.ad
Trajan. *Eodem foro vtuntur principatus, & libertas,quæ præcipua tua gloria eſt; ſæpius vincitur Fiſcus, cuius mala cauſa nunquàm eſt, niſi ſub bono Principe;* cuius meminit And Fachin.lib.10.controuerſ. cap. 37. & facit illud Theodorici Regis
apud Aurel.Caſſiodor.lib.1.variar.epiſt.22.Marcello Fiſci Aduocato dicentis: *Quapropter ſit interdum cauſa mala Fiſci,vt bonus Princeps eſſe videatur, maiori quippe compendio perdimus, quàm ſi nobis indebite victoria ſuffragetur*, & epiſt. 19.
eiuſdem libri dixerat: *Fiſci volumus legale cuſtodiri compendium, quia noſtra clementia rebus proprijs videtur eſſe contenta*,& melius lib.4.epiſt.32.
dicens: *Cùm in omnibus cauſis velimus iuſtitiam cuſtodiri, (quia Regni decus eſt æquitatis affectus) in eis maximè, quæ Fiſci noſtri nomine proponuntur, ne quenquam deteſtabilis calumnia in inuidiã regnantis affligat. Patimur enim ſuperari, ſalua æquitate per leges, vt inter arma ſemper poſſimus eſſe victores*, Marc·Mantua ſing.488.nu.1.

Sic Impp.Gratian.Valentinianus,& Theodoſius AAA. in l.1.C.de ſecund.nupt. dixere,nè in
his, in quibus correctionem morum induximus
3 Fiſci videamur habere rationem. † Et Iulius Capitolinus de Imperatore M. Aurelio Antonino
commemorat ipſum laudibus proſequutus in
cauſis compendij nunquàm Fiſco fauiſſe, vt obſeruant Alciat. lib.8. parerg. iuris cap.6. Didac.
Couar.lib.1.variar.cap.16.circa princ. Ludouic.
Morot.reſpon.8.nu.63. Menoc.conſ.451.nu.40.
4 † Quarè cùm Sua Maieſtas gratiam fecerit dictorum annuorum ducatorũ bis mille in remunerationem ſeruitiorum ſibi præſtitorum,& impenſorum per præfatum eius Miniſtrum, debet
de illa iudicari tanquàm de re fauorabili, l.Aquilius Regulus ff.de donat.l.ſed ſi lege §.conſuluit
ff.de petit.hæred.Iaſ.in l.ex hoc iure num.53.&
ſeqq.ff.de iuſtit.& iure,Tiraq. in l.ſi vnquàm,
verbo *donatione largitus* nu.11. & ſeqq. C.de reuoc.donat.Ioan.Lup.in repet.rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.50.num.1.& ſeqq. Burg.de Paz
5 conſ.25. nu.10. & conſ.45. nu.20. † maximè reſpectu Principis, cuius tàm proprium eſt donare,& remunerare ſeruitia, cap.1.vbi DD.de donat. Felyn. in cap.quæ in Eccleſiarum num.8.de
conſtit. Marc.Anton.Peregrin.conſ.7.nu.14.vol.
4.Bald.in l.1.nu.14.in fin.C.ad S.C.Velleian.Selua tract.de benefic. 3.par. quæſt.6.nu.16.& ſeq.
l.18.tit.5.par.2.Rebuff.in auth.habita ſuper verbo *hoc noſtræ pietatis beneficium*, Tiraq. vbi proximè nu.86.& tract.de nobilit.cap.37.nu.34.Roland. à Valle conſ.2. num.12.vol.1. Ioan.Andr. in
cap.grandi nu.2.de ſuppl.neglig.prælat. lib.6. &
ibi Ant.de Butrio nu.6.Abb.in cap.intellecto 33.
nu.7. de iure iur.Palac.Rub.in d.repet.rubr.§.8.
nu.1.& §.9.Menoc.lib.2.de arbitr.caſu 88. nu.4.
6 † & ita Principum donationes debẽt eſſe perfectæ,& irreuocabiles, l.ſicut C.de actio.& oblig.
l.perfecta 4. C.de donat.quæ ſub mod. & l.ſancimus §.exceptis C. de donat. Greg. Lopez in l.
53.tit.5.par.5.gloſ.2.& in l.14.tit.5.par.2.gloſ.1.
Card.Alban. de donat.Conſtantini nu.14.
7 † Præcipuè, quandò præceſſere cauſæ remunerationis, ac meritorum, quo caſu priuilegium
etiàm ſubdito,& vaſallo conceſſum tranſit in naturam cõtractus oneroſi, & irreuocabilis,vt per
Roman. conſ.436.nu.16. Carol.Ruin.conſ.217.
nu.7. vol.1. facit doctrina Baldi in l.qui ſe patris
C.de bonor.poſſeſſ. vndè liberi nu.34. ibi: *Niſi prætextu conceſſionis concedẽs aliquid ſit lucratus, ſuſcipiens puta, aliquam donationem, vel factum, quod habeat perpetuam commenſurationem cum re conceſſa; nam tunc non poteſt reuocare, quia committeret dolum,vt ff.de dolo, l. ſi cùm mihi*. Ferdinand. Loazes in conſilio pro Marchione de los

Velez

Velez dubit.2. fundam.3. Tiraquell. d. verbo *do-
natione largitus* nu.14. Peregrin. vbi proximè nu.
8 16. Roder. Xuar. alleg.9. nu.5. † ponderans l. ſi pa-
ter §. ſi quis aliquem ff. de donat. vbi donatio re-
muneratoria non poteſt reuocari propter ingra-
titudinem, Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace
quæſt.24. nu.2. Anton. Nicell. tract. de concord.
gloſſar. nu.210. concord.46.

Et quandò merita non forent notoria, illiuſq;
ſeruitia per tot annorum curricula impenſa Suæ
Maieſtati in eius Regijs Conſilijs, alijſque arduis
negotijs, & commiſſionibus, ſufficiebat aſſertio,
quā de illis facit in dicto priuilegio, quibus mo-
ta fuit ad faciendum dictam gratiam, & benefi-
9 cium. † Cùm narranti, & aſſerēti merita debeat
fides adhiberi, clem.1. iuncta glo. de probat. Bar.
in l. conficiuntur §. codicillū nu.3. verſ. *præterea
ſicut* ff. de iure codicil. Lud. Gozad. conſ.8. n.43.
Curt. iun. conſ.157. nu.14. & 22. propè fin. Ruin.
conſ.175. nu.15. lib.1. Io. Cæph. conſ.164. n.32. &
cōſ.173. n.26. vol.2. Tho. Gram. cōſ. ciu.100. n.66.
10 † Et hoc ꝓcedit nō ſolū reſpectu præfati Mi-
niſtri, ſed perſonæ etiā ab ipſo nominatæ pro ſe-
cunda vita, quæ eò ipsò, ꝙ fuit nominata, conſe-
quuta fuit ius diſtinctum, & ſeparatum à primo,
vt docuit ſingularitèr Paul. Caſtrenſ. conſ.164.
nu.4. lib.2. Bart. conſ.59. num.3. lib.1. Bald. conſ.
215. nu.1. lib.2. Chriſtoph. de Caſtellion. conſ.10.
nu.51. Decius conſ.458. nu.19. Pariſ. conſ.72. nu.
2. lib.4. Soccin. iun. conſ.108. num.3. lib.2. & alij
relati per Molin. lib.1. de primog. cap.1. num.17.
11 † dicentem, ex eo tot cenſeri donationes, & cō-
ceſſiones, quot perſonæ nominatæ, Marin. Frec-
cia lib.3. de ſubfeud. §.1. nu.2. tractans de diffe-
rentijs feudor. Præpoſ. in cap.1. nu.14. de feudo
Marchiæ.
12 † Eò enim ipsò, quòd fuit nominatus à patre,
tunc temporis nullatènus impedito, nec prohibi-
to, & acceptauit nominationem, fuit in eius per-
ſona radicatum ius independens à iure ſui patris,
l. cùm multis C. de bon. quæ liber. verſ. *ſi quis igi-
tur*, Caldas Pereira in l. ſi curatorem, verbo *læſis*
nu.107. C. de in integr. reſtit. fol.340. ibi, *aduerte*,
Anton. Gomez. in l.48. Tauri nu.4. verſ. *imo quod
magis procedit*, & nu.7. verſ. *quimmò*, Maſtril. trac.
de magiſtrat. lib.1. cap.18. nu.19. ibi, *quia non ab
eo immediatè, ſed ab alio, hoc eſt à Rege, &c.* Ca-
ſtracan. tract. de ſocietatib. cap.40. num.31. vſquè
ad 39.
13 † Nominatio enim facta ad fauorem filij ope-
rata fuit veram tranſmiſſionē, vt ſua vita durante
gauderet reditibus annuis dicti Iuris, ex traditis
per Puteum deciſ.274. lib.3. & Proſper. Farinac.
deciſ.71. nu.1.

Nec in hoc fecit plus dictus Miniſter, quàm
præſtare nudum miniſterium electionis, ſeù no-
minationis perſonæ ſecundæ, cui etiàm Sua Ma-
14 ieſtas gratiam fecerat pro ſecunda vita. † Nàm
electus non capit ab eligente, qui exequitur, ſed
à mandante, l. vnum ex familia §. ſi de falcidia ff.
de legat.2. vbi dicitur, *non enim facultas neceſſa-
ria electionis propriæ liberalitatis beneficiū eſt, quid
eſt enim, quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod
reliquit omninò reddere debuit*; vbi gloſ. & DD. l.
apertiſſimi, vbi gloſ. vlt. C. de iudic. cap. litteris,
vbi Abb. de reſcript. bonus text. in cap. cùm ali-
quibus eod. tit. lib.6. Litèm eorum §. ſi decurio-
nes ff. quod cuiuſque vniu. nomi. Aym. Crauett.
conſ.122. nu.3. & conſ.144. nu.1. & 4. Tiraquell.
de retract. lignag. §.11. gloſ.6. nu.15. Menoch. lib.
2. de arbitr. iudic. caſu 200. nu.9. Ioan. Gutier. lib.
3. pract. quæſt.55. nu.15.
15 † Quam nominationem facere potuit, non ſo-
lùm tempore tàm legitimo, proùt ipſam fecit, ſed
quolibet alio antè condemnationem, vt poſt Pe-
ralta in d. §. ſi de falcidia nu.7. tradit Aluarado de
coniect. mente defuncti cap.2. in princ. nu.16. ea
ratione, quia nudum declarationis miniſterium
præſtitit.
16 † Nec impedit, quòd nominatus ſit filius, qui
reputatur eadem perſona cum patre, arg. l. cùm
ſcimus C. de agricol. & cenſit. lib.11. cum addu-
ctis à Tiraq. in alleg. l. ſi vnquàm in præfat. nu.15.
Nàm adhùc pater facultatem nominandi habens,
poteſt filium nominare, l. illud ff. quod cuiuſque
vniu. nomi. gloſ. in cap. quia clerici, verbo *filij*, &
in cap. conſuluit, verbo *auctoritate*, de iure patr.
Crot. tract. de teſtib. nu.811. Roman. ſingul.813.
Gaſpar Anton. Theſaur. lib.1. qq. forenſ. quæſt.
3. num.2.
17 † Et ità Andr. de Iſern. in cap.1. num.7. de in-
ueſtit. de re alien. facta ait, quòd in ſimilibus ca-
ſibus non ſuccedit quis proùt ex nunc, ſed pro-
ut ex tunc, id eſt à principio conceſſionis, ſequi-
tur Curt. ſenior conſ.50. nu.27. Pariſ. conſ.23. nu.
130. lib.1. Ioan. Cæphal. conſ.152. nu.100. lib.2.
18 Riminald. conſ.38. nu.11. lib.1. † qua de cauſa
nec ipſe pater poſt factam nominationem in filiū
potuiſſet eam reuocare, variare, & alium nomi-
nare, ex d. l. vnū ex familia §.1. cum ſeq. tradunt
Marc. Anton. Peregrin. conſ.29. nu.18. vol.3. Affl.
deciſ.395. nu.7. Gambara de offic. & poteſt. Le-
gati de latere lib.9. nu.181. l. huiuſmodi §. Stichū,
vbi Bart. & Bal. num.2. ff. de legat.1. iuncta reg. l.
nemo poteſt mutare, vbi Decius ff. de regul. iur.
Surd. tract. de aliment. tit.5. quæſt.3. nu.39. Rota
Romana Ludouiſ. deciſ.157. nu.22.
19 † Nec obſtabit dicere, quòd nominatio facta
fuit per viam vltimæ volūtatis, quæ mutabilis eſt
vſquè ad vltimum vitæ ſpiritum, l.4. ff. de adim.
legat. cap. cùm Marthæ de celebrat. miſſar. & per
Bertrand. conſ.210. nu.1. conſ.273. num.1. vol.6.
20 Vueſembec. conſ.71. nu.6. vol.2. † Nàm vltra,
quòd non præſumitur mutatio voluntatis, l.3. l.
enim, qui mutatam ff. de probat. l. fideicommiſſa
§. ſi rem ff. de legat.3. & l. non ad ea ff. de condit.
& demonſtrat. Bertrand. conſ.367. nu.9. vol.4. &
conſ.170. num.8. vol.5. Hippol. Rimin. in l.1. nu.
591. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. Afflict.
deciſ. Neap.308. nu.11. Ioan. Cæphal. conſ.40. nu.
23. tom.1. Peregrin. conſ.45. nu.7. lib.1. Alexand.
Raudenſ. conſ.18. nu.55. Surd. deciſ. Mantuæ 21.
nu.12. & deciſ.111. num.9. Farinac. conſ.11. nu.9.
lib.1. & in terminis nominationis, quòd ſemel fa-
cta non præſumatur mutata, tradit Rota deciſ.
2021. lib.3. par.3. nouiſſ. Sacri Palatij, maximè
quia eam non reuocauit præfatus Miniſter, ſed
in ipſa perſeuerauit vſquè ad mortē, & licèt ali-
tèr feciſſet, non tamen poterat filio nocere, Sera-
phin. deciſ. Rotæ 427. nu.3.

21 † Et

Digitized by Google

21 † Et eſt ratio, quia non attendebatur perſona
illius quòad effectum irreuocabilem nominatio-
nis, ſed perſona Suæ Maieſtatis, à qua gratia, & fa-
cultas nominandi procedebat: quia actus attri-
buitur concedẽti auctoritatem, & non exequen-
ti, l. itèm eorum §. ſi decuriones ff. quod cuiuſq;
vniu. nomi. Marc. Anton. Eugen. conſ. 50. nu. 31.
& ſeq. lib. 1. Petr. Ricciard. in princ. Inſtit. de bo-
22 nor. poſſeſſ. nu. 95. Deciſ. Genuæ 154. nu. 4. † &
in terminis, quod nominatio facta vigore cõceſ-
ſionis regiæ, videatur facta ab ipſo Rege, ex gloſ.
verbo *data eſſet* in l. inſtitutio talis ff. de condit.
inſtit. que allegat dictum §. ſi decuriones, vbi ſta-
tuitur, quòd ſi decuriones decreuerint actionem
per eum mouendam, quem Duumuiri elegerint,
talis videtur ab ordine electus, Ioan. Franc. de
Ponte conſ. 109. nu. 23. & ſeq. tom. 2. vbi ait: *Vn-
dè ſi Rex conceſſit hæredibus per Ferdinandum eli-
gendis, ille hæres à Ferdinando electus à Rege dici-
tur electus, & in ipſo priuilegio conceſſionis videtur
ſpecificatus hæres, ſeù ſucceſſor, ſicut quandò teſta-
tor inſtituit illum hæredem, quem codicillis fecerit,
valet inſtitutio, quia non in codicillis hæreditas da-
tur; ſed in teſtamento hæres datus videtur, certifica-
tus tamèn per codicillos, vt in l. aſſe toto, vbi Bald.
& Angel. ff. de hæred. inſtit.*

23 † Rurſus, quia regularitèr quod quis facit per
alium per ſeipsũ facere videtur, l. 1. C. de veteri
iure enucl. ibi: *Omnia enim meritò noſtra facimus,
quia ex nobis omnis eis impartietur auctoritas*, cap.
vt famæ ad fin. de ſentent. excommun. ibi: *cùm
hoc non ipſi, ſed illi, quorum auctoritate id faciunt,
facere videantur*, gloſ. 1. in cap. cùm veniſſent 25.
de teſtib. l. quod iuſſu ff. de regul. iur. cap. qui fa-
cit eod. tit. lib. 6. cap. 1. vbi gloſ. de tranſact. Abb.
in cap. 1. antè nu. 1. verſ. *& aduerte* de præſumpt.
Paul. Matth. Vuehner. in pract. obſeru. Cameræ
Imperialis pag. 92.

24 † Cùm ſolùm debeat attendi perſona, cuius
nomine, & auctoritate actus geritur, l. fideicom-
miſſa §. interdum ff. de legat. 3. Bart. in l. 2. §. in-
25 terdum nu. 2. ff. ad S. C. Tertyll. † & qui actum
facit alieno nomine, nudum miniſteriũ præſtat,
l. & licet ff. de conſt. pecun. & non ille, ſed domi-
nus videtur facere, gloſ. in l. ei, qui, vbi Bald. nu. 4.
C. quod cum eo, Carol. Ruin. conſ. 1. nu. 10. vol. 1.
Sapia in l. 1. nu. 42. C. qui admitti, Surd. deciſ. 182
26 nu. 16. & ſeqq. † dicens poſt Anchar. conſ. 127.
nu. 1. facta nominatione, & acceptata transfire
dominium in nominatum, l. inſtitutio ff. de con-
dit. inſt. l. ſi ita ſcripſero ff. de cond. & demonſt.
l. lege ff. de verb. ſignif. d. l. aſſe toto cum ſeq. §. 1.
ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis in princ. ff. de legat. 3.
l. 1. C. de codicill. & l. 1. C. de manum. teſtam. Al-
uar. Valaſc. conſult. 102. nu. 12. dicẽs, quòd quan-
dò electio, vel nominatio alicui conceditur, ſi ſe-
mel eligat, vel nominet, non poterit ampliùs re-
uocare, aut variare, ex d. l. huiuſmodi §. Stichum
ff. de legat. 2. l. apud Aufidium, vbi Bart. ff. de li-
berat. legata, vbi Accur. reddit rationem ſuprà
aſſignatam, quòd ex illa nominatione acquiritur
ſtatim dominium ipſi nominato ex diſponentis
conceſſione, qui ſolùm nudum miniſterium, &
ſuæ voluntatis executionem electori commiſit,
confirmat Additio ad Matheſil. ſingul. 171. nu.
1. de Ponte dicto conſil. 109. à num. 5.

Quod clariùs conſtat, ponderando illa verba
inſtrumenti: *Para deſpues de ſus dias deſde lue-
go nombraua, y nombro à † ſu hijo*, denotans, quòd
nominatio ab eo tempore ſuam vim habebat, li-
cèt frui, & gaudere annuis introitibus differre-
tur poſt mortem patris, ſeruata forma conceſ-
ſionis, quod non inducit effectum diſpoſitionis
27 reuocabilis, nec mortis cauſa donationis, † quia
dictio *deſde luego* operatur ab ipſo inſtanti, l. liti-
gatoribus C. de appell. l. 1. §. cùm adijcitur ff. de
verbor. obligat. l. penult. C. depoſit. l. frumenta
C. de ſuſceptor. lib. 10. gloſ. 1. in l. ſi pater captus
ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Iaſ. in l. arrogato 40.
nu. 10. ff. de adopt. Bart. Salyc. & DD. in l. 1. ff. ſi
cert. petat. gloſ. verbo *mox imminere*, in auth. de
inceſt. nupt. collat. 2. Auendaño in cap. prætorum
1. par. cap. 16. num. 1. & 2. Paul. Matth. Vuehner.
ſupra verbo *Alobalden* pag. 19.

28 † Et quia mentio mortis poſita in verbis exe-
quutiuis non facit, donationẽ eſſe cauſa mortis,
vt ait Aluar. Valaſc. d. conſult. 102. nu. 10. qui exẽ-
plum ponit in eo, qui dicit, dono tibi talem rem
ſoluendam, ſiue ſ uendam poſt mortem meam,
vel dono fundum, retento vſufructu in vita mea,
iuxta doctrinam Baldi in l. 2. col. 2. nu. 3. & in l. ſi
mortis nu. 3. C. ad leg. falcid. Roman. nu. 18. Alex.
nu. 12. Iaſ. 35. in l. quæ dotis ff. ſolut. matr. Segura
in l. 1. §. ſi vir vxori ff. de acquir. poſſeſſ. Ant. Go-
mez. tom. 2. variar. cap. 4. nu. 19. in fin. Ant. Gama
deciſ. Portug. 302. col. penult.

Et quandò ſinè veritatis præiudicio daremus,
quòd dicta donatio, & nominatio eſſet regulãda,
proùt mortis cauſa, nõ ex eo caret ſua vi, & per-
fectione. † Donatio enim cauſa mortis eò ipsò,
quòd fit, perfecta eſt quòad obligationem, & do-
minij translationem, quàmuis reuocari poſſit, niſi
morte confirmata ſit, vt optimè aduertit gloſ. in
l. non videtur, verbo *perfecta* ff. de donat. cauſa
mortis, quam omnes Scribentes ibi ſequuntur, &
Molina lib. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 12. num.
15. & cùm dictus Miniſter mortuus fuerit cum
eadem voluntate, & nominatione, non eſt facien-
dà vis, an ſtatim valuerit, vel ex poſt facto retro-
trahatur nominatio, l. ſed ſi mors ff. de donat. in-
ter vir. & vxor. Bald. in l. executorem nu. 35. C.
execut. rei iudic. qui loquitur in fortioribus ter-
minis, quandò ille, qui donauit mortis cauſa, &
non reuocauit donationem, fuerit condemnatus
propter delictum, nàm adhùc non præiudicat
donatario, imò per eius mortem, vel forbãnitio-
nem remanebit confirmata donatio, facit l. talis
ſcriptura ff. de legat. 1. vbi tenuerunt multi, quòd
donatio mortis cauſa, morte cõfirmata, habetur
ac donatio inter viuos, & attẽta fictione iuris di-
citur operari ab eo tempore, quo facta fuit, Rol.
à Valle conſ. 11. nu. 36. vol. 2.

30 † Nec nouum eſt, quòd retrotractio fiat, vbi-
cunquè aliqua æquitas id ſuaſerit, l. denique ff.
ex quib. cauſ. maior. Bart. in l. ſi quis proempto-
re oppoſit. 2. ff. de vſucap. Rota Romana deciſ.
728. nu. 6. par. 1. diuerſ. ſac. Palat. & dec. 28. nu. 9.
par. 2. Fab. Turret. conſ. 48. nu. 24. vol. 1. Io. Bapt.
Coſta tract. de portione rata quæſ. 133. nu. 6. &
de retrotract. cap. 6. nu. 1. & 2.

Maximè,

Digitized by Google

Maximè, quia vltra ſcripturam nominationis
probatum eſt, quòd ſemper pater dixit, & ſuam
manifeſtauit voluntatem, quòd præfatus eius fi-
lius eſſet perſona, quæ gaudere deberet pro ſe-
cunda vita dictis annuis reditibus ducatorum bis
31 mille, de quo ſunt plures teſtes; † Et ſi duo tan-
tùm ſufficerent ad voluntatis declarationem, vt
ſcribunt Paul Caſtrenſ. in d. l. vnum ex familia
in princ. nu. 4. Herculan. in l. ex facto §. ſi quis ro-
gatus 2. in princ. ff. ad S.C. Trebell. Anton. Go-
mez. in l. 40. Tauri nu. 49. ad finem, meliùs tom. 1.
variat. reſol. cap. 12. num. 48. Aluar. Valaſc. d. con-
ſult. 102. nu. 21.

32 † Et comprobatur, nàm debet interpretatio
fieri in fauorē dictæ nominationis, vt potiùs va-
leat, quàm pereat, l. quotiès ff. de reb. dub. & l.
quotiens ff. de verbor. oblig. cap. Abbate ſanè de
verb. ſignif. Ioan. Cephal. conſ. 146. nu. 24. tom. 1.
Roland. à Valle conſ. 65. nu. 16. tom. 1. & conſ. 61.
nu. 13. & 23. tom. 3. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud.
33 caſu 213. num. 28. † Nàm actus validitati fauent
iura, cap. ſi Papa de priuil. in 6. Roland. à Valle
conſ. 30. num. 32. volum. 3. Gratus reſp. 42. num.
10. vol. 2. Surd. tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 10.
nu. 13. Mandel. conſ. 10. nu. 29.

34 † Nec præſumitur quis viam elegiſſe, per quā
ſua diſpoſitio impugnetur, l. miles, qui deſtinaue-
rat ff. de milit. teſtam. Hieron. Grat. reſponſ. 47.
nu. 18. & reſponſ. 59. nu. 21. vol. 1. Vldaric. Zaſius
conſ. 18. nu. 27. lib. 2. Roland. à Valle d. conſ. 65.
nu. 17. Morot. reſponſ. 46. nu. 30.

35 † Quod certius eſt in caſu noſtro, in quo agi-
tur cum Fiſco, aduerſus quē in caſu dubio poſſet
interpretatio fieri, l. non puto ff. de iure fiſci, l.
itèm veniunt §. ait prætor, verſ. *in priuatorum* ff.
de pet. hæred. Iaſ. in §. fuerat nu. 70. & in §. ſi quis
agens num. 21. in fin. Inſt. de actio. Iacob. Simanc.
de cathol. inſtit. tit. 9. nu. 53. & ex l. penult. ff. de
his, quæ in teſtam. delentur, Annæ. Robert. lib. 1.
rerum iudic. cap. 16. nu. 1. & 2. Ioan. Gutier. de
iuram. confirm. 1. par. cap. 16. nu. 68. Cæuall. tom.
3. pract. quæſt. 827. nu. 17.

Et ita non potuit præiudicare filio iudicium
viſitationis poſteà cauſatum cōtra illius patrem,
nec abſq; propria ius ex dicto priuilegio, & no-
36 minatione illi quæſitum, † quia vni per alterū
non debet iniqua conditio inferri, cap. non debet
de regul. iur. lib. 6. auth. de duobus reis collat. 8.
Ibi: *Si enim, & illi ſeruabitur pactionis modus, &
nullum ſuſtinebit damnum actor, licèt aliquid inter
ſe illi pepigerint ignorante iſto, qui habet eos obli-
gatos, & vnuſquiſque tenebitur in id, quod ab initio
ſcripſerit*, Caſſiodor. lib. 4. variar. epiſt. 10. verſ. *his
37 multò*, Caualc. deciſ. Fiuiz. 34. nu. 2. par. 1. † Nec
quod noſtrum eſt, ſinè facto noſtro nobis tolli,
l. id, quod ff. de regul. iur. Selua tract. de benefic.
2. par. quæſt. 9. Caualc. 2. par. deciſ. 36. num. 493.
Petr. Royz. deciſ. Lituanica 1. nu. 171. & deciſ. 3.
nu. 304. etiàm per ſententiam cuiuſcunque Iudi-
cis, ad notata per Alex. Raudenſ. conſ. 26. nu. 169.
38 vol. 1. † nàm effectus acquiſitionis conſummatæ
non ceſſat, quàmuis eueniat caſus, à quo incipe-
re non poſſit, l. fin. ff. vndè liberi, Bart. in l. pluri-
bus §. & ſi placeat ad fin. ff. de verb. oblig. & in l.
Titio §. Imperator nu. 10. verſ. *in contrarium* ff.
de legat. 2. l. ſi Gaudentius C. de contrah. empt.
Ripa in cap. inter cœteras nu. 15. de reſcript. cum
adductis per Tiraq. tract. ceſſante cauſa lim. 12.
nu. 15. & ſeqq. Matienz. in l. 9. tit. 1. lib. 5. nouæ re-
copil. gloſ. 1. nu. 7. Medices de caſib. fortuit. par.
2. num. 23.

Quod confirmatur, nàm licèt præfatus Mini-
ſter in eius munere taliter exceſſiſſet, quòd eius
vita durante frui non deberet dictis annuis duca-
tis bis mille, adhùc non debebat filio inſonti, &
39 habili tempore nominato. † Cùm delictum ne-
dum conſanguinei, ſed parētis alteri, aut filio no-
cere non debeat, vt conſtat ex l. 4. §. Cato ff. de
verb. oblig. l. 2. C. nè filius pro patre, Alex. Raud.
reſponſ. 18. nu. 46. & reſponſ. 32. num. 107. lib. 2.
Caſſiodor. lib. 2. variar. epiſt. 6. Prouino Patritio,
dicens, quòd omne facinus auctores ſuos debet
inſequi, l. 9. tit. 31. par. 7. nec præſumendum eſt,
quòd Sua Maieſtas Rex iuſtiſſimus, & religioſiſ-
ſimus velit tale præiudicium facere nominato,
40 nec permittere, quòd fiat à ſuis Miniſtris, † cū
Princeps non cenſeatur velle auferre ius tertio
quæſitum, Iaſ. in l. vlt. nu. 2. & 3. poſt gloſ. & anti-
quiores ibi C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Bart. in
l. 2. C. de fund. patrimonial. lib. 10. Paul. Caſtrenſ.
conſ. 156. incip. viſo par. 1. Ægid. Boſſ. tract. de
Principe nu. 21. Brun. conſ. feudal. 16. incip. circa
nu. 4. 5. & 6. Ioan. Neuiz. conſ. feudal. 12. num. 30.
Vueſembec. conſ. 41. num. 124. vol. 1. Alex. Raud.
reſponſ. 35. nu. 32. & anteà reſponſ. 1. nu. 444. vol.
2. Caualc. deciſ. Fiuiz. 14. nu. 14. par. 1.

Nec obſtat ſententia lata contra dictum Mi-
niſtrum, nàm vltra quod tempore, quo aſſeritur
lata, iàm erat mortuus, & ſi dicatur fuiſſe eo vi-
41 uente conſultata Suæ Maieſtati. † Sententia au-
tèm lata contra mortuum regularitèr eſt nulla,
iuxta text. in l. in ſumma §. fin. ff. de re iudic. vbi
dicitur: *Si quis ex edicto peremptorio poſt mortem
ſit condemnatus, non valet ſententia, quia morte rei
edictum peremptorium ſoluitur, ideòque vt re inte-
gra de cauſa notio præſtabitur, & quod optimum pa-
ruerit, ſtatuetur*, DD. ibi communitèr l. Paulus la
prima, ff. quæ ſent. ſinè appell. reſcind. vbi gloſ. l.
Neratius ff. de reg. iur. l. de qua re §. cùm abſen-
tem, vbi Bart. in ſummario ff. de iudic. idem Bar.
in l. ſicut proponis la prima, nu. 3. verſ. *deceſſerit
reus* C. quomodò, & quandò Iudex, Cæpoll. cōſ.
ciuili 59. nu. 3. Capyc. deciſ. 1. nu. 26. Rimin. iun.
conſ. 179. nu. 34. lib. 2. Vant. in tract. de nullit. tit.
de nullit. ex defectu iuriſd. nu. 106. Viuius deciſ.
52. nu. 6. Vincent. de Franch. deciſ. 245. nu. 7. Ma-
ſtrill. deciſ. 137. nu. 1. Caſtill. deciſ. 62. nu. 1. par. 1.
Molſeſ. conſ. 3. nu. 44. & ſeq. tùm quia nomina-
tio facta fuerat antè inchoatum viſitationis iudi-
cium, ideò iudicium prædictum non potuit præ-
42 iudicare nominato tempore habili. † Pro quo
facit Aluar. Valaſc. conſult. 61. nu. 5. par. 1. dicens,
quòd deportatus, qui teſtari non poteſt, l. 1. §. de-
portatos ff. de honor. poſſeſſ. contra tabul. poteſt
tamen eligere. & conſequentèr nominare. l. ex fa-
cto 17. §. ex facto tractatum ff. ad S.C. Trebell.
l. cùm pater §. hæreditatem ff. de legat. 2. multò
magis antè ſententiam, quia nondùm amiſerat
bona, l. Imperator §. is, de cuius pœna ff. de bonis
eorum, qui antè ſentent. Cuiac. in paratit. ad eun-
dem

Digitized by Google

43 dem titul. † Et quia filio non nocet ingratitudo
parentis, aut ſententia contra eum lata, dùm ve-
nit ex iure ſuo, l.2.C.de libertis,& eorum liber.
l.2.§.in filijs ff.de decur. Ioan.Igneus in l.fin. nu.
83.ff.ad S.C.Syllan.l.crimen ff.de pœnis, l.1.C.
de liber.cauſ. Connan.lib.1. comment.iur.ciuil.
cap.12. nu.5.

Nec eſt conſiderabile dicere, quòd dictus Mi-
niſter non habebat perſonam legitimam ad fa-
ciendum nominationem, quia contrariũ eſt ve-
rius non ſolùm ad actum, quem fecit inter viuos,
verum ad ratificationem, quam fecit teſtamento.
44 † Primò, ex l.poſt contractum ff.de donat. quę
donationem admittit factam à reo poſt capitale
crimen commiſſum, dummodò ſententia non
fuerit lata, vel in Fiſci fraudem non donauerit,
l.1. C.de iure fiſci lib.10.cum notatis in l.penul.
& fin. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit, &
in l.1. C.ſi pend.appell. mors interuen. Secundò
facit l.in fraudem §.bona eorum ff. de iure fiſci,
vbi bona eorum, qui in vinculis, vel cuſtodia, vel
compedibus deceſſerunt, hæredibus eorum, ſiuè
ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato non auferuntur.
Tertiò l.aufertur §. in reatu ff.de iure fiſci, in
reatu (inquit) *conſtitutus bona ſua adminiſtrare*
poteſt, eique rectè debitor bona fide ſoluit, l. reo, &
l. quod ſi fortè §.1. verſic. *quid ergò* ff. de ſolut.
Quartò poteſt induci text.in l.ſi quis poſt accu-
ſationem,& l.qui à latronibus §.fin.ff.de teſtam.
vbi dicitur, valere teſtamentum poſt accuſatio-
nem factam, Ioan. Igneus in l.neceſſarios §.non
45 aliàs num.19.& 20. ff.ad S.C.Syllan. † Nàm etſi
deliquiſſet, non ex eo illius bona erant Fiſco ap-
plicata, ſi delictũ non foret talis qualitatis, quod
bonorum confiſcationem induceret, l.res vxoris
C.de donat.inter vir.& vxor.vbi notat Bald.tex.
in l.1. C. pœn. fiſcal. credit. præferri lib.10. &
ibi Ioan.de Platea, gloſ.ordinaria, & DD.in l.re-
ſcriptum ff. de pactis, & in d.l.aufertur §.fiſcus,
Anto.Gomez. communem dicens tom.3.variar.
cap.14.de confiſcat.bonor.delinq.num.4. verſ. *ſi*
46 *verò talis reus*, vbi ait, † quod actio, vel accuſa-
tio contra perſonam non ſequitur fundum, vt in
l.fin. ff. de contrah. empt. & l.1. §.ſi hæres ff.ad
S.C.Trebell.Bald.in l.ſi abducta nu.2.C.de furt.
Gregor.Lopez in l.5.tit.1.par.8.gloſ.1.verſ.*& in*
quantum.
47 † Nàm etiàm poſt inchoatum iudicium antè
ſententiam Fiſcus nullum ius habet, l.ex iudicio-
rum ff.de accuſ. Petr. Paul.Pariſ. conſ.89.nu.4.
vol.3.Ioan.Gutier.tom.2.canon.qq. cap.5.num.
56.& facit l.1.C.de iure fiſci lib.10.dicens: *Pro-*
hibitum eſt cuiuſcunque bona, qui Fiſco locum feciſ-
ſe exiſtimabitur capi priùs, quàm à nobis forma da-
ta fuerit, cap. ex litteris cum gloſ. verbo *denun-*
tiamus de off.deleg.Surd.de aliment.tit.1.quæſt.
129.nu.2. Bart.in l.fin.nu.3. ff.de minor.& in l.in
fraudem ff. de iure fiſci, Steph. Gratian. tom.1.
diſcept.forenſ. cap.132.num.14. Peregr.de iure
fiſci lib.5.tit.1.nu.182.& poſt hæc Stephan.de
Garron.in conſtit.Mediolan.lib.4.tit.7.de iure,
& priuil.fiſci art.36.num.62.facit l.cùm pater §.
48 hæreditatem ff. de legat.2. † per quam Florian.
nu.2. notat, quòd ius eligendi non perditur mu-
49 tatione ſtatus. † Et ita non attenditur capacitas,
vel incapacitas eligentis, & nominantis, ad notata
per Molin.lib.2.de Hiſpan.primog.cap.4.nu.5.
50 † Nec dicta ſentẽtia auferre potuit, niſi quod
erat dicti Miniſtri, quãuis eo viuente fuiſſet pro-
lata, & ſic vſumfructum tantùm, quod ad ipſum
pertinebat, arg.l.defuncta ff.de vſufr.cum tradi-
tis in auth. ei, qui C.de bon.auctorit.Iud.poſſid.
Martin.Laudenſ. tract. de Principib. quæſt.290.
Parlador. lib.2.rer.quotid.cap.fin.par.5.§.3.nu.
31. ſed hoc non potuit extendi ad filium, nec ad
ius iàm illi quæſitum ſua vita durante, vt poſſet
gaudere dictis annuis ducatis bis mille.
51 † Pro quo eſt ſingularis deciſio Regiæ Came-
ræ Summarię Neapolis penès Regentem Reuer-
terium inter eius deciſiones manuſcriptas, quæ
apud Doctos maximam habent authoritatem,
nàm vol.1.deciſ.42.tractans quæſtionem, an deli-
ctum patris, qui habebat officium à Regia Curia
pro ſe, & vno hærede, quo pater non fuerat pri-
uatus in vita, an ſcilicet filius poſſet priuari pro
delicto patris, & decidit, quòd non, ea ratione,
quia ſi quis ſtipulatur vſumfructũ pro ſe, & hæ-
redibus ſuis, in perſona hæredis cauſatur nouus
vſusfructus, & primus finitur, l.ſtipulatio iſta
§.ſi quis vti frui ff.de verb oblig.vbi notant DD.
l.apud Iulianum §.ſi quis ff de leg.1.
52 † Et in confirmationem facit l.Seius Florus
§.Cornelio Felici ff. de iure fiſci, & text. in l.de-
niquè §.ſed vtrum ff.de minor. ibi: *Nec eo mo-*
uemur, quaſi interſit filij peculium habere, magis
enim patris, quàm filij intereſt, licèt aliquo caſu ad
filium peculium ſpectet, vtpura ſi patris eius bona
a Fiſco propter debitum occupata ſunt, nàm pecu-
lium ei ex conſtitutione Claudij ſeparatur, Bald.in l.
cùm & filij nu.4. C.qui bonis cedere poſſ. & in
l.executorem nu.36.C.de execut.rei iudic.Alex.
in l.ſi finita §. ſi de vectigalibus nu.44.& 50. ff.de
damno infecto, Couar.lib.2.var.reſol. c.8.nu.17.
Simanc.de cathol.inſtit. cap.9.num.15. Iul.Clar.
lib.5.ſentent.quæſt.78.nu.15.Peregr.de iure fiſci
lib.5.tit.1.nu.125.& ſeq.Gaſpar Pegado lib.vni-
53 co qq.fiſcalium q.6. num.5. † nàm actus iudicis
eſt ſtricti iuris, nec extenditur ad alias perſonas,
l.1.C.ſi plures vna ſententia, notatur in l.Iulianus
ff.de cond.indeb. Alex.in l.à Diuo Pio §.pignora
ff. de re iudic. Aymon Crau. conſ.216. num.24.
Oſaſc.deciſ.Pedemont.64.nu.1.& 2. nunquàm
enim intelligitur in iudicijs perſona extrinſecùs,
l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus circa finem ff.
de verbor.oblig.& facit l.ſi vnus §.antè omnia ff.
de pactis, arguendo de contractibus ad iudicia,
quod permittitur, l.omnem ff.de iudic.l.non eſt
mirum ff. de pignor.

Et confirmatur magis, quia filius nominatus
non fuit auditus, nec citatus ad litem ſui parentis
ſaltim in hoc, in quo agebatur de ſuo intereſſe
tàm conſiderabili reſpectu dictorum annuorum
54 ducatorum bis mille. † Ideòque debuiſſe citari
palam eſt, l.de vnoquoque ff.de re iudic.Mandel.
Albenſ.conſ.97.nu.7.vol.1.aliàs nihil ſibi officiũt
proceſſus, & acta illius, l.2. C.quibus res iudic.
non nocet, l.inter C.famil. erciſc. & l.fin. C.res
inter alios acta, cap. penult. de ſent. & re iudic.
Alex. & alij in d.l.de vnoquoque, Salic. in repet.
auth.ſi omnes, aliàs incip.ad hęc nu.2.C.ſi minor
hæred.

hæred.ſe abſtin. Soccin.tract.de citat.artic.5.nu.
55 10. Vueſembec. conſ.49.nu.15.lib.1. † generale
enim eſt,quòd ſententia contra vnum lata non
obſit alij,toto titulo C.res inter alios actas,dicto
cap.penult.Additio ad Abbat.in cap.at ſi clerici
de iudic. Dynus in cap.ratihabitionem de regul.
iur.in 6. Rota Romana deciſ.345.nu.3.par.3.lib.
3. diuerſ.Sacri Palatij, Canalc. deciſ.Fiuiz.5.nu.
15.lib.4.deciſ.3. num.9.& deciſ.22.& 23.lib.5.
Marc.Ant.Peregr.conſ.24. nu.27. lib.1.conſ.11.
num.46. lib. 3. & deciſ. eiuſdem Rotæ Romanæ
1165. nu.3. par.3. lib.3. & ex bonis Anthoribus
Terentius in Phormio.actu 2. ſcena 3. Symmac.
epiſt.47.lib.10. dicens : *Quandò enim abſentibus, atquè ignorantibus inter alios geſta nocuerunt? quis vnquàm ſententiam numinis veſtri inauditus excepit? quandò comminatio ad hæredes vſquè porrecta eſt?*
56 † Nàm contra inauditum,& non citatum,nec
Princeps ſupremam poteſtatem habens, poteſt
aliquid definire, cap.1. de cauſa poſſeſſ. & pro-
priet.vbi Ioan.Andr.& alij l.fin.vbi Bald.C.de
legib. Aretin. conſ.62.nu.2. Barbat.conſ.4.nu.5.
vol.3.Nauar.conſ.9.nu.4.de ſent.excom.
57 † Accedat determinatio Aluari Valaſci tom.
1.conſult.38.nu.1.& 2.vbi ait,quòd mortuo vno
ex litigatoribus non eſt procedendũ in lite, quo-
uſque citentur eius hæredes, l. Neratius ff. de
regul.iur. text.cum gloſ. in l. Paulus ff.quæ ſen-
tent.ſine appell.reſcind. l.ſi eum hominem ff.de
fideiuſſ.vbi latè Imol. l.ſi is,qui Romæ,vbi Iaco-
bin. ff.de iudic.
Nec obſtabit dicere, quòd filius aſſiſtens de-
fenſioni parentis notitiã habuit eorum,quæ tra-
58 ctabantur in viſitatione illius; † nàm vltra,quòd
talis notitia,ſiuè ſcientia nõ præſumitur, l.veriùs
ff.de probat. cap.præſumitur de reg. iuris in 6.
Butrius in cap.ſæpè nu.16.de reſtit. ſpoliat. Ce-
phal.conſ.76.nu.21.tom.1. Roland.à Valle conſ.
59 79.nu.11.lib.1. † Maximè in iudicio,cuius for-
mam poſſumus appellare clauſam, & ſecretam,
Auendaño in capit.prætor. 2.par.cap.29.num.2.
verſ. *ſecundò infertur*, Redin. de maieſt. Princip.
verbo *ſed etiàm per legitimos tramites* nu. 202. &
ſeqq. Maſtrill.de magiſtrat. lib.2.cap.2.num.34.
quam introduxere Domini Reges Catholici ad
ſimilitudinem iudicij Enqueſtæ Regni Aragonũ,
de quo Hieron. Blanc. in commentar. Regum
Aragon. cap. de magiſtrat. iuſtitiæ Arag. poteſt.
pag.344. & 346.
60 † Et ideò nec proximiores ſcire præſumitur,
quæ agebantur,ex Bal. in l.1.in fine C.de colluſ.
detegen. Alex.conſ.71.incip.videretur nu.6. lib.
1. & conſ.138.nu.9. lib.7. Mandel.Albenſ. conſ.
25. nu.15. Menoch.lib.2.de præſumpt. præſ.51.
num. 43.
61 † Et licèt ſciret alio modo, quàm per notifi-
cationem, non ſufficeret ad cauſandum illi præ-
iudicium,nàm vt inquit Rota Romana dec.283.
nu.1.par.2.diuerſ.fac.palat.non ſufficit notitia
vndecunq; habita,quandò alicui ſequeretur pre-
iudicium conſiderabile, Mandoſ. tract. de inhi-
bit. quæſt.36.nu.10. dicens, quòd quandò requi-
ritur alicuius notitia ad faciendum aliquid, eſt
neceſſaria citatio,& intimatio iudicialis, nec ſuf-
ficit, quòd alio modo ſciat, clem. cauſam de
elect. ibi, *legitimè intimata. &c.* l. cùm poſtulaſ-
ſem ff.de damno infecto,Franc.Marzar.conſ.36.
num. 22.
Et ita filius eſt contradictor legitimus etiã co-
ram Iudice executore, vt in ſuum præiudicium
non procedat de facto ad extinguendum priui-
legium annuorum ducatorum bis mille ſua vita
durante, quia non videtur illi commiſſum, ſen-
tentiam exequi latam contra patrem, contra fi-
62 lium non auditum, † non enim Iudex quantùm-
uis ſupremus cenſetur decreuiſſe executionem
contra non citatum, Paul.Caſtrenſ. in l.cùm filiũ
ff.de verb.oblig.Alciat.de præſumpt.reg.3.præſ.
9. Rota Romana d.deciſ.1165. nu.3.par.3.lib.3.
Roland.à Valle conſ.5.incip.videtur prima num.
10.& 11.vol.2. qui loquitur in proprijs terminis
Commiſſarij dati per Iudicem ſuperiorẽ ad exe-
quendum.Tertius enim, qui in lite non interue-
nit, poteſt ſe opponere executioni, l.à Diuo Pio
§.ſi ſuper rebus ff.de re iudic. l.ob maritorum
C. nè vxor pro marito, Roland. à Valle vbi pro-
ximè num.14. & cùm allegauerit, & probauerit
mediante dicta nominatione, & acceptatione tẽ-
pore habili factis ad eũ pertinere dictos annuos
introitus, non poteſt ſuper illis executio conti-
63 nuari in ſuũ præiudicium; † Nàm quandò in op-
poſitione allegatur exceptio præiudicialis,debet
executio ſuſpendi, & non produci, Abb.in cap.
quod ad conſultationem nu.31. de ſentent. & re
iudic.Bald.& idem Abb.in cap.veniens lo ſecon-
do, notab.1.& nu.6.de teſtib. Petr.Surd. deciſ.
Mantua.338.nu.2.
Et quandò in iudicio proprietatis vellet præ-
tendi,ad eum non ſpectare dictos annuos introi-
tus, debet antè omnia manuteneri in ſua poſſeſ-
ſione, vel quaſi, & cauſa tractari iuris ordine
ſeruato, illo audito, & executione interim
64 ſuſpenſa. † Cùm omnium actionum principiũ
ab ea iuris parte proficiſci debeat,quę dicitur de
in ius vocando, cap.quoniàm contra de probat.
gloſ.in rubr.C.de in ius vocando, per l.1. ff eod.
tit.Cynus in l.omnibus nu.9 ff.ſi quis ius dicen-
ti non obtemp. Rebuff.tom.1.ad Conſt.Gallicas
65 tract.de literis oblig. art.6.gloſ.2.nu.1. † nàm
aliàs foret incipere ab executione aduerſus ipſũ,
quod eſt iuri contrarium, l.ſi pacto.quo pœnam
C.de pact.l.1.C.de execut.rei iudic. Paul.Caſtr.
conſ.20.nu.25.par.3 Innoc.in cap.tua de cohab.
cleric.& mulier. Nauar.in cap.cùm contingat de
reſcrip. cauſ.8.nu.1.& ita conſtat,quòd reſpectu
dicti Iuri non nocent filio acta, ſed cùm ipſo de-
bet cauſa tractari ex integro.
Reſpectu verò duodecim capſarum diuerſo-
rum librorum,quos pater filio donauerat,& tra-
diderat,qui erant, & fuere reperti in eius came-
ris ſeorſum à bibliotheca parentis, quos etiàm
Iudex Commiſſarius ſequeſtrauit,debẽt filio re-
66 ſtitui. † Nàm donatio librorum, quam pater fa-
cit filio ſtudenti, & ſcientijs operam danti,vali-
da, & fauorabilis eſt, iuxta notata per Bald.in l.
filiæ,cuius,verſ.*tertiò quæritur* C.famil. erciſcun.
Ioan.Corraſ. in l.filium, quem habentem.nu.92.
& 110. eod.tit. Gregor.Lopez in l.3.tit.4.par.5.
gloſ.6.& in l.5.tit.15.par.6.verbo *los libros*, Ant.
Gomez,

Gomez in l.29. Tauri nu.17. Velazquez ibidem gloſ.3.num.5. Matienzo in l.3.tit.8.lib.5.recopil. gloſ.2.nu.5. Menoch.lib.3.de præſumpt.præſ.30. nu.16.& ſeq.Ioan.Garzia de expenſ.& meliorat.
67 cap.4. nu.6. ✝ Quàmuis illos non dùm tradidiſſet, ſed ſimpliciter donaſſet, quia iuxta leges regias traditio ſolùm requiritur ad excludendum patrem, nè poſſet reuocare; iuxta l.17. Tauri l.1. tit.16.lib.5.notiæ recopil. Gregor. Lopez in d.l.3 gloſ.1. Tello Fernan. in eadem l.17.num.7. Ioan. Gutier.de iuram.confirm. 1.par. cap.40. nu.30. Et cùm pater non ſolùm non reuocauerit donationem librorum, ſed ipſos tempore habili tradiderit filio, non poſſunt ab eo auferri, mihique videtur in vtroque caſu iuſtitiam fouere, ſaluo, &c. Madriti tertio Aprilis 1609.

S V M M A R I V M.

1 *Bona vendita ſub haſta preſumuntur vendita bona fide, & iuſto pretio.*
2 *Deceptio in dubio non præſumitur in emptione, & venditione.*
3 *Iudicis auctoritas, & præſentia aufert preſumptionem fraudis.*
4 *Iudicis factum ſubintrat loco facti partis, & ſupplet illud.*
5 *Alienatio propter æs alienum dicitur neceſſaria.*
6 *Debitum ſoluere eſt neceſſitatis.*
7 *Exactio fit à debitore inuito.*
8 *Intellectus l. & qui ſub imagine C. de diſtractiõ. pignorum.*
9 *Tutor poteſt palàm, & bona fide emere rem pupilli.*
10 *Creditor non compellitur regulariter accipere rem ſui debitoris ſubhaſtatam in computũ ſui crediti.*
11 *Emptore non inuento, aut non offerente iuſtum pretium, quid ſtatuatur in rebus debitoris ſubhaſtandis.*
12 *Creditor præfertur in venditione bonorum debitoris ſub haſta.*
13 *Creditori poſſunt cedi bona in ſubbaſtatione vendita alij.*
14 *Creditoris arbitrio eſt proſequi, & diſtrahi facere debitoris bona, & quæ velit ex illis.*
15 *Debitori quærenti aduerſus bonorum ſuorum venditionem qualitèr conſulatur.*
16 *Debitor non auditur contra ſubhaſtationem, niſi ſatisfacto pretio bonorum integralitèr.*
17 *Minori qualiter, & quando ſuccurratur aduerſus venditionem ſuorum bonorum.*
18 *Remedium leſionis vltra dimidiam iuſti pretij debet deduci intra quadriennium.*
19 *Læſio conſideratur attẽto valore rei tempore venditionis.*
20 *Remedium læſionis vltra dimidiam debet intentari alternatiuè ad annullandum, aut ſupplendũ iuſtum pretium.*
21 *Læſio quàndò dicatur eſſe vltra dimidiam iuſti pretij.*
22 *Fundamento deficiente omnia corruunt.*
23 *Remedium l.2. C.de reſcind.vendit eſt perſonale.*
24 *Maioratus ſucceſſor dicitur ſingularis.*
25 *Fructus pertinent ad emptorem.*
26 *Fructus ſui natura ſequuntur dominium.*
27 *Fructus ſunt acceſſorij dominio tanquàm principali.*
28 *Dominium eſt iuſta cauſa acquiſitionis fructuum.*
29 *Fructus rei noſtræ, aut nobis debitæ ſunt noſtri, prout ipſa res.*
30 *Sententiæ à Superiore modificatæ in àliquo, in alijs firmæ ſunt.*
31 *Poſſeſſionis effectus eſt fructus colligere, & in ſuos vſus conuertere.*
32 *Fructus acquiruntur à bonæ fidei poſſeſſore, maximè cum titulo.*
33 *Poſſeſſor bonæ fidei cum titulo fructus perceptos non reſtituit.*
34 *Fructus præſcribuntur triennio à poſſeſſore bonæ fidei.*
35 *Bona fides præſumitur, donec probetur mala.*
36 *Fructus vt quærantur, ſufficit abeſſe malam fidem.*
37 *Fructus iuris authoritate percepti nõ reſtituuntur.*
38 *Creditor lucratur fructus pignoris prætorij ob contumaciam debitoris.*
39 *Venditio licet reſcindatur remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. non reſtituuntur fructus percepti medio tempore.*
40 *Opinionũ data varietate, illa tenenda eſt, quæ conſuetudine comprobatur.*
41 *Emptor dominus eſt rei emptæ.*
42 *Ius potius habemus in his, quæ comparauimus.*
43 *Fraudem alicui non facit, qui ſuo iure vtitur.*
44 *Emptor iudicialis ſub haſta facit fructus ſuos.*
45 *Si non ineſt id, de quo magis videbatur, non inerit id, de quo minus.*
46 *Solutiones particulares non admittuntur propter incommoda earum.*
47 *Debitor non liberatur, niſi ſoluendo integrum debitum creditori.*
48 *Vtilitatem, & commodum non debet aliquis conſequi ex ſua mora.*
49 *Intellectus l. debitor ff. in quib. cauſ. pign. vel hip. tacitè contrahatur.*
50 *Læſio enormiſſima continet in ſe dolum præſumptum.*
51 *Læſio enormiſſima poteſt opponi vſquè ad triginta annos.*
52 *Pretium iuſtum cuiuſuis rei non conſiſtit in puncto indiuiſibili.*
53 *Tertiæ regiæ fructuum decimalium pro duobus ſcilicèt nouenis augmentum, aut diminutionem recipiunt ex vbertate, aut ſterilitate.*
54 *Læſio qualiter conſideretur in non habentibus valorem fixum.*
55 *Iuſtum pretium conſideratur ex communi, & generali æſtimatione.*
56 *In bonis ſolùm eſt, quod ſupereſt deducto ære alieno.*
57 *Reditus exiſtentes ſuper aliqua re dicuntur æs alienum.*
58 *Fructus non dicuntur, niſi qui ſuperſunt deductis oneribus.*
59 *Onus ſemper comitatur rem.*
60 *Res minus valet, quantum onus ei impoſitum.*
61 *Onus eſt pars pretij.*
62 *Valor quandò colligatur ex quantitate redituum.*
63 *Reditus vitalitij ſuper re minuunt etiàm eius valorem.*

64 *Expenſæ*

64 *Expenſæ factæ in colligendis fructibus minuunt eorum valorem.*
65 *Expenſæ etiam attento foro conſcientiæ minuunt rei valorem.*
66 *Gabellarum ſolutio minuit valorem fructuum, & redituum.*
67 *Salaria adminiſtrationis deducuntur prout ex penſæ.*
68 *Lucrum dicitur deductis expenſis, & æſtimatione laboris.*
69 *Lucrũ dicitur, quod ſupereſt deducto omni dãno.*
70 *Expenſæ exactionis fructuum deducuntur ab eis.*
71 *Legans fructus fundi, intelligitur de his, qui ſuperſunt deductis expenſis, & portione colonica.*
72 *Socijs ſolùm communicatur, quod ſupereſt deductis expenſis.*
73 *Producens priuilegiũ non poteſt impugnare illud.*
74 *Allegationi alicuius ſtatur contra ipſum.*
75 *Creditore pluris licitante rem ſubbaſtatam, & ei adiudicata non aufertur, niſi propter læſionem vltra dimidiam.*
76 *Creditor emens ſub haſta rem debitoris ex tali titulo efficitur bonæ fidei poſſeſſor.*
77 *Res iudicatæ exceptio obſtat ei, cũ quo fuit prolata.*
78 *Compenſatio non eſt vera ſolutio.*
79 *Maioratus poſſeſſor habet vnam perſonam veram, aliam repræſentatiuam.*
98 *Maioratus eſt loco perſonæ fictæ.*
81 *Perſona vna diuerſis reſpectibus fungitur vice duarum.*
82 *Maioratus attenditur in ei vtilibus, non perſona poſſeſſoris.*
83 *Inſpici non debet, per quem actus expediatur, ſed in quem effectus dirigatur.*
84 *Perſona, ad quam dirigitur effectus attenditur, nõ ad quam verba.*
85 *Facta, aut debita contracta per poſſeſſorem maioratus, non nocent ſucceſſori.*
86 *Debitum priuatum poſſeſſoris maioratus, non eſt maioratus debitum.*
87 *Compenſatio non fit de publico ad priuatum debitum, nec de vna ſtatione ad aliam.*
88 *Socius non compenſat cum ſocietate debitum ſuum priuatum.*
89 *Pupillo debitum non compenſatur cum debito tutoris.*
90 *Peculium filijfamilias non capitur pro debito patris.*
91 *Creditori tractanti de damno vitando potius fauendum eſt, quàm debitori.*
92 *Familiarũ dignitatem conſeruari publicè intereſt.*
93 *Familiarum dignitas diuitijs conſeruatur, & inopia amittitur.*
94 *Diuitiæ conſeruant nobilitatem.*
95 *Paupertas eſt res periculoſa.*
96 *Egeſtate ſordentibus, vita ſupplicium eſt, & mors ſolatium.*
97 *Locrenſium lege cauebatur, nè quis patrimonium alienaret, niſi in magnam calamitatem incidiſſet.*
98 *Maſculus familiæ, maioratus poſſeſſor conſeruat illius decorem.*

PRO

Don Franciſco de Valdes Oſorio, & Cardona minore poſſeſſore maioratuum Domus de *Salas, Valdes, & Oſorio, & Don Ioanne de Llano, et Valdes de Conſilio Sua Maieſtatis, ſanctæ, & Generalis Inquiſitionis eius Patruo, & Tutore.*

CONTRA

DD. Teſtamentarios, & Defenſorem piorum operum, & memoriarum D. *Ferdinandi de Valdes quondã Archiepiſcopi Hiſpalenſis, & Inquiſitoris Generalis Hiſpaniarũ.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor auctoritate iudiciali bonorum aliquorũ vice aliorum, quæ ſibi fuere euicta, facit fructus ſuos, & de excluſione læſionis prætenſæ in iudiciali addictione; Et de compenſatione non admittenda pro debito priuato aduerſus debitum Maioratui competens.

CONSILIVM CLVI.

SVpponitur in facto, quòd dictus Archiepiſcopus ex cauſa onero ſa matrimonij aſſignauit pro augmento maioratus de Valdes Auo dicti D. Franciſci Portum nominatũ *del Aleado* æſtimatum in ſumma vnius conti ducentos quinquaginta, & octo mille centum, & triginta marauedinorum; & ſimilitèr Portum Sanctæ Marthæ pro tribus contis ducentum viginti octo mille ducentum, & viginti octo marauedinis, quibus fuere adiuncti alter contus quatuor centum nonaginta, & vnũ mille ſeptingentum, & ſexaginta duo marauedinorũ: & ſimilitèr pro locis de Valdellan, & Villa Roañe cum ſuis pertinentijs pro quatuor contis quatuor centum octuaginta octo mille tercentũ octuaginta duo marauedinis. Et cùm omnia dicta bona fuiſſent euicta, ſe direxit aduerſus bona alia dicti Archiepiſcopi, & obtinuit tres executorias, vt ex illis ſatisfieret D. Ferdinando de Valdes eius nepoti ex fratre, iniũcto tamèn ei, quòd compenſare deberet dictam partitã vnius conti, & quatuor centũ nonaginta vnum mille ſeptingentum ſexaginta vnũ marauedinorum: eo prætextu, quòd dictus D. Ferdinandus alia ex parte, & cauſa erat debitor conſimilis ſummæ bonis, & hæreditati dicti Archiepiſcopi, grauando eum, quòd infra ſex menſes haberet ſituare dictam ſummam, & in reditus cõuertere ad beneficium dicti Maioratus, quod non adimpleuit.

Item præſupponitur, quòd pro dictis ſummis, & partitis efficientibus ſummam decem contuū quatuorcentum ſexagintaſex mille, ſeptingentū, & duo marauedinorū per Executores nominatos, præſertim per Baldaſſarem de Tordeſillas fuit facta executio ſuper quibuſdam Iuris Oppidorum d'Auiles, & Carrion, & quandam ſummā tertiarum Ciuitatis Rondæ reſpectiuè tamèn videlicèt pro portu del Alçado 1. conti 418130. maraued. & pro portu Sanctæ Marthæ 3. conti 818 V. 238. & pro Valdellan, & Villa Roañe 5. conti 14 V.859.& oblatio fuit pro 5.contis 94 V. 955.marauedis, pro quibus fuit prolata ſententia addictionis cum conſilio Aſſeſſoris ſuper dictis Iuris, & reſiduo tertiarum Rondæ cum earum oneribus, & ſituationibus in perſonam Sanctij de Inclan, qui ceſſiones fecit in fauorē dicti D.Ferdinandi, cui fuit conſignata poſſeſſio in menſe Februarij.& 27.Martij anni 1589.

Demùm Didacus de Angulo defenſor bonorū dicti Archiepiſcopi 30.Auguſti 1597.porrexit libellum coram DD.Licentiato Guardiola,& Nuñez de Bohorques de Conſilio Regio Caſtellæ teſtamentarijs, & executoribus dictorum piorū operum Archiepiſcopi, aſſerens dictum D.Ferdinandum de Valdes Oſorio per multos annos gauiſum fuiſſe tertijs Rondæ ſub prætextu dictarum executoriarum; idq; ceſſiſſe in magnum damnum,& præiudicium dictorum piorum operum, eò quòd multò maioris reditus erant, quā debebantur illi, inſtando, quòd infra breuē terminum rationem redderet quantitatum omniū, quas exegerat, quod iuxta petita dicti DD. decreuere,& hac via fuit præſens lis introducta.

His ſuppoſitis, iuſtitia dicti D.Franciſci tribus ſeqoentibus Articulis fundabitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 † Certa iuris reſolutio eſt, quòd bona iudicialitèr vendita,& addicta, quæ Actores dicunt ſub haſta, præſumuntur vendita bona fide, & iuſto pretio, cùm non fuerit maius inuentum in tot præconiorum, & ſubhaſtationum diebus, quàm obtulit Sanctius de Ynclan; qui poſteà ceſſionē fecit D.Ferdinando Valdes, text.in auth.hoc ius porrectum C.de ſacroſ.Eccleſ.l.3.in fin.C.com. diuid. Bart.in l.ſi tempora C.de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcalis lib.10. Ludou.Moroc.reſp.13.
2 nu.13.† nàm in dubio non præſumitur deceptio in emptione,& venditione, l.1.vbi Bart.& alij C. qui, & aduerſus quos detur reſtitutio, iuncta l.
3 merito ff.pro ſocio, Beroius q.48.n.2.† & quàdò interuenit auctoritas, & præſentia Iudicis omnis ſuſpitio fraudis videtur ſublata, iuxta notata per Bar.in l.1.C.de prædijs decurionum lib.10.Abb. conſ.69.col.2.verſ. *his non obſtantibus* vol.2. Ant. Gama deciſ.Portugalliæ 178.nu.2.3.& 5.vbi ait, non eſſe locum ſuſpitioni fraudis in venditione ſub haſta, Iacob.Rebuff.in l.1. C.de locat.præd. ciuil.lib.10. Iodoc.in exegeſ.ſubhaſtat.c.5.Bald. in l.reſcripta C.de precib. Imper.offer. Barboſa in l.ſi mora nu.59. ff.ſol.matr. Nicol.de Neap. in l.nouiſſima per tex.ibi verſ. *quod enim* ff. q falſo tutore auctore, vbi dicit, q in omni acta, in quo interuenit Iudicis auctoritas, ſemper præſumitur bona fides, Bald. in auth.ſi qua mulier C.ad Velleian. Et idem operatur, & eſt ac ſi dicti Teſtamentarij, aut bonorum defenſor, imò dictus Ar-
4 chiepiſcopus ſi viueret, vendidiſſent, † quia factum Iudicis ſubintrat in locum partis, & ſupplet illius factum, l.ſi pignora, l.ſi ob cauſam ff. de euict.& l.1.C.ſi in cauſa iudicati pignus captū ſit, gloſ.in l.qui à creditore C. de diſtract. pign.
5 Ioan.Vinc. de Anna alleg.56. nu.3. † Cùm dicta alienatio neceſſaria eſſet, prout eſt omnis alienatio facta propter æs alienum, l. peto §. prædium ff.de legat.2.Aretin.in l.pro hærede §.ſi quid tamèn ff.de acquir.hæred.Alberic.in l.alienationes ff.famil.erciſc. Ant.Gama vbi proximè nu.1. Io. Andr.Georg. alleg.6. nu.26.& 28. Beroius q.63.
6 nu. 3. † quia ſoluere debitum eſt neceſſitatis, l. quòd ſi minor §.reſtitutio ff.de minor.Ioan.Mo-
7 nach.in c.ſcienti nu.6.de regul.iur. in 6. † cùm à debitore inuito exactio fiat, l. debitor ff. de verb.ſignif. Io.de Imola conſ.136.nu.7. Michael de Palacio de contractib. lib.5.cap.11.verſ. *vndè huiuſmodi*, Alex. conſ.12.nu.4.lib.2.& conſ.106. nu.7.lib.5. Marc.Ant.Eugen.conſ.93.nu.4.lib.1.
8 † Nec obſtabit dicere, quòd creditori eſt prohibitum emere per mediam, & interpoſitam perſonam bona ſibi in pignus tradita per debitorem, l.& qui ſub imagine C.de diſtract.pigno. gloſ.2.in cap.vlt.de præſcript. l.44. tit.13.par.5. quia noſter caſus eſt multùm diuerſus, in quo D. Ferdinandus non habebat in pignus dicta bona, qui eſt caſus dictæ legis, vt intelligunt DD.ibi,& Alciat.reſpon.407.nu.2.ſed auctoritate iudiciali, non exiſtente alio, qui plus offerret in dictis ſubhaſtationum diebus, quàm dictus Sanctius; & ita fuit illi permiſſum cedere,& dicto D.Ferdinando acceptare ceſſionem, vt palàm, & bona fide
9 fuit factum. † Et quandò quis palàm, & bona fide emit per interpoſitā perſonam, ceſſat fraudis præſumptio, l.pupillus §.item ipſe, ibi: *Sanè ſiquidem emit ipſe palàm dedit autèm nomen non mala fide, ſed ſimplicitèr, vt ſolent honeſtiores non pati nomina ſua inſtrumentis inſcribi, valet emptio*, ff.de auth.tutor.vbi Bar. n.3.& ex l.1.C.de delatorib.lib.10.& Bald.conſ.347.incip. Titius geſſit vol.4.l.ſi in emptione in fin. ff.de contrah.empt. l.ſi cùm ipſe C. eodem, tradit Rebuff. tom. 2. comment. ad leges Gallicas tract. de donat. art. 1.gloſ.2.nu.6.& 7.
10 † Et quàmuis de iure bona exequuta debeant addici in publica ſubhaſtatione abſque eo, quòd creditor ſi noluerit, compellatur ea aſſumere in computum eius crediti, vt ex l.ordo C.de exec. rei iudic.l.à Diuo Pio §. in venditione ff.de re iudic.tradit Laderch.de Imola conſ.101.num.6.
11 † Sed nō inuento alio emptore diſponitur in d. l.à Diuo Pio §.ſi pignora, vt ſequitur: *Si pignora, quæ capta ſunt emptorem non inueniant, reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro, & diuo patre eius, vt addicantur ipſi, cui quis condēnatus eſt, addicantur vtiq; ea quantitate, quæ debetur.* d.l. ordo, verſ. *itaque*, Greg.Lop.gl.4.in l.52.tit.5.par.5.Parlador.lib.2.
12 rer.quotid.c.fin.par.5.§.13. n.12. † Imò eſt tàm fauorabilis cauſa creditoris reſpectu bonorū debitoris, quæ venduntur; nàm cùm æs alienū concernat totum patrimonium, l.ſi fideicommiſſum §. tractatum ff. de iudic. l. hæreditas cum ſimil.

ff. de

Digitized by Google

ff.de reg.iur. Florian.in l.non ampliùs §.cùm bo-
norum nu.8.ff.de leg.1.Molin.lib.2.de Hiſp.pri-
mog.c.10.nu.3.quod dixit I.C.Gaius in l.1.ff.de
priuil.cred.*Cùm bona veneunt debitoris in compa-
ratione extranei, & eius, qui creditor, cognatuſue ſit,
potior habetur creditor, cognatuſuè magis tamen cre-
ditor, quàm cognatus, & inter creditores potior is
eſt, cui maior pecunia debetur;* cuius meminit Par-
lador.vbi proximè nu.10.Bart.in l.Imperator ff.
de pact. Greg.Lop. gloſ.8.in l.55.tit.5.par.5. Et
ita ex his deducitur fuiſſe magis fauorabile, quòd
bona addicta cederentur eidē D. Ferdinando de
Valdes creditori tanquàm poſſeſſori dicti maio-
ratus, quàm alij, vel quòd remanerent in perſona
13 Sanctij Ynclan. † Et quandò non ita fuiſſet, ſuf-
ficiebat, quòd tanquàm ceſſionarius illius ſucce-
deret D.Ferdinandus in iure ſibi quæſito ex em-
ptione ſub haſta, vt importet idē, quòd ſi penès
ſe retinuiſſet dictus Sanctius Ynclan, iuxta notata
per Addit. ad Specul. lib.2. tit.de ceſſione actio-
nis, Paul.Caſtren.in l.poſtulante 40.nu.6.ad S.C.
Trebell.Rebuff.ad ll.Gall.tract.de liter.obligat.
art.3.gloſ.2.nu.17. Roder.Xuar.in l.poſt rem iu-
dicatam in declar.legis Regni extenſione 7.

Nec fuit inconueniens, executionem fieri, &
addictionē ſubſequi in Iuris Carrionis, & reſiduo
tertiarum Rondæ magis, quàm ſuper alijs bonis
dicti Archiepiſcopi, cùm ea bona fuiſſent ſpeci-
14 ficè nominata executioni, † & creditoris arbi-
trio permittitur ex pignoribus ſibi oblatis, qui-
bus velit diſtractis ad ſuum commodum perue-
nire, l.creditoris ff.de diſtract.pignor. Mandell.
15 conſ.97. nu.10.lib.1. † Et licèt Imperatores Se-
uerus, & Antoninus reſcripſerint: *Qui bona ſua
negant iure veniſſe præiudicio experiri debere, &
fruſtrà à Principe deſiderare reſcindi venditionē*,
l.Imperatores ff.de priuil.cred. Petr.Vanderan.
in prolegom. de priuil.credit. cap.vlt. & de iure
eſt præfixum, & datum remedium debitoribus,
ſi velint luere bona, vel pignora vendita ad cre-
ditorum inſtantiam, ſcilicèt vt tempore habili
16 offerant, quod debent cū expenſis: † quia nemo
poteſt addictionem bonorum ex cauſa iudicati
venditorū retractare, neq; ad id audiri, niſi red-
dito prius pretio, l.1.C.ſi vend.pign.agatur, ibi:
*offerente te pecuniam cum vſuris quanti fundus ve-
nit*, d. l. & qui ſub imagine in fin. C. de diſtract.
pignor.l.ſi minori 3. C.de iure fiſci, l.ſi cum mi-
litaribus C.de reſtit.milit.l.3.C.de eo, quod me-
tus cauſa, iuncta l.fin.§.vlt.ff.eod.tit. l.fin. §.fin.
C.ſi aduerſus fiſcum, l.penul.ff.de reſcind.vend.
Celſus Hugo conſ.2.nu.4.Felicia.de cenſib.tom.
2.lib.1. c.3.nu.5. Gama deciſ.Portugal.77.nu.1.
deciſ.231. nu.4. & deciſ.40.num.10. dicens poſt
Paul.de Caſtro in l.1. nu.5. C.de vſufruct. quòd
non priùs executio retractationis addictionis eſt
facienda, quàm pretium ſit redditum, & ita iudi-
17 cari quotidiè, † facit, quòd licèt minor 25.annis
facilè reſtituatur aduerſus priuatam venditionē
eius pignoris, quod ipſe dederat abſq; creditore
diſtracti, l.1. C.de præd.minor. tamen aduerſus
publicam diſtractionem pignoris prætorij, quod
rei iudicatæ executor diſtraxit, non reſtituitur
niſi ex magna, & ſingulari cauſa, l.ſi ex cauſa, vbi
gloſ.verbo *grande* l.penult.ff.de minorib.Franc.
Balduin.tract.de pignor.c.18. & quia dictus de-
fenſor formam datam per has leges nō reſpexit,
corruerunt ipſius acta, arg. l.certa forma C. de
iure fiſci, l. forma ff.de cenſib. l.cùm hi §.eam
tranſactionē ff. de tranſact. & l.conſtitutionibus
ff.ad munic. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.21.
nu.10.& ſeqq. Petr.Peckius tract.de iure ſiſtēdi
c.12.nu.6.& in terminis Gama d.dec.40.nu.3.
18 † Maximè, quia ad reſcindendum venditiones
iudicialitèr factas dictorum Iurorum, & reſidui
tertiarū, debebat intentari remedium læſionis vl-
tra dimidiam iuſti pretij intra quadrienniū, iuxta
l.2.C.de reſcind.vend.probando dictam læſionē,
quam DD.vocāt enormem, Ant.de Butrio conſ.
19.nu.18.par.3.& in c.cùm contingat, verſ.*quar-
tus caſus* de iureiur. Alciat. reſp.267.nu.2. Paul.
de Caſtro in l.contractibus nu.2.C.ex quib.cauſ.
19 maior. & conſ.19. nu.58. par.3. † Et hoc conſi-
derato tempore venditionum, & addictionum
iudicialiū dictorum bonorum, d.l.2. & l.ſi volun-
tatis C.de reſcind.vendit.l.non intelligitur §.diui
fratres ff.de iure fiſci, gloſ.& DD.in c.cùm cau-
ſam 2. de teſtib.& in cap.cùm dilecti de empt.&
vendit. Bal.conſ.475.ad fin.lib.1. Ang.conſ.312.
nu.5. Hiero.Gratus reſp.18.nu.35.tom.1.plures
relati per Menoch.lib.1.de præſumpt.q.24.nu.6
Surd.de aliment.tit.9.q.11.n.9.& 20. Io.Gutier.
conſ.22.nu.30.Matienz.in l.1.tit.11.lib.5.recop.
gl.4.n.1.& ibi Azeued. n.12.qui omnes reſoluūt,
qđ ad probandū valorē veri, aut læſionē, debet
inſpici tēpus venditionis iudicialis, vel extraiu-
20 dicialis, † & deduci actio alternatiua reſciſſio-
nis, aut ſupplementi pretij intra quadriennium,
d.l.2.C.de reſcind.vendit.l.fin.tit.19.par.6. l.4.
tit.6.lib.5.ordina. & l.1.tit.11.lib.5.recop. Alex.
conſ.186.nu.5.lib.6. Anto.Gomez.tom.2.variar.
c.2.nu.22.Pinell.in d.l.1.par.2.c.1.nu.26.Meneſ.
ibid.nu.47. Cuiac. tract. de diuerſ.temp.præſcr.
c.23.Morla in emporio iuris par.1.tit.9.q.21.nu.
6.Eſcobar in tract.de ratioc.comput.6.in princ.
nu.1. Et prout apparet ex actis Iudicum nō fuit
eo modo, nec intra quadriennium intentatū, ſed
elapſis iàm octo annis, & plus, nàm poſſeſſiones
datæ fuere in mēſibus Februarij, & Martij 1589.
& defenſor litem mouit 30.Auguſti 1597.

Vltra quòd ad probandum læſionem enormē,
vel vltra dimidiam erat neceſſariū probaſſe con-
cludentèr, quòd Iuri prædicti, & reſiduū tertia-
rum, quòd verè erat in patrimonio Archiepiſco-
pi fuerant venditi, & addicti pro medietate ſui
21 veri valoris, † quod exemplificant Doctores,
quandò res, quæ valebat decem fuit vendita pro
quinque, iuxta intellectum Azonis in ſum. tit.de
empt.& vend. Accurſ.in d.l.2.gloſ.verbo *Iudicis*
C.de reſcind.vend.glo.in c.cùm cauſa de empt.
& vend.l.56.tit.5.par.5. Ant.Gomez.2.tom.var.
c.2.nu.22.Greg.Lopez in l.16.tit.11.par.4.verb.
eſto ſeria, Couar.lib.2.variar. c.3. nu.8. Padilla in
d.l.2.nu.40.d.l.1.tit.11.lib.5.recop.vbi Matienz.
gloſ.3.nu.2. Ioan.Gutier.lib.1.practicar. quæſt.
133. Azeued. in l.1. tit.11. lib.5. recopilat. num.
17. Eſcobar de ratiocin.comput.6.num.6.& 11.
Et ad hoc reducitur, quod DD.concedūt, & re-
mittunt arbitrio Iudicis in deprehendēda enor-
mi læſione, vt tradit Paul.Caſtr.in l.in contracti-

Digitized by Google

bus,per tex.ibi C.in quibus cauſis maiores,Pinel.
d.2.par.cap.1,nu.8.Gama deciſ.291.nu.6. & cũ
hic deficiat fundamentum tàm reſpectu, quòd
non fuit oppoſita, nec probata in tempore læſio
in addictionibus,ceſſauit,poſſe cauſam proſequi
contra dictum D. Ferdinandum de Valdes Oſo-
22 rio, † deficiente enim fundamento omnia cor-
ruunt, auth. offeratur C. de litis conteſt. l.edita
vbi DD. notant C. de edend. cum adductis per
Crau.conſ.151.nu.2.Ioan. Cæph.conſ.100.nu.9.
tom.1.Franc.Becci.conſ.95.nu.57.lib.1.

Et minus contra dictum D. Franciſcum eius
filium minorem, & nouum ſucceſſorem in ma-
ioratu prędicto,nàm quàmuis interueniſſet lęſio,
quæ nulla interuenit, vt oſtendetur in ſequenti
23 articulo,certum eſt, † quòd remedium dictę l.
2. eſt perſonale, & non datur contra ſingularem
ſucceſſorem,gloſ.in d.l.2.& ibi Bart.nu.13.Bald.
& Paul.Caſtr. nu.16,Salic.q.12. Cagnol.nu.114.
Pinel.d.2.par,c.1.nu.30.Ludou.Morot.in quęſt.
de ſecundo creditore offerēte nu.26.& 29.Gui-
liel.Onciac,Academic.qq,lib.2.q.20.nu.1.& quā-
uis dictus D. Franciſcus ſucceſſerit in dictis Iu-
ris, & reſiduo tertiarum Rondæ tanquàm ac-
24 ceſſorijs eius maioratui, † adhùc dicitur ſin-
gularis ſucceſſor, l.ait Prætor 2. cum l. ſequenti
ibi *etiàm ſi in rem ſucceſſerint.* ff.de iureiurando,l.
fin. ff. de except. rei iudicat. Rebuff. in l. nihil
aliud 24. ff.de verb.ſignific.

Et ita non poteſt dubitari, quòd dictus D.
Ferdinandus de Valdes dùm vixit, & poſſedit
maioratum lucratus fuit fructus, ſeù reditus di-
ctorum Iurorum, & Tertiorũ tanquàm Domi-
25 nus,& poſſeſſor, quia nulli dubiũ eſt,quòd fru-
ctus ad emptorem ſpectant, l. fructus C. de act.
empt.vbi dicitur: *Fructus poſt perfectum iure con-
tractũ, emptoris ſpectare perſonam conuenit, ad quē
& functionum grauamen pertinet*, l. poſt perfectā
eod.tit.Hieron.Gratus reſp.18.nu.8.tom.1.Mo-
lina Theologus tom.3.de iuſtit.tract.2.diſp.634.
26 nu. 5. † nàm fructus ſua natura ſequuntur do-
minium, l.ex diuerſo ff.de rei vend.gloſ.in l.fru-
ctus C.de fructib.& lit.expenſ.l.Herennius ff.de
vſur. Io.And.Georg.alleg.49.nu.8. Menoc.lib.3.
præſ.30.nu.58. Io.Cæph. conſ.3.nu.71.conſ.49.
nu.13.tom.1.& conſ.215. nu.49. Flam.Pariſ.lib.
1.de reſign.beneſ. q.6.nu.13.& 45. Rol.à Valle
conſ.41.nu.36.lib.3. Rota Romana diuerſ.deciſ.
389.nu.2.par.3.lib.3.Cæſar de Graſſ.deciſ.Rotę
27 105.nu.11. † Tanquàm acceſſorij ad ipſum do-
minium principale,vt ex c. acceſſorium de reg.
iuris in 6. l.cùm principalis ff.de reg. iur. tradit
Gratus reſp.18.nu.55. Flam.Pariſ. lib.1. q.6. nu.
20. Achill.de Graſſ. deciſ.124. aliàs 19. de reſtit.
28 ſpoliat.nu.3. † quod dominium eſt cauſa legiti-
ma acquiſitionis fructuũ, l.qua ratione in princ.
ff.de acquir.rer.dom.§.qua ratione, Inſtit.de rer.
diuiſ. l.qui ſcit in princ.& §. 5.ff.de vſur.Gratus
vbi proximè n.2.& 9.tom.1.Matienz.in l.1.tit.4.
lib.5.gloſ.19.nu.25.And.de Iſer.lib.1.comment.
29 ad conſtit.Siciliæ tit,6.de vſura punienda, † di-
cens, quòd fructus ex re noſtra, ſeù nobis debita
ſunt noſtri, ſicut res ipſa, l.de eodem §.ſi quis ff.
ad exhib. l.non ſolùm in fin. ff.de rei vend. Anna
allegat.104. num.6. Seſſe deciſ. Arag.75. num.5.
& 6. Leo. deciſ. Valent. 89. num. 5.

Et confirmatur; quia poſſeſſiones captæ fue-
runt per Regiam Cancellariam confirmatæ,quia
per executorias illius ſolũ fuere reductæ,& mo-
dificatæ addictiones reſpectu aliquarum quanti-
30 tatum, † & ſic pro reliquis remanſerunt robo-
ratæ tanquàm iuſtæ, l.iuſte poſſidet ff.de acquir.
poſſeſſ.& l.10.tit.30.par.3.vbi Greg.Lop. glo.2.
& facit l.180. ff.de reg. iur. dicens: *qui auctore
Iudice cõparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.* Et dictus
D. Ferdinādus tanquàm poſſeſſor legitimus bo-
næ fidei fecit fructus ſuos, & potuit de illis diſ-
31 ponere ad eius libitum, † tùm quia effectus ve-
ræ poſſeſſionis eſt fructus colligere, & in pro-
prios vſus cõuertere,vt notatur per gloſ. &DD.
in l.3. §.ex contrario ff.de acquir.poſſ.& proba-
tur in l.Titia ff.de ſolut.& habetur in l.3.C.finiũ
regundor.Bal.in l.ſi mulier §.qui poſſeſſionem
ff.de eo,quod metus cauſa,Barbat.conſ.28.nu.4.
lib.1. Cæpolla conſ.ciu.25. nu.2. vlteriùs, quia vt
inquit Florian. de S. Petro in l.in fideicommiſſo
32 nu.3.ff.de vſur. † fructus acquiruntur ex titulo;
imò bonæ fidei emptor, aut poſſeſſor acquirit
eos,vt probat Barbat. conſ.51.viſo puncto nu.1.
4.& 13.vol.4.Couar.lib.1.variar.c.13.nu.7.Gre-
gor.Lopez gloſ.1.in l.39.tit.28.par.3. Marc.Ant.
Marſil.tract.de Eccleſ.redit. orig. 3.par.cap.25.
33 nu.29. † abſq; onere reſtituendi,quandò cum
bona fide pręceſſit titulus, Barbat.conſ.54.nu.6.
vol.3. Boer.q.98.n.2. † maximè ſi trāſierit trien-
nium, quia poſſeſſor bonæ fidei per illius tran-
ſcurſum eos præſcribit, l.ſequitur ff. de vſucap.
vbi Bar.& Paul.Caſt.idem Bar.in 3.C.quod met.
cauſ. Alex.Iaſ. & alij in l.ſi me,& Titiũ ff.ſi cert.
petat.plures alij relati per Couar.d.nu.7.in fine,
Balb. in tract.de præſcript. 4.par. quartæ partis
principalis q.35.nu.2.Barbat.conſ.85.n.53.lib.3.
Io.And.Georg.alleg.49.nu.29. Vinc. de Anna al-
35 leg.113.nu.4. & quod magis eſt, † nàm cũ præ-
ſumatur bona fides ſemper,quod non oſtenditur
adfuiſſe malā,vt eſt videre per Caballin.milleloq.
471.nu.1.Cæphal.conſ.129.num.11.tom.1.Rota
Romana Sacri Palatij deciſ. 281. nu.26. & deciſ.
477. nu.7.par.1.Tiraq. latiſſimè in tract.de præ-
36 ſcript. † ſufficit ad lucrandos fructus nõ adfuiſ-
ſe malam fidem,vt notabiliter dicit Bar.in l.ſed ſi
lege §.ſcire ff.de petit.hæred.& in l.ſi fur ff.de
vſucap.Decius plures allegās in c. cùm cauſa nu.
22.de offic.deleg.Nauar.conſ.36.nu.6.de ſenten.
37 excom. † hoc confirmatur ex doctrina Bal. in l.
3. nu.17. C.de fruct. & lit. expenſ. vbi ait,quòd
fructus iuris auctoritate percepti nõ veniunt re-
ſtituendi, vt eſt tex.in l.1. C.de Carboniano edi-
38 cto,† ſicut videmus,quòd creditor lucratur fru-
ctus pignoris prætorij propter nimiam cõtuma-
ciam debitoris, l.Fulcinius §.fin.ff.quib.ex cauſ.
in poſſeſſ.eatur,Paul.Caſtr.in l.Titia 48.nu.4. ff.
de ſolut.

Et cùm tranſierint tot anni poſt factas addi-
ctiones, & poſſeſſiones traditas dicto D. Ferdi-
nando titulo, & bona fide ſcientibus, & patien-
tibus teſtamentarijs, & defenſore, qui non cura-
runt ſatisfacere debita maioratui, nec in tempo-
re luere dicta bona, non potuit ſeris precibus
defenſor petere, quòd redderet rationem fru-
ctuum,

ctuũ, nec Domini executores id decernere abſq;
alia iuſtificatione, aut probatione ex ſola aſſer-
tione illius, quod importabant plus quàm fuerat
39 conſequuturus; † nam & quandò reſcinditur
venditio ex cauſa læſionis vltra dimidiũ iuſti pre-
tij, emptor retinet fructus perceptos abſq; obli-
gatione reſtituendi iuxta magis certam, & com-
munem reſolutionem, quia eos percepit tanquã
Dominus, & cum titulo emptionis, & vẽditionis
iudicialis, vt dixit Bal. in d. l. 2. C. de reſcind. vend.
nu. 3. Anchar. in reg. peccati venia. quæſt. 10. verſ.
ſed ego, vt dixi de regul. iur. in 6. Cæpolla de ſi-
mulat. contract. §. 2. ad finem, Anton. Burgenſ. in
cap. ad noſtram de empt. & vendit. Fabian. de
Monte in eodem tract. quæſt. 8. princ. verſ. *octauo*
nu. 24. Syluest. in ſumma, verbo *vſura* 2. quęſt. 15.
Mantua lib. 1. locorum cap. 6. Cagnol. nu. 40. Do-
min. Anton. de Padilla nu. 50. in d. l. 2. vbi Pineli.
2. par. cap. 4. nu. 1. & ſeqq. receptiorem dicens, &
in praxi ſemper obſeruatam, Anton. Gomez. de
contractib. cap. 2. nu. 24. & cap. 4. nu. 21. in fine,
Cæuallos in pract. qq. tom. 3. quæſt. 762. nu. 1. &
2. Minſing. centur. 4. obſeruat. 73. Fab. Turrett.
conſ. 79. lib. 2. Ioan. Franc. de Ponte conſ. 28. nu.
6. tom. 1. Fabius de Anna conſ. 24. Ioan. Gutierr.
lib. 2. pract. quæſt. 134. Vincent. de Franch. dicens
ſecundùm eam opinionem iudicaſſe Sacrum
Conſilium Neapol. deciſ. 119. nu. 20. & dec. 495.
Magon. deciſ. Rotę Florent. 23. nu. 8. Matienzo in
l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. gloſ. 5. nu. 6. vbi Azeuedo
nu. 21. dicens: *Sed an in caſu, in quo reſtitutio rei
eſſet facienda, & annullandus contractus ex electio-
ne rei conuenti, poterit condemnari etiàm ad reſti-
tuendum fructus, dic quòd non, quia poſſedit rem
cum titulo, & bona fide, neque poteſt dici eſſe in mo-
ra*, Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. par. 5.
§. 16. nu. 12. dicens, hanc opinionem ſequendam,
quandò venditio eſſet iudicialitèr, & ſub haſta in
via executiua facta, etiàm ſi ſint percepti poſt li-
tem motam, & conteſtatã. Franc. Marc. dec. 179.
40 † & quia ex duabus opinionibus inter ſe contra-
rijs illa magis ſequenda eſt, quæ conſuetudine
apparet comprobata, l. minimè, & l. ſi de inter-
pretatione ff. de legib. Ariſt. lib. 2. politicorum
cap. 6. Cæuall. vbi proximè num. 5. vſquè ad 16. &
nu. 32. & ſeqq.

Et comprobatur, quia emptio fuit facta pro
dicto maioratu in locum bonorum illi deficien-
tium, & euictorum maioratus nedùm poſſeſſio-
41 nem, ſed verum dominiũ fuit aſſequutus, † quia
emptor dominus eſt, l. dolus ff. locati, l. 2. C. de
pactis inter emptor. l. 2. C. de in diem addict.
Morla in emporio iuris 1. par. tit. 9. quæſt. 21. n. 2.
42 idquè pleniſſimo iure, † quia in his, quæ com-
parauimus ipſi plus iuris, quàm in cęteris habe-
mus, l. ſi quid in bello, & ibi gloſ. & Bart. ff. de
captiu. & poſtlim. reuerſ. Io. Monach. in cap. nul-
lus de elect. in 6. Matienzo in l. 7. tit. 11. lib. 5. re-
43 copil. gloſ. 1. nu. 52. † nec alicui facit fraudẽ, qui
ſuo iure vtitur, l. non videtur ff. de reg. iur. c. cùm
nobis olim, & c. cùm Eccleſia Vulterana de elec.
Alciat. reſp. 249. nu. 16. Herculan. de attent. cap. 3.
44 nu. 6. † & ita præfatus D. Ferdinandus tanquam
Dominus, & poſſeſſor fecit fructus ſuos, l. dolus
C. de reſcind. vend. & l. in fundo ff. eod. Cæuall.
in pract. d. q. 762. nu. 3. quod eſt magis abſq; du-
bio animaduerſo, quòd defenſor non probauit
dictam læſionẽ vltra dimidiam; & quia licet eam
deduxiſſet, & probaſſet in tempore legitimo, nõ
debebant fructus reſtitui, minùs debebant defi-
45 ciente probatione læſionis: † quia ſi id, de quo
magis videbatur ineſſe nõ ineſt, nec etiam id, de
quo minus, cap. licèt vniuerſis, & ibi gloſ. verbo
multò minus de teſtib. l. nec ex vera C. de acquir.
poſſ. l. 1. C. de neg. geſt. Euerar. loco à maiori n. 1.

Et quia foret magnum inconueniens dicere, &
prætendere, quòd cum dictis fructibus, quos fe-
cerat ſuos veniebat extinguenda ſors principalis,
quæ ad maioratum ſpectabat, & in cuius benefi-
46 cium fuerunt poſſeſſiones captæ, ſiquidèm etiã
in ſimplici creditore non admittuntur particu-
lares ſolutiones, aut diminutæ propter præiudi-
cium, quod ſequitur ex illis, l. planè ff. famil. er-
ciſc. ibi: *quia ſæpè, & ſolutio, & exactio partiũ non
minima incommoda habet*, Florian. in l. tutor §. Lu-
cius per tex. ibi nu. 1. ff. de vſur. Neguſ. tract. de
pignor. memb. 3. par. 5. nu. 18. Surd. tract. de alim.
tit. 1. q. 42. nu. 106. Tiraq. de retract. conuent. §. 4.
gloſ. 4. & notant DD. in l. quidam exiſtimauerunt
47 ff. ſi cert. pet. † propter quod debitor non libe-
ratur, niſi ſoluendo integralitèr debitum, l. obſi-
gnatione C. de ſolut. ibi: *Obſignatione totius debitæ
pecuniæ ſolemnitèr facta liberationem contingere
manifeſtum eſt*, l. fin. ff. quib. mod. pign. vel hyp.
ſoluitur, l. in executione §. fin. ff. de verb. oblig.
ibi: *nec prodeſt partes fundi tradere ceſſante vna,
quemadmodùm non prodeſt ad pignus liberandum
partem creditori ſoluere*. optimus text. in l. tutor
condemnatus §. 1. ff. de vſur. ibi: *Si non hac lege
mutuo pecunia data eſſet, vti liceret, & particulatim,
quod acceptum eſt exoluere non retardari totius de-
biti vſurarum præſtationẽ, ſi cùm creditor paratus
eſſet totum ſuſcipere debitor, qui in exſolutione totius
ceſſabat, ſolam partem depoſuit*, Dueñas reg. 158.
& ab ſpeciali l. cùm hæres §. item decem ff. de
ſtatuliber. Eman. Suar. inter comun. opin. D.
48 lib. 8. tit. 27. C. de ſolut. nu. 100. † alitèr enim de-
bitores conſequerentur, & reportarent commo-
dum, & vtilitatem ex ipſorum mora, & culpa in
non ſoluẽdo, contra l. 1. & l. ne ex dolo ff. de dolo
malo, Imol. in l. ex facto §. ſi quis rogatus nu. 5. ff.
ad S.C. Trebell. Tiraq. de retractu conſang. §. 1.
gloſ. 9. nu. 67. Surd. tract. de aliment. tit. 1. quæſt.
20. nu. 3. & tit. 7. quæſt. 41. nu. 2.
49 † Nec obſtat l. cùm debitor ff. in quib. cauſis
pign. vel hypoth. tac. contrah. vbi permittitur, quòd
creditor compenſet intereſſe ſuæ pecuniæ cum
fructibus rei, quam haberet in pignus; nàm vltra,
quòd hoc procedit in pignore conuentionali, vt
intelligunt ibi DD. & Igneus in l. in cognitione
nu. 172. ff. ad Syllania. Pract. Papienſ. in forma li-
belli, qua agitur actione hypothecaria, Alciat. re-
ſponſ. 380. nu. 2. ſed in bonis exequutis, venditis,
& addictis iudicialitèr militat diuerſa ratio. quã-
uis fuerit creditor, qui illa emerat, l. 2. C. ſi in
cauſa iudicati, ibi: *Et ſi alio emptore non exiſten-
te, vel exiſtente quidèm, ſed non dignum pretium
offerente, is, cui iudicatus ſatis non fecit ad licitatio-
nem, ſecundũ conſtituta fuerit admiſſus, cuiuslibet
alterius vice ex officio emere debet*: Balduinus

Digitized by Google

tract.de pignor. cap.18.l.fin.eod.tit.l.44.tit.13.
par.5.vbi Greg.gloſſ.2. & ita cùm eſſet emptor,
cucurrerũt ad eius beneficiũ fructus,& commo-
da,vt currebant damna,vltra id,quod caruit tàm
maximis quãtitatibus, proùt conſtat executorijs
quot debebantur maioratui,ad notata per Bald.
in l.2. §.ſolet ff.de hæred.vel actio.vend. Et ita
debet manuteneri maioratus, & poſſeſſor illius
in poſſeſſione dictorum introituum ſurorum
Carrionis, & reſidui Tertiarum Rondæ pro di-
ctis 10.contis 466v502 marauedis vltra onera,
cum quibus fuit facta addictio.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Et cùm non ſit probata læſio non ſolùm enor-
miſſima, verùm neque enormis, non poteſt dici,
50 aut prætendi, † quod cùm læſio enormiſſima
contineat in ſe dolum præſumptum, l. omnes §.
Lucius ff quæ in fraud.credit. & l.ſi ſuperſtite
C.de dolo, Paul.de Caſtro conſ.156.nu.1.par.2.
Decius conſ.180.nu.6.Gama deciſ.Portugal 94.
nu.3. deciſ.198 nu.2. deciſ.232.num.1.& deciſ.
266.eod.num. Mandel.conſ.81. à nu.49.& conſ.
89.à num.5. Menoch.lib.1.de arbitr.quæſt.71.à
51 nu.8. † poteſt opponi vltra quadriennium, imò
vſque ad annos triginta, & quòd in iſto caſu ve-
niunt fructus in reſtitutione, vt ex Greg. Lopez
in l.fin.tit.fin.par.6.gloſ.vlt. & Roder.Xuarez al-
legat.21.col.2.& alijs tradit Parlador.d.lib.2.rer.
quotid.cap.fin.par.5.§.16.nu.13.& 14. oſtendam
euidentèr, quòd non ſunt læſa bona,& patrimo-
nium dicti Archiepiſcopi, imò læſionem reſul-
tare contra dictum maioratum, & poſſeſſorem
illius; nàm licèt defenſor in genere allegauerit,
quòd tertiæ Ciuitatis Rondæ ſunt magni valo-
ris, & vnitis inſimùl Iuris fuit grauoſa multùm
venditio iudicialis; ſed perueniẽdo ad diſcutien-
dum, quod verè in hoc ineſt manifeſtum reddi-
52 tur contrarium, † nàm vltra, quòd pretium iu-
ſtum cuiuſuis rei non conſiſtit in puncto inuiſibi-
li; ſed habet latitudinẽ per gradus, quemadmo-
dùm ex Ariſtotele d.lib.2.Æthicor.cap.6. docet
Couar.lib.2.variar.cap.3.Rodriguez lib.1.de an-
nuis reddit.quæſt.11.nu.4. maxime in materia
53 dependenti à fructibus,in quibus † tertiæ Ron-
dæ, ſicut aliæ tertiæ regiæ conſiſtunt, quæ pro-
pter ſterilitatem, aut abundantiam non poſſunt
habere vniformitatem in valore, vt ponderãt Ia-
cob. de Aren.in d.l.2. C. de reſcind. vendit. vbi
Bald.nu.29.meliùs in l.ſi fundum nu.3. C.de rei
uendic.Roder.Xuarez in l.4. tit.*de las Iuras* nu.
21.lib.2.fori, Eſcobar de ratiocin.cap.16.nu.39.
Ludouic. Gomez. in reg. Cancell. de valore ex-
54 primendo quæſt.11.verſ.*prætereà*. † Et quòd ita
non conſideratur immoderata læſio in iuſto pre-
tio, argum. l ſcio ff. de in integr. reſtitut. Gloſ.
Bar.& DD.in l.1.ff.ſolut.matrim.Ioan.de Imol.
conſ.9.nu.2.Eſcobar vbi proximè cap.41.nu.12.
Flamin.Pariſ. lib.3.de reſignat.benefic. quæſt.7.
55 nu. 26. † In materia iuſti pretij rerum non at-
tenditur ſingularis,aut particularis affectio, quæ
habetur ad illas,ſed communis,& generalis æſti-
matio hominum, ex l. pretia rerum ff. ad legem
falcid.Gloſ.& DD.in d.l.2.C.de reſcind.vendit.
vbi Pinell. 3.par. cap.vlt. l.ſi ſeruum 33. ff. ad l.
aquiliam, Franc.Marc.quæſt.484.nu.1.& 37.Al-
uar.Valaſc.in praxi partit.cap.10.nu.1.Macagna
Azoguidus lib.2.de commun.opin. cap.5. nu.9.
In rei veritate tempore dictarum addictionum
tertiæ Rondæ non exiſtebant in bonis dicti Ar-
chiepiſcopi, ſed mediocris illarum portio,nàm
vt apparet ex ſcripturis productis in præſenti
cauſa per D. Franciſcum de Valdes Oſorio, &
eius tutorem erant per prius ſituatæ diuerſis ti-
tulis ad fauorem aliorum reditus annui tercen-
torum quinquaginta mille marauedinorum in
perpetuum,& alij centum mille Eccleſijs Hiſpa-
lenſi,& Malacitanæ, anniuerſariorũ cauſa, & illi,
qui celebrantur in Eccleſia Hiſpalenſi ſunt pro
anima dicti Archiepiſcopi. Et ita hoc erat æs
alienum cum onere, cuius fuerunt factæ vendi-
tiones,& addictiones.Et ita non poteſt dici,fuiſ-
ſe hos reditus Archiepiſcopi, nec in illius bonis,
56 quia illud ſolùm dicitur eſſe in bonis, quod ſu-
pereſt deducto ære alieno. l.mulier bona ff. de
iure dotium, l.non ampliùs §.fin. ff.de legat.1. l.
cùm autem pars bonorum ff. de legat.2. l.fin. ff.
de vſufr.legat.l.nõ poſſunt ff de iure fiſci, l.ſub-
ſignatum §.1. & l. veniſſe 165. vbi Alciat. ff.de
verbor.ſignif. l.ea demùm C.de collat.& l.ſi vni-
uerſæ C.de legat.Alciat.reſponſ.313.incip.ſolle-
re nu.1. Menoch lib.4 præſumpt.109.num.8.&
præſumpt.143.nu.14 Matienzo in l.2.tit.2.lib.5.
recopil. gloſ.2 nu.11. Rota Romana deciſ. 527.
nu.1.par.1. Surd.de aliment. tit.9.quæſt.16.nu.
32.& quæſt.26.nu.85.Roderic.Xuar.in l.1.tit.*de
las Arrhas* nu.5. Ricciard.in rub.de bonor.poſſ.
nu.28.Azeued.in l.3.tit.4.lib.8.recopil.num.14.
Maſcard.de probat.tom.1.concl.201. nàm vt ait
Caſſiodor. lib.7. variar. epiſt.vlt. *Quid prodeſt ſi
quiſpiam videtur idoneus,& fieri non poſſit à con-
tractis nexibus abſolutus? egenti ſimilis eſt,qui red-
dere nequit alienum, nec dici poteſt proprium, quod*
57 *liberare Dominum non videtur addictum*. † Et
quòd reditus ſuper re aliqua ſituati ſint æs alie-
num, tradunt Alex.conſ.12.nu.2.& 3.lib.1.& ex
l.mulier in princ. cum ſimil. ff.de iure dotium,
Eſcobar de ratiocin. cap.31. nu.17. verſ.*contra-
riam* & ſeqq.
58 † Et confirmatur, quia non dicuntur fructus,
niſi qui remanſerint deductis, & excomputatis
oneribus ſuper eis impoſitis, l.1. C.de fructib.&
litium expenſ.vbi Bald.l.2.& 3. ff.de in rem ver-
ſo, idem & Salyc.in l.in inſulam nu.1. ff.de neg.
geſt.l.ſed ſi adierit ff.pro ſocio,l.ſed ſi hoc §.cui-
dam ff de condit.& demonſtr.vbi Bal.nu.1. Iaſ.
in l.illud notab.1.C.de collat,Ioan.Bapt.Ferret.
conſ.354.nu.16. Cæphal.conſ.290.nu.16. tom.2.
Caualc. deciſ.Fiuizan.5.nu.12.pat.1. Aym.conſ.
145.nu.9.Caſſad.dec.19.de præben.Puteus dec.
322.nu.1.par.3. Paul.Æmil.deciſ.Rotæ 313. nu.
3.par.2.& deciſ.328.nu.2.par.3. Rota deciſ.548.
nu.1.par.1. diuerſar.Sacri Palatij, Andr. Gamb.
59 lib.6.de poteſt. Legati nu.563. † nàm cùm onus
ſemper rem comitetur, l.diſtractis, l.pignoris C.
de pignor. & l.apud Iulianum §.hæres ff. de leg.
1. Bald.in l.cùm hi in addit. nu.2. ff.de tranſact.
cap.paſtoralis de decim. Alciat. reſponſ.569. nu.
8. Feder. de Senis quæſt.81. num.4. Andr.Sicul.
conſ.1. num.16.& ſeqq. vol.3. Beroius quæſt.63.
nu.2. Crau.conſ.216.nu.5. Auendaño in cap.præ-

torum

Digitized by Google

torum 2.par. cap.14.num.19. Azeuedo conſ.17.
60 nu.14. † minus valet res quantũ importat onus
annexum, l.1. §. ſi hæres ff. ad S.C. Trebell. vbi
Soccin.num.3. Iaſ.nu.9.& 10.Ripa 26. Matienzo
in d.l.1.tit.11.lib.5.recop. gloſ.2.num.25.& 26.
vbi Azeuedo num.15. ait, quòd onus rei venditæ
infixum minuit valorem eius, & eſſe habendam
conſiderationem ad inſpiciendum, an interuene-
61 rit læſio, vel non, † quia onus eſt pars pretij, ſe-
cundum Abb. in cap.in aliquibus de decim. vbi
Additio, idem Azeuedo in l.2.tit.1.lib.2. recopil.
nu.17.& in l.1.tit.8.nu.17.lib.5.Rota Romana
deciſ.617.num.4 par.1.diuerſ.Sacri Palatij. Hoc
62 confirmatur, † nàm licèt DD. dicant, quòd va-
lor, & æſtimatio rei conſideratur, & attenditur,
attenta quantitate redituum, l. ſi quos C. de re-
ſcind.vendit, l.ſi fundus ff.de bonis libert. l.fun-
dum per fideicommiſſum ff.de legat.1. & l.3.§.
diui fratres ff.de iure fiſci, Auth.de alien.& em-
phiteuſi §.hoc autem collat.9. Ioan. Garzia de
Hiſpan.nobilit.gloſ.6.§.1.nu.6. Matienzo d.gloſ.
2. num.14.

Eſt concludentèr probatum per dictum D.
Franciſcum, & eius tutorem, quòd tempore di-
ctarum addictionum, quod vt fundatum eſt, &
probat Cæſar de Graſſ. deciſ Rotæ 97. tom. 3.
attenditur quòad valorem, & onera realia, erant
etiàm ſituati ſuper dictis Tertijs D.Ioanni Oſſo-
rio de Valdes centũ mille marauedini annui eius
vita durante, & fuere illi ſoluti per D.Ferdinan-
dum de Valdes ab anno 1587. vſquè ad annum
63 1596. quo deceſſit. † Et hoc etiàm minuebat
valorem dictarum tertiarum, & illarum reditus,
cap. cùm Ioannes, vbi notatur de fide inſtrum.
vbi Felyn. nu 4. l.fundi partem ff.de contrahen.
empt.gloſ.& Bart.in l.mortis cauſa §.vlt. ff.de
donat.cauſa mortis, Flamin. Pariſ. de confiden.
benefic.quæſt.52.nu.10.

Et quia conſtat ex actis, quòd reditus tertia-
rum Rondæ anno quolibet ſatisfaciunt plura
onera, & expenſas, præſertim 56.V.marauedino-
rum pro ſalarijs, & expenſis vnius Canonici, &
Notarij qui accedunt ex Ciuitate Malacitana ad
affictandum, vel faciendum reditus, & reponen-
dum fructus in camera, ſeù cilla communi. Alij
26.V. pro gabella, ſeù alcauala venditionis fru-
ctuum 13.V. ex recollectione à locis, in quibus
delegantur dictæ Tertiæ, donec reponuntur in
cameris 6.V.800. pro conductione camerarum
12.V.perſonæ habenti curam cuſtodiendi, & ad-
miniſtrandi 20.V. perſonæ, quæ deſtinatur ad
ſumendam rationem adminiſtratoris, & procu-
randum venditionẽ fructuum 20.V.400. pro ve-
ctura pecuniarũ à Ciuitate Rondæ ad hanc Re-
giam Curiam, in qua domicilium habebat dictus
D.Ferdinandus de Valdes, & ad præſens reſidet
D. Franciſcus eius filius. Et ex partitis inexigibi-
libus 15.V.quæ vnitæ efficiũt ſummã 169.V.200.
marauedin. Et omnes iſtæ partitæ tanquàm one-
ra ordinaria fructuum debent deduci ex valorẽ
64 dictarum Tertiarum; nàm vt inquit text. in l.
quod in fructus ff.de vſuris, *quod in fructus redi-
gendos expenſum eſt, non ambigitur ipſos fructus
diminuere debere.* Et ibi Florian.nu.1.in l.fructus
ff. ſolut. matrim. l. ſi à domino, vel à patre §.vlt.
ff.de petit. hæredit. ibi, *fructus dicuntur deductis
impenſis, quæ quærendorum, conſeruandorumque
eorum gratia fiunt,* Tiraquell.de retract.lignag.§.
15.gloſ.1.nu.1.& 2. Matheſil.in l.1. num.1. C.de
fructib.& litium expenſ.Franciſc.Cremenſ.ſing.
234 gloſ. Barr.Angel.& alij in l.in fundo ff.de rei
vendic. Paul.Caſtrenſ.in l.fructus num.2. C.de
actio.empt.Barbatia conſ.12.num.9.lib.1.Abbas
in cap.paſtoralis num.9.de decim.in cap.ſi pro-
pter num.13. de locato, gloſ.verbo *expenſis* in
cap.quoniàm de vita, & honeſt.cleric. Gambara
lib.6.de poteſt.Legati num.209. Couar.lib.3.va-
riar.cap.3.num.3. Menoch.de recup. poſſeſſ. re-
med.15.num.574. Nauar.conſ.3.nu.3. de donat.
Surd. de aliment. tit.8. priuileg 82.num.7. tit.9.
quæſt.12.num.15. Ioan.Andr.Georg.alleg.1.nu.
2.Paul.Æmil.deciſ.Rotæ 344.num.1.par.1. Seſſe
deciſ.Arag.136.nu.1.& 2.tom.2.
65 † Et hæc procedunt non ſolùm in foro exte-
riori, & iudiciali, ſed etiàm in interiori, & con-
ſcientiæ, vt poſt Riccard.in 4.ſentent.diſtinct.15
artic. 5. quæſt. 6. tradit Tiraquell. vbi proximè
66 gloſ.1.num.2. † Et quòd expenſæ factæ in ſolu-
tione gabellæ, ſiue Alcaualæ, & in venditione fru-
ctuum debeant deduci à valore illorum, conſtat
ex l.quantitas ff.ad leg.falcid.quæ inquit: *quanti-
tas patrimonij deducto eo, quod explicandarũ ven-
ditionum cauſa impenditur æſtimatur,* Baeza de
decima tutori Hiſpanico iure præſtanda cap.27.
num.11. facit text. in cap.præſenti §. porrò de
officio ordinarij in 6. ibi: *Hoc de illis bonis ſolùm
debet intelligi, quæ ſolutis debitis ſi qua ſunt, & his,
quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus, & miniſtris,
ac incumbentibus honoribus, vſquè ad nouos reditus
ſupportandis congruè reſeruatis ex ipſis reperta
fuerint ſupereſſe*, gloſ. verbo *fructus* in cap. ſi tibi
conceſſo de præbend. eodem libro, Hippol. Bo-
nacoſ.tract.de ſeruis, & famulis quæſt.194 tom.
6.tract.Doctorum par.1.fol.29.Archidiac.in cap.
fin.de teſtam. in 6. nu.1. allegans l.ſumptus ff.de
67 pactis, l. qui proprio §.licèt ff. de procur. † Et
ſalaria regulantur eodem modo, proùt expenſæ,
Bald.in l.ſi quis ſciens nu.1.C.de reiuend. Tiraq.
de retract.lignag §.15.gloſ.1.num.7. Couar.lib.1.
variar.cap.3.nu.3. Boer.deciſ.44.nu.23.ad finem,
68 Baeza de decima tutoris cap.2.num.28. † Vndè
Anton.Gama deciſ.Portugall.110. nu.26. ait, lu-
crum dici deductis expenſis, & æſtimatione la-
boris perſonæ, gloſ. in l. per diuerſas C.mandati,
69 notant DD.in l.illud C.de collat.† & lucrum ſo-
lùm dicitur, quod ſupereſt deducto omni dam-
no, text.vbi notat Bart.in l.Murius, & in l.ſed ſi
adijciatur ff. pro ſocio, notatur in l.3. ff. de in
rem verſo.
70 † Et in dictis expenſis veniunt etiàm alij 14.V.
marauedini, qui anno quolibet expenduntur in
exigendis reditibus, Iuriam de Carrion. & Aui-
les, arg.l.ſi à domino, vel à patre §.vlt. ff.de petit.
hæred.vbi dicitur, quòd fructus dicuntur dedu-
ctis expenſis, quæ quærendorum, & conſeruan-
dorum eorum gratia fiunt, Roman. ſingul. 334.
l.nequè ſtipendium ff.de impenſ. in rebus dotal.
factis, l.1.§.ſi pupillus verſ.*item ſumptus* ff.de tu-
tel.& ration.diſtrahen. l.idemque §.idem Labeo
ff.mandati, Ioan. Garzia de expenſ. & meliorat.
cap.10.

cap.20. à nu.11. & ſeqq. Tiraquell. vbi proximè
num.2.& ſeqq.
71 † Quæ omnia confirmantur ex l.fundi Tre-
batiani ff. de vſufr. legat. vbi notat Bart. num.4.
quòd ſi alicui legantur fructus fundi, debet in-
telligi de fructibus, qui ſuperſunt deducta parte
colono præſtanda, l.vſufructu bonorum ff. ad l.
Falcid. Barbat. conſ.63. quæſt.3. lib.2. Io.Gutier.
lib.1. practicar. quæſt.94. nu.3. Baeza de decima
72 tutor. cap.27. nu.13. † facit l.Mutius ff. pro ſoc.
vbi inter ſocios id ſolùm communicatur, quod
ſupereſt deducto ǽre alieno, omni onere, & ſum-
ptu, Deciſio Genuæ 68. nu.10. Tiraquell. de re-
tractu lignag. §.15. gloſ.1. nu.3. Paul.Raph.& Iaſ.
in l.non ampliùs ff. de legat.1. Rota Romana de-
ciſ.124. nu.3. & deciſ.324. nu.3. par.2. diuer. Sacri
Palatij, Baeza vbi proximè nu.10. & ita reditus
ſituati ſuper tertijs, & illarum onera realia, & ex-
penſæ ordinariæ, & Iurium prædictorũ & 747.V.
200. marauedini, quos importabant iuxta regiã
Pragmaticam reditus, ſeù intereſſe pecuniarum
debitarum maioratui faciunt ſummam 1. conti
380.V.799. marauced. vltra 900.V. ſolutos dicto D.
Ioanni Oſſorio per ſpatium annorum nouem,
quibus vixit, & intereſſe illorum de anno in an-
num. qua de cauſa: & quòd tertiæ Rondæ con-
ſideratæ integraliter ſteterũt dicto Archiepiſco-
73 po in ducatis 58V. † iuxta priuilegiũ ſuper illis
expeditum, quod eſt in contrarium productum,
& non poteſt impugnari ex cap. imputari de
fide inſtrum. Capolla conſ. ciuili 2. nu.18. Boer.
deciſ.252. nu.3. Achill. de Graſſ. deciſ.2. de con-
feſſ. nu.7. lex 111. tit.18. par.3. quàmuis daremus,
& concederemus ſine præiudicio veritatis; quã
attenta non reddunt, quod ex aduerſo allegatur
74 fol.613. † quorum allegationi aduerſus eos ſtan-
dum eſt, l.cùm precum vbi Bal. C. de liber. cauſ.
Ant. de Butrio in cap. fin. nu.12. de confeſſ. Abb.
in cap. examinata nu.4. de iudic. l.2. C. de inſtit.
& ſubſtit. l.prædia C. de præd. minor. & l.mer-
calem C. de condict. ob turpem cauſam, Anton.
Gomez. tom.3. variar. cap.12. nu.4. Greg. Lopez
in l.2. tit.13. par.3. gloſ.1. Gratus reſponſ.24. nu.
9. vol.1.

Computatis annis fertilibus cum ſterilibus
vnius quinquennij non reddunt anno quolibet
vltra 500.V. marauedinos, & Iuri de Auiles, &
Carrion 259.V. reſultat ſatis clarè nõ ſolùm fuiſ-
ſe læſum patrimonium Archiepiſcopi, ſed maio-
ratum, cui fuere ceſſæ addictiones eſſe læſum in
221.V.200. marauedinis annuis, qui ſunt perditi
poſt captas dictas poſſeſſiones. Et ita cõſtat eui-
denter, quàm ſine iuſtificatione dictus defenſor
intẽderit impugnare dictas addictiones iudicia-
les, allegando extra tempus læſionem, quæ non
interfuit, cauſando litem redditionis rationum
ſuper computatione fructuum, & intereſſe, non
faciendo mentionem aliorum onerum, & expen-
ſarum, quæ ſunt ſuper dictis tertijs, & Iuris, cùm
ſi recto oculo videret, reperiſſet dictum maio-
ratum, & illius poſſeſſorem fuiſſe læſos. Et quòd
vt inquit Laſſarte de decima vendit. c.7. nu.54.
quem ſequitur Felician. tom.2. de cenſib. lib.1.
75 cap.3. num.4. † vbi creditori pluris licitanti res
ipſa addicitur in publica ſubhaſtatione non re-
ſcinditur addictio, niſi per læſionem vltra dimi-
diam intra quadriennium probatam, quia credi-
76 tor tali caſu plus offerẽs extranei loco eſt; † vn-
dè quòad eum quoquè contrahitur emptio, &
venditio, & remanet verus bonæ fidei poſſeſſor
iſtius tituli virtute, vt per Bart. in l.Celſus nu.17.
ff. de vſucap. Philip.Franch. quæſt. in materia
petitorij dub.1. num.26. Mandell. conſ.64. nu.62.
lib.1. l.bonæ fidei ff. de verb. ſignific. Couar. in
regul. poſſeſſor 2. par. §.7. nu.1. allegans l.ſi exiſti-
mans ff. pro ſoluto, l.ſi fundũ ff. de acquir. poſſ.
& l.vltima C. vndè vi.

Et benè ſenſit hoc Regia Cancellaria Valliſo-
letana; nàm cùm ad eam fuiſſet recurſus habitus
per teſtamentarios, & defenſorem appellando à
dictis venditionibus, addictionibus, ac poſſeſſio-
nibus traditis D.Ferdinando per ſententias viſio-
nis primæ, & in gradu ſupplicationis fuit confir-
matum, quod erat factum, & exequutum per di-
ctos exequutores, moderando ſolummodò ali-
quam quantitatem liquidationis fructuum; quã
fecerant portuum prædictorum del Alçado, &
Sancta Marta, & locorum de Valdellan, & Villa-
77 roañæ, qui fuerant euicti maioratui, † ſuper quo
obſtat defenſori res iudicata, l.Iulianus, l. de ea-
dem, l.ſingulis ff. de except. rei iudic. l.1. ff. de re
iudic. & l.idem C. eodem tit. cap.1. de litis con-
teſtat. in 6. vbi iſta exceptio impedit, litem con-
teſtari, Alex. conſ.42. viſo proceſſu num.1. vol.4.
Rebuff. in tract. de except. nu.601. Et ita appa-
ret, dictum defenſorem audiri non debuiſſe in
hoc iudicio ſub prætextu læſionis, quæ non eſt
probata, nec poterit apparere nedum enormis,
verùm nec in aliqua quantitate.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quàmuis ex ſecunda executoria tangente
portum Sanctæ Martæ, cùm patrimonium dicti
Archiepiſcopi deberet dicto maioratui 1. conto
491.V.762. maraued. dicti Teſtamentarij, & de-
fenſor voluerunt ſe iuuare quadam ſolutione fa-
cta, dicẽtes, quòd D. Ferdinandus de Valdes poſ-
ſeſſor tunc dicti maioratus debitor erat ex pro-
pria perſona pro alijs cauſis patrimonio Archie-
piſcopi ſimilis quantitatis, & ita oppoſuere com-
penſationem. Et fuit illis admiſſa cum onere,
quòd infra ſex menſes dictus D.Ferdinandus ha-
beret conſtituere reditus ad beneficiũ dicti ma-
ioratus, cùm deceſſerit hoc non adimpleto, non
potuit vllo modo præiudicare maioratui, nec di-
cto D.Franciſco illius nouo ſucceſſori, & mino-
ri, cui competit beneficium reſtitutionis in in-
tegrum aduerſus præiudicium, quod ex prædi-
78 ctis potuiſſet ei ſubſequi; † nàm vltra, quòd cõ-
penſatio etiàm in caſibus, in quibus admittitur
de iure, non cenſetur ſolutio vera, ſed imagina-
ria, & ficta, l.ſi debitum ff. qui potior. in pignore
habeant. & l. ſi peculium §.1. ff. de ſtatuliberis,
Crotus conſ.139. nu.7. Pariſ. conſ.121. nu.19. vol.
3. Tiraquell. de retract. lignag. §.3. gloſ.3. num.6.
Hieronym. Grat. reſponſ.58. num.25. lib.1. Boer.
conſ.14. nu.2. Surd. de aliment. tit.3. quæſt.1. nu.
69. Eſcobar de ratiocin. comput.14. nu.12. in
hoc caſu non poteſt, nec debet habere locum,
79 † quia in dicto D. Ferdinando debemus conſi-
derare duas perſonas, vnam priuatam, & merè
perſo-

Digitized by Google

perſonalem, aliam repreſentatiuſ tanquàm poſ-
ſeſſorem dicti maioratus, Afflict. deciſ. Neapol.
324.nu.16. dicens, quòd Baro repreſentat ipſum
80 feudũ, quod neſcit loqui, † & inquit Nauar. conſ.
6. de iure iur. quòd maioratus eſt dignitas, ſeù
perſona ficta diuerſa à poſſidente eum, quod
nouum non eſt, imò in iure ſatis vſitatum, & ad-
81 miſſum, † quòd vna perſona diuerſis reſpecti-
bus fungatur duarum vice, l. ſicut §.fin. ff.quod
cuiuſque vniuerſ.nom. l.non eſt nouum ff.de act.
empt. l.qui cum tutoribus ff.de tranſact. l.ſi pa-
ter §.qui duos ff.de adopt. l.1. §.cõmunis ſeruus
ff.de ſtipulat.ſeruor. cap. à collatione de appell.
in 6. Surd.de aliment.tit.4.quæſt.25.nu.31. Flo-
rian. in l.oſſa §.nec ſolùm num.2.ff.de religio.&
ſumpt.funer. Hippol.Rimin.in l.1.nu.368.C.qui
admitti, Flam.Pariſ.lib.12.de reſig. benef. q.10.
nu.10.& 15. Aymon.de antiq.tempor.4.par. nu.
42.Rota deciſ.100.nu.5.par.1.Sacri Palatij, Alex.
in l.cum filio nu.26.ff.de legat.1.l.ſi Conſul ff.de
adopt. & ſunt pulchra verba in l.tutorem ff.de
his, quibus vt indign. ibi : *diſcreta ſunt enim iura,
quàmuis plura in eandem perſonam deuenerint*,
Didacus à Brito in quodam ſuo conſilio in cauſa
maioratus Regiæ Coronæ Luſitaniæ num.13. &
quandò diuerſa iura concurrũt in perſona vnius,
æquè eſt, ac ſi concurrerent in diuerſis perſonis,
notatur in l.ſi plures ff.de pactis, Bald.conſ.167.
incip. Titius vendidit nu.1. in fin. lib.1. d.l.tuto-
rem, ibi : *aliud tutoris, aliud legatarij, & cùm non
ſuæ perſonæ iure, ſed pupilli accuſauerit, propriam
pœnam mereri non debet*, Menoch.conſ.335. nu.
46. vol. 4.

Et cùm Don Ferdinandus egiſſet tanquàm
82 poſſeſſor dicti maioratus, & illius nomine † at-
tenditur perſona ficta maioratus, quã repreſen-
tabat, non ipſius Domini Ferdinãdi ipſum repre-
ſentantis perſona, l.deniquè §.fin.ff.de minorib.
Surd.conſ.140. nu.16.& de aliment. tit.1.quæſt.
39.nu.6. Florian.in l.Titia §.ſi ea conditione nu.
3. ff.de legat.2. dicens, quòd quicquid facit per-
ſona repreſentans, videtur fieri à perſona repre-
83 ſentata; nec inſpici debet per quem actus expe-
diatur, ſed in quæ eius effectus dirigitur, l. ſi
legatarius C.de legat. l.cum filio ff.de legat.1. &
l.ſi defunctus C.de ſuis, & legitim.hæred. Ludou.
Gomez.in cap.1.num.77.de reſcript.in 6. & ex
cap.& dixi de conſecr.diſt.1. Hieron.Gonzal.ad
reg.8.Cancell.de alternat.gloſ.9.§.2.nu.38.l.3.C.
de liber. præter. Vincent.de Anna alleg.97. nu.2.
84 l.qui mihi ff.de donat. † Et quia inſpicitur per-
ſona, ad quam effectus, non ad quam verba di-
riguntur, l.iſti quidèm §.fin.ff.de eo, quod met.
cauſa, l.ſeruo legato §.ſi teſtator ff. de leg.1. vbi
Bart.l.1.§.nunc de effectu, l.ſi quis reũ §.1. ff.de
liber.legata, Aym.Crau.conſ.56.nu.5.Surd.deciſ.
324.nu.8.text.in l.ſi extraneus ff.de iure dotium
in fine, ibi : *Acquiri autèm mulieri accipiemus, ad
quam rei commodum reſpicit*; idem probat tex. in
l.vnica §.videamus vbi Bald.C.de rei vxor.actio.
facit l.fideicommiſſa §.cùm eſſet, & §.interdùm
ff.de leg.3.Bart.in l.2. §.interdùm ff.ad Tertull.
Soccin. conſ.84.nu.7.vol.1. Mandell.conſ.23.nu.
13.lib.2.Alciat.reſponſ.55.nu.8. Crauett.in rub.
ff.de legat.1.nu.119.ex l.miles ad ſororem, l.cùm
pater §.donationis ff.de lega.2. l.Titio §.ſi Titio
ff.de condit. & demonſtr. l.ſed ſi plures §.in ar-
rogato ff.de vulgar. & pupill. ſubſtit. l.iſti quidẽ
§.fin.ff.de eo, quod metus cauſa, l.1.§.nunc de
effectu, l.ſi quis reum §.1.ff.de liber.legata.

85 † Et quemadmodùm factum, aut debita con-
tracta per dictum D.Ferdinandum de Valdes nõ
poterant generare præiudicium maioratui, nec
dicto D.Franciſco illius poſſeſſori, & nouo ſuc-
ceſſori, l.meminerint C.vnde vi, regula non de-
bet de regul.iur.in 6. Bellamera concluſ.694. nu.
5.Roland.à Valle conſ.69.nu.48.vol.4.cap.1.de
iniur.in 6. Probus ad Monach.ibi nu.11.Caualc.
deciſ.5. nu.2.par.1. bonus text. in auth.vt non
fiant pignorationes collat.5.ibi : *Non enim habet
rationem, alium quidèm eſſe debitorem, alium verò
exigi; ſed nec alteri moleſtum eſſe pro altero quodã
tanquàm inuaſionem, aut iniuriam committente*,
Caſſiod.lib.4.variarum epiſt.10.dicens : *his multò
acerbiora iungentes alienis debitis ad ſolutionem
alios trahi*, & epiſt. 14. vbi ait : *Magni peccati ge-
nus eſt, alienis debitis alterum prægrauare, vt quod
poteſt exigi non mereatur audiri, ſua quique dam-
na reſpiciant, & is ſoluat tributum, qui poſſeſſionis
noſcitur habere compendium*, Iacob. Aluarot. §.itẽ
ſi fuerint nu.4.in tit.quib.mod.feud.amitt.vt in
proprijs terminis maioratus, quòd anteceſſoris
factum non noceat ſucceſſori ex ſuo, & indepen-
denti iure, & vocatione venienti, ex l.3. cũ ſimil.
ff.de interdict.& relegat. tradit Molina lib.1.de
Hiſpan.primog.c.10.nu.1.33.& ſeq.

86 † Et ita non potuit opponi compenſatio de-
biti, quod re vera reputabatur alienum, cùm non
illud deberet maioratus, l.in rem ſuam, l.ſi cùm
militi ff.de compenſat.& l.eius vbi Bald. C.eod.
tit.Deciſio Genuæ 10.nu.3.dec.28.nu.5.Menoc.
conſ.195.lib.2. Matth.de Afflict. deciſ.Neap.19.
87 nu.4. † dicens, quòd de publico ad priuatum
non fit compenſatio, † ſicut nec de vna ſtatione
88 ad aliam, l.1.& 3. C.de compenſat. † nec ſocius
compenſat cum ſocietate creditum, quod ex alia
cauſa habet, l.actione 66. §. morte verſ. *commu-
nis* ff.de compenſ. Bald. nu.5.in d.l.eius, Tynda-
rus tract.de compenſ. art.7. Ioan.Vinc. de Anna
alleg.80.nu.1.Bart.Bald.& Salic.in d.l.eius, Petr.
de Vbald.trac.de duobus fratribus par.5.quæſt.
32. num.35. & ſeq. Borgn.Caualc. tract. de tu-
tore num.220. Felician. tom.2. de cenſib. lib.4.
cap.vnic.nu.13.Deciſio Genuæ 26. nu.30. Socc.
ſenior conſ.65.num.fin.lib.4.Gregor.Lopez in l.
24. tit.14. par.5. gloſ. fin. Eſcobar in tract. de
89 ratiocin.cap.36.nu.6. † Et facit pulcher text.in
l.id, quod ff.de compenſat.quæ ait : *Id, quod pu-
pillorum nomine debetur, ſi tutor petat, non poſſe
compenſationem obijci eius pecuniæ, quam ipſe tutor
ſuo nomine aduerſario debet*; qui eſt ſatis confor-
mis caſui noſtro, nàm quod petijt D.Ferdinãdus
de Valdes, qui fuit tutor, & adminiſtrator ma-
ioratus, quem poſſidebat, cui non potuit opponi
compenſatio quantitatum, quas ipſe proprio, &
90 priuato nomine debebat, † facit l. ſi pater tuus
C.qui bonis cedere poſſunt, vbi pro debito pa-
tris non capitur peculium ad filium ſuo iure ſpe-
ctans, optimè Cæſar de Graſſ. deciſ.137. aliàs 2.
de ſolutionib.nu.4.dicens, iniuſtum eſſe, vt debi-

tum

Digitized by Google

tum vnius compenſetur cum credito alterius, d.
l.eius vbi Bald.nu.3.C.de compenſat.

Et ita conſtat, quòd dictus maioratus, & eius
poſſeſſor nihil debent memorijs dicti Archiepi-
ſcopi, imò ſunt earũ creditores in ſumma 374 V.
399. maraued. annui reditus, pro quibus habet
oppoſitã reconuentionẽ præfatus D.Franciſcus,
in cuius fauorem debet pronunciari; tàm quia
cauſa illius eſt fauorabilior, quàm patrimonij di-
91 cti Archiepiſcopi debitoris; † nàm cùm credi-
tor agat de damno vitando, eſt magis conſulen-
dum ei, l.ſcimus §.ſin autèm legatarius C. de iu-
re deliber. l.quod autèm §.ſi quis ff.quæ in fraud.
credit. l.obligatione ff.de pignor.actio. l.qui pe-
culij ff.de peculio legato, Pileus quæſt. 5.in med.
maximè cum dictus maioratus ſit tàm principa-
lis, & qualificatus, & caput domus, & familiæ di-
cti D.Archiepiſcopi, in quo deſiderauit, & affe-
ctauit conſeruare, & perpetuare memoriam ſui,
augendo illum, vt in ſimili ait Rota deciſ.128.nu.
2.par.2.diuerſ.Sacri Palatij.

Et ita interuenit publica vtilitas, quòd conſer-
uetur, & non diminuantur illius reditus, auferen-
do, & non conſtituendo reditus capitalis dictorũ
vniùs conti 491. V 762. maraued. & quod plus ei
92 debetur, † cùm publicè interſit, vt familiarum
dignitas ſalua ſit, l. 1. §.penul. ff.de ventre inſpic.
93 † Conſtat autèm, quòd per diuitias familiarum
conſeruatur honeſtas, quæ per inopiã ſordeſcit,
l.1. ff.de cuſtod.reor. Auth.de defenſorib.Ciuit.
circa princ.collat.3. & Auth.vt omnes obediant
Iudicibus Prouinciarum §.1.collat.5. l. ſi credito-
res ff.de priuileg.credit. l.pietatis C.de ſuſpect.
tutorib. & ex l.3. ff.de teſtament. & Anton. de
Petrutijs in l.1. nu.52. ff. de iureiur. tradunt Se-
baſtian.Medices tract.de caſibus fortuitis cap.4.
nu.55. Barbatia conſ.41.nu.2.lib.3. & in rubr.de
ſucceſſ.ab inteſt.num.2. Marzar.conſ.22.nu.51.
Troill.Maluit.tract.de ſortibus par.3.nu.3.Ioan.
Bapt.Lup. tract.de vſur. §.5.nu.7. optimè Ioan.
Andr.in Addit.ad Spec.ſuper d.rubr.de ſucceſſ.
ab inteſt.col.2.verſ.*eſt ſciendum, quod Iacobus de
Aretio*, Cardin.in clem.1.nu.8.de baptiſmo, Ti-
raquell.de nobilit. cap.3. nu.5. & 6. & in l.ſi vn-
quàm, verbo *facultatum* nu.1.& ſeqq.C.de reuoc.
donat. Bolognet.in reſponſ.pro Triuultijs n.89.
Vincent.de Franch.deciſ.Neapol.91.nu.3.& de-
ciſ.375.eod.num. per text.in auth.de teſtibus §.
ſancimus, Rota deciſ.72.nu.6.par.1.diuerſ. Sacri
Palatij, Molina lib.1. de Hiſpan. primog. cap. 2.
nu.25.Mantica de coniectur.vltim.volunt. tit.1.
94 nu. 45. † nàm ſicut diuitiæ ad conſeruandam
nobilitatem conferunt, vt tradit Medices tract.
de diffinitionib. diffin.42.nu.16. Blanc.in epito.
95 feudor.lib.2.nu.35. † è contrario periculoſa res
eſt paupertas, vt tradit Papienſ. in forma libelli
in actione hipothecaria gloſ. *ſine aliqua* num.8.
96 † Nàm egeſtate ſordentibus vita eſt ſupplicium,
& mors ſolatium, l.quiſquis §.filijs C.ad leg. Iul.
maieſt. cap. ſi quid reſtium de teſtib. Socc.conſ.
168.nu.38.& conſ.181.nu.36.vol.2. Marc.Anto.
Natta conſ.675.num.11.facit l.3.in princ.ff.de
teſtib. Aluarado de coniecturata mente defuncti
97 lib.2.cap.3.§.4.nu.14. † Nec ob aliud antiqua
lege Locrenſium cauebatur, nè quis patrimoniũ
alienaret, niſi in euidentem calamitatem ſuper-
ueniſſe oſtenderet, vt ſcriptum reliquit Ariſto-
98 teles lib 2.Politicor.cap.5. † Quod maximè vi-
get ad fauorem dicti D.Franciſci de Valdes tan-
quàm maſculi conſeruantis decus, & memoriam
familiæ Teſtatoris, iuxta ea, quæ latè tradit Bar-
batia in d.rubr.de ſucceſſ. ab inteſt. nu.2. Et ex
his omnibus apparet clara illius iuſtitia, & ſui
maioratus, vt manuteneantur in poſſeſſione di-
ctarum Tertiarum Rondæ, & Iurium de Auiles,
& Carrion, vtquè illi ſoluatur quantitas contenta
in eius reconuentione: impoſito in reliquis per-
petuo ſilentio dictis exequutoribus, & defenſo-
ri, ſaluo, &c. Matriti 13. Iulij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Captura debitoris ſuſpecti de fuga poteſt de-
cerni cum ſemiplena cauſæ cognitione, & die
feriato.*

2 *Captura debitoris ſuſpecti cenſetur modici præiu-
dicij, & tollitur cautione de iudicio ſiſti.*

3 *Semiplena probatio, aut iuramentum ſufficit in re-
bus modici præiudicij.*

4 *Debitor ſuſpectus de fuga non poteſt conqueri de
captura, niſi ſe locupletem oſtendat.*

5 *Literis, ſeù epiſtolis Epiſcopi aſſerentis, clericum
fugere pro debitis, quandò credatur.*

6 *Teſti vnico valdè digno creditur.*

7 *Epiſcopi perſona dicitur egregia, & valdè digna.*

8 *Epiſcopi aſſertioni creditur.*

9 *Epiſcopi ſolius teſtimonio credi etiàm in ſingulari
iudicio.*

10 *Præuentio fugæ ſi appareat ex ſignis, debitor ſuſpe-
ctus carceratur.*

11 *Suſpectus de fuga capi poteſt die feriato in hono-
rem Dei.*

12 *Debitor ſuſpectus de fuga capi poteſt etiàm in loco
incompetenti.*

13 *Debitor ſuſpectus de fuga capi poteſt per Iudicem
penitùs incompetentem.*

14 *Suſpitio fugæ facit competentem Iudicem, qui aliàs
non eſſet.*

15 *Clericus ſuſpectus de fuga capi poteſt per Iudicem
incompetentem.*

16 *Creditores poſſunt detinere debitorem fugitiuum,
& bona ei auferre.*

17 *Auctoritate propria ſi aliquis poteſt facere, poterit
mediante Iudice etiàm incompetenti.*

18 *Clericus debitor fugiens pro debitis, capi poteſt
etiàm a Iudice laico.*

19 *Periculum vbi eſt in mora, recedimus à regulis iu-
ris communis.*

20 *Vagabundus poteſt vbicunq; cõueniri, & ſimilitèr
ſuſpectus de fuga, & nu.24.*

21 *Fugitiuus poteſt inſequi, & capi etiàm extra Pro-
uinciam.*

22 *Fugæ periculum vbi eſt, debet celeritèr occurri.*

23 *Actus, qui poteſt fieri ſinè Iudice, valet ſi fiat cum
eo minus ſolemnitèr.*

24 *Fuga ſonat in delictum magis, quàm vagatio.*

25 *Captura licèt non ſit ritè facta, ſi tamen conſtat de
debito, captus retinetur.*

Digitized by Google

26 *Fuga conſtat ex abſentatione à domicilio, & probatur coniecturis.*
27 *Fideiuſſor de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, quandò poſſit abſq; nouo proceſſu compelli.*
28 *Stipulatio de iudicatum ſoluendo vt committatur, requirit, litem eſſe conteſtatam cum reo principali.*
29 *Sententia Iudicis eccleſiaſtici, à qua fuit appellatum, exequi non poteſt, donec ſint tres conformes ſententiæ.*
30 *Fideiuſſio de iudicatum ſoluendo in vna inſtantia expirat, ſi fuerit appellatum à ſententia per principalem, & nu. 36. & 55.*
31 *Fideiuſſio quandò facta eſt in omnem cauſam, non extinguitur appellatione.*
32 *Inſtantia cauſæ appellationis diuerſa eſt à prima.*
33 *Iudex appellationis eſt ſuperior, & diuerſus à primo.*
34 *Deciſiones ad fauorem fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo adducuntur, quandò principalis appellauit.*
35 *Appellatio ſuſpendit condemnationem.*
37 *Fideiuſſor regularitèr non conuenitur in plus quã principalis.*
38 *Appellatione pendente nil innouari poteſt in principali, nec appendicijs.*
39 *Appellationi in dubio eſt deferendum.*
40 *Attentans magis delinquit, quàm ſpoliator.*
Attentans, Iudicem, & partem contemnit, & offendit, eodem numero.
41 *Attentatorum remedium benignum eſt, & fauorabile.*
42 *Attentatorum remedium debet concedi non ſolùm quandò iuſtitia eſt notoria, ſed quandò conſtat de non iure, & nu 43.*
44 *Contemptus ſuperioris conſideratur in reuocatione attentatorum potiùs quàm læſio partis.*
45 *Attentatorum remedium eſt priuilegiatum.*
46 *Excõmunicationis exceptio opponi non poteſt agenti ad reuocationem attentatorum.*
47 *Fugitiuus, & vagabundus nõ poſſunt ſe tueri prætextu, quòd Romam proficiſcebantur.*
48 *Suſpitio perſonæ facit licitum, quod aliàs non foret.*
49 *Appellare licet à taxatione expenſarum.*
50 *Fideiuſſio iuramento vallata quandò exequi poſſit.*
51 *Notario dicenti, teſtis iuratus, &c. non creditur.*
52 *Iuramentum eſt naturæ, & qualitatis actus, cui accedit.*
53 *Iuramentum recipit conditiones actus principalis.*
54 *Iuramentum non alterat actum principalem.*
56 *Executio facta die feriato in honorem Dei eſt nulla.*
57 *Iudex pecunias liberans ſinè cautione facit litem ſuam, & ibi cautela pro Iudicibus, nu. 58.*
59 *Attentatorum remedium eſt ſummarium.*
60 *Sententia lata in articulo attentatorum habet vim diffinitiua.*
61 *Sententia ſuper attentatis tranſit in rem iudicatam reſpectu Iudicis.*
62 *Attentata donec purgata fuerint, non proceditur in cauſa.*
63 *Iudice delegato, qui cognoſcere incepit, mortuo, procedit alius nominatus in commiſſione.*
64 *Appellatio debet interponi intra decem dies.*
65 *Appellatio quandò poſſit coram honeſtis perſonis interponi, & nu. 66.*
67 *Appellatio regularitèr debet interponi coram Iudice propter eius, & iudicij honorem.*
68 *Appellatio extraiudicialis non eſt propriè appellatio.*
69 *Appellatio extraiudicialis, vt aliquid operetur, debet parti intimari.*
70 *Appellationis cauſa debet committi intra tempus iuris.*
71 *Commiſſio ceſſat, ceſſante, aut ſublato illius fundamento.*
72 *Clauſula* ſinè præiudicio legitimæ executionis *quid operetur.*
73 *Clauſula* ſinè præiudicio *facit commiſſionem conditionalem.*
74 *Citatio perſonalis partis requiritur in actibus præiudicialibus.*
75 *Citatio redditur nulla ex ordinis peruerſione.*
76 *Facultas citandi abſentem per edictum, intelligitur iuxta formam iuris communis.*
77 *Mandatum reſtrictum ad certum Iudicem, non extenditur ad alium.*
78 *Conſtitutiones Pontificiæ de vna, aut tribus dietis in reſcriptis adducuntur.*
79 *Incolatus, & domicilium attenditur, & non origo circa dietas.*
80 *Forus domicilij potentior eſt, quàm originis.*
81 *Dietæ computantur a fine Diœceſis domicilij.*

P R O

Doctore Antonio Carmona Vicario Generali Archiepiſcopatus Valentini.

C O N T R A

Geneſium Sanz de Almodouar Clericum Presbyterum Archiepiſcopatus Carthaginenſis.

A R G V M E N T V M.

De Clerico pro debitis carcerato, & fractis carceribus fugiente extra ſuã Diœceſim; qualitèr valeat vbicunque, & à quocunque Iudice detineri; Et de non extendenda cautione vltra naturam iudicij; Et de reuocatione attentatorum poſt interpoſitam appellationem.

CON-

CONSILIVM CLVII.

PRæſupponitur in facto, quòd ex duabus requiſitorijs in hoc iudicio productis conſtat, qualitèr dictus Geneſius Sanz reperiebatur carceratus in carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ Carthaginẽſis pro diuerſis ſũmis pecuniarum, præſertim pro regalibus tercentum debitis Ioanni Guerrero, & nonigentis debitis Epiſcopo D. Alphonſo Coloma, & alijs ſexcentũ debitis Capellanis illius Eccleſiæ, & ſugit à poſſe Carcerarij, & præueniẽdi cauſa præfatus Epiſcopus ſcripſit Epiſcopo Barcinonenſi, certiorans ipſum de dictis debitis, & fuga, rogansque vt ſi dictus Geneſius Sanz vellet nauigare in Italiam, detineret eum, proùt cũ effectu euenit, & cùm ipsũ detineri feciſſet carceratum, fuit habitus recurſus per eum in gradu appellationis ad Archiepiſcopum Tarraconenſẽ Metropolitanum, coram quo die nono Ianuarij 1606. Ioannes Pœnianus Notarius obtulit cautionem de rato nomine dicti Epiſcopi Carthaginenſis pro actis ab eo faciendis tantùm, quam fecit Doctor Carmona, quæ tamèn poſtea apparuit extenſa, quòd etiàm ſatisfierẽt dicto Geneſio Almodouar expenſæ litis pro Aduocato, & Procuratore, & actis, & intereſſe, quod paſſus fuiſſet ex cauſa ſuæ capturæ, & detentionis, caſu quo Epiſcopus Carthaginẽſis ſuccubuiſſet: dieq; vigeſimoſeptimo eiuſdem menſis ſententiã protulit ad ſauorem dicti Geneſij, declarando: bene appellaſſe, iubendoq; illi ſatisfieri omnes expenſas, & damna ſuæ capturæ, & detentionis, & cum pro parte Epiſcopi Carthaginenſis fuiſſet appellatum à dicta ſententia coram Vicario Tarraconenſi petendo Apoſtolos cum inſtantijs opportunis conceſſit reſutatorios non deferendo appellationi, & ad inſtantiam dicti Geneſij taxauit expenſas in nonagintaquinque libris, & decem, & ſeptem ſolidis, & alijs ſex ſolidis pro quolibet die detentionis illius, tribuſq; alijs ſimilibus pro quodam eius nepote illum comitante: iuſſitque illũ excarcerari, literaſq; decreuit, vt intimaretur dictus Doctor Antonios Carmona, qui priùs tanquàm Vicarius Carthaginenſis proceſſerat, & literas requiſitoriales expedierat ſuper carceratione, & detentione dicti Geneſij. Quibus literis intimatis conſtituit Procuratorem per quẽ 11. Martij eiuſdem anni fuit comparitum coram Vicarjo Tarraconenſi allegando exceptiones, & appellando ab eius ſententia, & taxatione ſalariorum, & expenſarum, & nihilominùs iterùm appellauit à noua condemnatione per eum facta 29. dicti menſis Martij, in qua etiàm addiderat aliam nouam taxationem expenſarum, & ſimilitè dictus Vicarus expediri fecit literas executoriales, & quàmuis fuiſſet tertiò appellatũ, & proteſtatum de attentatis, iuſſit executionẽ fieri die dominico 30. Aprilis ſequentis. Et fuit factum depoſitum, proùt ex bonis dicti Antonij Carmona librarum 140. quinque ſolidi, & quatuor denarij, quæ iuſſit cõſignari eidem Geneſio cum ſola illius juratoria cautione. Et cùm vigore dictarum appellationum pro parte dicti Doctoris Antonij Carmona fuiſſent obtentæ à Tribunali D. Nuntij Apoſtolici literæ commiſſionales Iudicibus Synodalibus Barcinonenſibus inſolidùm, & productæ Doctori Michaeli Palmerola vni ex dictis Iudicibus, qui expediuit literas ordinarias citationis, inhibitionis, & compulſationis actorũ, illis intimatis dicto Geneſio 17. Iulij eiuſdẽ anni, omnibus reproductis, & inſtantia facta pro reuocatione attentatorum, & requiſitionibus, ac proteſtationibus, nè conſignaret pecunias dicto Geneſio, præfatus Iudex Synodalis protulit ſententiam reuocando attentata cum taxatione expenſarum, qua notificata dicto Geneſio, literiſq; executorialibus expeditis ſub die 20. Septẽbris 1607. & cùm diem clauſiſſet extremum, fuit requiſitus cũ commiſſione apoſtolica Doctor Petrus Maçarola Archipresbyter S. Mariæ Villæ Beltran Iudex etiam Synodalis Barcinonen. vt continuaret procedere in cauſa in ſtatu, in quo reperiebatur, & cũ incepiſſet procedere, dictus Geneſius obtinuit breue, cum clauſula tamèn *ſinè præiudicio legitimæ executionis*, directum Iudicibus ſynodalibus Solſonæ, & requiſito Iacobo Pallares Theologiæ Doctore Canonico pœnitentiario Eccleſiæ Solſonen. & aſſerto Iudici ſynodali non citato, vt opus erat dicto Doctore Antonio Carmona, ſed Antonio Ioanne Puig, qui in alia inſtantia fuit Procurator illius, factiſque citationibus ad valuas Curiæ, inaudito dicto Doctore Carmona protulit ſententiã reuocando, & annullando facta, & deciſa per dictos Iudices ſynodales Barcinonæ, reponendo cauſam in ſtatu, in quo erat tempore, quo fuit expeditum breue commiſſionis illorũ ſub prætextu dicendi, quòd dictus Geneſius erat Epiſcopatus Carthaginẽſis in Regnis Caſtellæ, & ſic vltra tresdietas, & quòd non potuerant procedere in cauſa, cùm debuiſſet animaduertere, quòd tunc temporis habebat domicilium, & continuam habitationem Tarraconæ tanquàm familiaris, & continuus commenſalis Archiepiſcopi, quæ Ciuitas ſolùm diſtat per duodecim leucas à Barcinona. Et cùm pro iſtis grauaminibus cauſa ſit introducta in Tribunali Illuſtriſſimi Nuntij, prætendit Doctor Antonius Carmona debere reuocari dicta attẽtata, & exequi ſententiam Iudicis ſynodalis Barcinonæ ex ſequentibus.

Primò, nàm licèt initium detẽtionis dicti Ge-
neſij Barcinonæ fuerit virtute epiſtolæ miſſiuæ
dicti D. Alphonſi Coloma Epiſcopi Carthagi-
nenſis fidem facientis de debitis, & fuga illius,
ſufficiens fuit, vt detineretur, nè cũ illius, & alio-
rum creditorum damno Italiam profugus naui-
1 garet, † quia vt inquit Petr. de Anchar. conſ. 85.
nu. 1. ad capturam deueniri poteſt cum ſemiple-
næ cauſæ cognitione, vtpotè debitore allegato
ſuſpecto, & fugitiuo, & ſi eo non monito, nec ci-
tato, imò etiàm tempore feriato in honorẽ Dei,
vt notatur in l. dies feſtos C. de ferijs, & facit cap.
2 licèt eod. tit. & ſubiungit num. 2. † quod iſta ca-
ptura eſt modici præiudicij, cùm ſola ſatiſdatio
3 de iudicio ſiſti liberet ab ea. † Et in his ſumma-
rijs cauſis, quæ ſunt modici præiudicij, ſufficit
ſemiplena probatio, & quandòq; ſolùm iuramẽ-
tum,

-ium, cap.cùm Bertholdus de ſent.& re iud.cap.
ex literis de in integr.reſtir. Bart.in extrauag. ad
reprimendum,verbo *ſummariè*,qui ſint rebelles,
4 & ſubiungit Anchar.num.3. † tunc ſolùm videri
debitorem de fuga ſuſpectum poſſe conqueri de
iniuria, cùm apparet euidentiſſimè locuples, l.ſi
verò §.qui pro rei qualitate ff.qui ſatiſd. coganr.
& comprobat idem Anchar. conſ.193.nu.6. op-
timè Iaſ.in l.vinum nu.3. & in l.pecuniã nu.9. ff.
ſi certũ petatur, Cæuall.in pract.commun. con-
tra commun. quæſt.267. nu.2.& ſeqq. Franciſc.
Burſat.conſ.241.nu.7.vol.3.Maſcard.de probat.
vol.2.concl.823 Franc.Beccius conſ.170.nu.2.

5 † Et Epiſcopus Barcinonenſis, vel eius Vica-
rius potuerunt, cùm periculum verſaretur in
mora,fidem adhibere literis Epiſcopi Carthagi-
nenſis Prælati grauiſſimi, & indubitatæ fidei, ar-
gumento l. ſi à bonæ fidei ff de rei vendic, & ibi
Angel.l.argentum ff.commod.glo.verbo *exactio-
nes* verſ.*ſed quomodò* in l.Titio fundus ff.de con-
dit.& demonſtrat.vbi Bart. verſic.*item oppono*,&
Imola verſ.*vltimo*, Bald.ſingul.184. Ant.Gabriel
lib.7. tit.de criminalibus concl.8. nu.36. Tiraq.
tract.de pœnis temper.cauſa 51.num.27.Marin.
Freccia tract.de præſent.inſtru.par.9.q.8.nu.42.
Felin. conſ.2.nu.26.& conſ.22. nu.12. Meſſia ad
l.Toleti 2.par.fundam.a3.num.26.Deciſ.Genuæ
56.nu.5.Rota Romana dec.25.nu.3.par.1.diuerſ.
Sacri Palatij.

6 † Sicut creditur teſti vnico valdè digno, cap.
nobiliſſimus,vbi gloſ.& Archidiac.96.diſt.cap.1.
8.quæſt.3. ibi, *de morati viri teſtimonio quis du-
bitet* cap.expedit 12.quæſt.1.cap.in noſtra de re-
nunc.cap.1.de noui oper.nunc.Felyn.conſ.2.nu.
26.Iacob.Philipp.Portius lib.1.concluſ.& regul.
reg.5.ad finẽ verſ.*limita in teſte valdè digno*,Tho-
mas Grammat.conſ.13.& 31.nu.15.& 16.Anto.
Gabr.concl.1.de teſtib.nu.43.

7 † Epiſcopi autèm perſona egregia eſt,& valdè
digna reputatur,gloſ.& DD.in l.ad egregias per-
ſonas ff.de iureiur.Roman.ſingul.169. Menoch.
lib.2.de arbitr.Iudic.caſu 70.nu.5.Ioan.Garzia
de nobilit. gloſ.48.§.3.num.55. Caſſan.in cathal.
8 gloriæ mundi 4.par. conſid.25. † vt ipſius aſſer-
tioni meritò crederetur, Ioan.Bapt.Ferret.conſ.
328.nu.3.nàm veriſimili aſſertioni Epiſcopi cre-
ditur.gloſ.in cap.ea noſcitur,verbo *debet* de his,
quæ fiunt à Prælat.Abb.in c.quanto,verſ.*ſeptimò*
eod.tit.Ruyn.conſ.a17.n.3.& 5.Cæſar de Graſſ.
deciſ.Rotæ 132.aliàs 1.de reb.Eccleſ.non alien.
nu.19. tex. in cap.poſt ceſſionem de probat.Ro-
9 der.Xuar.alleg.13.nu.7. † & Epiſcopi ſolius te-
ſtimonio credi etiàm in ſingulari iudicio ex pri-
uilegio ab Imperatore conceſſo per cap.quicun-
que 11.quæſt.& Innoc.in c.cùm ſuper de teſtib.
tradit Marc.Ant.Genuenſ. in practicabil.eccleſ.
quæſt.678.nu.1.

10 † Et non ſolùm quãdò debitor actualitèr fugit
à ſuis creditoribus poteſt detineri, & carcerari,
ſed quandò eſt ſuſpitio fugæ ex aliquibus præ-
uentionibus ad eam, l.quæſitum ff.de pignor. &
dicitur in ſimili in l.ab hoſtibus §.fin.ff.ex quib.
cauſ. maior. auth.omnes peregrini C. commun.
de ſucceſſ.Bar.tract.de repreſalijs queſt.6.princ.
verſic.*ſed quæro*,& verſic.*ad ſeptimum*, Bald.in
rubr.num.5.C.de reuoc.his, quæ in fraud.cred.
Caccialup. tract. de debitore ſuſpecto 1. quæſt.
11 princ.nu.12.† & hoc à quolibet Iudice,qui aliàs
non foret competens, nec poteſt opponere de
incompetentia, quia ſicut poteſt capi tempore
incompetenti, hoc eſt feriato, etiàm ſi eſſent fe-
riæ ſolemniſſimæ, putà Natiuitatis Domini, vel
Paſchatis, gloſ.elegans in l.ſi ſuper,verbo *fideiuſ-
ſionis* C. de ferijs, Paul. Caſtrenſ. in l.dies feſtos
nu.1.end.tit.Bald.in cap.fin.nu.12.de ferijs,& in
tract.de carcerib. cap.1.nu.7. Petr Girard.ſing.
100.nu.21.Moror.reſp.66.nu.5.Surd.de alim.tit.
8.priuil.2.nu.12. Cæuall.tom.3.pract.qq. quæſt.
760.nu.25.& tradiderat idem q.267 nu.26. An-
char.conſ.180.& 184. Roderic.Xuarez in l.2.tit.
de los emplaçamientos lib.2. fori nu.47. pag. 468.
ſequitur Azeued.in l.1.tit.5.lib.4. recopil. nu.8.
Ruginel.in pract.quæſtionib. cap.12 nu.8. Cac-
cialup.vbi proximè quæſt.8. Bartholom.Soccin.
conſ.113.nu.3.vol.3.

12 † Eodem modo poteſt capi in loco incompe-
tenti,Philipp.Probus ad Ioan.Monach.in cap.vt
inquiſitionis nu.1. de hæret.in 6. facit Iaſon in
l.plerique nu.26. ff. de in ius vocando, dum ait,
quòd debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi etiã
in domo propria, arguendo de tempore ad lo-
cum, iuxta l.vinum ff.ſi certum petatur,& l.fin.
ff.de condict. triticaria, l.miles ita ff. de teſtam.
milit.& l.qui plures ff de vulgari,& pupill.ſubſt.
Bald. & Iaſ.nu.2.in d.l.vinum.

13 † Similitèr ſuſpectus de fuga poteſt capi etiã
per Iudicem penitùs incompetentem, puta cle-
ricus per laicum, Iaſon in l.2. nu.15. ff.de iuriſd.
omn. Iudic. vbi ait, quòd ita in terminis tenuit
Bald. in d.l.plerique in lectura antiqua, vbi for-
maliter inquit, quòd illa lex fallit ratione ſuſpi-
tionis, allegat dictam l. quæſitum in princ. cum
gloſ. quàmuis alitèr ſenſiſſe videatur in l. ex om-
nibus C. de decurionibus lib.10. & quòd poſſit
capi ab incompetenti Iudice debitor fugitiuus,
tenuit Petrus de Anchar.conſ.192.num.3.& fuit
de mente Bart.in l.1. ff. de eo, quod certo loco
quæſt.1.dùm ait,*fugitiuum poſſe quolibet loco con-
ueniri*,& argumento l.1.C.vbi quis de curial. vel
cohortal. l.1. C. vbi cauſæ ſtatus, Caccialup. d.
14 tract.quæſt.4. nu.3. dicens, † quòd ſuſpitio fu-
gæ facit competentem eum, qui aliàs non eſſet,
l.2.& l.in omnibus ff.de iudic.authent.de defen-
ſoribus Ciuitatum,§.audient collat.3.authent.vt
nulli Iudicũ §.ſi verò collat.9.Celſus Hugo conſ.
71. nu.3. Caballin.milleloq.71.nu.1.& milleloq.
646.num.7.Vueſembec.ad titul. C.de iuriſdict.
omnium Iudicum num.32.Petrus Rauen.ſingul.
78. Azeuedo in l.2.tit.13.lib.8.recopilat.nu.145.
15 † & in terminis clerici Iaſon in l. de pupillo §.
ſi quis riuos ff.de noui oper.nunciat. num.2.per
illum text.Cæuall.d.quæſt.267.num.4.Maſcard.
de probat. concluſ.823.nu.25.& ſeqq. Gaill. lib.
2.obſeruat.44.nu.2.

Et ita potuit Epiſcopus Carthaginenſis me-
diante dicta epiſtola implorare auxiliũ Epiſcopi
Barcinonenſis, vt faceret detineri dictum Ge-
neſium de Almodouar, nè nauigaret extra Re-
gnũ, non ſatisfactis dicto Epiſcopo, & alijs cre-
ditoribus,ad quorum inſtantiam erat carceratus

Digitized by Google

16 † cùm quilibet illorum potuiſſet illum fugien-
rem detinere, & auferre ab eo bona, quæ porta-
ret, l. ait prætor §. debitorem ff. quæ in fraudem
creditor. gloſ. in l. fin. verbo *præcipimus* C. de
exhibend. reis, Ioan. Anton. de Nigr. ad capit. Re-
gni Neapol. rubr. 21. nè quis auctoritate propria
17 num. 7. † Et quandò quis poteſt facere aliquid
propria auctoritate, ſi adeatur Iudex incompe-
tens, non vitiatur actus, pro quo ſolet allegari
gloſ. elegans in §. ſerui, Inſtit. de libertinis, Guil-
lelm. de Cugno in l. extat ff. quod metus cauſa,
Caccialup. vbi proximè nu. 4. & 11. vbi ait, quòd
debitorem fugientē poteſt creditor capere per
perſonam, ex gloſ. verbo *in iudicio* in princ. Inſt.
de actionib. Alexand. conſ. 64. nu. 1. lib. 3. Marc.
Mantua ſingul. 297. nu. 1. Hippol. de Marſil. ſing.
43. nu. 1. Paul. Caſtrenſ. in l. ſi longius §. ſi filiusfa-
milias num. 1. ff. de iudic. Marin. Freccia de præ-
ſentat. inſtrum. 8. par. quæſt. 2. nu. 37. facit l. gene-
rali C. de decurio. lib. 10. gloſ. in l. extat ff. de eo,
quod metus cauſa. Caballin. milleloq. 646. nu. 1.
par. 2. optimè antè nouiores Bald. in cap. 1. §. ſi
quis de pace iuram. firmand. nu. 4. in vſib. feud.
Caccialup. vbi ſupra quæſt. 5. princ. nu. 21. dicēs,
quòd licèt aliàs de iure ciuili captura nō ſit per-
miſſa, niſi in ſubſidium, eſt tamen permiſſa pro-
pter ſuſpitionem fugæ non modò Iudici, ſed
etiàm parti, Palacios Rubios in cap. per veſtras
verſ. *venio ad notabilia* nu. 13. & 14. Cephal. conſ.
439. num. 62. Pelæus de iure ſiſten. cap. 2. num. 1.
18 † quod procedit etiàm in clerico debitore, Di-
dac. Perez in l. 17. tit. 14. lib. 3. ordinam. col. 563.
Ioan. Gutier. lib. 1. practicar. quæſt. 82. nu. 1. & 2.
nàm vt ait Caccialup. d. quæſt. 5. nu. 19. clericum
fugientem pro debito non tantùm Iudex Eccle-
ſiaſticus; ſed laicus poteſt capere, argum. l. ait
prætor §. ſi debitorem ff. quæ in fraud. credit. &
eorum, quæ dicit Bart. in l. ſi quis in ſeruitute
nu. 2. ff. de furtis, Abbas in cap. vt famæ nu. 7. &
9. de ſentent. excommun. Petrus Pelæus tract. de
iure ſiſtend. cap. 4. nu. 11. nàm vt ait Bald. in cap.
fin. nu. 12. de ferijs, omnibus diebus debitor fu-
gitiuus capi poteſt, quia fugiendo facit quodam-
modò furtum ſui, immò rei debitæ, d. §. ſi debi-
torem, & gloſ. in l. fin. C. de ferijs.
19 † Et eſt etiàm ratio, quia quandò periculum
eſt in mora, recedimus à regulis iuris communis,
vt fuit de mente Innoc. in cap. ſi verò de ſentent.
excommun. quem ſequitur Auiles in cap. 47. præ-
tor. verbo *caſados*, Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu
20 180. nu. 18. Cæuall. d. quæſt. 267. nu. 5. † Et com-
probat Anchar. conſ. 192. nu. 4. dicēs, quòd ſicut
vagabundus poteſt vbiquè conueniri, vt notatur
in l. hæres abſens ff. de iudic. multò magis ſuſpe-
ctus de fuga, quæ ſonat in delictum magis, quàm
vagatio, optimè Bertrand. conſ. 182. nu. 10. lib. 1.
& num. 12.
21 † Nequè obſtabit dicere, quòd ſicut Iudex ex-
tra ſuum territorium non poteſt ſententiam ſuā
executioni mandare, l. cùm vnus §. penult. ff. de
bonis auctor. iud. poſſid. ita nec pars poterit ca-
pere propria auctoritate debitorem ſuum extra
Prouinciam, quia non debet plus poſſe pars, cu-
ius miniſterium ſuccedit in locum officij Iudicis
deficiente Iudice, quàm poſſet ipſe Iudex, licèt
hoc poſſet intra Prouinciam, quandò deeſt co-
pia Iudicis, l. ait prætor §. ſi debitorem ff. quæ in
fraud. credit. & in l. 1. vbi Angel. C. vbi quis de
curial. vel cohort. vbi Angel. num. 2. hoc limi-
tàt, niſi creditor de ſua Prouincia continuò in-
ſequendo debitorem fugitiuum in alieno terri-
torio eum caperet, talis enim captura tenet,
& propter continuationem videtur captus in
loco, vbi incepit fugere ſecundùm eum, per text.
notabilem in l. quod ait lex in fine, iuncta l. nec
in ea §. ius occidendi ff. ad l. Iul. de adulter. cum
alijs per eum allegatis, Euerard. in loco à vi ſub-
rogationis nu. 13.

Non etiàm obſtabit, quod opponitur contra
proceſſum, ſiuè capturam, quòd facta fuerit antè
legitimationem perſonæ petentis, & liquidatio-
nem debiti, vndè licèt de ijs poſtea fuerit ple-
nior facta fides, non per hoc videtur iuſtificari
captura præcedens argumento eorum, quæ no-
tat Bart. in l. hoc autèm ff. ex quib. cauſ. in poſſ.
eatur, & in l. multùm ff. de condit. & demonſtr.
nàm Anchar. qui iſtam difficultatem mouet, re-
22 ſpondet ei conſ. 193. nu. 5. & 6. † quòd propter
periculum fugæ fuit celeritèr occurrendum, cap.
vbi periculum de elect. in 6. vt in ſimili in l. 1. ff.
de exercit. actio. in princ. ibi, nàm interdùm lo-
cus tempus nō patitur plenius deliberandi con-
ſilium, quarè Petr. Surd. deciſ. 307. nu. 5. ait, quòd
ſuſpectus de fuga poteſt carcerari reſeruatis ple-
narijs probationibus poſt capturam.

Et fortificatur per id, quod vult gloſ. ſingula-
ris ſupra citata in §. ſerui, verbo *in tranſitu*, Inſtit.
de libertinis, de qua Bald. in multis locis facit fe-
ſtum, præſertim in l. conſentaneum nu. 25. & 26.
23 C. quomodo, & quādò Iudex † nàm vult, quòd
quandò aliquis actus poteſt fieri ſinè Iudice, ſi
tamen interueniat auctoritas Iudicis, ſed minùs
ſolemnitèr, nihil vitiat, Iaſ. in d. l. 2. num. 15. ff. de
iuriſd. omn. Iudic. dicēs, comprobari poſſe mul-
tis ſimilibus tendentibus ad illam regulam, quòd
quandò aliquid non requirebatur neceſſarium, ſi
interuenit minus ſolemnitèr nō vitiat, de quibus
ipſe Iaſ. in l. vinū ſuper gloſ. magna ff. ſi cert. pet.
24 † Rurſus, confirmantur ſupradicta ex reſolu-
tione Petri de Anchar. d. conſ. 192. incip. in auxi-
lium nu. 4. dùm ait, quòd vagabundus poteſt vbi-
cunque conueniri iuxta notata in l. hæres abſens
ff. de iud. l. eius, qui §. penul. & l. municipes §. mi-
les ff. ad munic. auth. vt nulli Iudic. §. ſi quis verò,
Hoſtienſ. in ſumma de foro compet. nu. 10. Boſſ.
eod. tit. nu. 70. Dueñas reg. 238. & multò magis de
fuga ſuſpectus ex indicijs, & perſpicuis cōiectu-
ris, fuga enim magis ſonat in delictum, quàm va-
gatio, vt ad ſenſum patet, Anton. Scappi lib. 3. de
iure non ſcripto cap. 95. à nu. 2.

Et licèt tempore, quo fuit detētus dictus Ge-
neſius Almodouar nō cōſtitiſſet de debitis, quo-
rum cauſa à carceribus aufugerat, niſi per epiſto-
lam, & aſſertionē dicti Epiſcopi Carthaginenſis,
ſufficiens fuit, quòd quàmprimum iuſtificaretur
literis requiſitorialibus Doctoris Frāciſci de Sal-
zedo eius Prouiſoris, & Vicarij generalis cum te-
ſtimonio quantitatum debitarum dicto Epiſco-
po, & alijs creditoribus per ſcripturas guarenti-
25 gias, & alias cautelas. † Nàm etiàm ſi captura
non

non fuerit ritè facta, ſi tamèn conſtat de debito
aliquo modo legitimo, debet captus detineri, vt
ex regula l.fin. §.vlt. ff.de eo, quod metus cauſa,
tradit Caccialup.vbi ſup.q.14.nu.1.Petr.Peckius
tract.de iure ſiſtendi c.12.nu.5. Bouer.ſing. ver-
bo *iudicium* nu.1. Alex.de Neuo conſ.30. nu.31.
inter conſ.matrim.diuerſ.Anchar.d.conſ.85.nu.
3.dicens: eſſe cauſam legitimam aſſecurationis,
quòd in loco iudicij non poſſideat immobilia,
tàm reſpectu Iudicis, quàm partis, ex d. l. fin. §.
fin. ff.quod metus cauſa, facit l.in lege Aquilia,
26 ſi deletum ff. ad l.Aquiliam, † nec poteſt dubi-
tari de fuga, cùm ea conſtet ex abſentia à loco
domicilij, valeatq; ex actibus extrinſecis,& con-
iecturis probari, facit quòd notatur in §.alij au-
tèm, Inſtit. de actio. cap. præſentium de teſtib.
cap.ſtatutum §.cùm verò de reſcript. lib.6.
27 † Nec obſtat fideiuſſio, quæ prætenditur facta
per dictum Doctorem Antonium Carmona ſol-
uendi, quòd fuiſſet iudicatum ſuper damnis, ſa-
larijs, & expenſis cauſatis propter detentionem,
& carcerationem dicti Geneſij de Almodouar in
caſu ſuccumbètiæ Epiſcopi Carthaginèſis, iuxta
l.1.& l.iudicatum 9. ff.iudicatum ſolui, & quòd
potuit eum compellere ad ſolutionem ſinè nouo
proceſſu, ex Bart.in d.l.1.num.2.& Cagnol.in l.
nemo alienæ in fine ff. de regul.iur. Iul.Clar. lib.
5.ſentent.§.fin.quæſt.46.nu.19.& quæſt.95.nu.1.
Bellacomba inter commun.opin. DD. lib.8. tit.
35.C.de fideiuſſor.nu.94.& 265.Boer.deciſ.277.
nu.3. ex gloſ.verbo *perſoluere* in l.vlt.§.vlt.C.de
vſur. rei iudic. ſequuta per plures ab eo relatos,
& Guido Papæ deciſ.215.num.8.Iaffr.Lanfranc.
Balbi deciſ.136.Morot.reſp.30.nu.2.& 12.
Quia ſatisfit multis modis. Primum, quòd iu-
dicium illud Prouiſoris Tarraconenſis factum
fuit in abſentia, & ſinè citatione Epiſcopi Car-
thaginenſis, & vt inquit Matth.de Afflict. deciſ.
28 Neapol.182. nu.3. † ad hoc vt committatur ſti-
pulatio iudicatum ſolui, requiritur, quòd lis ſit
conteſtata cum reo principali poſt præſtitam
ſatiſdationem, aliàs contra eum abſentem non
poſſet ad diffinitiuam procedi, & ſic non com-
mittitur ſtipulatio iudicatum ſolui contra fide-
iuſſorem, niſi lata ſententia, præmiſſa citatione
contra principalem, & facta litis conteſtatione, &
quòd ſentètia ipſa tranſiuerit in rem iudicatam,
vt voluit Paul. de Caſtro in l. cùm quærebatur
num.1.in fine ff.iudicatum ſolui, per l.1.eod.tit.
Cæſar Vrſill.in addit.ad Afflict.vbi proximè nu.1.
29 † Et cùm dicta ſententia nõ tranſierit in aucto-
ritatem rei iudicatæ, cùm ab ea fuiſſet appellatũ
in tempore,& forma per Procuratorem Epiſco-
pi Carthaginenſis erat neceſſarium, quòd foret
confirmata alijs duabus ſententijs Iudicum ſupe-
riorum, vt poſt Bald. in l.Iulianus ff.qui ſatiſdare
cogant.tradit Grat.reſpon.34.nu.7.tom.2.Baeza
12 † Cùm parificentur cognatio ſpiritualis, & carnalis, cap. debitum de bigamis, Ioan. Andr. in regula poteſt quis per alium num. 6. de regulis iuris lib. 6.

13 † Imò cognatio ſpiritualis maior eſt, quàm carnalis, cap. ita, cap. Pictatium vbi gloſ. verbo *multò magis* 30. quæſt. 3. gloſ. in cap. qui dormierit 27. quæſt. 2. Alex. conſ. 34. nu. 8. lib. 3. & conſ. 237. num. 8. & 9. lib. 6. Nauar. conſ. 8. num. 10. de cognat. ſpirit. Tiraquell. de pœnis temper. cauſa 21. num. 2. & 3. Melchior Gallecus tract. de cognat. ſpirit. cap. 5. num. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 11. num. 11. & 12. Rojas de ſucceſſ. cap. 28. nu. 7. idem Surd. tit. 1. q. 98. nu. 3.

14 † Et ideò cùm omnis diſpenſatio ſit ſtricti iuris, cap. non poteſt de præbend. lib. 6. cap. finali de filijs præsbyter. Paul. Caſtrenſ. conſ. 30. incip. ſuper puncto nu. 3. par. 1. & conſ. 61. num. 8. par. eadem, Ioan. Vincent. Honded. conſ. 83. num. 23. vol. 2. Marian. Socc. conſ. 12. à nu. 20. vol. 2. Petr. Surd. conſ. 453. nu. 4. vol. 3.

15 † Et odioſa, vt probant Angel. de Peruſ. conſ.

273.

273. num.4. gloſ.in cap.Ordinarij,verbo *diſpenſationes* de offic.ordin. lib.6. Marc.Anton.Natta conſ.163.num.5.& conſ.623. nu.9. Aymon Crauett. conſ.687.num.10.vol.4. Oldrad. conſ.215. col.3.verſ.*& hoc plenius*, Decius in cap.quia intantùm nu.6. de præbend. Corneus conſ.12.nu.11.vol.2.Petr.Surd.conſ.245.nu.10.vol.2.Tiber. Decian. reſp.19. num.38.& 46. vol.1.& reſp.33. nu.40.eodem vol. Bened.Capra conſ.1.nu.11.& conſ.157.nu.9.

16 †.Atquè ſtrictè interpretanda,Rebuff.conſ.3. nu.7.Carol.Ruin.conſ.153.nu.18.lib.4. Alexand. Imol. conſ.188.nu.3.lib.5. Marc.Anton.Natta conſ.420.nu.23. Ioan.Cæphal.conſ.684.num.44. vol.5.Marian.Soccin.d.nu.20.Menoch.conſ.306. nu.14.lib.4.

17 † Quarè diſpenſatio ſuper vno defectu non trahitur ad alium defectum,ſecundùm Io.Andr. in cap.fin.de filijs præsbyt.lib.6. Bart.in l.cùm propter 4.num.1.ff.de legat.preſtand.Matth.de Afflict. in cap. ſi quis deceſſerit, ſi de feudo defuncti controuerſ. fuerit inter Dominū,& agnatum, Ioan.Cæphal. vbi proximè num.46. Marc. Anton.Natta conſ.601.nu.33.vol.3. Ioan.Franc. de Ponte in repet. tituli de his, qui feud. dare poſſ. lect.9. num.30.qui ad hoc adducit l. ſi non lex ff.de hæred.inſtituend. l.ſi à milite §.1.l.in fraudem §.1.& l. dotalem ff.de milit. teſtam. l.ſi domus ff.de ſeruitut.vrbanor.prædior.Signorol. de Homod.conſ.250.nu.8.Ioan.Bapt.Ploi.tract. de in litem iuran.§.5.nu.34.

18 † Nec conceſſa ſuper vno impedimento releuat, ſi aliud ſubſiſtat,l.ſi quandò C.de inoffic.teſtament.vbi conceſſa inhabili facultate teſtandi, non cenſetur conceſſum, quòd omittat ſolemnitates neceſſarias in teſtando, Surd. conſ.245. nu.4. Ioan.Cæphal. conſ.235.num.16.vol.2. Natta conſil.298. num.7. Camill. Medices conſil.168. num.25.

19 † Quia non extenditur de caſu ad caſum, Carol. Ruyn.conſ.215. num.21.vol.1. & conſ.142. num.9. vol.5. Rebuff. conſ.9.num.7.& conſ.92. num. 8.

20. † Etiàm ex maioritate rationis, cap.1. in fine de filijs præsbyter.lib.6.cap.cui de non ſacerdotali de præbend.eòdem libro, Felyn.conſ.15.nu.2. Marc.Anton. Natta conſ.504. num.4.vol.3. & priùs conſ.420. num.23. tom.2. Ioan.Anton.Lanar.conſ.18.nu.4.& conſ.60.num.124. Menoch. conſ.72.num.11.tom.1.& conſ.629.num.5.& ex cap.fin. de poſtulat.prælator. Hoſtienſ.in d.cap. poſtulaſti de reſcript.vbi Felyn.à num.9.plura cumulat.

21 † Multòque minus vbi aderat ratio maioris impedimenti, nè diſpenſaretur, Iaſon in l.2. nu. 4.verſ. *contrarium* ff.de verbor.obligat. Imola,& alij in cap. at ſi clerici §. de adulterijs de iudic. Honded.conſ.92.nu.38.vol.1.

22 † Vbi autèm duplex impedimentum interuenit, difficiliùs cōceditur diſpenſatio,vt poſt Soccin. in l.demonſtratio, falſa §.1.col.2. ff.de cond. & demonſtr.Paul.Caſt.in l.ſi ab eo C.de legitim. hæred.& alios DD.tradit Aymon Crau.conſ.768 incip.annus fuit nu.4.vol.5.

23 † Cùm duo impedimenta ſint efficaciora vno, vt ex cap.1. de tregua, & pace, & tradit Andr. Gambara in tract.de officio,& poteſt. Legati de 24 latere nu. 201. † & duplex funiculus difficiliùs rumpitur,cap.cæterùm de reſcript.cap.ex multiplici de decim. l.vltima §.ſi pater C.de adopt. auth.itaquè C.commun.de ſucceſſ.

25 † Et licèt diſpenſatio ſuper vno defectu eſſet tolerabilis, ſuper pluribus tamèn eſt odioſa, vt ex l.ex facto ff.de vulgar. & pupill.ſubſtit. d.l. ſi quandò C.de inoff.teſtam.Marc.Anton.Natta conſ.298.num.7.vol.2.Bald.in l.fin.col.2.num.4. ff.de conſtitut.Princip. quem ſequitur ibi Iaſon num.32. verſ. *quartò ſignantèr*, Franciſc. Beccius conſ.28.num.20. Surd.conſ.245.nu.4.vol.2.idem Natta conſ.160.num.12.vol.1. qui ait melius ſuo iudicio dixiſſe Baldum,quòd vna diſpenſatio eſt odioſa, plures odioſiſſimæ, & iuri contrariæ,

26 † ſicut eſt,quòd plura ſpecialia inducantur contra l.1. C. de dotis promiſſ. l.cùm poſt §.cùm genero ff.de iure dotium, & ibi Iacob. de Belloviſ. Oldrad. conſ.79. incip. duo ſpecialia, Alciat. conſ.44.num.2.lib.6.Morot.reſponſ.18.num.21. Marian.Soccin.conſ.1.nu.46.vol.4.

27 † Et comprobantur prædicta, quia quot ſunt impedimenta, ſeù obſtacula, tot eſſe debent diſpēſationes, ſiuè ſublationes, l.pupilli §.ſi ex pluribus ff. de noui oper. nunciat. gloſ. quæ allegat concordantes in cap. cùm pro cauſa, verbo *tanquàm excommunicatis* de ſentent. excommun. Roman.conſ.326.nu.3. Gemin.conſ.33.Franch. in cap. non poteſt de præbend. Rota deciſ. 253. num.22.par.1.diuerſ.Sacri Palatij,Loffred.conſ. 12. nu.25.

28 † Et quot ſunt iuramenta,requiruntur tot relaxationes, Angel.in l.Iulianus in fine ff. de condict.indeb.Thom.Grammat.deciſ.Neapolit.66. num.12.& 13. ex Baldo in repet.l.2. verſ.*& concludo* ad 1.queſt.ff.de iureiuran. Franciſc.Burſat. conſ.355.num.47.vol.4.Ioan.Vincent.de Anna allegat.28. num.11. & idem Grammat. conſ.25. in princ.Roman.conſ.326.num.2.Seraphin.de Seraphin. tract. de priuileg. iurament. priuil.83. num.46.

29 † Et ſimilitèr abſolutiones ab excommunicatione pro diuerſis cauſis, cap.ex parte de officio Ordinarij, Bald. in d.l. eam, quam nu. 36. de fideicommiſſ.Felyn.nu.2.in princ.in d.cap.poſtulaſti de reſcript.Roman.vbi proximè nu.7.

30 † Vlteriùs,quia habilitatus reſpectu vnius impedimenti non cenſetur habilitatus reſpectu alterius, Gloſ. Anton. de Butrio, & Abbas in cap. cùm Nuntius de teſtib. Plotus tract. de in litem iurando §.2. num.34. Iacob. Sbrozius tract.de Vicario Epiſcopi lib.2.quæſt.43. num.26. Marc. Anton.Genuenſ.in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap.25.nu.10.Loffred.conſ.12.nu.26.

31 † Cùm vbi ſunt plura obſtacula, ſublato vno remaneat aliud, l.ſi pro fure ff.de condict.furtiua, Crauett.conſ.6.num.55.Farinac.deciſ.Rotæ 853. num.4.in ciuilibus, l.ſi duo §.idem Iulianus ff.de iureiurando, Paul.Caſtrenſ.conſ.30.ſuper puncto iſto par.1. Crauett. d.conſ.6.num.55. & 59. Sigiſmund.Loffred. conſ.12.num.25. Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.105.num.15.par.2.Natta conſ.74. nu.7.

32 † Ideò

32 † Ideò Paul. de Caſtro conſ.422. num.4. verſ.
ad prædicta facit par. 1. reſoluit, quòd vbi lex con-
ſiderat duas cauſas impeditiuas, licèt ceſſet vna,
ſi remanet altera, remanet etiàm impedimentũ,
§.affinitatis, Inſtit.de nupt. l. ſi non lex ſupra ci-
tata ff. de hæred. inſtituend. l. ſi quis in graui §.
fin. ff.ad S.C.Syllan.l.liberorũ ff. de his, qui not.
33 infam. † pro quo facit dictum non illepidè per
Crau.conſ.68 n.10.vol.1. *Ex quibus cõcludo, quòd
iſte impetrans ſimilis fuit infirmo, ſeu vulnerato, qui
chirurgo vulnus detegere noluit, ob id mortuus eſt,
detegere enim debebat impetrans vulnus omne
ſummo Pontifici, ideſt omnia obſtantia ipſi impe-
trationi, ita quòd appareret de voluntate reſcriben-
tis, & eum intellexiſſe rem omnem clarè, & ſpeci-
ficè, alias non intelligeretur reſcribens diſpenſaſſe,
ſicut medicus non prouidet infirmitati, quæ tacetur,
aut chirurgus vulneri non medetur, quod ignorat*,
ita arguit Bald. conſ. 204. incip. longum thema
num.7. vol.3. per cap.2.de filijs præsbyt. lib. 6.
l.2.ff.de natal.reſtit. cap.dilectus filius Abbas de
reſcript.& argumento l.1. §.ſed ſi id egit ff. de
action. empt. l. tutor ſi petitus ff. de tutor. &
curator. dato ab his, l. cùm dominus in princ.
ff. de peculio legato, Thomas Grammat. deciſ.
59.num.57.& ſeq. Gulielm.Luuer.in arb.iuriſd.
princ.2. nu.12.
34 † Et facit determinatio Anton.de Butrio in
cap. at ſi clerici §. de adulterijs num. 16. in fine
de iudic. vbi contra Bart.in l.2.ff.de verbor.obli-
gat. tenet, eum, cui conceſſum eſt priuilegium
diſpenſandi cum adultero, & cum inceſtuoſo,
non poſſe diſpenſare cũ eo, qui haberet vtrun-
que defectum, ſequitur Roman.conſ.498.incip.
omnipotentis nu.14.
35 † Comprobatque Hoſtienſ. in dicto cap. po-
ſtulaſti in fine, dùm voluit, quòd in diſpenſatio-
nibus, & priuilegijs non valet argumentum de
maiori ad minus, vel eſſe diſpenſatum in vno,
ergò in ſimili erit diſpenſatum ex notatis in cap.
ſanè de priuileg. Abb.in d.§.de adulterijs num.8.
P.Foller. in Conſtit.Regni Neapolis poſt mundi
machinam nu. 72.
36 † Quia caſus omiſſus in diſpenſatione habe-
tur pro omiſſo quoàd defectus ſuppreſſos, l.ſed
ſi hac §.patronum ff.de in ius vocando, d.l.cùm
dominus ff.de pecul.legat.Iacob.de Arena in l.1.
ff.de natalib.reſtituend.Cephal.conſ.186.nu.25.
tom.2.Bald.conſ.490.nu.2.par.1.
37 † Nec de vno ad alium fit extenſio, l. cùm
proptèr ff. de legat. præſtan. Iaſ. in l.1. §.ſubſti-
tuere verſ. *& proptereà* ff.de vulgar.& pupil.ſub-
ſtitut. Roman.conſ.176. incip. iſta ſunt num.14.
Cæphal. conſ.235. num.16. tom.2. Afflict.deciſ.
Neapol.320. nu.12. Federic.de Senis quæſt.168.
nu.2. Caſſador.deciſ.9.de præbend. nu.4. Rojas
de ſucceſſ.cap.15.nu.27. Anton.Faber diffin.13.
ad tit.C.de ſacroſ.Eccleſ.
38 † Facit reſolutio Ioan.Vincent.de Anna ſing.
239. quòd indultum ſuper vno delicto non iu-
uat, ſi non fuit expreſſum aliud delictum, quod
per prius admiſerat, Abb. & Ioan. de Anan. in
cap.1.de clerico percuſſo. Afflict.in Conſt.Nea-
pol.in conſutilem nu.58. Guillelm.de Cug.in l.3.
C.de Epiſc.audient.

39 † Ex quibus Petr.de Anchar. conſ.77. num.1.
reſoluit, quòd commiſſio abſolutionis ab vna
ſpecie excommunicationis, non valet extendi, vt
abſoluat ab alia, cap. cùm pro cauſa de ſentent.
excommun. cum notatis in cap. ita quorundam
de Iudæis, & per Bart.in l.de pupillo §.ſi in plu-
ribus num.3. vbi Additio ff.de noui oper. nunc.
quia non poteſt excedi forma mandati, & com-
miſſionis ad diſpenſandum, cap. cum dilecta de
reſcript. & cap.Piſanis de reſt.ſpoliat. l.diligen-
tèr ff.mandati.
40 † Vndè Roman. d.conſ.326. nu.8. ponderans
cap.dilectus filius Abbas de reſcript. reſoluit, re-
ſcriptum, per quod impetratur reſtitutio bene-
ficij, à quo quis amotus fuerat duplici de cauſa,
ſcilicèt grauium exceſſuum, & excommunica-
tionis, in qua diù permanſerat, ſurreptitium fo-
re, expreſſa vna tantùm cauſa amotionis; & alia
41 tacita † ſimilitèr in cap. conſtitutus eodem tit.
deciditur ſurreptitium reſcriptum, quo Prin-
ceps mandat, aliquem in Canonicum recipi, ſi ſo-
lùm fuit expreſſum impedimentum vnum obſi-
ſtens receptioni, ſcilicèt ſtatuti, quod erat in
Eccleſia decreto Canonicorum numero, cùm
alia eſſent impedimenta, videlicèt iuramentum
de eo numero obſeruando, & ſuper eo Apoſto-
licæ Sedis cõfirmatio, Roman. vbi proximè nu.9.
42 & 10. dicens poſt Oldrad.conſ.247. † ſurrepti-
tium eſſe reſcriptum legitimationis, quandò le-
gitimatur proles ſuſcepta ex duplici adulterio,
ſcilicet tàm ex parte viri, quàm ex parte vxoris,
quia ambo coniugati erant, ſi impetrans legiti-
mationem ſimplicitèr mentionem fecerit de
adulterino coitu, non facta ſpecifica mentione,
quòd talis coitus duplici ex capite, ſeù parte ex
vtraque damnatus erat, quia hoc expreſſo non
ita facilè fuiſſet conceſſa legitimatio, Felyn. in
d.cap.poſtulaſti nu.2. verſ. *cæterùm*, ratione du-
plicis impedimenti, ex his, quæ tradunt Decius
conſ.216. num.19. & in cap. ad audientiam col.
vlt. vbi Ripa num. 37.de reſcript. Alexand.conſil.
195. nu.10.lib.2. Gutierr.tom.1.canon.qq. cap.
15. num.14. Menoch. lib.2. de arbitr.Iudic. caſu
203. num. 17. Gallecus d.tract.de cognat. ſpirit.
43 cap.23. num.6. & 7. & cap.24. num.5. † Et ita
debuit etiàm in dicta diſpenſatione exprimi iſta
qualitas ſpurietatis aggrauans illegitimitatem,
iuxta tradita per Roderic.Xuarez allegat.12. nu.
37. & in proprijs terminis reſoluit Felyn. in d.
cap.poſtulaſti num.2.verſ. *tertia declaratio* in fin.
Aluar.Valaſc.d.conſult.80.num.4.in fine, dicens:
*Vndè ſecus foret, ſi contraheretur cognatio ſpiritua-
lis, &c.* Et ita mihi videtur, dictam diſpenſatio-
nem inefficacem, & nullam eſſe, ob non expreſ-
ſum inceſtum ex cauſa cognationis ſpiritualis,
vltra illum, qui ex primo affinitatis gradu proue-
nerat, ſaluo, &c. Matriti tertio Kalend. Nouem-
bris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Actus præſumitur factus ex cauſa legitima præcedenti.*
2 *Euentus poſterior formatur à primordio tituli.*
3 *Actus indicatur à cauſa originali.*
4 *Conceſſio facta militiæ per Principē, in dubio cenſetur realis.*
5 *Antiqua abſquè euidenti vtilitate non poſſunt tolli.*
6 *Conceſſa pro vtilitate publica, & defenſione Regni debent conſeruari.*
7 *Exemptiones conceſſæ per Principem ex cauſa oneroſa habent vim contractus irreuocabilis.*
8 *Milites ſubrogati in comitiuis loco deficientium cenſentur ijdem, & nu. 9.*
10 *Militiæ, & comitiuæ per ſubrogationem nunquàm oriuntur.*
11 *Comiuua ſicut Collegium conſiſtit in tribus, & conſeruatur in vno, & nu. 12.*
13 *Collegium ius non perit, licèt omnes moriantur, ſed dormit, & reſurgit in nouis Collegis.*
14 *Viuere quis præſumitur, niſi probetur mortuus.*
15 *Subrogatio efficit, vt ijdem eſſe cenſeantur, vt in grege, & alijs.*
16 *Ambitioſa decreta, ſeù ordinationes non debent admitti.*
17 *Fauorabile, aut odioſum indicatur, inſpecta cauſa, propter quam aliquid fuit introductum.*
18 *Diſpoſitio partim odioſa, & partim fauorabilis, in totum iudicatur fauorabilis.*
19 *Odium veniens in conſequentiam fauoris toleratur.*
20 *Militiæ plures prærogatiuas conceſſit antiquitas.*
41 *Fauorabili in re admittuntur interpretationes extenſiuæ fauoris.*
22 *Reſcripta Principis habent tacitam conditionem, ſi verum ſit expreſſum.*
23 *Reſcripta gratiæ vitiantur ab initio propter ſurreptionem, & obreptionem.*
24 *Veritas vbi deficit in narratiua, deficit voluntas in Principe.*
25 *Surreptio qualibet, aut falſi expreſſio vitiat gratiam.*
26 *Fundans ſe in aliqua regia ſchedula docere debet veram fuiſſe narratiuam, propter quam fuit obtenta.*
27 *Schedula regia, quæ non fuit in vſu decem annis, vires amiſit.*
28 *Leges vt vim habeant debent eſſe receptæ, & obſeruatæ.*
26 *Ratio maior vbi viget, ſi aliquid procedit, procedet, vbi eſt minor.*
30 *Non quicquid alicui permittitur iuris neceſſitati ſubijcitur.*
31 *Reuocatio pertinet ad eum, cui pertinet conceſſio.*
32 *Conſenſus requiſitus in contrahendo, requiritur in diſtrahendo.*
33 *Neceſſaria ad actus conſtructionem, requiruntur ad deſtructionem.*
34 *Actum, qui nequit ab initio facere, nec iàm factū deſtruere poteſt.*
35 *Adimere eſt eius, cuius eſt donare.*
36 *Deſtruere eſt eiuſdem, cuius eſt condere.*
37 *Conſiliū vnumquodquè regium habet iuriſdictionem ſeparatam ab alio.*
38 *Vnus non debet ſe intromittere in alterius munere & iuriſdictione.*
39 *Iuſtitiam concernentia debent tractari in Conſilio regio Iuſtitiæ, & non in Conſilio Cameræ.*
40 *Regiæ authoritati non decet ſinè cauſæ cognitione tollere priuilegia militiæ conceſſa.*
41 *Variatio omnis eſt improbata.*
42 *Veriſimile non eſt, ſuam Maieſtatem velle tollere, quod cum magna deliberatione erat introductum.*
43 *Mutanda non ſunt, quæ certam interpretationem habuerunt.*
44 *Reuocatio eius, quod habet longam obſeruantiam, difficilis eſt.*
45 *Actus factus contra ſtylum eſt nullus.*
46 *Militia introducta per Conſilium belli, debet per idem tolli.*
47 *Inſtitutum ab antiquo modernis precibus non indigebit.*
48 *Mutatio non præſumitur.*
49 *Priuilegium non præſumitur immutatum.*
50 *Correctio eſt in dubio vitanda.*
51 *Mutatum, quod non apparet, præſumitur manere.*
52 *Mutatum, & correctum non dicitur, quod non eſt reuocatum expreſſè.*
53 *Principem non abſtuliſſe, quod ſemel conceſſit, ſēper præſumendum eſt.*
54 *Principis beneficium debet eſſe ab omni malitia, & diminutione alienum.*
55 *Ademptio omnis eſt odioſa.*
56 *Priuatio iuris alicuius non inducitur, niſi actum ſit expreſſe.*
57 *Factum legitimè ab initio ex caſu ſuperuenienti nō retractatur.*
58 *Priuilegium primum Principis ſemper præſumitur non reuocatum.*
59 *Retentionis, & conſeruationis cauſa fauorabilis eſt.*
60 *Militia nouior eſt minus fauorabilis, quàm antiqua.*
61 *Monumenta antiqua potiora ſunt teſtibus in probationibus.*
62 *Priuatio præſupponit habitum.*
63 *Militia nō dicitur noua, quæ erat antiqua, licèt de nouo ad actum reducta.*
64 *Actus ſequens veniens ad executionem vel perfectionem alterius præcedentis, non dicitur nouus, ſed idem cum primo.*
65 *Nouum non dicitur, quod erat in habitu, & reducitur ad actum.*
66 *Noua non dicitur res, quandò alterantur accidentalia, remanente forma ſubſtantiali.*
67 *Pertinentia ad perfectionem, aut conſummationē rei inchoatæ nō alterant illam, nec inducunt rem nouam.*
68 *Nouum non dicitur facere, qui declarat, quod erat antiquum.*
69 *Nouum propriè dicitur, quod nunquàm anteà fuit*
70 *Noua non dicitur res, niſi tota ſit noua, & non pro parte.*

71 Con-

71 *Conſtitutio vetus ſi renouatur aliquo etiàm addito, non dicitur noua, ſed antiqua.*
72 *Qualitas non alterans ſubiectum comprehenditur ſub prima diſpoſitione.*
73 *Idem dicitur numero, & ſpecie, quod reparatur, recreatur, & reſtituitur in priſtinam formam, & ſubſtantiam.*
74 *Dignitas non dicitur omninò extincta, quandò ſupereſt aliqua ſpecies, vel inditium reparationis eius, aut figura, & memoria priſtinæ ſubſtantiæ.*
75 *Feudum non dicitur nouum, ſed antiquum, licèt ſit renouata conceſſio.*
76 *Factum anteà, quis exequitur non dicitur nouum facere.*
77 *Mixtura ſuperueniens non tollit ius competens ex primo.*
78 *Continuatio actus efficit duo cenſeri vnum.*
79 *Recidiuorum natura eſt declarare priora adhùc vigere.*
80 *Conceſſio ſecunda durante prima gratia potiùs dicitur prorogatio, quàm noua conceſſio.*
81 *Qualitatis mutatio non facit rem diuerſam cenſeri.*
82 *Cauſa, & origo fauorabilis attenditur.*
83 *Societas noua non fit ex his, quæ fiunt pro conſummatione ſocietatis priùs initæ.*
84 *Nominis mutatione, quod de emphyteoſi antiqua fiat feudum, adhùc conſeruatur antiquitas.*
85 *Inueſtitura noua facta per Dominum non tollit vigorem venientem ex antiqua.*
86 *Feudo ſi addatur noua qualitas reſpectu illius dicitur nouum, & in alijs remanet antiquum, nec tollit deſcendentibus ius quæſitum ex prima inueſtitura.*
87 *Voluntas prior ſi in aliquo reformatur, remanet firma in alijs.*
88 *Conſeruatur aliquid faciliùs, quàm de nouo acquiratur.*
89 *Vtilius quod eſt militiæ, vt conſeruetur in ſua originali inſtitutione debet attendi.*
90 *Extinctum omninò dici non poteſt, quod ad ſuum initium reduci valet.*
91 *Animus aliquando colligitur ex qualitate expenſarum.*
92 *Militia, quæ non fuit expreſſè ſublata per Suam Maieſtatem conſeruauit ſuas præeminentias.*
93 *Cauſa prima magis influit in cauſato, quàm ſecunda.*
94 *Inductum pro augmento non operatur diminutionem.*
95 *Princeps non cenſetur derogare priuilegio, de quo non fecit expreſſam mentionem.*
96 *Ius noſtrum ſinè facto noſtro à nobis euelli non poteſt.*
97 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*

P R O

Militia antiqua Ciuitatis Baezæ, & Ludouico de Aybar Padilla Aquilifero, ſeu Alferio illius.

C O N T R A

Concilium, Prætorem, Decuriones, & Capitulum Iuratorum Ciuitatis prædictæ.

A R G V M E N T V M.

Ex inſtitutionè nouæ militiæ leuis armaturæ, ſeù *del Batallon* facta in his Regnis Caſtellæ non cenſeri derogatum militiæ antiquæ Ciuitatis Baezæ, nec illius priuilegijs, & prærogatiuis.

C O N S I L I V M CLX.

IN facto breuitèr præſupponitur, quòd vti conſtat cedulis regijs de ordine Maieſtatis D. Regis Philippi II. anno 1565. fuit in Ciuitate Baezæ ſtabilita quædã militia infantiũ, qui eſſẽt prõpti, & parati ad occurrendum in occaſionibus bellicis, quæ potuiſſent occurrere pro ſeruitio Suæ Maieſtatis, quæ inſtitutio facta fuit talitèr, quòd Præfectus Vrbis exerceret munus Ducis, ſeù Capitanei illius, interim quòd deputabat Capitaneum ſpecialem pro illa, aſſignando, & præfiniendo formam, quam obſeruare debebant; & exemptiones, quibus debebant frui milites dictæ militiæ. Et primus miles, qui deſcriptus fuit nominabatur Benedictus Fernandez, qui ſuccedente bello Granatenſi, miſit ſuo loco Franciſcum Fernandez eius filium, qui interfuit in dicto bello; & quàmuis tẽpore, quo erat Locumtenens Correctoris dictæ Ciuitatis Licentiatus Alarcon, fuit procuratum, quòd non deſcriberentur alij milites, ab anno tamen 1571. in poſterùm fuerũt deſcripti, & arrollati quàm plures alij, qui litigarũt ſuper obſeruãtia dictarum exemptionum, & reportarunt ſententias in eorũ fauorem, quæ tranſitum fecere in rem iudicatam, & continuata fuit dicta militia, impletæq; conditiones ſuæ inſtitutionis; ſubrogatis militibus in locũ decedentiũ, & cùm oblata fuiſſet occaſio aduentus claſſis Anglicæ ad Ciuitatem Gaditanam Duce Franciſco Draquez comitiua dictæ militiæ inſeruiuit, & fuit vna ex ornatioribus, & quæ maiori cum diligentia præſtò fuere, vt conſtat ex certificationibus Ducis Metymnæ Sidoniæ, & Rationalis regij exercitus.

Et quia anno 1590. eadem Regia Maieſtas animaduertendo, quòd in paucis Regni Ciuitatibus erat introducta, & conſeruata ſimilis militia, iuſſit ſtabiliri aliam nouam, dictam *del Batallon*,

Digitized by Google

tallon, quæ tamèn non ſuit cum effectu ſtabi-
lita vſquè ad annum 1597. quòad id efficiendum
fuere deſtinati Commiſſarij, qua de cauſa pro
parte Ciuitatis, & Capituli Iuratorum præten-
ditur, antiquam militiam ſuiſſe extinctam in
Ciuitate Baezæ, & milites illius non poſſe gaude-
re exemptionibus illi conceſſis, & omnia eſſe
reducta ad terminos nouæ militiæ: & vt conſtat
carere legitimo fundamento, & confirmari de-
bere ſententiam ad eius fauorem latam in gradu
viſionis adducuntur fundamenta ſequentia.

Primò, qd̃ probationibus teſtiũ, & inſtrumen-
tis antiquis in hac cauſa productis cõſtat ab an-
no 1565. ſtabilitam fuiſſe in Ciuitate Baezæ di-
ctam antiquam militiam vigore ſchedulæ regiæ,
& ordinum expeditorum per Suam Maieſtatem,
& eius conſilium belli ſub data 5. Iulij dicti anni,
1 & ita conſtat: † nàm actus præſumitur factus ex
cauſa legitima præcedenti, l. quædam mulier ff.
2 de reiuend. & l. 2. C. de acquiren. poſſeſſ. † nàm
à primordio tituli poſterior formatur euentus,
l. 1. circa finem C. de imponend. lucratiu. deſcrip.
lib. 10. Crauett. conſ. 106. nu. 10. Rota deciſ. 391.
num. 4. par. 1. diuerſar. Sacri Palatij, Paul. Æmil.
3 deciſ. Rotæ 226. num. 2. par. 2. † & actus iudica-
tur à cauſa originali, l. qui id, quod ff. de donat.
l. certi condictio, vbi gloſ. verbo *ex omni cauſa*
in fin. ff. ſi cert. petatur, Cæphal. conſ. 275. nu. 8.
tom. 2. Paul. Caſtr. conſ. 351. num. 5. par. 1. qua de
4 cauſa, † & quia conceſſio dictarum exemptionũ
facta per Suam Maieſtatem in fauorẽ dictæ mi-
litiæ iudicatur realis, & non perſonalis, vt tradi-
tur à Bart. in l. pater num. 4. ff. de ſeruit. legata,
Alexand. conſ. 193. num. 3. lib. 2. Mandel. conſ. 64.
num. 72. lib. 1. Bald. in l. apud Iulianum §. ſi quis
alicui ff. de legat. 1. vbi dicit, quòd niſi cauſa, vel
natura rei repugnet, ſemper conceſſio præſumi-
tur realis, ſequitur Petrus de Anchar. conſ. 327.
5 num. 3. non potuit, nec debuit reuocari, † cùm
ceſſaret vtilitas euidens, quæ ad id requirebatur
de iure, l. 2. ff. de conſtit. Princip. iunctis ijs, quæ
tradit Plato dialog. 4. de legibus, & libro ciuili,
ſiuè de Regno Ariſt. lib. 2. Polit. cap. 6. & 5. Ethic.
6 cap. 10. Rebuff. in rubr. de reſcript. nu. 25. † nàm
quod conceſſum eſt ex cauſa vtilitatis publicæ,
& defenſionis Regni, difficilitèr reuocatur, &
conſeruari debet, l. item ſi verberatum, vbi DD.
ff. de reiuendic. l. Lucius de euictionib. Capyc.
deciſ. 163. num. 3. verſ. *eſt difficultas*, & deciſ. 69.
num. 23. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 52. nu.
128. Couar. lib. 3. variar. cap. 6. nu. 6. Anton. Ga-
briel lib. 3. concluſionum tit. de iure quæſito non
tollend. concluſ. 3. nu. 4. Ioan. Andr. Georg. alleg.
13. num. 13. ex quo prudentèr dixit Rex Theo-
doricus ſcribens ad Agapitum Præfectum Vrbis
Romæ, vti refert Caſſiodor. in lib. 1. variar. cap.
33. *Neſcit ſerenitatis noſtræ ſemèl prolatum titu-
bare iudicium, nec quod prouida diſpoſitione con-
ſtituit cuiuſquàm occaſionis ſubreptione mutari*. Et
cùm fuerit admiſſa, & acceptata in dicta Ciuita-
te Baezæ inſtitutio præfatæ militiæ, & deſcripti
fuerint in ea milites, qui conſtant ex rollo, ſeù
7 matricula † viſi fuere cõtrahere cũ Sua Maieſta-
te, quòd adimplentibus illis pro parte ſua obſer-
uarentur illis irreuocabilitèr dictæ exẽptiones,

iuxta tradita per Afflict. deciſ. Neapol. 128. num.
10. Franc. Marc. quæſt. 152. par. 1. & quæſt. 920.
par. 2. Iaffred. Lanfranc. deciſ. 125. Georg. Aca-
cius lib. 3. de priuileg. iur. ciuil. cap. 8. à num. 5. &
ſequentibus.

Et quàmuis per mortem aliquorum militum
8 ſuiſſent alij ſubrogati, † vt regulare eſt in omni-
bus comitiuis, & congregationibus, l. propone-
batur ff. de iudic. l. vnica C. de filijs official. lib.
10. Bald. in l. ex perſona num. 3. C. de probation.
9 † Semper fuit eadem comitiua, & militia, dicta
l. proponebatur, & l. ſicut municipij §. vltimo ff.
quod cuiuſque vniuerſ. nomi. Roffred. quæſt. 5.
num. 3. M. Anton. Surgen. lib. 1. de Neapoli illu-
ſtrata cap. 1. num. 4. d. l. proponebatur, ibi: *Et le-
gionem eandem haberi, ex qua multi deceſſiſſent,
quorum in locum alij ſubiecti eſſent, & populum
eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum
annis fuiſſet*, l. ſi grege, & ibi Florian. num. 5. ff. de
legat. 1. Bald. in l. Ciuitates §. in decurionibus
10 num. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, † nàm
ſimiles militiæ, aut hominum comitiuæ, ſubroga-
tione mediante nunquàm moriuntur, vt inquit
11 Bald. in rubr. num. 9. C. pro ſocio; † imò con-
ſeruantur non ſolùm quandò ſunt numero ter-
nario, iuxta l. indè Neratius ff. de verb. ſignific.
Bart. in l. ſodales num. 3. ff. de collegijs illicitis,
Abb. in cap. 1. num. 5. de electio. Decius in cap.
nullus num. 16. eodem tit. Azeued. conſ. 9. nu. 9.
12 † ſed in vna ſola perſona, gloſ. in clem. nè Ro-
mani §. porrò, verbo *omnes* de electio. Anaſtaſ.
Germon. tract. de indulto Cardin. §. regularia
num. 68. & ex l. ſicut §. in decurionibus, vbi Bart.
& DD. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, Marin.
Freccia lib. 2. de ſubſeud. auctor. 2. Baron. nu. 31.
Marc. Anto. Surgens lib. 1. de Neapol. illuſtr. cap.
1. num. 4. nàm licèt militia conſiſtat in numero
perſonarum, tamèn adhùc ſi numerus ille dimi-
nutus eſſet in vno ſolo militiæ ius, & exemptio-
nes retinentur, cap. vlt. 65. diſtinct. cap. gratum
de poſtulat. prælator. l. ſicut in fine ff. quod cu-
iuſque vniuerſ. nomine, Bart. in d. §. in decurioni-
bus num. 11. Ioan. Andr. in regula decet conceſ-
ſum num. 7. de regul. iuris num. 6. Decius in d.
cap. nullus num. 13. Abb. in d. cap. 1. nu. 6. idem
Decius conſ. 151. num. 18. Petrus Gregor. de be-
nefic. cap. 10. num. 14. Franciſc. Marc. quæſt. 367.
gloſ. verbo *collegiatas* in cap. ſtatutum de electio.
in 6. Gambara lib. 3. de offic. & poteſt. Legati de
13 latere num. 87. & ſeq. dicens, † quòd etiàm ſi
omnes morerentur, non propterea periret ius
Collegij, ſed dormiret, & reſurgeret poſteà in-
ſtitutis alijs, ſecundùm Innoc. in cap. poſtulaſti
de iure patr. cap. cùm ex iniuncto de noui oper.
14 nunciat. † Et in effectu hodiè viuunt plures ex
militibus primitùs deſcriptis in dicta antiqua
militia, vt præſumitur, nec contrarium ex aduer-
ſo probatum eſt, vt ex Alex. conſ. 23. in prin. lib.
4. Anchar. conſ. 402. Card. Pariſ. conſ. 36. nu. 41.
lib. 2. Natta conſ. 59. n. 6. Boer. dec. 288. n. 2. tradit
Flam. Pariſ. lib. 9. de reſign. benefic. q. 24. n. 4. lib.
15 12. q. 7. nu. 3. † Et vltrà quod verum eſt, poteſt
cum veritate affirmari, quòd ij, qui deficiunt,
ſunt adhùc præſentes mediante ſubrogatione,
dicta l. ſi grege, vbi Doctores, l. eum debere

colum,

columnam ff.de ſeruit.vrban.prædior.l.vnica C.
de collagiat.& chartop.lib.11.Euerar.in loco à vi
ſubrogationis nu.1.& duob.ſeqq. vt in naui dixit
I.C. Paulus in l.qui res 98. §.aream ff de ſolut. &
liberat.ibi:*vt ſi nauem,quam tu promiſiſti,Dominus
diſſoluerit, deindè eiſdem tabulis compegerit,teneri
te; hæc enim eadem nauis eſt,quam te daturum ſpo-
pondiſti, vt videatur magis obligatio ceſſare, quàm
extincta eſſe*, l quod in rerum 24. §.vlt.ff.de leg.1.
vbi eadem eſt nauis. quæ deſtruitur, & reficitur,
eadẽ carina manẽte, l.Minicius 65.ff.de reiuend.
l.inter ſtipulantem 83. §. Sacram. verſ. *nàm & ſi
nauem*, ff.de verb, oblig. d.l. proponebatur verſ.
itemq; nauem ff.de indicijs.

Nec obſtabit dicere,quòd quàmuis dicta Co-
mitiua militiæ antiquæ fuerit inſtituta pro Suæ
Maieſtatis ſeruitio,& ſecuritate Prouinciæ Van-
daluciæ, & portuum maris illius debet ceſſare ea
conſideratione. quòd non conueniat dictæ Ciui-
tati Baezæ,quòd ſint in ea ciues exempti, ſed ob-
noxij oneribus publicis, & Vniuerſitatis, nàm li-
cèt hoc apparenti,& ficto zelo conẽtur illud coo-
16 perire, † non aliud habent intentum, quàm
ambitiosè velle plures habere perſonas ſub ſe, &
quibus poſſint ſe iuuare contra l. ambitioſa, vbi
DD.ff.de decret.ab ord.fac.iunctis ijs,quæ tradit
Ræuardus lib.5.var.c.6.& hoc non obſtante de-
bet potiùs conſiderari fauor,quem continet con-
17 ſeruatio dictæ militiæ antiquæ, † quia fauora-
bile, aut odioſum dicitur inſpecta cauſa, propter
quam quid introductum fuit,l.qui exceptionem
in princ.ff.de cond.indeb. Calderinus conſ.14.de
verb.ſignif.alij relati per Crauett. conſ.118.nu.9.
18 † Et quia vbi concurrunt fauor,& odium, ita
quòd diſpoſitio partim ſit fauorabilis, partim
odioſa, in totum iudicatur fauorabilis, vt poſt
Crot. in l.omnes populi, vlt.concluſ.ff.de iuſt. &
iure tradit Crauetta vbi proximè nu.10. Hiero-
nym.Gonzalez ad reg.8.Cancellar.de alternati-
ua in procemio §.6. nu.36.& ſeq. Rota dec.240.
nu.29.& 30.par.1. Sacri Palatij dicens poſt Crot.
in l.qui Romæ §.duo fratres ff de verb. obligat.
19 † quòd odium, quod venit in conſequentiam
fauoris,toleratur, Barbatia conſ. 48. nu. 6. vol.3
20 † Et dictus fauor augetur prærogatiuis, quas in
materia militari conceſſit antiquitas, l. non om-
nes §.1. ff. de re milit. vbi conſtat, Romanos ha-
buiſſe etiàm pacis tempore ſuas militias arma-
tas,in quibus ſubdit quotidiana armorum tracta-
tione armabantur, alebantur, & erant ad bella
præparati,l.milites 15.C.de re milit.lib.12. Franc.
Patritius lib. 9. de Republ. c.4. Io.Sueuius apud
Domin.Arumæ.diſcurſu 23 de iure publico the-
ſi 3. Lucas de Penna in l.fortiſſimi nu.12. C.de
erogat.milit.annonæ lib.12.& probat Cæpolla
tract.de Imperatore militum deligendo in princ.
nu.3.iunctis ijs,quæ tradit Angelus Pientinus in
21 tract.de iubilæo lib.3.c.3. † Et tanquàm in re
fauorabili debent admitti interpretationes exte-
ſiuæ fauoris pro conſeruatione dictæ militiæ, c.
cùm dilecti ſecundùm intellectum Innocent. de
donationibus, per quẽ ita arguit Alex. conſ.213.
col.4.lib.2.Cæphal.conſ.118.nu.21.Bald.in l.is,qui
in addit.n.5.ff.ex quib.cauſ.maior. Roder. Xuar.
conſ.10.nu.38. allegans l.quoties ff. de reb.dub.l.
quotiès ff.de verb.oblig.

Nec obſtabit dicere, quòd die 29.Ianuar.anni
1580.Sua Maieſtas ex relatione ſibi facta per Li-
centiatum Chriſtophorum Rexon Præfectum
Vrbium Baezæ, & Vbedæ miſit regiam ſchedu-
lam per eius conſilium Cameræ, in qua ordina-
bat, quòd eijceret à dicta militia, quos reperiret
eſſe facinoroſos, vel inquietos, & quòd interim
quòd aliud iuſſum foret, non admittaret alios
milites in dicta militia,& quòd cum dexteritate,
prout à ſe ipſo fieret,diſſimularet in faciendis mi-
litum experimentis, & numeratione, & Alardis,
& in obſeruantia præheminentiarum, addendo
ſequentia verba. *Porque dexandoſe de guardar,
ceſſaran los otros encouenientes,que deçis*, quia ſa-
tisfit pluribus modis.

Primò, quòd dicta regia ſchedula nec proceſ-
ſit per Regium Conſilium belli,quod erat com-
petens in dicta materia, Et fuit obtenta cum re-
latione ſiniſtra,& notoria ſubreptione,referendo,
quòd erant perſonæ facinoroſæ, & inquietæ, &
quòd propterea fuerant adſcriptæ dictæ militiæ,
22 † & de iure in quolibet reſcripto ad inſtantiam
partis tacitè intelligitur clauſula iuris, *ſi fores ve-
rum Principi expreſſum*, c. ex parte, vbi Dec.n.2.
de reſcript.cap.cùm noſtris de conceſſ.præb.ibi.
*Eo quòd per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionẽ
fuerant impetratæ*, Calderin. conſ.29. tit.de præb.
23 † Nàm omnia reſcripta gratioſa vitiantur tali-
tèr per obreptiones, & ſubreptiones, quòd fiunt
nulla à principio, quantùmuis parua ſubreptio
ſit,c.poſtulaſti, c.ad aures, c.conſtitutus, c.ad au-
dientiam de reſcript.clem.1.de præb.ibi. *Nullius
momenti*, l.fin.C.de natalib.reſtituend. ibi. *Nihil
uideri impetraſſe*,l.1.§.quæſitum ff.de appellat.ibi.
*Si enim docuerit,vel falsò,vel non ita ſe habere,quæ
ſcripta ſunt, nihil à nobis videbitur impetratum*, l.
36.tit.18.p.3.ibi, *Que ſi carta fueſſe ganada diçien-
do mentira, y encubriendo verdad, que no deue va-
ler*. Et in proprijs terminis cedulæ regiæ adducit
Roder.Xuar. conſ.2. nu.10.
24 † Et ratio eſt, nàm cùm in narratiua deficit
veritas,deficit in Principe voluntas, eò quòd tali-
tèr concedendo fuit deceptus,vt ait text.in d.cap.
conſtitutus ibi. *Et de hoc memoratus P. non feciſſet
in ſuis literis mentionem, intelligendum erat circũ-
ueniſſe prædeceſſorem noſtrum*, l.fin. C.de his, qui
à non domino manumitt. ibi. *Fallendo Principis
conſcientiam; nàm mendax precator debet omninò
25 carere impetratis*. † Et quòd hoc procedat in qua-
libet ſubreptione, aut falſi expreſſione eſt tex. in
c.non poteſt de præb.lib.6.ibi.*Quãtumcunque mo-
dicũ*. Et ibi notat gl.& in c.ſi motu proprio eod.
tit.ibi.*quantù mcunque modicũ*, c.ſi proponente de
reſcri.Ans.de But.in c.ex inſinuatione n.6.de re-
26 ſcrip. † Et qui voluerit ſe fundare in dicta regia
cedula debet verificare,quòd fuit vera aſſertio,cuius
virtute emanauit,vt latè probat Maſc.de probat.cõcl.
729.& 1211.& hoc eſt indubitabile,cũ ea nõ fue-
rit in obſeruantiã deducta,vt poſteà dicetur. Rur
ſus, quia ipſe Licentiatus Chriſtophorus Rexon
agnoſcens, quòd perperàm factum fuerat in di-
cta falſa aſſertione, non proceſſit ad executionẽ

Hh 3 dictæ

dictæ regię cedulæ, nec ipſam obſeruauit, imò admiſit de nouo alios milites, vt conſtat ex matriculis, & ſeruari fecit dictæ militiæ ſuas exemptiones, vt pro illius parte probatum eſt, & ità à dicto anno 1580. hùcuſque non fuit obſeruata dicta
27 regia cedula, † & cùm fuerit data ad aliquid faciendum, ſcilicèt frangẽdum immunitates militiæ, ceſſauit illius effectus per decem annos, l. 1.
28 ff. de nundinis, l. 42. tit. 18. p. 3. † Et confirmatur, nàm ſi leges generales, vt vim habeant, requiritur fuiſſe obſeruatas, l. de quibus ff. de legib. §. leges 4. diſt. gloſ. verbo *frangere* in c. 1. de tregua, & pace, vbi Felyn. nu. 6. & ſeqq. Alciat. reſp. 52. nu. 11. Nauarr. conſ. 1. nu. 13. & 23. de conſtitut. maiori ratione dicta cedula, ſeu reſcriptum de-
29 fectuosè obtentum, † quia ſi hoc procedit, quandò maior adeſt ratio, debet procedere, vbi eſt minor, l. fin. iuncta gloſ. C. qui ętate lib. 10. cap. cùm in cunctis, vbi gloſ. & DD. de elect. l. 3. C. de condict. indebiti, Euerar. loco à minori nu. 1.

Rurſùs, quia ordo dictæ cedulæ non fuit, quòd virtute illius cenſeretur reuocata inſtitutio dictæ militiæ antiquæ, & illius exemptiones: ſed iniunctum ei, quòd diſſimularet in obſeruantia priuilegiorum dictæ militiæ antiquæ, & ità poſitum fuit in voluntate dicti Præfecti, vt efficeret per viam diſſimulationis, vt de ſe; ex quo reſultat,
30 quòd † illud, quod Sua Maieſtas in illius potuit arbitrio obſeruare, vel non exemptiones, non induxit neceſſitatem, l. non quidquid ff. de iudicijs, Io. Andr. in c. cùm in diœceſi nu. 2. in fin. de vſur. cùm ſemper fuerint obſeruatæ, ceſſauit effectus dictę cedulę. Rurſus, nàm quod illi fuit iniunctũ, vt diſſimularet ſuper obſeruantia dictorum priuilegiorum, fuit in ſubſtantia dicere, quòd tacitè illa frangeret, quod aliter conſequi non poterat, niſi quòd milites non reclamaſſent, aliàs illis reclamantibus non poterat habere intentum, & ordo dictæ regiæ cedulæ ſi contradicentibus militibus, & litigantibus ſuam exemptionem frangeretur, nàm non eſſet diſſimulatio in eius obſeruãtia, ſed manifeſta contrauentio; quod noluit fieri Sua Maieſtas. Et ita nequit dici, quòd dicta cedula reuocarit priuilegia militiæ.

Rurſus, quia ſalua veneratione, quæ debetur Conſilio Cameræ, quandò dicta ſchedula fuiſſet derogatoria dictarum exemptionum, non potuit expediri per dictum Conſilium in derogatione, & præiudicium dictæ militiæ antiquæ ſtabilitæ per Suam Maieſtatem cum conſultatione eius
31 Conſilij belli, † ſiquidem regularis eſt, quòd reuocatio cuiuſuis rei ad eum pertinet, ad quem pertinuit illam concedere, Comm. reſ. de regulo iur. in antiquis, l. nihil tam naturale ff. eod. tit. l. ſed ſi verè, l. prout quiſque ff. de ſolut. l. emptio ff. de reſcind. vend. §. fin. Inſtit. quib. mod. toll. obligatio, l. 2. C. quandò liceat ab emptione diſcedere, l. vlt. verſ. & maxime C. de auſtonit. præſt. Roffred. quæſt. Sabat. 54. nu. 13. Ludou. Gomez tract. de expectiu. nu. 8. deciſ. Genua 34. nu. 10. Georg. Acaz. lib. 3.
32 de priuil. iur. ciuil. c. 2. nu. 1. † & cuius conſenſus in contrahendo requiritur, eiuſdem etiàm in diſſoluendo, Auth. contra ſi filij C. de repudijs, Iaſ. in l. quod iuſſit, verſ. ſecundo principaliter nu.

31. ff. de re iudic. facit tex. in l. ſi ad reſoluendam C. de præd. minor. Addit. ad Decium in d. l. nihil litera D.
33 † Et omnes res, quæ ſunt neceſſariæ ad alicuius actus conſtructionem, requiruntur paritèr ad deſtructionem eiuſdem, l. quomodòcunque, §. fi. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 203. nu. 18. vol. 2. Felyn. in c. cùm acceſſiſſent nu. 5. de conſtit. Ozaſc. dec. 53. nu. 10. & 11. Surd. dec. 128 ex nu. 8. Bellon. conſ. 60. nu. 16. & ex l. ſicut propoois la 2. C. de
34 nupt. Io. Anton. Laoar. conſ. 91. nu. 7. † taliter, quòd ille, qui ab initio non poteſt actum facere, non poteſt deſtruere iàm factum, vt decidit Rot.
35 Rom. deciſ. 47. nu. 12. p. 1. † Et ita dixit Andr. Siculus conſ. 1. nu. 31. vol. 3. eius eſſe adimere, cuius eſt donare, l. eius eſt nolle ff. de reg. iur. l. iudi-
36 cium ff. de iudicijs, † Et eiuſdem eſt deſtruere, cuius eſt condere, c. cùm ex iniuncto de hæreticis, c. 1. & 2. de capellis Monachor. c. cùm & plantare, §. in Eccleſijs de priuileg. Auth. de defẽſoribus Ciuit. §. iuſiurandum, Gallego de cognatione ſpirituali c. 21. concluſ. 4. nu. 11.
37 † Et confirmatur, nàm quodlibet Conſilium ex his, quæ habet Sua Maieſtas ſeruare debet ſuos limites, abſquè eo, quòd ſe intromittat in iuriſdictione alterius, & in pertinentibus ad eum, nàm contrarium foret magna confuſio, l. fin. C. de apparitorib. Proconſulis, & Legati lib. 12. Bald. in l. teſtamenta nu. 3. C. de teſtam. Florian. in l. ſi menſor §. hoc iudicium nu. 3. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, Bart. in l. in Prouincijs n. 1. per tex. ibi C. de numerarijs, & actuarijs lib. 12. l. 2. C. de executor. & exactor. Barbat. conſ. 46. nu. 8. lib. 3. Bellenemus de charitatiuo ſubſidio q. 53. num. 1. Bald. in l. repetita num. 2. C. de Epiſc. & Cleric.
38 † dicens, quòd vnus non debet ſe intromittere in alterius iuriſdictione, & munere, quia aliàs per eum facta nihil valebunt, Auend. c. 10. Prætor. nu. 4. verſ. *hoc caſu*, Et foret magni inconuenientis, quòd res exequutæ, vel ordinatæ per Suam Maieſtatem mediante ſuo Conſilio belli, prout fuit iſta militia, tolleretur per Conſilium Cameræ abſque particulari ordine Suæ Maieſtatis per idẽ Conſilium belli, maximè abſquè cauſæ cognitione, inauditis, nec citatis dicta militia, & militibus eius, de quorum præiudicio tractabatur, c. 1. in fine de cauſa poſſeſſionis, Abb. in c. fin. nu. 19. de iudicijs; Prius enim per terminos iuris erat cognoſcendum, ſi narratiua facta Suæ Maieſtati per Licentiatum Rexon erat vera, aut falſa, & fuerat extinguenda dicta militia antiqua, aut auferendæ illius immunitates, quod quandò non tractare-
39 tur, vt debebat tractari in Conſilio belli, † ſaltim debebat in Conſilio Iuſtitiæ, & non in Conſilio Cameræ, iuxta l. 23. tit. 4. lib. 2. nouæ recop. quæ dicit: *Mandamos que las coſas, que tocan à perjuyzio de partes ſe proueen el nueſtro Conſejo, y ſe conſultan, y libren por los del nueſtro Conſejo de la Iuſticia, y no ſe expidan por Camara, y ſi ſe dieren algunas cedulas en coſas de Iuſticia, y la parte ſuplicare, que no ſe de ſobre cedula, baſta que ſea viſto en el Conſejo.* Quæ eſt deciſio ſatis applicabilis,
40 & conformis noſtro caſui, † maximè non conueniendo regiæ auctoritati ſine legitima cauſa cognitione

cogni,

cognitione dictã antiquam militiã, & prærogati-
uas illi conceſſas tollere, iuxta ea, quæ tradit Rot.
deciſ. 33. nu. 18. de præben. in antiquis, Io. Andr.
in cap. præſenti nu. 3. de offic. deleg. in 6. Hieron.
Gonzal. vbi ſupra gloſ. 5. §. 6. num. 43. & ſeq.
41 † cùm omnis variatio ſit de iure improbata, l.
ſerui electione ff. de leg. 1. c. licèt de procur. reg.
quod ſemel de reg. iur. in 6. Greg. Lop. in l. 5. tit.
19. p. 6. Achil. de Graſſ. dec. 13. & 14. de penſion.
42 † Nec eſt veriſimile, quòd ſua Maieſtas virtute
dictæ ſchedulæ, affectetè obtentæ, voluerit tollere
dictam militiam antiquam ſtabilitam cum ma-
gna deliberatione, & iuſte cauſa, arg. l. ſi quandò
C. de inoffic. teſtam. c. Eccleſia lo 2. de election.
Anton. de Butr. in c. auctoritate nu. 8. de conceſ-
ſione præbendæ in 6. Io. Monach. in c. quàmnis
43 nu. 5. de elect. † iuncta l. minimè ff. de leg. vbi
minimè ſunt mutanda, quæ certam legem, & cõ-
ſuetudinem, ſeù interpretationem habuerunt,
Barbat. conſ. 61. nu. 37. lib. 3. Mandel. conſ. 61. nu.
13. Marinus Freccia de præſent. inſtrum. 8. p. q. 2.
nu. 11. Rolan. à Valle conſ. 35. nu. 15. conſ. 80. nu.
44 50 lib. 4. Capolla conſ. ciuil. 34. nu. 6. † quia dif-
ficilis habetur reuocatio eius, quod longam ha-
buit obſeruantiam, c. contingit de tranſact. ibi. *Si
fuit aliquot annis obſeruata*, facit tex. in c. audita
de reſtit. ſpoliat. vbi non præſumitur derogatum
ſententiæ longo tempore obſeruatæ, Aym. conſ.
42. nu. 3. conſ. 151. nu 30. Et quandò non fuiſſent
tàm notorij defectus, quibus obtenta fuit dicta
regia ſchedula, ſufficeret ad manifeſtãdum illius
nullitatem fuiſſe expeditam ſine communica-
tione, & interuẽtu Conſilij belli, nec ſpeciali eius
conſultatione, vt eſt obſeruantie, & ſtylus in ca-
ſibus ſimilibus, in quibus poteſt occurrere com-
petentia iuriſdictionum inter Conſilia, & Tribu-
45 nalia Suæ Maieſtatis, † & actus contra ſtylum
præfefert nullitatem, vt pluribus probat Creuetta
conſ. 201. nu. 21. Ferrettus conſ. 53. Alciat. reſpon.
220. in fine, Flam. Pariſ. lib. 8. de reſignat. benefic.
46 q. 8. nu. 49. † Et erat magis conueniens, quòd
cùm præheminentiæ fuiſſent obtentæ per Conſi-
lium belli, tractaretur, & diſcuteretur in eo, ſi erãt
tollendæ, & derogandæ, l. 3. ff. de re iudic. l. eius eſt
nolle ff. de reg. iur. Cephal. conſ. 39. nu. 47. lib. 1.
quia neceſſaria in acquirendo, eadem requirun-
tur in amittendo, l. quemadmodùm ff. de acqui-
ren. poſſeſſ.

Maximè, quia anno 1597. quandò non dùm
erat ſtabilita cum effectu noua militia, Conſilium
Regium pro abundantiori cautela dedit ſuas
prouiſiones, vt obſeruarentur illi præheminen-
tiæ, cum quibus fuerat inſtituta anno 1565. quod
magnum robur addidit primæ conceſſioni, nè
Præfectus Vrbi poſſet contra illa quicquam at-
tentare, aut moliri.

Nec præiudicat dictæ militiæ antiquæ, quòd
fuerit iuſſum ſtabiliri nouam leuis armaturæ,
quæ dicitur *Battallon*, quia hoc intelligitur quoàd
loca, in quibus non conſiſtebat, & erat conſtitu-
ta militia antique, vt erat in dicta Ciuitate Bae-
47 zæ, † & quòd ab antiquo conſtitutum erat,
moderuis precibus nõ egebat, l. 1. in fin. ff. ad mu-
nicipalẽ, l. 1. C. de theſaur. lib. 10. l. forma cenſuali
§. fin. ff. de cenſib. Roderic. Xuarez conſ. 1. nu. 23.
Et per nouam non fuit viſum mutari, & reuo-
48 ri antiquam, † quia non præſumitur mutatio,
l. eum, qui ff. de probat. l. item quæritur in fin. ff.
locati, l. cùm hic ſtatus in princ. ff. de donat. inter
c. maiores de baptiſmo, l. ſancimus. vbi Iaſ. notab.
4. C. de teſtam. Alciat. reſponſ. 359. nu. 5. Alex. in
49 l. de tutela nu. 11. C. de in integr. reſtit. † Et in
ſpecie quòd reuocatio priuilegiorum non præ-
ſumatur, tradit Calderin. conſ. 11. de priuil. ſub
nu. 1. col. 2. Mandoſ. ſuper reg. Cancellariæ reg. 4.
q. 7. num. 16. Vincent. de Franch. dec. 125. num. 5.
50 † Et quia correctio eſt in dubio vitenda, Barb.
51 conſ. 1. nu. 8. conſ. 55. nu. 20. lib. 3. † Et de iure
quod non mutatur, adhùc manere præſumitur,
l. eum, qui ff. de probat. c. maiores de baptiſmo, &
ibi gloſ. verb. *perdurare*, Anton. de Butrio in c. li-
cèt 15. nu. 5. de procurator. in 6. Io. Monach. in
c. inquiſitores nu. 3. de hæret. in 6. Gonzal vbi ſu-
52 pra, gloſ. 14. n. 35. † Et quia mutatum, & cor-
rectum non dicitur, quod non eſt expreſsè reuo-
catum. c. cùm expediat de elect. Ant. de Butr. in
d. c. auctoritate n. 8. de conceſſione præben. Bar-
53 bat. conſ. 39. nu. 3. lib. 3. † Et ſemper aſſumi
debent coniecturæ, & præſumptiones, quibus nõ
videatur Princeps auferre, quod ſemel conceſſe-
rat, Hieron. Gonzal. vbi ſuprà gloſ. 9. §. 2. nu. 19.
54 & ſequentib. † quia decet Principis beneficiũ
eſſe manſurũ, & ab omni malitia, & diminutione
extraneum, c. decet de reg. iur. in 6. Auth. conſtit.
quæ de dignit. §. illud collat. 6. Roder. Xuar. conſ.
55 10. nu. 52. † cùm omnis ademptio ſit odioſa,
gloſ. fin. in l. vlt. ff. de his, quæ pœnæ nomine, & in
l. ſi pluribus ff. de leg. 1. Alex. conſ. 169. viſo the-
mate nu. 4. lib. 5. & conſ. 79. nu. 8. & 10. lib. 5.
56 † Neque iuris priuatio inducitur vnquàm, niſi
ſit actum expreſsè, Auth. de non eligendo ſecun-
dò nubentes §. cùm igitùr, Bald. in l. ex teſtamen-
to C. de ſecundis nuptijs, Iaſ. in l. 1. nu. 12. C. de
tranſact. Cauall. tomo 3. prectic. quæſt. q. 828.
num. 128.

57 † Rurſus facit, quod ab initio factum legitimè,
ex caſu ſuperueniente non debet irritari, l. neque
enim ff. de itinere, actuq; priuato, l. ſancimus C.
de adminiſtr. tutor. l. qui furore, vbi Bart. ff. de
ſtat. hominum, l. 2. l. qui in poteſtate §. fin. ff. de
teſtam. c. diſcretionem de eo, qui cognouit con-
ſanguin. vxor. ſuæ, vbi gloſ. verbo *officere*, & dicit
Bald. conſ. 19. incipiente factum ſic opponitur,
col. 4. lib. 4. quòd illud, quod legitimè factum eſt,
ex caſu ſuperueniente, ad imperfectum reduci
non debet, l. ſi Geuder.nius ff. de contrah. emptio.
l. Sancimus C. de admin. tutor. l. 2. ff. de itin. actuſ-
que priu. Roffredus q. 5. nu. 7. Crauett. conſ. 11.
58 nu. 18. † & facit, quia ſemper præſumitur, pri-
mum priuilegium, vel conceſſionem Principis
non eſſe reuocatam, quandò de eius reuocatio-
ne propter aliam poſteriorem conceſſionem
oritur dubitatio, iuxta theoriam gloſſæ commu-
nitèr approbatæ in ſumma 25. q. 2. Federic. de Se-
nis conſ. 291. Rom. ſh. conſ. 327. incipiente iſtæ
59 ſunt rationes nu. 1. † quia retentionis cauſa, &
conſeruationis eſt fauorabilior, l. per retentionẽ,
vbi Bald. notab. 3. de vſuris, l. multis codicillis §.

vete-

veteranus ff. de teſtam. milit. l. purè ff. de doli exceptione, l. penul. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tab. Aym. conſ. 6. nu. 98. Rota dec. 295. nu. 2. p. 2. Et prætanſio Conſilij, & Iuratorum dictæ Ciuitatis Baezæ impugnandi dictam militiem antiquam, volendo, quòd ſaltim habeat nomen, & ef-
60 fectus nouæ, † eſt odioſa, & ad minus non ita fauorabilis, prout antiqua militia, vt poſt Signor. conſ. 21. nu. 22. Crauett. conſ. 463. eod. nu. tradit Morot. reſponſ. 93. nu. 12. Gambara lib. 5. tit. de poteſtate Lagati in vniendo n. 163. dicens, Quòd reuocatio eſt odioſa.

Et confirmatur, quia nullo modo poteſt dici, quòd militia Baezæ ſit noua, nàm vt eſt probatũ viginti quinque teſtibus ex illis da regimine vocatis *veintiquatros*, & aliquibus Iuratis, & nobilibus, alijſque officialibus publicis dictæ Ciuitatis, ſemper fuit conſiſtans, & in viridi obſeruantia dicta militia cum militibus deſcriptis, & matriculatis, & quòd faciebant militaria exercitia, exiſtentibus Capitaneis Præfectis Vrbis, donec Cõſilium belli, ad eorundem militum ſupplicationem nominauit in eorum Ducem, ſeù Capitaneum Don Alphonſum Noguere virum notæ nobilitatis, vnum ex Decurionibus dictæ Ciuitatis, qui eàm ad præſens tenet, Cum quo concurrunt matriculæ productæ pro parte dictæ militiæ, & eademmet cedula, quam obtinuit Licentiatus Rexon, quibus eliditur probatio contrarie Concilij, & Iuratorum, & quod à principio fuit pro ipſorum parte informatum dicendo, quòd
61 non fuerat dicta militia, † & remanet conuictum, omnia aſſerta in contrarium eſſe incerta, argum. l. cenſus, vbi DD. ff. de probat. Bald. in l.
62 exemplo nu. 1. C. de probat. † Et quia cùm ageret Licentiatus Rexon, quòd tollerentur præeminentiæ, & hac occaſione diſſolueretur Comitiua, de neceſſitate infertur, quòd conſiſtebat in eſſe, & obſeruantia, l. manumiſſionis ff. de iuſt. & iure, l. decem ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 81. incipiente, Reuocatur in dubium nu. 5. lib. 5.
63 Et ad hoc vt non diceretur noua dicta militia, ſufficiebat antiquitas, quam habebat in habitu, vt deducta poſteà ad actum, haberetur pro antiqua, arg. l. ſicut in fine ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, l. ſi. ff. ſi ex noxali cauſa agatur, Paulus Caſtrens. & Alex. num. 4. in l. ſi ſeruum eodem tit.
64 † quia actus ſequens veniens ad executionem, aut perfectionem alterius non dicitur nouus, ſed idem cum primo, l. ſi hæres ff. de action. empt. iuxta intellectum Crauettæ conſ. 223. poſt n. 10. & 13. Morot. reſponſ. 62. nu. 12. l. nàm & Seruius §. ſi viuo ff. de neg. geſt. vbi dicitur, quod rem nouam non faciunt ea, quæ veniunt ad proſecutionem, ſeù conſummationem inchoatorum, l. Titium §. altero ff. de adminiſt. tut. Petrus de Vbaldis in tract. de duob. fratrib. p. 14. nu. 9. Crauett.
65 conſ. 223. nu. 21. vol. 2. † dicens, quòd non dicitur nouum, quãdò illud, quod erat in potẽtia, reducitur ad actum, arg. l. ſicut in fine ff. quod cuiuſque vniuer. nomin. l. fin. ff. ſi ex noxal. cauſa agatur, Iaſ. in l. ſi ſeruum not. 3. eod. tit. vndè ſcribit Calderin. conſ. 11. de feudis, quem ſequitur
66 Crauetta vbi proximè nu. 12. † quòd noua res non dicitur, quandò alterantur ſolùm accidẽtalia ipſius rei, forma ſubſtanciali remanente, & ponit exemplum, ſi Epiſcopus rem ſolitam concedi in feudum, infeudat ſub nouis pactis, ſubiũ-
67 gitque Crauett. nu. 13. † quòd ea, quæ pertinẽt ad perfectionem, aut conſummationem inchoatorum, non faciunt rem nouam, aut nouum negotium; requiritur enim, quòd alteretur natura negotij, vt actus dicatur nouus, Menoch. conſ. 35. nu. 31. lib. 1. Steph Gratian. tom. 3. diſcept. c. 109. nu. 5. Hieronym. Gabr. conſ. 151. nu. 20. vol. 2. &
68 ſeq. lib. 1. † quia non dicitur nouum facere, qui quod erat antiquum, declarat l. hæredes palam §. ſi quid ff. de teſtam. dec. Genuæ 37. nu. 8. c. relatũ de præben. Butr. in c. 2. nu. 13. de elect. in 6. Celſus Hugo conſ. 220. nu. 21. Et vt diceretur noua, neceſſarium erat, quòd nunquàm fuiſſet militia
69 in dicta Ciuitate, † quia ſolùm dicitur nouum, quod nunquàm anteà fuit, c. auaritiæ, c. generali, vbi Ant. de Butr. n. 14. de elect. in 6. Latta Card. Mantica deciſ. Rotæ 163. n. 4. ait, non dici nouũ, quod anteà fuit, l. non eſt nouum ff. de leg. 1. l. 1. §. 1. & §. ſi quis ædificium ff. de oper. nou. nunc. notant Archid. & Io. Andr. in c. generali verbo *de nouo* de elect. lib. 6. Gemin. in c. 1 n. 12. & Franch. nu. 3. verſ. in *gloſ.* verbo *ad habitandum* de exceſſ. Prælat. eod. lib. & in caſu non diſſimili Oldrad. conſ. 190. nu. 2. in fin. facit celebris doctrina Abb.
70 in c. 1. nu. 4. de verb. ſignif. dicentis, † quòd noua non dicitur res, niſi tota ſit noua, nec ſufficit, quòd ſit noua aliqua pars, Bald. conſ. 183. incip. Statuto Ciuitatis Veronæ nu. 2. p. 2. dicens, nec intelligitur ex toto mutatum quoad ſuam originem, licèt accidentalia ſint mutata, l. cùm filius &
71 hæres meus ff. de leg. 2. † Et in iure expreſſum eſt, quòd quandò vetus Conſtitutio renouatur etiàm aliquo addito non dicitur noua, ſed antiqua, cap præceptis 12. diſtinct. cap. acutius 24. quæſt. 1. Nec dicitur res noua, quãdò ſolùm mutantur accidentalia, manente forma ſubſtantiali, Aym. conſ. 223. nu. 10. facit l. quæſitum §. illud ff. de leg. 3. ibi, *Ea, quæ talis naturæ ſunt, vt ſæpiùs in ſua poſſint redigi initia, ea potentiùs natura victa,*
72 *nunquam vires eius effugiunt.* † Et quia qualitas non alterans ſubiectum comprehenditur ſub prima diſpoſitione, cap. ſtatutum de elect. in 6. Albert. Brun. tract. de augmento concl. 3. Rebuff.
73 reſp. 34. nu. 5. † Et facit, quòd tàm in naturalibus, quàm moralibus eſt recepta iuris concluſio, quod idem numero, & ſpecie dicitur, quod reparatur, recreatur, aut reſtituitur in priſtinam formam, & ſubſtantiam, vt de naturalibus probatur in l. nàm ad ea cum ibi notatis per gloſ. & DD. ff. de legib. & in l. ſi ſeruitutes §. ſi ſublatam ff. de ſeruit. vrban. præd. Abb. in cap. plerunque not. 4. nu. 3. de donat. inter vir. & vxor. In moralibus autem hoc eſt faciliùs, & iuridicum propter magnam Principis auctoritatem, & poteſtatem; Bar. in l. ſi is, qui pro emptore n. 29. ff. de vſucap. facit l. finalis ff. de minor. l. deferre §. fin. ff de mil. teſtam. l. Ariſt. ff. de manum. vindicta, Greg. Lop. in l. 32. tit. 4. p. 6. gloſ. litera B. Bald. in c. cùm acceſſiſſent de conſtit. nu. 15. dicens, reparatum eſſe numero, & ſpecie idem, quod erat antiqui-

tùs

nis, & eandem ſubſtantiam retinere per l. ſicut
§. non ſecùs C. de præſcript. 30. anno. & nu. 17.
74 verſ. *porrò* tradit, † non dici omninò extinctã
dignitatem, quandò ſupereſt aliqua ſpecies, vel
inditium reparationis, aut aliquis habitus, ſiuè
figura, aut memoria priſtinæ ſubſtantiæ, l. pecu-
lium eſt §. ſi opem ff. de pecul. Et repetit nu. 18.
qui paulò ante nu. 17. verſ. *& eſt noua* dixerat. Id
nouiter creatum dici, quod primo principio ſui
factum eſt, nec habet inſtar, nec dependentiam
ab alio principio, per c. 1. §. 1. de ſucc. feudi.
75 † Et ita Bart. & alij in l. ſi mihi, & Titio ff. de
verb. oblig. afferunt, quòd non dicitur feudum
nouum, ſed antiquum, ſuper quo eſt renouata
conceſſio, c. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis, vbi
gloſ. Bald. in l. quod dicitur 1. ff. de impen. in re-
bus dotal. factis. Roman. conſ. 315. in caſu, Alex.
conſ. 30. quoniàm omne nu. 5. & ſeq. lib. 1. Socc.
conſ. 100. verſ. *videmus etiàm* lib. 3. Mandoſ. in
gloſ. auditoratus regentis §. habita verbo *auditoratus*, & ex notatis in c. præceptis 12. diſt. & c. 1.
de feudis, tradit Anchar. conſ. 54. nu. 4. (quàmuis
Saluian. lib. 5. de gubern. Dei dixerit, quòd non
poſſunt penitùs dici ipſa, quæ ſunt in aliqua ſui
parte vitiata, incolumitatem enim non habent,
quæ plenitudinem perdiderunt) facit l. 4. §. ex
conuentione ff. de re iud. ibi, *cùm aliquid acceſſerit rei iudicatæ, non eſt à re iudicata receſſum*, facit
l. miles §. decem ff. de verb. oblig. quæ iura pon-
derat Petr. de Anchar. conſ. 54. nu. 3. vbi addit,
76 iure caueri, † quòd ille, qui exequitur, quod
iàm factum eſt, non dicitur de nouo facere, c. li-
77 teris de reſcrip. c. nouit de appellat. † Et quia
mixtura superueniens non tollit ius competens
ex prima, l. ſi eo loco §. 6. ff. ſi ſeruit. vendicetur,
ibi. *ſicuti qui aqua, ex qua ius habet vtendi, alia mixta vſus eſt, retinet ius ſuum*, l. is, cui ff. quemad-
modùm ſeruit. amit. ibi, *aut aquæ admiſcuerit aliam &c.* nàm mixtura addita non mutat natu-
ram præcedentis diſpoſitionis, cui admiſcetur;
maximè per modum temperamenti; Quod con-
firmatur, nàm non obſtante quòd fuit decretum,
inſtitui nouam militiam leuis armaturæ, ſiuè *del Battallon*, fuit continuata dicta militia antiqua in
militibus, qui erant deſcripti, & matriculati, &
alijs nouitèr receptis in locis demortuorũ, & de-
ficientium, & ita quàmuis conſideraretur, quòd
qui nouitèr ingreſſi, & deſcripti fuerunt, eſſent
poſt exequutos ordines nouæ militiæ, adhùc in
Ciuitate prædicta fuit conſeruata militia anti-
78 qua, † quia actus continuatio facit duo cẽſeri
vnum, vt ff. de precario l. ſed ſi manente, l. memi-
niſſe ff. de offic. Proconſulis, Federic. de Senis q.
7. nu. 4. Paul. de Caſtro in l. eum §. in popularibus
nu. 5. ff. de iureiur. & conſ. 90. nu. 2. conſ. 390. n. 3.
79 p. 1. deciſio Genuæ 23. nu. 12. † Et de natura
recidiuorum eſt declarare, prima adhùc vigere,
c. ad Audientiam, c. Præsbyterum de homicidio,
c. ad abolendam de hæretic. in 6. Gamma dec. 36.
80 nu. 5. & 6. dicens, † quòd ſecunda conceſſio
cuiuſuis gratiæ durante prima conceſſione non
dicitur noua, ſed primæ prorogatio, Vrſill. ad Af-
flict. dec. 148. nu. 4. Adeò quòd Alex. conſ. 79. nu.
9. & 10. lib. 1. dixit, non derogari conceſſioni, &
81 ſi quid addatur, vel remoueatur, † nec quali-
tatis mutatio facit rem diuerſam cenſeri, vt poſt
Iaſ. in l. ius autèm ff. de iuſtitia, & iure, tradit Ni-
col. Bellon. conſ. 8. nu. 4. Et quàmuis Comitiua
dictæ militiæ antiquæ poſſet in fauorabilibus ſe
iuuare priuilegijs conceſſis nouæ militiæ, iuxta
ſchedulas regias productas in hac cauſa, adhùc
cùm eſſet illi magis vtile conſeruari in ſuæ inſti-
82 tutionis antiquitate, † hęc cauſa, & origo fauo-
rabilior debet attendi, Aretin. poſt Bar. in l. is
poteſt in fine ff. de acquir. hæred. Alciat. reſp.
239. nu. 5.

83 † Et confirmatur ex his, quæ tradit Bal. conſ. 256. nu. 2. vol. 3. vbi per tex. in d. l. ſed ſi manente ff. de precario notat, quòd ea, quæ veniunt ad conſummationem inchoatorum non faciunt nouam ſocietatem, neque rem nouam, ſed ſolùm ea, quæ pertinent ad nouum negotium, l. nàm & Seruius §. ſi viuo ff. de negot. geſtis, l. Titium, & Meuium §. altero eod. tit. Mieres de maiorat. 1. p. q. 10. nu. 23. probans, rem nouam non facere ea, quæ ad perfectionem inchoatorum pertinẽt.

84 † Et confert, quod dixit Cæſar Manen. tit. de iure contractus liuellarij pacto 15. nu. 22. quòd permutationem nominis, quòd de emphyteoſi antiqua fiat feudum, adhùc dicetur feudum antiquum ex Decio conſ. 59. col. fin. verſ. *& licèt antiquæ inueſtitura*, vbi Addentes, Zuccar. conſ. 7. nu. 45.

85 † Similitèr facit, quòd noua inueſtitura facta per Dominum virtute antiquæ non tollit vigorem venientem ex antiqua, vt eſt tex. notabilis in c. vnico de vaſſallo decrepitæ ætatis, vbi Iacobus Aluarot. notat, pro ratione adducens regulam ſubrogationis, Euerar. dicto loco nu. 3. circa fin.

86 † Et etiàm quandò additur aliqua noua qualitas, feudum ſolùm cenſebitur nouum reſpectu illius, & in cœteris remanebit antiquum, & ob id ius quæſitum deſcendentibus ex prima inueſtitura non tollitur, vt ex Iaſ. conſ. 136. nu. 18. lib. 4. Io. Cæphal. conſ. 173. nu. 9. & 10. lib. 1. & Cannet. in c. volentes verſ. *at retenta opinione diù obſeruata* nu. 3. cum ſeq. fol. 83. & verſ. *ſed iſta opinio*, Afflict. de iure prothomiſ. §. 2. nu. 1. Rebuff. tract. de nominat. q. 2. principali nu. 33. Roland. à Valle conſ. 60. nu. 35. lib. 1. Ozaſc. dec. 23. nu. 24. tradit Maſtrill. dec. Siciliæ 56. nu. 19.

87 † Pro quo facit alia iuris Concluſio, quòd vbi de priori voluntate aliquid reformatur per ſecundam, voluntas prior firma remanet in non reformatis, l. Tribunus §. cùm aliquis ff. de milit. teſtam. l. alumnæ §. qui filiam ff. de alimentis, & cibar. legatis, Marc. Ant. Natta conſ. 483. nu. 4. & conſ. ſeq. num. 2. & 17. vbi ait, quòd quandò res aliqua non reuocatur, ſed reformatur, eſt vis, vt ſolùm in parte tollatur, & in alijs conſeruetur, l. iuriſgent. §. adeò ff. de pactis. gloſ. in c. ſtatutum verbo *reformandum* de reſcrip. in 6. l. vectigalia ff. de publican. & vectig. l. vnica §. & cùm in triplici C. de caducis tollend. Alberic. in diction. verbo *reformare*, Auth. de adminiſtr. offic. c. 2 verſ. *quoniàm* coll. 3.

88 † Et ita cùm faciliùs aliquid conſeruetur, quàm acquiratur de nouo, l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. §. caſum ff. de poſtulando, quæ ad hoc citat Crauett. conſ. 292 nu. 2.

Digitized by Google

89 nu.2. vol.1. † debet attendi, quod vtiliùs eſt dictæ Comitiuæ militiæ antiquæ, vt duret illius conſeruatio, & continuatio in ſua originali inſtitutione, iuxta tradita per Aymonem conſ. 106. num.9. Surd. de aliment. tit. 9. q. 16. num. 26. Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 126.nu.9. Morotius
90 reſponſo 46. nu. 30. † Pro quo etiàm facit, quòd non dicitur omninò extinctum, quod ad ſua initia reduci poteſt, l.quæſitum §. illud ff.de leg.2. Bald.in l.qui ſe patris col.fin. C.vndè liberi, Hieron.Zanch. in repet. l.hæredes mei §.cùm ita ff.ad Senat.Conſ.Trebell.1.p.nu.11. Et quòd dicta militia ſemper reſpexerit antiquum eſſe manifeſtum fuit ſeruitio per eam facto, quandò inimicus Angelus venit ad inſulam, & Ciuitatem Gaditanam, in qua expeditione expendit plusquàm ducatos octo mille, non obtenta à Sua Maieſtate, nec Ciuitate Baezæ, nec Capitaneo generali Prouinciæ illius Vandalutiæ re aliqua, vel ſuccurſu, etiàm eo, quod dabatur militibus *del*
91 *Battallon*, † & ex dictis expenſis, & ipſarum quantitate colligitur ipſorum animus, l.quod dicitur 15. ff. de impenſis in reb. dotalibus factis,
92 † nàm cùm non fuerit expreſsè per Suam Maieſtatem ſublata dicta antiqua militia, abſque dubio eſt, quòd conſeruauit ſuas præheminentias, & prærogatiuas, vt in ſimili poſt Innocen.in c.2. de nou. oper. nunc. tradit Federic.de Senis
93 q.15. nu.6. † & poteſt eſſe ratio, quòd prima cauſa magis influit in cauſato, quàm ſecunda. l.ſi filiusfam.ff.de verb.oblig.l.2.§.id quoquè ff.de collat.bon.l.quæ legata mortuis cum l.ſeq. ff.de regul.iuris, Tiraq.de retract.conuen. §.5. gloſ.4. nu.25. Hieron.Cagnol.in rubr.nu.91. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ. dicens, quòd actus ſemper attribuitur cauſæ primæ, & nòn ſecundæ.
94 † Rurſus nàm quod factum fuit pro augmento, vbi non fuiſſet militia, non debet operari diminutionem, & derogationem, vbi iàm aderat, argum. tex. optimi in l.3. §.ſi emancipatus verſ. *nec enim* ff.de bon.poſſeſſ.contra tabulas.

Finalitèr non obſtat dicere, quòd in titulo Capitanei dato D. Alphonſo Noguera, dicatur dari militiæ nouæ, nàm vltra quòd tùnc temporis nō dùm fuerit ſtabilita in dicta Ciuitate, talia verba non potuere præiudicare iuri antiquo, & radicato penès militiam antiquam, & eius milites,
95 † tùm quia mentionem non facit, quòd eſſet militia antiqua, & exemptionum, quas habebat; Et ita non præſumitur, quòd Sua Maieſtas voluiſſet illi præiudicare, c. veniens de præſcrip. ibi, *Non obſtante priuilegio Clementis Papæ, per quod priuilegiis ſuorum prædeceſſorum non extitit derogatum, cùm de ipſis nullam fecerit mentionem*, l. decurionibus C. de ſilentiarijs lib. 12. Cephal. conſ.58.nu.89.lib.1. Xuarez alleg.9.num.9.alleg. 10.nu.10.latè Menoch.lib.6.de præſum.præſ.40.

Rurſus, quia titulus conceſſus Don Alphonſo Noguera, & illius acceptatio non potuit præiudicare comitiuæ dictæ militiæ antiquæ, ex vul-
96 gari regula, † quòd ius noſtrum ſinè facto noſtro à nobis euelli non poteſt, l.fin. & ibi DD. ff. de pactis, l.id, quod noſtrum ff. de reg. iur. l. ſi cùm Hermes C.locati, l.nouatio, C. de fideiuſſ.
97 Rolan. à Valle conſ.10.n.38. vol.3. † Et quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, Pariſ.conſ.157.nu.50.& ſeqq.vol.1. Rolan. à Valle conſ.68.nu.49.lib.4. Gamma deciſ.Portugal.362.nu.3.

Demùm, quia in dicta cedula fuit etiàm aſſertum, quòd in noua militia erant deſcripti aliqui milites, cùm non ita eſſet, ſiquidèm non erant alij, quàm milites militiæ antiquæ, vt eſt probatum pluribus teſtibus, & ita in hac etiàm parte fuit obtenta cum falſa aſſertione, nec poteſt valere iuxta ſuperiùs adducta, & ſi ad ſuſtinendum eam vellet fieri relatio ad militiam antiquam, eò ipſo intelligebatur de ipſa omne, quod continet dicta cedula, præſertim quòad obſeruantiam ſuorum priuilegiorum, & eſſet in fauorem militiæ antiquæ: Quibus attentis, & quòd in dicta Ciuitate adeſt maximus numerus perſonarum abſque vlla exemptione, quæ poſſunt adimplere onera, & munia Reipublicæ, & quòd dicta Comitiua tàm in dicta eius Ciuitate, quàm eius Vicis, ſiuè Aldeis, in quibus eſt diuiſa non excedit numerum ducentorum militum, qui viuunt ſinè ſcandalo, rectè diſciplinati, & prompti ad occurrendum cum eorum perſonis, & bonis ad ſeruitium Suæ Maieſtatis, debet manuteneri in ſua antiquitate, & præheminentijs, confirmando primam ſententiam ad eius fauorem latam, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Inimico nihil gratiùs dari poteſt facultate offendendi inimicum.*
2 *Abſurdum eſt, vt in ſalutem, & exiſtimationem ſententiam ferat, qui nec de re pecuniaria poſſet cognoſcere.*
3 *Suſpectos, & inimicos Iudices eſſe non poſſe ratio naturalis, & iuridica dictat.*
4 *Suſpectorum Iudicum inſidias debemus vitare, quorum expectare ſententias periculoſum eſt, & plenum exitij.*
5 *Durum eſt iterùm litigare coram Iudice, qui grauamen intulerat.*
6 *Inimicitiam habens aduerſus aliquem, ſemper illi machinatur mala.*
7 *Iudicem iratum pati periculoſum eſt.*
8 *Fideliter non monet, qui alium vult in præcipites caſus mittere.*
9 *Officialis ſi ſemel aliquid iniuſtè fecit, præſumitur, quòd velit tueri.*
10 *Inimicus ſemel, ſempèr præſumitur inimicus.*
11 *Pernicioſius nihil eſt iniuſtitia, quæ vim habeat ad offenſam.*
12 *Inimicitia, atq; animi maleuolētia facilè decipimur.*
13 *Fœdum eſt inter iura publica priuatis odijs licentiam dare.*
14 *Iuſtitia regia eſt, neminem per potentiam opprimere.*
15 *Vindicta ſui doloris in Imperatore non placet, quæ & ſi iuſta fuerit, acrior videtur.*
16 *Cor Regis in manu Dei eſt, & in rectum inclinabitur.*
17 *Magiſtratus Supremi præſumuntur iudicaturi, vt Princeps iudicaret.*

18 *Veritas*

18 *Veritas vincit omnia.*
19 *Veritatis vis magna, vt ipſa abſquè alio adiutore prævalcat.*
20 *Inquiſitio non debet inchoari, niſi contra inquiſitum præcedat diffamatio.*
21 *Inquiſitio non debet formari ex ſolis ſcripturis in domo alicuius receptis.*
22 *Rumoribus ſæpiſſimè vanis non debent moueri Iudices ad inquirendum.*
23 *Rex non debet cuiquam temerè credere.*
24 *Alphonſi Regis Neapolis notabile exemplum non adhibentis fidem delationi factæ aduerſus quendam Ducem.*
25 *Crimina quæ amici famam dehoneſtant, non ſunt in iurgiis proferenda.*
26 *Detractores ſunt deteriores furibus ſubſtantias aliorum diripientibus.*
27 *Mentiendi licentia in iudicio non debet eſſe impunita.*
28 *Sanctum non eſt de moribus amici citò perperàm ſentire.*
29 *Principi decet ſemper humaniora cenſere.*
30 *Inquiri priùs debet de origine libellorum, quàm ſuſpitio formetur de magno viro ſuper ipſis, & diffamatio qualis ſit attendenda, vel reiicienda.*
31 *Fama eſt res fragilis, & perniciosa, & plerùmque procedit ab iis, qui deſiderant de eo famam eſſe.*
32 *Multa ſæpiùs eueniunt ex opinione aliqua leuitèr ſuſcepta.*
33 *Fundamento deficiente, corruit ſuperædificatum.*
34 *Abſentia à loco commiſſi delicti inducit præſumptionem pro abſente.*
35 *Si id, de quo erat maior ratio, non ineſt, nequè id, de quo minor.*
36 *Suggeſtionem continet interrogare in inquiſitione de aliquo nominatim facta.*
37 *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus mala.*
38 *Cor eſt imperator linguæ.*
39 *Suggeſtio Iudicis arguit animum deliberatum cõtra inquiſitum.*
40 *Confeſſio facta non præcedentibus legitimis indiciis non nocet.*
41 *Seruitium recipiens tenetur ex obligatione antidorali remunerare illud.*
42 *Reipublicæ fundamentum vnum eſt, benemerentes remunerare.*
43 *Nobilitas eam ſibi legem imponit, vt quod ſponte tribuit, exiſtimet, ſe debere, & niſi in beneficiis creuerit, nihil ſe præſtitiſſe putet.*
44 *Gratitudinis leges actionem concedunt in eos, qui benemeritis gratiam non referunt.*
45 *Obliuio præſumitur verbi, aut facti tranſeuntis.*
46 *Memoria hominis labilis eſt.*
47 *Concubinarius repellitur a teſtimonio.*
48 *Concubinarius ſemèl, præſumitur in eodem vitio durare.*
49 *Famulus expulſus à domo Domini, præſumitur illius inimicus.*
50 *Expulſio famuli propter ſcelera efficit, nè fides adhibeatur illi aduerſus Dominum.*
51 *Minæ faciunt indicium mali animi.*
52 *Teſtis dicitur inimicus propter verba minatoria ab eo prolata ſuper re capitali.*
53 *Inimicus ſemel, ſemper præſumitur inimicus, niſi probetur contrarium.*
54 *Iratus, aut odio aliquem habens, non dicitur agere, ſed pati.*
55 *Teſtium in perſonis quæ ſint conſideranda.*
56 *Pauper à teſtimonio repellitur, & quarè.*
57 *Inimicitia in teſte efficit, vt nulla fides ei adhibeatur.*
58 *Inimicus non admittitur teſtis etiàm in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ.*
59 *Inimicus etiàm contra forafcitum, aut publicum latronem non admittitur teſtis, & nu. 62.*
60 *Forindicatus pro mortuo habetur.*
61 *Forindicatus poteſt impunè occidi.*
63 *Teſtis inimicus nec indicium facit.*
64 *Teſtis, qui non debuit recipi, ſi recipiatur, non facit indicium.*
65 *Teſtis licèt in interrogatoriis generalibus non declaret, ſe eſſe inimicum, ſi appareat eſſe, non facit fidem.*
66 *Inimicus non admittitur etiàm in cauſis difficilis probationis.*
67 *Teſtes in omni materia criminali debent carere ſuſpitione.*
68 *Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.*
69 *Teſtes inhabiles non admittuntur etiàm in crimine atroci.*
70 *Teſtis ſpontè ſe offerens ad deponendum, præſumitur inimicus, & nu. 72.*
71 *Malum omne de inimico præſumitur.*
73 *Teſtes viles contra virum verè nobilem non admittuntur.*
74 *Captura ſola ſub titulo criminis grauis maximam notam inurit carcerato.*
75 *Captura non debet fieri, niſi præcedant, & ſint probata indicia legitima.*
76 *Scripturæ propriæ non debent capi ad inchoandam inquiſitionem contra aliquem.*
77 *Infamia oritur ex crimine.*
78 *Arma non ſunt ſumenda de domo Rei in criminalibus.*
79 *Domitii Tribuni plebis, & M. Scauri exemplum adducitur in propoſito, & L. Craſſi, & C. Carbonis circa non ſumendas ſcripturas num. 80. & ſeq.*
82 *Ageſilai, & Lyſandri exemplum memoratur.*
83 *Nobilitas certa propter ſimultates, & odia periclitari non debet.*
84 *Iudicialis auctoritas non eſt inuenta ad opprimendum innocentes.*
85 *Iniuriarum occaſio naſci non debet, vndè iniuriæ naſcuntur.*
86 *Inſidiæ ſunt occultiores, quæ latent ſub ſimulatione officii.*
87 *Inquiſitio facta per Iudicem inimicum, eſt nulla.*
88 *Proceſſus factus non præcedentibus legitimis indiciis eſt nullus, etiàm ſi delictum poſteà probetur, & num. 89.*

PRO

P R O

Don Franciſco de Mendoza Admirallo Regni Aragonum, qui poſteà fuit Epiſcopus Seguntinus.

C V M

Domino Fiſci patrono Supremi Regij Conſilij Caſtellæ Suæ Maieſtatis.

A R G V M E N T V M.

Inquiſitio facta per Iudicem inimicum, & non præcedente diffamatione, & legitimis indicijs eſt nulla, & teſtes inimicos, aut aliàs minùs habiles non debere admitti contra Illuſtrem Virum, & generoſæ Proſapiæ.

CONSILIVM CLXI.

SI fundamenta, quæ iacta ſunt eius, quod ſuperædificatum reperitur contra Admirallum Aragonum, curriſſent per manus alterius magiſtri, & artificis diuerſi, ab eo, cui illorum cura fuit demandata, parùm operæ præſtitiſſent nobis, qui agimus de illius innocentia tuenda, ſed cùm tale fuerit cauſæ iſtius fatum, quòd ipſam tractare incœperit, qui eò quòd apparuit inimicitiam, animumque aduerſum habere contra dictum Admirallum, & res, perſonam, & honorem ipſius tangentes fuit declaratus ſuſpectus, animaduertam aliqua pro ſequentium allegationum initio, ſiuè præfatione, priuſquàm deueniam ad ſatisfaciendum ijs, quæ illi ſunt imputata.

Nicolaus Papa ſcribens Michaeli Imperatori in Epiſtola, quæ incipit. *Propoſueramus* hæc prouerbialem ſententiam protulit, vt habetur apud
1 Gratianum in cap. quod ſuſpecti 3. q. 5 † *quid gratius, & amabilius dare quis inimico poteſt, quàm ſi ei ad impetendum commiſerit, quem lædere fortè voluerit*, l. ex eo C. de agentib. in reb. lib. 12. vbi
2 Imperator Leo dixit. † *Abſurdum eſt enim, vt in eius ſalutem, vel exiſtimationem valeat quiſquã proferre ſententiam, cuius de nulla re poſſit pecuniaria iudicare*, Felyn. in cap. cùm veniſſent nu. 4.
3 de iudic. † Ratio enim ipſa naturalis, & iuridica dictat, quòd ſuſpecti, & inimici Iudices eſſe non poſſint, cap. ſi. 3 q. 5. cap. poſtremò, cap. cùm ſpeciali de appellat. l. apertiſſimi C. de iudicijs, Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. caſu 152. Couar. in pract. c. 26. Auend. de exeq. mand. 2. p c. 23. nu. 17. Molina tomo 6. tract. 5. diſput. 231. Farin. in fragmen. p. 2. litera Y. nu. 685. & ſequent. Aldouin. conſil. 20. nu. 45. cap. cùm perſonæ ibi, *Non ſuſpectis* de priuil. lib. 6. vbi Ioan. Monach. nu. 5. & Philip. Prob. in addit. ad eum nu. 10. Marcheſan. tract. de commiſ. 2. p. c. 8. de ſuſpit. Iudi. §. 1. à n. 2.
4 † Et eadem naturali ratione ſuadente declinare, & vitare debemus inſidias ſuſpectorum Iudicum, coram quibus litigare, ſententiasq; expectare res admodùm periculoſa, & exitij plena eſt, cùm ſæpiùs euentus ſatis triſtes, imò irreparabiles ſint, vt ex c. ſecundò requiris de appellat. obſeruat Gerar. Maynar. dec. Tholoſ. 87. nu. 2. lib. 1.
5 † ex quo durum videtur, quòd quis coram Iudice, qui grauamen intulit, iterùm litigare cogatur, quandò magis de iteratione grauaminis poteſt ſuſpicari, c. ſemèl malus de reg. iur. lib. 6. & faciunt tradita per gloſ. verbo *vitiatur* in fin. in l. ex quacunque ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, Imol. in c. veniens de iureiur. Ruginel. in præfat. ad Conſtitut. Mediolani tit. de appellat. nu. 71.
6 † Nàm qui habet inimicitiam aduerſus alium ſemper machinatur illi mala, & perditionem, l. inimicitiæ, & l. ex parte ff. de his quib. vt indign. l. 1. §. prætereà ff. de quæſtion. l. apertiſſimè C. de iudic. Vantius de nullitat. tit. coram quo nullit. nu. 6. Iacob. Machel. patrocin. 46. nu. 5. Aymon Crauetta conſ. 132. n. 25. vol. 1. Bertran. conſ. 155. n. 5. vol. 1. Surd. cõſ. 382. n. 59. Hieron. Mago. dec. Flor. 63. nu. 8. Ozaſc. dec. 15. nu. 5. vndè Caſſiod.
7 lib. 12. variar. epiſt. 1. † periculoſum cenſuit pati Iudicem iratum, Gerard. Maynar. dec. Tholoſ. 92. nu. 1. lib. 1. Crau. conſ. 132. nu. 25.

Ex quibus liquidò ſatis colligi valet, quàm ſuſpectæ fuerint relationes, & diligentiæ, quas faciebat præfatus inimicus Iudex informatiui proceſſus ad dirigẽdum cauſam, illiusq; progreſſum ad ſtatum, & terminos, in quibus reperitur.
8 Nàm ſecundùm eundẽ Caſſiod. lib. 3. var. epiſt. 5. *qui vult alium in præcipites caſus mittere, eum certum eſt fideliter non monere*, quod comprobatur ex Alciat. de præſum. reg. 3. præſ. 15. in fi. vbi air,
9 † quòd ſi officialis aliquid ſemel iniuſtè egit, præſumitur, quòd velit factũ ſuum tueri quacunque via poterit, ſecundùm Innoc. in c. 2. de arbitris, & in cap. diuerſis de cleri. coniug. idem ſi aliquid fecit contemplatione potentioris, Menoch. lib. 2. præſumpt. 85. nu. 19.
10 † Dixitq; Bal. conſ. 176. n. 3. vol. 2. quòd ſemel inimicus ſemper præſumitur talis, niſi contrariũ probetur, l. 3. ff. de adim. leg. l. licèt ff. de recept. arbit. c. cùm P. Manconella de accuſ. l. in omnes C. famil. ercisc. l. omnimodò C. de inoff. teſtam.
11 † Vndè Cel. Calcagn. Paraph. 11. in Polit. Ariſt. dixit, *Nihil pernicioſiùs exiſtere in Iuſtitia, quæ vim habeat, atquè arma manu teneat ad offenſam,*
12 † & quia propter animi maleuolentiam, inimicitiamuè facilè decipimur, neq; de eiſdem rebus amantes, & non amantes eadem iudicamus, teſte D. Greg. Nazianz. in orat. 3. de pace, Miedes lib. 4. de ſale nu. 9. Simancas lib. 6. de Republ. cap. 7. à nu. 6. vndè idem Caſſiodor. lib. 4. var. epiſt. 10. di-
13 xit. † *Fœdum eſt inter iura publica priuatis odijs licentiam dare, neque ad arbitrium iudicandum eſt inconſultus feruor animorum; iniquum quippè nimis eſt, quod delectat iratum. Furentes iuſta non ſentiunt, quia diu commoti animo in vindictam ſæuiunt, rerum temperantiam non requirunt.*

Sed

14 † Sed Theriaca iſtius veneni erit habere Regem ita iuſtum,& ſanctum, prout eſt S.M. cuius regia Iuſtitia poſtulat, neminem iniuſtè per potẽtiam opprimere, vt ex Conc.Pariſienſi ſub Ludouico,& Lothario lib.2.c.1. tradit Ant.Auguſt. in epit. veteris iuris Pontificij lib.10. tit.2. c.13. nàm vt dixit Theodoric. Rex ſcribens Alarico Vuiſigothorum Regi apud eundem Caſſiodor. lib.3.epiſt.1. *Abſit,vt vobis aliquid indignatio cæca ſubripiat moderatię prouida eſt, quæ gentes ſeruat*; & Ioann.Vuouerius in panegyrico ad Belgicæ Principes pagin. 18 dicens,

Dis proximus ille eſt.
Quem ratio,non ira mouet,qui facta rependens
Conſilio punire poteſt.

15 † Quò etiàm tendũt pulchra verba Antonini Pij Imperatoris in epiſt.ad Senatum,de qua Vulcatius Gallicanus in Auidio Caſſio. *Non.n.vnquã placet in Imperatore vindicta ſui doloris, quæ & ſi*
16 *iuſtior fuerit,acrior videtur*, eò maximè, † quia cor Principis præſertim tàm Catholici, & iuſti eſt in manu Dei,vt ad rectius declinet,vt dicitur Prouerb.cap.21.cuius meminit Marc.Ant.Natta conſ.487.nu.5. tomo 3.

Et quia vna ex præcipuis partibus Iuſtitiæ, & manifeſtationis innocentiæ dicti Admiralli conſiſtere habet in chriſtiana integritate Supremorum Magiſtratuum,quibus S.M.commiſit cauſæ
17 iudicium, † Nàm vt ſcribit I.C.Aurel.in l.vn ff. de off.Præf.Prætor. *credidit Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriã explorata eorum fide, & grauitate, ad tanti officij magnitudinem adhibeantur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quàm Princeps foret iudicaturus*, l.8. tit.18.partit.4.l.10.tit.7.lib.2.recopilat.

Et quia veritas,quam pro ſe habet dictus Admirallus, quòd ſẽper fuerit vaſallus fideliſſimus S. M. & ea, qua debuit reuerentia fuerit veneratus ſuas actiones,& Miniſtrorum maiorum,quos iuſto, & æquo iure ſuis fauoribus proſequitur, poteſt illi certam ſpem boni euentus tribuere,
18 † cùm tandèm veritas vincere habeat, vt dicitur Prouerb.c.28.& concluſit vnus ex tribus iuuenibus,qui cuſtodiebant corpus Regis Darij,de quo Eſdræ lib.3.c.3.cuius meminere Florian.de Sancto Petro conſ.15.nu.20. & ſeqq. Manric.lib.12. de coniectur. vltim. volunt. tit.17.nu.5. ex quo
19 Marc.Tull.orat.in Vatinianum dixit. † *Tantam ſemper potentiam veritas habuit,ut nullis machinis, aut cuiuſquam hominis ingenio, aut arte ſubuerti potuerit, & licet in cauſis nullum patronum, aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur*, S. Chriſ.hom.5.de laud.Pauli,dicẽs.*Talis eſt conditio falſitatis,vel erroris, vt etiàm nullo aſſiſtẽte cõſeneſcat, ac defluat.talis autẽ diuerſo veritatis ſtatus, vt multis impugnationibus ſuſcitetur, & creſcat*, Ferriol. Locr. lib.1. Mariæ Auguſtæ c.11.Marc. Ant.Muret.lib.8.var.c.20. Simanc. de cathol.inſtit.tit.17.nu.4. Torres lib.4.Philoſoph.moralis Princip. c.4. Et idem repetita ſententia adduxit idem Marc.Tull.in orat.pro Marco Cel.dicens. *O magna vis veritatis,quæ cõtra hominum ingenia, calliditatem,ſolertiam, contraq; fictas omnium inſidias facilè ſe per ſe ipſam defendat*; & in orat. pro A.Cluentio. *Multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat*. Diuus Chriſoſt.hom.l.50.in c.1. Diui Matth. Io. Neuiz.lib.5. Syluæ Nupt.nu.11. & 13. Azoguid. lib.1.de commun.opinion.c.9.nu.11.& 13.Io.de Torres lib.19. Philoſophiæ moralis c.9.in fine, Claud.Minois ad Alciat. Emblem 28. dicens, *Iuſtitia, verumque laborat, ſed tandem eluctatur, & quamquàm premantur, non tamen opprimitur*, cap. Epiſcopus 18.diſtinct. Marcell.Fortuna.tract.de veritate 1.p.n.118. l.fin. in fin. ff. de probation. Probus ad Ioan.Monach. in cap.conſuetudinem nu.35.de cleric.non reſident.lib.6.

Quod non præceſſerit indicium,aut cauſa legitima inquirendi, & procedendi contra dictum Admirallum, nec capiendi eius ſcripturas, & carcerandi illius perſonam ex ſequentibus apparebit.

Principium iſtius inquiſitionis non habuit fundamentum aliud,quàm fuiſſe ab aliquibus ſuſpitionem conceptam, quòd dictus Admirallus culpabilis extitiſſet in quibuſdam ſcripturis, quibus tribuunt nomen libellorum famoſorum,qui apparuerunt appoſiti in muris carcerum Reg.Cur. & alijs locis publicis Villæ Matriti,quo tempore Admirallus erat abſens à Reg. Cur. & reſidebat in Ciuitate Guadalaxaræ in palatio Ducis Infantatus eius fratris, ſuper quo examinati fuere vti teſtes ſub diebus ſexto, & octauo Decemb. anni 1608. Petrus de Gamboa, & D.Franciſcus Buyl, & conſiderata prima depoſitione dicti Petri Gãboa, abſq; eo, quòd conſtaſſet de fama, aut alio culpabili indicio contra dictum Admirallum incœptum fuit inquiri aduerſus eum, faciendo interrogationes ſpeciales directas ad inculpandum dictum Admirallum, quibus non eſt dubium
20 reſiſtere ius, † quia de veritate criminum non inquiritur,niſi priùs conſtet de infamia inquiſiti, c.cùm oporteat, ibi. *Mandamus, quòd niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noueritis, vos ad inquiſitionem illorum non ſubito procedatis*, c. inquiſitionis §.ad hæc de accuſ. ibi, *Cùm inquiſitio fieri debeat ſolũmodò ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt*. Et paulò ante dixerat ſuper hoc depoſitiones contra reum recipi nõ debere,c. qualitèr,& quandò 24.eod.tit.Simanc.in enchirid.Iudic.viol.relig.tit.22.n.6. Dom.Sot.de ratio.tegen.ſecret. 2.memb.q.6.concl.3.verſ.*Secundus caſus* pag. mihi 54. col. 2. in fin. cum ſequent.gloſ.fin.in l.vlt.C.de accuſar.

21 † Quod eſt ita certũ,quod reſoluit Sot.quòd licèt reperirẽtur ſcripturæ, imò epiſtolę ſcriptę, & ſubſcriptæ ab aliquo, in quibus fateretur aliquod delictũ,nõ poſſet ex eis fieri inquiſitio ſpecialis,non præcedẽte alia diffamatione, cùm non cauſaretur ex dictis ſcripturis tm̃,refert,& ſequitur Nauar.in comen.Hiſp.ad c.inter verba 11.q. 3.concl.6.Corolar.63.n.192.cum ſeqq.& in rub.
22 de Iud.n.86.& ſeq. † Nã & falſis rumoribus,qui vulgò diſſeminari ſolent non eſt deferendum,dicente Cornel. Tac.lib.3.annal.non eſſe ex rumoribus ſtatuendũ,idemq; dixerat li.2. *Relinquendũ etiàm rumoribus tempus,quo ſeneſcãt plerumq; innocẽtes recẽti inuidiæ impares*,& meliùs altern Auct.

Ii Poſſib.

Polib.lib.4.hiſt.pag.mihi 404.ex ſententia Arati
23 Senioris ait, † conueniens eſſe Regem nemini
quicquam temerè credere,ſed cùm aduerſus ſo-
cios,atq; amicos aliquid narratur, rē omnē priùs
diſcurrere,quàm calumniæ fidem adhibeat. Hoc
enim Regium eſſe, & in omni rerū genere veiles
vndè D.Iſidor. li.3.de ſūmo bono c.59.relatus in
c.non ſolùm 11.q.3.ait, *non ſolùm ille reus eſt, qui
falſum de alio profert, ſed & qui aurem citò crimi-*
24 *nibus præbet;* † eſt enim mirabile Alphonſi Regis
Neap. exemplum relatum ab Antonio Panhorm.
lib.3.dictorum, & factorum eius n.14.is.n.cùm à
Ludouico Podio è Roma certior factus eſſet, Ri-
tium Regiorum peditum ductorem ad hoſtes
oppidis aliquot occupatis,& ſtatim tranſiturum
operepretium fore illum re adhùc integra cape-
re,ac cuſtodire,malle ſe dixit à ſuis prodi, dam-
noq;affici,quàm de illis vnquàm minus confiſum
videri.Deſciſcat Ritius vt lubet, ſed nequaquàm
de beneficiarijs ſuis tale aliquid, niſi comperto
ſcelere eſſe crediturum. Nec alienum eſt, quod
25 tradit Petr. de Anchar. conſ. 325. nu.2. † quòd
non ſunt proferenda in iurgio citò crimina,quæ
amici famam habent dehoneſtare, & inſidiando
26 falſa obijcere, c.qui ambulat 5.q.5. † tales.n.de-
tractores deteriores ſunt illis,qui ſubſtātias alio-
rum, prædiaq;diripiūt, c.deteriores,c.ex merito
6. q.1. Et ideò text. in c. quiſquis 2. q.8. dixit,
27 † quòd licentia mentiendi in iudicio non debet
eſſe impunita,l.fin.C.de accuſat.

28 † Quibus non eſt alienum, quod dixit Sydo-
nius Apollin.lib.1.epiſt.10. *Non.n ſanctū eſt vt de
moribus amici citò perperàm ſentias,*ac ſi dixiſſet,
quòd S. M. cùm dictus Admirallus Aragoniæ ſit
vaſallus ità fidelis, proùt oſtendit per totum eius
vitæ diſcurſum, illam toties exponēdo periculis
pro ſeruitio,& honore eiuſdem Maieſtatis,& ip-
ſius Regiæ Coronæ,nō debebat admittere ſuſpi-
tionem contrariam,quæ ab eo eſſet extranea, vt
29 locum daret inquirendi aduerſus eum; † Nàm
vt inquit Caſſiod. lib.3. epiſt. 42. *Principi decet
ſemper humaniora cenſere,* etiàm ſi exorta fuiſſet
fama aduerſus eum, inculpādo ipſum ſuper præ-
30 fatis libellis, † debebat.n.priùs inquiri de eius
origine,& auctoribus,nè forent ij,quos iura pro-
hibent, & probat tex.in d.c.qualitèr, & quandò
de accuſat.ibi. *Si per clamorem, & famam ad au-
res Superioris peruenerit,nō quidèm à maleuolis,&
maledicis,ſed à prouidis,& honeſtis,nec ſemèl tan-
tùm,ſed ſæpè,quod clamor innuit,& diffamatio ma-
nifeſtat, debet coram Eccleſię ſenioribus veritatē di-
ligentiùs perſcrutari,* Abb. in c.cùm in iuuentute
n.1.de præſump.Gandin.in tract.malefic.rubr.*à
quo,vel à quibus poſſit fama incipere* col.1.Io.Ant.
de Nigr.ad c.Regni Neap. item prædic.rubr.87.
quòd non ſe extendant ad territoria vicinitatum
n.20.l.2.tit.6.p.7. vbi Greg.Lop. gloſ.6.

Multotiès enim rumores tales, & famæ pro-
cedunt à perſonis inhabilibus, quæ eos diſſemi-
31 narunt in aliorum præiudicium, † nec ob aliud
fama dicitur, res fragilis, & pernitioſa ab ijs ple-
rumq;tranſmiſſa,qui deſiderāt de hoc famā eſſe,
vt ex Bart. & alijs in l.de minore §. plurium, vbi
Hippol.de Marſil.ff.de quæſtio.tradunt Paris de
Put.in tract.de ſyndic.in parte quidam latro nu.
5. Pariſ.conſ.157.lib.4. Siman.in enchirid.Iudic.
viol.relig.tit.52.nu.19. Addit.ad Martin.Vran. in
c.tàm litteris nu.6.de teſtib. Ioan.Guttier.conſ.
35.nu.25.Aelian.lib.1.de Gorgia,& Protagora,
dicens: *Nàm fama videtur quodammodò non ſem-
per veritatem perſpicere,& audire,quam ob cauſam
ſępènumero fallit,& tùm ad gratiam blanditur, tùm
etiàm mendacia ſpargit.* Et ita Quintil.declam.15.
pro diuite dixit: *quis .n. Iudex neſciat hanc famæ
eſſe naturam,vt ſit primò vnius hominis audacia,
de nulla re loquutus eſt continuò populus, nec quic-
quàm adeò ſubitò,& ſtatimq;notum eſt,vt in illo pa-
ritèr omnium ſermo conſentiat,quam non poſſis mo-
uere Ciuitatem, quem non replere populum ſi quid
omnibus narres,in nullo non cœtu loquaris,tùm ma-
ximè fingas, tam dicas eſſe rumorem, quanta ubi
deindè mentiendi materia de periculorum noſtrorū
occaſione ſuccurrit,*& idem Quintil.lib.5.inſtitut.
orator.c.3.dicens,famam eſſe ſermonem ſinè vl-
lo certo auctore diſperſam, cui malignitas initiū
dederit,incrementum credulitas, quod nulli non
etiàm innocentiſſimo poſſit accidere fraude ini-
micorum falſa vulgantium,& in declamat.18. id
magis expreſſit,dicēs quòd *fama eſt res ſinè teſte,
aut indicio fallax,& maligna,& ex incertis impro-
biſſima,*& Tertull. in Apolog. aduerſus gentes c.
7.dicens:*fama vt plurimum fallax eſt, & mendax,
nec tùnc idem cùm aliquid veri aſſerit, ſine menda-
cij vitio eſt,* cui accedit D.Hieronym. ſcribens ad
Rufinum,*multum in vtranque partem crebrò fama
mentitur,& tàm de bonis mala,quàm de malis bona
falſo rumore concelebrat,multi profectò ſunt falſi ru-
mores à maleuolis,& nugigerulis confícti: quiuis.n.
poteſt turpem de quolibet rumorem proferre,& cō-
fictam fabulam diſſipare; temerè etiàm conflare ſo-
lent ea,quæ ex rumoribus eſparguntur ſinè certo au-
ctore,ſinè radice veritatis,*D.Iſidor.lib.5.ethimol.
c.27.text.in c.in cunctis 11.q.3. c.ſi duo 35. q.6.
c.Sanctum de conſecrat. diſtin.4. Luc. de Penna
in l.Tribuni C. de re milit. lib.12. Alciat. lib.1.
parerg. iur. c.6. Tiraquell. de pœn.temperand.
cauſa 27.nu.4. Simanc. de cathol.inſtitut.tit.65.
nu.39. Menoch.lib.2.de arbitr. caſu 89.num.90.
32 † multa enim ſępiùs eueniūt ex opinione aliqua
leuitèr ſuſcepta, maximè verò inter Principes,
qui propter delatorū multitudinē ſuſpitionibus
ferè indulgent, vt ait Philippus Cominæus lib.1.
commentar. ſui temporis.

Maximè,quia interuenit debilius fundamentū,
& cauſa ad formandum ſimilem ſuſpitionem cō-
tra dictum Admirallum, quandò aſſeritur,fuiſſe
poſitos dictos libellos, cùm fuit illi iniunctum,
mandatum,ipſo pœnitùs in audito, quòd diſce-
deret à Regia Curia,in qua habitationē habebat,
non ob aliud,quàm ex cōſimili ſuſpitione,quòd
quędam ſcriptura,ſeù diſcurſus,qui ſub nomine
ſerui inutilis fuerat datus S. M. mediante Priore
Regij Conuentus S. Laurentij Eſcurialis, fuerat
miſſus per dictum Admirallum, cùm apparuerit
tàm propria confeſſione Reu. P. Sebaſtiani Her-
nādez è Societate Ieſu, quàm alijs probationibus
legitimis in hac cauſa productis,eū fuiſſe,qui zelo
regij ſeruitij,ac publici beneficij fecerat,& tranſ-
miſerat præfatū diſcurſum,vt S.M.cōſignaretur.
33 † Et ſicut ad illud non interuenit fundamen-
tum,

Digitized by Google

tum, ita nec ad ſecundum in eadem vana ſuſpi-
tione ſubnixum, argum. cap. cùm Paulus 1.q.1.
iūctis .ſ., quæ tradit Bal.in quæſt.ſchiſmat.n.18.
Crauetta conſ.6. nu.56. & conſ.102. nu.20. pon-
derans pro co l.hactenus in fin.cum ſeq.ff.quod
vi,aut clam,l.cgi ff. de except.rei iudic. pro quo
faciunt notabilia verba Petri de Anchar. conſ.
24.nu. 9.dicentis:*Sicut ergò alibi Papa irritat pro-
ceſſum, & ſententiam, qui fundati ſunt ſuper cauſa,
quæ non habet veritatis ſubſiſtentiam, nec delictum
intentatū poterat cadere in eo, qui dicitur deliquiſſe,
vt Clem. paſtoralis de re iud. ita dicam in caſu iſto,
quòd narratis in inquiſitione, & ex prædictis alijs,
quæ ſunt vera,nō reſultat titulus criminis puníbilis.*

Et quòd fuerit minor ratio ſuſpicandi culpā,
aut illius complicitatem,& ſcientiā,in dicto Ad-
mirallo ſuper dictis libellis manifeſtum apparet,
cùm eſsēt multum diſſimiles,& diuerſi ab ſcrip-
tura , & diſcurſu conſignato S. M. tàm in ſtylo,
34 quàm in ſubſtantia, † & quia reperiebatur ab-
ſens à dicta Regia Curia in Ciuitate Guadalaxa-
ræ, nil tale(vt erat inſons,& innocens)ſuſpicatus
quòd illi poſſit attribui,vel à maiori inimico, ex
quo reſultat præſumptio in fauorem eius inno-
centiæ,l.optimam in fin.C.de contrahend.& cō-
mitt.ſtipul.Gloſ.verbo *cùm per verum* in l.actor,
& ibi Bald.nu.14. verſ. *eſt quædam* C. de probat.
idem Bald.in l.cùm precibus nu.3. & in auth.at
qui ſemel nu.6.eod.tit gloſ.verb.*aliquis* in c.Cle-
rici 81.diſtinct. nàm cùm non feciſſet primam
ſcripturam , quæ ex indicio optimæ methodi,&
ſubſtantiæ diſcurſus, fortaſſis poterat præſtare
motiuum, vt attribueretur alicui viro ſenſato,&
recti intellectus , cùm ab vtroque eſſet alienum,
quod continebatur in dictis libellis barbaro fe-
rè, & inſulſo ſermone conſcriptis, minus potuit
ſuſpicari ex ipſis contra dictum Admirallum,
35 nàm † quādo id,de quo magis videbatur ineſſe,
non ineſt,nec etiàm id,de quo minus,c.licèt vni-
uerſis,& ibi glo.verb.*multo minus* de teſtib. l.Iu-
lianus verum debitorem ff.de cond.indeb. l.qui
indignus,vbi gloſ.Alberic. & alij ff.de Senator. l.
1.C.de neg.geſt.l.nec ex vera C.de acquir.poſſ.
cum adductis per Euerar.in loco à maiori nu.1.

Et deficiente omni legitimo fundamento ad
inquirendum , & interrogandum ſuper re tàm
indigna & inuerìſimili,& aliena,vt præſumeretur
de perſona qualitatis dicti Admiralli, nō debuit,
36 † nec potuit inchoari ab interrogatione contra
ipſum abſq; manifeſta,& notoria ſuggeſtione,ar-
gum.l.1.§.qui quæſtionem ff. de quæſt. vbi I. C.
Vlpian. eam regulam tradit , quæ valet applicari
præſenti cauſæ dicens:*qui quæſtionē habiturus eſt,
non debet ſpecialitèr interrogare , an Lucius Titius
homicidium fecerit, ſed generalitèr,quis id fecerit:
alterum n.magis ſuggerentis, quàm requirentis vi-
detur*,Paul.de Caſtro conſ.284.nu.2.p.2.Simanc.
in enchirid.ſuprà citat.tit.52.nu.29. Hippol. de
Marſil.in l.1.§.Diuus ff.de quæſt. Addit.ad Ioan.
Vuameſium conſ.538. ſub tit. de cognat. ſpirit.
n.11,Prax.Cur.Archiep.Neap.c.82.n.1. & aliud
facere,nil aliud erat, quàm manifeſtare Iudicē in
eius interrogatorijs animum, & affectum, quem
habebat inueniendi in dicto Admirallo culpam,
37 qua carebat; † nàm vt dixit Chriſtus Dominus
Lucæ c.6. *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui
profert bonum,& malus homo de malo theſauro pro-
fert malum, ex abundantia enim cordis os loquitur;*
38 † eſt.n.cor linguæ imperator,vt dicit Bald.in c.
mandatum de reſcripti.n.1. Felyn. conſ.48.nu.5.
39 † Quod non eſt dubium arguere animū deli-
beratum dicti Iudicis ad reliqua. quæ fuit proſe-
cutus,arg.l.Labeo verſ.*cæterùm* ff.de ſupelle.leg.
Bal.n.6.in l.noſtram C.de teſtam:Rota dec.5.de
off.deleg.in nouis,Menoch.lib.6.præſum.35.n.2.
nàm vt dixit Apul.lib.de dogmate Platonis, *Ho-
minis promptuario rationis hoc datum eſt, vt quæ
corde conceperat,oratione promat* , Bald. in l.iuris-
gentium §.pactorum nu.6. ff.de pact.
40 † Quarè depoſitio dictorum duorum teſtium
nō potuit nocere aliquo modo dicto Admirallo,
pro quo eſt notab.determinatio Steph.Bertran.
conſ.77.incip.viſo proceſſu nu.8.vol.1. dùm ait.
*Tùm quia eſto quod de inibi cōtentis appareret, illæ
tamen prætenſæ confeſſiones,de quibus ibi vtpotè fa-
ctæ per captum,& tortum non præcedentibus cōtra
eum legitimis indicijs,& ſic meticuloſè non nocerēt,
ſaltem quoad hoc,vt ex his debuerit,aut potuerit cō-
demnari taē nobilis Antonius, etiàm ſi in illis præ-
tenſis confeſſionibus coram dicto aſſerto Præpoſito
perſeueraſſet, per id,quod fuit de mente gloſ. iuncto
tex in l.pen ff.de quæſt & hoc tenēt Aug. Io. de Imo.
& Alex. & Moderni in l. qui aliena §. Celſus ff. de
acquir.hæred.*Petr.de Anchar.conſ.23.nu.1.& 2.

Nec eſt cōſiderabile dixiſſe, Petrum Gamboa
primum teſtem audiuiſſe à dicto Admirallo ver-
ba doloris,quia S.M.ipſum otioſum habebat,nec
occupatū in ſuo regio ſeruitio, nec ipſi contule-
rat quandā cōmendam,quā prætendebat in ſer-
uitiorum ſuorum remuneratione,nàm & ſi verū
foret,primū,ex eo nō culpa,ſed affectus,& amor
ſyncerus colligitur, quē habebat ad S. M. & eius
regium ſeruitium,& ſecundum non eſt à natura,
41 & vtriuſq; iuris ſanctionibus alienū. † Nàm qui
ab aliquo ſeruitium recipit , tenetur antidorali
obligatione illud remunerare,l.ſed & lege §.con-
ſuluit ff.de petit.hæred. l.ſi non ſortem, §.liber-
tus ff. de cond.indeb. c.cùm in officijs 7. de te-
ſtam.Senec.lib.3.de benefi.c.6.& 7. Quintil.de-
clamat.9.in gladiatore, Alex.ab Alex.lib.5.dierū
genialium c.1. Ludou.Cel.lib.7.antiquar.lectio.
c.28. D.Tho.2.2.q.107. Feuardentius ſuper lib.
Ruth.c.2.lect.10.Tiraquel.in l.9.Connub.Ariſt.
lib.1.rethoric.dicens, iuſtum eſſe gratiam retri-
42 buere ei, qui promeruit, † cùm in his conſiſtat
vnus ex præcipuis fundamētis Reipublicæ;vt ex
Solon.& Democr.ſententia tradit Plin.lib.2.na-
turalis hiſtor.c.7. Simanc.lib.9. de Republ.c.20.
nu.2.& 3.dicens poſt Platon.lib.5.de Republica,
munera, & præmia danda eſſe viris præſtantio-
ribus, ſiuè in rebus militaribus , ſiuè in alijs qui-
buſdam excellant: cùm maximorum plerumque
animorū vis haberetur,cùm honoribus nō extol-
lūtur,nec digna factis pręmia recipiūt, vt inquit
Agath.lib.5.Hiſt.& Oſor.lib.8. de Reg.inſtit.di-
cens,Regē opes ſuas cū fortibus,& ſpectatis ho-
minibus, qui Rempublicam virtute, & induſtria
tuentur,munificè,atq; largè debere cōmunicare,
quo nomine laudatur Cyrus apud Xenofōt.li.1.
de exped. Cyri Minoris,& proſequitur Simāc.vbi

proximè cap.21. Et hoc eſt tàm alienum à deli-
cto,quod quodammodò iniuriam faceret magni-
tudini, & Iuſtitiæ Regis, & Domini tàm iuſti, vt
eſt Sua Maieſtas, ſi regius illius animus cōmoue-
retur,& ad indignationē declinaret,eo quòd Ad-
mirallus ab eius munificentia ſperaſſet beneficia
43 maxima. † Cùm hanc ſibi nobilitas legē impo-
nat,vt etiàm quòd ſpontè tribuit, exiſtimet, ſe
debere, & niſi in beneficijs ſuis creuerit, nihil ſe
præſtitiſſe putet, vt dixit Greg. Nonus in epiſt.
17.lib.2.relatus in c.1.de donat. Pacatus Drepa-
nius in Panegyrico ad Imperatorem Theodoſiū,
verſ.*ſed tu quidèm*,Balduin.in relatione facta Hē-
rico Franco,verſ.*liberalitatē*, Redinus de Maieſt.
Princip. verb.*largum beneficum,liberalem* n.1. &
ſeqq Io.Andr.in c.grandi nu.2. de ſupplend. ne-
glig.prælat.lib.6. & ibi Butr. nu.6. Abb.in c.in-
tellecto n.7.de iur.iur.Rom.ſing.644.Et habuiſ-
ſe dictum Admirallum tàm iuſtam ſpem in Suæ
Maieſtatis benignitate fundatam, non debet eſſe
44 occaſio,vt illius cauſa patiatur. † Nàm vt dixit
Lucianus in Abdicatu. *Leges gratitudinis actionē
concedunt in eos,qui benemeritis gratiam non retu-
lerint. At qui non ſolùm non refert gratiam, verùm
etiàm punire conatur ob ea ipſa quibus adiutus eſt,
beneficia, cōſiderate,num quidquā facere poſſet ini-
quius?* Et ita conſtat quàm alienum,remotumquè
ſit hoc fundamentum,vt poſſit ex eo deduci cō-
tra Admirallum, vel leuiſſima ſuſpitio ſuper di-
ctis libellis.

Nec obſtant depoſitiones D. Franciſci Buil,
nàm vltrà quod eſt probatum, quòd ad ingre-
diendum in domum, & ſeruitium dicti Admi-
ralli, vſurpauit cognomen nobilis familiæ, cùm
pater eius eſſet perſona priuata, & diuerſæ fami-
liæ, ac cognominis, fuit fermentum ad corrum-
pendum in hac cauſa innocientiam dicti Admi-
ralli, faciendo narrationes omni veritati contra-
rias,fingendoq; audiuiſſe ab illo,& Gabriele de
Roy, & D.Petro Mendoza eius familiaribus ver-
ba minus modeſta ergà Suam Maieſtatem,cùm
omne id,quod confinxit, ſit ita falſum, prout in-
ueriſimile, nàm ex continuatione tot annorum,
quorum voluit facere calumnioſos annales con-
45 tra dictum Admirallum, manifeſtū fit, † quòd
vbi ius præſumit obliuionem,etiàm eius,quod in
veritate præceſſerat,§.cum autèm Inſt.de vſucap.
auth.de triente,& ſemiſſe §.illud,& ibi gloſ.col-
lat.3.l.qui in Prouincia §.1.ff.de ritu nupt. c. lō-
ginquitate 12.q.2.cum traditis per Luc.de Pen.
in l.3.verſ.95.*concluſio* C.de apoc. public. lib.10.
Menoch.lib.2.de arbit.caſu 26.nu.1.& caſu 308.
46 n.7.& lib.6.de præſumpt.præſ.32.nu.1.† cū ho-
minis memoria ſit labilis, l.peregrè ff.de acquir.
poſſ.Cæſ.de Graſſ.dec.Rotæ 175.aliàs 5.de ſpō-
ſal.n.19.voluit fingere memoriam eorū, quæ nec
Admirallus dixit, nec in cor eius intrarunt, aut
venere in mentem: & ita non poteſt reſultare ex
eius depoſitionibus,nedùm probatio,verùm nec
indicium:nàm vltra ea, quæ tetigimus de quali-
tate natalium eſt ſufficientèr probatum eſſe vitijs
deditum, & continuò fuiſſe in publico concubi-
47 natu, † teſtis autèm concubinarius à teſtimo-
nio repellitur, Bal. in l.2.nu.3.C.de inceſt.nupt.
Abb. in cap. teſtimonium de teſtib. Nellus in
tract.de teſtib.nu.20. verſ.*concubinarius*. Aufrer.
tract.de reprobat.teſtium nu.22. Rebuff.eodem
tract.n.93. Farin.de oppoſit.contra perſon.teſti.
q.56.n.284.& ſeqq. Guid.Pap.ſing.769. Hieron.
48 Grat.reſp.2 nu.24. lib.2. † Et quia ius præſu-
mit, quòd qui fuit ſolitus exiſtere in concubina-
tu perſeuerauit in eo, c. ſemel malus de reg. iur.
in 6.l.ſi cui §.1jſdem ff.de accuſation.Menoch.de
præſumpt.lib.5. præſum.32. nu.1. & ſeqq. Aze-
ued. in l. 1.tit.19.lib.8.nouæ recopilat.

Eſt etiàm probatum, quòd dictus Admirallus
procurauit ipſum corrigere, & illius vitam in
melius reducere, & cùm id nō potuiſſet aſſequi,
de domo expulit, ex quo aduerſus illum conce-
49 pit capitalem inimicitiam; † Nàm ex expul-
ſione de domo oritur inimicitia, & famulus ſic
expulſus, præſumitur Domini inimicus, Bal.in l.
Lucius Titius teſtamento §. Lucius Titius De-
mā ff.de leg.2. vbi Paul.Caſtrenſ.n.3. Nicol.Ant.
Gratſet. conſ.82. nu.38. inter conſilia matrimo-
nialia,Hippol.in l.1. §.Præterea nu.55. verſ. *item
inimicus Titij* ff.de quæſt. Blanch.tract.de indic.
n.100.Bertaz.conſ.283.n.10.lib.2. Maſcar.lib.2.
de probat.concl.898.n.38. Farin.tract.de indic.
& tort.q.49.n.81.& de oppoſitionibus contra
perſonas teſtium q.55. nu. 144. qui omnes con-
cludunt, quòd talitèr expulſus non poteſt teſtifi-
cari contra expellentem, & admiſſum ad teſti-
50 monium non probare, † maximè quandò ex-
pulſio fuit ob ſcelera, Aufrer.de reprob. teſtium
nu.37.qui aſſerit,id ſinè dubio procedere, quādò
conſtat de ſceleribus, propter quæ dicitur ex-
pulſus, Alber. de mal. tract. de teſtib.c.2.nu.52.
Campeg.eod.tract.reg.13.fall.1.& 5.Maſc.concl.
758.n.11.tom.2.de prob.maximè nàm ex eo, &
quòd dictus Admirallus noluit ſcribere quaſdam
literas,ſeu epiſtolas commendatitias,quas ab eo
petijt dictus Franciſcus Buil,quibus *mediātibus*
intendebat aſſequi familiaritatem,& *ſeruitium*
alicuius Nobilis Titulati,cauēs *periculum*,quod
inerat in recomendatione illius perſonę,poſtquā
illū expulerat, manifeſtauit magis dolorem ſuū,
inimicitiam,& aduerſum animum minatus mul-
totiès dictum Admirallum, verbaq; non leuia in
illius perſonam proſerēdo,& inter ea,quòd eſſet
51 ſenex hypocrita, & alia plura, & peiora, † quæ
comminationes faciunt indicium mali animi, vt
DD.moderni dicunt in l.fin.ff.de quæſt.Gandin.
tit.de præſum.& indic.col.pen.verſ.*octauò*,Marſ.
in pract.crim.§.diligentèr n.85. Bal.in l.metū C.
quod met.cau. Iac.Nouel. tract. ad defenſā §.*an
indicia pro reo danda ſint*, num.5. & ex Blanc. in
repet.d.l.fin.ff.de quæſt. n.179. tradit Arnol.de
Reyger in theſauro iur.lit.M.nu.218.c.de minis,
52 † & teſtis dicitur inimicus capitalis propter ver
ba minatoria per eum prolata ſuper re capitali,
gloſ. in l. licèt ff. de arbitr. Blanc. tract. de in-
dic.n.105.& duob.ſeqq. Barb.conſ.80.n.7.lib.4.
Greg.Lop.in l.22.tit.16.p.3.gl.3.& in l.2.tit.17.
p.6. gloſ.16. Milis in repert. verb.*inimicus* nu.6.
Hieron. Gigas tract. de crim.læſæ Maieſt. 2.p.5.
quomodò probetur q.2. Thom.Gram.conſ.35.
n.12.Tib.Decia. in tract.crim.to.1.c.25.n.77.cū
latè traditis per Farin. tract. de indic. & tortura
q.50.ferè per totam. Et cùm fuerit inimicus no-
torius

Digitized by Google

torius dicti Admiralli, & in inimicitia præſuma-
53 tur perſtitiſſe, quia ſemel inimicus ſemper ini-
micus præſumitur, donec contrarium probetur,
l.in ipſius C.famil.erciſc.l.3.§.fin.ff.de adimend.
legat.Bald.in l.ex perſona nu.9. & 10. C.de pro-
54 bat. eam rationem ſubiungens: † *Nàm ille, qui*
iraſcitur, & alium odit, vel diligit, non dicitur age-
re, ſed pati, & ideò talia appellantur paſſiones ani-
mi ab Ariſtotele, & ex hoc apparet, quòd in talibus
paſſionibus non præſumitur mens mutata; Salic. in
l.teſtium 3. nu.2.ff de teſtib.idem Bald.in l.non
ignorabit num.5.C.ad exhibend.Alciat.de præ-
ſumpt.reg.2.præſumpt.11.Menoc.lib.5.de præ-
ſumpt.preſ.43.nũ.8.Gregor,Lopez in l.2.tit.17.
partit.6.gloſ.19.
55 † Et ita ex qualibet ex præfatis cauſis non de-
bet illi credi, vt probat Iuriſconſult. Calliſtratus
in d.l.3.ff.de teſtib. dicens: *circa teſtium perſonã*
exploranda eſſe in primis conditio cuiuſque, vtrum
Decurio, an plebeius ſit, & an honeſtæ, & inculpatæ
vitæ, an verò notatus quis, & reprehenſibilis, an
locuples, vel egens, vt lucri cauſa quid facilè admit-
tat, vel an ei inimicus ſit, aduerſus quem teſtimo-
56 *nium fert*, dictus autẽ Builla eſt pauper, † quòd
de eo veriſimilitèr præſumi poſſit, & timeri, quòd
facilè corrumperetur, auth. de teſtibus §. ſanci-
mus collat.7.l.ſpadonem §.fin.ff.de excuſat. tu-
tor. Bald.in l.tàm mandatori nu.27. C.de non
numer.pecun.Thom.Grammat. conſ.17.nu.12.
& conſ.26. nu.23. cap.in primis verſ. *ſed et de*
perſonis 2.quæſt.1. Abbas num.1.in cap.ſi qui de
teſtibus.
57 † Et quòd ſola inimicitia ſufficiat, vt nullam
fidem, nec probationem faciat contra dictum
Admirallũ ſunt notiſſima iura, cap.cùm P. Man-
conella de accuſ.& cap.per tuas de ſimon. auth.
de teſtib.§.ſi verò odioſus, quod ponitur in auth.
ſi dicatur C. eodem, l.maritus ff.de quæſtionib.
vbi expreſsè per Bart. l. licèt ff. de arbitris, l.ſi
inimicitiæ ff.de his, qui vt indign.Bald.conſ.138.
incip.vnius nu.1.vol.3. Crauett. conſ.6.num.32.
Bald.in auth.ſi teſtis nu.9.C.de teſtib.per l.quo-
niàm liberi eod.tit. Bart. & Bald. in d.l.teſtium
num.9. Hippol.de Marſil.ſingul.178. nu.1. Pariſ.
conſ.53.num.28.& conſ.61.nu.16.lib.4. Gratus
reſponſ.50.nu.23.tom.2.Franc.Burſat.conſ.346.
num.12.vol.4. Paul.Merenda conſ.5.nu.9.par.2.
Cæſar Barzius deciſ.Bononien.75.nu.11. & ſunt
notanda verba in cap. illi 5.quæſt.1. ibi: *quia*
veritatem profeſſionis infidelitas, & inimicitia im-
pedire ſolet.
58 † Et hoc procedit quàmuis delictum, quod
imputatur, multum graue foret, imò & læſæ Ma-
ieſtatis non ſolùm humanæ, ſed diuinæ, cap.cùm
oporteat de accuſat. vbi DD. d.cap. per tuas de
ſimon.Bart.in l.in quæſtionibus ff.ad leg.Iuliam
Maieſt. Alber.in l. famoſi eod.tit. Gigas d.tract.
de crim.læſæ Maieſt.2.par.nu.1.& ſeq. Couar.in
pract.cap.17.num.3.Aymon conſ.9.nu.6.Tiber.
Decian.tom.2.lib.7.cap.45.nu.19.Thom.Gram.
voto 11.nu.17.Papon.lib.9.tit.3.arreſto 16. l.13.
vbi Gregor. Lopez gloſ.3. tit.16. par.3. Marcus
Tullius in oratione pro Marco Fonteio. *Nolue-*
runt ij, qui iudicabant, hanc patere inimicitijs viã,
quem quiſque odiſſet, vt cum teſtimonio poſſet tolle-
re. & in oratione pro P. Sylla num.79. *Hoc ma-*
ximè intereſt, non ex libidine, aut ſimultate, aut le-
uitate teſtium, cauſas honeſtorum hominum ponde-
rari, ſed in magnis diſquiſitionibus, repentiniſque
periculis, vitam vniuſcuiuſque eſſe teſtem. Hugo
Donel.tract.de teſtib.verſ.*inimicitia quoque*, Hie-
ronym.Gabriel conſ.178. num.8.tom.1. Thom.
Grammat.voto 3. nu.30.voto 11.nu.17. & conſ.
46.num.9. Marcell.Fortun. conſ.ſuper blaſphe-
mia nũ.8.Auenda.c.5.prętor.nu.5.lib.2.Azeued.
59 in l.1.tit.8.lib.4.recop.nu.34. † quare nec con-
tra foraſciutum, qui publicus hoſtis reputatur,
ſecundùm P.Greg. tract. de conceſſ. feudi 4.p.
q.7.verſ.*quintò principalitèr limito*, Cumia in c.ſi
aliquem verbo *maſculus* nu. 7. de ſucceſſ. feudi,
60 adeò vt pro mortuo habeatur ſecũdùm Franch.
deciſ.Neapol.689. nu.5. & Fab. de Anna conſ.9.
61 nu.15.& conſ.13. n.8. † cùm poſſit impunè oc-
cidi, Io.Vinc.de Anna in Conſt Regni terminum
62 vitæ nu. 131. † non valet inimicus capitalis te-
ſtificari, Io. Grand. tract. de bello exulum q. 3.
63 nu.9.ſub rub.de ſubſtantia, Talitèr quòd nec vl-
lum faciat indicium, vt pluribus probant Ioan.
Bapt. Ferrett. conſ.367.nu.3. & 11.Ricciard.de
adempt.legat.nu.42.Auend.reſp.31.nu.6. Gigas
d.1.p.q.2.nu.38. Grat.reſponſ.2. nu.27.reſp.50.
nu.23.vol.2. Io.Franc.Purpurat. conſ 278. nu.9.
64 vol.1.Surd.dec.Mantuan.153.nu.8. † qui pro-
bat, quòd teſtis, qui ex aliqua cauſa non debuit
recipi, non facit indicium ex Bald. & Salyc. in l.
ſeruos C.de teſtib.Marc.Anton.Natta conſ.394.
nu.4.Oldrad.conſ.192.Hieronym.Magon.deciſ.
65 Lucenſ.39. nu.17. † Quàmuis in interrogato-
rio ſuæ depoſitionis affirmaſſet, non habere ini-
micitiam contra dictum Admirallum, Hippol.
de Marſil. ſingul.168. nu.2. Io.Guttier. conſ.24.
66 nu.4.& 5.& conſ.35.nu.13. & 14. † & ſi cauſa
ſit de illis, quæ in iure habentur difficilis proba-
tionis ſecundùm Gratum d.reſpon.50. nu.32. &
67 reſp.81.nu.50.vol.2. † Et ratio eſt, quia in om-
ni materia criminali teſtes debent eſſe ſinè aliqua
ſuſpitione ſecundùm Ioan.Monach.in c.cupien-
tes, vbi Philipp.Prob.n.88.de elect.lib.6. & hoc
68 eſt, quod DD. dicunt, † quòd debent eſſe om-
ni exceptione maiores, aliàs nihil probant, Bald.
in c. ad noſtram verſ. *in tex. ibi* de probat. Paul.
Caſtrenſ.conſ.274.viſa relatione nu.3.p.1. Iaſ.in
l.ait Prætor.§.cogentur n.12. ff.de edendo, Hip-
pol.de Marſil.in pract.crim. §.expedita nu.82.&
ſing. 472. Franc. Brun. tract. de indic. 1. p. q.2.
nu.7. Marc. Ant. Natta conſ.633. nu.11. Gratus
69 reſp.59.nu.34. lib.2. † nàm teſtes inhabiles non
admittuntur, quàmuis crimen, ſuper quo proce-
ditur, ſit multum atrox, gloſ. in l.fin.verb.*aut ini-*
mici, & ibi DD. C.de accuſat. Dec.conſ.429.nu.
12.tomo 2. Azeued. in d.l.1.tit.8. lib.4. recopi-
lat.nu.35. idquè maxima cum ratione dicente
D. Greg. in 22.moral. quòd *inimicorum ruina*
lætitiam inimico tribuit.
70 † Vndè præſumitur, quòd inimicus ſpontè, &
animo deliberato ſe obtulit teſtificari aduerſus
illum, quem inimicitia proſequebatur, vt tradunt
DD. in l. aùt facta §.cauſa ff. de pœnis, Barthol.
71 Tegius tract.crimin. par.8. nu.3. † quia omne
malum de inimico præſumitur, l. 1. §. prætereà

ff.de quæſtion. Thom. de Piperat. tract. de fama
nu.46. per l.ſi inimicitia ff.de his, quæ vt indignis
l.3.§.non ſolùm ff.de adimend. legat. Alberic.3.
par.ſtatutor.q.64. Marc. Anton. Blanc. tract.de
indic.& tort.nu.90.
Et ita dictus Franc. Buil in perniciem dicti Ad-
miralli ſe obtulit aduerſus eum teſtificari, ſpon-
tèque acceſſit ad Iudicem (etiàm inimicum)
quaſi rem gratam illius deſiderio faceret, quod
inimicitiam comprobat dicto capite repellan-
tur de accuſat. vbi Anton. de Butr. & in c. cùm
oporteat nu.5. eod. tit. Felyn. in cap. inſinuante
nu.2. de offic. delegati, Alex. conſ.172. num.25.
72 lib.6. probans, † quòd teſtis ſpontè ſe offerens,
non facit probationis ſpeciem, maximè quandò
eſt vitæ inhoneſtæ, Ioan. de Arno. ſingul.19. nu.2.
Hippolyt. ſingul. 477. num.5. Alciatus reſponſ.
398. ſecundùm antiquam impreſſionem num. 2.
Couarr. d. cap.17. practicar. nu.1. facit Paris de
Puteo tract. de re milit. & duello lib.7.q.1.nu.26.
73 dicens, † quòd teſtes viles cõtra verè nobiles,
& in dignitate poſitos nõ admittũtur ad teſtimo-
nium, Thom Gram. dec. Neap.11.n.3.& ſeqq.c.
in primis verſ. *ſed & de*, & verſ. *quod autẽ* 2.q.1.
Et cùm non præiudicauerit dicto Admirallo
depoſitio Petri Gamboa, nec indicium aliquod
fecerit alia dicti Franciſci Buil, dubio procul de-
fecere neceſſaria fundamenta, vt ex Statibus
Flandriæ adduceretur carceratus Gabriel de
Roy, & carceraretur etiàm perſona dicti Admi-
ralli, & ſequeſtrarentur, & apprehenderentur il-
lius ſcripturæ omnes cum demoſtrationibus, &
nota, & magni criminis inſinuatione, vt factum
fuit per dictum Iudicem, cùm certum ſit, quòd
74 † ſimplex captura ſub titulo delictorum, ſiuè
exceſſuum, prout ſunt imputati dicto Admirallo
maximam notam ipſi intulit, l.1. §.diligens ff.de
ſeru. fugit. l.1. ff.de requir. reis, Anchar. conſ.325.
nu. 2. Simanc. in enchirid. Iudic. violatæ Relig.
75 tit.25. nu.3. † quarè non poteſt ad eam pro-
cedi, niſi præcedant, & ſint probata legitima in-
dicia, gl. & Bal. in l.ſi quis alicui C. ad l. Iul. Maieſt.
Hippolyt. in tract. crim. §.conſtante nu.2. Con-
rad. in tit. de captura nu.2. verſ. *hanc cõcluſionem*,
l.nullus, vbi DD. C. de exhiben. reis, Roland. à
Valle conſ. 17. nu.3. vol.3. Proſp. Farinac. lib.1.
quæſtion. crim. q.27. n.114. & 116. Iul. Clar. lib.5.
ſententiar. §.fin. q.28. verſ.a. Maſtrill. deciſ. Sicil.
249. nu.12. & ſequent.
76 † Et quòd non debuerint ſumi ſcripturæ di-
cti Admiralli ad quærendum inter ea, ex qui-
bus inculparetur: videtur clarum de iure, cùm
inceptum fuiſſet procedere aduerſus eum
criminalitèr, & ſub titulo capitalis cauſæ, l.2. §.
item diui fratres ff.de iure fiſci, ibi. *Nõ ſi de ca-
pitali cauſa agatur*, & reſoluunt ibi gloſſa, & DD.
communitèr, gloſſ. verbo *exhibere* in l.2. C.de
edendo, Dec. in cap.1. nu.13. & 14. C. de pro-
bation. Gregor. Lopez in l.17. tit.2. par.3. Alex.
conſ.132. incipiente, viſa col. fin. lib.1. Claud. Ba-
tandier in praxi rerum crim. regula 11. num. 1.
Boſſius tract. crimin. tit. de fiſco, & priuilegijs
ſuis n.11. Peregr. tract. de iure fiſci lib.7. tit. de ijs,
quæ ſpectant ad ordinẽ iudiciorum n.23. & ſeqq.
77 † Nàm cùm ex crimine oriatur infamia, l.1.
l. ad Athletas §. final. ff. de his, qui notant. in-
famia, l. Cæſar ff. de actionibus, & obligation.
78 † non ſunt in criminalibus arma ſumenda de
domo rei, l. de minore §. tormenta ff. de quæ-
ſtionibus, ibi. *Nec debet initium probationum de
domo rei accuſator ſumere*, l. nimis graue, vbi Do-
ctores C. de teſtibus. Et eorum, quæ eſt habita
ratio etiam antiquis temporibus, quod ſimili
medio nunquàm fuit reputatum conueniens
aliquem opprimere, nec contra Dominum ini-
79 quas delationes ſeruorum admittere, † nam
vt refert Valerius Maximus lib.6. cap.5. de Iuſti-
tia §.5. Cn. Domitius Tribunus plebis M. Scau-
rum Principem Ciuitatis, in iudicium populi
deuocauit: vt ſi fortuna adſpiraſſet, ruinam, ſi mi-
nus, certè ipſa obtrectatione ampliſſimi viri
incrementum claritatis apprehenderet. Cuius
opprimendi cum ſummo ſtudio flagraret ſer-
uus Scauri ad eum noctu peruenit, inſtructu-
rum ſe eius accuſationem, multis, & grauibus
Domini criminibus promittens; Erat in eodem
pectore Domitij, inimicus, & Dominus diuerſa
æſtimatione nefarium indicium perpendentes:
Iuſtitia vicit odium; Continuò enim, & ſuis auri-
bus obſeratis, & Iudicis ore clauſo, duci eum ad
Scaurum iuſſit, Accuſatorem etiàm reo ſuo, nè
dicam diligendum, certè laudandum: quem po-
pulus cùm propter alias virtutes; tùm hoc no-
mine libentiùs, & Conſulem, & Cenſorem, &
pont. max. fecit. Cuius factum collaudant Marc.
Tull. in oratione pro Deiota, Palat. Rub. in lib.
del esforzo belico, cap.20. Petrus Victorius lib.10.
variar. lection. cap. 3. Conſtantin. Pap. ad arbi-
trium Magnæ Curiæ Vicariæ Neap. c.4. nu.42.
80 † Et idem Valer. Maxim. dicto cap.5. §.6. non
diſſimile exemplum refert de Lucio Craſſo, qui
non alitèr ſe in eodem Iuſtitiæ experimento geſ-
ſit C. Carbonis nomen infeſto animo vtpotè *ini-
miciſſimi* ſibi detulerat: ſed tamèn *ſcrinium* eius
à ſeruo allatum ad ſe, cõplura continens, quibus
facilè opprimi poſſet: vt erat ſignatum, cũ ſeruo
catenato ad eum remiſit. Quo pacto igitur in-
ter amicos viguiſſe tùnc iuſtitiam credimus, cùm
inter accuſatores quoque, & reos tantùm virium
obtinuiſſe videamus? quod celebrat Marc. Tull.
lib. 3. de legibus, & 3. de orator. & in Bruto,
81 † de quo etiàm memorat Marcus Anton. Sabell.
Aenead.6. lib.8. quòd cùm ad eius Tribunal iu-
uenis quidam indicio ſerui delatus eſſet de pe-
cunia occultata, materq; mota filij periculo, ſe illo
ignaro pecuniam occultaſſe adfirmaret, ſeq; ſup-
plicium meritam, non filium inſtante indice, ac
impudentiùs herum vrgente, eius petulantia of-
fenſum, flexumq; mulieris pietate, quæ ſe morti
pro filij ſalute conſtantèr obiecerat, ſeruo in cru-
cem ſublato, vt documento eſſet alijs, nè temerè
Dominis in aduerſa fortuna inſultarent, filium
haùd dubiè illati criminis reum, cum toto auro
maternæ pietati condonaſſe.
Et hoc non ſolùm in vita, ſed etiàm in morte
virorum inſignium, (*prout eſt dictus Admirallus
tàm ex Illuſtriſſima illius Familia, quàm ex pro-
prijs meritis ſuæ perſonæ, & ſeruitijs factis S. M. &
eius Regiæ Coronæ*) fuit obſeruatum, ſed etiàm
poſt illorum mortem, de quo eſt exemplum ſatis

conſo;

conſonum apud Eraſmum lib. 1. ſuarum Apo-
phthegmatum in Ageſilao nu. 51. & in Lyſandro
82 nu. 2. † vbi ait: aliquantò poſt defuncto iàm Ly-
ſandro, cùm de ſocietate belli nata eſſet contro-
uerſia, Ageſilaus adijt Lyſandri domum inquiſi-
turus ſuper hac re literas, quas Lyſander apud ſe
detinuerat; reperit autèm præterea librum Ly-
ſandro conſcriptum de nouãdo Reipublicæ ſta-
tu, quod oporteret Regnum ab Euritiyontydis,
& Agide ablatum; (nàm ex his tantùm familijs fas
erat creare Reges) in commune ponere, ac Regẽ
eligi ex optimis, quo videlicèt hoc honoris de-
cerneretur, non his, qui genus duxiſſent ab Her-
cule, ſed ijs, qui tales eſſent virtute, qualis fuiſ-
ſet Hercules. Quandòquidem virtute, non ge-
neris commendatione, & ille ad diuinos honores
ſubuectus eſt. Hanc orationem Ageſilaus niteba-
tur apud ciues euulgare, cupiens per eam oſten-
dere, qualis ciuis clanculum fuiſſet Lyſander, nõ
ſinè calumnia eorum, qui Lyſandro fauerant. Sed
ferunt Cratidem, qui tùm inter Ephoros primas
tenebat, veritum nè lecta oratio perſuaderet, re-
uocaſſe ab eo conſilio Ageſilaum, ac dixiſſe, non
ſolùm non eſſe reſodiendum Lyſandrum, ſed ip-
ſam potius orationem cum illo defodiendam,
quod callidè, & ad perſuadendum accomodatè
compoſita videretur. Hoc factum declarat Ly-
ſandri peruerſam ambitionem, qui nihil intenta-
tum reliquerit ad Regnum adipiſcendum; ſed
idem arguit Ageſilai moderationem, qui priuatã
ſimultatem poſthabuit vtilitati Reipublicæ.

Quarè ex eiſdem rationibus non debuere
perquiri, & apprehendi ſcrinia ſcripturarum
dicti Admiralli, maximè cùm in illis non fuerit
aliquid repertum, quod concerneret dictos li-
bellos, nec ſubſtantiam illorum, nec aliud, ex quo
pòtuiſſet concipi ſuſpitio, quòd eſſet culpabilis
in fabricatione illorum, imò eſt probatio illius
innocentiæ, quod quàm primum poſiti apparue-
re alij Alcaldes domus, & curiæ Suæ Maieſtatis,
& multùm zeloſi eius ſeruitij, & regiæ auctori-
tatis, & ſuorum maiorum miniſtrorum non or-
dinarias diligentias feciſſent nullum indicium,
nec illius veſtigium reperierunt contra dictum
Admirallũ, nec vllum de illius familia, & ita adeſt
præſumptio cõtra Alcaldes Silua de Torres, qui
abſquè nouis indicijs fecit vltimas diligẽtias, quæ
dedere principium huic cauſæ, vt cum veritate
poſſit attribui dictæ inimicitiæ, & quantum, ma-
gnumq; rigorem hoc contineat. manifeſtum fa-
cit Sydonius Apollinaris lib. 1. epiſt. vlt. dicens:
83 † *perniniurium eſt ſententiam Purpurati tribuere*
priuatis hoc ſimultatibus, vt innocens, ac ſecutura
nobilitas propter odia certa, crimine incerto peri-
clitetur.
84 † Maximè cùm iudicialis auctoritas fuerit in-
ſtituta ad repellendum iniurias, & offenſas, & nõ
ad innocentes opprimendos, dicente Caſſiodo-
ro lib. 9. variar. cap. 17. *Nolumus innocentes à Iu-*
dicibus deprimi, quos ad eorum præſidia conſtat
eleuari; & lib. 4. epiſtola, ſeu cap. 27. *deteſtabilis*
quidèm eſt omnis iniuria, & quidquid contra leges
admittitur iuſta execratione damnatur, ſed malorũ
omnium probatur extremum, indè detrimenta ſu-
ſcipere, vndè credebantur auxilia prouenire. Exa-
gerat enim culpam in contrarium verſa crudelitas,
& maius reatui pondus eſt inopinata deceptio: &
idem Caſſiodorus d. lib. 9. cap. 2. dicens: *grauius*
plectendus eſt, ſi ille, cui delegatur auxilium, pro-
betur inferre detrimentum, cui conſonat l. memi-
85 nerint C. vndè vi, rationem reddens, † *nè indè*
iniuriarum naſcatur occaſio: vndè iura naſcuntur,
l. 2. C. de indicta viduit. tollend. cap. non nulli de
reſcript. & cap. qualitèr 1. de accuſ. Ioan. Igneus
in l. 1. nu. 17. ff. de Senat. Conſ. Syllan. Petr. Greg.
lib. 1. de appellat. cap. 6. nu. 5. & verbis ſatis animi
dolore plenis D. Cyprianus lib. 2. epiſt. 2. ad Do-
nat. dicens: *Inciſæ licèt ſint leges duodecim tabu-*
lis, & publico ære præfixo iura præſcripta ſint, in-
ter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur, in-
nocentia nec illic vbi defenditur, reſeruatur: cuius
meminit Annæus Robert. rerum iudic. lib. 1. c. 4.
pag. mihi 42. quibus nõ diſſentit, quod tradit Adria-
nus Pulæus tract. de priuileg. Aduocator. fori.
86 dùm ait: † *quibus inſidijs tantò magis à vobis eſt*
occurrendum, quantò hæ ſunt occultiores, quæ latẽt
in ſimulatione officij. Nàm eum, qui palàm eſt ad-
uerſarius facilè cauere poſſis, hoc verò inteſtinũ,
atque domeſticum malum non modò nõ exiſtit,
verùm etiàm òpprimit antequã perſpicere, atq;
explorare potueris.
87 † Et ità tàm odioſum eſt legibus, quòd ini-
micus Iudex inquiſitionem faciat, quòd lex 4.
tit. 17. partit. 3. expreſsè diſponat, eſſe nullam in-
quiſitionem, prout eſt, quæ apparet facta contra
dictum Admirallum, & ita apparet non adfuiſſe
cauſam procedendi contra ipſum, nec ad car-
88 cerandum eum, capiendo illius ſcripturas, † &
quòd proceſſus factus nõ præcedentibus legiti-
mis indicijs ſit nullus, vt reſoluit Iulius Clarus
89 lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 5. num. 4. dicens, † id
procedere etiàm ſi poſteà delictum fuiſſet plenè
probatum, Tiber. Decia. lib. 5. cap. 29. nu. 4. Proſ-
per Farinac. 1. par. tit. de inquiſitione quæſt. 1.
num. 40. & ſeqq. qui pluribus probat, defectum
legitimæ inquiſitionis totum proceſſum poſteà
ſequutum vitiare, etiàm ſi inquiſitio fiat iuſſu
Principis, & ſuper crimine læſæ Maieſtatis.

S V M M A R I V M.

1 *Sacramentum, & ſecretum Regis abſcondere bonum eſt.*
2 *Secreta Regum non debent omnibus innoteſcere.*
3 *Secretum Regis vt dicatur reuelatum culpabilitèr, quid requiratur.*
4 *Secretum reuelatum inimico cum damno Principis punibile eſt.*
5 *Secretum aliquandò vtilius eſt reuelare, quàm tacere.*
6 *Vaſallus ſi non animo lædendi Dominum, ſed putans eum laudare ſecretum reuelet, non punitur.*
7 *Libertus quandòque non reuocatur in ſeruitutem, ex eo, quòd amicitias copulauit cum inimicis Domini.*
8 *Feudum tunc perdit vaſallus, quandò amicitiam copulauit cum inimico Domini ad damnum illius copulatiuè, & nu. 9.*
10 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
11 *Actus denominatur ab intentione agentis.*

12 *Fran-*

12 *Fraudis interpretatio ſumenda eſt ex animo, & conſilio.*

13 *Status Flandriæ qualitèr conceſſi fuerint Sereniſſimæ Infanti Eliſabeth, & D. Archiduci Alberto eius coniugi.*

14 *Regnum omne in ſe diuiſum deſolabitur.*

15 *Epiſtola vt ſit culpabilis, requiritur, vt miſſa ſit inimico Regis, & doloſè, & non aliàs, nu. 16.*

17 *Epiſtolæ Admiralli verba ponderantur pro ſeruitio regio ſcriptæ.*

18 *Verba ſunt ſicut ſpeculum, quod manifeſtat animum, & intentionem.*

19 *Proœmialia verba oſtendunt cauſam finalem ſcribentis.*

20 *Benignior interpretatio ſumenda eſt in pœnalibus.*

21 *Qualitas facti colligitur ex qualitate perſonæ facientis, & nu. 26.*

22 *Bonum præſumitur, quod à bono factum eſt.*

23 *Qualitas nati ex familia illuſtri excludit ſiniſtram præſumptionem.*

24 *Præſumitur benè de præſenti ex bona vita præcedenti.*

25 *Præſentia æſtimantur ex præteritis.*

27 *Boni qui fuere pro præterito, præſumuntur in futurum eſſe tales.*

28 *Metelli exemplum adducitur, aduerſus quem Iudices noluerunt accuſationem repetundarum admittere ob eius bonitatem.*

29 *Bonum præſumitur de homine pacifico, & bonæ famæ.*

30 *Dolo factum aliquid aſſerens debet probare.*

31 *Qualitate perſonæ attenta, & affectu erga dominũ præſumitur ad fauorem illius.*

32 *Actio formatur, & condemnatio tollitur, & moderatur attenta qualitate perſonæ.*

33 *Coniectura, quòd factum ſit bono animo excludit contrariam.*

34 *Cauſa qualibet colorata excuſat à culpa, & dolo.*

35 *Transfugæ delictum eſt grauiſſimum.*

36 *Transfugiens ad hoſtes cauſa iuuandi ſuum Principem pœnam non incurrit.*

37 *Zophiri hiſtoria recenſetur, qui transfugiens ad Babiloniam, eam in poteſtatem Darij dedit.*

38 *Ioab, Abner, & Amaſſan hiſtoriæ tanguntur quandò transfugerunt ad hoſtes.*

39 *Auferre, quod dederis, turpe eſt.*

40 *Fides à Regibus eſt maximè tuenda, & ſeruanda, & num 41.*

41 *Parmæ Duci magnam exiſtimationẽ tribuit apud Flandros ſeruare fidem.*

42 *Præclara res eſt in omnibus, maximè in Principe ſeruare fidem.*

43 *Verbum Principis ſimplex debet obſeruari vt iuramentum priuati, & nu. 45.*

44 *Principibus, qui fidem non ſeruarunt, ingentia damna euenere.*

46 *Alphonſus I. Rex Neapolis fuit fidei obſeruantiſſimus.*

47 *Principes debent ſeruare conuentiones à ſe factas.*

48 *Liberalitas Regis debet eſſe firma, & conſtans.*

49 *Regum affectus, & voluntates ſolent eſſe vehementes.*

50 *Principis contra vota interdùm reſiſtere, rarum confidentiæ genus eſt.*

51 *Veritatem vtilem patriæ, & Principi nemo cælare debet, etiàm ſi incidat in periculum vitæ.*

52 *Vitam perdere melius eſt, quàm ſupprimere ſalubre conſilium.*

53 *Verbum non eſt retinendum in tempore ſalutis, nec ſapientia abſcondenda in decore ſuo.*

54 *Vaſalli debent à longè, quæ vtilia ſunt Regi ſpeculari.*

55 *Futura etiàm non ſolùm præſentia debet proſpicere rectè conſulere volens.*

56 *Sapere nõ eſt videre præſentia, niſi & futura proſpiciat.*

57 *Prudentis eſt examinare conſilium, & non facili credulitate ad falſa prolabi.*

58 *Humilis quòd nõ debeat quis eſſe in ſua ſapientia, qualitèr intelligetur.*

59 *Conſilium bonum liberè, & non hæſitantèr præſtandum eſt.*

60 *Rectores formidantes vera loqui, nè humanam gratiam amittant, taxantur, & reprehenſibiles ſũt.*

61 *Veritatem prodit non ſolùm qui mendacium dicit, ſed qui eam non liberè prædicat.*

62 *Præuaricatio eſt tranſire dicenda, & curſim attingere, quæ ſunt repetenda.*

63 *Principi nõ dulciora, ſed optima ſunt conſulenda.*

64 *Suaderi Principi quid oporteat multi laboris eſt, aſſentatio facilis.*

65 *Humanę naturæ conditio eſt, vt nolit audire aliud, quàm facere decreuit.*

66 *Aquarum fluctibus, & Regum voluntatibus difficilè reſiſtitur.*

67 *Rex non debet abuti ſua potentia, ſed eam moderari ad optima.*

68 *Conſilia minùs vtilia multotiès præualẽt cum damno publico.*

69 *Faſtigia magna eo carent, quòd per metum, aut reuerentiam nemo eis audet veritatem dicere.*

70 *Romani in apertiſſimos errores aliquandò lapſi ob animi obſtinationem exequendi, quod ſemel decreuerant.*

71 *Facta optima viſa iacturas maximas afferunt, niſi opportunè fiant.*

72 *Princeps curare debet, occaſiones opportunè gerendi res.*

73 *Opportunitas non obſeruata, omnibus in rebus affert malum.*

74 *Medici vt non proſunt ægrotantibus, ſi morborum cauſas ignorant, ſic qui circa res geſtas verſantur niſi loci, & temporis, & cauſarum rationem habeant.*

75 *Occaſio dominatur in cunctis rebus, maximè bellicis.*

76 *Princeps debet inſpicere occaſiones temporum, & ibi exempla.*

77 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

78 *Belli damna non poteſt reparare, qui bellum mouit ſemel.*

79 *Euentus dicuntur ſtultorum magiſtri.*

80 *Euentus boni dependent ex optimis conſilijs.*

81 *Conſilia recta procedunt ex eruditione, & rerum peritia.*

82 *Prudens eſſe cupiens debet in futurum proſpectum intendere, & quæ poſſunt contingere animo ſuo præponere.*

83 *Princeps debet multorum audire ſententias, & ex quibus labi ſoleant etiàm prudentes viri.*
84 *Conſilia expertorum non minus æſtimanda, quàm ſubtilium.*
85 *Nouis, & inexpertis rebus non debet Princeps facile fidem adhibere.*
86 *Plurium ſententiæ non debemus acquieſcere, vt deuiemus à vero.*
87 *Principes qui conſtantes viros, & probos Conſiliarios deteſtantur ſunt obnoxij interitui.*
88 *Oratores nec ad odium, neque ad gratiam, ſed veritatem, & quod optimum fuerit, proferre debent.*
89 *Principes non debent congredi, ſed per Legatos prouidos viros eorum negotia tractare propter inconuenientia ex contrario ſequuta.*
90 *Vaſallus videns dominum ſe velle præcipitare, & offendere, debet vitare.*
91 *Inuitus poteſt extrahi de domo ruinam minante.*
92 *Medicus poteſt curare infirmum inuitum, & repetit expenſas.*
93 *Accedens ad rem gerendam, quid debeat priùs conſiderare.*
94 *Leſæ Maieſtatis crimen nõ imputatur carenti dolo.*
95 *Perduellio ſolùm dicitur, qui hoſtili animo aduerſus Rempublicam, vel Principem ſuum eſt animatus.*
96 *Dolus requiritur in vaſallo aduerſus Principem, vt puniatur.*
97 *Crimen ceſſat, vbi nemini damnum fuit ſequutum.*
98 *Vaſallus, qui non tranſiuit ad Principem inimicũ, ſed fuit ſubordinatus ſeruitio ſui Principis, non eſt in culpa.*
99 *Vaſallus, qui non copulauit cum inimicis domini amicitiam in eius damnum, non eſt in culpa.*
100 *Dominus debet probare vaſallum copulaſſe amicitiam cum alio in eius damnum.*
101 *Princeps debet principalitèr offendi, vt incurratur crimen læſæ Maieſtatis.*
102 *Factum an fuerit hoſtili animo, inſpicitur in crimine læſæ Maieſtatis, & num.103.*

P R O

Eodem D. Admirallo Aragonum.

Quòd Admirallus Aragonum non commiſit delictum in epiſtola, quam ſcripſit Sereniſſ. D. Archiduci Alberto, nec offendit Suam Maieſtatem, ſed fecit ſeruitium eius Regiæ Coronę, vt arcerentur plura inconuenientia, quę potuiſſent euenire, ſi reliquiſſet regimen Statuum Flandriæ.

A R G V M E N T V M.

Epiſtolam mittens zelo regij ſeruitij, ac publici beneficij Principi cognato, & fratri ſui Regis qualitèr à culpa ſit liber, & immunis, & non dicatur reuelaſſe ſecretum, & Dominum offendiſſe.

C O N S I L I V M CLXII.

QVàmuis ex eo, quòd inter chartulas ſcriniorum dicti Admiralli fuerit reperta quædam copia epiſtolæ, quam ſcripſit dicto Sereniſſimo Flãdriæ Archiduci Alberto, tempore, quo D. Rodoricus Laſſo acceſſit de ordine Suæ Maieſtatis ad proponendum ei, quòd dignaretur relinquere illos Status, voluerint culpam tribuere dicto Admirallo, quòd reuelauerit ſecretum, & fecerit offenſam, ſeù læſionem Maieſtati Regiæ, apparebit contrarium, & effeciſſe notabile ſeruitium, magnaq; inconuenientia, quæ ex aduerſo potuiſſent euenire, auertiſſe, & vitaſſe, quod vt conſtet: ſciendum eſt, quòd licèt omni
1 obſeruatione ſit dignum, † quod dicitur Tobiæ cap. 12. *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt*, de quo Martin. Laudenſ. tract. de Princip. quæſt. 190. & tract. de Conſiliar. Principum quæſt. 2.
2 † cùm ſecreta Regum non poſſint, nec debeant omnibus innoteſcere, vt per Ioan. Vinc. de Anna alleg. 65. nu. 24. adhùc nõ poteſt inculpari dictus Admirallus, quòd manifeſtauerit, nec reuelauerit ſecretum Suæ Maieſtatis, & eius Conſilij Status, quia dicta propoſitio non ita ſecretò, & miſteriosè proceſſit, quòd de illa vel publicè non haberetur notitia propter multum tempus, quod præceſſerat, poſtquàm incepit tractari de facienda dicta propoſitione præfato Sereniſſimo Archiduci, nec quòd ſuper eo præceptũ ſecreti, de quo in l. omne delictum §. exploratores cum l. ſeq. ff. de re milit. iuncta l. cuiuſque ff. ad l. Iul.
3 Maieſt. obligaret dictũ Admirallum, † & adhùc vt inculpari poſſet, requirebatur concurſus triũ rerum, vt poſt gloſ. in cap. 1. de noua forma fidelit. tradit Hieronym. Gigas tract. de crim. læſæ Maieſt. 1. par. quæſt. 21. nu. 12. & 13. Primũ, quòd id ſciuerit à Sua Maieſtate, vel eius Conſilio ſub lege ſecreti, idque reuelaſſet, & detegiſſet, ita ex dicto cap. 1. & l. proximus C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12. c. ſi peccauerit 2. q. 1. & c. nolite 11. q. 3. Gigas tract. de proditor. q. 1. nu. 3. & ita colligitur ex Caſſiodoro lib. 4. epiſt. 3. & lib. 8 epiſt. 9. dicente: *Arduum eſt meruiſſe Principis ſecretum.* Secundum, quòd feciſſet animo lædendi Suam Maieſtatem, & eius regium ſeruitium, Tiber. Decia. tom. 2. lib. 7. c. 13. nu. 15. Boſſ. in pract. crim. tit. de crim. læſæ Maieſt. nu. 17. & ſeq. Azeued. in l. 1. tit. 18. lib. 8. recop. num. 128. & 158. ex eius verbis ibi: *Porque ſe aperçiban en alguna coſa contra el Rey en daño de la tierra*, quæ etiàm habentur in l. 1. tit. 2. par. 7. ibi: *Si alguno deſcubriere à los enemigos puridades del Rey à daño del*, l. 2. tit. 28. par. 2. Decian. vbi proximè nu. 17. & cap. 17. nu. 11. & reſp. 27. nu. 16. vol. 1. Tertiũ, quòd fuiſſet damnum ſequutum, Aluarot. poſt alios in d. cap. 1. col. 1. verſ. *quæro cum gloſ.* nu. 4. Afflict. nu. 10. Nicol. Mozzius nu. 35. tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. Martin. Laudenſ. tract. de crim.
4 læſæ Maieſt. q. 49. vbi ait, † quòd vt puniri poſſit, neceſſarium eſt, quòd ſecretum reueletur inimicis, & cum damno Principis, & ita intelligit d. l. omne delictũ §. exploratores ff. de re milit. Iſer.

in c. 1.

in c. 1. in quib. mod. feud. amittat. & conſtat ex l.
ſi quis aliquid §. 1. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. ad leg.
Iul. Maieſt. Ioan. Anton. de Nigr. ad Capit. Regni
Neapol. de pœna, & vindicta proditorum rub. 7.
nu. 39. dicens: *Illud autem, quod dictum eſt de re-*
uelante ſecreta, intelligitur quando reuelat inimicis,
ſecùs ſi amicis, gloſ. in cap. hoc videtur 22. quæſt. 5.
5 † Et maximè quandò vtilius erat reuelare, quàm
tacere, gloſ. in cap. ego la ſeconda, de iureiur.
Viatorium iuris titulo de extrauagãtibus pœnis
6 col. 12. † Nàm ſecundùm Gigant. d. nu. 13. ſi non
animo damnificandi dominum vaſallus ſecretũ
reuelet, ſed ex eo putans laudare dominum, eiqi
inſeruire, tunc non punitur, vt voluit Iſern. in d.
cap. 1. verſ. *item nota*, quod dixit gloſ. & ibidem
Bald. & Affl. col. 3. Præpoſ. in rubr. col. 1. verſ. *pri-*
mò eſt, & verſ. *extra gloſſam*, & ibidem Aluarot.
col. 1. an ſola manifeſtatio nu. 4. ponderans l. 1. §.
7 cùm patronus ff. de offic. Præfect. Vrb. † vbi li-
bertus nõ reuocatur in ſeruitutem, licèt contra-
xerit amicitias cum inimicis domini, niſi vt con-
ſpiraret contra eum illas contraxit, Curt. tract.
feudor 4. par. princ. nu. 37. fol. 30. Cæſar de Vrſill.
in addit. ad Math. de Afflict. deciſ. Neapol. 307.
nu. 18. & ſeq. Ioan. Ant. de Nigr. vbi proximè nu.
8 53. dicens, † quod tunc feudùm perderetur, ſi
vaſallus copularet amicitias cũ inimicis Domini
contra illum, & in eius damnum conſpiraudo, c.
ſi Capitanei, quib. mod. feu. amitt. facit l. liberi in
fin. dùm ait: *Atque in alijs ſic verſata ſit, vt inimi-*
ca eius potius, quàm mater crederetur, C. de inoff.
9 teſtam. † & ſic copulatiuè requiritur copulare
amicitiam in damnum, & conſpirationem Do-
mini, aliàs non punitur, vt tenet Andr. Iſern. in
c. 1. §. porrò col. fin. quæ ſit prima cauſa benefic.
amitt. Iacobin. tract. de feud. verbo *dictiq; vaſalli*
promiſerunt nõ committere fellonium col. 4. Thom.
Gram. dec. 18. in cauſa magnifici nu. 13. & ſeqq.
10 † Et eſt ratio, quia voluntas, & propoſitum
diſtinguunt maleficia, l. qui iniuriæ 55. in princ.
ff. de furt. Couar. in c. alma mater 1. par. §. 3. nu. 9
& §. 10. nu. 8. l. quod Reipublicæ 32. ff de iniur.
& l. locum §. ſi quis dolo in fin. ff. de tabul. exhib.
& in terminis Hieron. Gigas d. tract. de crim. læ-
11 ſæ Maieſt. 1. par. q. 14. nu. 9. & q. 67. nu. 4. † dicẽs,
quòd actus ab intentione agentis denominatur,
l. diuus ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & l. verum §.
ſciendum ff. de minor. Bartholom. Tegius tract.
12 crim. par. 9. nu. 17. † & quia interpretatio frau-
dis ex animo, & conſilio eſt ſolummodò ſumen-
da, l. fraudis ff. de reg. iur.

Nec obſtabit dicere, quòd non eſt à delicto alienum ſcripſiſſe dictam epiſtolam, ſuadẽdo nè condeſcenderet dictus Sereniſſimus Archidux propoſitioni præfatæ relinquẽdi illos ſtatus, cùm id fecerit animo, & zelo inſeruiẽdi Suæ Maieſtati tanquàm perſona, quæ habebat tantam experiẽtiam, & cognitionem diſpoſitionis illorum; nàm vti declarauit præfatus Admirallus in eius confeſſione iudiciali, cùm fuiſſet ab hoſtibus captus, & Olandiæ carceratus annis 1600. & duobus ſequentibus agnouit, & expertus fuit quàm multũ animi conceperunt rebelles ad continuandum bellum, ex quo intellexerunt tractari de dicta propoſitione faciẽda, & qualitèr, & ſi mouiſſent tractatus pacis deſtiterũt ab eis iudicando, quod dubium futurum erat adimpleri illis, quòd fuiſſet conuentum, & in capitulis pacis deductum. Hanc ſiniſtram ſuſpitionem deducentes ex eo, quòd videbatur illis, quòd Sua Maieſtas volebat, quòd dicti Sereniſſimi Archiduces relinquerent præfatos ſtatus, quos ſuo conſenſu, & pro executione capitulationum factarum ex cauſa ſui matrimonij cum Maieſtate Catholica D. N. Regis Philippi Secundi, qui æterna pace fruitur, de
13 † quibus eſt videre per Ant. de Herrera lib. 14.
hiſtoriæ general. mundi ſui temporis cap. 10. &
Andr. Mauroc. lib. 15. hiſtoriæ Venetæ pag. 611.
& Franc. Haræum in annalib. Brabantiæ, totiuſq;
Belgij tom. 3. pag. 541. & ſeqq. & quòd hoc pote-
rat ex eo caſu operari, vt mouerentur diſcordiæ
inter Suam Maieſtatẽ, & Sereniſſimos eius Fra-
tres, & etiam cum Imperatore, & Regibus Fran-
ciæ, & Angliæ, qui ſe obtulerant aſſiſtere dicto
Sereniſſimo Archiduci pro defenſione dictorum
ſtatuum, faciendo hoc modo meliorem condi-
tionem iniuſtarum prætenſionum rebellium eo-
rundem ſtatuum, vt regularitèr euenit, quotiès
ſimiles diſſentiones, & diuiſiones occurrũt, iuxta
illud Chriſti Domini apud D. Lucam cap. 11.
14 † *Omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & do-*
mus ſupra domum cadet: quod in ſimili obſeruãt
Oldrad. conſ. 94. Felyn. conſ. 31. nu. 17. Roland. à
Valle conſ. 89. nu. 8. lib. 1.

Et vt dictus Admirallus inculpari poſſet ſu-
per dicta epiſtola, requirebatur, q̃ fuiſſet ſcripta
non patruo, & fratri, prout erat dictus Sereniſſi-
15 mus Archidux, † ſed alteri inimico Suæ Maie-
ſtatis, & doloſè, l. 1. verſ. *Quiue hoſtibus Populi*
Romani nuntium, literaſuè miſerit, ſignumuè dede-
rit, feceritue dolo malo, quo hoſtes Populi Romani
conſilio iuuentur aduerſus Rempublicam; Affl. dec.
Neapol. 265. nu. 42. Thom. Gram. deciſ. 15. nu. 6.
Hiero. Gigas d. tract de crim. læſæ Maieſt. 1. par.
q. 20. in princ. dicens: *Hoc ſanè intellige de his, qui*
doloſè hoſtibus literas ſcribunt, nuntioſuè mittunt.
Et ita intelligit d. l. 1. Tiber. Decian. tom. 2. lib. 7.
cap. 13. nu. 15 Martin Lauden. d. tract. de crim.
læſæ Maieſt. q. 2. Math. de Affl. in c. 1. §. & bona
committentium nu. 65. tit. quæ ſint regal. in vſib.
feudor. & in c. 1. §. porrò, qui dominum, quæ fuit
prima cauſ. beneſ. amitt. nu. 26. idem Gigas tract.
de proditor. q. 1. nu. 10. vndè Gigas d. q. 20. nu. 4.
16 ait: † *Quòd ſi quis non doloſe hoſtibus ſcripſerit,*
eiſque nuntium miſerit, neque eis ſignum dederit,
vt Principi noceret, vel Ciuitati, eo caſu non incidit
in crimen læſæ Maieſtatis, vt probat tex. in d. l. 1. ar-
gum. à contrario ſenſu, Decius conſ. 694. Boer. tract.
de ſeditioſ. præſuppoſito 6. nu 15.

Quod iuſtificatur, nàm dictus Admirallus in
principio, & alijs partibus dictæ epiſtolæ mani-
feſtat animum, quo mouebatur ſeruitij Suæ Ma-
17 ieſtatis, & præſertim vbi ait: † *Reſpondiendo con*
la entereza, que conuiene para el bien vniuerſal de
la Chriſtiandad, y conſeruaçion de eſſos eſtados, y
de la aliança, y dependençia, que tienen deſtos Rey-
nos, y quando yo no fuera criado de V. Alteza, nì
vaſallo del Rey, conoçiendo à V. Alteza, y à los
que deſſean meter la mano en eſtas coſas, ſolo por el
bien publico juzgarà, que en ninguna manera con-
uiene,

uiene, que V. Alteza de oydos à ello, y juntandoſe
lo uno, y lo otro, y conſtandome à mi quan dañoſo
ſeria para todo, no he podido abſtenerme de dezirlo
a los, que he podido hablar, y me han oydo ſobre el
caſo. V. Alteza lo encomiende a Nueſtro Señor, y
conſidere, que no ſe trata de negoçio ſolamente ſuyo,
ſino de coſa, que importa mas al Rey, que à V. Al-
teza quanto es mas lo que Su Mageſtad poſſee en el
mundo, que lo que V. Alteza tiene en eſſos eſtados,
y que alçando V. Alteza la mano de ellos, ſera
çierta la ruyna de todas eſſas Prouinçias, y tras ella
la de las Indias Orientales, y Oçidentales, y conſe-
quentemente la de toda eſta Monarquia, cuya con-
ſeruaçion es juſto, que V. Alteza procure aſſi por el
bien publico, como por los benefiçios, que V. Alteza
reçebiò del Rey nueſtro Señor, que haya gloria, y
ha reçebido del Rey nueſtro Señor deſpues, que ſu-
çedio à ſu padre; pues ſerà menor enconueniente
reſponder à lo que dizen ſe ha propueſto à V. Alte-
za con algun ſacudimiento, que ponerſe al rieſgo,
que he dicho por admitir lo que ſe hà propueſto con
buena intençion, pero con tan malas, y ſinieſtras in-
formaçiones, que han dado ocaſion para ello tomtan-
do tambien alguna de la apretura de las coſas de
por aca, reparando en eſto ſin conſiderar la graue-
dad de los daños, e enconuenientes, que podrian
reſultar de todo. Et paulò inferius. *Y han querido*
atreuerſe à mouer platicas peligroſas, y indignas de
tomar en la boca, y mas perjudiçiales para el ſerui-
çio del Rey, que para el de V. Alteza. Et paulò
poſt. *Y ſi yo entendiera quando me llamaron el*
año de 1600. que me querian para lo que de pre-
ſente corre, viniera aunque fuera arraſtrando, ſolo
por eſtoruarlo, y por dar à entender à Su Mageſtad
quan mal eſtà à ſu ſeruiçio. Et poſteà. *Gran toque*
es eſte, y en terrible ſazon, però como he dicho bue-
na ocaſion para moſtrar V. Alteza ſu valor, y pru-
dençia, y el zelo, que tiene al ſeruiçio de Dios, y
del Rey nueſtro Señor, y del bien publico, no repa-
rando en lo que pudiera diſguſtarle eſte negoçio.

Et ita omnia verba, & rationes dictæ epiſtolæ
patefaciunt, & manifeſtam reddunt fidelitatem
dicti Admiralli, & zelum, quem habuit ſer-
uitij Suæ Maieſtatis, & boni publici horum
Regnorum, quandò ex his motus illam ſcripſit
dicto Sereniſſimo Archiduci, proponendo ei
obligationes, quas habebat Maieſtati Domini Re-
gis Philippi Secundi, & Suæ Maieſtati, vt non
contraueniret illis admittendo dictam propoſi-
18 tionem, & † cùm verba ſint veluti ſpeculũ, quod
manifeſtat animum, & intentionem, cap. his autẽ
22. q. 2. c. humanæ aures 22. q. 5. Marc. Tullius in
orat. pro A. Cecinna, & lib. 1. de legibus, Roland.
à Valle conſ. 99. nu. 50. vol. 4. non eſt præſumen-
dum, Admirallum habuiſſe aliam intentionem,
ſed quòd cauſa finalis, qua motus fuit, non alia
extitit, quàm ſeruitium Dei, & Suæ Maieſtatis,
& vtilitas publica, vtque euitarẽtur effectus, qui
19 contra illam poterãt euenire; † nàm cauſa fina-
lis colligitur ex verbis procœmialibus ſcripturæ,
l. fin. vbi DD. ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. vt libe-
ris nu. 1. C. de collat.

20 † Et quòd ita debẽt intelligi verba dictæ Epi-
ſtolæ conſtat ex l. factum 6. in pœnalibus ff. de
regul. iur. vbi formalitèr dicitur: *In pœnalibus*
cauſis benignius eſſe interpretandum, l. ſi ita 11. §.
fin. ff. de. reb. dub. l. Titius 24. in fin. ff. de conſtit.
pecun. l. ſi ita ſcriptum 13. in princ. ff. de liber. &
poſthum. Georg. Acatius lib. 2. de priuileg. iuris
ciuil. cap. 5. nu. 81. ponderans illud Senecæ lib. 1.
controuerſ. c. 5. *inter diſpares ſentẽtias mitior vin-*
cat, & ex Bald. in l. moueor C. ſi ſeruus expor-
tand. veniat, tradit in terminis noſtro caſui per-
ſimilibus Mar. Ant. Natta conſ. 592. incip. in cau-
ſa magnifici nu. 23. vol. 3.

Maximè cùm hoc ſit tàm conforme qualitati,
& generoſo ſanguini dicti Admiralli, & zelo, cum
quo inſeruiuit Suæ Maieſtati, exponendo pericu-
lis vitam, & effundendo ſanguinem, longas, & ri-
goroſas carcerationes etiàm patiẽdo apud dictos
21 Rebelles; † nàm qualitas facti interpretatur ſe-
cundùm qualitatem perſonæ facientis, & præſu-
mitur, cap. abſit 11. q. 3. c. ea vindicta 23. q. 4. gloſ.
22 in c. quàmuis 38. diſtinct. † dicens, bonum præ-
ſumi illud, quod à bono fuit factum, Menoc. lib.
3. præſumpt. 122. nu. 101. & ſeq. Alciat. reſp. 453.
num. 5. dicens, quòd magna coniectura eſt, quæ
colligitur ex qualitate perſonæ, l. quæro in fine
ff. de ædil. edict. & ibi Bart. Ioan. Franc. Purpur.
23 conſ. 46. nu. 37. † dicens, quòd qualitas nobili-
tatis nati ex illuſtri familia omnẽ ſiniſtram præ-
ſumptionem excludit ex Hoſtien. & alijs in cap.
finem litibus de dolo, & contum. Ioan. de Amic.
conſ. 86. nu. 13. & conſ. 134. nu. 10. & ex qualita-
te perſonæ eius, qui vſque ad ætatem ſenilẽ per-
uenit, & nunquã fuit ſeditioſus, ſed ſemper ama-
24 tor patriæ ſuæ. † vndè ex vita retrò tranſacta
præſumitur etiàm de præſenti, l. non omnes §. à
Barbaris ff. de re milit. c. cùm in iuuentute, & c.
mandatum de præſumpt. Alex. in l. ſi quis ex ar-
gentarijs §. fin. per illum tex. ff. de edend. Felyn.
in c. cùm in iure peritus de offic. deleg. Menoc.
de præſumpt. lib. 1. q. 14. num. 26. Azeued. conſ.
40. nu. 67. poſt Hippol. conſ. 77. nu. 11. & Menoc.
lib. 3. præſumpt. 19. num. 9. Quintilia. lib. 5. inſtit.
oratoriar. c. 10. dicens: *Spectanda quidẽ ſunt ante-*
25 *acta, dictaque.* † *Ex præteritis enim æſtimari ſolẽt*
præſentia. Ioan. Franc. Purpurat. conſ. 369. nu. 39.
tom. 1. & ita Marcus Tullius vir ſcientificus in
omni doctrinæ genere in oratione, quã fecit pro
Publio Sylla, dixit Senatui hæc notabilia verba:
26 † *Omnibus in rebus iudices, quæ grauiores, ma-*
ioreſqe ſunt, quid quiſque voluerit, cogitauerit, ad-
miſerit non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui ar-
guitur, eſt ponderandũ. Neq; enim poteſt quiſquã
noſtrũ ſubitò fingi, neque cuiuſq; repentè vita mu-
tari, aut natura conuerti, nemo repentè fit ſummus,
nemo repentè turpiſſimus, Menoch. de præſumpt.
lib. 5. præſumpt. 32. nu. 2. Conſtant. Papa ad arbi-
trium Magnæ Curiæ Vicariæ cap. 4. nu. 11. 12. &
ſeqq. & ex cap. mandata de præſumpt. exornat
Hippol. de Marſil. in l. maritus nu. 39. & ſeq. ff. de
quæſtionib. Petr. Surd. conſ. 245. num. 49. vol. 2.
Pariſ. conſ. 98. nu. 17. vol. 1. Tiraq. de pœn. temp.
27 cauſ. 51. nu. 156. dicens, † quòd qui anteà boni
fuerunt, *&* probi, nunc quoque tales eſſe, atque
in futurũ fore videri debent, adeò vt nihil quic-
quàm, quod à bono viro ſit alienum facturi cre-
dantur, præſertim ij, qui ſe diù virtutibus, &

probi-

Digitized by Google

probitati addixerunt, quique cum ipſis virtuti-
bus longo tempore verſati vberes earum, atque
iocundos fructus produxerunt. Summa enim eſt
(omnium Philoſophorum conſenſu) difficultas
aliquem dimouere ab habitu virtutum etiàm
ciuilium, & politicarum; vndè Valer. Max. lib. 2.
28 c. 5. de maieſtate in princ. ait: † *Quòd cùm Me-*
tellus cauſam repetundarum diceret, tabulæq; eius
ab accuſatore expoſtulatæ, & ad nomen inſpiciẽ-
dum circa iudicium, ferrentur, totum conſilium ab
eorum contemplatione oculos auertit, nè de aliqua
re, quæ in his relata erat, videretur dubitaſſe non
in tabulis. ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincerè
adminiſtratæ Prouinciæ legenda ſibi iudices credi-
derunt: indignum rati integritatem tanti viri exi-
29 *gua cera, & paucis literis perpendi*. † Bonum
enim præſumitur de homine bonæ famæ, & pa-
cifico, vt ex l. ſi cui §. eidem vbi bona gloſ. ff. de
accuſ. & l. meritò ff. pro ſocio l. in obſcuris ff. de
regul. iur. tradit Ioannes de Amic. conſ. 65. &
conſ. 86.
30 † Et vltra, quòd ei, qui inculpat dictũ Admi-
rallium propter dictam epiſtolam incumbebat
onus probandi. quòd illam ſcripſiſſet doloſè. &
non iuſtis conſiderationibus motus ſeruitijs Suæ
Maieſtatis, quibus motus fuit, l. quotiès §. 1. ff.
de probat. ibi: *Qui dolo dicit factum aliquid, do-*
cere dolum admiſſum debet, gloſ. verbo *dolus* in
cap. ſedes de reſcript. Cæphal. conſ. 210. num. 69.
tom. 2. Marc. Ant. Eugen. conſ. 64. nu. 80. tom. 1.
Alciat. ferè in noſtris terminis in d. cap. 1. quibus
31 mod. feud. amitt. nu. 6. † vbi concludit, quòd at-
tenta qualitate perſonæ, & non habuiſſe odium,
nec maleuolentiam aduerſus Dominum, præſu-
mitur in fauorem illius, l. non omnis §. à barbaris
32 ff. de re milit. † & ex qualitate perſonarũ actio
formatur, & condemnatio tollitur, aut modera-
tur, l. Pomponius la ſeconda, ff. de negot. geſtis,
l. fin. de action. & obliga. l. 1. C. ſi quis Imperatori
33 maled. † & quia efficacior eſt coniectura, vt præ-
ſumatur bono animo feciſſe, per quam tollitur
contraria coniectura delicti, l. item ſi obſtetrix §.
fin. cum l. ſeq. l. item Mella §. 1. ff. ad legem Aquil.
iuncta l. meritò vbi DD. ff. pro ſocio, Alciat. d.
reſponſ. 453. in fin. Menoch. lib. 3. præſumpt. 52.
nu. 5. & præſumpt. 48. num. 9. lib. 5. neque poteſt
dici, quòd fecerit contra Rempublicam, & Ma-
ieſtatem Regiam, dictam epiſtolam ſcribendo,
cùm rationibus tàm iuſtis motus fuerit, tàmque
34 Regio ſeruitio conſonis. † Et quælibet cauſa
aliquem habens colorem, quàmuis foret iniuſta,
excuſat à dolo, & delicto, l. igitur §. poteſt ff. de
liber. cauſ. l. ſi ſeruum quis §. prætor ait, verſ. *amo-*
uere non videtur ff. de acquir. hæred. l. 1. cum glo.
ff. de abigeis, Alex. conſ. 92. incip. perſpectis vol.
1. Alciat. d. num. 5 Roman. conſ. 150. num. 3. quod
35 comprobatur, † quòd licet delictum trãsfuga-
rum ſit ita graue, & punibile, vt conſtat ex l. de-
ſertorẽ §. is, qui ad hoſtes, l. non omnes §. à bar-
baris ff. de re milit. l. 2. ff. ad leg. Iul. Maieſt. l. 1.
verſ. *la ſexta* tit. 2. partit. 7. l. 9. tit. 19. l. 2. tit. 28.
partit. 2. l. 1. tit. 18. lib. 8. recopil. iunctis exemplis,
quæ tradidit Q. Curtius lib. 8. de geſt. Alexandri
Magni, & T. Liuius lib. 6. decad. 3. Valer. Maxim.
36 lib. 2. c. 2. §. de Q. Fabio, † adhùc qui transfugit
ad hoſtes animo inſeruiendi ſuo Principi, nullam
pœnam incurrit, d. l. non omnes §. vlt. Roman.
conſ. 311. nu. 5. Tiber. Decian. tom. 2. tract. crim.
lib. 7. c. 49. ita intelligens à ſe tradita eod. lib. c.
37 14. & 15. † de quo ab Hiſtoricis celebratur ſi-
mulatio Zophiri, qui erat ex præcipuis Ducibus
Darij; nàm & Babilonios decepit, fingens ſe ab
illo naribus, & auriculis detruncatũ ignominio-
sè circumtonſum, & plagis affectum, quarè illi
credentes in poteſtatem Darij venerunt, teſte
Herodot. in 4. & Polyæno lib. 7. ſtratagemat.
Baptiſt. Fulgoſ. lib. 7. c. 4. Petr. Gregor de Repub.
lib. 13. c. 1. nu. 5. & lib. 22. c. 11. nu. 6. Scipio Am-
miratus lib. 1. diſſertat. Politicar. diſcurſ. 3. pag. 8
Ferdinand. Loazes in alleg. pro Marchione de
los Velez fundam. penult. pro ipſo §. & ſi forſan
38 num. 61. † & idem fecere Ioab, Abner, & Amaſ-
ſan, vt conſtat ex lib. 2. Regum cap. 3. & cap. 20.
verſ. *nonò*.
Et hoc manifeſtius fit, cùm dictus Admirallus
ſcripſerit Suæ Maieſtati 16. Septẽbris anni 1603.
& demùm in eadem cõformitate Domino Duci
Lermæ tanquàm eius maiori miniſtro, rationem
reddendo inconuenientium, quæ forẽt ſequuta,
ſi dictus Dominus Archidux reliquiſſet dictos
Status; imò ex eo ſolo, quòd de eo fieret ſermo,
cùm ipſos poſſideret ex voluntate, verbo, ac fide
regia dictorum Dominorum Regum, deducente
ex eo rebellium malitia, quòd nec ipſis adimple-
rẽtur conditiones pacis, quæ cum ipſis ſtabilire-
tur. Et cùm ſemper Sua Maieſtas fuerit obſer-
uantiſſima ſui verbi regij, proùt mundo eſt no-
tum, & nunquàm in eius animum regium vene-
rit in eo deficere, nec aliquem fallere, & minus
eius fratres, non erat conueniens mortuum dare,
vt aliquis quantumuis prauæ, & damnatæ inten-
tionis crederet, aut ſuſpicaretur cõtrarium, cùm
39 hoc tangeret reputationẽ Suæ Maieſtatis; † tur-
pe enim eſt eripere, quæ dederis, vt ait Demo-
ſthenes in oratione aduerſus Leptinem, *dicens:*
Quo igitur commodo dimidia ex parte fruuntur etiã
hi, qui nihil in nos contulerunt id benemeritis, cùm
ipſi anteà dederimus, iterùm eripiemus? minimè
verò, nàm cùm per ſe turpe fuerit, tùm nobis inde-
corum. Et licèt non interueniſſet voluntas Do-
mini noſtri Regis (proùt interuenit) ſufficiebat
præceſſiſſe fidẽ regiam Domini Philippi Secundi,
quia vt inquit Georg. Acacius lib. 3. de priuileg.
40 c. 11. nu. 39. † Regi tuenda, maximè Regum eſt
fides, probatq; iuſtum, & tutiſſimum eſſe Prin-
cipes religiosè tueri contractus, pacta, & promiſ-
ſa, actaq; legitima anteceſſorum ſuorum.
41 † Nàm vt inquit Ioan. Butero lib. 2. de ration.
ſtat. cap. de modis conſeruandi reputationem
eſt magni momenti, quòd Princeps obſeruet fi-
dem, quam ſemel præſtitit, cùm hoc procedat ex
animi conſtantia, & prudentia iudicij, affirmatq;
hoc tribuiſſe maximam exiſtimationem, & cre-
ditum erga Flandros, ſiuè inferioris Germaniæ
ſtatus, Alexandro Farneſio Duci Parmæ, & Pla-
centiæ tempore, quo rexit, & gubernauit dictos
42 ſtatus pro Domino Rege Catholico; † nàm vt
rectè dixit Xenophont. in orat. de Ageſilan, *Fan-*
ta, tàmque præclara res eſt, tùm in alijs vniuerſis,
43 *tùm in Principe eſſe fidei ſeruantem*, † & ita dixit
Iſocrates

Digitized by Google

Iſocrates in orat. 1. de regimine Regni, quam
ſcripſit Regi Nicocles *veritatem adeò te præferre*
ſemper argue, vt ſermonibus tuis plus fidei, quàm
aliorum iuramentis habeatur; cuius meminit Petr.
Ribadeneira lib. 2. de virtutib. Principi Chriſtia-
44 ni cap. 15. & ſeqq. † vbi adducit plura exempla
hiſtorica in comprobationem eius, & ſiniſtrorũ
euentuũ, quos paſſi, & experti fuerũt Principes,
qui fecere contrarium; idemque retulit Petrus
45 Gregor. lib. 8 de Republ. cap. 8. nu. 1. † affirmãs,
quòd ſimplex Principis verbum tantam vim de-
bet habere, vt illius fides adimpleatur, prout iu-
46 ramentum aliorum, † & eiuſdem ſententiæ fuit
Rex Alphonſus Primus Neapolis verè ſapiens,
(prout alius Caſtellæ Rex) vt refert Ant. Panor-
mita lib. 1. dictorum, & factorum eius memora-
bilium, ſententia, ſiuè axiomate 58. Lælius Zech.
lib. 1. de Principe c. 6. nu. 13. ex quo deduxit Pe-
47 trus Gregor. vbi proximè nu. 6. † *Principes, qui*
leges æquitatis naturalis non poſſunt licitè perfrin-
gere (*nàm & illas tanquàm rationis participes, à*
qua procedunt, ſubijciuntur) *quæ pactis, & conuen-*
tionibus per ſe factis, vel de rebus priuatis, vel de
Republica, quæ placita ſunt, aut mutare in præiudi-
cium eorum, eum quibus cõuenerint: vult quiſque
ſibi credi, inquit Liuius lib. 22. & habita fides, ipsã
obligat fidem, alioquin ſi Reges, & Principes fidei
ſtare non deberent, miſerabiliores omnibus homini-
bus, & ſubditis eſſent, nullo cum illis negotium ge-
rere volente, & pro pæna eſſet interdictum illis a cõ-
mercijs omnibus, quæ ſola fide perficiuntur, qua
maior non datur, *l. præterea C. de hæret. & l. hi, qui*
48 *ſanctum C. de apoſta.* † vndè Theodoricus Rex
apud Caſſiodor. lib. 3. variar. c. 35. dixit: *liberali-*
tatem noſtram firmam decet tenere conſtantiã, quia
inconcuſſum debet eſſe Principis votũ, nec pro ſtu-
dio malignorum conuelli, quod noſtra noſcitur præ-
ceptione firmari.
49 † Et licèt regularitèr volũtates, & affectus Re-
gum ſint vehementes, vt poſt Saluſtium de bello
Iugurtino tradit Ribadeneira d. lib. 20. de virtu-
tibus Principis Chriſtiani c. 28. maximè habenda
eſt fidelitas illius vaſalli, qui præuidens, quòd re-
ſolutio ſui Regis executioni mandata, paritura
eſt effectus contrarios eius ſeruitio, curet illam
50 diuertere, & damna vitare; † nàm vt ſcribit At-
ralaricus Tullio viro patritio apud dictum Caſ-
ſiodorum lib. 8. variar. c. 9. *Rarum confidentiæ ge-*
nus eſt interdùm reſiſtere contra vota Principis;
vndè Durus de Paſcuo in aulico politico dixit:
51 † *Nemo debet celare veritatem patriæ, & Princi-*
pi vtilem, etiàm ſi in vitæ periculum inciderit. Petr.
Andr. Canonher. in diſcurſibus politicis in Corn.
Tac. cap. vtrum nemini liceat in Principem in-
52 uehi, dicens: † *Melius enim eſt, & laudabilius*
perdere vitam, quàm ſupprimere ſalubre conſilium;
53 † & in Eccleſiaſtico c. 4. dicitur, non eſſe verbũ
retinendum in tempore ſalutis, neq; abſconden-
dam ſapientiam in decore ſuo.
54 † Et ita lex 1. tit. 13. partit. 2. tractans, qualitèr
vaſallus debet procurare bonũ ſui Regis, inquir,
Porende deue catar muy acueñe las coſas, que ſon
à ſu honrra, y à ſu guarda, y ſer mucho ançioſo pa-
ra allegarlas, y acrecentarlas, y las que fueren à ſu
55 *daño deſuiarlas, y tollerlas*; † nàm vt ait Polyb.
lib. 1. pag. mihi 98. non præſentia ſolùm, verùm
etiam futura proſpicere rectè conſulentem con-
56 uenit, Terent. in Adelphis act. 3. ſcen. 3. † dicẽs:
iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt vide-
re, ſed etiàm illa, quæ futura ſunt proſpicere; Ioan.
Torres lib. 8. philoſoph. moral. Princip. cap. 9. &
Decius conſ. 100. lib. 1. nu. 7. quẽ ſequitur Vdal-
57 ric. Zaſius conſ. 8. nu. 22. lib. 1. † nàm prudentis
proprium eſt examinare conſilium, & non citò
facili credulitate ad falſa prolabi, vt tradit Se-
nec. lib. de prudentia.

Et cùm certò ſciret dictus Admirallus, quòd
ſi admiſſa fuiſſet dicta propoſitio erant euentu-
ra tot damna, debuit, potuitq; tàm licito medio
illa procurare vitare, quàmuis ſciret, quòd ali-
qui de conſilio Suæ Maieſtatis, qui non habebãt
ſimilem experientiam rerum dictorum Statuum
58 alterius ſententiæ fuiſſent; † nàm vt inquit Ra-
banus ſuper illud Eccleſiaſtici c. 10. *Noli eſſe hu-*
milis in ſapientia tua, noli in eo, quod rectè ſapis,
& intelligis, ſic eſſe humilis animi, vt cedas con-
trarium dicentibus, & non audeas cùm oportet,
contradicentibus veritati reſiſtere, Simanc. de
Republ. lib. 7. c. 5. nu. 21. Diuus Auguſtin. ad Ca-
ſulanum relatus in cap. quiſquis 11. q. 3. dicens:
Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occul-
tat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet ho-
minem, quàm Deum, vndè Eccleſiaſtici c. 4. dici-
tur: *Nec retineas verbum in tempore ſalutis, non*
59 *abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo*, † & bo-
num conſilium liberè, & nõ hæſitantèr præſtan-
dum eſt, vt ex Plinio epiſt. 9. lib. 3. & Corn. Tac.
lib. 4. & 11. annal. tradit Lælius Zechius lib. 2. de
Principe cap. 1. nu. 8.
60 † Et quemadmodùm dicit D. Gregor. 2. par.
paſtoral. c. 4. relatus in cap. ſit Rector 43. diſtinc.
Sæpè Rectores improuidi humanam amittere gratiã
formidãtes, loqui liberè recta pertimeſcunt, & iuxta
veritatis vocem, nequaquàm gregis cuſtodiæ paſto-
rum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiũt, quia
veniẽte lupo fugiunt, dùm ſe ſub ſilentio abſcondunt;
61 † Hinc nàmque eos per Prophetam Dominus
increpat, dicens in Iſaia cap. 56. *Canes muti non*
valentes latrare, hinc rurſus quæritur dicens in
Ezechiele cap. 13. *Non aſcendiſtis ex aduerſo, ne-*
que oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſta-
retis in prælio in die Domini; nàm æqualem exceſ-
ſum continuiſſet, ſi cùm ſciret dictus Admirallus
prudenti experientia, damna, quæ euentura erãt,
ſi præfata propoſitio fuiſſet admiſſa, & executio-
ni mandata, non curaſſet illa auertere, ſcribendo,
prout ſcripſit è Ciuitate Valliſoleti dicto Dño
Duci Lermæ, & poſteà dicto Sereniſſimo D. Ar-
chiduci tẽpore, quo mandatus fuit D. Rodoricus
61 Laſſo, † vt honeſto modo diuerteret eius lega-
tionem, cap. nolite 11. q. 3. Tiber. Decian. tract.
crim. lib. 7. c. 29. nu. 27. nàm vt inquit Plinius ſe-
62 cundus lib. 1. epiſt. 20. † *Præuaricatio eſt tranſire*
dicenda, præuaricatio etiàm curſim, & breuitèr at-
tingere, quæ ſint inculcanda, & repetenda.

Et quàmuis hoc in perſonis Principum maxi-
mè difficile ſoleat eſſe, cùm animum intendant,
vt eorum reſolutiones executioni mandentur,
non tamèn ex eo vaſalli fideles, præſertim quali-
tatis dicti Admiralli deſiſtere debebant ab op-

portuna cura, vt impediretur tàm noxia res, &
præiudicialis regio ſeruitio, prout erat propoſi-
63 tio præfata; † nàm vt dixit Solon apud Dioge-
nem Laertium, Principi non dulciora, ſed optima
ſunt conſulenda; & licèt hoc difficultatem conti-
neat, quã conſiderauit Cornelius Tacitus lib. 17.
64 dicens: † Suaderi Principi, quod oporteat multi
laboris, aſſentatio erga Principem quemcumque
ſine affectu peragitur, Saluſt. ad C. Cæſarem de
republica ordinanda: Scio ego difficile, atque aſpe-
rum factu ſit, conſiliũ dare Regi, aut Imperatori; &
65 Sanctus Sixtus III. in epiſtola de malis Doctori-
bus ait: Habet enim hoc conditio humanæ naturæ,
vt aliud nolit audire, quã animo decreuerit exerce-
re; nec ſinè cauſa ſapientiſſimus Salomon Pro-
uerb. cap. 21. dixit: Sicut diuiſiones aquarum, ita
66 cor Regis in manu Domini; † nàm ſicut ad reſi-
ſtendum maximis aquarum fluctibus vires hu-
manæ non valent, eodem modo nec Regum vo-
luntati, cui non poſſunt ſubditi, ſed ſolus Deus
reſiſtere, cùm Principes ſuam debeant tempera-
re potentiã, nàm vt dixit Mœcenas Auguſto Cæ-
67 ſari apud Dionem lib. 5. † Id tibi conſilium
do, ne quandò abutaris potentia tua, neque eam
putes eſſe diminutionem potentiæ tuæ, ſi non om-
nia ſimul facias, quæ poſſis, ſed quantò magis
omnia, quæ ſtatuere poteris perficere, tantò ma-
gis cura, vt optima tibi quæque proponas, Geor-
gius Acatius lib. 3. de priuilegijs capite 5. nu-
mer. 46.
68 † Ex quo prouenit, quòd multotiès conſilia
minus vtilia præualeant, vt dixit Liuius lib. 5. de-
cad. 3. licèt vna ex rebus magis neceſſarijs Prin-
cipibus ſit, vt ſuaderi ſinant, quæ eius ſeruitio,
& bono publico ſunt magis conueniẽtia & con-
formia, nec exequantur, quæ ipſis dictat affectus,
quantùmuis poteſtate polleant; nàm vt inquit
Iuſtus Lipſius in præfatione ad librum Politico-
rum, vt illud in Principatu beatiſſimum eſt, non
cogi, ita miſerrimum non ſinere ſuaderi, vndè dice-
69 bat Seneca de benefic. lib. 6. cap. 30. † hoc ſolo
priuari magna faſtigia, quia præ timore, vel re-
uerentia non eſt, qui verum dicat, vt retulit Bal.
conſ. 326. incip. Rex Romanorum nu. 5. lib. 1. qua
de cauſa Politius lib. 1. hiſtor. pag. mihi 56. dixit:
70 † Enim verò Romani cũ viribus in omni re vtan-
tur, & quod ſemel decreuerunt, omninò perfici ne-
ceſſarium ducant nihilque ſibi impoſſibile factu exi-
ſtiment, quod ſemel eis viſum fuerit, & ſi plerumq;
ob eam animi obſtinationem rectè faciant, interdùm
tamèn in apertiſſimos errores dilabuntur, vt eſt ve-
riſimile, quod eueniſſet, ſi fuiſſet proſecuta dicta
propoſitio, inſiſtendo, quòd dictus Dominus Ar-
chidux relinqueret dictos Status, cùm tempora,
nec occaſiones nõ eſſent opportunæ; nàm priuſ-
quàm inchoaretur tractari, debuerant eſſe factæ
maximæ præuentiones, & diligentiæ, vt vitaren-
tur bella, incõmoda, & Sua Maieſtas valeret con-
ſequi intentum ſinè ſuo, & dictorum Statuum
71 diſcrimine; † nàm vt inquit Polibius lib. 3. pag.
199. Sæpènumero ea, quæ factu optima videntur,
niſi opportunè fiant, ingẽtes afferunt iacturas, quod
& ſi in alio ſtylo retulit Cornel. Tac. lib. 17. ad
finem dicens: Sæpè honeſtas rerum cauſas, ni iudi-
cium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur.

72 † Princeps enim debet curare noſſe occaſiones
res opportunas gerendi, & eas opportunè com-
plecti, vt probat Lælius Zechius lib. 1. de Princi-
pe c. 6. nu. 9. Plutarchus de amico, & adulatore.
73 † Opportunitas non obſeruata in omnibus rebus af-
74 fert malum, & idẽ Polyb. lib. 3. pag. 203. † Quem-
admodùm medici nihil prodeſſe ægrotantibus poſ-
ſunt, ſi morborum cauſas ignorant: ita qui circa
res geſtas verſantur, omni prorſus vtilitate carent,
niſi & loci, & temporis, & cauſarum, & occaſio-
75 num omnium ratio conſtet. † Dominatur quidem
occaſio in cunctis rebus humanis, maximè belli-
cis, vt ex eodem Polib. lib. 9. tradidit Lipſius lib.
5. ciuil. doctr. cap. 16. Ioan. Botero lib. 2. de ra-
76 tion. ſtatus cap. de prudentia, dicens: † debere
Principem inſudare in cognoſcendo occaſiones
negotiorum, & impreſſarum, ſeù factionum, am-
plectẽdo illas in tempore, & opportunitate, cùm
nulla res ſit maioris momenti, quàm temporis
opportunitas, quæ nil aliud eſt, quàm concurſus
circunſtantiarum, quæ nobis facile reddunt ne-
gotium, quod antè, vel poſt illam occaſionem
fuiſſet difficile, in quo fuit habitus excellens Phi-
lippus primus Rex Macedonum, qui mirabilitèr
ſe valuit debilitare, & diſcordia Ciuitatum Græ-
ciæ ad efficiendum benè, quod conabatur; nec
minus prudens fuit Amurates primus Rex Tur-
carum, qui ad extendendum eius Imperium in
Europa ſe valuit diſcordijs Principum Græciæ;
nàm in rei veritate nec vis, nec ars poteſt valere,
77 niſi opportunitate ducatur; † nàm vt oſtendit
experientia, quam rerum magiſtra appellat cap.
quàm ſit de elect. lib. 6. ſolent impreſſi facilitèr
inchoari, & propter malam occaſionem, ſiue op-
portunitatem, & defectum præuentionum ne-
ceſſariarum infelices exitus habere, iuxta illud,
quod habetur Lucæ cap. 14. verſic. quis enim ex
78 verbis, & verſ. aut quis Rex, † multotiès enim nõ
poteſt damna reparare, qui bella inconſultè, &
minus prouidè inchoauit; nàm vt inquit mira-
bilitèr Polibius lib. 11. pag. mihi 705. Quemad-
modùm enim ſi quis ſyluam ſemel accenderit, non
amplius ad ipſius arbitrium fertur incendium, ſed
depaſcitur quidquid apprehenderit, ventiſque re-
gitur, & ſubiectæ ſyluæ conſumptione, ac ſæpenu-
mero ipſum incenſorem cùm primis præter expe-
ctationem corripit ad eum modum. & bellum, ſi ſe-
mel à nonnullis excitatum exarſerit, tùm quidem
illos primùm perdit, poſteà verò fertur iniuſtè ſin-
gula, quæ incidunt perdens agitatum temeritate,
& ab ignorantia accedentium veluti à ventis inſti-
tum; Saluſt. in Iugurtin. dicens: Omne bellum
ſumi facilè, cæterùm ægerrimè deſinere, nec in
eiuſdem poteſtate initium, & finem eſſe. Iuſtus
Lipſius lib. 5. ciuilis doctrinæ cap. 5. & lib. 4.
de admirandis cap. 4. vbi ait: Incipere bella
in aliena manu eſt, non ponere cùm lubet, & vt
lubet.
79 † Et quia euentus non ſunt magiſtri ſapien-
tium; non erat conueniens illos ſortè, & veriſi-
militèr aduerſos experiri, vt ex Tito Liuio tradit
80 Simanc. lib. 5. de Republ. c. 11. nu. 30. † nàm om-
nes boni euentus dependẽt ex optimis conſilijs,
81 vt inquit Euripides in phœnis, † & recta cõſilia
procedunt ex eruditione, rerũq; peritia, & experi-
mento,

mento,vt inquit Biaſ.Philoſophus apud Diogen.
Laertium,& ex plurium aliorum auctoritate Si-
manc.d.c.11.& cùm præfatus Admirallus talem,
tantamque experientiam haberet, diſpoſitionis,
& humorum dictorum ſtatuum , quàmuis tem-
pore, quo fuere aſſignati Sereniſſimæ D. Infanti
Eliſabeth,& dicto Sereniſſimo Archiduci,fuit in
contrario voto, & ſententia ; nàm ſecundùm suã
fidelitatem naturalem,& inſitum amorem,quem
ſemper habuit verſus Suam Maieſtatem , & eius
Regiam Coronã,manifeſtauit , & declarauit ani-
mum ſuum , quòd nollet , quòd in vita ſua , nec
alio tempore diminueretur nõ ſolùm in eo,quod
importabant dicti ſtatus, verũ nec in re minima,
vel vna tantũ regula , verùm animaduerſo, quòd
veriſimilitèr eueniſſet, ſi fuiſſet proſecuta dicta
propoſitio , dicente Seneca lib. de prudentia,
82 † quòd cupiens eſſe prudens,debet in futurum
proſpectum intendere , & quæ poſſunt contin-
gere animo ſuo cuncta proponere, Simanc. d.c.
11.nu.9.19.& 25.& quia ſecundùm Philipp.Co-
83 mineum lib.2.comment. † optimũ eſt,vt Prin-
cipes multorum audiant ſententias,ſæpè enim
accidit,vt prudentes etiàm viri labantur,& errẽt
in dicendis ſentẽtijs,quandò vel gratia, vel odio,
vel emulatione quadam impulſi diuerſũ ab alijs
dicunt ; nec debebat paruipendi, & reijci votũ,
& zelus dicti Admiralli in præfata occaſione,
84 cùm eius experientia ipſum commẽdaret, † di-
cente Ioan.Boter. d.lib.2. c.de conſilijs; non de-
bere minus extimari conſilia hominum exper to-
rum, quàm ingenioſorum,& ſubtilium,cùm di-
cat Ariſtoteles,non eſſe minus iudicium in exer-
85 citatis,quàm in doctis, † nec debere de facili fi-
dem adhibere rebus nouis, quas experientia non
habuerit approbatas,quibus conſonat,quod Im-
perator Iuſtinianus tradit in l.1. C.de veter. iure
enucl. ibi : *Cùm poſſit vnius forſan, & deterioris
ſententia multos,& maiores aliqua in parte ſupera-*
86 *re* : iuxta illud Exod. c.23. † *Non acquieſces plu-
rimorum ſententijs,vt à vero deuies*, Martin.Vran.
conſ.16.num.26.tom.1. & conſ.1.num.4.tom.2.
Zoannet.in l. vt vim nu.106.ff.de iuſtit.& iure,
Ioan.Neuiz.lib.1.Syluæ Nupt.nu.24.Tiraq.l.1 t.
connub.nu.4.Alciat.lib.4.Parergon iuris cap.17.
vndè Petrus Gregor.lib.24.de Republ.c.6.nu.5.
87 ait , † non eſſe obijciendos quorundam Princi-
pum mores, qui nil magis , quàm conſtantes vi-
ros,& probos Conſiliarios deteſtantur , quorum
interitus proximior erit , quã perpetuitas Prin-
cipatus miſerumque , & deplorandũ inter Chri-
ſtianos Principes, ait,qui Miniſtros, ſeù Officia-
rios cuiuſcunq; habeant generis , qui eos omniũ
ferculorum in menſa copiam afferunt,nullus au-
tèm ſit,qui eis offerre audeat veritatis ferculum;
nàm licèt in multis ſit Principibus applaudendũ,
at in negotijs publicis,vbi agitur de eorũ honore,
ſalute,& de publica vtilitate veritas ſeriò eſt illis
proponẽda, quæ quàmuis prima fronte videatur
eis rigida,tamèn paulatim cogitata incipit place-
88 re. & vtilis eſſe ; † nàm vt ait Demoſth. 4. orat.
Philippica *Aequum eſt , vt Oratores neq; odio im-
pulſi,neque ad gratiam cuiuſque verbum vllum lo-
querentur , ſed quòd quiſque optimum duceret , id
proferret* .

89 † Et quemadmodùm vaſallus,qui præuideret,
quòd ſi eius Princeps veniret in collocutionem
cum alio,ex ea peruentura erãt grauiora incon-
uenientia,& diſcordiæ,aliaq; damna,vt regulari-
tèr eueniunt,prout benè oſtendit Philipp.Comi-
neus lib.2. hiſtor. referens, Ioannem Burgundiæ
Ducem in collocutionem peruenientem cum
Carolo VII.Gallorum Rege patre Ludouici XI.
miſerabilitèr trucidatum fuiſſe , vt meritò Prin-
cipibus cauendum cenſeat , nè in collocutionem
ipſi veniant, ſed per Legatos viros prudẽtes,qui
quod vtrinque peccatum eſt , ſanare poſſint ita
negotia cõficiant, vti etiàm tradunt Hieronym.
Frachetta lib.2.de Principe c.26.Georg.Pagliar.
obſeruat. 271. ad lib.2. Cornelij Taciti curaſſet
omni ingenio perſuadere eius Principi,quòd ex-
cuſaret collocutionem,& cùm videret eum pro-
cliuem , & reſolutum ad illam cum proprio , &
eius Reipublicæ damno habuiſſet induſtriam , &
intelligentiam cum Principe Aduerſario,vt vita-
retur collocutio , & ex eo inconuenientia , quæ
erant euentura , effeciſſet opus inſigne amoris ,
90 & fidelitatis , † & ſicut qui videret , quòd eius
Dominus tractabat de propria offenſa, aut præci-
pitatione,habebat obligationem impediẽdi om-
nibus modis, l.1.§.ſi tibi manus ff de Sen. Conſ.
Syllan. & tradit Ioan. Igneus in l. cùm dominus
nu.2. eod. tit. Alex. & alij in l.ſtipulatio iſta in
princ. ff.de verbor.oblig. iuncto text. in cap.ipſa
91 pietas 23.q.4. † vbi probatur , quòd poteſt ex-
trahi etiàm inuitus de domo ruente, Hippol. de
Marſil.ſing.189.incip.*Iu audiuiſti*, Felyn. in cap.
contingit col.2.de ſent.excom. Decius in l.inui-
to 69.nu.2.ff.de reg.iur.quod etiàm tenuit Gloſ.
92 in ſumma 83.diſtinct. † quæ ex eo infert , quòd
medicus poteſt curare infirmum inuitum, & pe-
rire volentem, & repetit expẽſas, etiàm ſi poſteà
moreretur, quia ſufficit, ſi vtiliter cœpit gerere,
licèt euentus non ſit ſecutus , l.ſed an vltrò ff.de
negot. geſt. l.illicitas §.ſicuti ff.de offic.Præſidis,
quam gloſ.exornant Tiraq. tract.de nobilit. c.6.
nu.38.& c.31.nu.397.& de retract.conuent.§.7.
gloſ.1.nu.10.Florian.de Sancto Petro in l.ſi quis
ſepulchrum §.Iudex num.1.ff.de relig.& ſumpt.
funer.Felyn.in c.paſtoralis nu.15. de offic.& po-
teſt.Iudic.deleg. Rebuff.1.tom.ad leges Gallicas
tract.de ſentent.prouiſ.in præfat.nu.96.Silueſter
Aldobrand.in §.itèm Romæ nu.14. Inſtit.de ex-
cuſat.tutor. Andr.Barbat. conſ.46.num.2. lib.4.
Greg.Lopez in l.12.tit.12.partit.5.gloſ.3. Ioan.
Garzia de expenſ.& meliorat. c.21 nu.3. & no-
uiſſimè Villadieg. in l.4.tit.2.lib.11.fori iudic. ſic
fecit dictus Admirallus ; nàm cùm tentauiſſet
priora media,& intellexiſſet, quòd non exaudie-
batur, nec agnoſcebatur illius intentio, & bonus
zelus , occurrit in ſubſidium ad ſecundum me-
dium, ſcribendo dictam epiſtolam ; non Princi-
pi inimico,& aduerſario,ſed Fratri Suæ Maieſta-
tis,proponendo in ea tanquàm præcipuum ſco-
pum eius regium ſeruitium , intrinſecè tamen
ſentiẽs, quòd ſub nomine regio fieret dicta pro-
poſitio tempore incongruo,& abſquè neceſſarijs
præuentionibus,vt ex ea ſperari valeret vllus bo-
nus effectus ; cùm ſit ita, quod ſecundùm Marc.
93 Tull. lib.1. officior. † *Qui accedit ad rem geren-*

*dam cauere debet, & conſiderare, an res illa hone-
ſta ſit, & etiàm an efficiendi habeat facultatẽ, quia
in omnibus negotiis priuſquã aggrediantur, eſt ad-
hibenda præparatio diligens*; & prudentèr Philip.
Comineus lib.3.comment.dicens,diligentèr om-
nia priùs deliberanda eſſe, quàm ad factionem
veniatur.

Et cùm dictus Admirallus fuerit motus rām
iuſto,& bono zelo,alieno ab omni dolo, nō benè
poteſt illi imputari, incurriſſe crimen læſæ Ma-
ieſtatis, eò quòd ſcripſerit dictam epiſtolam,
94 † cùm carenti dolo non poſſit crimen læſæ Ma-
ieſtatis imputari, d.l.1. ff. ad leg. Iuliam Maieſt.
Andr.de Iſern.in c.1.§.itèm ſi fidelis,quib.mod.
feud. amitt. Thom.Grammat. conſ.31.num.39.
95 † nàm vt inquit Vlpian. in l.fin. ff.ad l.Iul. Ma-
ieſt. is duntaxat perduellio dicendus eſt, qui
hoſtili animo aduerſus Rempublicam, vel Prin-
cipem ſuum eſt animatus, Reuard. de public. &
capital.iudic.c.27.& pulchrè ſequitur Mar.Tull.
in orat.pro Cayo Rabirio perduellionis reo.

Nec poteſt dici, quòd ex cauſa dictæ epiſtolę
occaſionem dedit, quòd dictus D.Archidux, &
Status Flandriæ non obedierint Suæ Maieſtati;
96 nàm reſpondetur, † quòd d.l.cuiuſque ff. ad l.
Iul. Maieſt. procedit, quandò doloſè feciſſet va-
ſallus aduerſus eius Dominum, ſexties repetẽdo
verba illa *cuiuſque dolo malo*, & quòd ita intelli-
gunt ibi DD. & Hieron. Gigas ditract. de crim.
læſæ Maieſt. 1.par. q.49.nu.1. qui eodem modo
venit intelligendus q.30. nu.1. vbi tractat de eo,
qui deſiderauit, & curauit, quòd Terræ poſſeſſæ
à ſuo Principe,transirent in poteſtatem alterius,
dictus tamèn D.Archidux & ſi titulo,& munifi-
centia ſuarum Maieſtatum reperiebatur in paci-
fica poſſeſſione dictorum Statuum, & tunc tem-
poris non erat conueniens, quòd etiàm volun-
tariè illos relinqueret,& ſemper inter Suam Ma-
ieſtatem,& dictũ D.Archiducem interuenit fra-
ternitas, & bona correſpectiuitas, quæ decebāt.

Et cùm Sua Maieſtas nullum damnum paſſa
fuerit, non poteſt, nec debet dici, quòd dictus
97 Admirallus commiſerit delictum; † nàm vt in-
quit Hippol.de Marſil.in l.1. §.præterea ff.ad l.
Cornel. de Sicar. vbi nemini damnum infertur,
non dicitur adeſſe crimen, Alciat. reſp.453.nu.5.
ſecundùm antiquam impreſſionem.

Nec ex eo valet imputari dicto Admirallo,
quòd adhæſerit alteri Principi,& deſeruerit Suã
Maieſtatem, cùm ſemper extiterit ſubordinatus
eius præceptis,& promptus vitam exponere pro
eius regio ſeruitio,abſq; eo, quòd ad alium Prin-
cipem inimicum, ſeù contrarium tranſiuerit,
98 † requiſitum vtique eſſentiale, vt culpa illi poſ-
ſet imputari, l. amiſſione §. qui deficiunt ff. de
capit. diminut. quam ita intelligunt Barr. in ex-
trauag. quoniàm ſuper, verbo *rebelles*, Martin.
99 Lauden.tract.de Princip.q.28. † vndè dixit Me-
noch. conſ.102.nu.34. lib.1. quòd etiàm ſi vaſal-
lus contrahat amicitias cum inimico Domini, ſi
tamèn ad illum ſe non cõferat,recedendo à Do-
mino, ſed domi ſua ſtat paratus,cùm opus erit
Domino ſuo ſeruire; hoc caſu amicitia non eſt
de genere malorum, ob id præſumptio eſt pro
ipſo vaſallo,quòd ſcilicèt ad bonum finem cũ illo
amicitiam contraxerit; nàm & ipſi Domino,cui
prius deuinctus eſt,prodeſſe poterit,nempè ſua-
dendo,vt reconcilientur inter ſe, & amici viuãt;
100 † quò circa ſi Dominus in hoc caſu afferit, va-
ſallum hunc ad ſui detrimentum cum illo inimi-
co ſuo amicitiam coiuiſſe,probare id debet, quo
caſu loquuntur Laudenſ.in cap.1.§.itèm ſi fidelis
quib.mod.feud.amitt.& ibi Præpoſ. col.2. Iaco-
bin.de Sancto Georg.in inueſt.feud.verbo *dicti-
que vaſalli promiſerunt*, verſ. *quinta cauſa princi-
palis*,& hoc idem affirmat Iſern.in cap.1.§.porrò
col.1.verſ.*quærit autèm gloſa*,quæ fuit prim.cauſ.
benef.amitt. quem ſequutus eſt Affl. deciſ. 387.
in fine.

Et quia dato caſu, quòd ſinè præiudicio veri
poſſet aliqualitèr conſiderari fuiſſe ſequutum
ex dicta epiſtola effectum aliquem contrarium
regio ſeruitio, quod in rei veritate non fuit, ſed
quod illi magis cõueniebat,non poteſt dici,quòd
101 continuerit offenſam Regi Maieſtatis; † nàm
ad hoc vt quis crimine læſæ Maieſtatis teneatur,
requiritur,quòd Princeps principalitèr offenda-
tur,non ſecundariò, Bald.in l.1.C.de priuat.car-
cer.quẽ ſequitur Albert.Brun.conſ.69.viſo pro-
ceſſu in quæſtionali col.2.verſ.*tertiò moueor*, Gi-
gas q.17.nu.1.q.50.num.2.quò rendit illud Cor-
nelij Taciti lib. 4. annal. pag. 158. *Sed neque hac
in Principem, aut Principis parentem, quos lex
Maieſtatis amplectitur, &c.*
102 † Maximè,quia in omni materia tangente Ma-
ieſtatis læſionem, inſpiciendum eſt, an factum
fuerit hoſtili animo, vt conſtat ex extrauag. ad
reprimendum in princ. & ibi Bart. & oſtendunt
verba l.quiſquis in princ. ibi, *Sceleſtam inierit fa-
ctionem*, iuncto §.ſanè C.ad leg.Iul.Maieſt. Ioan.
Saliſberienſis in Polycraticum de Curial. Nugis,
lib.6.c.25.l.1.tit.2.par.3. ibi, *Contra el Rey, y en
daño de la Tierra*, & repetit l.1. tit. 18. lib. 8. re-
copil. ibi, *Si alguno ſe pone con los enemigos para
guerrear, ò hazer mal al Rey, ò al Reyno*, & ibi,
*Porque ſe aperçiban en alguna coſa contra el Rey
en daño de la Tierra*; Nàm vt inquit Tiber.Decia.
103 tomo 2.tract.crim. lib.7. c.5. nu.4. † *Lex vi-
detur principalitèr conſiderare animum infenſum,
& hoſtilem delinquendi contra Principem, vt di-
citur in d.l.1. ff.ad leg. Iuliam Maieſt. vel contra
Rempublicam, vt ſcilicèt illis noceat*, Idem Decian.
cap.6. nu.3. Alciat. in l.quos nos ff. de verborum
ſignificat. facit l. ſi quis C. de re militari lib. 12.
ibi, *Si quis Barbaris ſcelerata factione, facultati-
tem depredationis in Romanos dederit*, Salycet.
in l. fallacitèr C. de abolitionibus, Azeued. in
d.l. 1. tit. 18. num. 126. Gregorius Lopez in
l. 1. tit. 2. par. 7. gloſ. 8. facit l. poſtliminium §.
transfugæ 4. ibi, *Qui malo conſilio, & prodito-
ris animo patriam reliquit*, ff. de capt. & poſtli-
min.reuer. Molin. Theologus tomo 3. de iuſtit.
tract.2. diſputat.658. num. 10. Et cùm id, quod
ſcripſit dictus Admirallus fuerit ſincero animo,
& fideli ſeruitij Suæ Maieſtatis, ceſſat inculpa-
tio,quæ illi prætenſa eſt fieri,quòd fecerit offen-
ſam,& contrauenerit ſeruitio Suæ Maieſtatis, &
ideò pœnam non meretur.

SVMMARIVM.

1 *REgi nec in cogitatione eſt detrahendum, nec maledicendum dιuiti, & quare.*
2 *Loquendum eſt ſemper de Principibus, & Dominis, ac ſi eſſent præſentes.*
3 *Tacendo & periculum fugimus, & rectè loqui addiſcimus.*
4 *Populus debet gaudere de bona fama Regis, & contriſtari de mala, & qualiter peccet loquendo malè, ita vt populus eum odio habeat.*
5 *Teſtis veniens ſpontè ad teſtificandum præſumitur inimicus.*
6 *Teſtibus probantibus reprobationes aliorum teſtiũ ſtatur.*
7 *Teſtium Fiſci reprobatio eſt vna ex præcipuis defenſionibus rei.*
8 *Teſtium reprobatio facit præiudicium toti cauſæ principali.*
9 *Teſtes reprobati perindè habentur, ac ſi non eſſent examinati.*
10 *Complices, & vt tales inquiſiti non examinantur vt teſtes.*
11 *Teſtium depoſitionibus primis ſtandum eſt.*
12 *Teſtis prima depoſitio in fauorem rei præfertur.*
13 *Indicijs non præcedentibus, non eſt aliquis cum tortura examinandus, etiam teſtis, & nu. 24.*
14 *Principi etiam non licet aliquem torturæ ſubijcere abſque legitimis indicijs, nec in crimine læſæ Maieſtatis.*
15 *Indicia non debent eſſe leuia, ſed vrgentia, & vehementia.*
16 *Indicium quodlibet debet eſſe per ſe probatum.*
17 *Indiciorum copia eſt danda ad euacuandum ea.*
18 *Iniuſtum eſt, & iniuſtitiæ cauſa quicquid ex iniuria Iudicis manat.*
19 *Confeſſiones factæ propter tormenta, aut metum illorum cenſentur inuerſimiles.*
20 *Tortura, ſiuè quæſtio eſt res fragilis, & periculoſa, quæ veritatem plerunque fallit.*
21 *Marci Agnij ſeruus tortus ſuper homicidio alterius ſerui confeſſus, & ſupplicio affectus, paulò poſt ſeruus viuus apparuit.*
22 *Tortus abſque legitimis indicijs licèt fateatur, non probat contra ſe, nec contra alios.*
23 *Officialis ſemper præſumitur terrorem inferre.*
25 *Teſtis vt poſſit torqueri, debet eſſe conuictus de mendacio, vacillatione, aut variatione.*
26 *Inquiſitus, & examinatus, ſi aliquis ſit principaliter quoad ſe, & vt teſtis quoad alios, debet illi dari copia indiciorum.*
27 *Fauorabilius quod eſt, attenditur in mixtis.*
28 *Examinandi modus non facit, vt habeatur teſtis, qui reus ſit.*
29 *Iudex non debet ſuadere ei, cui torturam infert, vt contra ſe, aut alios fateatur.*
30 *Metum incutiunt Iudicis nedum facta, ſed verba.*
31 *Iudex, qui dixit alicui, quòd fateretur, alias eum duceret ad tormenta, ſi fiat confeſſio, dicitur facta metu tormentorum.*
32 *Vultus terribilis Poteſtatis iuſtum metum inducit, & nu. 85.*
33 *Metus, aut ſuſpitio tormentorum importat idem, quod illatio eorum.*
34 *Confeſſio cenſetur in dubio facta metu tormentorum.*
35 *Carcer eſt mala manſio, & ſpecies torturæ.*
36 *Domeſticus non torquetur in eum, cuius eſt domeſticus.*
37 *Torqueri quis non poteſt in eum, in quem inuitus teſtimonium non diceret.*
38 *Serui non potuere in caput dominorum torqueri.*
39 *Teſtis in criminalibus debet eſſe omni exceptione maior ante, & tempore depoſitionis.*
40 *Crimina teſtibus probata eos repellunt, licèt antea non fuiſſent de illis conuicti, nec confeſſi.*
41 *Teſtis, qui examinari non debuit, ſi examinetur, non facit probationem, neque indicium.*
42 *Culpa, aut malitia præſumitur in eo, qui non reuelauit in tempore, quæ debebat reuelare.*
43 *Scriptum ab aliquo tali atramento, aut calamo ſolet, vt ab eodem dignoſcatur.*
44 *Verbum, videtur, aliquando affirmationem continet.*
45 *Interrogatus ſi ſit aliquis de ſe, & alio, ſtatur primæ eius depoſitioni, & non ſecundæ in tortura.*
46 *Teſtis dictum in tortura validius eſſe, qui tenuerint.*
47 *Indicia ad torturam debent præcedere, & non ſufficit, ſi ſubſequantur.*
48 *Teſtis depoſitio veriſimilior ſinè tortura præualet.*
49 *Veriſimilitudo aſſiſtit pro depoſitione facta in fauorem viri Chriſtiani, probitatis, & nobilitatis notæ.*
50 *Depoſitiones teſtium pro reo ſunt fauorabiliores, quàm pro actore.*
51 *Fama bona eſt continuata origine, & habitu naturæ, mala accidentalis.*
52 *Teſtimonio, quod facit bonæ famæ eſt magis ſtandum, quàm illi, quod eſt pro mala fama.*
53 *Præſumptio iuris aſſiſtit in fauorem depoſitionum pro bona fama, & ideò præualent.*
54 *Fama bona per ſe euacuat indicia leuia.*
55 *Teſtis ſemel examinatus, ſi iterùm examinetur, præſumitur inimicus eius, contra quem depoſuit.*
56 *Teſtibus contrarijs non creditur.*
57 *Teſti qualitercunque periuro non creditur.*
58 *Tortura teſtis tunc ſolùm admittitur, quandò in prima depoſitione variauit.*
59 *Teſtis habilitas, aut inhabilitas attenditur de tempore depoſitionis.*
60 *Tyberij Imperatoris tempore fuit accuſandi frequens, & publica rabies ciuili bello grauius ciuitatem conficiens.*
61 *Caius Syllanus Proconſul Aſiæ de quibus criminibus accuſatus Tyberio Imperatore.*
62 *Imperandi ratio non aliter conſtat, quàm ſi vni reddatur.*
Tyberius Imperator etſi ambitioſus cenſuit non vtendum imperio, vbi legibus agi poſſet, eodem numero.
63 *Læſæ Maieſtatis in crimine quid Iudicibus conſiderandum, ne ſolus titulus innocentes opprimat.*
64 *Traianus Imperator quid reſponderit Plinio circa Maieſtatis læſæ crimen, & nu. 71.*

65 *Marco Aurelio Antonino Imperatori maximos bonores omnis ætas, omnis ſexus, & conditio detulit.*
66 *Marcus Aurelius Antoninus in cauſis læſæ Maieſtatis dicere ſolebat, vim pati videri, etiàm quibus crimen probatur.*
67 *Læſæ Maieſtatis crimen quò atrocius eſt, eò maiora argumenta, & indicia debent præcedere.*
68 *Tyberij Imperatoris tempore magna fuit delatorum malitia confictis læſæ Maieſtatis criminibus.*
69 *Conſidius Aequus, & Cælius Curſor puniti, quòd fictis Maieſtatis criminibus Magium Cæcilianū Prætorem petiuiſſent.*
70 *Maieſtatis crimen ſæpè ab æmulis, & inimicis falsò impingitur.*
71 *Maieſtatis læſæ crimen imputari ſolet ijs, qui crimine carent, & nu.72.*
73 *Cremutij Cordi accuſati titulo Maieſtatis læſæ oratio adducitur.*
74 *Teſtes tunc torquentur in crimine læſæ Maieſtatis, ſi infames ſunt.*
75 *Teſtis allegans alium in conteſtem qui negat eam, non probat, & nu.90.*
76 *Scribere quis poteſt vt libet in ſuis chartulis, nec ſunt malè dicta, quæ aures publicæ neſciunt.*
77 *Principi etiàm non licet malo inſtituto viuere, nè vel occultè populus de illo loquatur.*
78 *Metus iuſtus dicitur, & cadere in conſtantem virum ex corporis cruciatu.*
79 *Metus durare dicitur, durante illius cauſa.*
80 *Metus cauſa durat, dùm quis eſt ſub poteſtate eius, qui metum intulit,*
81 *Timor eſt perturbatio ex imaginatione futuri mali.*
82 *Trepidare, & cauſam dicere maximum eſt malum, etiàm ſi quis abſolutus fuerit.*
83 *Cogitant ſæpè ij, quorum vita in alterius poteſtate eſt, quid accidere poſſit eis.*
84 *Potentia ſemper eſt in cauſis ſuſpecta, dùm velle creditur, quod poteſt.*
86 *Pauor conſilium excutit, & conatum, ac mentis impetum.*
87 *Metus rerum horribilium maximè animos perterret.*
88 *Teſti, qui fa**ſſ**us eſt veritatem non dixiſſe, in nullo creditur.*
89 *Teſtes contrarij ad inuicem debilitantur in fide.*
91 *Teſtes ſingulares non probant.*
92 *Præſumptio reſultans ex bonitate viri boni, excludit ſuſpitiones mali contrarias.*
93 *Arbor generoſa optimè culta deteriores fructus vix gignit, ſic homo nobilis benè inſtitutus.*
94 *Nobilitas in magnis animis generoſam æmulationem excitat ad bona.*
95 *Nobilitati illud laudabile ineſt, quod parentum virtutes, grata memoria in ſucceſſoribus repreſentet.*
96 *Arbor omnis bona, bonus fructus facit, ſic deſcendentes ex bonis,*
97 *Delictum non præſumitur in dubio.*
98 *Perſona egregia, & valdè honorata non præſumitur deliquiſſe.*
99 *Præſumptio vbi eſt pro aliquo, aſſerens deliquiſſe, probare debet.*
100 *Nobilitas, & inquiſiti grauitas elidit probationes Fiſci de delicto.*
101 *Præſumi non poteſt de nobili, niſi bonum.*
102 *Filius ſæpè ſimilis ſolet eſſe patri.*
103 *Eleazari laudes ex ſacra ſcriptura recenſentur.*
104 *Bona vita Epiſcopi effecit, ne crederetur querelis Regis Vngariæ.*
105 *Credi non debet, virum probum, & honeſtum perperam aliquid feciſſe.*
106 *Vitæ anteactæ qualitas excludit præſumptionem maleficij.*
107 *Vir claræ nobilitatis non præſumitur feciſſe malū.*
108 *Malus non tàm quis eſt ab effectu, quàm ex habitu, ſicut ex virtutum habitu probus.*
109 *Malus quis repentè nunquàm ſolet fieri, qui bonus fuit.*
110 *Hominis vita ex antea factis ſpectanda eſt.*
111 *Opera ſunt, quæ verum teſtimonium perhibent.*
112 *Operibus cognoſcitur intentio.*
113 *Diſſimilis ſui nemo factus præſumitur.*
114 *Bonitatis præſumptio aſſiſtit pro eo, qui bonitate claruit.*
115 *Bona fama inquiſiti eneruat, & tollit indicia.*
116 *Principi fatenti ſeruitia in ſuo diplomate creditur.*
117 *Fama bona, quæ iuuatur exterioribus circumſtantijs tollit diffamationem ſpecialem.*
118 *Teſtibus deponentibus in fauorem inquiſiti, & bonæ famæ illius eſt maximè ſtandum.*
119 *Dicta debemus penſare ex perſonis hominum.*
120 *Teſtes, quibus aſſiſtit veriſimilitudo, etiàm pauciores præferuntur.*
121 *Teſtibus deponentibus inueriſimilia non creditur, & nu.124.*
122 *Veriſimile quod non eſt, habet imaginem falſitatis.*
123 *Teſtis deponens non veriſimilia, non parum diſtat à falſitate.*
125 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus etiàm de negatiua magis creditur.*
126 *Veriora interdùm maximis quæſtionibus impugnantur.*
127 *Conſiliarij Regis debent in cauſis procedere cum veritatis affectu.*
128 *Veritas eſt iuſtitiæ mater.*
129 *Veritas debet in omnibus Principatum habere.*
130 *Veritas debet omni odio, & inuidia antiquior eſſe, maximè in Conſiſtorio Principis.*
131 *Veritas ſemper ſibi conſona eſt.*
132 *Veritas non debet extingui figmento.*
133 *Præſumptio cedit veritati, & contrarijs probationibus, & præſumptionibus tollitur.*
134 *Æquitas debet attendi in Conſiſtorio Principis.*
135 *Præſumptiones delictum excludentes ſumendæ ſunt.*
136 *Veritas adiuuanda eſt, non laceranda etiam ob ingenij ſubtilitatem.*
137 *Iudex probationes pro veritate ampliare debet, & fauere.*
138 *Iram Dei ſuper ſe prouocat, qui veritatem opprimi proſpiciens, eam pro viribus non defendit.*
139 *Veritas non debet ſeruire iudicijs, ſed iudicia veritati.*
140 *Iura nolunt, Iudices eſſe autores iniquitatis, & iniuriæ.*

141 In.

141 *Innocentis condemnatione nihil ab æquitate, & rectitudine animi magis alienū poteſt excogitari.*
142 *Innocentem, & immerentem non premere honeſtiſſimum eſt.*
143 *Veritati vt locus detur multotiès ad conſcientiam Iudicis, & illius oculos negotium defertur.*
144 *Iudex æſtimare debet quanta fides ſit teſtibus adhibenda.*
145 *Prudentia Iudicis maximè elucet in eo, quibus teſtibus ſit credendum, aut non.*
146 *Veritate in elicenda, quæ ſint conſideranda.*
147 *Senatus Romani exemplum circa teſtes ponderatur ad fauorem Q. Pompeij.*
148 *C. Memmij aliud exemplum in idem recenſetur.*
149 *Iudices graues ſecundùm veram iuſtitiam, & ſanam conſcientiam iudicare debent.*
150 *Iræ locum dare aliquandò conuenit.*
151 *Præſumit lex contra fugientes.*
152 *Præſumptio eſt pro innocentia non ſe abſentantis.*
153 *Demetrius, & Antiphilus ſacrilegij accuſati fuere abſoluti, quia cùm fugere potuiſſent, cum alijs non fugerunt.*
154 *Conſcientia bona prodire vult, & conſpici, nequitia autèm ipſas tenebras timet.*
155 *Animus impurus Deo, & hominibus infeſtus nūquàm ſedatur.*
156 *Confeſſio iudicialis facta cum modeſtia chriſtiana eſt ſignum innocentiæ.*
157 *Viri inſignes colloquentes non ſinunt famulos eſſe præſentes.*
158 *Amicitiam habere cum viris probis licitum, & permiſſum eſt.*
159 *Marci Terentij Equitis Romani oratio ſuaſoria recenſetur facta in Senatu ad ſuam defenſionem, cùm argueretur amicus Seiani.*
160 *Sapiens eſt, qui congreditur cum Sapientibus.*
161 *Societas nulla firmior, quàm cum viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti.*
162 *Sapientibus erga Sapientes affinitas quædam eſt.*
163 *Qualis quiſque eſt, talium conſortio delectatur.*
164 *Optimi qui ſunt, diligendi, & quare.*
165 *Curioſitatis omiſſio quandò ſit conſilij.*
166 *Reſcripta obtenta ab habentibus magnum locum in Curia non valent.*
167 *Illatio non fit de vna ſcriptura diſſimili àd aliam.*
168 *Suſpicionibus iudicandum non eſt.*
169 *Coniecturis aliquem damnare nec maiorum vſus, aut lex concedit.*
170 *Dolus requiritur, vt ſit locus pœnæ.*
171 *Animus optimi viri potiùs ad bonum, quàm ad malum præſumitur propenſus.*
172 *Principes multi gratum habuere zelum eorum, qui ſibi proficua, & meliora ſuadebant.*
173 *Hadrianus Papa IV. gratum habuit ſcire, quæ ſuo tempore emendationem requirebant.*
174 *Marcus Aurelius Antoninus curauit intelligere, quid de ſe ſentirent, & emendabat, quæ emendatione indigebant.*
175 *Principes non ſunt vt Deus, qui omnia videt.*
176 *Principibus conuenit notitiam habere eorum, quæ malè fiunt, vt ea corrigat, & puniri faciat.*
177 *Libellus famoſus non dicitur, qui non eſt factus ad alterius infamiam, & offenſam.*

P R O

Eodem Dom. Admirallo Aragonum.

Quod Admirallus Aragonum in omnibus eius factis, & verbis proceſſit, & ſe habuit tanquàm fidelis vaſallus Suæ Maieſtatis iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, & maiorum, & fidelitatem ſuę Domus, & Familię; & quòd nunquàm protulerit verba in diſſeruitium eiuſdem Maieſtatis, & cenſuram ſui iuſti, & prudentis regiminis, nec eius maiorum Miniſtrorum, nec tale poteſt illi imputari, nec fides adhiberi teſtibus in contrarium examinatis.

A R G V M E N T V M.

Principi non maledicendum, & qualitèr quis excuſetur ab imputatione iſtius criminis, & de virtute primæ depoſitionis teſtium, non obſtantibus ſecundis tormentis extortis, & ſinè legitimis indicijs contra virum probitatis, & nobilitatis inſignis, & de conſcientiæ vi, & præſumptione delicti excludenda.

C O N S I L I V M CLXIII.

VErba, quæ in relatione proceſſus
iſtius cauſæ fuere lecta in depoſitionibus
aliquorum teſtium, dicentium, audiuiſſe illa à dicto
Admirallo in rei veritate, nec ea protulit, nec poſſunt de
eo præſumi: Et licèt non
1 † ignorem præceptum illud Eccleſiaſt. cap. 10.
*In cogitatione tua Regi non detrahas, & in ſecreto
cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia & aues
Cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas
annuntiabit ſententiam*; Camill. Borrell. lib. 3. de
2 Magiſt. edict. c. 3. nu. 1. & 4. † loquendum enim
ſemper de Principibus, & Dominis, ac ſi præſentes
eſſent, prudentiæ eſt, ſæpè enim ſermones artificioſè
inſtituuntur, vt præbeant occaſionem
obloquendi, Dur. de Paſc. in aulico politico reg.
228. Adam Keller. lib. 3. de offic. iurid. polit. c. 2.
3 pag. 637. † Tacendo enim & periculum fugimus,
& rectè loqui addiſcimus, vt ait D. Ambroſ.
lib. 2. offic. c. 23. Et comprobant, quæ adducit
doctiſſimus Carol. Tapia in ſpecul. murmurator.
pag. 9. Franciſc. Raguel de ll. Politic. tit. 7. pag. 31.
Nàm & Exod. c. 22. verſ. 28. dicitur, *Iudicibus nō
maledices, nec Principi in populo tuo maledices*,
quod præceptum adduxit D. Paulus Actuū
Apoſtolor. c. 23. & habetur in c. paratus 23. q. 1.
Ludou. Gilhauſen in arbore criminali tit. 3. nu. 1.

Cenedo

4 Cenedo colle,ct.146.in decret. † ex quo diſpo-
ſuit lex 4. tit.13. partit.2. dùm tractat, qualitèr
populus debet gaudere de bona ſama Regis, &
contriſtari de mala, quòd populus, qui ſuum Re-
gem diffamat, malè de eo loquendo, vt amittat
bonum nomen, ex quo homines ipſum odio ha-
beant, proditionem facit manifeſtam, talitèr ac ſi
eum occidiſſet, adhùc non poteſt hoc imputari
dicto Admirallo, ſiquidèm D. Buil, à quo primũ
proceſſit fictio, & calumnia dictorũ verborum,
vt eſt fundatum in primo Conſilio ſupra addu-
cto pro dicto Admirallo, non poteſt vel indiciũ
5 facere, & ad repellẽdum eum ſufficeret, † quòd
ſpontè venerit teſtificaturus, ex quo præſumitur
inimicus, vt poſt Abb. in c. cùm P. Manconella
de accuſation. tradunt Hippol. de Marſil. conſ.
28.nu.11.& Iacob. Machell. patrocin.46.nu.7.

Nec obſtabit dicere, quòd vnus ex teſtibus,
quibus ſunt probati defectus, quos patitur, fuit
priuatus officio Auditoris cohortium militum
Neapolitanorum in Statibus Flandriæ, nàm vt
conſtat ex actis totum, quod aduerſus ipſum fuit
illic actum, fuit reuocatũ ſaniori iudicio per Cõ-
ſilium S. M. in quo apparuit eſſe in contrarium
eorum, quæ illi imputabãtur veritatem; imò S.M.
honorificauit illum munere Aduocati pauperũ
in Ciuitate Neapolis cum omnibus prærogati-
uis, & adhùc ſunt alij conteſtes, qui deponunt
6 idem, quod teſtis prædictus, ex quo ceſſat omne
dubium, quòd debet fides adhiberi reprobatio-
nibus, & obiectionibus probatis dicto Buil, ex
traditis per Bart. Angel. & alios in l. ſi quis ex ar-
gentarijs §.1. ff. de edend. Io. Bapt. Ferret. conſ.
284.nu.7. Crauett. conſ.73. nu.27. Barbat. conſ.
44.nu.27.lib.3. & conſ.25.nu.14. lib.4. Menoch.
7 lib.2. præſum.51. nu. 20. † Et quia teſtium re-
probationes continent vnam ex iuſtioribus rei
defenſionibus, vt notatur in l. vt vim ff. de iuſt. &
iure, & patet in clem. ſæpè §. non ſic, vbi gloſ. de
verbor. ſignif. Lapus alleg.82. nu.9. Afflict. deciſ.
8 Neap.351.nu.2. Auend. reſponſ.28.nu.3. † teſtiũ
reprobatio facit præiudicium toti cauſæ, vt in-
quit Rebuff. tract. de reprobat. teſtium num.23.
Pariſ. conſ.107.nu.59. vol.1. Maſtrill. deciſ. Sicil.
272. nu.4. & ſeqq. non eſt habenda ratio depoſi-
tionum, & teſtificationum dicti Buil, ac ſi non
9 fuiſſent receptæ; † nàm teſtes repulſati haben-
tur, ac ſi non fuiſſent examinati, ſecundùm And.
de Iſer. in Conſtit. Regni Neap. vſurariorũ, quem
refert, & ſequitur Matth. de Afflict. in Conſtit.
proſequentes not. 11. Paul. Merenda conſ.15.nu.
10. conſ.17.nu.18. conſ.20.nu.14. part.1.

Et reſpectu depoſitionum Gabrielis de Roy,
& D. Petri de Mendoza, qui pro parte Fiſci no-
minantur teſtes, debet animaduerti, quod non
ſunt, cùm imò fuerit contra ipſos proceſſum, vt
contra reos, & partes formales imputando illis
complicitatem cum dicto Admirallo, efficiendo,
quòd adduceretur carceratus à Statibus Flandriæ
dictus Gabriel, & capiendo dictum D. Petrum
eodem die, quo dictus Admirallus fuit carcera-
tus, detinendo ipſos in arctiſſimo carcere, vt nec
daretur facultas alloquendi aliquem, imò nec
10 mutandi veſtimentum, vel tunicam, † & ex eo
ſolo, quòd fuit proceſſum aduerſus illos vti com-
plices, non potuere confiteri, aut teſtificari con-
tra dictũ Admirallum, l. repeti §. vlt. ff. de quæſt.
l. quoniàm C. de teſtib. c.1. de cõfeſſis, Claud. Ba-
tandier in praxi cauſ. crimin. reg.3.n.1. Tib. De-
cian. to.1. tract. crimin. c.19.nu.1. & trib. ſeqq.

Eſt animaduertendum, quòd in prima decla-
ratione recepta à dicto Gabriele de Roy, decimo
menſis Maij, & dicto D. Petro die vigeſimo eiuſ-
dem menſis, quæ fuerunt iuridicè, & præuio iu-
ramento non inculparunt dictum Admirallum
in aliquo ex ijs, quæ illi imputabantur ſuper ver-
bis, & libellis; imò depoſuere in approbationem
operum, & verborum illius, qua de cauſa & ſi in
poſterioribus declarationibus violentèr, & inde-
bitè à præfato Iudice extortis aliud declaraſſent;
11 † ſolummodò ſtandum eſt prioribus depoſitio-
nibus, c. cùm in tua 41. circa fi. de teſt. §. vbi gloſ.
fin. c. ſicut nobis 9. gloſ. verb. *ſed quæritur* in fin. in
c. veniens de teſtib. & verb. *purgauerit* in c. lit. 29
ras de præſumpt. c. per tuas de probat. l. genera-
litèr C. de non num. pecun. Bald. in c. cùm cauſã
37.nu.58. de teſtib. Rota deciſ.346. nu.2. p.1. di-
uerſar. Sacri Palatij, Capella Tholoſ. q.281. vbi
Addit. Barbat. conſ.29.nu.7.& 8. lib.1. Roland. à
Valle conſ.4.n.13. eod. lib. Ioan. Monach in cap.
accuſatus nu.7. de hæret. in 6. dicens. *In dubio pri-
mo dicto, & depoſitioni regularitèr eſſe magis inſi-
ſtendum, vt potiùs videatur deierasse in ſecundo,
quàm in primo.* & pluribus relatis affirmat com-
12 munem Couarr. lib.2. variar. c.13.n.7. † Quod
procedit magis indubiè, quãdò prima depoſitio,
& declaratio fuit in fauorem inquiſiti, prout in
noſtro caſu, Dec. conſ.188.nu.12. Ioan. Cæphal.
conſ.234.nu.10. vol.2. Abbas in d. c. cùm in tua
nu.9. vbi Felyn. concl.2. Boſſius in praxi tit. de
oppoſit. contra teſtes nu. 5. & 6. Franc. Burſat.
conſ.34.nu.11.vol.1. Iulius Clarus in praxi §. fin.
q.53.nu.13.

Maximè cùm declarationes poſteriores fue-
rint extortæ minis, & tormentis, quod nequiuit
facere Iudex, ſiuè eos conſideremus vti reos, ſiuè
13 vti teſtes, † cùm citra indicia nullus ſit mediã-
te tortura examinandus, l. vnius §.3. & 4. l. mari-
tus l. fin. ff. de quæſtion. l. cùm cognitionalitèr C.
eod. tit. l. ſicut affinem C. ad leg. Cornel. de falſ.
Anton. de Roſſell. tract. de indic. & tortura nu.3.
& 20. Paul. Grilland. tract. de quæſtion. q.5. nu.2.
Bald. in l. de ſeruo nu.1. ff. de calumniat. Georg.
14 Acacius lib.3. de priuil. c.5.n.18. † dicens, tor-
mentis aliquem ſubijcere ſinè legitimis, & ſuffi-
cientibus indicijs non licere Principi, nè in Ma-
ieſtatis quidèm crimine, ex Hippol. in l.1.nu.3.&
20. in l. penult. nu.21. ff. de quæſt. Andr. de Iſern.
in conſtit. Regni tit. de pugnis ſublatis lib.2. Gi-
gas de crim. læſæ Maieſt. rubr. quomodò, & per
quas probetur q.27 nu.3. Menoch. lib.1. de arbit.
Iud. q.84. nu.3. Schrader. de feud. p.2. partis 9.
15 ſect.13. nu.86. † & indicia non debent eſſe
leuia, & qualiacunque, ſed vrgentia, & vehemen-
tia l. milites C. de quæſtion. gloſ. ab omnibus re-
cepta in l. cum probationib. ff. de probat. Bart.
& alij in l. vltima ff. de quæſtion. Hieron. Gabr.
conſ.177.nu.4. vol.1. Franciſc. Caſonus tract. de
16 torment. c.6. nu.2. & 3. † & quòd indicium
quodlibet per ſe eſſet plenè probatum, gloſ.

com-

Digitized by Google

communitèr approbata in l.vlt. C. famil. ercisc.
Bart. & cæteri in l.fin.ff.de quæſt. Alex.conſ.15.
nu.19.lib.1.& conſ.138.nu.4.conſ.216.n.8.lib.6.
& conſ.2. nu.15.lib.7. Cœpolla conſ. crimin.32.
nu.10.Thom.Gram.voto 22.nu.1.Paul.Grillan.
vbi proximè q.4.nu.8. Anton.Canario tract.de
quæſtion.memb.2. nu.5. Gigas d.tract. de crim.
læſæ Maieſt. 2.par. §.quomodò probetur q. 25.
num. 2.

17 † Et quod plus eſt,cùm eſſent rei, debuit illis
prius dari indiciorum copia cum dilatione ad ea
diluenda,id enim natura æquum eſt,& multis le-
gibus comprobatur, l.vnius §.cogniturum ff. de
quæſtion.l.3.§.ſi ad diam ff.de re militari,Siman.
in enchirid.Iudic. violatæ religionis tit.52. nu.6.
& ſeqq.Bart.in l.fin.quæſt.penul.ff.de quæſtion.
Nauarrus conſ.8.de ſymon.nu.1.Ripa in l.1.n.8.
C.de edendo, Ioſeph Ludou. concluſ.vnica de
conſuetudine illat.98.Brun.tract.de indic.2.par.
cap.5.n.13.Greg.Lopez gloſ.2.in l.2.tit.30. p.7.
Auenda.in dict. verbo *tortura*. Nàm ſi non antè-
cedentibus, vel non benè probatis indicijs, vel
eorum copia non data,confeſſio ſit extorta tor-
mentis, etiàm ſi reus eam ratam habuerit, nihil
18 ſibi, nequè alij nocebit; † Nàm quidquid ex
iniuria Iudicis manat, iniuſtum eſt, & iniuſtitiæ
cauſa permanet in eius effectu, nec enim ius ex
iniuria naſci poteſt,quæ ſententia omnium con-
ſenſu recepta eſt, gloſ. & cæteri in l.penul. ff.de
quæſtion. & in cap. cùm in contemplatione de
reg.iur. Hippol. in praxi §.2. de quæſt. nu.9.31.
32. & 57. Soto de ratio. tegen. ſecret. memb. 3.
19 q.1.& lib.5.de iuſt.& iure q.6.art.2. † Maximè
cùm ſimiles confeſſiones factæ ex cauſa tormen-
torum, aut propter metum illorum,præſumun-
tur inuerisimiles, & incertæ, Petr. de Ancharan.
d.conſ.24.nu.2.& 3. & ita Vlpian. in l.1. §.quæ-
20 ſtion.ff.de quæſtion.dicit, † quòd quæſtio,ſiuè
tortura eſt res fragilis,& periculoſa, & quæ veri-
tatem plerùnque fallit, Menoch.lib.2.de arbitr.
caſu 269.nu.2. D.Auguſtin. lib.19. de Ciuitate
Dei c.6.vbi Ludouicus Viues, Quintilian. decla-
mat.338.& 379. Marcus Tullius in oratione pro
P.Sylla nu.68. dicens. *Quæſtiones nobis ſeruorum,
ac tormenta accuſator minatur, in quibus quan-
quàm nihil periculi ſuſpicamur, tamèn illa tormenta
gubernat dolor, moderatur natura cuiuſque tùm
animi,tùm corporis,regit quæſitor,flectit libido,cor-
rumpit ſpes, infirmat metus, vt in tot rerum angu-
ſtijs, nihil veritati loci relinquatur*, & lib.2.Retho-
ricor. ad Herennium, Ariſtot. Rethoricor. ad
Alexand.cap.de quæſtione, Couarr.cap.23.pra-
ctica r.nu.5. Simanc. in d.enchirid.Iudic.violatæ
religionis tit.52.nu.3.& 4. Albanus Spinaſati lib.
2.politic.c.9. fol.61.dicens,quòd licèt tormento-
rum quæſtionibus,etiàm veritatem erui,doloreq;
fatigari homines, vt quidquid ſciant fateantur
inſtitutum ſit, cùm periculoſa ſit, & ſæpiuſculè
fallat, non cuiuſuis confeſſioni fides habenda,
quidam enim tãta ſunt impatientia, vt quidquid
fingere,aut mentiri malint, quàm cruciabilem
21 equulei punctum ſentire, † vt M.Agrij Argen-
tarij ſeruus,de quo Valer.Max.lib.8.c.4.§.1.nàm
Alexandrum C. Fannij ſeruum occidiſſe inſimu-
latus, eoque nomine tortus à Domino admiſiſſe
id facinùs conſtantiſſimè aſſeuerauit, itaque Fan-
nio deditus ſupplicio affectus eſt, paulò deindè
tempore interiecto ille, cuius de morte credi-
tum erat,redijt.

22 † Maximè nàm quandò fuit datum tormen-
tum ſinè legitimis indicijs, reſultat contra Iudi-
cem violentiæ præſumptio,vt ait Thom.Gram-
mat.conſ.37.nu.10. Et licèt ille,qui confeſſus eſt
illorum compulſione,perſtitiſſet, & duraſſet ſe-
mel,& multotiès in verbis,quæ dixit, non probat
contra ſe, nec contra alios,vt tradit Farinac.in
tract. de oppoſition. contra perſonas teſtium q.
43.nu. 194. Paul.de Caſtro conſ.274. nu. 1. p.1.
ex l.penul.& ibi gloſ.Bart.& Doctor.ff.de quæſt.
Angel. & Moderni in l. qui in aliena §. Celſus ff.
de acquir.hæred.idem Paul.de Caſtro conſ.284.
viſo quodam nu.3.p.2. Guido de Suzar.tract.de
indic.& tort.nu.73. Thom.Gram.conſ.21.n.21.
& ſeq.conſ.45.nu.36.& ſeqq.& voto 6.nu.11. &
ex l.2.& ſeqq.C.ſi ex falſis inſtrument.l.maritus,
l.Diuus verſ.ex *quibus* ff.de quæſtion.Guid.de
Suzar.vbi proximè nu.70.Franc.Brun.tract.de
indic.1.p.q.2.nu.10. Bald.tract.de quæſtion.c.2.
nu.9. Ambert.de Antram. tract.de tortura n.13.
Caſon. eod. tract.c.5.nu.2. & ſeqq. Steph. Ber-
tran.conſ.77. viſo proceſſu nu.8. vol. 1. vbi poſt
Petrum de Anchar.in clem.1.de homic. & Bart.
in tract.de quæſt.verſ. *quid ſi aliquis eſt tortus nõ
præcedentibus indicijs* concludit, quòd confeſſio
ita facta, etiàm ſi tortus in ea perſeuerauerit ex-
tra tormenta, non valet,dicẽs hoc probari in l.1.
§.Diuus Seuerus, & in l.maritus ſecũdùm vnam
lecturam ff. de quæſtion.

23 † Et nimirùm ſi non valeat cum effectu,quia
ſemper præſumitur in Officiali, quòd terrorem
inferat,vt notat Bal.in l.nouiſſimè in fine princi-
pij ff.quòd falſo tuto. author. & ſentit Cyn.in l.
2. circa finem C.de his, quæ vi per l. ſi per im-
preſſionem eod. tit. Petrus de Anchar. conſ.24.
viſa inquiſitione formata nu.3.Bertrand.vbi pro-
ximè nu.9.

Et licèt ſine præiudicio veritatis daremus,
quòd non fuerant confeſſi tanquàm partes, ſed
24 vti teſtes; † erat etiàm neceſſarium præceſſiſſe
contra eos indicia, l.ex libero in princ. l.vnius §.
teſtes ff. de quæſtion. & abſque illis non potuit
dictus Iudex eos torqueri facere, Ant.de Canar.
d.tract.de quæſtio.memb.2.nu.5. verſ.*item* relati
à Claudio de Batand. in praxi rerum crim. reg.
46. & conſtat ex traditis per Farinac. tract. de
25 indic.& tort.q.39.nu.130. & ſeqq. † vbi reſol-
uit,quòd ad minus debet teſtis eſſe conuictus de
mendacio,aut vacillatione,& variatione in depo-
nenda veritate, & licèt tranſeat cum ea opinio-
ne,quòd non eſt danda teſtibus copia indiciorũ,
iuxta tradita per Iul.Clarum lib.5.ſentent. §.fin.
26 q.25. nu.10. † Sed ſublimitat Farinac. nu.150.
vt hæc procedant, quandò quis eſt teſtis ſimpli-
citèr, & ſic non inquiritur ipſe de delicto, ſecùs
ſi eſſet teſtis quoàd alios, & principalis quoàd
ſe;quia tùnc non poteſt denegari ei copia indi-
ciorũ, vt in terminis voluit Foller. in pract.crim.
verb.*capiat informationem* nu.38. Flamin.Cartar.
in pract.interrogandi reos lib.3.c.3.nu.16.& 17.
vbi ait, quòd iſto caſu reputatur principalis, &
non

nnn teſtis, & ſeruantur in eo omnia, quæ ſeruan-
tur in principali reo, & conſequentèr conceden-
27 dæ ſunt indiciorum copia, & defenſiones: † ea
ratione, quia in mixtis ſemper attendi debet id,
quod eſt magis fauorabile ex Iaſo. in l. 2. num. 5.
verſ. *ultra Scribentes* ff. de verb. oblig. Menoch.
de retinen. poſſ. reme. 3. n. 678. Contard. in l. vnic.
C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 2. nu. 25. & 27. Io-
28 ſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſi 76. nu. 22. † ideò
concludit Farinac. d. nu. 150. in fine, quòd hoc
multò magis procederet, ſi examinatus eſſet re
vera reus, & Iudex malitioſus illum examinaret
vti teſtem, Iudicis enim culpa non debet illi no-
cere, quin debeat habere copias indiciorũ, quia
modus examinandi non facit teſtem, quem repu-
tari, qui ſit reus, & vti talis reputatus, ad tradita
per eund. Farinac. q. 43. nu. 5. & ſeqq.

Quod corroboratur, & confirmatur, quia
dictus Iudex dictis minis, & tormentis indu-
cere dictos Gabrielem de Roy, & Don Pe-
trum de Mendoza, vt variarent à ſuis primis
declarationibus, imputando ſibi, & dicto Admi-
rallo culpam, qua carebant: Et quemadmodùm
29 ait Iodocus in praxi crim. c. 37. nu. 8 & 9. † non
eſt boni Iudicis, nec in ipſius poteſtate, nec au-
ctoritate reum in tormentis conari, inducere, &
perſuadere, vt quippiam contra ſe, vel alios con-
fiteatur, nec ipſum minis ſollicitare, aut terrere,
aut maiora interminari ſupplicia, ſi fateri nolit, l.
1. §. qui quæſtionem ff. de quæſtion. Franc. Brun.
tract. de indic. 2. p. q. 5. nu. 56. Franciſc. Caſon.
30 tract. de tormen. c. 15. nu. 2. † Quia Iudicis nõ
ſolùm facta, ſed verba iuſtum metum inferunt, l.
qui in aliena §. Celſus ff. de acquir. hæred. Tho.
Gram. conſ. 51. nu. 15. Guid. de Suzar. tract. de
31 indic. & tort. nu. 72. & ſeq. dicens, † quòd quã-
dò Iudex, qui dixit reo, confitearis, aut ducam te
ad tormenta, eſſet homo terribilis vultu. & ſoli-
tus talia dicere, & executioni mandare, tùnc cõ-
feſſio diceretur facta metu tormentorum, iuxta
notata per Bart. l. de pupillo §. ſi quis ipſi Prætori
cum ſimilib. ff. de noui oper. nunciat. Franc.
Brun. d. tract. de indic. & tort. 2. p. q. 2. nu. 3. Am-
bertus de Antramonia tract. de tortura nu. 13.
allegans gloſ. in l. apud Labeonem §. adijcitur ff.
32 iniur. † Solus vultus terribilis Poteſtatis indu-
cit iuſtum metum, Io. Andr. in c. quia propter de
elect. in 6. Bald. in c. 1. §. iniuria col. penul. de pa-
ce iuram. firm. Maranta diſp. 6. nu. 17. & ideo Pe-
trus de Anchar. conſ. 24. nu. 3. poſt Cyn. in l. no-
uiſſimè ff. quod falſo tutor. autho. ait, quòd in
Officiali ſemper præſumitur terror ab eo inferri
33 † Nàm metus, & ſuſpitio tormẽtorum operan-
tur idem, quod realis ipſorum illatio, l. 2. C. quo-
rum appellat. non recipiantur, ibi. *Aut formidine
tormentorum*, l. 1. §. Diuus ff. de quæſt. Tyndarus
tract. de teſt. variat. lib. 1. c. 1. Hieronym. Gabr.
conſ. 169. nu. 75. vol. 1. Thom. Gram. conſ. 15. nu.
7. vndè gloſ. vlt. in d. l. 2. C. quor. appellat. reſol-
uit, quòd confeſſio facta in tormentis, ſiue ipſo-
34 rum metu, non nocet confitenti, neq; alteri, † &
in dubio cenſetur facta metu tormentorũ, Bar. in
d. l. 1. §. Diuus nu. 2. ff de quæſt. Bal. in l. ſi quis in
hoc genus nu. 4. verſ. *adde tamèn* C. de Epiſc. &
Cler. dicens, quòd probata tortura, eſt quaſi im-
poſſibile probare contrarium, nempè confeſſio-
nem ſponiè factam, Farin. in praxi tit. de reo cõ-
feſſo, & conuicto q. 83. nu. 67. 71. & ſeq.
35 † Et cùm ſit ita, quòd quemadmodùm ait l.
item apud §. quæſtionis ff. de quæſt. *Huiuſmodi
verbo etiàm ea, quàm malam manſionem dicunt,
continebitur*, Exiſtentibus carceratis dictis Ga-
briele de Roy, & D. Petro de Mendoza in domo
dicti Alcalde Sylua de Torres, qui & illius mi-
niſtri incredibili rigore eos tractabant, omne,
quod declarauerunt poſt primas depoſitiones, &
declarationes fuit inualidum, & nullum; nec illis,
aut Admirallo potuit cauſare præiudicium, quod
confirmatur, nàm cùm vnus fuiſſet illius famulus,
& alter eſſet actualitèr, non debuere torqueri
contra, & in caput Admiralli eorum Domini;
36 † quia non torquetur domeſticus in eum, cuius
domeſticus eſt, l. 1. §. ad quæſtionem l. maritus ff.
de quæſt. l. pridèm, vbi DD. C. eod. Franc. Brun.
d. tract. de indic. & tort. 2. p. q. 4. n. 10. qui nume-
37 to præcedenti dixerat, † quod non torquetur
quis in eum, in quem inuitus teſtimonium non
dicit, l. 1. §. ſi ſeruus bona fide ff. de quæſt. cum
traditis in l. 4. & 5. ff. de teſt. facit l. 1. §. 3. ff. de
quæſt. dicens *Seruos non eſſe de Domino interrogã-
dos, nec quidem ſi vltrò aliquid dixerint, obeſſe hoc*
38 *Domino, nec fidem accomodari*; † quia vt ait l.
vnius §. 5. eod. tit. *Non oportet ſalutem Dominorũ
ſeruorum arbitrio committi*. Pulchre Marc. Tull. in
orat. pro Sext. Roſc. verſ. *dixi iàm anteà*, ſuper
quo notat Cornel. Tac. lib. 2. Annal. Tiberium
Imperatorem dicens. *Negãte reo agnoſcentes ſer-
uos per tormenta interrogare placuit, & quia veteri
Senatuſconſulto quæſtio in caput Domini prohibeba-
tur, callidus, & noui iuris repertor Tiberius manci-
pare ſingulos actori publico iubet*. Et benè perpen-
ſis, ac conſideratis prioribus depoſitionibus di-
ctorũ Gabrielis de Roy, & D. Petri de Mendoza,
non continent variationem, nec quid aliud, ex
quo potuiſſent torqueri, cùm indicia nõ adeſſet,
ſiquidèm in perſona dicti Buil erant tot defe-
ctus, & cauſæ reprobationis, ex quibus non po-
tuit, nec vllo tempore habuit perſonam legitimã
ad cauſandum, & faciendum indicium; ſiquidèm
ad hoc vt illud poſſit cauſare vnus teſtis de viſu,
39 † neceſſarium eſt quòd antè, & tempore depoſi-
tionis, ſit omni exceptione maior, vt poſt Bart. in
d. l. maritus ff. de quæſt. & in l. admonendi ff. de
iureiur. tradit Franc. Brunus d. tract. de indic. 1.
p. q. 2. nu. 3. Marc. Anton. Blanc. eod. tract. n. 322.
& ſeq. Auguſt. Morla in empor. iur. 1. p. tit. 11.
nu. 74. & in crimine læſę Maieſt. Alex. conſ. 11.
nu. 12. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 57. n. 34. & ſeq.
lib. 4. Et ſufficit, quòd poſteà fuerint probata de-
licta, & reprobationes dicti Buil, vt retrotrahan-
tur, taliter quòd etiã in ipſo initio nõ potuerit
40 illi fides adhiberi, † facit tex. in c. ſuper eo de
teſtib. vbi Pontifex reſpondendo propoſitæ quæ-
ſtioni dicit, quòd crimina teſtibus obiecta ipſos
repellunt, etiàm ſi anteà non ſint conuicti, vel cõ-
feſſi, Thom. Gram. conſ. 35. n. 29. & conſ. 38. n. 11.
41 † Et cùm non debuerit examinari, et ſi de facto
examinatus fuerit, non potuit facere probatio-
nem, aut indicium, Paul. Caſtr. conſ. 284. viſo
quodam tali nu. 4. par. 2. Bart. in l. 1. §. Diuus, et §.
Antoni-

Antoninus ff. de quæſt. et plures alij relati per
Gram.d.conſ.38.n.14.Bart.in l.Imperator ff.de
ſtat.hom n. Angel.in l.inter ſtipulantem §. ſi Sti-
chum ff.de verb.oblig. nu.4. Luchin.de Curte,
conſ.63.nu.15. Horatius Lucius conſ.161.nu.18.
vterque tom.1. conſilior.crim.diuerſor.Anchar.
conſ.24.viſa inquiſitione n.2. Franc.Brun.tract.
de indic.1.p.q.2. nu.11. ponderans l.pridem C.
de quæſt. ibi, *Neque per eos, neque aduerſus eos
in capitalibus, vel pecuniarijs quæſtionibus, verita-
tis vim obtinere poſſit*, l.maritus ff.eod.tit. Maxi-
mè nàm ſi fuiſſet verum aliquid ex ijs, quæ calū-
nioſè confinxit contra dictum Admirallum, fue-
rat obligatus illicò, & abſquè vlla mora Superio-
42 ribus manifeſtare, † nec expectare tanti tem-
poris decurſum, poſtquàm apparuerunt poſiti
libelli, & à tempore, quo dixit audiuiſſe à dicto
Admirallo verba minus modeſta; argum.c.fin.qui
matrim.accuſ.poſſ.ibi, *Alioquin cùm rationabili-
tèr præſumatur, quòd denunciationem publicè factā
idem exiſtens in ſua Diœceſi minimè ignorauit, tan-
quam ſuſpectus eſt procùldubio repellendus*; iuncta
ratione cap.1.de frigid.& malefic.ibi, *quia ſi pro-
clamare volunt, cur tandiù tacuit*, atq; l.ſi quis for-
tè in princ.ff.de pœn.ibi, *Magiſque eſſe puniendos
eos, qui tandiù continuerunt, quod pro ſalute Prin-
cipis habere ſe dicere iactant; neque enim debebant
tam magnam rem tandiù tacere*, Ant.Gomez tom.
3.variar.c.13.nu.35.facit l.3. in fine C.de inceſt.
nupt.ibi, *Pœnam augentes, quoniàm intra domeſti-
cos parietes ſcelus admiſſum eſt, quod noluit mox
cognitum publicare*, l.excipiuntur 14.verſ.*ut enim*,
& ibi gloſ.& Ioan.Igne.nu.35. ff ad Senat.Conſ.
Syllan.l.1. C.de falſa moneta, ibi, *Niſi Dominus
ante ignorans, vt primùm repererit ſcelus prodide-
rit perpetratum*, Iſocrates in Nicocle, ſiuè orat.3.
de Regno nu.12.dicens, *Nā ſilentio prætereatis, ſi
quosdam indignè ſe circa dominatum meum gere-
re videritis, ſed reprehendite potius, eademque pœ-
na dignos exiſtimetis, & magiſtratui meo vim fa-
cientes, & huiuſmodi iniurios contegentes* Ioann.
Cæphal.conſ.696.nu.17.& ſeq.vol.5.Elber.Leo-
ninus conſ.89.nu.1.2.& 3.

Nec eſt conſiderabile dicere, quòd dictus Ga-
briel de Roy, cùm ab eo peteretur, quòd reco-
gnoſceret litteras quarundam ſcripturarū, quæ
prætendebatur eſſe ab eo ſcriptas, non eas reco-
gnouit planè, ſed cum temperamento, dicens,
quòd videbatur ſibi, ſuas eſſe; Nàm vltra quod
elapſo tanto tempore, in quo præſumitur obli-
43 uio, † multoties euenit, quòd aliquis ſcripſerit
tali calamo, et atramento, quòd poſteà, vel pro-
prios caracteres dignoſcat, auth.de inſtru.caute.
& fide, verſ. *& quidem* collat.6.l.111. vbi Greg.
Lop.gloſ.4.tit.18 p.3.ſufficiens fuit dixiſſe, quòd
44 videbantur ſibi eſſe litteræ propriæ; † Nàm ver-
bum *videtur*, etiàm continet affirmationem, Re-
buff.in l.oſtentum 38.circa fin. ff.de verb.ſignif.
Cæpoll.conſ.crim.32.nu.11. Et cū tàm leni fun-
damento, vt iſte fuit, non debuit affici tortura, vt
variaret à ſua depoſitione prima, & in periurium
45 incideret, ſe, & Admirallum inculpando, † cùm
ſit ita, quòd quandò quis interrogatur de ſe, &
alio, ſtatur primæ depoſitioni, licet contrarium
depoſuerit ſecundo loco in tormentis; ita dicit

Bart.in l.1.§.quæſtion.per illum tex.ff.de quæſt.
Franc.de Aretio in c.cùm in tua col.5. de teſtib.
& alij, quos refert, & ſequitur Thom.Gram. vot.
46 34.nu.11. Ozaſc. dec.79.nu.22. † Nec obſtabit
dicere, validius eſſe dictum teſtis cum tortura,
quàm ſinè ea, argum. auth. de teſtib. §.1. l.cùm
probatio ff.de probation. Cæpoll.conſ.crim.60.
nu.17.quia debet intelligi cum multis limitatio-
47 nibus, † vna quandò præceſſerunt legitima in-
dicia ad torturam, quia non ſufficeret, ſi poſteà
ſuperuenirent, Thom.Gram.voto 6.nu.11.Boer.
dec.159.nu.1. Ludou.Roman.ſing.132. Henric.
Bouer.in ſuis ſingular. verbo *carcer* nu.4. Rolan.
à Valle conſ.57.num.10. & ſeqq. vol.4. Conrad.
Brun.tract.de ſeditioſis memb.5. nu.13.
48 † Secundò limitatur, vt non procedat, quandò
dictum ſinè tortura eſt veroſimilius, ita Soccin.
conſ.253.col.1.poſt medium lib.2. Dec.cōſ.565.
verſ. *Tertiò reſponderi poteſt*, Aym.conſ.6. nu.49.
Rolan.à Valle conſ.40.nu.14.lib.1. Cæpoll.conſ.
60.crim.nu.19.Menoch.lib.2.de arbitr. caſ.108.
49 nu.17.Io.Guttier.conſ.35. nu.21. † Et in noſtro
caſu aſſiſtit veriſimilitudo in fauorem priorum
depoſitionum, reſpectu maximæ Chriſtianitatis,
qualitatis, & bonæ ſamæ dicti Admiralli, & ardē-
tiſſimi, & ſinceri deſiderij ſe totum dicandi ſer-
uitio Regis, Dec.poſt alios conſ.448.nu.12.Grat.
reſp.6.nu.27. lib.2. Prob.in addit.ad Monach. in
50 c.eos nu.5.de temporibus ordination.in 6. † Et
quia depoſitionibus, quæ ſunt in fauorem rei, ſiuè
inquiſiti eſt potiùs ſtandum, quàm illis, quæ ſunt
pro actore, ſeu accuſatore, Cæpoll.d.conſ.60.nu.
20.& conſ.ciuil.60.nu.2.quia ſtandum eſt depo-
nentibus pro non delicto, cùm pro ipſis magis
faciat natura, Cæpoll.vbi proximè, Rolan.à Valle
51 d.conſ.57.nu.46.& duobus ſeqq.vol.4. † Quia
cùm fama bona ſit continuata ex origine, & ha-
bitudine naturæ, & mala accidentalis, vt inquit
52 Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ. 13. nu.4. † magis
ſtandum eſt teſtimonio, quod fauet bonæ famæ,
quàm malæ, Hippol.in l.de minore §.plurimùm
nu.99.ff.de quæſt. & conſ.15.nu.20. Put.deciſ.2.
nu.2.lib.3.latè Io.de Amicis conſ.60.nu.13. conſ.
53 61.nu.21.conſ.87.nu.7. † cùm aſſiſtat in fauorē
dictarum depoſitionum præſumptio iuris, c.vlt.
de pręſump.Menoch.lib.2.pręſum.76.nu.5.Ro-
land.à Valle conſ.96.nu.8.vol.2.& conſ.11.nu.8.
lib.3. & quandò pro aliqua depoſitione aſſiſtit
iuris præſumptio, præfertur, Innoc. in c.auditis
nu.4.de præſumpt. Dec. conſ.498. nu. 37. Boer.
dec.23.nu.91.Mieres de maioratib. q.1. nu.112.
Marc.Ant.Eugen. conſ.28. nu.80. & 81. Valaſc.
54 conſul.145. n.16. † & ideò ſola bona fama ſaltē
leuia euacuat indicia, Io.de Amic.conſ.134.n.7.

Præſertim cùm pro primis depoſitionibus aſ-
ſiſtat veritatis præsūptio, vndè Franc.Caſon. qq.
55 crim.c.4.nu.3.reſoluit, † quòd teſtis ſemel exa-
minatus, nō debet ſuper eodē iterùm examinari,
Imò deponens bis cōtra aliquem, præſumitur in
ſecunda atteſtatione inimicus eius, contra quem
depoſuit, Marc.Ant.Blanc.tract.de indic.& tort.
nu.159.Et ſufficit vt non præir dicent dicto Ad-
mirallo, quòd dicti examinati, ſiuè eos dicamus
reos, ſiuè teſtes effecti ſunt varij, & contrarij in
56 ſuis depoſitionibus. † Teſtibus autèm ſibimet
con-

Digitized by Google

contrarijs nullo modo creditur, maximè contra reum, Specul.lib.1.tit.de teſte §.12.n.1.Paul.Caſtrẽſ.conſ.274.n.1. tex.in c.cùm Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Io.Bapt.Ferret. cõſ. 196.nu.8.Nauarr.conſ.4.nu.6.de conſang. & affinit. Thom.Gram. conſ.44.n.10. & vot.30.n.39. Roder.Xuar.conſ.1.nu.157. Hieron.Gabr.conſ.
57 42. nu.10. lib.1. † Et quia veniunt eſſe periuri in ſecundis declarationibus cõtrarijs prioribus, in quibus cum iuramento depoſuerant veritatẽ, non inculpando in aliquo Admirallum, Et teſti qualitercùnq; periuro nõ creditur, Hieron.Gab. vbi prox.nu.7.Alex.conſ.134.nu.9.lib.2.Prob.in addit.ad Io.Monach. in c.accuſatus nu.1. de hæret.in 6. Grat.reſp.50.nu.23. reſp.93.n.13.reſp. 135.nu.20. lib.1. & quemadmodùm inquit Crauett.nu.58.d.conſ.6. teſtes contrarij, aut periuri non admittuntur, nec probant etiàm in crimine læſæ Maieſtatis.

Et ita nec ſecunda declaratio, quam fecit die 27.Maij, nàm licèt non appareat ex actis modus, aut gradus torturæ, fuit multùm grauis, & rigoroſa, vt videri poteſt ex permanẽtibus ſignis, quæ ſupplicatum eſt Dominis Iudicibus, vt pro ſuæ Religionis inſtructione dignentur recognoſcere. Nec alia declaratio primi Iunij, quo die fuit iterata tortura poteſt nocere dicto Admirallo, quãuis in ea appareat ſcriptum, quòd interrogatus in tertia declaratione, qualis ex illis erat vera, dixerit, quòd ſecunda, quia recordatus fuerat, recollecta memoria, nàm vti fundatum eſt, ſolùm fiari debet primæ declarationi, abſq; eo, quòd aliquid conferat dicere, quòd ex eo, quòd ab ea variauit,
58 in ſecunda potuit illi iniungi tortura, † nã DD. omnes, qui admittunt, torqueri teſtem ex cauſa variationis, intelliguntur, quandò variarũt, & vacillarũt in prima declaratione, ſeù depoſitione ab ipſis recepta, d.l.ex libero, ibi. *Pro teſtimonio non vacillante quæſtionẽ haberi nõ oportet*, ff. de quęſt. l.42.tit.16.p.3.ibi, *Que quando entendierẽ, que los teſtigos, que aducen ante ellos, van deſuariando ſus palabras, è cãbiandolas, ſi fuerẽ viles omes aquellos, que eſto fizieren, que los puedan tormẽtar, de guiſa, que puedan ſacar la verdad dellos*, clariùs l.8. tit. 30.p.7.vbi Greg.Lop.glo.1.& glo.in ſumma 15. q.6. Et cùm dicti Gabriel de Roy, & D. Petrus de Mendoza non eſſent perſonæ viles, nec vnquã inquiſitæ, ſed multùm honeſtæ, & honorabiles, tempore' præſertim, quo primas declarationes
59 fecere, & in illis non variaſſent, † cùm illud tempus eſſet attendendum, arg. l.boues 89. §.1. ff.de verb.ſignif.vbi verba ſimpliciter prolata referũtur ad primũ actum, iuncto c. cùm Eccleſia Sutrina, ibi. *In perhibendis teſtimonijs varios extitiſſe, atq; aduerſus fidem atteſtationis ſuę coram Auditoribus vacillaſſe*, Bal.in l.nullum n.2.C.de teſt. nõ potuit illis dari tortura poſteà, nec cõminari, vt diſcederẽt ab eo, qđ prius veridicè depoſuerãt.

Nec obſtat, quòd cauſa fuerat proſequuta titulo, & nomine Maieſtatis læſæ, non.n.hoc habet veritati nocere, nec innocentiæ Admiralli, qui tã longè, alienuſq; erat à talis delicti admiſſione, Et vt dicebat Elbert.Leonin.conſ.80.pag.360.omni ſtudio eniti debemus, nè ex leui cauſa, aut negotio non plenè diſcuſſo, antè auditã totam defenſionẽ in legitimo iudicio, quis tanti criminis labe aſpergatur, quo Maieſtas pulſata defenditur, & cuius contagio non ſolum ipſum, de quo agitur, ſed omnem eius poſteritatẽ, fortunam, & ipſam Rempublicã afficit; nàm licèt Titulus talis ſecũ afferat incõmoda ad opprimendũ reos, quæ obſeruauit Cornel.Tac.lib.3. annal. pag. mihi 134.
60 poſt med. † quòd tempore Imper. Tiberij, ſub quo, vt inquit Seneca lib.3.de beneſ.c.26.fuit accuſandi frequẽs, & penè publica rabies, quę omni ciuili bello grauius togatã Ciuitatẽ confecit. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantiũ, nihil erat tutũ, omnis ſæuiendi placebat occaſio, nec iàm reorũ expectabatur euentus, cùm eſſet
61 vnus † fuit accuſatus, & poſtulatus à ſocijs Cayus Sillanus Proconſul Aſiæ, repetundarum crimine, & cùm dubium non haberetur ſęuitia, captarumq; pecuniarum teneri reum, ſed multa adgerebantur etiàm inſontibus periculoſa, cùm haberet multos Senatores aduerſos, facũdiſſimoſq; totius Aſiæ ad accuſandũ delectos, ipſeq; reſpondere ſolus, & orandi neſcius in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat, non tempe rãte Tiberio, quin prẹmeret, voce, vultu, eò quòd ipſe creberrimè interrogabat, neq; refellere, aut eludere dabatur, ac ſæpè etiàm confitendũ erat, nè fruſtrà quæſiuiſſet, ſeruos quoq; Sillani, vt tormentis interrogarentur actor publicus mancipio acceperat, & nè quis neceſſariorum iuuaret periclitantem Maieſtatis crimina ſubdebãtur, vinclũ, & neceſſitas ſilendi, vt aliàs dicitur in l.quiſquis verſ.*denique* C.ad l.Iul.Maieſt. ſed cùm peruentum fuiſſet, vt in Senatu vota decernerentur pro cauſæ deciſione, & Luc.Piſon.multùm de clemẽtia Principis præfatus aquæ, & igni Sillano interdicendum ratus, ipſumq; in inſulam relegandum, in quam ſententiam cæteri ferè conuenerãt, annuẽte Tiberio, & ſi Cornelius Dolabella longiùs adulationem ſequutus ergà Principem, curauiſſet, vt cauſa decideretur per rationes ſtatus, alij Senatores reſtiterunt dicentes, non poſſe aliter quam legibus iudicari, & licèt Imper. Tiberius eſſet Princeps ſummè ambitioſus, qui reduxerat ſuæ voluntati, & arbitrio totum, qđ ad Senatũ expectabat, obſeruans monitum Criſpi Saluſtij ad Liuiã, nõ debere minui vim Principatus, nec oĩa
62 ad Senatum remitti, † eamq; eſſe imperandi rationem, vt non aliter ratio conſtet, quàm ſi vni reddatur, vt ex eod.Corn. Tac.lib.1.tradit Marc. Ant.Mure.lib.11.var.lect.c.3. & Vinc.Gramigna lib.1. de regimine tyrannico c.8. adhùc reſoluit contra votum, & ſententiam Dolabellæ, & remiſit Senatui, quòd cauſam decerneret de iure, & iuſtitia, dicens: *Neq; poſſe Principem ſua ſcientia cuncta complecti, neque expedire, vt ambitione aliena trahatur, ideò leges in facta conſtitui, quia futura in incerto ſint ſic à maioribus inſtitutum, vt ſi antiſſent delicta pœnæ ſequerentur, nè verterent ſapienter reperta, & ſemper placita ſatis oneruum Principibus, ſatis etiàm potentiæ, minutura, quotiès gliſcat poteſtas, neq; vtendum imperio, ubi legibus agi poſſit.*
63 † Vndè mirabiliter I.C.Modeſtinus, cuius auctoritatẽ in propoſito obſeruant Elbert.Leonin. conſ.80.pag.360. & Ludou.Gilhauſen in arbore crim.tit.3. n.1. præfiniens normam Iudicibus ad proce-

Digitized by Google

procedendū in ſimilibus materijs in l. famoſi §. 1.
ff. ad l. Iul. Maieſt. dixit: *hoc tamen crimen à Iudi-*
cibus non in occaſione ob principalis Maieſtatis ve-
nerationem habendum eſt, ſed in veritate rei. Nàm
& perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere, & an
antè quid fecerit, Diuus Greg. lib. 11. epiſt. 50. Io-
anni defenſori eunti in Hiſpaniam relatus in c. in
primis 2. q. 1. ibi, *Si verò de crimine Maieſtatis di-*
citur accuſatus, nec ipſum de eo credendum fuit, ſi
vita, vel opinio eius, talis antè non extitit, vbi gloſ.
Conſtantin. Papa ad arbitrium M. C. V. c. 4 n. 13.
& 14. Elber. Leonin. cōſ. 80. verſ. *confidentes,* Hie-
ron. Gigas in d. tract. de crim. læſæ Maieſt. 1. p. §.
64 vidimus q. 16. nu. 1. † Sunt. n. multùm notabi-
lia verba Traiani Imper. Plinio reſcribētis, vt eſt
videre apud eūm lib. 10. epiſt. 86. *Cùm propoſitum*
meum optimè noſſes, non ex metu, nec terrore homi-
num, aut criminibus Maieſtatis reuerentiam nomi-
ni meo acquiri, omiſſa ergò ea quæſtione, quam non
admitterem, etiam ſi exemplis adiuuaretur, ratio to-
tius operis eff. cti, ſub cura tua Cocceani Dionis ex-
65 *cutiatur.* † Et Imper. Marc. Aurel. Antoninus,
cui diuinos honores omnis ætas, omnis ſexus, &
omnis conditio detulit ſcribens ad Verum fra-
trem, vt refert Vulcatius Gallicanus in Auidio
66 Caſſio. † in cauſis Maieſtatis eam naturam eſſe
dixit, vt videantur vim pati etiàm, quibus crimē
probatur, Leoni. d. conſ. 80. verſ. *confidentes,*
67 † quò enim atrocius, quò grauius quò maius eſt
delictum, eò maiora argumenta, & indicia præce-
dere debent, priuſquàm in ſuſpitionem eius per-
petrati veniamus, præſertim in perſona, quæ non
longo interuallo per ingentia pericula, ſtrageſq;
eximiam fidem ergà S. M. & Rempubl. exhibuit,
quæque tàm claro eſt ſtemmate, quæ non eſt veri-
ſimile tanti delicti cogitationem in eum potuiſſe
incidere, Bal. in l. 1. col. 3. C. de ædil. act. per l. quis
68 ſit fugitiuus §. apud Labconē de ædil. edict. † Et
cum ratione, nè eueniat, quod eiſdem Tiberij tē-
poribus recenſet Tacit. d. lib. 3. annal. pag. mihi
219. *Incidebat. n. deterrimo cuique licentia, impunè*
probra, & inuidiam in bonos excitandi, arrepta ima-
gine Cæſaris, libertiq; etiàm ac ſerui Patrono, vel
Domino, cùm voces, cū manus intentarent, vltrò
metuebantur. Hinc dicebat Iuſtus Lipſius in com-
ment. ad Panegyr. Plinij nu. 95. ſub Tyberio pu-
blicam penè rabiem fuiſſe accuſandi, & pleraq;
crimina inſcripta titulo Maieſtatis; Quidquid
dictum, factumuè in Auguſtum, aut eius ſtirpem,
vel leuitèr tangeret crimen *ἀσεβείας* erat impie-
tatis, vt Græci, maieſtatis, vt Latini, & Corn. Tac.
d. lib. 3. pag. 120. dicens, *& Ancharius Priſcus*
Cæſium Cordum Proconſulem Cretæ poſtulauerat
repetūdis addito Maieſtatis crimine, quod tum om-
69 *nium accuſationum complementum erat.* † Et ſi
paulò poſt inquiat, quòd Conſidius Aequus, &
Cælius Curſor Equites Romani, quòd fictis Ma-
ieſtatis criminibus Magium Cæcilianum Præto-
rem petiuiſſēt, auctore Principe, ac decreto Se-
natus puniti fuerint; nàm vt inquit Gigas vbi
70 proximè nu. 2. † *Sepè ab æmulis, & inimicis fal-*
sò huiuſmodi crimen impingunt, dicens ita *vidiſſe*
anno 1551. in perſona Comitis Ioannis Pauli de Pō-
peijs, & Fratrū nobilium Veronenſium cōtra quos
Presbyter Veronenſis cōfinxit quaſdam fictas lite-
ras, quæ manu Comitis ſcriptæ videbātur, quòd ma-
chinatus fuerit Ciuitatem Veronæ alieno dominio
ſupponere, cùm eorum progenitores, & ipſi ſemper
de illa Republica Venetorum optimè meriti fuiſſent,
& accuſationis falſitate comperta, fuit laqueo ſuſpē-
ſus, & Comes, & fratres nedùm abſoluti, ſed mune-
71 *ribus donati.* † Et fortaſſis non alia ratione Pli-
nius in panegyrico ad Imperatorem Trayanum
eum laudat, quòd metum legis Iuliæ Maieſtatis
penitùs ſuſtulerit, contentus magnitudine, qua
nulli magis caruerunt, quàm qui ſibi Maieſtatem
72 vindicabant; Antè ipſum etènim. Maieſtatis cri-
men ſingulare, & penè vnicum eſſe crimen eorū,
qui crimine carent, à quo ſumpſit Tiber. Decian.
tomo 2. lib. 7. c. 3. nu 17. ac ſi dixiſſet, quòd perſo-
nis inſignioribus, & exemplaris, ac minus culpa-
bilis vitę ſolet æmulatio, vt ipſas opprimat, incul-
pare de Maieſtate læſa, quod benè recognouit
73 Cremutius Cordus à Cornelio Coſſo, & Aſinio
Agrippa Coſſ. poſtulatus nouo, ac tùnc primùm
audito crimine, quòd editis annalibus, laudatoq;
Marco Bruto, C. Caſſium Romanorum vltimum
dixiſſet, accuſabant Satrius Secundus, & Pinarius
Natta, Seiani clientes, id perniciabile reo, & Cæ-
ſar truci vultu defenſionem accipiēs, quam Cre-
mutius, vt refert Cornel. Tacit. lib. 4. relinquen-
dæ vitæ certus in hunc modum exorſus eſt. *Ver-*
ba mea P. C. arguuntur, adeò factorum innocens
ſum, ſed neque hæc in Principem, aut Principis pa-
rentem, quos lex Maieſtatis amplectitur, (l. fin. ad
legem Iuliam Maieſtat.) *Brutum & Caſſium lau-*
daſſe dicor, quorum res geſtas cùm plurimi com-
poſuerint, nemo ſine honore nominauit, quod in
propoſito libuit adducere, nàm licèt l. de minore
ff. de quæſtion. dicat, quòd in Maieſtatis crimine,
quod ad perſonas Principum attinet, ſi ad teſti-
monium prouocentur, cùm res exigit, torquen-
74 tur, † debet intelligi reſpectu perſonarum in-
famium, quæ ſuper hoc crimine fuiſſent exami-
natæ, & ita intelligit l. 8. tit. 16. p. 3. & deducitur
ex l. ob carmen §. ſi ea ff. de teſtibus, & ita intelli-
gitur l. nullus C. ad legem Iuliam Maieſt. Pro
quo ſunt notabilia verba Baldi in l. fin. num. 16.
C. de probat. dicentis, *Tertia ſpecies eſt, quæ voca-*
tur probatio indicatiua, ſcilicet quandò ſit indicium,
quod eſt minus, quàm ſemiplena probatio, & ex iſta
in vili perſona habet locum tortura, vt ff. de probat.
l. cùm probatio ſecùs in grauioribus perſonis, quia
qualitas præcedentis vitæ elidit huiuſmodi indicia,
vt extra de præſumpt. cap. cùm in iuuentute, & ff. de
re milit. l. non omnes § à barbaris. Et ſunt multùm
notanda verba dictæ l. de minore, ibi. *Cùm res*
exigit, quæ præſupponunt neceſſitatem præciſè,
quæ in hoc caſu non erat, cùm dicti Gabriel de
Roy, & D. Petrus de Mendoza declaraſſent veri-
tatem in eorum primis depoſitionibus.

Et reſpectu eius, quod imputatum eſt dicto
Admirallo, quòd quandò Alcaydia, ſiuè Caſtella-
nia Alhambræ, quæ in illius domo, ſcilicèt Mar-
chionum Mondexaris fuerat à tempore debel-
lati Regni Granatenſis, fuit commendata ei, qui
illam habet, protulit verba aliqua doloris, & odij
contra Miniſtrum quendam grauem in præſen-
tia D. Henrici de Guzman conſtat, illius depoſi-
75 tione falſum eſſe. † Nàm teſtis allegās aliquem

in conteſtem in actu, in quo conteſtis negat, ita
eueniſſe non probat, Thom. Gram. conſ. 26. nu.
20 Marc. Anton. Eugen. conſ. 27. nu. 51. & conſ.
97. nu. 67. Maſcar. de probat. concluſ. 1368. nu. 1.
tomo 3. Nec præiudicant verba, quæ imputantur
dicto Admirallo, dixiſſe in cubiculo ſuo coram
aliquibus ex ſuis familiaribus, nàm vltra quòd
ſunt confiſta tormentorum dolore, & poſt pri-
mas eorum depoſitiones, nullum ex dictis verbis
continet publicitatem, nec demonſtrationem
aliquam offendendi, nec tranſgrediebatur ter-
minos ſolitos conuerſandi, ac diſcurrendi pro
76 arbitrio intra domeſticos lares. † Et quemad-
modùm dixit D. Hieronym. in epiſtola ad Pam-
machium pro libris ſuis contra Iouinianum, & in
alia epiſtola, quæ incipit Paulus Apoſtolus, dùm
plurimùm conqueſtus de quibuſdam carpenti-
bus verſionem cuiuſdam epiſtolæ grecè à ſe fa-
ctam, nondùm tamèn editam, quam furtim ei
ſubripuerant, ſubdit hæc verba. *Volo in chartulis
meis quaslibet ineptias ſcribere, commentari de
ſcriptura. remordere lædentes, digerere ſtomachum,
in locis me exercere communibus, & quaſi armatus
ad expugnandum ſagittas reponere, quandiù non
profero, nec edo, cogitata non ſunt crimina, nec ma-
ledicta quædam, quæ aures publicæ neſciant*. Na-
uarr. conſ. 7. nu. 3. verſ. 4. de hæreticis, quo tendit
77 illud Caſſiodor. lib. 6. variar. epiſt. 11. † *Malo
inſtituto viuere, nec Principi fas eſt, quandò & de
illo populus occultè poteſt dicere, cui mores ſuos pu-
blicè nullus auſus eſt imputare*, Andr. de Iſernia in
lib. 1. ad Conſtit. Sicil. tit. 4. in Conſtit. diſputare,
Capyc. in inueſt. feudali pag. 168. Aloyſius de
Leo in l. 1. nu. 2. C. ſi quis Imperat. maledix. Et
ſolùm eſt credendum, quod depoſuit D. Petrus
de Mendoza in declaratione 31. Maij, quòd di-
ctus Admirallus orationibus multis, diſciplinisq;
Deum precabatur aſſiduè, votaque faciebat, vt
Suam Maieſtatem diù ſeruaret incolumem, il-
lamque illuminaret, & eius illuſtraret mentem
ad rectius regimen Regnorum, & Statuum, quos
illi habet commendatos, non quòd aliud cupe-
ret, nec aliquod ex verbis, quæ ipſi imputantur
protulerit, cùm inueriſimilia, & alieniſſima ſint à
Chriſtianitate, qualitate, & fidelitate dicti Ad-
miralli; Et ita ex eo, quàm quod exiſtebant in
poſſe dicti Iudicis durè, & ſæuitèr carcerati, non
auſi fuere perſiſtere in eorum primis declaratio-
nibus, nec dicere contrarium eius, quod poſteà
ſcriptum apparet, propter minas, & tormenta,
quarè non obeſt, quòd perſtitiſſent in eo in ter-
tia declaratione, cùm hoc originem habuerit à
dictis compulſionibus, & cauſis, quæ durabant,
efficacibus vtiquè ad mouendum, vincendumq;
78 quemcunque virum conſtantem; † Metus enim
iuſtus dicitur, & cadere in conſtantem virum,
qui inſurgit ex corporis cruciatu, vt notatur in
l. interpoſitas C. de tranſaction. & in l. cùm do-
nationes C. quod met. cauſ. Staphil. tract. bre-
79 uium nu. 30. Grat. reſponſ. 43. nu. 12. lib. 2. † &
metus durat, durante eius cauſa, Bart. & reliqui
in l. penul. ff. de condict. ob turp. cauſ. Calderi-
nus conſ. 1. de eo, quod met. cauſ. Gaill. lib. 2,
practicar. obſeruat. cap. 93. in fine, Corn. conſ.
41. nu. 16. lib. 2. Grat. reſponſ. 71. nu. 25. lib. 1. &
reſpon. 20. num. 9. lib. 2. Moroti. reſponſ. 28. num.
10. & 11. & reſponſ. 75. nu. 3. & quemadmodùm
80 ait idem Gratus reſponſ. 48. nu. 2. vol. 1. † metus
cauſa durat, donec quis ſub eius, qui metum
intulit poteſtate tenetur, iuxta plenè tradita per
Doctores in cap. cauſam matrimonij, de offi-
delegati, & in cap ſi iuſtus metus, de appellat. Et
minus obſtant depoſitiones Barnabæ Hurtado,
& Antonij de Herrera, Franciſci de Barcena, &
Lucæ de la Cruz, nàm vltra quòd ex actis mani-
feſtè apparet magnus illius timor, metus, & ani-
mi anſietas, & trepidatio, quandò illi innotuit,
quòd dictus Alcalde quærebat illum, & quòd in-
ter alias demonſtrationes, variauit in eo, quod
dixerat, fatendo ſe mentitum fuiſſe, dùm aſſe-
81 ruit, quòd venerat Matritum; † Et ſicut ait
Ariſtot. lib. 2. Rethoricor. cap. 5. *Timor eſt pertur-
batio ex imaginatione futuri mali*, & in lib. de
ſomno, & vigilia cap. 2. dicens, quòd *timentes fa-
cilè circa ſenſum decipi ſolent*, Simanc. lib. 6. de
Republ. cap. 9. Seneca lib. 6. de benefic. cap. 28.
82 † *Quantùm exiſtimas tormentum, etiàm ſi ſerua-
tus fuero trepidaſſe, etiàm ſi abſolutus fuero cauſam
83 dixiſſe*; † Et vt dixit Marcus Tullius in ora-
tione pro lege Manilia, *Omnes, quorum in
alterius manu vita poſita eſt, ſæpiùs illud cogi-
tant, quid poſſit is, cuius in ditione, ac poteſtate
ſunt, quàm quid debeat facere*, idem Marcus
Tullius in oratione pro Quintio, Annæus Ro-
bertus lib. 1. rerum iudicatarum cap. 10. cui non
abſimile, eſt illud Caſſiodori lib. 3. epiſtola 36.
84 † *In cauſis ſemper eſt ſuſpecta potentia, dùm
velle creditur, quod poſſe iudicatur*, ideò Plau-
tus in Muſtellaria actu 5. ſcena 1. dixit. *Neſcis
tu, quàm meticuloſa res ſit ire ad Iudicem*,
Anaſt. Germon. lib. 1. de Sacrorum immunitati-
85 bus cap. 15. num. 3. † Et ſolus vultus terribilis
Iudicis iuſtum metum cauſat, Bald. in cap. 1. §.
iniuria de pace iuram. firman. in vſibus feudo-
rum, & plures, quos allegat Loazez in alleg. pro
Marchione de los Velez in reſponſ. ad 4. Oppidi
fundam. verſ. *& ſi dicatur* num. 4. l. 1. l. continet
in fine, l. non eſt veriſimile 6. ſi iuſto metu ff. de
eo, quod met. cauſ. vndè Plutarc. de virtute, &
86 fortitudine Alexandri inquit. † *Pauor non
ſolùm, vt Thucidides inquit, conſilium excutit, ſed
quoduis etiàm conſtitutum, quemuis conatum,
quemuis mentis impetum*, cap. 1. verſ. *humanis* 16.
quæſt. 2. Diuus Hylarius in Pſalm. 127. Xenoph.
87 lib. 3. de Pædia Cyri dicens, † *quòd metus
rerum omnium horribilium maximè animos per-
terret*, Thom. Grammat. deciſ. Neapol. 5. num.
88 5. & ſeqq. † Et ſufficit, vt illi non credatur de-
claraſſe ore proprio, quòd non dixerat verita-
tem, cap. 1. 3. quæſt. 9. cap. literas de præſumpt.
Rebuff. in tract. de reprobat. teſti. nu. 343. cap.
homines falſum, cap. primum eſt, cap. nec artifi-
cioſo 22. quæſt. 2. Ioan. Garz. de nobilit. gloſ. 25.
num. 3. dicens, quòd teſtis fides eſt indiuidua, &
falſus in vno, eſt falſus in alio, cap. fraternitatis
de teſtibus. Et quia non eſt conteſtis cum Don
Petro de Mendoza, quem in conteſtem adduxe-
rat, aſſerens, quòd vtroque præſente, Admiral-
lus protulerat verba, de quibus eſt imputatus;
89 † Et ita ad inuicem debilitatur illorum fides,
cap.

cap. nihilominùs 3. quæſt.9. cap. ſi teſtes §.item
qui falſo 4.q.3.cap.quod autèm 23. q.7. cap.ſol-
licitudinem de appellationibus,cap.licèt cauſam
de probationibus,ibi. *Plures tamèn illorum repro-
bantur, quia ſibi inuicem euidentiſſimè contradi-
cunt*,Abb.in cap.in noſtra 32. num.2. & 3. de te-
ſtib.l.4t. in fine, vbi Gregor. Lop. gloſ.4. tit.16.
90 p.3. † imò quòd non credatur teſti danti alium
in conteſtem,qui id neget,Bald.in cap.cùm cau-
ſam colum.6. de teſtib. Bald. & Salycet. in l. te-
ſtium C. de teſtibus, Campeg. tract. de teſtibus
regul.410.in fin.verſ.*quinto*,Burſat.conſ.69.n.26.
& 27.vol.1.& conſ.331.nu.39.vol.3.Hieronym.
Magon.deciſ.Lucen. 17.nu.8. & 9.

Et reſpectu depoſitionis Lucæ de la Cruz ſu-
per verbis, quæ retulit audiuiſſe à dicto Admi-
rallo, cùm ſolus cum ipſo colloqueretur,vltra
quòd depoſuit eodem metu,& terroribus,proùt
91 alij † conſtat ex ſua depoſitione eſſe teſtem
ſingularem,dict.cap.licèt cauſam, ibi. *Et quidam
alij ſint in dicto ſui teſtimonij ſingulares*, & ita
non efficit probationem contra Admirallum,
cap. cùm dilectus 32. de electione, ibi. *Cùm
contra hoc eorum eſſet probatio inſufficiens, eò quòd
ſinguli eſſent in ſuis teſtimonijs ſingulares*, Diuus
Thom. 2.2. q. 70. art. 2. Bald. in l.iuriſiurandi
num. 9. & in l.teſtium num. 19. C. de teſtibus,
Boer. conſil.40. à num.14. Rebuff. in tract. de
reprobat. teſtium num. 512. Alexan. conſ. 143.
nu.1. vol.2. plures relati per Farinac. tract. de
indicijs,& tortura q.37.nu.33.

Quarè nec etiàm obeſt declaratio dicti Fran-
ciſci de Barzena, & Antonij de Herrera, quatè-
nus voluere notare Admirallum, quòd haberet
ingenium magnum, cor exaltatum, & imperio-
ſum, & quòd in cauſa, & lite Ducatus Vera-
guas à recto tramite diſceſſerat, quia dictus An-
tonius in hoc ſuo iudicio, ſeù cenſura eſt etiàm
ſingularis, nec poteſt detrahere dicto Admi-
rallo, & decolorare ſuæ perſonæ approbatio-
nes, tot teſtimonijs comprobatas, & qualifica-
tas, non ſolùm ex origine, vt qui habuit tales
parentes, & auos præheminentes in qualitate,
gradu, ſtatu, & miniſterijs qualificatis, & ſu-
premis, ſat debitè meritis propter ingentia
ſeruitia, quæ continuata progeniarum ſerie
præſtitere Suæ Maieſtati, & eius Regiæ Coro-
92 næ, † quod ſecum habet de iure talem, tam-
què efficacem præſumptionem, vt excludat
calumnias omnes, ſiniſtrasque ſuſpitiones, quæ
in contrarium adduci vellent, argum. l. quod ſi
nolit §. qui mancipia ff. de ædilit. edicto, ibi.
*Præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos
eſſe; quia nationis ſunt non infamatæ*, cap. final.
de conſecrat.diſtinct.5. nouel.10. in fine, gloſ.in
l. cùm vnus verbo *donum* ff. de alimen. & cibar.
legatis,Hojeda de incompatib.beneſ. par.1. cap.
2 3.num.69. Petrus Andr Gamb. de auth. Legati
93 à latere lib.7. nu.269. † Et vt generoſa arbor in
feraci ſolo conſita, & ſtudio, atque aſſidua
cura culta, deteriores fructus vix gignit, ita
vix accidit, vt qui nati probis parentibus, inge-
nuarum artium ſtudio ad honeſtatem exco-
luntur,non eos fructus edant,qui ortus ſui fidem
faciant, Ioan. Arze ab Otalora de nobil.Hiſpan.
94 par.2. cap.3. num. 15. † ſtimulat nàmque, &
excitat nobilitas in magnis animis generoſam
æmulationem, non ſolum eorum, à quibus ha-
bent nobilitatem partam æquandi, ſed ſuperan-
di eam, optime Petrus Frizze. apud Dominicum
Arumæ. de iure publico diſcurſu 16. de nobilit.
95 concluſ.20. pag.455. † dixitque D.Fredericus
Marſæler.lib.1. legationum cap.9. quòd hoc in
primis nobilitati ineſt laudabile, quòd parentum
virtutem grata memoria in ſucceſſoribus repre-
ſentari, legem præſcribens imitandi, ac produ-
cendi ea merita, quæ proſapiæ initium dedere,
& h ...oris incrementum, Alberic. de Roſate
in l.2.§.quæ omnia C.de vetere iur. enucleando,
Barthol. Tegius tract. crimin. par.9. num.12. &
ſeq. auth.de referendar.Sacri Palatij, ibi. *Et præ-
cipuè in viris procedat ex Patribus quidèm bonis*,
& ibi gloſ. collat.2. Cæpoila in dicto §.qui man-
cipia num.1. & ibi communitèr DD. Tiraquell.
96 l.5. connub. à num.3. † nàm vt dicitur Matth.
cap.7. *Omnis arbor bona bonos fructus facit*, Caſ-
ſiodor.lib.8. epiſtola 16. *Similitudinem ſuorum
felix vena cuſtodit: quandò pudet delinquere, qui
ſimilia nequeunt in ſuo genere reperire. Hinc eſt,
quod melius agnoſcitur, elegiſſe nobilem, quàm fe-
ciſſe felicem, quia iſte communius per veterum ſe
facta cuſtodit, ille exemplum non habet, niſi quod fe-
cerit*, melius idem Caſſiodorus lib. 2. epiſtola
15.dicens. *Prouidentiæ ratio eſt in teneris ætate
merita futura tractare. & ex parentum virtutibus
prolis iudicare ſucceſſus, quia bona certa ſunt,
quæ fidem ab exordio trahunt, dùm origo neſcit de-
ficere, quæ conſueuit radicitùs pullulare*, optimè
97 Thomas Grammat.deciſ.18 num.1. † dixitquè
Alciatus conſil.46.num.8.lib.5. quòd non præſu-
98 mitur delictum, l.merito ff. pro ſocio, † præ-
ſertim in perſona egregia,& valdè honorata,l.2.
C.de officio ciuil. Iudic. cap. niſi eſſent de præ-
99 bend. † Et qui vult contrarium dicere, pro-
bare debet, & actoris partes ſuſtinere, cùm
alius habeat pro ſe præſumptionem, vt per
Bart. & Doctores in l. non ſolùm §. ſed vt pro-
bari ff. de noui oper. nunciat. Vnde Ioannes
Vincentius Honded. conſil, 33. num. 48. vol.2.
100 † dixit, quòd nobilitas, ac inquiſiti grauitas
elidit probationes Fiſci de delicto, ex Bart. in
l.1.§.penult.ff.de re milit. Dec.conſil. 175. nu.5.
101 † Et de nobili nõ præſumitur niſi bonum, vt
ex gloſ. in l.Titio ff. de condit. & demonſtrat.
& Roland. à Valle conſil. 40. in fine lib.1. tradit
Marius Anton.lib. 1. variarum,reſolut. 88. num.
11.in fine,Ioannes de Amicis conſil.86. num.13.
conſil.134.num. 10. Menoch. lib.6. præſump.58.
Farinac. tract. de indicijs, & tortura quæſt. 47.
nu. 277. Ioan.Bapt.Coſta tract. de facti ſcientia,
& ignorantia centur.1.in reſponſo poſt diſtinct.
9.nu.5. pag.165.
102 † Et quia plerùnque filius eſt ſimilis patri,
vt inquit gloſ. verbo *progenitores* in cap. venera-
bilẽ 24. de elect. Rebuff.in l.Diuus ſuper gloſ.1.
nu.81.& ſeqq. ff.ad Syllanian. Ioan.Coraſius ob-
ſeru.5. deciſionis cuiuſdam Sen...us Tholoſani,
Royas de ſucceſſinn. cap.15.nu.10. Didacus Ve-
lazquez in defenſione Statuti Toletani cap. 42.
Nàm vt dicit Horatius lib. 4. Ode 4.

Fortes creantur fortibus, ac bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces, progenerant.
Aquilæ columbam.
Facit illud Hecubæ apud Euripidem, *Euidens*
nota, & inſignis inter mortales, eſt natum eſſe è bo-
nis, Thom. Grammat. deciſ. 18. nu. 1. & 2. dicens,
Quòd filius præſumitur virtutes, & geſta inſignia
patris imitari, Simanc. de cathol. inſtitut. titul. 50.
num. 10.
Quod certius redditur animaduerſa perſona
dicti Admiralli, pluribuſque actis poſitiuis, quos
ab ineunte ætate vſquè ad canitiem, qua decora-
tur in omnibus ſuis rebus, verbis, & operibus ſe
geſſit tanquàm miles multùm chriſtianus, & va-
ſallus fidelis Suæ Maieſtatis, exemplo illius Elea-
103 zari, de quo lib. 2. Machab. cap. 7. † *At ille co-*
gitare cœpit ætatis, ac ſenectutis ſuæ eminentiam
dignam, & ingenuæ nobilitatis canitiem, atque à
puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundùm
Sanctæ, & à Deo conditæ legis conſtituta. facit cap.
104 cùm in iuuentute de præſumpt. † vbi Summus
Pontifex Innocentius III. habuit huc fundamen-
tum ita efficax ad excuſandum quendam Epi-
ſcopum, quòd non adhibuit fidem Regi Hunga-
riæ contrarium perſuadere conanti, deſiderio
ipſum moleſtandi, & ita dicit, *Licèt igitur Rex*
Hungariæ eundem Epiſcopum nobis per nuntios, &
literas de tali crimine detuliſſet, poſtulans, vt ma-
lum huiuſmodi pernitioſum exemplum de Hunga-
rica Eccleſia tolleremus. Quia tamèn eius ſuggeſtio,
non de charitatis radice procedere videbatur, no-
luimus aures noſtras, quaſi malignis delatoribus
inclinare, ſed vt probaremus, ſi ſpiritus eſſet ex Deo,
Aurißienſi Epiſcopo dedimus in mandatis, vt pru-
dentèr, & cautè à Coepiſcopis indagaret, vtrum
præfatum Epiſcopum crederent, à tali labe reſperſũ,
Qui nobis poſtmodùm reſcripſerunt, quòd eum vi-
rum honeſtæ conuerſationis eſſe credebant, perſo-
nam illius multipliciter commendantes, facit cap.
cùm in iuuentute de purgatione canonica,
cap. in noſtra verſic. *Nos verò* de procuratori-
105 bus, † vbi adeo non præſumitur, virum
honeſtum, & prouidum aliquid perperàm
feciſſe, aut facturum eſſe, vt ſi etiàm id liquidè
appareat, vix tamèn credendum ſit, cap. Sacro,
ibi. *Maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat* de
ſentent. excommunicat. Tiraquell de pœn. tem-
perand. cauſ. 51. num. 1. 34. & 54. facit capit.
quia ſunt 28. diſtinct. cap. miramur 61. diſtinct.
Euerard. in loco à tempore ad tempus, Meſſia
ad l. Toleti fundam. 10, par. 1. nu. 13.
Et quòd ſit conſideranda bona vita antèacta
dicti Admiralli ad colligendum, quòd nequè
in operibus, aut verbis defecit, aut offenſam
fecit ſeruitio Suæ Maieſtatis, conſtat ex l. deſer-
torem §. is, qui, ibi. *Inſpecto vitæ eius præce-*
dentis actu, l. non omnes §. à Barbaris, ibi.
Et ſi bonus miles antè exiſtimatus fuit, propè eſt,
vt affirmationi eius credatur, ff. de re militari
iuncta l. penult. C. de Princip. agent. in rebus
libr. 12. Baldus in l. vniuerſi in fine C. de ve-
ctigalibus, & commis. tradit Franciſcus Bru-
nus tractat. de indicijs 1. part. quæſt. 5. num. 2.
Hieronymus Gigas tract. de crimin. læſæ Ma-
ieſtatis 2. part. §. quomodò probetur quæſt. 16.
106 num. 4. † vitæ etenim anteactæ qualitas ex-
cludit omnem præſumptionem maleficij, vt
poſt Crauett. conſil. 99. num. 1 t. in fine, quem
refert Menochius conſil. 283. num. 16. tradit
Adrian. Gilmannus tomo 2. votorum Cameræ
Imperialis par. 2. voto 6. num. 10. & 11. Didac.
Perez in rubrica titul. 18. lib. 8. ordinam. poſt
Marcum Antonium Blanc. in repetir. l. final.
num. 47 ff. de quæſtionibus, & in pract. crimin.
pagina 861. Iaſon in l. final. C. communia de le-
gat. Ioann. Franciſc. Purpur. conſ. 369. num. 29.
107 Laderch. de Imol. conſil. 181. num. 15. † Ma-
ximè in tàm clara nobilitate, vt eſt illa dicti Ad-
miralli ex eodem Purpur. conſil. 446. num. 37.
lib. 2. Quia credi, aut præſumi non debet, quòd
qui operatus eſt benè, prout dictus Admirallus
per totum vitæ diſcurſum, effundendo ſangui-
nem, & exponendo vitam riſico totiès pro ſer-
uitio Suæ Maieſtatis, & eius regiæ Coronæ lo-
queretur verbum aliquod ex his, quæ illi ſunt
108 imputata; † Nàm vltra quod dixit Sebaſtia-
nus Foxius in annotat. ſeu commentarijs ad Pla-
tonem in 4. par. Timæi pag. 463. quòd *nec ab ef-*
fectu aliquis malus eſt, ſed ex habitu, ſicut ex habitu
109 *virtutis homines probi fiunt*, † Non eſt cre-
dendum, quòd quis repentè fiat malus contra
habitum bonitatis diù retentum, cap. ſi ferme
de pœnitent. diſtinct. 2. Bertran. conſil. 37. vol. 2.
Tiber. Decian. reſponſ. 4. num. 29. vol. 3. Tiraqu.
de pœnis temperand. cauſa 51. num. 3. dicens,
non eſſe facilè credendum, eum, qui diù ſe ho-
neſtum, & prouidum exhibuerit, ſtatim fuiſſe
immutatum, vt ſe vitijs contaminarit, cap. in
primis 2. quæſt. 1. antè finem, ibi. *Nec ipſis de eo*
credendum fuit ſi vita, & opinio eius talis non exi-
ſtit, quibus congruit, quòd Epicurus dicebat, ſi
Laertio credimus, eum, qui ſemel ſapiens fuerit
in contrarium habitum tranſire non poſſe; Sum-
ma enim eſt omnium Philoſophorum conſenſu
difficultas, aliquem dimouere ab habitu virtu-
tum etiàm ciuilium, & Politicarum, nedùm
purgatoriarum; Ideò Marcus Tullius in omni
doctrina conſummatiſſimus in elegantiſſima
oratione, quam pro Publio Sylla recitauit, dixit,
Omnibus in rebus Iudices, quæ grauiores, maioreſq;
ſunt, quid quiſque voluerit, cogitauerit, admiſerit
non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui arguitur
eſt ponderandum, neque enim poteſt quiſquam
noſtrum ſubitò fingi, neque cuiuſque repentè vita
mutari, aut natura conuerti, nemo repentè fit Sum-
mus, nemo repentè turpiſſimus, quæ poſteriora
verba Gratian. citat in § charitas hæc, & §. exor-
dia de pœnitent. diſtinct. 2. Tiraquell. vbi ſupra
num. 156. Martinus Timpius in Speculo boni
110 Magiſtratus ſigno 28. pag. 162. † Hinc eſt quòd
Oratores dicunt, vitam hominis ex anteà factis
eſſe ſpectandam, l. de minore §. tormenta ff. de
quæſtion. ibi. *Vel cuius exiſtimationis quiſque in*
Ciuitate ſua eſt, Bonifacius tit. de furtis §. eſt. n. 45.
111 † Operæ enim ſunt, quæ verum teſtimonium
reddunt, Ioan. cap. 10. *Operibus credite*, & cap. 14.
l. reprehendenda C. de inſtitution. & ſubſtitut.
l. Paulus ff. rem ratam hab. Specular. tit. de Ad-
uocat. §. nùnc de exordijs verſ. *Aduocatus*, Alcia-
tus

Digitized by Google

tus reſponſ.453.num.5. Abb. in cap.dilecti filij,
el primero, per tex. ibi num.4. de appellationib.
Dec.in cap.cùm ſuper,num.29. de offic. delegati,
Thom.Grammat.voto.10. num.8. Tiraquell.
de retract.conuentionali ad finem tituli num.76
Corraſius lib. 3. miſcellaneorum cap. 5. num.4.
112 † nàm ex operibus cognoſcitur intentio, l.de
quibus,ff.de legib.Ioann Monach.in c. degradatio
num.8.de pœnis lib.6. Barbat. conſ.36.num.2.
113 lib, 2. Guido Papæ ſingul. 337. † Nec eſt credendum,
quòd Admirallus ſui diſſimilem ſe faceret,
alitèr loquendo, & operando, quàm fecerat
per totum eius vitæ tráſcurſum, vt dicit Caſſiodor.
lib. 6. variar.formula.3. Præfecto Prætorio,
114 † quod intantùm eſt verum, quod cùm
aſſiſtat in fauorem illius præſumptio bonitatis,
qua ſemper claruit, l. ab ea parte ff. de probat.l.
cùm pater §.nepos.ff.de legat.2. Butrius in cap.2.
num.9.de electiôn. Marinus Freccia de præſentatio.
inſtrumentor. 5.par,nu,26. Cæſar de Graſſis
115 decif.173.num.7. † indicia contra inquiſitũ
exiſtentia non ſolùm debilitantur,ſed in totum
annihilantur,probata optimè bona ſama inquiſiti,
vt voluit Bald.in l.final.col.vlt. C.de probat. &
in l.ea quidèm col.penult. C. de accuſat.Gratus
reſponſ.59.nu.36.lib,2.Hieronym,Gabriel.conſ.
178.num. 25.vol.1. Gregor, Lopez in l, 26.tit.1.
part.7.gloſſ.5.Marſilius in practica §. diligenter,
num.196.Thomas Grammat, conſ. 38. num.17.
& voto 3.num, 28. Præſertim cùm concurrant
conſiderationes tot in commendationem , & fauorē
dicti Admiralli,& eius anteactæ vitæ, & inſignium
ſeruitiorum, quæ habet probata non ſolum
teſtibus omni exceptione maioribus, ſed infallibili
teſtimonio Suæ Maieſtatis in priuilegio,
116 † ſeù diplomate regio,in quo longa ſerie recēſet,
& fatetur dicta ſeruitia, cap. in memoriam
91.diſtin.Clem.1.de probation. Crauetſ,de antiquit.temp.
1.part.ſectio.non omitto.n,27.Thom.
Gramm.conſ. 28, num. 4. iuxta tradita late per
Loazez in allegatione pro Maschione de los Velez
dubitat. 1.fundamento 3. pro Marchione nu.
117 38.& 40.Azeued.conſ.17. num.11. † & quādò
fama bona iuuatur aliquibus exterioribus circūſtantijs
tollit diffamationem de crimine ſpeciali,
Cæpolla conſ.crim.39.num.43.ex Bald. in l.ea
quidèm C.de accuſat.Crauatta conſ.145.nu.24.
conſ.99.num.11.Roland.conſ.38.num. 4. & cōſ.
73. num.35.lib.1, Iacob. Nouell, ad defenſam tit.
an indicia pro reo danda ſint num, 33. & 39. Fulgoſ.
conſ.153.incip. ad primum col.2. Quarè ſolummodò
ſtandum eſt probationi dicti Admiralli,
118 † teſtibuſquè in eius fauorem, & bonę illius
famæ deponentibus, vt late probāt Aymon.
conſ.6.num.63.& conſ.9.num.8. & conſ. 21.nu.
6.conſ.145.num.55.Roland.a Valle conſ.27.nu.
3 lib.3.conſ.67.num.44.lib.2.qui ait, quòd teſtes
rei,& ſi forent minus digni,quàm teſtes fiſci pręferuntur
præſertim cùm pro illis aſſiſtit veriſimilitudo,
prout aſſiſtit,quòd Admirallus nec dixit,
nec protulit aliquid in deſeruitium Suæ Ma-
119 ieſtatis, † cùm ex perſonis hominum dicta pēſare
debeamus,l.famoſi §.1.ff.ad leg.Iul. Maieſt.l.
finali ff. de action, & obligationib. l. ſi quis aliquid
§.Authores,ff.de pœnis,l.1.C. ſi quis imperatori
maledixerit, Tiraq.de pœnis temper. cauſ.
55.num.3. Boer.tract.de ſeditioſis §.4.iuxta præ-
120 dicta num.1. † & teſtes, quibus aſſiſtit veriſimilitudo,
præferuntur, non ſolum quando ſunt
numero plures,ſed etiām quādò pauciores,Bald.
in l.diem §.ſi plures ff. de receptis arbitris, Paul.
Caſtren.conſ.192.num.4.par.2.Barbat.conſ.3.n.
3.& 19.lib.3.Crauett.d.conſ.6.num.65. & conſ.
515.num. 10.Cæpolla conſ. crimin. 60.num.21.
Marcal.Fortunat.conſ.ſuper blaſphemia, nu.12.
Grammatic.vot.14.num.8.Afflict. deciſ. 363.n.
6.Caualcan.deciſ.1.nu.61.par.2.Cæſar de Graſſ.
121 deciſ.506.num.8. † Et cum iſta veriſimilitudo
deficiat in teſtibus examinatis contra Admirallum,
non debet illis aliqua fides adhiberi,vt probat
Hieron.Gabr.conſ.159.nu.24. vol.3. Marc,
Ant.Euge.conſ.90.num. 109. & ſequent. deciſio
Genuæ 106.num.4.Bald. in l.teſtium,num.38.C.
122 de teſtib. † Nàm quod veriſimile non eſt, habet
falſitatis imaginem,vt inquit Alex.conſ. 27.
ſub num 4.lib.2.Neuizan.conſ.8.num. 68.& 69.
Catelian.Cotta in memorabilib. verb *veriſimile*.
Gratus reſponſ.25. num. 21. lib, 2 Zuntus in reſponſ.
pro vxore,num.127. Marc. Anton.Blanc.
123 tract. de indicijs num. 35. † Et ideò teſtis deponens
non veriſimilia,non multùm diſtat à fal-
124 ſitate,deciſio Genuæ 58.num.9. † & ita Iudex
non debet ei fidem præſtare, Anchar.conſ 57.incipiente,
ex ordine, Thomas Grammat. conſ.45.
125 num.8. † Imò debet ſtare teſtibus veriſimiliora
deponentibus,licèt de negatiua deponerent, ſecundùm
Barbatiá.conſ.29 num.9.& conſ.54.nu.
1.verſ.*& ideò*, Azeued.conſ.30.num. 58. Et maxima
cum ratione,nàm licèt ſecundùm Ioan.Sa-
126 lisberiens.in Polycraticum,lib.2. cap. 16. † veriora
interdùm maxima quæſtionibus impu-
127 gnentur, † Tamèn Conſiliarij præſertim graues,
& obſeruātes iuſtitiæ debent procedere cum
veritatis amore, & affectu, vt latè probat Petr.
Gregor.lib.24.de Republ.cap.6.num.5.Crauett.
conſ.9.num.35.Zuntus vbi proximè num.129 &
128 317.& ſequentib. † nàm cùm veritas ſit mater
iuſtitiæ (vt inquit Bald. in l. libertini per tex. ibi
ff.de ſtatu hominum , Corneus conſ. 197. incipient.
licèt in hac conſultatione,in fine ſub num.
4.lib.4.Azoguid.lib.1.de communib. opinion. c.
9.num.12.Curtius eod.tract.lib.1.tit.6. num.5.)
129 † debet in omnibus principalem locum habere,
cap.quæritur 2.quæſt.7.Marienzo in Dialogo
Relatoris 3.par.cap.41.num.11.& cap.52.num.3.
Ioann.Neuizan.lib.5.Syluæ nuptial nu.112.Corraſius,
vbi proximè,nàm vt inquit Iuſtus Lipſius
130 lib.1.variar.lectionum, † veritas omni odio, &
inuidia debet eſſe antiquior;maximè in conſiſtorio
Principis,l.1.§.ſi quis ff.de quæſtionib.l.vdo-
131 uic.Gomez.reg.de infirmis. q. 14. † Et cùm ſit
ſemper ſibi conſona, teſte Ioanne Salisber. lib.2.
132 c.27. † non debet extingui figmento, l.ſi obligatū
13.C.de ſolutionib. l. ſi fortè 8.ff.de caſtrēſ.
peculio,l.aſſumptio.6.ff.ad Municipal. l.2,§.vltimo
ff.ſi quis cautionibus, cum alijs traditis per
Georgium Acazium lib. 1.de priuileg. cap.5.nu,
133 17. Sed cuicunque præſumptioni præualere, †

cedit enim veritati præſumptio, & per contra-
rias tollitur probationes,& præſumptiones,l.fin.
in principio ff.quod met.cauſ.l. nuptura in fin.ff.
de iure dot.l.ſi Chirographum, & l. cùm de in-
debito §.1.ff.de probationib.l.filio, quem pater
ff.de liber.& poſthu.l. vnica.§. ſi quis filium ff.ſi
tabulæ teſtam.nullæ extab.cap.ii.qui fidem,de
ſponſalib.cap. quicunque 80.diſtin&. Craueta.de
antiquit.tempor.3. part.in princ.nu. 29 Et cùm
134 in Conſiſtorio Principis non ſolùm veritas, †
ſed æquitas ſint attendenda,vt ait Roderic. Xua-
135 rez. conſ.3.n. 36. † Sunt aſſumendæ præſump-
tiones, quæ fauent Admirallo,& veritati eius de-
fenſionis,& excluſioni delicti,Bart. in l.nô ſolùm
§.ſed & reprobari ff. de noui oper. nunciation.
Gomezius,regula de verſimili,quæſt.6. per tex.
136 in cap.fin.de præſumpt. † adiuuanda eſt enim
veritas,& non lacèranda, etiam ob ingenij ſubti-
litatem,cap.cùm æterni, de re iudic. in 6. l.in re-
bus, C. de iure dot. Alberic. in l.1. C. ſi minor
ab hæred. ſe abſtineat, Calcaneus conſ. 1. col. 2.
137 † & ideò debet Iudex, veritatis probationes
ampliare,& eis fauere,vt ſint ſaluæ, Hippolyt.in
l.1.§.ſi quis vltrò,col.4. de quæſtionib. Butrius in
cap.fin.num.2. de purgatione canonic.Neuizan.
138 lib.5.num.116.& ſeq.dicens. † *Quòd iram Dei
ſupra ſe prouocat,qui veritatem opprimi proſpicies,
eam pro viribus non defendit*,cap. quiſquis, 11. no-
lite 11.q.3. Decius in cap.quoniam contra, num.
11.de probationib.Paris de Puteo lib.2.de duello
139 cap.3. num.3. † veritas enim non debet ſerui-
re iudicijs,ſed è contra iudicia veritati, Ioànes
Corraſius lib.4.miſcel.iuris ciuilis, cap.20.num.
140 8. † neque iura iniquitatis, & iniuriæ authores
eſſe volunt Iudices,l.meminerint,C.vndè vi,cap.
141 veniens de iure iurâdo, † nihil autem ab æqui-
tate,& rectitudine animi magis alienum, ac per-
nicioſum excogitari poteſt, quàm innocentis cô-
demnatio.l.abſentem,ff.de pœnis, Couarr. lib.1.
variar.cap.1.num. 2. verſ. *Quarto*, Tiraquel. de
pœnis temperand.cauſ.59.num.2. Marc.Tullius
in oratione pro Sexto Roſcio verſ. *innocens* Lu-
cianus in Phalari 1. dicens. *Nihil cunctatus mori
potiùs eligerem, quàm homines nihil mali præter
æquum commeritos ſupplicio afficere*. Quintil.de
142 clamat.335.Plinius q.lib. 3. epiſtola 9. † hone-
ſtiſſimum afferit non premere immerentem,nec
facultatem dicendi,in iugulum innocentis, quaſi
143 telum aliquod intendere; † vndè Vlpian. non
ſemel totum negotium ad propriam Iudicis cô-
ſcientiam,hoc eſt ad eius oculos retulit,l. 2.§.fin.
ff.de ferijs,l.ſi irruptione,ff. finium regûdorum,
144 † & Caliſtratus ſcripſit, debere Iudicem ex
animi ſententia æſtimare quanta fides ſit teſtibus
adhibenda, quidque probationibus credendum,
l.3.§.ideòque,& verſ.eiuſdem.ff de teſtib. vbi di-
citur, *Tu magis ſcire potes, quanta fides habenda ſit
teſtibus,qui,& cuius dignitatis, & cuius exiſtima-
tionis ſint,& verum vnum, eundemque, & præme-
ditatum ſermonem attulerint,an ad ea,quæ interro-
gaueras,ex tempore veriſimilia reſponderint*, Co-
uarr. vbi proximè verſ.*Sexto*,Bald. in l.teſtium
num.6.& ſequentib. C. de teſtib.l.26. tit.16.par.
3.vbi Gregor.Lopez gloſ.5.Ideò Iuriſconſult. in

d.l.3. ſubiungit. *Hoc ergò ſolùm tibi ſcribere poſſũ,
ſummatim non vtiquè ad vnam probationis ſpeciẽ,
cognitionem alligari debere, ſed ex ſententia animi
tui te exiſtimare oportere,quid aut credas, aut parũ
probatum tibi opineris*,cap.in præſentia,de probat.
Bald. in l. admonendi, num. 49. ff.de iureiurand.
145 † vndè Marc. Tullius in oratione pro Marco
Fonteio,quem refert Conſtant. Papa ad arbitriũ
M.G. Vicariæ cap.4.num.19.in ſapientia, & con-
ſilio iudicum oſtendens, non in teſtimonijs con-
ſtitutam iudicandi æquitatem, ea potiſſimum vti-
tur ratione dicens,*Quamobrem,ſi hoc Iudices præ-
ſcriptum lege,aut officio putalis,teſtibus credere, ni-
hil eſt curatiùs alio Iudice melior, aut ſapientior
exiſtimetur,vnum eſt enim, & ſimplex auraum iu-
dicium & promiſcuè,& communiter ſtultis, ac ſa-
pientibus ab natura datum. Quid eſt igitur,vbi elucè-
re poſſit prudentia? vbi diſcerni ſtultus auditor, &
credulus à religioſo, & ſapiente Iudice? nimirum
illud,in quo ea,quæ dicuntur à teſtibus, coniectura,
& cogitatione trahuntur,quanta authoritate,an nulla
animi æquitate,quanto pudore, quanta fide, quanta
religione,quanto ſtudio exiſtimationis bonæ, quanta*
146 *cura,quanto timore dicantur* † Nam plerumque,
vt ſcribit Arcadius I.C. in l.de minore ff.de quæ-
ſtionib. in excutienda veritate,& vox ipſa, & co-
gnitionis ſubtilis diligentia affert, cùm & ex ſer-
mone,& ex eo,qua quis conſtantia, qua trepida-
tione,quid diceret,vel cuius exiſtimationis quiſ-
que in Ciuitate ſua eſt, quædam ad illũinandã
147 veritatem emergant; † Et paulò poſt facit
mentionem eius, de quo etiam meminit Valer.
Maxim.lib.8.cap.5. de teſtib. §. 1. obſtitiſſe Se-
natum Romanum cum Lucio, & Quinto Me-
tellis viris Conſularibus,& Cenſorijs, altero etiã
triumphali in Q.Pompeium A.F.repetundarum
reum acerrimè dicentibus teſtimonium, non
abrogata fides abſoluto Pompeio; ſed ne poten-
tia inimicorum oppreſſiſſe viderentur,occurſum
148 eſt: † Marcus etiàm Aemilius Scaurus Prin-
ceps Senatus C.Memmium repetundarum reum
diſtricto teſtimonio inſecutus eſt, item C. Flauiũ
eadem lege accuſatum,teſtis proſcidit; Nam G.
Norbanum Maieſtatis crimine publicæ quæſtio-
ni ſubiectum,ex profeſſo opprimere conatus eſt:
nec tamen aut auctoritate, qua plurimum polle-
bat,aut religione.de qua nemo dubitabat,quem-
quam illorum affligere potuit; vt poſt Ciceron.
in oratio. pro M. Fonteio. lib 2 de orato. tractat
149 Valer.Max. vbi prox. §. 1. † Et cùm hæc cauſa
ſit decidenda à tàm iuſtis,grauibuſquè Iudicibus,
in quibus vt dixit Alciat.reſponſ.453.in princip.
ſecundùm antiquam impreſſionem; *Nulla eſt ſu-
ſpitio,quàm ſecundùm veram iuſtitiam, & ſanam
conſcientiam iudicent*; non tàm debent attendere
ſonum verborum, quæ lecta fuere in depoſitio-
nibus teſtium ex aduerſo examinatorũ, aut præ-
tenſis complicibus,ſed innocentiam, & veritatem,
quæ aſſiſtit pro Admirallo, & eius defenſione.

Nec eſt ſub ſilentio prætereundum,quòd licet
Admirallus ſciuit, aut habuit certas præmiſſas
eorum,quæ in eius perniciem machinabantur; &
cùm poſſet ſecuritati ſuæ perſonæ conſulere,
150 quod multoties conuenit, & primos vitare im-

petus

Digitized by Google

ſpetus, noluit ſe ipſum defendere, ſed dare locum
iræ, vt dixit D. Paulus epiſt. ad Romanos, cap. 13.
à Deo ſpectando retributionem vindictæ, adeò
vt nec immunitate Eccleſiæ, eius domûs conſiliſ-
ce, &, ſe voluit iuuare, confidens innocentiæ ſuæ,
151 † vnde ſicut lex contra fugientes præſumit, l.
lege Cornelia, §. præterea, ff. ad Syllanian. Felin. in
152 c. nullus fallens. 4. de præſumptionib. ita † pro
innocentia remanentium benè ſuſpicatur; l. quis
ſit fugitiuus, §. 1. vbi Bart. ff. de ædilit. edicto, Al-
uiar. d. conſ. 353. num. 5. dicens, *Suſpicionem omnē
tius, qui læſæ Maieſtatis crimine fuit accuſatus, ex-
hui ſe quandò fugere potuit, non fugit*, Menoch. lib.
5. præſumpt. 48. num. 10. & ſeq. memorans præ-
clarum exemplum, relatum per Lucianum de
153 amicitia, † Demetrium, & Antiphilum ſacri-
legij accuſatos, carceri incluſos, liberatos à Præ-
fecto fuiſſe ob id, quòd è carcere, è quo alij aufu-
gerant, non receſſiſſent, cùm facere potuiſſent;
Nàm ſi ſe culpatum agnoſceret aliqualiter; id
vtique demonſtraſſet, nec extitiſſet ea tranquilli-
tate, & animi placabilitate, quam habebat; & ſuæ
conſcientiæ ſecuritas tribuebat, quando fuit cap-
tus à dicto Alcaldo; Nàm vt dixit Seneca epiſt.
154 97. † *Bona conſcientia prodire vult, & conſpici,
ipſas nequitia tenebras timet*. D. Hieronym. lib. 2.
epiſt. 9. *Bona conſcientia nullius oculos fugit*, An-
næus Robertus lib. 1. rerū iudicatar. c. 10. Marc.
Tullius in oratione pro Milone; cuius meminit
Menoch. lib. 2. præſumpt. 91. in fin. lib. 5. præſum.
48. num. 12. *Magna vis eſt conſcientiæ, Iudices &
magna in vtramque partem, vt neque timeant, qui
nihil commiſerint, & pœnam ſemper antè oculos pu-
tent, qui peccarint*, idem Marcus Tullius in ora-
tione pro Sexto Roſcio verſ. *Non ita multis*, text.
in c. præſenti, & in cap. in cunctis, 11. q. 3. Saluſtius
155 de coniuratione Catilinæ dicens. † *Namque ani-
mus impurus, Dijs, hominibusque infeſtus, nec vigi-
lijs, neque quietibus ſedari poteſt, ita conſcientia
mentem excitam vaſtabat*, Et in Iugurtino, *Rurſus
cæpit flectere animum ſuum, & ex mala conſcientia
digna timere*, Paccatus in Panegirico ad Imper.
Theodoſium. *Habet vires, habet neſcio, quos mens
ſcelerata carnifices, aut ipſa ſibi carnifex conſcien-
tia eſt*. Q. Curti. lib. 6. interrogans, *unde parricide,
& proditori tam alti quies ſomni, ſcelerati conſcie-
tia obſtrepente? cùm dormire non poſſunt, agitans
eos furiæ*: tex. in cap. ille Rex de pœni. diſtin. 3.
Iſidor. lib. 2. de ſummo bono, cap. 26. & cap. 30.
verſ. *Fruit bonæ*, Ioann. Andr. in dicta l. ſexti de-
cretal. tit. 15. poſt medium, Macrob. lib. in ſom-
nium Scipionis cap. 10.
156 † Eſt etiam indiciũ conſiderabile illius innocē-
tiæ, quòd in eius confeſſione tā prudentèr, & chri-
ſtianè declarauerit, quòd verum agnoſcebat, &
negauerit, quod ab eo alienum erat, non variādo,
aut miſcendo res alienas ab eo, quod tractabatur,
quòd in ſimili ponderat Hieronym. Gabr. conſ.
178. n. 27. tom. 1.

Et nè videatur, quòd ſub ſilentio tranſitur, etiā
quòd leuius eſt ex his, quæ ſunt imputata Ad-
miraſlo, quòd amicitiam, & ſpecialem commu-
nicationem habebat cùm quibuſdam grauibus
viris, & quòd ianuis clauſis colloqui, & conuerſa-
ri ſolebant, abſque famulorum interuentu,
157 † nam hoc vſu generali obſeruatur inter tales
viros, vt in colloquijs ipſorum teſtes non ſinant
adeſſe, arg. l. Titio cùm fundus ff. de condition.
& demonſtr. Ant. Gabriel. concluſ. 8. de crimin.
lib. 7. num. 36. cum ſeq. Franc. Burſat. conſ. 345. n.
40. lib. 4. Immò hoc ipſum eum commendat, cùm
vnus illorum eſſet Cōſiliarius ex maioribus cō-
ſilij Suæ Maieſtatis, quem propter eius ingentia
merita, & ſeruitia, ad Epiſcopatum præſentauit,
Alter Illuſtriſſimus Cardinalis Xauierre eius Cō-
feſſarius, aliæque perſonæ religioſæ, doctæ, &
principales, conſtitutæ in dignitate, graues, & ab
omni ſuſpicione alienæ, cum quibus Admirallus
158 amicitiam profitebatur, † cùm hoc ſit licitū,
& permiſſum, vt in ſimili ait Roland. à Valle conſ.
159 1. num. 85. vol. 3. Poteſt enim reſponderi, † quòd
Marcus Terentius eques Romanus in oratione,
quam fecit in Senatu Nàm ea tempeſtate, qua
Seiani amicitiam cęteri falsò exuerant, auſus
erat amplecti, ob id reus poſtulatus, poſtquàm
memoratus eſt, collegam patris, regendis præto-
rijs cohortibus, Vrbis, & militiæ munia ſimul
obeuntem, nullum aditum ad Imperatorē, quàm
eo mediante, inimicos ei metu, ac ſordibus conſli-
ctatos, eumque Claudiæ, ac Iuliæ familijs affini-
tate coniunctum, aliaque plura excuſatione di-
gna, ſubiunxit ſequentia verba. *Inſidiæ in Rem-
publicam, conſilia cædis aduerſum Imperatorem pu-
niantur, de amicitia, & officijs, idem finis, & te Cæ-
ſar, & nos abſoluerit*, Antonius Contius in dicta
l. famoſi ff. ad legem Iul. Maieſt. vndè Sidonius
Apollinar. lib. 1. epiſt. 7. Vincentio ait. *Hic quoq;
cumulus accedit laudibus Imperatoris, quod amare
palam licet, & capite damnatō*. Siquidem ſecùs fa-
cere nil aliud foret, quàm priuare hominea præ-
ſertim qualitatis dicti Admiralli medio, quo ma-
gis leuantur huius vitæ miſeriæ, Vt eſt conuictus,
colloquium, & confabulatio virorum Doctorum
expertorum, cum alijs ſimilibus: nec ferendum
eſt, quod amoto per Inquiſitiones audiendi, lo-
quendique commertio, memoria quoque ipſa
cùm voce intercidat, aut pereat, vt ex Cornel.
Tacit. in vita Iulij Agrippæ verſ. *dedimus* profe-
ctò mutuatus fuit Balduin. ad ll. de famoſis libel-
lis in principio.

Imò ex communicatione, & conuerſatione
dicti Admiralli cum perſonis ita eminentibus re-
ſultat alia comprobatio in fauorem dicti Admi-
160 ralli, † nam vt dixit D. Ambroſius, qui cum
ſapientibus congreditur, ſapiens eſt, Seneca epiſt.
95. ad Lucillum incipiente eam partem, quæ in
nouiori impreſſione eſt 94. dùm ait: *Nulla res
magis honeſta induit, dubioſque, & in prauum in-
clinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum viro-
rum conuerſatio, paulatim enim deſcendit in pecto-
ra, & vim præceptorum obtinet frequentèr audiri,
aſpici frequentèr, occurſus me Hercule ipſe ſapien-
tium iuuat, & eſt aliquid, quod ex magno viro, vel
tacente proficiat*. Et Prouerb. c. 13. dicitur, *qui cū
ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorū
161 ſimilis efficitur*. † Et Marc. Tullius lib. 1. offi-
cior. ait, *Omnium nulla præſtantior ſocietatum eſt,
nulla firmior, quàm cum viri boni moribus ſimiles
ſunt*

ſunt familiaritate coniuncti. Vndè hoc ponderauit
Caſſiodor.lib.2.variar.epiſt.3. *dicens, ab ipſis quip*
pe primordijs honoribus aggregatus, pueritiam ſuā,
quod eſt certiſſima probitatis indicium, glorioſiſſi-
mis viris æmula ſemper grauitate ſociauit, et poſt
domeſtica virtutis exempla ſumeret de publica au-
ctoritate conſtantiam. Præſtat enim decus amicitia
deſiderata potiorum, quam ſocietas bonorum morū
162 *callet infundere.* † Eſt enim viris ſapientibus
erga ſapientes affinitas quædam, vt ait Philoſtra-
tus lib.4.de vita Apollonij cap. 5. relatus per Si-
163 mancas lib.7.de Republ.cap.3. nu. 7. † Et quia
qualiſquiſque eſt, talium conſortio delectatur, vt
dicebat Philoſophus, à quo refert Maſcardus vol.
2.de probation.concl. 1068 num.6. Adam Keller.
164 lib.1.de offic.iurid.Politic. cap. 13. † Ideòque
optimi deligendi ſunt, quorum conſuetudine
virtutis aliquid accedat, vitij decedat, nulla enim
res magis animos in bonum, prauumque impel-
lit, reuocatque, quàm proborum, improborumq;
conuerſatio, paulatim enim mores deſcendunt, &
vim præceptorum obtinent, frequentèr enim
audiri, videri aliquid affricatur. Quid? quod in
magna probitate, ac improbitate aliquid ſit, quod
vel tacitus imbibas, nec quiſquam facilè dixerit
quantum hæc proſint quantùm obſint, Carol.
Scriban. in inſtit. politico christiano lib. 2. cap.2.
Simanc.de cathol.inſtitut.tit.50.num.14. & ſeqq.

Demùm non præiudicat Admirallo dicere,
quòd poteſt contra ipſum capi ſuſpitio in mate
ria libellorum, eò quòd inter ſcripturas eius fuit
reperta vna animaduerſionum factarum Reuer.
Patri Confeſſori Suæ Maieſtatis, & alia ſuper ce-
dula, ſeù chirographo, quod Sua Maieſtas con-
ceſſit in commendationem perſonæ, & ſeruitiorū
Don Roderici Calderoni; iàm vltra quòd prima
ſcriptura nullam irreuerentiam cōtinet, aut ver-
bum minus modeſtum contra Suam Maieſtatē,
nec contra vllum alium, imò manifeſtat intensū,
& affectuoſum deſiderium ſeruitij Suæ Maieſta-
tis, & quòd vt melius dirigeretur, adeſſet bona
correſpectiuitas inter Confeſſores illius, & Regi-
næ Dominæ noſtræ, & inter eoſdem, & ad eundē
finem cum D. Duce Lermæ, tanquàm primo, &
maiori miniſtro Suæ Maieſtatis, & quod cōſer-
uare dictum chirographum; & feciſſe ſuper eo
quaſdam interrogationes Doctori Lieuana, ſolū
165 concernit curioſitatem, † cuius excuſatio eſt
de conſilio, l. doli mali 19. in fin. ff. de nouatio. &
delegatio. Et licèt fuiſſet ſuper materia grauiori,
culpa carebat, ex traditis per Bald. in Rubr. de
conſtit.pecun.ad fin. & Nauarr. conſ. 7.de hæ-
retic.num.3.& 4 Burgos de Paz conſ. 13 num.4
& ſeq. Præſertim quia tunc temporis ſatis loquu-
tum eſt omnibus locis ſuper emiſſione dicti chi-
rographi, cenſentibus multis, quòd D. Rodericus
Calderon potentia, & fauore, quibus valebat il-
lud fuiſſet aſſequutus, de quo forſan poterat dici,
quod notauit Andr. de Barulo in l. 1. num.1. C. de
166 fundis limitrophis lib.11. ibi. † *Nota non valere*
reſcripta per potentiam impetrata, Et ſic facit contra
eos qui habent magnum locum in Curia, vt non va-
leant reſcripta Principis, vt ſupra de pet.bonor.ſubl.
167 *lege prima.* † quarè cùm dictæ ſcripturæ alte-
niſſimæ ſint à dictis libellis, non benè ex eis poteſt
ad illa illatio fieri, l. Papinianus exuli ff. de mino-
rib, l. fin. ff. de calumniatoribus, Roland. à Valle
conſ. 11. num. 24. & conſ.62. num. 48. lib.3. Ce-
phalus conſ. 204. num.56. & conſ. 281. nu.6. tom.
168 2. † Nec debent tales ſuſpitiones admitti, arg.
l. abſentem ff. de pœnis, verſ. *Sed nec de ſuſpitioni-*
bus. Apuleius Philoſophus Platonicus dicens, lib.
10. Metamorph. *veritatem criminum, fidemque*
probationibus certis inſtrui, nec ſuſpitionibus tantā
coniecturam permitti placuit, l. famoſi verſ. *hoc ta-*
men crimen, ff. ad l. Iul. Maieſtat. Iuo Carnot. epiſt.
169 105. † dicens, quòd ex conjecturis aliquem
condemnare nec vſus maiorum, nec vlla legum
concedit auctoritas, & epiſt. 280. Anaſtaſius Ger-
monius lib.3 de ſacror. immunitatib. cap. 11. nu.
72. Plinius Secundus lib. 3. epiſtol. 9. Cornelio
Minutiano. *Quæ ſicut implicita ſuſpitionibus, ita*
170 *non ſatis conuinci probationibus viſa eſt.* † Vt
cū in omni delicto, & pœna vt ſit locus, dolus præ-
cedere debeat, l. cùm autem 23. ff. de ædilit. edict.
Nec valet dici, quòd ex eo, quòd conſeruaret
memoriale animaduerſionum, habuerit animum
171 deſeruiendi Suæ Maieſtati, ſed contrarium, †
quia potiùs ad bonum, quàm ad malum habuiſ-
ſe præſumitur, Decius conſ. 171 Azeued. conſ. 40.
172 num. 26. † Et multi Reges, & Principes lau-
dauerunt, & magni habuerunt zelum etiàm eo-
rum, qui in præſentia admonebant illos, eorum-
que cenſebant opportuna, aut neceſſaria pro ip-
ſorum ſeruitio, & publico beneficio, laudatur
enim à Polycratic. lib. 6. de Curial. nugis cap. 24.
173 † Hadrianus Quartus, gratulatus, quòd fuerit
permiſſæ libertati illius, qui cœlo aſcenſus, ea,
quæ ſuo tempore egebant emendatione, retulit,
præcepiſſetque, vt quotiès ſiniſtrum aliquid de
ipſo, ſuis auribus inſonaret, hoc ei ſinè mora nū-
174 tiaretur. † Marcus etiàm Antonius Philoſo-
phus, vt refert Iulius Capitolinus in vita illius fa-
mæ ſuæ curioſiſſimus fuit requirens ad verum,
quid quiſque de ſe diceret emēdans, quæ benè re-
prehenſa viderentur. Petrus Andreas Canonhe-
rius in diſcurſ. polit. in Tacitum lib.2. pagin. 231.
Maſtrill. de magiſtratib. lib. 2. cap. 30. num. 43.
175 † Nàm cùm Principes non ſint velut Deus, cu-
ius eſt proprium opera omnia, tàm bona, quàm
mala perſpicere, dicente Diogene Laertio lib. 1.
in vita Thalet Philoſophi. *Non latet Deos homo*
malè agens, nec cogitans quidem, D. Auguſt. epiſt.
36. *Deus totus oculus eſt, quia omnia videt,* D. Gre-
gor. lib.2. moral. dicens, quòd Deus nunquàm
176 deeſt, & eſt vbiquè præſens, † debet Principi-
bus huius ſæculi dari notitia de rebus malis, quæ
fiunt, vt ipſas emendare, & punire prouidentèr
curent, vt dicitur Prouerbior. cap.20. *Rex, qui ſe-*
det in ſolio iudicij ſui, diſſipabit omne malum, cap.
Regum officium 23. q. 5. Roland. à Valle conſ.
20. num. 2. vol.2. Simanc. latè lib.3. de Republ. c.
4. num.4. & ſeq. Anton. Auguſt. lib. 10. de vet. iur.
Pontif. tit. 2.

Nec ex eo poteſt, aut debet dici, quòd qui fe-
cit, aut ſe iuuabit dictis animaduerſionibus con-
uenientibus miniſtris tàm grauibus, quibus Sua
Maieſtas confidit miniſtrare iuſtitiam in tribu-
nali

nali ſuæ regiæ conſcientiæ fuiſſent libelli famoſi, cum in rei veritate dirigerentur ad conſeruationem, & augmentũ famę, & reputationis Principis, bo niq; publici aſſequutionem res vtique, cui nullatenus applicari valent leges, quę in con-
177 trarium adducuntur; requiritur enim, quòd quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret, l. lex Cornelia §. ſi quis librum ff. de iniur. l. 1. C. de famoſ. libell. cap. ſi quis §. ſi quis 5. q. 1. Conrad. Brun. tract. de ſeditioſis cap. 11. nu. 9. l. itém apud §. generalitèr ff. de iniur. Balduin. in commentar. ad leges de famoſis libellis verſ. *ſanè*, Alexand. ab Alex. lib. 6. dierum genialium cap. 10. quarè ceſſat in prædictis omnis culpa in dicto Admirallo.

SVMMARIVM.

1 Delictum vbi non eſt, ceſſat pœna.
2 Lex 1. C. ſi quis Imperatori maledixerit ponderatur.
3 Regium eſt mali audire, cùm benè feceris.
4 Dauid, & ſucceſſores iniuriis non ſe vindicarunt.
5 Apum Rex aculeum nõ habet, exemplum magnis Regibus.
6 Regalis ingenii mors eſt in præſentium contumeliam amiſſa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, a quibus iam audiendi periculum non eſt.
7 Princeps, qui pareit, & iniuriæ in ſe iactatæ indulgentiam præſtat, laudatur.
8 Auguſto Cæſari parentis nomen datum, quod inter alia contumelias non vindicaret, & dare pœnas videretur cùm exigeret.
9 Principi læſo nihil glorioſius, quàm iniuriam impunitam relinquere.
10 Alphonſus Rex Neapolis dicebat, Principis eſſe benefacere, & malè audire.
11 Iniuriam pati, & non vlciſci magni animi eſt, & Principi læſo nil glorioſius, quàm parcere, & num. 12.
13 Delictis ſuis deſiderans ignoſci, debet aliis parcere.
14 Fortunam magnam, magnus decet animus.
15 Regibus nil magis decet, quàm animi moderatio.
16 Ægyptii in ſceptris Regum Cucuphum, ſeu Ciconiã ponebant, & Hippopotamum, & quid hoc ſymbolum ſignificaret.
17 Mæcenas conſuluit Auguſto, nè vlciſceretur iniurias.
18 Excandeſcentia, & ira non in pares, ſed in meliores ſolet exiſtere.
19 Valerii Maximi exemplum de Piſiſtrato, qui maledico pepercit recenſetur.
20 Iulius Cæſar, & Auguſtus, quòd conuicia non vindicarint, laudantur, & nu. 23.
21 Claudius Cæſar dictorum, factorumq; in ſe veniam dedit.
22 Nero Imperator conuicia in eum facta prohibuit pœna affici.
24 Iulius Cæſar, quòd nil obliuiſceretur, niſi iniurias, laudatur.
25 Contumelia ſe dignum videri facit, qui vult ea probari indignus.
26 Traianus Imperator laudatur, qui metum Maieſtatis criminis ſuſtulit.
27 Pertinax Imperator quæſtionem maieſtatis penitùs ſuſtulit.
28 Adrianus Imperator Maieſtatis crimina non admiſit.
29 Principes, qui ſæuierunt propter offenſam Maieſtatem, non fuerunt a tyrannide alieni.
30 Honorius, & Arcadius vt conſeruarent Imperiũ vi occupatum, edidere l. quiſquis C. ad l. Iuliam maieſt.
31 Maieſtatis læſæ crimen non committitur ex verbis ſolis etiam multum iniurioſis, & impiis, & num. 32.
33 l. famoſi ff. ad leg. Iuliam maieſt. ponderatur.
34 Legem Iuliam Maieſtatis, & illius pœnam extendere ad offenſam verborum, inhumanum eſt.
35 Verba non pertinuiſſe ad crimen læſæ Maieſtatis probatur.
39 Crimina eſſe diuerſa in iure arguitur à diuerſitate rubricarum.
37 Sortilegium differt ab hæreſi, quia ſub diuerſo titulo eſt.
38 Caput fœlicis de pœnis lib. 6. non procedit in iniuriante verbis Cardinalem.
39 Vitia factorum magis ſunt reprehendenda, quàm verborum.
40 Dictum hominis aliquandò profertur magis iactatione, quàm vt authoritate roboretur.
41 Iniuria adhùc dicitur verbalis, quæ in ſcriptis eſt redacta.
42 Libellum famoſum non pertinere ad crimen læſæ Maieſtatis.
43 Gloſ. verbo parcendum in l. famoſi ff. ad leg. Iul. maieſt. declaratur.
44 l. lex Cornelia ff. de iniur. non agit de crimine læſæ Maieſtatis.
45 Lex debet intelligi ſecundùm rubricam, ſub qua ſita eſt.
46 Teſtes minus idonei non admittuntur ad probandum verba maledica, aut immodeſta in Principem prolata.
47 Extenſio fieri non poteſt in materia exorbitanti, & pœnali.
48 Teſtes minus habiles licèt admittantur in probando delicto principali læſæ Maieſtatis, non tamen in adminiculis.
49 Lex 4. tit. 13. part. 2. intelligitur.
50 Intellectus l. 17. tit. 13. par. 2.
51 Iniuria facta ipſi Principi præſenti atrocior reputatur.
52 Vaſallus infauſtas voces aduerſus Dominũ emittens, quandò priuetur feudo.
53 Intellectus l. fin. tit. 13. par. 2.
54 Intellectus l. 11. tit. 26. lib. 8. nouæ recopil.
55 Principis honor in magna veneratione eſt habendus.
56 Principis honor in contumeliam cuiuſquam verti non debet.
57 Innocentes abſolui, publicam vtilitatem continet.
58 Familiarum dignitatem ſaluam eſſe, intereſt Reipublicæ.

59 Prin-

59 *Principis benigni eſt ad clementiæ commodum tranſilire terminos æquitatis.*
60 *Hiſpaniarum Reges Catholici fuere clementiſſimi, & præ cæteris Dominus noſter Rex Philippus Tertius.*
61 *Bona vita inquiſiti, & ſeruitia impenſa Regi, & Reipublicæ debebant pœnam minuere, etiàm ſi deliquiſſet.*
62 *Iuſtitiæ non derogatur, ſi Iudex pœnam legalem remittat delinquenti, qui multùm ſeruiuit Reipublicæ.*
63 *Ionathas filius Saul, qui contra edictum Regis comederat antè veſperum liberatus fuit, quia Philiſteos deuicerat illo die.*
64 *Mardochei ſeruitium factum Regi Aſſuero, qualitèr fuerit remuneratum.*
65 *Liberi licèt in aduerſa valetudine nihil à ſeruis differant, molliùs tamèn tractantur à Medicis.*
66 *Carceratio longa inquiſiti cauſa eſt temperandi pœnam.*
67 *Cognitoris indignatio nil debet à iuſtitia deflectere, maximè contra perſonas inſignes.*
68 *Pœnæ ſunt reſtringendæ.*
69 *Iudices debent eſſe promptiores in abſoluendo, quā in condemnando.*
70 *Deus gubernat conſilia eorum, qui clementem, & humaniorem ſententiam dicunt.*
71 *Iudices debent miſericordiam habere, quæ iuſtè conſulit.*
72 *Deus quoſdam in aliorum poteſtate eſſe permittit, vt ſub æqua moderatione ſeruentur.*
76 *Cenſura aliquandò intermiſſa plus prodeſt.*
Principes terreni debent imitari cæleſtem, eodem numero.
74 *Diuinitatis natura clemens eſt, & magis ad clementiam, quàm ad vindictam prona.*
Iuſtus nimis non debet quis eſſe, & quarè, eod. nu.
75 *Sententia abſquè miſericordia non meretur dici ſententia.*
76 *Moderatio debet temperare iuſtitiam.*
77 *Aequitas, & humanitas opponitur ſeueritati, velut theriaca contra venenum.*
78 *Sulpitius orator cōmendatus à Marco Tullio, quòd iuris ciuilis rationem nunquàm ab æquitate ſeiunxerit.*
79 *Iura maximè ſequuntur æquitatem.*
80 *Summum ius dicitur ſumma iniuria, & quarè.*
81 *Aequitas præfertur rigori.*
82 *Aequitas eſt directio iuſti legalis.*
83 *Aequitas, & iuſtitia eſt neruus imperij, & quarè.*
84 *Ignoſcendi cauſæ quærendæ ſunt, non puniendi occaſiones.*
85 *Lænitas miſcenda eſt cum ſeueritate.*
86 *Seueritas, & clementia, æquitas, & rigor non contradicunt iuſtitiæ.*
87 *Gothi ſymbolum Regis apem habuere, quia moderator populorum cum iuſtitiæ aculeo, clementiæ mel debet habere.*
88 *Securim faſcibus, ſeù virgis colligatā, quarè apud Romanos habuerint maiores magiſtratus.*
89 *Principum potiùs eſt indulgere, & habere clementiam, quàm exercere rigorem.*

PRO

Eodem Dom. Admirallo Aragonum.

Quòd Admirallus non incidit in pœnam aliquam ex his, quæ de iure ſunt impoſitæ contra maledicentes Principi ſuo, aut offendentes eius Maieſtatem, vel reuelantes ipſius ſecreta, & quòd paſſus fuit inſons, & ſinè culpa, ſuamq; Maieſtatem debere pro ſua iuſtitia, & pietate decernere, & iubere, quòd abſoluatur, & ſatisfiat illi læſio, & damnum, quod paſſus eſt in bonore ex cauſa ſuæ carcerationis factæ ſub titulo, nomine, & demonſtrationibus viſis in perſona vniuerſalitèr nota in his Regnis, & apud alias etiàm remotas Nationes.

ARGVMENTVM.

Principis clemētia commendatur, fundaturq; Maieſtatis læſæ titulum, non debere ſumi in occaſionem ad opprimendū virum de ſuo Principe, ac Republica benemerentē. Et quandò verba minùs modeſta poſſint trahi, vel non ad crimen Maieſtatis læſæ.

CONSILIVM CLXIV.

CVM liber, & innocens reperiatur dictus Admirallus ab omnibus delictis, quæ ill. ſunt imputata ſub nomine, & titulo Maieſtatis læſæ, ſuperuacuum foret particularitèr agere de pœnis, quæ communi iure, & lègibus horum Regnorū ſtabilitæ ſunt aduerſus eos, qui
1 verè admiſiſſent dicta delicta, cùm ſit ita, † quòd vbi delictū deeſt, ceſſat omnis impoſitio pœnæ, l. ſancimus C. de pœnis, latè Iaſ. in l. iuſiurandū, quod ex conuentione §. fin. nu. 23. ff. de iureiur. Cæpoll. in auth. ſed nouo iure nu. 70. C. de ſeru. fugitiu. Hippol. conſ. 8. lib. 1. Carrer. in praxi crimin. tract. de homicid. §. & nota doctrinam num. 10. ſed quia tempore relationis iſtius cauſæ coram Dominis Iudicantibus factę apparuit, inſtantiam fieri, aſſerendo, quòd materia verborum, quæ falsò voluerunt imputari dicto Admirallo, deberet iudicari velùt res Maieſtatis læſæ, quàmuis inſons, & liber reperiatur, & abſque neceſſitate ſe purgandi, aut exonerandi ſuper eo, conueniens duxi, vt nubecula iſtius opinionis exterminetur, præſupponere notabile exemplum
2 † Imperatoris Theodoſij in l. 1. C. ſi quis Imperatori maledixerit, cuius inter alias virtutes rara

huma-

humanitas ſuiſſe leg tur, vt Rufino Præfecto Prę-
torio conſtitutionem ſuo, & filiorum Cæſarum
nomine emiſſam tranſmiſerit, qua ignoſceret iis,
qui Imperatori obtrectaſſent, rationem reddens:
*quia ſi ex lenitate id proceſſit, contemnendum, ſi ex
inſania, miſeratione dignum, ſi ab iniuria, remitten-
tendum*, vt ponderat in propoſito Marc, Anton.
3 Eugen. conſ. 79. nu. 36. & ſeq. vol. 1. † nàm vt An-
tiſtenes Philoſophus apud Diogenem Laertium
ait, Regiū eſt malè audire, cùm beneſeceris, For-
catulus lib. 6. de Gallorum Imperio, & Philoſo-
phia, Vinc. Gramigna lib. 2. de regim. Regio cap.
12. pag. 191. Gregor. Lopez in l. fin. tit. 2. par. 7.
gloſ. vltim. Menoch. lib. 2. de arbitrar. caſu 377.
num. 2.
4 † Vndè cùm Dauidi conuitiaretur, Semei filius
Gemini taccbat, & quamuis ſeptus armatis non
retorquebat conuitium, non vltionem quærebat,
eoſque dicentes ibi, Saruiæ filio, quod vindicare
in eum vellet, non permiſit, vt ex diuina ſcriptu-
ra 2. Reg. cap. 16. tradit Sanctus Ambroſius lib. 1.
5 officior. cap. 16. meritòque, † nàm vt inquit Se-
neca lib. 1. de clementia c. 19. in apibus Rex ipſe
ſinè aculeo eſt, exemplar hoc magnis Regibus
6 ingers, & lib. 6. de benefic. c. 32. protulit, † *Rega-
lis ingenij mos eſt in præſentium contumeliā amiſſa
laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à qui-*
7 *bus tàm audiendi periculum non eſt*; † laudatur
enim, & hortatur Princeps, qui parcit, & iniuriæ
in ipſum iactatæ indulgentiam præſtat. gloſ. in
cap. 1. verbo *vlciſci* de poſtul. Prælator. Laurent.
Calcan. conſ. 2. nu. 58. & latè idem Seneca lib. 1.
8 de clementia c. 20 † idemque c. 10. dixerat: *Benè
Auguſto conueniſſe parentis nomen nullam aliam
ob cauſam, quàm quod contumelias quoque ſuas,
(quæ Principibus acerbiores eſſe ſolent, quam iniu-
riæ) nulla credulitate exequebatur, quod probroſis
in ſe dictis arriſit, quod dare illum pœnas appare-*
9 *bat, cùm exigeret.* † Idemq; Seneca d. lib. 1. dicto
cap. 20. nihil Principi læſo glorioſiùs, quàm pro-
priam iniuriam impunitā relinquere, cuius me-
minere Ioannes Igneus in l. fideicommiſſum nu.
38. ff ad Senat. Conſ. Syllan Iſern. in c. 1. § porrò,
tit. quæ fuit prima cauſa benefic. amitten Tiber.
10 Decian. tom. 2. tract. crim. c. 35. nu. 14. † & ita
Alphonſus Rex Neapolis, vt refert Ant. Panorm.
de factis, & dictis illius dicere ſolebat, Principū
eſſe benefacere, & malè patientèr audire, Iacob.
Middendorp. in queſtionib. theolog. & polit. Petr.
Andr. Canonher. in diſcurſib. polit. in Cornelium
Tacitum lib. 1. c. vlt. idem Seneca lib. 1. de clem.
11 c. 20. † dicens, magni animi eſſe iniurias in ſum-
ma potentia pati, nec quicquàm eſſe glorioſius
Principe impunè læſo, & lib. vnic. de conſolat. ad
12 Martiam cap. ait, † *Nihil quicquàm pulchrius
exiſtimo in faſtigio collocatis, quàm multarum rerū
veniam dare nullius petere*; nàm vt Agapetus de
13 officio Regis pag. 63. dixit: † *Si delictis tuis igno-
ſci deſideras, his etiàm qui te offendunt veniā dare
non detrectes, quoniàm remiſſioni retribuitur remiſ-
ſio, & cum directa. ac conſulta cum cōſeruis noſtris
gratia reſarcitur Dei amicitia, & familiaritas re-
conciliatur*, Matth. c. 24. Canonher. lib. 2. diſcurſ.
in Cornel. Tacit. pag. 231. idemque Seneca totiès
14 repetitus d. lib. 1. de clementia c. 6. dixit: † *Ma-
gnam fortunam, magnus animus decet, cuius eſt
proprium placidum eſſe, tranquillumque, & iniu-
rias, atquè offenſiones ſemper deſpicere*; Ludouic.
Gilhauſen in arbor. criminal. tit. 3 nu. 2.
15 † Vndè Celius Calcagnin. in Apolog. pro Al-
phonſo Duce Ferrariæ ad Iulium Secundu pag.
137. ait: nihil eſſe, quod Reges, & Principes ma-
gis deceat, quàm animi moderatio, & continen-
tia, vt quantū cæteros imperio, & poteſtate præ-
cellunt, tantùm ſibi ipſis humanitate, & facili ani-
16 mi inductione dominentur, † qua cauſa, & in
ſceptris Regum Ægyptij cucuphum auem, quā
nos ciconiam putamus ſubiecto Hippopotamo
ſuperimponebant, quòd pietas impietatem, cle-
mentia inclementiā debeat ſupprimere, quo rei,
& natura teſtimonium attulit, quæ quùm apibus
aculeos dederit, eum ſolis Regibus ademit, quaſi
ſolis illis inhoneſtum ſit iraſci, inhoneſtius iram
exercere, Ioan. à Cholier in theſaur. polit. apho-
riſmor. lib. 5. c. 8. nu. 5. qui ex Dione Caſſ. lib. 52.
17 refert, † quod magnus ille Mœcenas ad Augu-
ſtum dixit, *Conuicia vlciſci non debes; turpe enim
fuerit te credere inuentum, qui te neminem læden-
tem omnibus benefacientem ignominia affeceris, idq;
ſoli mali credunt Principes, quos ad fidem dictis ha-
bendam conſcientia monet. Denique iniquum eſt, ea
velle ægrè ferre, quæ ſi vera ſint, præſtat non admi-
ſiſſe, ſin falſa diſſimulare*; quibus adiungitur Philo-
ſoph: monitum ad Alexandrum Magnum, cuius
indignationem placare volens ſcripſit ad eum.
18 † *Excandeſcentia, & ira non in pares, ſed in me-
liores exiſtere ſolet, tibi vero nemo par eſt*, cuius me-
minit Ælian. lib. 12. de varia hiſtoria, cui non eſt
alienum, quod tradit Senec. 1. de clement. cap. 6.
Non decet Regem ſæua, nec inexorabilis ira.
19 † Et comprobatur ex his, quæ tradit Valer.
Maxim. lib. 5. c. 1. §. de Piſiſtrato, *Quod cùm Thra-
ſippus concitata temulentia impetu euectus, os eius
ſputo reſperſiſſet, nec tamen in vindictam ſui valuit
accendere, quin filios ſuos violatæ patris maieſtati
ſubuenire cupientes retraxit, poſtero quoque die
Thraſippo ſupplicium à ſe voluntaria morte exigere
volenti, venit ad eum, dataq; fide in eodem gradu
amicitiæ manſurum ab incepto reuocauit*; latè Me-
noch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 377. nu. 1. 2. 22.
& ſeqq. & quòd in hoc adſit boni prudentiæ ra-
tio oſtendit Cornel. Tacit. referens orationem,
quam fecit Cremutius Cordus, de qua lib. 4. an-
20 nalium pag. 159. dùm ait. † *Antonij epiſtolæ Bruti
conciones falſa quidem in Auguſtum probra, ſed
multa cum acerbitate habent, carmina Bibaculi, &
Catulli referta cōntumelijs Cæſarum leguntur ſed ipſe
Diuus Iulius, ipſe Diuus Auguſtus & tulere iſta, &
relinquere, haud facilè dixerim moderatione magis,
an ſapientia. Nàmque ſpreta exoleſcunt, ſi iraſcare
adgnita videntur, non attingo Græcos, quorum nō
modo libertas, etiàm libido impunita aut ſi quis ad-
uertit dictis dicta vltus*, Balduin. d. comment. de
famoſis libellis pag 10. Frechor. de exiſtim. lib. 2.
21 c. 8. nu. 7. & 8. † Suetoniuſq; in vita Claudij Cę-
ſaris dicit c. 11. *Omnium itaq; factorum dictorumq;
in eo veniam, & obliuionem in perpetuum ſanxit, ac
22 præſtitit.* † Tiraquell. etiàm de pœnis temper.
in præfat. num. 19. refert, Neronem conuicta in
eum facta prohibuiſſe pœna affici, Steph. Grat.
tom. 1.

23 tom.1.diſcept. forenſ. c.185.nu.47. † audiamus
etiàm Suetonium in Cæſare cap.75. *Si quæ cogi-
tarentur grauiùs aduerſum ſe, aut dicerentur inhi-
bere maluit, quàm vindicare*, Carol.Scrib.in inſtit.
24 polit.chriſtian.tom.1. c.45. † ſic Iulius Cæſar à
Cicerone laudatur, quòd nihil obliuiſci ſoleret,
niſi iniurias, quia excelſi animi eſt nunquàm irri-
tari iniuria, nec ſe ſentire percuſsũ, Petr.Ærod.
25 lib.7.rerum iudic. tit.1. cap.1. † facit enim ſe
dignum contumelia videri, dùm vult ea indignus
probari, D.Ambroſ.lib.1.cap.6.Caliſtus Ramir.
26 tract.de lege regia §.7. nu.24. † Pliniuſq; in Pa-
negyrico ad Traianum ait, eum huius criminis
metum ſuſtuliſſe contentum magnitudine, qua
nulli magis caruerunt, quàm qui ſibi maieſtatem
27 vindicarunt. † Et Iulius Capitolinus de Pertina-
ce in ipſius vita ait: *Quæſtionem maieſtatis penitus
ſuſtulit cum iure iurando, reuocauit etiàm eos, qui
deportati fuerant crimine Maieſtatis eorum memo-
28 ria reſtituta, qui occiſi fuerant*, † Et Spartanus de
Hadriano ait, *Maieſtatis crimina non admiſit, ſci-
licèt*, Hadrianus, & Alexander Mammæ.in l.1.C.
ad l. Iul. Maieſt. etiàm ex alijs cauſis ceſſare ſuo
ſeculo dixere, Anton.Cont. in d.l.famoſi ff.eod.
tit.Igneus in l.fideicommiſſum nu.38. ff.ad S.C.
29 Syllan. † dicens, quòd hi Principes, qui ſæuierũt
propter offenſam eorum Maieſtatem non fue-
30 runt à ſuſpitione tyrannidis immunes; † nàm
Honorius, & Arcadius cùm vi occupaſsẽt Impe-
rium, vt faciliùs vſurparent, & firmarent, edide-
runt l.quiſquis C. ad l.Iul.Maieſt. quam vt me-
minit Bodęus in l.1.verbo *Maieſtas* ff.eodem tit.
antiquauit, ſeù abrogauit alia mox noua l.edita à
Iuſtiniano poſita in tit. C.de pœnis, quæ incipit
ſancimus, Ioan.Igneus in l.ſi de pluribus num.12.
31 ff.ad S.C.Syllan. † & idem Cornel.Tacit. lib.1.
annal.tractans, qualitèr in iudicio læſæ Maieſtatis
non veniebat, neq; comprehendebatur, quod re-
ſpiciebat verba, inquit. *Legem Maieſtatis redu-
xerat, cui nomen apud veteres idem, ſed alia in iu-
dicium veniebant, ſi quis proditione exercitum, aut
plebem ſeditionibus, deniq; malè geſta Republica
Maieſtatem Populi Romani minuiſſet, facta argue-*
32 *bantur dicta, impunè erant.* † Et ita quòd crimen,
quod conſiſtit in verbis, non dicatur læſæ Maie-
ſtatis, etiàm ſi verba fuiſſent admodùm iniurio-
ſa, & impia aduerſus Regiam Maieſtatẽ, conſtat,
quia tanquàm diuerſa, & ſeparata ponuntur in
diuerſis titulis, ſcilicèt in tit.C.ad l.Iul.Maieſt.&
C.ſi quis Imperatori maledixerit, & in l.1.tit.2.
part.7.& l.fin.eod.tit.& partit.Hiero.Gig.tract.
de crim.læſæ maieſt.q.40.nu.9.& 10.poſt Crau.
d.conſ.6.nu.1.& 9.Tiber.Decian.tom.2.lib.7.c.
50.tit.ſi quis Imperatori malexixerit nu.1. Frãc.
Burſat. conſ.28.Thom. Gram. conſ.224. Marc.
Ant.Natta conſ.592.nu.23. Maſcard.de probat.
tom.1.concl.462.nu.35.vbi tenent, veriſſimam
eſſe ſententiã, quòd quis propter verba iniurio-
ſa, & maledica prolata de Principe, non incidat
in crimen læſæ Maieſtatis, ſed puniri debere iux-
ta diſpoſitionem d.l.vnic.C.ſi quis Imper.male-
dixer.arbitrio eiuſdem habita ratione qualitatis
perſonæ verba proferentis, & quam ob cauſam
Baiard.ad Iul.Clar.in §.læſæ Maieſtatis nu.10. &
21.Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 377.Ludou.Gil-
hauſen.in arb.crim.tit.3.de maledictione in per-
ſonam Principis num.5.Didac.Perez in l.3.tit.8.
lib.8.ordin.Maſcar.de probat.vol.1.q.462. n.35.
cum ſeq. D.Præſes Couar.lib.1.variar.reſol.c.6.
nu.5.in fin.verſ.*ſed & quintò*, reprobans Ananiam
in cap.1.nu.5.de maledicis, ſequitur Duaren.qui
eandem ſententiã tenet in tit. ad leg. Iul. Maieſt.
in c.2.in fin.Cuiac.in notis ad Iuliũ Paulum lib.5.
recept.ſentent.tit.29. Cæſar Vrſill. ad Matth.de
Afflict.decíſ.268.nu.66.Franc. Burſat.conſ.147.
nu.20.lib.2.& licèt ibi probare conetur, hoc fuiſ-
ſe nouitèr introductum per Iuſtinianum in com-
pilatione Codiin d.l.1.C.ſi quis Imper.maledix.
33 coneturq; emendare verba † l.famoſi ff.ad l.Iul.
Maieſt. ibi. *Neque lubricum linguæ ad pœnam fa-
cilè trahendum eſt, quamquã enim temerarij digni
pœna ſint, tamen vt inſanis illis parcendum eſt, ſi
non tale ſit delictum, quod vel ex ſcriptura legis de-
ſcendat, vel ad exemplum legis iudicandum ſit*; quæ
ponderarunt Gigas vbi ſupra q. 52.nu.10. Me-
noch.conſ.402.nu.9.Io.Cæphal.conſ.437.nu.52.
Decius conſ.265.nu.6.tom.1. Ouid.de Amic. de
iure emphit.q.88.nu.3. P.Gregor.lib.35.ſyntag.
iur.c.8.nu.1.& 4.Alex.conſ.15.nu.8.lib.3. Ludo.
Gilhauſen.in arbor.crimin.tit.3.num.1.& 4.vbi
adducit Franc.Lucan.tract.de Fiſco, & eius pri-
uilegijs p.2.princ. cap.de crim.læſæ Maieſt.nu.
5.Boſſ.trac.cauſar.crim.tit.de iniur.nu.34.Boer.
34 tract.de ſeditioſis §.4.iuxta prædicta n.1.† nàm
extẽdere pœnam læſæ Maieſtatis ex facto ad of-
fenſionem, quæ verbis tantùm fieret, inhumanũ,
& durum viſum fuit Iuriſconſultò, vt ponderat
Aloyſ.de Leo in d.l.1.nu.5. C.ſi quis Imper.ma-
ledixer. & ita Iuriſconſultus non admittit intel-
lectum, aut emendationem, quam illi voluit Cu-
iacius tribuere, dicens, Tribonianum *Iuris ciui-
lis* compoſitorem mutaſſe verba *dictæ legis*, ad-
hærendo iuri nouo, de quo per Iuſtinianum in
d.l.1. C.ſi quis Imperatori maledixerit, quia non
licuit Cuiacio, nec alteri cuicunq; Doctori pro
difficultate fugienda literam textus immutare,
cùm apud Iuriſconſultos videamus, crimen hoc
læſæ Maieſtatis ad factum referri, non ad verba,
nec rem tàm magnã omiſiſſent, ſi ex verbis cri-
men læſæ Maieſtatis cõtraheretur, vt arguit text.
in l.ſi quis fortè ff.de pœnis, & conſtat etiàm ex
l.3.ff.ad l.Iul.Maieſt. quæ vtitur verbis, *qui Ma-
ieſtatem publicam læſerit*, Papinian.in l.8.Paul.in
l.pen.eod.tit. nec locus Iulij Pauli d. tit. 29. re-
pugnat, quia ſimilitèr ibi ad factum, non ad ver-
ba huiuſmodi crimen refert, cùm in fine dicit:
*quòd crimen non ſolum facto, ſed & verbis impiis
maxime exacerbatur*; intelligendus eſt, vel quãdò
verba impia ſunt coniuncta cum facto, quo caſu
crimen exacerbatur, ſeù augetur, vel quãdò ver-
ba ex ſcriptura legis deſcendunt, ideſt in ea no-
35 minatim exprimuntur, † vt dicit Modeſtin. in
d.l.famoſi in fin. vbi Anton. Contius mirabilitèr
hoc confirmat dicens: *Super illis verbis nec lubri-
cum linguæ ad pœnam facilè trahendum eſt, rectè,
nàm nec dicta ante Auguſtũ ad crimen Maieſtatis
pertinebant, vt dictum eſt, addidit facilè propter ſe-
quentem exceptionem, ſi non tale ſit delictum, quod
ex ſcriptura legis deſcendat, vel ad exemplum legis
vindicandum ſit, Græci exemplum proferunt, velut*

ſi quis

ſi quis dixerit, Principem non eſſe orthodoxum, cæ-
terùm extra hanc exceptionem ſeruanda erit lex ſin-
gularis Imperatorum Chriſtianorum poſita in Codi-
ce, titulo ſi quis Imperatori maledixerit, his verbis,
Imperatores Theodoſius, Arcadius, & Honorius
36 *A.A.A. Ruſino P.P.* † Et ſic à ſeparatione ti-
tulorum arguitur eſſe diuerſa crimina per Ol-
drad.conſ.310.col.1. vbi ait, quòd ſortilegium
non dicitur hæreſis, quia ponuntur ſub diuerſis
37 titulis Gemin.conſ.54.col.2. † Abſurdum enim
eſſet parem pœnam eſſe dicentis, & facientis, vt
ait Crau.d.conſ.6.num.4. Bernard.Diaz in praxi
38 crimin.canon.cap.66.nu.3. † dicens in terminis
cap. fœlicis de pœnis lib.6. non eſſe credendum,
Romanum Pontificē, qui tàm graues pœnas in-
flixerit inſequentibus hoſtiliter, vel percutienti-
bus Cardinalem, voluiſſe eas omnes pati illum,
qui ſolis verbis quantùmuis contumelioſis Car-
dinalem offenderit, cùm verbalis iniuria quan-
tùmuis grauis Cardinalibus illata, mitioribus
pœnis, & ſatis cōdignis poſſit ſufficientèr emen-
39 dari, † quia vitia morum, & factorum magis sūt
reprehendenda quàm vitia verborum, vt in cap.
40 quàmuis, & cap. ſed licèt 38. diſtinct. † nàm vt
inquit Alberic. in d.l.famoſi nu.3. dictum homi-
nis aliquandò magis iactatione profertur, quàm
aliqua opinione, & authoritate roboratur, cap.
41 deindè 26.diſt. quod in tantùm eſt verū, † quòd
iniuria non egreditur terminos verbalis iniuriæ,
eò quòd in ſcriptis ſit redacta, vt concludit Ro-
man.conſ.378. in princ. vbi Mandoſ. in additión.
Andr.Gaill.lib.2.obſeruat.104.num.1. Aufrer. ad
Capell.Tholoſ.deciſ.127. in fin. per text. in l.lex
Cornelia §. ſi quis librum ff. de iniur. vbi Iuriſ-
conſultus parificat per omnia tàm quoàd pœ-
nam, quàm quoàd qualitatem delicti, iniuriam
verbo prolatam, vel in ſcriptis redactam, cap.
conſtitutionem, & cap. quàm periculoſum de
ſentent.excommun. lib.6. ſequitur Plotus in l. ſi
quandò num.730. C.vnde vi, & plures, quos citat
42 Burſat. conſ.94. nu.5. par.1. † & in terminis li-
belli famoſi contra Principem, vt non ſit crimen
læſæ Maieſtatis, tradit Duaren. in cap.2. ad l.Iul.
Maieſt. in fine, & ſentiunt ſupra citati, qua multò
magis procedent, cùm dictus Admirallus nec
ſcripto, nec verbo Regiam Maieſtatem vnquàm
læſerit.
Nequè obſtat glo. in d.l.famoſi, verbo *parcen-*
dum ff. ad leg. Iul.Maieſt. verſ. *alij*, quia non eſt
43 vera, & intelligenda venit † ſecundùm iura per
ipſam allegata, iuxta doctrinam Bart. in l.non ſo-
lùm §. liberationis verba num.7. ff. de liber.legat.
Cephal.conſ.92.nu.32. & conſ.116.nu.10.tom.1.
Ioan.Gutier. lib.1.pract. quæſt.2.nu.22. & qua-
tenùs illa gloſa ponderat d.l.famoſi, verb. *ex ſcri-*
ptura, idem tex. contrarium probat in verſ. *finali*,
44 & verbum *ex ſcriptura* alium ſenſum habet, † &
quatenùs citat l. lex Cornelia ff. de iniurijs, nil
ad propoſitum confert, quia non tractat de cri-
mine læſæ Maieſtatis, ſed de libello famoſo, ex-
plicando ſecundam partem rubricæ, quæ eſt de
45 famoſis libellis, † iuxta quam eſt intelligenda
ex l.Imperator ff. de in diem addict. Bart. in l.ius
emphyteuticarium nu.2. C. de fundis patrimo-
nialibus lib.11. Paul.Caſtrenſ.conſ.400.nu.4.par.
1. Caſſador.deciſ.11. de reſcript.nu.2. Aldobran-
din. in §. ius autem nu.16. Inſtit. de iure naturali,
Molin.lib.1. de primogen.c.12.nu.28.
46 † Quod etiàm procedit reſpectu non admit-
tendi teſtes minus idoneos ad probandum ver-
ba immodeſta, ſeù maledica in Principem pro-
lata, vt probat Aym. d.conſ.6.nu.9. & ſeqq. què
refert, & ſequitur Maſcard. tom.1. de probation.
concl.462. nu.35. & ſeqq. Tiber.Decian. tom.2.
47 lib.7. cap.50. nu.45. † nàm cùm ſimus in mate-
ria exorbitanti, & pœnali, non poteſt extenſio
fieri ex doctrina Bart. & omnium in l.ſi conſtan-
te ff. ſolut.matrim. Paul.Æmil. deciſ.Rotæ 297.
nu.2.par.2. vndè idem Bart. in l.in quæſtionibus
ff. ad leg.Iul.Maieſt. reſoluit, quòd illud vulgare,
48 † quòd teſtes aliàs inhabiles habilitantur in cri-
mine læſæ Maieſtatis, solùm procedit, quandò
tractatur de probando principali delicto, non
verò ſi tractetur de probandis adminiculis, Dec.
conſ.410.nu.15. Tiber.Decian. tract.crim. lib.7.
c.45. de probat. in crim. læſę Maieſt. n.2. & multò
fortiùs vbi nō tractatur de probādo tali crimine,
ſed de probandis verbis iniurioſis, vt non ſint ad-
mittendi teſtes inhabiles, ſed omni exceptione
maiores, proùt in alijs delictis, & ita teſtes in
iſta cauſa examinati hac etiàm de cauſa non ef-
ficiunt probationem.
49 † Non obſtabit lex 4. tit.13. par. 2. ibi: *ca el*
pueblo que diſama à ſu Rey, diziendo mal del, por-
que pierda buena prez, y buena nombradia, porque
los homes lo hayan de deſamar, y aborreçer, façe
trayçion conoçida, bien aſſi, como ſi le mataſſe, quia
loquitur in populo, qui aduerſus Regem ſuum
inſurgit, infamādo eum talitèr, quòd homines de
populo eum odio habeant, & ita ei non obediāt,
& hoc modo ibi intelligit Gregor. Lopez verbo
Nombradia, dicens, quod lex illa differt à l. fin.
tit.2.par.7. & à l.vnic. C. ſi quis Imper.maledix.
Azeued. in l.1.tit.18.lib.8.recop.nu.31.
50 † Minus obſtat l.17.eod.tit. & part. nàm loqui-
tur in verbis iniurioſis dictis ipſi Principi in ſua
præſentia, ex quo aggrauatur iniuria, §. atrox,
Inſtit. de iniur. l.Prætor ait §. vlt. ff. eod. ibi, *Quia*
atrocior eſt, quæ in conſpectu fit, & tranſit hoc cri-
men propter Principis præſentiam in crimen læſæ
Maieſtatis, quod ſatis colligitur ex verbis dictæ
legis, ibi. *Ca ànte el ſe deuen guardar de no dezir,*
ſi no aquellas palabras, que fueron verdaderas, y
apueſtas, y à prò, y humildes, y dexar las, que fue-
ren mintroſas, y natias, y a daño, y con orgullo; vbi
Gregor. verbo *ca ante el* ſic ait, *Et ſic loquitur iſta*
lex, quandò verba maledicta, & iniurioſa dicuntur
in præſentia Regis, & contra Regis honorem, & ſic
differt à l.fin.tit.2.par.7. faciunt, quæ tradit Petr.
Crinit.lib.6. de honeſta diſcipl.cap.2. Pet.Greg.
51 lib.35.ſyntagm.iur. cap.8.nu.1. in fine. † Quan-
dò enim coràm Principe aliqua ipſi iniuria inu-
ritur, tùm protinùs refellere illā debet, nè agnita
videatur, inquit enim Cornel.Tacit. lib.4. annal.
quòd Tyberius probris quondam in Senatu pe-
titus, adeò perculſus fuit, vt ſe vel ſtatim, vel in
cognitione purgaturum clamitaret, præcibuſq;
proximorum, adulatione omnium ægrè compo-
neret animum, itaque iuſtè quidèm commoue-
tur Princeps, cùm contumeliæ coram iactantur,

Digitized by Google

Ioan. à Chokier.lib.5.theſau.aphoriſm.polit.c.8.
nu.15. & ita venit intelligendus Nicol.Mozz. de
52 feud.tit.ex quib.cauſ.feu.amitt.nu.38.† quòd ſi
vaſallus infauſtas voces aduerſus dñm iactauerit
maledicẽdo,ſiuè loquẽdo amittet feudũ,arg.tex.
in auth.de nupt.§. Theodoſius,& §.rurſus in fin.
auth.vt cùm de app.cognoſci §.cauſas, Iacob.de
Ardiz.in ſum.tit.quib.mod.feud.amitt.Affl.in
c.1. §.ſimilitèr nu.2. quib.mod.feud.amitt.& in
c.1.§.item ſi quis feudum nu.20.verſ.44.eod.tit.
53 † Nec ſimilitèr obſtat l.fin.d.tit.13.par.2.qua-
tènus ait: *Otro ſi le deuen mucho guardar de mala
fama, ca maguer ſe faҫe por palabra, y và por el
ayre, mucho mas faze eſtraño golpe, q̃ el arma.* quia
intelligenda iuxta titulum,ſub quo eſt, qui tantũ
agit,qualis debeat eſſe populus in agnoſcendo,&
honorãdo ſuo Rege, & ita illius depoſitio dirigi-
tur ad impediendum ſeditiones,& tumultùs po-
pulares, & poteſt exemplũ aſſignari cum Greg.
Lopez in d.l.4. in alterationibus huius Regni tẽ-
pore communitatum, quo caſu populus ipſe in-
famabat Regem, vt ei omnes de ipſo populo nõ
obedirent, quod nullo modo poteſt ad noſtrum
54 caſum applicari; † neque obſtat l.1.t. tit.26. lib.
8.recopil.quia vltra quòd ex eadẽ lege colligitur,
quòd qui de Principe malè loquitur, & ſi delin-
quat grauitèr,non tamen committit crimen læſæ
Maieſtatis, vt inquit ibi Azeued.num.1.& in l.1.
tit.18.lib.8.recop.non debet fides adhiberi teſti-
bus examinatis ſuper eo contra dictũ Admiral-
lum,prout eſt fundatũ,non poteſt aduerſus eum
applicari diſpoſitio,& pœna dictæ legis,neque
aliarum,quæ loquuntur de offendentibus Regiã
Maieſtatem,aut malè loquentibus de ſuo Princi-
pe, aut culpam habentibus in materia famoſorũ
libellorum; ſuper quo eſt multùm conſiderabile,
55 quòd licèt honor, † reputatio,& bonum nomen
Suæ Maieſtatis,vti iuſtiſſimi,& Catholici Princi-
pis,& magni Monarchæ ſit, prout eſt, eſſeq; de-
bet ſacroſanctũ,& vt tale debeat conſeruari non
ſolùm per ſuos vaſallos,ex D.Paulo ad Roman.c.
12.Hiero.Gigas de crim.læſæ Maieſt.1.par.q.68.
nu.9.Petr.Greg.lib.26.de Republ. c.7.nu.14.ſed
etiàm per alienos,& extraneos, non id debet eſſe
in occaſionem,quòd abſq; eo,quòd ipſam offen-
derit dictus Admirallus, ſed pro illa expoſuerit,
& ſit paratus, quotiès opus erit ſanguinẽ effun-
dere, ac exponere propriã vitam tali nomine, ac
titulo delicti opprimatur; nàm vt inquit Corn.
56 Tac. lib.20.annal. pag.mihi 553. † *Principis bo-
nor in cuiuſquam contumeliam verti nõ debet*, ma-
ximè cùm tangat auctoritatem domus,& familiæ
tàm qualificatæ, & fidelis, & quæ ſẽper præſtitit
ſeruitia inſignia Suæ Maieſtati,& eius Regiæ Co-
57 ronæ; † nàm vltra publicam vtilitatem, quæ eſt
in abſoluendo innocentes, l.ſeruum quoq; §.pu-
blicè ff.de procur. Tiber.Decian.conſ.96.nu.55.
58 vol.3.Azeued.conſ.30.nu.6. † publicè intereſt,vt
familiarũ dignitas ſalua ſit,l.1.ff.de ventre inſpie.
nàm vt ſcripſit Symmachus Imper. Theodoſio,
& Arcadio lib.10.epiſt.47. *Neque enim ius fuerit,
vt vna familia nouo opprimatur exemplo*, non eſt
iuri cõforme,quòd nouo exemplo genus,& gens
tàm nobilis opprimatur,præſertim tẽpore Regis
59 tàm benigni, vt eſt Sua Maieſtas; † nàm vt dicit
Caſſiodor. lib.2.epiſt.9. *Benigni quippè Principis
eſt ad clementiæ commodũ tranſilire terminos equi-
tatis*, cuius meminit Luc.de Pen. in l.iuſtas C.de
iure fiſci lib.10.& idẽ Caſſiod.lib.4.epiſt. 31. *Cùm
in omnibus cauſis velimus iuſtitiam cuſtodiri,(quia
Regni decus eſt æquitatis affectus) in eis maximè,
quæ Fiſci noſtri nomine proponuntur,nè quemquam
deteſtabilis calumnia in inuidiam regnantis affligat.*
60 † Maximè cũ Rex noſter Catholicus debeat ſuos
Prædeceſſores imitari,qui ferè omnes ſẽper fue-
runt clementes,vt notat Ferd.Loaz. in alleg.pro
Marchione de los Velez dub.1.§.& ſi dicatur nu.
59.iunctis,quæ tradit Simane.lib.5.de Republ.c.
17. Redin.de maieſt.Princip.verb.*ad clementiam
pronum*. Siquidèm non eſt præſumendum, quòd
ſua Catholica Maieſtas velit, niſi quod iuſtũ fue-
61 rit,& æquũ,vt ait Rol.à Valle conſ.25.lib.3. † Et
cùm etiàm in caſu,quo Admirallus habuiſſet cul-
pam aliquam, prout caret ea in omnibus, quę
illi imputantur,erant conſiderãda bona vita antè
acta, & ſeruitia Suæ Maieſtati,& eius Regiæ Co-
ronæ,ac Reipublicæ facta, l.deſertorẽ,& l.qui cũ
ff.de re milit. gloſ.verbo *ob merita* in §.ſed quod
Principi,Inſtit.de iur.natur.gent.& ciuil.quã ibi
notat Ang.Aretin.Caſſan.in cathal.gloriæ mundi
6.par.*verſ.19 cõſideratio,& cõſideratio* 28.Thom.
Gram.deciſ.Neap.23. nu.15. dicens poſt Affl. in
62 procem. Conſtit.Regni in §. nos itaque, † quòd
non derogatur iuſtitiæ,ſi Iudex pœnam legalem
remittit delinquenti, qui multũ ſeruiuit Reipu-
blicę,& allegat tex.in l.1.§.hoc quoquè ff.ad Syl-
lan.Riminald.in l.ſi vnus §.pactus nè peteret nu.
63 352.ff.de pact.ponderãs, † quòd Ionathas filius
Regis Saul,qui contra ipſius edictum antè veſpe-
rum comederat,fuit liberatus, quia ipſa die Phi-
liſteos deuicerat,ſalutemq; in Iſrael fecerat,ſicut
ſcribitur 1.Regum cap.14.& habetur in c.fin.11.
q.2. quò tendunt plura, quæ tradit Marc.*Tull.*in
orat. pro Milone,& Tiraq.in tract.de pœn.tem-
perand. cauſ.49.nu.10.& cauſ.51.nu.150. & alijs
Feuardent.ſuper Ruth c.1.ſect.6.fol.76.
64 † Cùm ſolùm ſeruitium vnicum Mardochæi
factũ Regi Idolatræ ſufficiens fuerit liberare ab
internecione Populum numeroſum, prout erat
Iſraeliticus, & quòd ipſe honoraretur publicis
tamquè maximis demonſtrationibus, prout re-
cenſentur in libro Eſther c.6.& 7.ſuper quo eſt
etiàm multũ conſideranda magna nobilitas Ad-
65 miralli, dicente Plinio lib.8. epiſt. vlt. † *Vides à
medicis quanquàm in aduerſa valetudine nihil ſer-
uis ac liberi differunt, mollius tamèn liberos,clemen-
tiuſq; tractari*, Thom.Gram.dec 23.nu.9.& 10.&
deciſ.32.à nu.2. optimè Elias Chron.apud Ioan.
66 Gerhard.in qq.polit.decad.6.q.3. † Et longa
carceratio illius, quam paſſus eſt per bienniũ tot
expenſis,& incõmoditatibus,vſquè quo ſuam in-
nocentiã oſtenderet; nàm etiã in delinquentibus
habetur de eo ratio à Iuriſconſultis, l. ſi diutino
ff de pœn. dicens: *Non eodẽ modo puniendos eos
eſſe,qui longo tempore in reatu agunt,quo eos,qui in
recenti ſententiam excipiunt*; vbi pulchrè Budeus
l.omnes C.eodem tit.Grammat.conſ.63.num.5.
Merenda conſ. 47.num.6. maximè cùm dicat l.
67 nihil C. de quæſtionib. † *Nihil ſibi deflectens à
iuſtitia indignatio cognitorum in eas, quæ aut inno-*

centia

Digitized by Google

*centia ſecuræ, aut principali ſunt bonore munitæ, in-
telligat licere perſonas*; quibus quadrat, & con-
ferri præceptum illud Theodorici Regis apud
Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 22. *ita tamèn vt nullo præ-
iudicio, nulla iniuria, nullo damno, innocéntia
prægrauetur, nè alienæ accuſationis inuidiam, tuam
facere videaris offenſam*; cap. ſemper 2. quæſt. 1.
68 cum ſimilib. Hippolyt. ſingul. 59. num. 1. † quia
pœnæ ſunt reſtringendæ, l. ſi ſinè ff. de in ius vo-
cando, l. ſi ſeruum ff. ſi ex noxali cauſa agatur,
auth. de nō alienand. aut permutand. reb. Eccleſ.
69 cap. 9. collat. 2. † & quia promptiores debent
eſſe Iudices in abſoluendo, quàm in condemnan-
do, cap. cùm contingat de reſcript. & cap. non
veniant nunc, & ibi glo. 35. quæſt. 9. l. Arrianus ff.
de obligat. & action. Bart. in l. eius, qui in Prouin-
cia num. 18. ff. ſi cert. petat. Bald. in l. in contra-
ctibus 14. §. ſuper cæteris C. de non numer. pe-
cun. Paul. Caſtrenſ. conſil. 284. in princ. par. 1.
70 † Haùd dubiè enim Deus gubernat conſilia eo-
rum, qui clementem, & humaniorem dicunt ſen-
71 tentiam, vt ait Philipp. Comin. lib. † cōmentar.
& in Iudicibus debet adeſſe, quæ iuſtè conſulit
miſericordia, cap. diſciplina 45. diſtinct. Thom.
Grammat. deciſ. Neapol. 5. num. 31. & 34. dicens,
quòd Iudex non ſolùm poteſt, imò debet in pœ-
nis etiàm legalibus interdùm diſpenſare, & miſe-
ricordiæ gratiam impendere, cap. Domino ſan-
cto 50. diſtinct. & in cap. ſi quis Diaconus, cap.
72 diſpenſationes 1. quæſt. 7. † ad hoc enim Deus
quoſdam in aliorum eſſe poteſtate permiſit, vt
ſub æqua moderatione ſeruentur, & vtilitas di-
ſciplinæ, & manſuetudo clementiæ, & nemo au-
deat alterius cōmiſſis veniam denegare, qui pro
ſuis optat accipere, vt inquit Leo Papa in ſermo-
ne quadrageſimæ 6. & magis ſunt expectandi, &
corripiendi, quàm illicò puniendi, cap. licèt ple-
rùnque 45. diſtinct. Lucas de Penna in l. 1. C. de
deſertoribus lib. 12. num. 33. & ſeq. cap. vera iu-
73 ſtitia, & cap. diſciplina ead. diſtinct. † cenſura
enim aliquandò intermiſſa plus plerùnque pro-
ficit, & cū Iudices, & Principes terreni debeant
imitari cœleſtem, ſcilicèt Deum, auth. vt omnes
obediāt Iudicibus Prouinciarum §. arripiat col-
74 lat. 5. † & natura diuinitatis clemens ſit, & pia,
magis ad clementiam, quàm ad vindictam prona,
non debet nimis iuſtus apparere conari, cùm
ſcriptum ſit per Salomonem Eccleſiaſt. cap. 7.
Noli eſſe nimis iuſtus, quia quandòque nimis in
ſua iuſtitia perit; vt eſt text. iuncta gloſ. in cap.
niſi cùm pridèm de renunciat. Prateius lib. 1. re-
gul. iur. tit. 2. & dicit text. in cap. plerùnque §.
his ita 2. quæſt. 7. qui putat, miſericordiam negā-
dam eſſe peccantibus, & qui de iuſtitia ſua præ-
ſumunt, à Domino percuſſi intereunt, nec miſe-
ricordiam cum iuſtitia ſuſtinebunt, qui nequeūt
75 facere miſericordiam delinquentibus, † quia
ſententia, quæ miſericordiam negat, ſententia
minimè dici poteſt. cap. pendet 50. diſtinct. cùm
vera iuſtitia compaſſionem habeat, cap. vera, cap.
omnis 45. diſtinct. & ideò text. in cap. alligant 26.
quæſt. 7. dicit. meliùs eſſe vt quis reprehendatur
de miſericordia, quàm de rigore, cùm pœnæ ſint
potiùs molliendæ, quàm exaſperandæ, l. penul. ff.
de pœn. c. penul. de pœnit. diſtin. 1. Tho. Gram.
deciſ. 99. nu. 3. & ex cap. ſerpens 47. ead. diſtinct.
76 de pœnit. ibi: † *debes enim iuſtitiā temperare mo-
deratio*, & Gratian. in cap. non poteſt §. pręcepta
23. quæſt. 4. tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 35.
gloſ. 1. nu. 13. huiuſmodi ſententias pertinere ad
immodicam, illam, rigidamque, ac ſtrictam iuſti-
tiam, quaſi humanitati aduerſam, l. Pamponius in
princ. ff. de acquir. hæred. nàm & M. Tull. lib. 2.
officior. ęquitatem, & humanitatem inuicem co-
pulat, dùm ſcribit, *Tantaq; pœna afficiamus, quan-
tam æquitas, humanitasq; patientur*, ad quod etiā
77 facit text. in cap. vlt. de tranſact. † vbi etiàm
ipſa æquitas, atquè humanitas ſæueritati oppo-
nitur, veluti theriaca contra venenum, Menoch.
lib. 1. de arbitr. Iudic. quæſt. 13. nu. 17. poſt Bald.
conſ. 211. incip. illud malum lib. 4. Aym. Crauet.
conſ. 190. nu. 5. & Dauid Propheta Regius dixit
Pſal. 118. *Cognoui Domine, quoniàm æquitas iudi-
78 cia tua*, † commendatur à Marco Tullio de cla-
ris orator. Sulpitius, quòd iuris ciuilis rationem
nunquàm ab ęquitate ſeiunxerit, & ita ſe iu-
ſtum, æquumq; præſtiterit, vt natura magis, quā
79 diſciplina cōſultus videretur, † iura enim adeò
ſequuntur æquitatem, vt quod maximè æquum
eſt, id ius commune ſit, l. bona fides ff. de depoſ.
80 †. quarè vulgò dici cōſueuit ſummum ius (id eſt
ius ſtrictum) ſumma iniuſtitia eſt, & iniuria eſt,
Adam Kellerius lib. 1. de officio iuridico politic.
81 cap. 25. pag. 188. dicens, † quòd æquitas rigori
pręfertur l. 8. C. de iudic. incipit placuit, Prateius
lib. 1. de reg. iur. tit. 1. Greg. Lop. in l. 53. tit. 5. p.
5. gloſ. 2. ante medium, Franc. Patrit. lib. 2. de Re-
gno cap. 17. dicens, æquitas pacis tempore in iu-
dicijs dominetur, oportet ſummum ius, ſumma
82 iniuria; † quarè D. Tho. in Ariſt. lib. 5. Æthicor.
c. 16. dixit, quòd æquitas èſt directio iuſti lega-
83 lis, † nàm æquitas, & iuſtitia Imperij neruus
eſt, ſine quibus non conſiſtit, quēadmodùm ſinè
neruis humanū corpus quòquā moueri nō pôt,
vt obſeruat Innoc. Gentilet. ſeù vt alij autumant
Martian. li. 3. cōm. de Regno, ſiuè de politia cōtra
Macchiauell. theor. 9. Carol. Scriban. li. 1. Inſt. po-
lit. chriſtian. c. 6. pag. 53. Io. Steph. Menoc. in inſt.
polit. ex Sacris Scripturis c. 12. poſt med. & c. 13.
84 † Nec alienum eſt, quod tradidit Ammianus
Marcellin. lib. 19. *Quærendæ ſunt ignoſcēdi cauſæ,
non puniendi occaſiones, quod Iudicis conſiderati
85 eſt proprium*, S. Greg. lib. 2. in Iob c. 8. † miſcen-
da eſt lenitas cum ſeueritate, faciendumq; quod-
dam ex vtraque temperamentū, Ægid. Roman.
de regim. Principum lib. 3. par. 2. cap. 29. probās,
86 † quod ſeueritas, & clementia, ęquitas, & rigor
non contradicūt iuſtitiæ, Olaus Magnus lib. 1. de
87 gentibus Septentrionalibus c. vlt. dicens, † *Apud
vetuſtiſſimos Gothos Apis Regem ſignificabat, quia
moderatorem populorum oportet, cum iuſtitiæ aculeo
clementiæ mel habere commixtum*, Simanc. latè lib.
5. de Republ. cap. 17. Franc. Curt. tract. de teſtib.
88 concl. 11. nu. 26. † vndè Plutarc. in quæſtio. cen-
turiatis Romanis pag. mihi 628. quęrit, cur maio-
ribus magiſtratibus virgæ annexis ſecuribus colli-
gatæ præferebātur, reſponditq; non debere prę-
cipitem, & ſolutam eſſe iram magiſtratus, vel
quòd mora allata, & cunctatione, dùm ſenſim
virgæ ſoluuntur, identidem poſſit conſilium

de plectendo in mitius mutari, nec modum pœ-
næ vltra menſuram delicti vnquàm excedere,
89 Alexand. ab Alex. lib. 3. dier. genial. cap. 5. † qua-
rè Principum potius eſt indulgere, & habere cle-
mentiam, quàm puniendo exercere rigorem, l.
cunctos populos, vbi Salyc. & Iaſ. C. de ſumma
Trin. & fide cathol. de Ponte de poteſt. Proreg.
tit. 1. in princ. nu. 31. Caſtillo deciſ. Sicil. 138. nu.
17. tom. 2. Egnat. lib. 2. exempl. cap. 1. Theatr. vi-
tæ human. vol. 3, lib. 3. pag. 705.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis, & innocentiæ tàm magna vis eſt, vt ſemper debeant probationes admitti, quò illa appareant.*
2 *Iudicantem oportet cuncta rimari, & diſquiſitione diſcutere.*
3 *Honoris cauſa mitiſſimè eſt tractanda.*
4 *Vitæ, & honoris cauſæ æquiparantur.*
5 *Veritatis perquiſitio eſt iuris gentium, nec tolli poteſt per liberum arbitrium Iudicis.*
6 *Iudex, qui inquiſitionem fecit, ſi eſt inimicus partis; reliqui Iudices pro ſua religione debent veritatem modis omnibus curare pateſieri.*
7 *Teſtes in criminalibus poſſunt repeti, & reinterrogari etiam poſt concluſionem.*
8 *Teſtes ſi culpa Iudicis nō fuerunt examinati rectè, poſſunt iterùm examinari non obſtante concluſione in cauſa.*
9 *Teſtes, qui abſque legitimis indicijs, & iuſta cauſa torti fuere poſſunt iterùm legitimè repeti.*
10 *Teſtes examinati poſſunt iterùm repeti, & examinari ad alium finem.*
11 *Teſtes poſſunt examinari iterùm ad ſciendum, quæ cum ipſis egit Iudex clanculò & ſecretò.*
12 *Alienatio præſumitur fraudulenta ex clandeſtinitate, vel ex inſtrumentis, quibus dari poteſt occaſio fraudis.*
13 *Tormentorum modus non poteſt probari meliùs, niſi per eos qui illa paſſi ſunt, & nu. 18.*
14 *Teſtes domeſtici admittuntur ad probandum qualitatem & modum torturæ, ac tempus.*
15 *Officiales ſi faciunt aliquid ſecretò in camera non poſſunt eſſe teſtes de viſu.*
16 *Probationes minus concludentes admittuntur in actibus, in quibus extranei adhiberi non ſolent.*
17 *Veritas vbi alitèr haberi non poteſt, admittuntur teſtes inhabiles.*
18 *Capituli acta, ſeu facta non poſſunt niſi per Canonicos probari.*
19 *Proteſtatio conſeruat ius.*
20 *Iudices omnibus modis debent laborare ad inueniendam veritatem.*
21 *Concluſio in cauſa non ligat Iudicem.*
22 *Iudex cauſa etiam concluſa debet probationes admittere, quas viderit expedire.*

PRO

Eodem Dom. Admirallo Aragonum.

Quòd prò meliori indagatione veritatis debeant Domini *Iudices etiàm ex officio recipere declarationes eorum, quos vt complices, aut teſtes examinauit Alcaldus Silua de Torres ad ſciendum qualitates compulſionum, & tormentorum, quibus eos induxit violentèr ad faciendum poſteriores declarationes, cùm dictæ compulſiones, & tormentorum qualitates non appareant ex actis, quia fortaſſis ea cōſultò ſuppreſſit, ſequentibus fulcitur conſiderationibus.*

ARGVMENTVM.

Teſtes ſecretò torti poſſunt examinari ad ſciendum modum, tempus, & qualitatem torturæ, ac exceſſus Iudicis inquirentis.

CONSILIVM CLXV.

ARticuli iſtius deciſio, quæ à
Dominis Iudicibus eſt reſer-
uata, debet declarari ad fa-
uorē dicti Admiralli pro me-
liori manifeſtatione verita-
tis, & probatione innocētiæ
1 illius, † cuius tàm magna
vis eſt, vt quò illa detegatur,
debent ſemper probationes admitti, l. ſi non
defendantur 19. ff. de pœnis, Menoch. lib. 5. præ-
ſumpt. 48. num. 2. nàm vt ſcripſit Eleutherius
Papa ad Galliæ Prouincias relatus in cap. fin. 30.
2 quæſt. 5. † *Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, neque litigantibus ſua ſententia obuiare, niſi quando ipſi iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant & tamdiu actio ventiletur, quo uſque ad rei veritatem perueniatur;* nàm vt inquit Marc.
Tullius pro A. Cæcinna, *Maturiſſimè iudicanda eſt res, in qua exiſtimationis periculum eſt,* Alciat.
3 reſponſ. 306. incip. breuiter nu. 4. † dicens, quòd
cauſa honoris tractanda eſt mitiſſimè, & non ar-
ripienda in vtilitatem Fiſci, vt dicitur in l. 1. C.
4 de ſecund. nupt. † cùm vitæ, & honoris cauſæ
æquiparentur, l. iuſta ff. de manum. vindict. & l.
iſti quidèm ff. de eo, quod metus cauſa, quia in
delictis huius ſubſtantiæ, & qualitatis non de-
bent ſubtrahi, aut denegari diligentiæ opportu-
næ, & poſſibiles iuſtificationes, vt veritas poſſit
clareſcere, cap. literas iuncta gloſ. de præſumpt.
vbi Abb. verſ. *nota quòd ſuſpitio*, cap. fin. 30. quæſt.
5. l. fin. ff. de probationib. l. 1. vbi gloſ. penult. C.
de dedit. liber. tollen. Ioan. Grand. tract. de bello

exulum

5 exulum rubr. de ſubſtantia quæſt.3. nu.4. † di-
cens, quòd cũ perquiſitio veritatis ſit iuris gen-
tium non poteſt tolli per liberum Iudicis arbi-
trium, Bald.in l.fin.in fin.C.de legibus Decius in
l.2.col.2. C.de edendo, Hierony. Gigas d.tract.
de crimine læſæ Maieſtatis 2. par. tit. quomodò
probetur quæſt.19. num.3.l.nec omiſſa C.de li-
ber.cauſa,ibi. *Cùm itaque ad examinationem veri,
omnis iure producta debeat admitti probatio.* Ioan. à
Capiſtrano in ſpeculo conſcientiæ verſ.*reſtat* nu.
173. Polyb.lib.4.dicens: *Nihil denique omitten-
dum, quod ad inueſtigandam veritatem pertinet,*
6 † maximè aſſiſtente præſumptione contra dictũ
Iudicem propter inimicitiã, quam habebat con-
tra Admirallum, l. ſi quis per impreſſionem C.
de eo, quod metus cauſa, Paul. Grilland. tract.
de relax.carcerator.§.quæro primò,an fuga nu.1.
7 † & hanc prærogatiuam habent cauſæ crimina-
les, quòd poſſunt teſtes repeti, & reinterrogari
non ſolùm poſt publicationem, ſed etiàm poſt
concluſionem in cauſa, Bart. in l. diui fratres ff.
de pœn. Guido Papæ ſingul. 315. verſ. *in cauſa,*
Abb.in cap.per tuas 48.num.1.verſ.*aut poteſt ali-
quid imputari,* Farinac. tom.2. tract. de oppoſit.
contra dicta teſt. quæſt.66.num.316. ex quo in-
8 quit Ioan.Bapt.Ferret.conſ.394.num.6. † quòd
ſi examen teſtium non fuit rectè factum culpa
Iudicis, tùnc admittatur producens ad nouum
examen,non obſtante publicatione teſtium,quia
nihil poteſt parti producenti imputari, clem.2.
de teſtibus,Cęſar Vrſill.in additionib.ad Afflict.
deciſ.Neapol.33.num.2.Bald.in cap.1.§.1.verſic.
quæro virum, in tit. quid ſit inueſtitura in vſibus
feud. Anton. Gabriel concluſ.28. de criminalib.
9 num.12. † præcipuè quandò declarationes nul-
litatem continent propter aliquem defectum,
prout adeſt in hoc caſu, cùm fuerint illis iniun-
ctæ torturę abſquè indicijs legitimis,& ſuppreſ-
ſa, nec ſcripta forma, & qualitas illorum, nec
præcedente legitima cauſa ad torquendum eos,
& ſubijciendum quæſtioni, quæ eſt vna ex limi-
tationibus adductis per Farinac.de teſtib. par.8.
quæſt.66. nu.303.ex Butrio num.9. Felyn. nu.2.
Imola col.1. in cap. per tuas de teſtibus, & alijs
pluribus.
10 † Alia limitatio eſt, quandò ad alium finem
ducuntur,Guido Papę ſingul.108.§.quod ſuper,
& ſingul.752.prout petitur;nàm cùm tormenta,
minæ, & compulſiones factæ fuerint abſquè in-
teruentu perſonarum externarum, debuere ſal-
tim in actis ſcribi,& apparere, quod cùm Iudex
non fecerit,fuit in culpa,nè dicam fraude,& do-
11 lo, † vt ſatis probatur ex l.hi, qui, quæ eſt pen.
C.de reſcind.vendit. & l. ab Anaſtaſio, in verbo
non occultò, & ibi Bald.in 5.not. C.mandati, & l.
vxor, ibi *furtiuas*, & iterum ibi, *nec clanculò, ſed
publicè,* rurſumque ibi, *nec coniunctio furtiua*,
C.de repud. & l.vlt. ibi, *abſconditam machinatio-
nem* C. de litig. & l.nõ exiſtimo ff.de adminiſtr.
tutor, & cap. quia propter ad finem de elect. &
cap.conſuluit, & ibi gloſ. in verbo *clàm*, & DD.
inter cæteros Philip.Dec. col.3. verſ.*vltimo no-
tandum* de offi.deleg.,cum alijs congeſtis per Ti-
raquell.de retract.conuention. in præfat. nu.13.
12 † nàm ſi alienatio præſumitur fraudulenta ex
actu ſecreto geſto, & in diuerſis inſtrumentis
in quibus poteſt cadere ratio, vel occaſio frau-
dis, l.omnes §.Lucius,& ibi DD.ff.quæ in fraud.
credit. l.poſt contractum ff. de donat.pari, imò
maiori ratione in propoſita ſpecie metus, & im-
probitatis conſideratio eſt admittenda propter
carcerem præcedentem, Elbert.Leoni. conſ.85.
13 num. 3. † quia non poſſunt per alios probari,
quàm per ipſoſmet, qui ea paſſi ſunt tormenta,
l.conſenſu §.ſuper plagis C.de repudijs,ibi.*Quo-
niam non facilè, quæ domi geruntur per alienos po-
terunt conſiteri,* & ibi Bald. Bart. in l. lex,quæ tu-
tores num.3 C.de adminiſtr.tutor.Afflict.deciſ.
304.num.10.Alexand.conſ.64.nu.5.lib.1.Anton.
Gabr.tit.de teſtib.concluſ.10. num.33. Rebuff.
conſ.127.nu.5.Paul.Merenda conſ.18.nu.7. par.
1.Steph.Gratian.tom. 1.diſcept.forenſ. cap.144.
num.28.& ponderat pro eo Bart.ſupra l.de ſub-
merſis C.de naufrag.lib.11.vbi Angel.& Andr.de
Barulo num.1. Ioan.Vincent.Honded. conſ.106.
num.40.& 56.tom.1.& conſ.15.nu.20.eod.lib.1.
Philip.Corne. conſ.113. nu.2. vol.1. Monac.in
cap.filij num.5.de hæret.lib.6. Abb.in cap.ſuper
nu.2. de teſtib. Gregor.Lopez in l.1.tit.16. par.
3.gloſ. 6. Palac.Rub. in rubrica de donat. inter
§.21.num.2.& 3.Anton.Gomez tomo 3. cap.12.
num. 21. & in terminis probandi modum tor-
turæ Farinac.tract.de indicijs,& tortura tom.2.
14 quæſt. 37. num. 142. † dicens, quòd etiàm
teſtes domeſtici admittantur ad probandam
qualitatem,& quantitatem torturæ, ex Amadeo
in tract. de ſyndic. num.15. Paris de Puteo in
eodem tract.verb.*tortura el* 1.cap.12. Bald. in l.ſi
quis in hoc genus num. 4. C. de Epiſcopis, &
Cleric. dicens, Credo etiàm, quòd tortura poſ-
ſit probari per indicia, & coniecturas, vnde to-
tum hoc arbitrio Iudicis relinquitur inquiren-
15 dum, † quia quod fit per Officiales ſecretè in
Camera non poteſt probari de viſu, ſequitur
Boerius conſil. 40. num. 102. Vnde Marcus An-
16 tonius Natta conſ. 198. num. 17. † ait, quòd
generalitèr in actibus, in quibus extranei adhi-
beri non ſolent, admittuntur etiàm probationes
non concludentes, c. veniens 3. de teſtib. & cap.
ſi.de teſtib.cogend.& ibi Abb.Io.Vinc.Honded.
d.conſ.106.nu.5.to.1.Lap.alleg.94.nu.4.Petr.Io.
17 Anchar. q.42. nu.53.lib.3. † Et vbi veritas alitèr
haberi non poteſt,admittuntur etiàm teſtes aliàs
inhabiles,Bal.in l.quoniã liberi C.de teſtib.nu.5.
Io.Pet.Surd.conſ.513.nu.40.vol.4.& dec.326 nu.
91. Io.Franc.de Ponte conſ.44. vol.1. Rebuff.d.
conſ.117.nu.3.Corne.conſ.217.nu.1.vol.1.Steph.
Grat.d.c.374.nu.13. Cornaz.dec.114.nu.4.& 5.
Io.Ronchegall, conſ.129.nu.20.& 23.to.1. inter
conſ.crim.& cùm non ſit alius modus probandi,
debent ipſi ſuper eo interrogari, arg. c.veniẽs 2.
18 ibi: *Quia quæ in capitulo aguntur, non poſſunt niſi
per Canonicos ipſos probari*, l. ſi quis in graui §. ſi
pupillus cum ſeq.ff.ad Sylian. Rebuff.tract.de
reprob.teſt.nu.60.Vinc.de Franch. dec.538. n.3.
& 4. Steph.Grat.tom.1.diſcept.for.c.374.nu.15.
maximè cùm fuerit proteſtatum pro parte dicti
Admiralli,quòd terminus ſibi non curreret,eò q
non fiebant teſtibus prædictis interrogationes
tempore,quo inſteterit,nec ad ius, quod ſibi cõpe-

19 tebat reprobandi eos, † quæ proteſtatio conſer-
uauit illius ius, l. ſi debitor ff. quib. mod. pign. vel
hipoth. ſolui. l. non ſolũ §. morte ff. de noui oper.
nunc. l. libera C. de ſent. & interloc. omn. iud. Zaſ.
conſ. 13. nu. 40. lib. 1. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 26.
num. 17.

Et quandò hoc dubium aliquod pateretur ad
inſtantiam Admiralli, ceſſabat ex eo, quòd rectè
adminiſtrationi iuſtitiæ cõueniens erat, quòd ita
20 ex officio decerneretur, † cùm debeant Iudices
ad inueniendam fidem veritatis omnibus modis
diligẽtèr laborare, l. is, apud quem, vbi Odoffred.
Bart. Bald. & Paul. Caſtrenſ. C. de eden. l. 1. C. de
dedititia libert. tollend. Auth. de tabell. in princ.
collat. 4. cap. cùm Ioannes ad finem de fide in-
ſtrumentor. Martin. Vran. in cap. ex literis nu. 4.
21 de iureiur. Puteus deciſ. 219. nu. 3. lib. 2. † nàm
quòad Iudicem nõ ligat concluſio cauſæ, vt plu-
ribus probat Felyn. in c. cùm dilectus nu. 13. de
fide inſtrum. Abb. in d. c. cùm Ioãnes n. 8. pro quo
22 facit, Iudicem non ſolùm poſſe, † ſed debere
admittere quaſcunque probationes, ſi viderit
hoc expedire, etiã ſi omnes termini fuerint ſer-
uati, & cauſa concluſa, Ioan. Bapt. Ferret. conſ.
77. nu. 2. tom. 1. Alex. conſ. 122. nu. 6. & conſ. 147.
nu. 19. lib. 2. Mandell. conſ. 9. num. 32. Crau. conſ.
134. nu. 1. Barbat. conſ. 30. nu. 1. & 2. lib. 1. Decius
in c. 1. notab. 2. de except. & ita Florian. de S. Pe-
tro in l. cùm de indebito nu. 8. ff. de probat. ait,
quòd Iudex ſemper poteſt teſtem repetere ex
officio, nè vt dixit Marcus Tullius in oratione
pro Publio Quintio: *Aduerſarijs tempus impu-
gnandi detur, cùm & vitandi illorum impetus po-
teſtas adempta nobis ſit, & ſi qua in re id, quod pa-
rati ſunt facere, falſum crimen quaſi venenatum
aliquod telum texerint, medicinæ faciendæ locus
non ſit;* Et ita pronunciandum ſuper omnibus
ſperamus.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles diuino iure, & communi diuerſarum gentium ſunt præferendi plebeis in admini-ſtratione officiorum Reipublicæ.*

2 *Ioſeph ab Arimathia nominatur in ſacra ſcriptura nobilis decurio.*

Antiochus Rex præpoſuit loco ſui Lyſiam virum nobilem, eod. num.

3 *Nobiles, & ingenuos honores ſibi arrogare æquo iure cenſuit Ariſtoteles.*

4 *Romulus Vrbis Romæ fundator diuiſit Populum in duos ordines, Senatorium, & plebeium, & quæ munia vnicuique iniunxerit.*

5 *Theſeus cũ ſeparaſſet nobiles à plebeis, iuſſit, quòd ex nobilibus eligerentur qui adminiſtrarẽt Rempublicam, & exequerentur leges.*

6 *Solon Legiſlator Athenienſium detulit nobilibus regimen Reipublicæ.*

7 *Iulius Cæſar in pluribus prætulit nobiles plebeis.*

8 *Legibus duodecim Tabularum non permiſcebãtur patricij cum plebeis, ſed omninò diſtinguebantur inter ſe.*

9 *Romæ Conſules, Quæſtores, Tribuni, Cenſores, Dictatores, & alij præeminentes magiſtratus electi erant ſemper ex patritijs, qui non poterant eſſe niſi nobiles.*

Lucius Sextius fuit primus è plebe, qui ingreſſus fuit conſulatum, eod. nu. 9.

10 *Indi, & Barbari magiſtratus nobilibus deferebant.*

11 *Alexãder Magnus victis Parthis Præfectum illis ſtatuit Andragoram ex nobiliſſimis Perſarum.*

12 *Longobardi nobilibus deferebant magiſtratus.*

Venetorum mos adducitur, & laudatur, qui nobiles tantùm admittunt ad regimen ſuæ Ciuitatis; & Reipublicæ, eod. num.

13 *Nobiles de iure ciuili præferuntur in honoribus, & adminiſtratione Rerumpublicarum.*

14 *Nobilitas eſt inter alia conſideranda in electione Officialis.*

15 *Honores, & magiſtratus magis dari debent nobilibus, quam plebeis, & quare.*

16 *Leges Hiſpanæ requirunt, Magiſtratus ex bono genere eſſe natos.*

17 *Virtute pollens, & parentum habẽs imagines, debet præferri in præmijs, & honoribus, & nu. 41.*

18 *Nobilitati defertur in diſpenſatione iuris communis.*

19 *Nobiles habent præſumptionem pro ſe in adminiſtratione officiorum publicorum.*

20 *Nobilitas per ſe eſt virtus.*

21 *Nobilitati regularitèr famulantur virtutes.*

22 *Nobilitati fauent omnes boni.*

23 *Reipublicæ intereſt per digniores, & nobiliores regi.*

24 *Præſumitur magis pro eo, qui eſt ex patre nobili, quàm ignobili.*

25 *Nobilitas politica, & ciuilis eſt, qua mediante nobilis diſtinguitur à plebeio, aſſimilatur nobilitati virtutum reſpectu Dei.*

26 *Sanguinis iura ſunt immutabilia.*

27 *Aurel. Caſſiodor. ad fauorem nobilium põderatur.*

28 *Nobilitate parentum decorantur ſucceſſores.*

29 *Tribunus militum quãdò primùm fuit creatus Romæ ex plebe, recenſetur.*

30 *Leges Caſtellæ solùm conceſſere plebeis vnum ex officijs dictis* Alcaldes de la hermandad.

31 *Decurionatus in magnis Caſtellæ Vrbibus ſolùm poſſidebantur à nobilibus, donec propter neceſſitates pecuniarum fuere conceſſi plebeis.*

32 *Hieroſolymorum inter alia damna, quæ euenerunt poſtquàm captæ fuere à Pompeio illud fuit, quòd honores, qui antea deferebãtur nobilibus ex Pontificum genere, fuerunt delati poſteà plebeis.*

33 *Chilpericus Rex Francorum à Proceribus Regni in monaſterium fuit detruſus, quia honores diſtribuebat plebeis.*

34 *Officia Reipublicæ quotiès ſunt in vna partialitate, regimen fit confuſum, & babylonicum, daturq; iniuriarum occaſio.*

35 *Ariſtocratia eſt regimen paucorum nobilium.*

36 *Democratia dicitur regimen popularium.*

37 *Democratia facilè degenerat in ſeditiones.*

38 *Eccleſiaſtici cap. 9. ponderatur contra regimen popularium.*

39 *Ciuitas nulla fuit vnquàm benè conſtituta à plebe.*

40 *Gandauenſium ſtoliditas, & malitia taxatur, quia magiſtratus ſunt apud plebeios.*

42 *Nobiles debent præferri in magiſtratibus ſæcularibus,*

ribus, & quarè, & num. 43.

44 *Natus ex bonis parentibus, & bona progenie, bonus præſumitur præſumptione naturæ.*

45 *Mores parentum transeunt in filios virtute generationis.*

46 *Meliores natura ſunt ſecundùm Platonem, & Ariſtotelem nobili ex genere, quàm ignobili.*

47 *Hominibus virtutis ſuccus ex radice diffunditur, ſicut in ſtirpibus.*

48 *Medietas officiorum iuſtitiæ, & regiminis debetur ad minus nobilibus.*

49 *Ruſticis tanquàm alienæ fœlicitatis impatientibus vaſtus eſt animus extinguendi nobilitatem.*

50 *Ignobiles ſi dominantur, contendunt opprimere nobiliores, vt vterque ſtatus æqualis fiat.*

51 *Temperamentum quoddam fit ex duobus contrarijs vnitis, & mixtis.*

52 *Digniores. & magis benemeriti ſunt ad officia eligendi, in conſcientia, & iuſtitia, aliàs tenentur eligentes, & peccabunt mortaliter.*

53 *Præſcriptibilem eſſe medietatem officiorum ſpectantium nobilibus, tenuit pro plebeis, ſed non benè* Ioannes Garzia.

54 *Conſuetudo, quòd omnia officia regiminis Reipublicæ ſint penès plebeios tanquàm onerosa, & dãnoſa non valet.*

55 *Plebei non poſſunt facere defenſas, ſeù atajados paſcuorum, & territoriorum Vniuerſitatis ad ſoluendum tributa, in præiudicium nobilium.*

56 *Ambitioſa decreta Decurionum ex plebe contra nobiles non valent.*

57 Ioannis Garziæ *opinio pro plebeis contra nobiles reprobata in Regijs Cancellarijs, et Supremo Conſilio Caſtellæ in multis cauſis.*

58 *Exempla ſententiarum Senatus ſunt inſtar legis obſeruanda.*

59 *Reipublicæ vtiliſſimum eſt, per nobiliores regi, nec valet conſuetudo, aut priuilegium eos excludens, Iuſtum Imperium non eſt, nec Ciuitas eſt appellanda, in qua populares ſumma Reipublicæ munera tractare præſumunt, eod nu 59.*

60 *Anacharſis Athenenſium ſtatum, dùm populi imperio agebatur, breui interiturum prædixit.*

61 *Athenienſium Reſpublica tùnc floruit, cùm regimen eius erat penes patricios, pollentes opibus, non cùm venit ad populares.*

62 Ioannis Garziæ *opinio reprobatur à Doctoribus maioris authoritatis.*

63 *Conſuetudo non valet induci contra ius, nec debet recipi, nu. 64.*

65 *Conſuetudo contra ius non inducitur ex ſimplici tolerantia.*

66 *Ariſtoteles reprehendit legem Lacedemoniorum, per quam Magiſtratus Ephororum concedebantur plebeis, propter damna indè ſequuta Reipublicæ.*

67 *Conſuetudo omnis vt valeat, debet eſſe rationabilis.*

68 *Conſuetudo veritati, & rationi fruſtra opponitur, & ſi ſit immemorabilis.*

69 *Conſuetudo mala tempore auget iniquitatem, non minuit.*

70 *Conſuetudo contra bonos mores non valet.*

71 *Conſuetudo iure ciuili dicitur irrationabilis, quæ tendit contra illius finem, ſcilicèt bonum publicum.*

72 *Conſuetudo rationabilis aliquandò valet contra legem rationabilem.*

73 *Corruptela dicitur, quæ omni tempore, & omni reſpectu eſt præiudicialis.*

74 *Conſuetudo, quòd minor præcedat maiorem, eſt contra omne ius.*

75 *Publicum ius conſiſtit in Magiſtratibus.*

76 *Reſpublica conſtituitur ex vtroque ſtatu nobilium, & plebeiorum.*

77 *Scientia, & patientia eius, contra quem præſcribitur, requiritur in incorporalibus iuribus.*

78 *Præſcriptio dicitur, quandò quod vni acquiritur, alteri adimitur.*

79 *Sententia eſt ſtricti iuris, nec trahitur ad aliam rem.*

80 *Præſcriptio eſt ſtricti iuris.*

81 *Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione.*

82 *Tantùm præſcriptum, quantùm poſſeſſum.*

83 *Conſuetudo eſt etiam ſtricti iuris.*

84 *Conſuetudo vbi non viguit, nec diſpoſuit, non debet extendi.*

85 *Iuriſdictio cognoſcendi de appellationibus, debet eſſe penès ſolos nobiles, & non penès plebeios.*

86 *Intellectus l. Actuarios C. de Numerarijs, & Actuar. lib 12.*

88 *Nominandi facultatem habens ad officia regiminis debet nominare perſonas capaces, & idoneas ſtatus nobilium, & plebis.*

88 *Diuitiæ ſolæ non tribuunt dignitatem, nec nobilitatem.*

89 *Diues tùnc præfertur in honoribus, quandò eſt paritas in alijs qualitatibus.*

90 *Dignitas non menſuratur ad pecuniam, nec ex ea inducitur vera nobilitas.*

91 *Reſcripta, & priuilegia etiàm motu proprio non operantur in præiudicium tertij.*

92 *Princeps non præſumitur conceſſionem facere cum præiudicio Tertij.*

93 *Princeps non cenſetur dare, vel confirmare in perniciem alterius.*

94 *Princeps videtur reſeruare qualecunque ius tertij, vt via iudiciaria poſſit experiri.*

95 *Confirmatio generalis non extenditur niſi ad iuſta, & non ad iniqua, & num. 96.*

97 *Decurionum iniqua arbitria dicuntur monopolia.*

98 *Princeps auferens ius Tertij ad poſtulationem alterius, præſumitur circumuentus, & feciſſe per importunitatem.*

99 *Publica vtilitas eſt multùm conſiderabilis.*

100 *Priuilegium generale non includit caſum publicæ vtilitati contrarium.*

101 *Iudices Supremi Conſilij non debent aliquid facere, quo ſui diſſimiles eſſe videantur.*

PRO

PRO

Statu Nobilium Villæ de Tepes.

CONTRA

Commune Concilium, ſiue Vniuerſitatem, & bonos homines plebis eiuſdem Villæ ſuper officijs adminiſtrationis iuſtitiæ, & regiminis illius.

ARGVMENTVM.

Quòd Status nobilium debet præferri in dictis officijs iuſtitiæ, & regiminis, vel ſaltim non poſſe illi denegari medietatem illorum, & quid de officio Iudicis appellationum.

CONSILIVM CLXVI.

1 Si rectè conſideretur Nobilium prætenſio, non eſt dubium, † quòd inſpecto diuino iure, & poſitiuo apparebit non ſolùm Romano, ſed aliorum Regnorum, & Nationum, peculiariq; Hiſpaniarum iure nobiles eſſe præferendos plebeis in adminiſtratione dictorum officiorum; nàm vt legitur Deuteronom. cap. 1. cùm Deus loqueretur populo Iſraelitico per os Moyſ. dixit. *Tolliq; de Tribubus veſtris viros Sapientes, & Nobiles, & cõſtitui eos Principes Tribunos & Centuriones, & quinquagenarios, ac Decanos, qui docerent vos ſingula, præcepique eis dicens: Audite illos, & quod iuſtum eſt, iu-*
2 *dicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus.* † Diuusq; Matth. c. 27. & Diuus Marcus c. 15. cùm loqueretur de Ioſepho ab Arimathia obſeruat, quòd erat Decurio nobilis, & lib. 1. Machabeor. cap. 3. refertur, quòd Rex Anthiochus profecturus loco ſui ad regimen Regni reliquit Lyſiam virum nobilem, Conſtantius Rogerius tract. de ſummo bono q. 2. num. 22.

3 † Vndè Ariſtoteles lib. 1. politic. c. 8. dixit, Nobiles, & ingenuos honores ſibi optimo iure abrogare tradit Corſet. in repet. cap. grandi nu. 15. de ſupplend. neglig. Prælator. lib. 6. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. ferè per totum.

4 † Romulus Vrbis Romæ Fundator cùm diuiſiſſet populum in duos ordines, plebeiũ, & Senatoriũ his artes ingenuas reliquit, militiã ſcilicèt, Magiſtratus gerere, ſacra facere, ius dicere, publica, & Vrbana negotia adminiſtrare. Plabeis verò agrorũ curam, & culturam, paſturam pecorum, & alias ſordidas artes, vt referunt Plutarch. in vita Romuli, Dionyſ. Halicarn. lib. 2. antiquit. Roman. Alex. ab Alex. lib. 5. dierum genial. c. 18. vbi And. Tiraquell. Simanc. lib. 5. de Republ. c. 3. nu. 7. Maſtrill. lib. 2. de Magiſtrat. c. 8. nu. 26.

5 † Similitèr Theſeus cùm ſeparaſſet nobiles à plebeis iuſſit, quòd ex nobilibus eligerentur, qui adminiſtrarent Magiſtratus, & leges exequerentur, vt inquit Plutarch. in vita Theſei, & Halicarn. lib. 2. antiquit. Romanar. Simanc. vbi proximè nu. 8. Maſtrill. d. c. 8. nu. 25. Molin. lib. 1. de
6 primog. Hiſp. c. 5. nu. 66. † Ad cuius imitationẽ Solon legislator Athenienſium in ſuis legibus idẽ diſpoſuit, vt referunt Plutarchus in vita illius, & Iulius Pollux lib. 8. Ariſt. lib. 2. politic. c. 10. Tiraquell. d. c. 20. nu. 4. & ſeqq.

7 † Similitèr Iulius Cæſar, prout refert Trogus Pompeius ſegregauit nobiles à plebeis non ſolùm in negotijs arduis, verùm & in leuibus, talitèr quòd nobiles ſimùl cum ipſo Cæſare veſcebantur vno palatio, plebei verò inferiùs in alio, Ota-
8 lora de nobilit. 2. p. c. 4. nu. 2. cum ſeqq. † Idquè comprobatur ex antiqua obſeruantia, de qua in l. 2. §. deindè cùm poſt ff. de orig. iuris, vbi habetur, quòd lege 12. Tabularum non permiſcebantur Patricij, & Plebei, ſed omninò diſtinguebantur, vt referũt ibi Zaſius, & Alber. & Ioſeph. Seſe deciſ. Aragonum 8. nu. 4. & 6. vbi probat, diſtinctionem Nobilium, & Plebeiorum apud Romanos, & Athenienſes fuiſſe in fauorem Nobilium.

9 † Similitèr viſum fuit Romæ, quod Conſules, Quæſtores, Tribuni, Cenſores, Dictatores, & alij Magiſtratus præeminentes ſemper electi fuere ex Patritijs, qui non poterant eſſe niſi Nobiles, & ſi contra hanc conſuetudinem, & obſeruantiam poſt annos multos Lucius Sextius fuit primus è plebe, qui ingreſſus fuit Conſulatum, vt inquit Titus Liuius lib. 6. 1. decad. & habetur in d. l. 2. §. deindè, & ſeq. ff. de orig. iuris, Chaſſan. in Cathalog. glor. mundi 8. p. conſider. 27. 31. 36. & 38. Alphonſus Heredia in lib. cui titulus eſt *Dechado de Iuezes* q. 8. Carol. Steph. in diction. hiſtorico in l. Sextio.

10 † Imò apud Indos, & Barbaros idem fuiſſe obſeruatum, oſtendit Diodor. Sicul. lib. 3.

11 † Et Alex. Magnus ita in hoc procliuior fuit, quòd victis Parthis, regimen illorum commiſit Androgoræ ex nobili Perſarum genere contra leges Macedoniæ eius patriæ, Iuſtin. lib. 12. hiſtor. & vt dicitur 1. Machab. cap. 1. *Cùm adhùc viueret vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erãt nutriti à iuuentute, & diuiſit illis Regnum ſuum.*

Nec ſolùm Nationes prædictæ viros nobiles
12 elegerunt ad officia publica; † ſed etiàm Longobardi, vt in Lõgobard. tit. de offic. Iud. l. vltim. quæ incipit de iudicijs, ſed etiàm Germani, de quibus Tiraquel. de nobilit. c. 20. nu. 5.

Hinc laudatur Venetorum mos, qui nobiles tantùm admittunt ad regimen Ciuitatis, vt obſeruat Tiraquell. d. c. 20. nu. 1. Io. Franc. de Ponte tract. de poteſtate Proregis tit. 2. §. 7. nu. 21. de quo eſt illuſtre teſtimonium Cardinalis Contaren. lib. 1. de Repub. Venetorũ pag. 268. dicentis. *Quamobrèm ſapientèr à maioribus noſtris cautum eſt, nè vniuerſus populus ſummam poteſtatem habeat in hac Republica, quam longe optimam voluerunt; ſumma enim turbatio, popularesq; tumultus frequenter concitantur in illis Ciuitatibus, in quibus ſumma rerum eſt apud populum: quod etiàm in quibuſdam Rebuſpublicis obſeruatum fuiſſe legimus, &*

à non mul-

à non nullis Philoſophis præceptum, hoc tamèn rectè ſe poſſe aſſequi arbitrati ſunt, ſi ius hoc adminiſtrandæ Reipublicæ definiretur cenſu, atque copia rei familiaris; Verùm in maximas difficultates, nec mediocria incommoda incidere, nam frequentèr euenit, ut infimæ plebis homines compararent ſibi ingentes facultates: quippè qui plerunque ſordidis artibus, officijsque minimè liberalibus dant operam agendæ rei, neque vnquàm ſibi parcunt, quin potius genium fraudant, vt opes accumulent. Contra ingenui ciues, ac liberalitèr educati pauperes fiunt, ſeù aduerſa fortuna (vt frequenter accidit) ſeù quod liberalibus ſtudijs addicti vniuerſam hanc augendæ rei familiaris operam negligunt, qua ratione fit, vt ſordidi homines, qui nil aliud ſapiunt, quàm lucrum, bonarū verò artium expertes ſunt, paulatim Rempublicam capeſſant: ingenui verò, ac liberalitèr educati opibus ſenſim deficientibus à iure ciuium decidant, Indè maximas ſeditiones oriri, ac Rempublicam turbari neceſſe eſt; ideò maiores noſtri Sapientiſſimi homines, nè ſua Reſpublica quandóque in hos calamitates incideret, hanc definitionem publici iuris generis nobilitate longè meliùs fieri cenſuerunt, quàm magnitudine cenſus, Pompe. Caimo in paral. polit. p. 2. pag. 179. & ſeq. Henningius Arniſæus de Republica lib. 2. c. 4. ſect. 4. nu. 15. Ludou. Zuccul. in conſiderat. polit. oracul. 60.

13 † Et ſi ius ciuile attendimus, ſunt notiſſimæ leges, quibus idem cauetur, præferentes nobiliores tàm in honoribus, quàm in adminiſtrationibus Rerumpublicarum, l. honores §. is, qui ff. de Decurion. quæ non ſolùm prouidit, quòd Decurionatus eſſent penès nobiles, ſed prohibuit, illos habere plebeios, vt patet ibi, quia Decurionum honoribus plebei fungi prohibentur, l. ad ſubeunda C. de Decurion. lib. 10. l. 2. C. de præd. Decurion. eod. lib l reſcripto in princip. ff. de muner. & honor. auth. de defenſor. Ciuitat. ibi. *Sed inuicem vniuerſi nobiliores*, & ibi gloſ. & in §. ſi qua verò collat. 3 auth. de referendar. §. fi. collat. 2. & in auth. Præſides C. de Epiſc. audientia dicitur. *Præſides gentium per vnamquanque Ciuitatē præparent homines non viliſſimos, ſed nobiliores Ciuitatum habitatores, quibus aliqua ratio eſt bonæ opinionis conſtituta, nominare defenſores per circulum, vt eo expleto, rurſus eandem ſolicitudinem reuertantur*, Lucas de Penn. in l. mulieris col. 5. verſ. *in pluribus quippè* C. de dignitatib. & in l. 2. col. pen. verſ. *& ſicut nobiliores* C. de exactor. tribut. lib. 12. Ioan. de Platea in l. 1. C. de condit. in pu-
14 blic. horreis nu. 5. lib. 10. † affirmans, in electione Officialium Reipublicæ inter alia eſſe conſiderandam nobilitatem, Palat. Rub. in repet. rubr. de donation. inter §. 9. nu. 6. & in cap. per veſtras §. 26. nu. 10. Thom. Gram. conſ. 6. nu. 11. Otalora de nobilit. 4. p. princip. c. vlt. nu. 8. Io. Bapt. Coccin. dec. Rotæ 238. nu. 3. Girond. tract. de priuileg. & exempt. explicatione nu. 653. Menoch. lib. 6. de præſumpt. præſum. 59. nu. 10. Vincent. de Franchis deciſ. Neapolit. 253. nu. 2. & 9. Paris de Puteo tract. de re militari lib. 7. q. 1. nu. 26. Andr. de Iſernia in c. hac ædictali de pace iuram. firm. Capyc. deciſ. 26. Io. Vincent. de Anna alleg. 21. nu. 8. & allegat. 130. nu. 10. Molina lib. 2. de Hiſp.
15 primog. c. 5. nu. 69. † Inde Steph. Guazzo dialog. 4. de Magiſtrat. pag. mihi 119. latè probat, honores, & Magiſtratus nobilibus ſanguine, & genere potiùs, quàm ignobilibus deferēdos, cùm rationi conſonet, ex bonis natos bonos euadere, latè Auend. in Capit. Prætorum 1. p. c. 19. nu. 17. & ſeqq. Greg. Lopez in l. 2. tit. 9. p. 2. gloſ. 4. & in l. 9. tit. 18. ead. par. gloſ. 3. Bouadilla lib. 1. polit. c. 4. nu. 19. & ſeqq. Capyc. deciſ. 26. Surg. lib. 1. de Neap. illuſt. c. 17. nu. 19. Io. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 5. nu. 9.

16 † Inſpecto autem iure eorum Regnorum l. 18. tit. 9. par. 2. inter alia requiſita, & qualitates eorum, qui admittendi ſunt ad adminiſtrationē iuſtitiæ, & regiminis ſunt duo, ſcilicèt quòd ſint de bono genere, & magnæ fidelitatis, & licèt videatur, quòd lex illa loquatur in maioribus Magiſtratibus, etiàm eſt intelligenda, & illius ratio militat in minoribus, ex Greg. Lopez ibi, & Bouad. d. c. 4. n. 22 qui à nu. 17. ad longum hoc proſequitur in fauorem nobilium, & idem lib. 2. c. 8 nu. 6. vbi in Decurionibus idem aſſerit procedere, cùm debeant habere eadem requiſita ſecundùm Curiam Piſan. c. 12. nu. 9. & 21.

17 † Et ex eadem prærogatiua Petrus Bellug. in Specul. Princip. rubr. 26. §. Princeps nu. 1. dixit poſt Boetium, quòd qui ſua virtute pollet, & parentum habet imagines, magis eſt honorandus, & concurrentibus virtutum præmijs præferendus, l. vt virtutum C. de ſtatuis, & imaginib. & ideò generoſos tales in officijs, & beneficijs eſſe à Principe præferendos, c. ſuper eo de teſtib. c. de multa, c. penult. de præbend. Coſm. Gumier. in pragm. ſanctione tit. de collat §. videlicèt, verbo *nobiles* Io. Corrat. in paraphraſi Sacerdotali 4. p. c. 4. nu. 43. Hieron. Grat. reſponſ. 4. n. 27. vol. 2. Bertrand. conſ. 2. nu. 40. lib. 3. vbi ait, quòd nobilitas habetur multùm in conſideratione in collationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, vt voluere gloſ. & DD. in cap. cùm adeo de reſcript. Chaſſan. 3. p. conſid. 36. Io. Franc. Capiblan. ſuper pragm. 10. Regni Neap. de Baron. nu. 114. c. dudum el 1. vbi Abbas nu. 2. de elect. Iulian. Viuian. lib. 2. de iure patron. cap. 12. nu. 6. Calix. Rami.
18 tract. de lege regia §. 13. nu. 7. & ſeq. † Et ſignantèr habetur in conſideratione, quandò agitur de diſpenſatione, ſeù relaxatione iuris communis, cap. de multa §. circa ſublimes tamèn, & ibi Hoſtienſ. & Scribentes de præben. faciliùs. n. mouetur Princeps ad conferendum nobili, aut cum eo diſpenſandum, quàm cum ignobili, & in pluribus alijs rebus, de quibus Petrus Antibo. tract. de munerib. verſ. *eſt autem ſciendum*, Ioan. Raynaud. tract. de nobilit. §. videndum eſt ſeptimò, & principalitèr de effectu nobilitatis, Bertrand. conſ. 141. Chriſti nomine inuocato nu. 1. vol. 1.

19 † Et ratio eſt fundamentalis propter magnam præſumptionem, quam iura habent in fauorem nobilium quoàd regimen officiorum publicorū, vt reſoluit Alciat. tract. de præſumpt. regula 1. præſumpt. 48. Menoch. d. lib. 6 præſumpt. 59. nu. 1. & fina. Tiraq. d. tract. de nobilit. cap. 20. num. 1. & 2.

20 † Quia nobilitas per ſe eſt virtus Ariſtot. 3. polit. c. 8. Auend. 2. p. de exeq. mandat. c. 14. n. 24.

& latè

& latè probat Petr.Greg. in comment. ſintagm. art.mirabil.2.tomo lib.4. cap.20.vbi quàm plura
21 de nobilitatis bono, † eſt .n. tàm magna virtus, quòd ius præſumit habentem nobilitatem habiturum virtutes alias, quæ nobilitati regularitèr famulantur, vt plenè per Caſſan.in catalog. glor. mundi 8.p. conſiderat. 32. idem Menoch. lib. 5. præſumpt.4.nu.6.

22 † Quarè Marcus Tullius (tàm & ſi homo nouus veritatis, & rationis lumine motus, in oratione pro Sextio, dixit. *Omnes boni sempèr nobilitati fauemus*: ideò cùm Magiſtratuum, & Officialium creatio reſpiciat Reipublicæ bonum per id, quod habetur in l.ſi quis Magiſtratus, vbi glo. l.munerum §.iudicandi ff.de munerib. & honorib. l.ſancimus C. de Aduocat. diuerſ. iudicior.
23 Bertand. conſ.16.nu. 12. lib.1. † Reipublicæ intereſt per digniores, & nobiliores regi, Corn. conſ.335.nu.4. lib.1. & conſ. 224. nu. 7. lib. 2. vtileque eſt Reipublicæ nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, Theſaur. politic. lib.4.c.2. Et ita Petrus Foller.in Conſtit.Neap.poſt mun-
24 di machinam nu. 81.poſt Affl. ibi ait, † magis, & meliùs præſumi pro eo, qui natus ex patre nobili, quàm pro eo, qui ex ignobili, cuius dicti memor fuit Tiraq. tract.de nobil.cap.20.nu.21. quòd antè eos animaduertit Plato in 1. lib. Alcibiad.qui eſt de natura hominum, conſentaneum eſſe, dicens, meliores eſſe naturas ex nobili genere, quàm ex ignobili, & Ariſt. lib. 3. Rethor. ad Theodectem cap.16. *Nobilitas* (inquit) *& educatio ad faciendam fidem adbibentur, verisimile eſt enim probum ex probis, & bene educatum in bonũ virum euasiſſe*, & Fabius Quintilianus lib. de argumentis ſcribit, argumenta ſæpè à perſona, & genere eſſe deducenda, nàm ſimiles parentibus, ac maioribus filij ſui plerunque creduntur, & non nunquàm ad honeſtè, turpitèrque viuendum indè cauſæ fluunt, Hojeda de beneſ.incompatib. lib.1.c.23.n.74.& 126. Garimber.li.2.de regim. Ciuit.ſol.17.dicẽs, eſſe veriſimile ex bonis bonos naſci, quia natura deſiderans generare rem omnẽ ſimilẽ in ſua ſpecie, præſtat nobili naturalẽ inclinationẽ ad virtutes anteceſſorum, & ad illorum æmulationem accenditur honorabili deſiderio, non ſolùm æquandi, ſed etiàm ſuperandi eos, & ſtimulantur etiàm in ſuſpectione ignominiæ, in qua cadunt ignobiles, ſi illi degenerarent à gradu ſuorum anteceſſorum, & claritate ſanguinis illorum, Mar.Anton. lib.1. reſolut.88. nu.11. arg.l. quod ſi nolit, §.qui mancipia, vbi gloſ.& DD.ff. de ædilit. edicto, Io.de Amic. conſ.86. nu.19. & conſ.134.nu.10.Coſta in reſpon.inſerto in tract. de facti ſcient. & ignor.centur.1.allegat. ſeù reſponſo, quod eſt poſt diſtinct.9.nu.5.pag.165.

25 † In quo eſt maximè conſiderandum, quòd nobilitas politica, & ciuilis, qua mediante nobilis differt à plebeio, ſecundùm Parid. de Puteo d.tract.de re milit.lib.7. q.1. nu.7. & 8.Io.Bapt. Coſta conſ.5.nu.2. & 3. eſt introducta ad ſimilitudinem, & imitationem nobilitatis, quæ virtutum ratione conſideratur ergà Deum, vt in authent. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio §.itaque collat.2. & l.1. ff.de offic. Prætor. & ſicut ille apud Deum eſt nobilis, cui Deus ſua gratia gratum ſibi fecit, ita in foro iudiciali ille eſt nobi-
26 lis, † qui ex iure ſanguinis, quod immutabile habetur, l. iura ſanguinis ff. de reg. iur. l.3.ff.de interdict.& releg. Roman. ſing.37. Matienzo in rubr.tit.1.nu.124. lib.5. recopil. eſt gratus Principi, vel legi, proùt ſunt perſonæ nobiles.tex.in l. Imperialis circa princ. C.de nupt. vbi de dicta ſimilitudine, l.1.§.1. C.de offic. Præfect.Prætor. Aphricæ, iuncta doctrina Bart.in l.1. C.de dignitatib.lib.12. Conſtantius Roger.tract.de ſummo bono q.2. nu.18. Maſuer. in praxi tit. de talijs, ſeù collectis nu. 16. ponderans illud 1.Reg. c.2. quicunque honorificauerit me, ego honorificabo eum, qui autèm contempſerint, erunt ignobiles.

27 † Pro quo facit illud Caſſiodori lib. 3. variar. epiſt.6. *Multò nobis probatur acceptius, quotiès dignitatibus redimus, qui de ipſa Curiæ claritate naſcuntur, quia non ſunt de vobis examina noſtra ſollicita dùm præiudicata bona transfunditis, qui meritis cum luce præſtatis, origo ipſa iàm gloria eſt, Lux nobilitatis cognoſcitur, tamẽ vobis eſt dignitatis, quod vitæ principium*, Barbat.conſ.35.nu.1.vol.2.
28 † Decorantur enim ſucceſſores parentum nobilitate, ſecundùm Sidon. Apollin. lib.3.epiſt.6.
29 † Et licèt poſt antiquum ius Romanorum, illud ſcilicèt duodecim tabularum recedente plebe à Patritijs, & ſeditionem per receſſionem mouente fuerint admiſſi ex plebe ad officium Tribunorum militum, cùm ipſi Conſulatum etiàm ambirent, vt patet ex d.l.2. §.deindè cùm poſt ff. de origine iuris, ibi. *Deindè cùm poſt aliquot annos, quàm duodecim tabulæ latæ ſunt, & plebs contenderet cum patribus, & vellet ex ſuo quoque corpore Conſules creare, & Patres recuſarent, factum eſt, vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus*; Et cùm poſteà etiàm inſtarent pro officio Conſulum, fuere admiſſi ad illud, remanente tamèn maiori numero nobilibus, ſeù Patritijs, vt patet ex verſ.ſeq.ibi. *Deindè cùm placuiſſet creari etiàm ex plebe Conſules, cœperunt ex vtroque corpore conſtitui, tùnc vt aliquo pluris patres haberent, placuit duos ex numero Patrum conſtitui*.

30 † Eandem intentionem habuere leges nouiores iſtius Regni, nàm plus, quod conceſſere plebeis, fuit quòd haberent vnum ex duobus officijs Iudicum, qui vocantur Fraternitatis, vt in l.1.tit.13.lib.8.recopilat.ibi. *Se elixan, y nombren dos Alcaldes de Hermandad; el vno del eſtado de los Caualleros Eſcuderos, y el otro de los Ciudadanos, y hombres pecheros*. Nec reperitur lex alia,
31 quæ loquatur de medietate officiorum, † quod benè perſpicitur in conſuetudine antiqua Hiſpaniæ, nàm in Oppidis magnis officia Decurionatuum ſemper erant apud nobiles, nec alij ad ea admittebantur, donec ex venditione officiorum, publicis neceſſitatibus id exigentibus hoc immutatum fuit, & ſi Robertus Maranta conſ.203. nu.2. poſt Alber. de Roſate in rubr.de muner.& honor.dicat, quòd ſicùt ignobiles participant de incommodis Ciuitatis, ita etiàm debent participare commoda in honoribus, proùt alij nobiles de Ciuitate, nullus autèm in benè conſtituta Republica admiſit, quod excluſis in totum nobilibus

libus

Digitized by Google

libus officia iuſtitiæ, & regiminis eſſent penès
32 † plebeios, † nàm vt Ioſephus lib. 14. antiqui-
tat. Iudaicar. c. 8. dolet inter alia damna, quæ ve-
nerunt Iudæis captis Hieroſolymis per Pompe-
ium memorat, quòd vbi primùm honores Re-
gni concedebantur illis, qui erant è Pontificum
gradu, fuere in homines plebis tranſlati.
33 † Refert Robertus Gaguinus lib. 3. de geſtis
Francor. Chilpericum Regem à proceribus Re-
gni in Monaſterium detruſum propter iniuſtam
honorum in plebeios diſtributionem, vt tradit
etiàm Ioan. à Cokier in theſauro aphoriſmorum
politic. lib. 2. c. 3.

Ruſus, quia obtinere plebeios omnia officia
publica contra omnium iurium reſiſtentiam eſt
aduerſus publicam vtilitatem, & omne bonum
regimen, & chriſtianam politiam, & huius pro-
34 poſitionis veritas euidens eſt, † nàm quotiès
officia exiſtunt in aliqua partialitate, regimen
erit confuſum, & babilonicum, plenum ambitio-
ne, grauaminibus, & iniurijs, & ea differentia
erit, quòd officia ſint penes nobiles, aut penès
35 ignobiles, & plebeios, † nàm prima eſt regi-
men paucorum nobilium, dicta Ariſtocratia, vt
per Ariſt. lib. 5. ethicor. c. 3. & lib. 8. c. 10. & 3. po-
lit. c. 5. & 12. & 4. polit. c. 7. & 8. Aymar. Riual. in
hiſt. iur. ciu. lib. 3. nu. 1. Melchior Iun. qq. polit.
p. 1. c. 1. Io. Gerbar. in qq. polit. decad. 1. q. 7. Gã-
barut. in diſcur. pol. pag. 20. Azeued. in rub. tit. 1.
36 lib. 6. recop. nu. 214. † alia multorum popula-
rium appellata Democratia, Ariſt. 8. ethic. c. 10.
& 11. & 3. polit. c. 5. & lib. 4. c. 2. 4. & 8. Arniſ. lib.
2. de Republ. c. 2. in princ. nu. 6. Malfitan. lib. 2. de
Reip. inſt. c. 4. Bouadill. lib. 1. polit. c. 1. n. 13. & 14.
37 Gambar. vbi proximè, † quæ facilè in ſeditiones
degenerat, Guilielm. Beranton. in Republica
Athenienſi c. 3. vbi dixit, regimen ignobilium eſſe
monſtruoſum, veluti ſi in humana corpore fa-
38 cies careret oculis, & eſſent in pedibus, † quod
dixit Eccleſiaſt. c. 9. *Eſt malum, quod vidi ſub Sole
poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſe-
dere deorſum, & vidi ſeruos in equis, & Principes
ambulare, quaſi ſeruos ſuper terram*, quam aucto-
ritatem applicat D. Thom. lib. 4. de regim. Prin-
cip. c. 19 regimini peruerſo, proùt eſt, quandò à
plebeis habetur, & ad idem allegat D. Franc. Sar-
miento lib. 7. ſelectar. interpret. c. 16. à nu. 1. &
alij penès Simanc. lib. 5. de Republ. c. 3.
39 † Nulla enim Ciuitas fuit vnquàm à plebe
rectè conſtituta, vt affirmat Oſorius lib. 2. de ci-
uili nobilitate, Petrus Andr. Canonher. in diſcur-
ſib. polit. in Tacitum pag. 69. & pag. 296. Philip.
40 de Cominc. lib. 8. comment. ſui temporis, † no-
tans Gandauenſium inſignem ſtoliditatem cum
malitia, eò quòd Magiſtratus apud eos habent
plebei, optimè Caſſan. dicta 8. par. conſider. 32.
vbi inter alia inquit, *Ruſtica progenies neſcit habe-
re modum*, cui cõſonat, quod adduxit Caſſiodor.
lib. 8. variar. epiſt. 16. dicens. *Similitudinem ſuorũ
fœlix vena cuſtodit. quandò pudet delinquere, qui ſi
milia nequeũt in ſuo genere reperire. Hinc eſt, quod
melius agnoſcitur elegiſſe nobilem, quam feciſſe fœ-
licem. quia iſte commonitus per veternm ſe facta
cuſtodit, ille exemplum non habet, niſi quod fecerit;*
Nàm vt dixit Ariſt. lib. 3. polit. c. 8. *Ex melioribus
meliores procreari probabile eſt*, Et ita ex Boetio
tradit Redin. tract. de maieſt. Princip. verb. *&*
41 *Princeps Romanus* nu. 27. † quòd qui ſua virtu-
te pollet, & parentum habet imagines, magis præ-
ferendus eſt, quia præſumitur etiàm magis pol-
lere virtutibus, & innocentèr viuere, Menoch.
lib. 5. præſ. 4. nu. 6. & 7. & lib. 6. præſ. 59. à num. 2.
Segur. Daual. ſup. c. 2. à nu. 4. optime Simanc. d.
li. 5. c. 3. nu. 2. Petr. Greg. de Repub. lib. 4. c. 1. nu.
35. & c. 9. nu. 10. & ſeqq. Molin. lib. 2. de Hiſpan.
42 primog. c. 5. nu. 66. vbi probat, † quòd ad Ma-
giſtratus ſæculares debent præferri nobiles, eò
quòd ius præſumit, quòd melius illos admini-
ſtrabunt, quàm, qui nobiles nõ ſunt, vt benè tra-
dunt Roland. à Valle conſ. 16. n. 27. lib. 1. I. aderc.
de Imola conſ. 181. nu. 22. Barbat. conſ. 31. nu. 2.
li. 2. Menoch. d. li. 6. de præſum. præſ. 59. nu. fin.
43 † Vndè Tiberius Gambarutt in diſcurſibus
politicis c. de elect. Magiſtrat. pag. 142. & ſeq. di-
cens, ea etiàm ratione nobiles eſſe in Magiſtrati-
bus præferendos, quia nobilitas magnum eſt in
homine fundamentum, indiciumq; honoris, &
virtutis, cùm nobilitas ipſa ex ſe præſupponat nõ
ſolùm antiquitatem ſanguinis, ſed virtutem ſuo-
rum maiorum, & continuationem in poſſidente
eam, & quia nobilitas ipſa quandam præeminẽ-
tiam continet in populo, ex qua venit veneranda,
& naturalitèr æſtimanda, quod magnoperè con-
uenit Magiſtratui.
44 † Natus enim ex bonis parentibus, & bona
progenie, bonus præſumitur, præſumptione na-
turæ per ea, quæ habentur, & notantur in l. quiſ-
quis C. ad l. Iul. Maieſt. l. cohortalis C. de cohor-
tal. lib. 12. & obſeruat Io. de Amic. conſ. 134. n. 10.
45 † Quarè dicebat Io. Anton. Viperan in orat. de
ſcribẽdis vitis virorũ illuſtriũ. *Mores quoſdam gi-
gnit generis, ac ſeminis ſtirps, vt quæ fructus à ſe-
minis ſic à generis bonitate mores quidam commẽ-
dantur* (inquit Horat. li. 4. ode 4.) *fortes creantur
fortibus, & bonis, Eſt in iuuencis, eſt in equis patrũ
virtus, nec imbellem feroces, progenerant aquilæ co-
lumbam*, Io. Steph Menoch. li. 3. polit. c. 3. n. 9. di-
cens, *Eorum, qui verè nobiles ſunt, mores mitiores
eſſe ſolent, liberali educatione humanitatis cuiuſdã
46 ſuauitatem inſtillante*, † hinc Plato dixit in Alci-
biade, conſentaneum eſt meliores eſſe natura,
nobili in genere, quàm ignobili, & Ariſt. li. 1. po-
lit. c. 4. ait, *Vt ex homine hominẽ, ex beluis beluã, ſic
ex bonis bonum generari putant*. Petr. Andr. Ca-
nonher. li. 2. diſcurſ. polit. in Tacitum pag. 286.
47 Plerunquè enim fieri ſolet, vt motus animorum
acriores, & ſublimiores naturæ vires, cùm vitæ
ipſius ſpiraculo infundantur, & implantentur,
itaùt quemadmodùm in ſtirpibus, ſic in homini-
bus etiàm virtutis ſuccus ex radice diffundatur
in ſurculos; Petrus Fittze apud Dominic. Arumę.
de iure publico diſcurſ. 16. de nobilitate concl.
20. pag. 455. & ex Dante, & alijs tradit Conſtant.
Roger. tract. de ſummo bono q. 2. nu. 11. glo. verb.
progenitores in c. venerabilem de elect. Rojas de
48 ſucc. c. 13. nu. 12. † Qua de cauſa auctores plu-
res, quos refert, & ſequitur Burg. de Paz d. conſ.
50. nu. 1. & ſeqq. reſoluunt, quòd ad minus debe-
tur nobilibus, & eorum Statui medietas officio-
rum iuſtitiæ honoris, & regiminis, vt per Auend.
de

Digitized by Google

de exequend. mandat.1.par.cap.19. à nu.17. Io-
ſeph.Seſſe tract.de inhibitioni.magiſtratus iuſti-
tiæ Regni Aragonum cap.5.§.9.n.115. & 119.vbi
concludit, quòd non eſt aliquod inconueniens,
aut ſuſpitio, quòd nobiles rectè regere, & guber-
nare habeant Rempublicam, nec alia ratione,
niſi, quòd populares, & plebei naturalitèr habēt
49 in illos animum aduerſum: † dixit enim Laurē-
tius Syluanus conſ. 61. nu.33. quòd ruſticis tan-
quàm alienæ fœlicitatis impatientibus continuè
vaſtus eſt animus nobilitatem extinguendi, Et
Ioann. Segura Daualos in director. iud. eccleſia-
50 ſtic. 1.per. cap.2.num.1. † ait, quòd ſi ignobiles
dominantur, contendunt opprimere nobiliores,
vt vterque ſtatus æqualis fiat ex Franc. Sarmien.
lib.4. ſelect.cap.16. ideò dixit Stephan. Bertran.
conſ.7.num.6. lib.1. quòd nihil impudentius eſt
arrogantia ruſticorum.

Et quòd medietas officiorum non poſſit ne-
gari nobilibus, imò quòd in eo verſetur ſalus po-
51 puli, & recta norma regiminis conſtat †, nàm ex
duobus contrarijs eligitur, & fit quoddam tem-
peramentum, l.ſi ſeruus 25.ff.de pignorat. actio.
l.ſed hæc 13.ff.de procurator. l. non exigimus 2.
§.8.ff.ſi quis caution. Scæuola in l.Gallus 29.§.il-
le caſus ff.de lib. & poſth. ſicut in duobus medi-
camentis contrarijs vnum corrigit aliud, & re-
ſultat quædam theriaca, vt docet Auſonius epi-
gram.11.de vxore, quæ virum voluit veneno ne-
care, dicens inter alia,

Diuidat hæc ſi quis, faciunt diſcreta venenum:
Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.

Et ita nobiles, qui habent medietatem officio-
rum, efficiūt, quòd plebei, qui habent aliam me-
dietatem intra ſuos terminos ſe contineant, &
ceſſent oppreſſiones, rapinæ, & diteſcere cū dā-
no pauperum, aliæque violētiæ, iniuſtitiæ, & gra-
uamina, quæ nobiles probatum habent fieri ſoli-
ta à plebeis, qui hùcuſque habuere officia iuſti-
tiæ, & regiminis dictæ villæ.

52 † Demùm non eſt omittendum, quòd cùm
digni, & magis benemerentes ſint ad prædicta
officia eligendi, vt fundat D. Ludouic.Molina d.
cap.5.num.66. contra Caietan. & alios, probans,
quòd in officijs ſęcularibus, in quibus lege requi-
ritur, quòd eligantur magis digni, aut magis no-
biles, curret, & interueniet eadem obligatio iu-
ſtitiæ, & conſcientiæ, quæ in electione beneficio-
rum Eccleſiaſticorum, & quòd peccabitur mor-
talitèr ſi fuerit contrauentū, imò dicit. quòd obli-
gatio iſta multò maior erit in officijs ſęculari-
bus, quàm in beneficijs, propter maius damnum,
quod toti Reipublicæ poſſet reſultare, & eiuſdē
opinionis fuere Soto lib.3.de iuſt.& iure q.6.ar-
tic.4.concl.6.ad fin.Leonard.Leſſius vir doctiſſi-
mus è Societate Ieſu, eod. tract. de iuſt.& iure
lib.2.cap.32. dubitat.3.num.17. fol.375. Ema-
nuel. Rodriq. in ſumma moral. cap. 107. verbo
electton. & eiuſdem opinionis eſt Menchiaca in
quæſtionib. illuſtrib.cap.28. num.1.& cap.43.n.
14. Ex quibus colligitur, quàm ſit periculoſum
Rebuſpublicis officia etiàm annalia concedi non
tàm benemerentibus, quàm ijs, qui electoribus
placent.

53 † Et quàmuis Ioann. Garzia tract. de Hiſpa-
nor.nobilitate gloſ.35.num.54.& ſeqq.in ea opi-
nione fuerit, quòd ſit præſcriptibile habere ple-
beios non ſolùm medietatem officiorum ad eos
ſpectantem, ſed etiàm eam, quæ ad nobilis perti-
net, ſcripſit tanquàm fiſci patronus contra nobi-
les, nouam, & ſingularem opinionem formando
contra communem, & magis certam aliorū Do-
ctorum, ad finem diſponendi concluſiones alias
ſui diſcurſus aduerſas nobiles, contra quem gra-
uiores Auctores legitimis fundamentis reſoluūt,
54 nō poſſe habere locum præſcriptionem †, imò
nec conſuetudinem tanquàm irrationabilem, &
damnoſam Reipublicæ, pro quo ſunt notabilia
verba Auendani dicto cap.19. num.18. dicentis:
vtiliſſimum ergo eſt, Rēpublicam per nobiliores ſan-
guine, & æſtimatione regi, ex quo dicerem eſſe irra-
tionabilem, & in damnum Reipublicæ conſuetudi-
nem illam, qua diſponitur, vt nobiles excludantur
ab officijs, ideòque neque priuilegium valere debet,
vt notat Platea *in l. exemplo C. de decurion. lib.10.*
& in l.nec damnoſa C. de precibus Imperator. offe-
ren. imò & in præiudicium Regis eſſet tale priuile-
gium, ob quod valere non debet, & contra Rempu-
blicam, cuius cauſa priuilegiantur, Roma conſ.436.
&c Et comprobat Burgos de Paz d.conſ.10.nu.
29.& ſeq. Meſſia ad l.Toleti *de los terminos* par.
55 9.fundamento 2. nu.66. dicens †, quòd homi-
nes plebei non poſſunt facere defenſas tempora-
les, quas vulgus, *atajados* appellat, vt ex herbæ lo-
catione Regia tributa ſoluātur, & eadem ratio-
ne non poſſe plebeios in nobilium præiudicium
bona publica, ſeù propria Conciliorum conuer-
tere in ſolutionem Regiorum tributorum, aut
publicis Magiſtratuum honoribus, ſeù Oppido-
rum regimine nobiles, & patricios priuare,
56 † quæ determinatio ſatis confert cōtra plebeios
dictæ Villæ de Yepes, qui tempore, quo habuere
penès ſe dicta officia fecere plura ambitioſa de-
creta ad propriam, & priuatam ſuam vtilitatem,
contra l.ambitioſa ff.de decret.ab ordin. faciēd.
cum traditis per Ræuard.lib.5.variar.cap.6.l.or-
dinis C.de decret. decurio.lib.10. Burg. de Paz
d.conſ.10. n.25.non enim ſolū curarūt vſurpare
medietatē officiorū ad ſtatū nobilium pertinen-
tem, ſed conuerterunt in ſolutionem onerum, &
tributorū ab eis debitorū, & in alios effectus pri-
uatarum vtilitatum ipſorum redditus, & prouē-
tus, ac bona propria concilij, ſiuè vniuerſitatis
dictæ villæ contra l. 10.tit.28.par.3. vbi Gregor.
Lopez, Auendaño 2.par.cap.10.prætor. num.22.
ad fin.

57 † Et vltra, quòd ſi opinio Ioannis Garziæ fuiſ-
ſet talis, & ita certa, prout volunt ciues plebis
dictæ villę de Yepes, nō eſt dubium, quòd fuiſſet
ſequuta, poſtquàm liber fuit impreſſus, multis in
cauſis, quæ poſteà ſunt tractatæ ſuper medietate
officiorum nō ſolum in Regijs Cancellarijs iſto-
rum Regnorum, ſed in conſilio tantùm à vero ab
eſt, quòd ita ſit, quòd poſſum iſ affirmare eſſe
multotiès reprobatam illius opinionem, nàm
licèt fuerit ponderata per ciues, & incolas plebis
villæ de Alcaçar, & locorum de D. Benedicto, &
Xeraſe, fuit contra eos pronunciatum, & in fa-
uorem ſtatus nobilium, vt in memoriali iſtius li-
58 tis fol.50.52. & 54. † quæ exempla deciſionum
tàm

Digitized by Google

tàm ſupremi Senatus, & Conſilij multùm conſi-
derabilia sũt,ac ſi leges forẽt,tex.in l.filius eman-
cipatus 14.in fine principij,ibi:*Sic enim nunc ni Se-
natum cenſuiſſe* ff.ad l.Cornel.de falſ.l.nàm Impe-
rator,ibi: *Aut rerum ſimilitèr iudicatarũ vim legis
obtinere debere* ff.de legib.l.fin.C.eod.l.14.tit.22.
par.2.& conſtat ex Fabio Quintiliano lib.5. inſt.
oratoriar.c.2. Octau.deciſ.Pedem.1.nu.44. Affl.
dec.383.n.8.Iul.Cler.in praxi q.38.nu.8.ad med.
Burſat.conſ.32.n.28.lib.1. Plot.tract.de in lit.iur.
§.4.nu.42.Menoc.conſ.264.nu.46.& ſeq. lib.3.&
tract.de præſumpt.lib.·.q.1.nu.27.Gamma dec.
174.nu.9.& 10.Celſus Hugo conſ.46 nu.1.
59 † Quarè Ioan.Franc.de Ponte d.tit.2.§.7.n.19
poſt Auendaño vbi ſup.cõcludit,Reipublicæ vti-
liſſimum fore per nobiliores ſanguine regi, & ra-
tionabilemque,& non ſeruandam conſuetudinẽ,
aut priuilegiũ,quòd nobiles ab officijs Reipubli-
cæ arceantur,tanquã in perniciẽ illius; hinc Plato
dicebat,nullo modo iuſtum imperiũ,vel Ciuitatẽ
appellãdã, in qua popularis im,pbitas ſũma quæ-
que Reipublicæ munere tractare præſumat, qui
enim populo ſe committit, fortunã, non rationẽ
ſequitur, qui fortunæ fauet,periculo, & aleæ ſe
dedit, qui in alea eſt ad ruinam, & cladẽ inclinat;
60 † Et ideò Anacharis Soyta,qui vnus ex Sapiẽti-
bus Græciæ fuit habitus,Athenienſium ſtatũ,qui
populi imperio agebatur,breui interiturum præ-
dixit,vt latiùs explicant Petrus Crinitus lib.5. de
honeſta diſciplinæ c.4. Io.Franc.de Põte vbi pro-
ximè nu.23. poſt Andr.de Iſer.in c.1.de pace iu-
61 ram.firm. in princ.in vſib.feud. † Athenienſium
Reſpublica illo tẽpore florebat,quo patricios ap-
pellabat ex illuſtribus familijs,& pollẽtes opibus,
penès quos erat regimen Ciuitatis, refert Dio-
nyſ.Halicarn: lib.2. Petr.Andr.Canonher.in diſ-
curſ.polit. in Tacit. lib.2. pag.296. non cùm ve-
nit ad populares,Car.Sig.li.1.de Repub. Athen.&
de populari Repub.Athen.pag.27. & ſeqq.
62 † Et quia ſuperfluum foret trãſcribere fun-
damenta, quæ contra opinionem Io. Garziæ ad-
ducunt Auend.& Burg.de Paz vbi ſupra,quę cõ-
firmantur ex his, quæ conceſſit Boned.d.lib.1. c.
4.à nu.15.adducam alia, vt conſtet,quòd dicta
prætenſa conſuetudo, ſeù potius præſcriptio eſt
ab omni ratione aliena,inualida,& nulla.

Nàm cùm adſint tot iura, quæ concedunt
Magiſtratus, & prælationem in eis ſtatui, &
perſonis nobilium non potuit introduci con-
63 ſuetudo contraria, † quia conſuetudo contra
ius induci non poteſt, l.nõ dubium C.de legib. l.
pacte C.de pact.Coſmas in pragm.ſanct.tom.2.
tit.de annat. §.non fiant,verbo *cenſeantur*, c.cùm
inſtantie de cenſib.Marani.diſput.1.nu.12.Philip.
Prob.ad Io.Monach.in c.vt animarũ nu.116. de
conſt.maximè ab his, qui contra ius non poſſunt
expreſsè ſtatuere,Crau.conſ.134.nu.25.poſt Bar.
64 conſ.136.incip. Capitaneus. † Imò conſuetudo
contra ius recipienda non eſt, c.penult. & fin. de
conſuet.c.cùm decorem de vita,& honeſt. cleric.
c.inter dilectos de exceſſ. Prælat. c.mala conſue-
tudo diſt.8.Io.Cæph.conſ.300.nu.17.vol.2.dicẽs,
quòd eſt reprobanda, c.2.de probat.c.ſeries,verſ.
præſenti de teſtib. c. conſuetudinis 12.diſt. c.cùm
cauſam de ſent.& re iud. ibi: *Nos autem conſide-
rantes, quod licet vſus, vel conſuetudinis non mini-
ma ſit auctoritas, nunquam tamen veritati, aut legi
præiudicat*.

Quod etiàm certum eſt,quàmuis nobiles par-
65 ticulares id tolerafſent, † nam vt inquit Crauet.
conſ.96. nu.7. conſuetudo non inducitur contra
debitum iuris ex ſimplici tolerantia.
66 † Et quia ſemper fuit habita res ſine ratione,
ꝙ magiſtratus pertinẽtes ad nobiles adminiſtren-
tur à plebeis,vndè Ariſt.lib.2.polit.c.7. reprehẽ-
dit legem quandã Lacedemoniæ, per quã magi-
ſtratus Ephororũ concedebatur plebeis, quia ex
eo reſultarũt plura,& ingentia dãna Reipublicæ.
67 † Et in omni cõſuetudine inſpici debet,& ani-
maduerti,quòd ſit rationabilis, c.fin. de conſuet.
ibi: *niſi fuerit rationabilis*, gloſ.in d.c.cùm cauſã
de re iudic.verbo *rationabilis*,dicẽs, quòd irratio-
nabilis conſuetudo eſt,quæ à iure improbatur, c.
cùm inter de confirm.vtil.vel inut. l.2. C.quæ ſit
longa conſuetudo,l.quod non ratione ff.de legib.
Alex.conſ.196.nu.3.lib.2. Ioſeph Ludou.dec.62.
nu.30.par.1.deciſ.Peruſ.adeò vt reſoluerit Flam.
Pariſ. lib.5. de reſign.beneſ. q.6. nu.120. & 123.
68 † quòd conſuetudo irrationabilis, etiã ſi ſit im-
memorialis,nõ iuuat, quia veritati,& rationi fru-
ſtrà opponitur conſuetudo, c.veritati,& c.fruſtrà
cõſuetudo 8.diſt.& ideò potiùs meretur appellari
corruptela,vt inquit Pet.Greg.de feud.1.par.q.3.
69 nu.7. † & ideò diuturnitate tẽporis non minuit,
ſed auget iniquitatem, c.cùm haberet, de eo,qui
duxit in matrim. c. cùm tanto de conſuet. c.non
ſatis,c.cùm in Eccleſiæ de ſimon.& c.fin.de con-
ſuetud.Vldar.Zaſ. conſ.5.nu.72.lib.1. dicens poſt
Innoc.in rub.de conſuet.verſ.*&* *generalitèr*,con-
ſuetudinem,quę malignandi occaſionẽ præbeat,
non præſcribi, aut quæ iniqua, aut contra bonos
mores ſit, cap.nos conſuetudinem,& cap.illa 12.
diſtinct.Capoll.conſ.ciu.17.nu.9.
70 † Vel quandò conſuetudo eſſet contra bonos
mores. d. c.fin. de conſuet. c.cùm terra, & c.ſa-
croſancta de elect. auth. caſſa, & irrita C. de ſa-
croſ.Eccleſ. cap.ex frequentibus de inſtit.
71 † Et ſi inſpiciamus ius ciuile, illa dicitur irra-
tionabilis, *quæ non tendit ad bonum publicum, quia
finis iuris ciuilis ad hoc tendit*,vt conſiderat Abb.
d.c.fin.nu 5.verſ.*de iure verò ciuili*, & generalitèr
conſideratur rationabilis,aut irrationabilia in or-
dine ad effectum moralem,& per comparationẽ
ad ipſum,vt regulã in hoc conſtituens tradit Ge-
minian.in c.1.de conſtit.10 6. Ant.de Butr.in d.c.
fin. de conſuet. quos refert, & ſequitur Silueſter
verb.*conſuetudo* q.1. Soto lib.1.de iuſtit.& iure
q.7.art.2.Sanchez lib.7.de matrim. diſp.4.nu.4.
Suar.in tract.de legib. lib.7.cap.6. nu.17.
72 † Et licèt conſuetudo rationabilis aliquo caſu
poſſit valere contra legem,quę de ſui natura,de-
bet etiã rationabilis eſſe, c.erit autèm lex 4.diſt.
l. leges ſacratiſſimæ C. de legib. & hoc procedet
ſecundùm diuerſitatẽ temporum, & reſpectuũ,
in quo multùm poteſt Iudicis arbitrium,vt poſt
Hoſt.& Io.Andr.tradit Abb.in d.c.fin.nu.5.circ.
73 finẽ,& nu.6.illa dicetur irrationabilis,& propriè
corruptela;quę in omni tempore,& ex omni re-

ſpectu eſt nociua, & præiudicialis, prouti eſt, quòd
plebei penès ſe habeāt omnia Reipublicæ officia,
ſiuè iuſtitiæ, ſiuè honoris, & fruantur prærogatiua
aduerſus nobiles, qui ex maioritate rationis de-
bebant vti dicta prærogatiua contra plebeios, vt
conſtat ex Io. Bapt. Ferret. conſ. 240. n. 24. vbi ait,
74 † quòd conſuetudo, quòd minor præcedat ma-
iorem, vti contra ius diuinū, naturale, & huma-
num nō valet, & quòd inferior, & minus dignus
exaltetur in præiudicium excellentioris, quod eſt
etiā contra normam rectā politicæ diſciplinæ, ex
75 Ariſt. Bouad. & alijs ſupra; † nec dubiū eſt, pu-
blicum ius in magiſtratibus conſiſtere, l. 1. verſ.
publicum ff. de iuſtit. & iure, l. 2. §. poſt originē ff.
de orig. iur. & cùm ſtatera non exiſtit in æquali-
tate, neceſſarium eſt grauamen ſequi ex parte
vnius ſtatus reſpectu alterius propter inuidiā, &
æmulationem naturalem illorū, qui nobiles non
ſunt aduerſus nobiles, ex quo procadit ius publi-
cum, & bonū commune vulnerari, quod nè fiat,
debent æquari vterque ſtatus in regimine, & gu-
bernatione Reipublicæ, vt tradit Ludou. Gomez.
in reg. de annali q. 37. Bertran. conſ. 141. 1. par. &
ex eis Auend. d. c. 9. nu. 18. verſ. et *quod æqualiter*;
76 † Et cùm Reſpublica conſtituatur ex vtroque
ſtatu, §. plebiſcitum, Inſtit. de iur. natur. l. 5. tit. 2.
partit. 1. ibi: *Pueblo tanto quiere deçir como ajunta-
miento de gēte de muchas maneras*, l. 5. tit. 15. parti.
2. ibi: *Y los hijos dalgo, y los hombres buenos de las
Ciudades, y Villas*, & tradunt Gloſ. Abb. Imol.
Felyn. Deci. nu. 8. & 9. in c. paſtoralis de reſcript.
Vinc. de Franch. dec. 2. in princ. Alber. & alij re-
lati per Io. Garz. d. gloſ. 35. nu. 54. verſ. 3. & ideò
eſſet difforme in Republica, quòd plebei eſſent dñi
officiorū, honorum, & bonorū illius, & quòd nobiles
peſſundarentur ab eis, & foret illis neceſſe vicini-
tatē, & bona, quæ habēt intra terminos dictæ Villæ
relinquere, & deſerere, nè plebi famulentur.

Neq; poteſt negari, quòd quandò in Supremo
Conſilio ratione iuſtitiæ, & recti regiminis fuit
inceptū concedi prouiſiones ordinarias, ad hoc
vt nobilibus concederetur officiorū medietas, in
multis locis ab immemorabili tēpore non fuerat
conceſſa nobilibus, ſicut è contrario in alijs locis
non fuerat cōceſſa plebeis, & tamèn propter ne-
ceſſitatem, & conuenientiam Reipublicæ, quòd
vterque ſtatus particeps fieret, fuit vtrique con-
ſultum per dictum Supremum Conſilium non
ſinè magna prouidentia.

Et hæc certiora redduntur animaduerſo, quòd
aſſerta conſuetudo nunquā fuit quieta, nec paci-
fica, nec ſtatus nobiliūs, & illius perſonæ eam ap-
probarunt; imò reclamarunt ab ea, & contradi-
xerūt in omnibus occaſionibus, & ita non potuit
77 procedere in præiudicium illorum; nàm in in-
corporalibus requiritur ſcientia, & patiētia eius,
eorumue, contra quos acquiritur, vel præſcribi-
tur, l. quoties la 2. ff. de ſeruit. l. 2. C. de ſeruit. &
aqua. l. ſi à te emero ff. ſi ſeruit. vendic. Io. Garz.
de nobil. gloſ. 7. nu. 7. dicens, hoc procedere etiàm
quandò præſcriptio eſſet immemorialis ex Crau.
de antiq. temp. 4. par. §. abſolutis n. 45. Palac. Rub.
in c. per veſtras de donat. inter. notab. 2. §. 1. n. 43.
Meneſ. in l. ſi quas actiones n. 52. C. de ſer. & aqua.

Et quòd propriè ſit præſcriptio, & nō conſue-
78 tudo, vt ex aduerſo nominatur, conſtat, † quia
quandoquè vni acquiritur, alteri adimitur, dicitur
præſcriptio l. vſucapio cū vulg. ff. de vſucap. Cæſar
de Graſſ. dec. 11. n. 3. & ea ſola dicitur cōſuetudo,
in qua nihil cuiquā adimitur, idem Ioan. Garz. de
expenſ. & melior. c. 9. nu. 43. & de nobilit. gl. 7. n. 4.
qui hoc nomen tribuit dicta gloſ. 35. tractans de
præſcriptione officiorū, quàmuis in reſolutione,
vt dictū eſt, non debeat attēdi opinio illius ſingu-
laris, ſed cōis contraria, iuxta plenè tradita per
Alex. cōſ. 142. n. 16. lib. 2. latè Io. Neuiz. lib. 5. ſylu.
nupt. n. 61. Azoguid. tra. de com. opin. l. 3. c. 4. & 5.

Quod eſt magis abſquè dubio reſpectu officij
Iudicis appellationū, quem vulgo dicūt *de Alza-
das*, de quo nec loquuntur ſententiæ in contrariū
79 adductæ, nec procedit aſſerta præſcriptio, † quia
ſententia cùm ſit ſtricti iuris, non poteſt trahi ad
aliam rem, l. 1. vbi gloſ. C. ſi aduerſ. rem iudic. l.
Paulus la 2. ff. de re iud. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 9. nu. 184. Cæſar de Graſſ. deciſ. Rotæ
105. nu. 7. & 8. Alciat. reſp. 10. nu. 1. & 4.
80 Et idem procedit reſpectu præſcriptionis, quæ
etiā eſt ſtricti iuris, Molin. de primog. lib. 2. cap. 6.
81 nu. 1. † & ſinè poſſeſſione non procedit, l. 1. §. per
ſeruū ff. de acqu. poſſ. l. ſinè poſſeſſione ff. de vſu-
cap. c. ſinè poſſeſſione de reg. iur. in 6. Abb. conſ.
82 55. nu. 3. p. 2. quia vt vulgò dicitur, † tantū præ-
ſcriptū, quantū poſſeſſum, c. auditis de præſcr. l.
2. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itiner. actuq; priu.
Bart. in auth. qui rem nu. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ.
83 † Imò in conſuetudine procedit idē, quod eſt
etiā ſtricti iuris, c. quòad tranſlationem, vbi Abb.
& alij de offic. legat. Grat. reſp. 1. nu. 13. & reſp. 9.
nu. 50. vol. 2. Oſaſc. dec. 29. n. 16. Crau. conſ. 2. pro
84 genero nu. 105. † & vbi non diſponit, non debet
extendi conſuetudo, Crau. conſ. 30. nu. 5. Rolan. à
Valle. conſ. 69. nu. 30. vol. 3. Morot. reſp. 26. nu. 9.
Alex. conſ. 130. nu. 15. lib. 6. Rol. à Valle conſ. 94.
nu. 19. lib. 2. Hieron. Gabr. conſ. 83. nu. 60. Cæſ. de
Graſſ. dec. 117. nu. 5. idē Rol. conſ. 53. nu. 39. lib. 2.
dicentes, quòd conſuetudo eſt probanda ſpeciali-
tèr in caſu, de quo agitur Oldrad. conſ. 237. nu. 3.
Aymo. conſ. 96. nu. 4.

Et ita eſt magis planū, & abſquè vlla difficul-
tate ius, quod habet ſtatus nobiliū quòad medie-
tatem officiorū, & alternādi in officijs ſingulari-
85 bus, & reſpectu Iudicis *de Alzadas*, † imò quòd
debeat eſſe penès ſolos nobiles, cum ſit ſuperior
Iudicibus primarū cauſarū, vt obſeruat Bal. in l.
fin. n. 36. C. de contrah. empt. nàm huiuſmodi eſt
inſtitutum ad tollendum grauamen Iudicum in-
feriorum, quàm vt loquit Andr. de Iſer. lib. 1. com-
mentar. ad Conſtit. Neapolis, ſiuè Siciliæ citra tit.
45. vbi clericus in maleficijs debeat cōueniri, Iu-
dex appellationis dēt eſſe nobilis, & nō plebeius.
86 † Nec obſtabit l. Actuarios C. de numer. &
actuar. li. 12. dùm ait, Actuarios clariſſimæ Vrbis,
& aliarū Ciuitatū eſſe nominandos per eos, qui
conſueuerūt, quia hoc eſt intelligendū quantū ad
hoc vt poſſit nominare conſiliū, ſeu Vniuerſitas
dictæ Villæ, quòd non impugnat ſtatus nobiliū, ſolū
enim prætēdit, quòd debeat nominari quòad medie-
tatē de perſonis ſui ſtatus, & eodē modo intelligi-
tur.

421-948

tur,l.ſuper creandis C.de iur.fiſc.lib.x.dùm præ-
cipit, quod in facienda nomitatione ſuſceptorũ,
aut receptorum iurium Fiſci, debet ceſſare om-
87 nis ambitio, † & ideò quàmuis dictum Conci-
lium habeat nominare, hoc intelligitur debere
facere de perſonis capacibus, & idoneis vtriuſq;
ſtatus, argum.l.tutor pupilli §.prod gus ff.de iu-
reiur.l.reſcripto in princ.ff.de muner.& honor.
Auendañ.d.1.par.c.19.nu.22. Ioan.Gutier.conſ.
31.nu.22.25. & ſeqq. non quòd poſſit excludere
dictum ſtatum à ſua medietate officiorum, & ad
omnia nominare vicinos plebeios dictæ Villæ, eſ-
ſet enim in vna, eademq; Republica quædã ſpe-
cies Leoninæ ſocietatis, qua plebeij tantùm lucrũ
haberent, nobiles autèm damnũ ſentirent, contra
id, quod tradit Vlpian.in l.quod ſi nõ fuerint 29.
§.Ariſto ff.pro ſocio, Bal. in l.1.nu.15.verſ.*circa
ſecundùm*, & nu.ſeq.C.commodati, Faber in §.&
quidẽ nu.3. Inſtit. de ſociet.& ex Apologo Eſo-
pico tradidit Eraſm. chil.1. centur.7. prouerb.
89. Tiraquell.comm. in 5.l.connub.gloſ.1.par.6.
num.34.

Nec obſtabit dicere, quòd inter plebeios di-
ctæ Villæ adſunt perſonæ diuites, & boni intel-
88 lectus ad regimen illius; † nàm vltra, quod fa-
cultates, quas habere ſe iactant, non tribuunt di-
gnitatem, aut nobilitatem, vt inquit And.Barbat.
conſ.51.nu.10.lib.3.Lapus alleg.191.num.18.di-
cens, quòd dignitas non debet attribui ex diui-
tijs, quæ cadere ſolent etiàm in perſonis viliſſi-
mis, hoc ſolummodò poterit eſſe in conſidera-
tione inter ipſos, & reſpectu aliorum ciuium ex
plebe, qui non ſint diuites, vt inquit Caſſan. in
cathal.gloriæ mundi par.11.conſid.27. Matrienſ.
in l.7.tit.7.lib.5.recopil. gloſ.4. nu.1. nàm iuxta
doctrinam Bart.in tit.Inſtit.quib.ex cauſ.manu-
89 mitt. non licet nu.6. † tunc diues præfertur in
honoribus, quando eſt paritas in alijs, non aliàs,
& ita procedet inter ipſos, & quòad medietatẽ
ſuorum officiorum, & non reſpectu ſtatus nobi-
lium, & medietatis ſuæ, nàm vltra qualitatem, &
prærogatiuam nobilitatis, nobiles dictæ Villæ
ſunt etiàm diuites, & alijs meritis perſonalibus
ornati, vt debeãt præferri abſquè eo, quòd ima-
ginaria, & non vera nobilitas, quam prætendunt
plebeij fundare in ſuis pecunijs, & bonis, debeat
90 attendi, † quia vt dixit Lucas de Penna in l.mu-
lieres C.de dignitatib. lib.12. hæc non eſt vera
nobilitas, quoniàm ad pecuniam dignitas non
menſuratur, vt ex Ariſt. 9.ethicor. tradit Caſſan.
vbi ſupra par.8.conſid.22.

Nec obſtabit dicere, quòd tempore, quo dicta
Villa in conuentionem venit cum Sua Maieſtate,
recipiendo pro ſe iuriſdictionem, quam ſolitus
fuerat habere Archiepiſcopus Toletanus, fuit in-
terpoſita clauſula, quod in electione officiorum
deberent obſeruari conſuetudo, ſententiæ, & exe-
cutoriæ, quibus ad præſens ſe volunt iuuare, ad
hoc vt non haberent partẽ in dictis officijs per-
ſonæ, quæ erant excluſæ per ſententias præfatas,
& quòd Sua Maieſtas id gratum habuit, & con-
firmauit, quia eſt multùm conſiderandum artifi-
cium, & calliditas, cum qua proceſſerunt, non
audentes quales perſonæ eſſent, ad quarum ex-
cluſionem, mentem, & intentum dirigebãt; nàm
ſi declarauiſſent, quòd erant nobiles, aut eorum
ſtatus, credendum eſt, quod Sua Maieſtas, & eius
Conſiliũ nedum repuliſſent, ſed reprehẽdiſſent,
proùt factum eſt poſteà in diuerſis occaſionibus,
poſtquàm pendet lis præſens, omni conatu pro-
curantes in conſilijs Cameræ, & regij Patrimonij
mediante pecunia priuare dictum ſtatum nobi-
lium ſua iuſtitia, & impedire illi perſecutionem
illius, res vtiquè audax peſſimi exempli, & ideò
iuſtiſſimè reiecta, quarè non potuit præiudicium
91 aliquod generari dicto ſtatui; † nàm reſcripta,
aut priuilegia conceſſa etiàm proprio motu, aut
certa ſcientia non poſſunt, nec debent operari in
præiudicium tertij, l.reſcripta C. de precib.Im-
per.offer. Alex.in l.Gallus §. & quid ſi tantũ nu.
23.ff de lib.& poſth.Cæph.conſ.12.nu.5.tom.1.
& conſ.96.nu.5.7.& 32. Gutier. conſ.11.nu.18.
92 † quia Princeps non præſumitur conceſſionem
facere cum præiudicio alterius, idẽ Cæph. conſ.
58.nu.2.& 34.& conſ.133. nu.102. Io.Bapt.Fer-
ret.conſ.136.nu.4. Roman.conſ.352.nu.14. Ma-
theſilan.in l.vnic.num.40.C.de ſent.quæ pro eo,
quod inter.Hippol.ſing.440.nu.1.Mandell.conſ.
34.num.10.lib.1.
93 † Et ita quandò Princeps dat, vel confirmat
aliquid, non facit in alterius perniciem, vt dixit
94 Cæphal. d.conſ.58. nu.47. † imò viſus eſt reſer-
uare qualecunq; ius tertij, vt ſaltẽ iudiciaria via
poſſit experiri, l.2.§.meritò, & §. ſi quis à Prin-
cipe ff. nè quid in loco publico, Bero. q.4. nu.3.
Alciat.reſp.196.nu.2. Menoc.præſumpt.9.nu.5.
lib.2.Mandell.conſ.107.nu.7. Celſus Hugo conſ.
26.nu.73.maximè, quia cùm iuſtum nõ eſſet pri-
uare ſtatum nobiliũ eius medietate officiorum,
non eſt veriſimile, quòd Sua Maieſtas confirma-
ret aliquid, ex quo induceretur dicta priuatio,
95 † cùm generalis confirmatio non confirmet, niſi
iuſta, cap.1.vbi Petr.de Anchar. & Franch. de
iureiur.in 6. & alij, quos refert Zaſ. d.conſ.5.nu.
96 74.lib.1.non quæ ſunt iniuſta, aut iniqua, cap.ſi
gratioſè de reſcript.lib.6.ibi. *Prætextu verò talis
conceſſionis, quæ debet cùm ſit ambitioſa reſtrin-
gi; ea ſolùm beneficia, quæ canonicè obtines, po-
tes licitè retinere*, Cynus in l. cùm oportet op-
poſit.1.C.de bon.quæ liber.Cæpoll.conſ.ciu.34.
97 nu. 20. † iniqua enim decurionum arbitria ap-
pellat monopolia Andr. de Iſer.in c.1.§.poſt na-
tale de pace tenen.in fin. ex verbis Innoc.in cap.
cùm acceſſiſſent de conſt. Vinc.de Anna alleg.57
98 nu.5.facit Caualc. deciſ.Fiuiz.41.nu.54. † dicẽs,
quòd Princeps auferens ius tertij ad poſtulationẽ
alterius, præſumitur circumuẽtus, & per impor-
tunitatẽ, & occupationes feciſſe, vbi Alex. conſ.
136.nu.5.lib.2.& Celſus Hugo conſ.26.num.50.
reſoluunt, quòd Princeps per generalem clauſu-
lam non videtur derogare illis, quibus non eſt ve-
riſimile in ſpecie derogare voluiſſe, & ceſſat om-
nis difficultas, cùm hic tractetur de publica vti-
litate dictæ Villæ, cui tàm conueniens eſt, quòd
ſtatus nobilium habeat in ea ſuam medietatem
officiorum, nàm ſicut non fuit expertum aliquod
inconueniens, quòd eam vniuerſalitèr habeant
in Ciuitatibus, Villis, & Oppidis iſtorum Regno-
rum, in quibus officia ſunt annalia, minus expe-
rietur in dicta Villa propter bonas qualitates

99 nobilium illius. † & hæc publica vtilitas eſt mul-
tùm cõſiderabilis;nàm vt reſoluit Barbat.conſ.4.
nu.19.lib.1.conſ.13.num.4.lib.2. & conſ.7.nu.4.
100 lib.4. † Priuilegium generalitèr indultum non
includit caſum publicæ vtilitati contrarium,l.2.
C.de priuil.ſcholar.lib.12.ibi. *Vt nè ſub prætextu
conceſſi priuilegij,vel flagitiorum creſcat authoritas,
vel publica vacillet vtilitas*,& ibi Odoffr.Ioan.de
Platea,Rebuff.& omnes auth.vt Iudic.ſine quo-
quo ſuffragio, §.quod autèm,vbi gloſ.verbo *pri-
uilegio* coll.2. Io.Franc.de Ponte de poteſt. Pro-
reg. tit.5.nu.41.& tit.7.§.7.num.20. & in noſtris
proprijs terminis,quòd licèt priuilegiũ expreſsè
diceret,quod nobiles non haberent partẽ in officijs,
nullatènus valeret, tanquã damnoſum,& nociuũ
Republicæ,& Regiæ Coronæ reſoluit Auendaño
c.19.nu.18.verſ.*vtiliſſimum* ex tit.C.ſi cõtra ius,
vel vtil.publ.& proſequitur Burg.de Paz d.conſ.
10.maximè nu.30. quod verificatur ex malo re-
gimine,quod ſcripturis, & teſtibus probatum
eſt, hùcuſq; tenuiſſe ciues plebis dictæ Villæ,qui
dicta officia exercuerunt,ſuper quo fuerunt con-
demnati per Iudicem deputatum ad viſionem,&
recognitionem computorũ Vniuerſitatis, quàm
uis allegent habere appellatũ ab illius ſententijs,
vt in additione memorialis facti fol.29.& ita cõ-
cludo , quòd Conſilium tàm ſupremum, in quo
Sua Maieſtas habet conſtitutos pro adminiſtra-
tione eius regiæ iuſtitiæ , & recto regimine horũ
Regnorum Conſiliarios nobiles , & qualificatos,
101 † qui non debent facere aliquid,quo ſibi diſſi-
miles videantur,vt dixere Federic. de Sen. q.51.
nu.1.& Caſſiodor. lib.6.variar. epiſt. ſiuè cap.3.
debent tollere offenſam , & opprobrium , quod
Commune,& boni homines tributarij, & plebei
dictæ Villæ nituntur facere nobilitati prætẽden-
tes pro ſua ambitione,& priuatis vtilitatibus ne-
gare illis officia publica, & honorifica , quæ ipſis
debẽtur,& debere confirmari ſententiam ad fa-
uorem nobilium latam per dictum Supremum
Conſilium.

S V M M A R I V M.

1 *Res iudicata vt obſtet,requiritur,quòd ſit eadẽ res, eadem conditio perſonarum, & cauſa petendi eadem.*
2 *Nobilium ſtatus non dicitur contrauenire ſententijs non litigatis cum eo.*
3 *Res inter alios acta,vel iudicata, alijs non præiudicat.*
4 *Vniuerſitas differt à ſingulis.*
5 *Vniuerſitatis cauſæ non dicuntur particularium, nec debitum Vniuerſitatis debetur ſingulis.*
6 *Procurator conſtitutus in cauſa Vniuerſitatis, non eſt procurator in cauſa ſingulorum.*
7 *Vniuerſitatis lis non dicitur ſingulorum , nec è contra.*
8 *Perſonæ particulares vbi nominantur , non comprehenduntur vniuerſitates.*
9 *Homines particulares licèt habuerint vſũ paſcendi, & lignandi , non ex eo dicitur habere Vniuerſitas.*
10 *Poſſeſſio non quæritur Vniuerſitati per ſingulos abſque mandato, aut ratihabitione.*
11 *Ciuis non quærit Ciuitati ex ſola ſubiectione,quam habet.*
12 *Factum particulare non nocet Vniuerſitati in præiudicialibus.*
13 *Mandatum directum ſingulis, non ligat Vniuerſitatem.*
14 *Singulorum mandatum , non eſt mandatum Vniuerſitatis.*
15 *Probare debet vnuſquiſquè fundamentum ſuæ intentionis.*
16 *Vniuerſitas debet congregari ad conſtituendum Procuratorem de Superioris licentia.*
17 *Congregatio fieri debet animo conſtituẽdi Vniuerſitatem.*
18 *Nobilium ſtatus , ſeù Vniuerſitas differt à particularibus.*
19 *Particulares licèt vniantur , non repreſentãt Vniuerſitatem , niſi conſtet apertè eſſe vnitos nomine Vniuerſitatis.*
20 *Vnio particularium cenſetur facta , vt commodiùs actum explicent proprio priuato nomine , & non Vniuerſitatis.*
21 *Nobiles vt dici poſſent congregati pro ſtatu nobilium, requirebatur eſſe congregatos ſolemnitèr.*
22 *Facta non congregata Vniuerſitate more ſolito nõ valent.*
23 *Grauari non debet vnus ex facto alterius.*
24 *Vniuerſitati non poteſt præiudicium generari ex facto ſingulorum.*
25 *Nobilium ſtatus debet congregari loco , & forma conſuetis, & communicato conſilio.*
26 *Nobilium duæ partes ad minus debent congregari, vt dicatur ſtatus congregatus.*
27 *Vniuerſitas in arduis explicãdis debet omnes conuocare, & illi interuenire.*
28 *Syndicus vt dicatur legitimè creatus , quæ requirantur.*
29 *Populus debet congregari auctoritate Superioris ad ſonum tubæ, vel campanæ.*
30 *Sententia contra Vniuerſitatem non legitimè citatam, licèt pro ipſa cõparuerit Syndicus,non valet.*
31 *Citatio Vniuerſitatis debet fieri Vniuerſitatis nomine.*
32 *Vniuerſitas , corpus , & collegium non obligantur ex facto ordine eorum , niſi ſimùl congregati conſentiant.*
33 *Vniuerſitas , & ſtatus nobilium habet in fauorabilibus maiorem iuris aſſiſtentium , quàm particulares.*
34 *Nobiles particulares non valent renunciare iuri ſtatus.*
35 *Publica vtilitas vbi verſatur, minor pars ſe opponit maiori.*
36 *Sententia lata præſumitur ex cauſa , quæ minus grauet.*
37 *Sententia lata cum particularibus nobilibus accipi debet , ita vt non noceat ſtatui.*
38 *Res iudicatæ exceptio non obſtat , vbi veritas alitèr ſe habet.*
39 *Sententia abſolutoria à prætenſione nobilium particularium, nõ nocet eis rectiùs agentibus, & minus ſtatui eorum.*
40 *Abſolutoria ſententia non facit abſolutum dominium, nec tollit naturalem obligationem.*

41 *Indi-*

41 *Iudiciales actus ſunt nulli, non vocatis, quorum intererat.*
42 *Cauſæ cognitionem requirentia debent expediri parte præſente, aut legitimè citata, aliàs ſũt nulla.*
43 *Æquitas non patitur, vt ignorans, & ſinè culpa priuetur ſuo iure.*
44 *Deciſum cum eo, qui fuit admiſſus ad actionem popularem, quandò habeat firmitatem perpetuam.*
45 *Popularis actio, quæ propriè dicatur.*
46 *Reſpublica conſtituitur ex duabus partibus, nobilium ſcilicèt, & plebeiorum.*
47 *Communibus in cauſis, quod vni prodeſt, & alij prodeſt.*
48 *Socio non nocet negligentia ſocij.*
49 *Eligendi ius reſidet penès eum, qui ex ſibi nominatis ab Vniuerſitate eligit ſibi benè viſum.*
50 *Reipublicæ caput eſt, qui habet proprietatem exercitij iuriſdictionis, & nominandi magiſtratus.*
51 *Transactioni non dicitur contrauenire, qui venit ex noua cauſa.*
52 *Sententia poteſt reſcindi ex noua cauſa.*
53 *Sententia abſolutoria non excludit agentem ex noua cauſa.*
54 *Reipublicæ ſtatus dicitur mutatus, ſi Ciuitas, quæ regebatur a Populo regatur à Principe, & è contra, & ibi exempla.*
55 *Forma mutata, mutatur ſubſtantia.*
56 *Homo diuerſus cenſetur, qui tranſit de ſeruitute in libertatem.*
57 *Ciuitatis, aut Villæ ſtatus mutatus cenſetur, ſi ipſa nominet Officiales, quos alius nominare ſolitus erat, & nu. ſeq.*
59 *Mutato ſtatu villæ, ceſſat vigor ſententiarum latarum tempore primi ſtatus.*
60 *Res iudicata ceſſat, noua cauſa ſuperueniente.*
61 *Commoda cuiuſq; rei debent ſequi, quem ſequuntur incommoda.*
62 *Scientia, & notitia in præiudicialibus debet eſſe mediante intimatione.*
63 *Ignorantia præſumitur, vbi ſcientia non probatur.*
64 *Pupilli, & minores Vniuerſitatis æquiparãtur illi.*
65 *Minoribus ſubuenitur per in integrum reſtitutionem aduerſus res iudicatas.*
66 *Narratorum natura eſt, non vt probent, ſed probari debeant.*
67 *Sententia abſquè actis non probat.*
68 *Verba* concedimus, & elargimur *important gratiam, & non ſententiam per viam iuſtitiæ.*
69 *Principis ſolius eſt legem condere, & priuilegia concedere.*
70 *Nullitas ex defectu poteſtatis concedentis priuilegium poteſt ſemper opponi.*
71 *Priuilegium finitur, ceſſante iure concedentis.*
72 *Oppoſitum in vno iudicio per viam exceptionis poteſt in alio deduci principalitèr.*
73 *Sententia non obſtat in his, quæ tempore mutationẽ recipiunt.*
74 *Res iudicata non datur contra bonum publicum in materia regiminis.*
75 *Decernendum eſt, prout poſtulat præſentium temporum conditio, & ratio.*
76 *Sententia reuocari poteſt, quandò æquitas id ſuaſerit.*
77 *Publica vtilitas efficit, quòd poſſit tolli ius quæſitum cõtractu, ſententia, priuilegio, aut reſcripto vel qualibet alia diſpoſitione.*
78 *Priuilegium amittit qui abutitur illo.*
79 *Conceſſio, quæ vergit in graue damnũ retractatur.*
80 *Conceſſio interpretari debet, nè ſit iniqua.*
81 *Priuilegium validum ab initio, retractatur ſi poſtea ſit nociuum.*
82 *Immunitas conceſſa etiàm per viam contractus, ex cauſa poſteà ſuperuenienti modificatur, & reducitur ad æqualitatem.*

P R O

Eodem Statu Nobilium Villæ de Tepes

CONTRA

Eoſdem commune Concilium, & ciues plebeios dictæ Villæ.

ARGVMENTVM.

Quòd res iudicatæ contra aliquos Nobiles particulares in fauorem Plebeiorum non poſſunt nocere ſtatui Nobilium ad præſens litiganti ſuper officijs iuſtitiæ, & regiminis.

CONSILIVM CLXVII.

QVàmuis commune, & boni homines tributarij, ſiuè plebei dictæ Villæ iuuando etiàm ſe vſurpato nomine Concilij, ſeù Vniuerſitatis illius intenderint habere pro ſe regulas ordinarias opponẽtes exceptionem rei iudicatæ, ponderando effectus, quos vbi adeſt, operari ſolet, ſi benè animaduertatur planum, & perſpicuũ apparebit non adeſſe præſertim reſpectu prædicti ſtatus, nec aliquo modo illi poſſe præiudicari,
1 ✝ cùm ſit notorium, quòd ad hoc vt dicta exceptio locum habeat, opponiq; poſſit, requiruntur ſaltèm tria: ſcilicèt, quòd ſit eadem res, eadem cauſa petendi, eadem perſonarum conditio, aliàs non obeſt, l. cùm quæritur, & ſeq. l. & an eadem ff. de except. rei iudic. quę niſi omnia concurrãt, alia res eſt, nec exceptio obeſt, Abb. conſ. 50. nu. 2. & ſeqq. par. 1. Decius conſ. 96. col. 1. & conſ. 445. nu. 35. Socc. iun. conſ. 18. nu. 44. vol. 1. Rebuſ. reſp. 176. verſ. *inſupèr*, Surd. conſ. 114. nu. 21. Io. Vinc. de Anna alleg. 8. nu. 6. Paul. Æmil. dec. Rotæ 93. num. 1. par. 3. Marcheſan. tract. de commiſſ. 2. par. cap. 2. nu. 10. Rota deciſ. 100. nu. 4. par. 1. diuerſ. ſacri Palat.

Et ita non obeſt dicere, quòd adſunt ſentẽtiæ in fauorem dicti Communis, cùm non verificen-
2 tur pro parte illius dictæ identitates, ✝ & ideò non poteſt dici, quòd ſtatus nobilium contrauenit ſententijs, quæ non fuerũt litigatæ cum ipſo,

vt ex d.l.& an eandem §.actiones, ibi: *Eadem res ab eodem mihi debeatur*, tradit Rebuff. vbi proximè.

Imò in fauorē dicti Status aſſiſtit certior iuris
3 regula, † quòd res inter alios acta, vel iudicata
alijs non præiudicat, rub.& toto titulo C.res in-
ter alios actas, vbi latiſſimè Tiraq. cap.pen. cum
concord.de ſent.& re iudic. l.2. C.de except.&
præſcript.dicens: *Pro portione tua, qua domum ad
te pertinere dicis, ſi iudicatum non eſt, actionem
dirigere potes: nàm exceptio rei iudicatæ ei demū
obſtat, vel ſucceſſoribus eius, inter quos cognitum ſu-
per ea re, & pronunciatum eſt*, gloſ. verbo *ad liti-
gantes* in c.cùm ſuper de ſent. & re iudic. Ioan.
Andr.in reg.is, qui tacet nu.2. de reg.iur. Oſaſc.
deciſ.117.nu.7.& inter bonos Auctores Simmac.
lib.10.epiſt.47.verſ.*quādò enim*, ibi: *Quandò enim
abſentibus, vel ignorantibus inter alios geſta nocue-
runt, quis vnquam ſententiam numinis veſtri inau-
ditus excepit*; Terentius in Formione actu 2.ſcæ-
na 3. dicens, *Poſtremò tecum nihil rei nobis Demi-
pho eſt, tuus eſt damnatus gnatus, nō tu*, l.2.C.qui-
bus res iudic. non nocet, Vinc. de Anna alleg.26.
num. 3.

Et ita non poteſt dubitari, quòd ſtatus nobi-
lium ſit multùm differens à particularibus nobi-
libus, cum quibus prætenditur fuiſſe prolatas di-
ctas ſentētias, & quòd etiàm præſens cauſa præ-
dictum ſtatum proſequuta diuerſa ſit ab alijs,
4 † quia Vniuerſitas differt à ſingulis, l.in tantum
§. Vniuerſitatis ff. de rer.diuiſ. l.ſi municipes ff.
quod cuiuſque vniuerſ.nomine, ibi: *hic enim pro
Republica, vel Vniuerſitate interuenit, non pro ſin-
gulis*, l.ſicut municipium eod.tit. c.2.§.conuen-
ticula de pace iuram.firm.in vſib.feudor. §.Vni-
uerſitatis, Inſt.de rer.diuiſ. l.ſed ſi hac §.qui ma-
numittitur ff.de in ius vocādo, quæ habetur 12.
q.2.c.qui manumittitur, gloſ.& DD.in c.eam te
de reſcrip.vbi Felyn.verſ.*aliud vniuerſi*, Roman.
conſ.436.nu.4. Ioan.Bapt.Ferrett. conſ.224.nu.
1.Rol.à Valle conſ.53.nu.30.vol.4. latè Laderch.
de Imola conſ.40.nu.2.l.13.verſ.*por que la coſa*
tit.2.partit.3.

5 † Et ita cauſæ Vniuerſitatis non dicuntur eſſe
particularium, nec quod Vniuerſitati debetur,
dicitur deberi ſingulis de ea, d. §. Vniuerſitatis,
& d.l.ſicut §.1. Lapus alleg.78. num. 4. Roffred.
quæſt.ſabbatin. 23.nu.3. Mattienzo in l.3.tit.17.
lib.5.recopil. gloſ.2. latiſſimè pluribus compro-
bans ſimilibus Franc. Veggius conſ. 59. num.20.
Marc. Ant. Natta conſ. 150. incipiente ſuper eo
nu.2.vol.1. Panciròl.conſ.128. Mattienzo in l.3.
tit.17.lib.5.recopil.gloſ.2.

6 † Et ideò Procurator conſtitutus in cauſa
Vniuerſitatis, non poteſt eſſe Procurator pro,
nec contra in cauſa ſingulorum, vt per text. in
l. 2. ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine,
obſeruat Roman. vbi proximè, Dec. conſil.61.
nu.3. & in c. eam te verſ. *& hoc facit* de reſcript.
Ant.Gabr.tom.3.comm.opin.lib.6.tit.quod cu-
iuſque Vniuerſitatis nomine concluſ.1.nu.7.

7 † Et ita lis Vniuerſitatis non dicitur lis ſingu-
lorum, nec è contra, Corn.conſ.293. nu.11.vol.
2. Roland. à Valle, & Natta vbi proximè, Io-
ſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ.39. nu. 31. Surdus
tract. de alimentis tit. 7. quæſt. 32. num. 23.

8 Et ideò quandò nominantur perſonæ particu-
lares, non veniunt, nec comprehenduntur Vni-
uerſitates, auth. itèm quicunque, vbi Bald. C.de
Epiſc. & cler. c. Romana §. in Vniuerſitatem de
ſent.excom.lib.6.Alex.conſ.206.nu.10.lib.2. Io-
ſeph.Ludou.vbi proximè nu.33.& ſeqq. Decius
cōſ.486. Calcan.conſ.1.n.1.verſ.*ſecundò adducit*,
9 Vinc.de Anna alleg.53.nu.24. † etiàm in fauora-
bilibus, vt ſi homines ſunt ſoliti paſcere, & ligna-
re in territorio, nō per hoc infertur, & probatur
poſſeſſio paſcēdi Cōmunitatis, vt ex Corn.conſ.
299. vol.1. & conſ.45. vol.3. tradit Iacob. Putei
deciſ.Rotæ 26.lib.2. latè Raphael Cuman. conſ.
10 158.nu.4. † dicens, quòd non quæritur poſſeſſio
Communi per ſingulos de Vniuerſitate ſinè mā-
dato, vel ratihabitione, l.1. §.fin. cum l.ſeq. ff.de
acquir.poſſeſſ.& ibi notatur, & in l.communis §.
11 procurator cod.tit. † nec enim per ciuem quæ-
ritur Ciuitati ratione ſubiectionis, vt notat Bart.
in l.ſi ita ſtipulatus §.Chriſogonus ff.de verbor.
obligat. Philip.Corn. d.conſ.299. col.1.vol.1. &
conſ.46.vol.3. Pariſ.conſ.27. num.101. volum.1.
Bertrand.conſ.46.nu.6.par.2.vol.2. adductis per
Surd.conſ.28.nu.3.vol.1. Io.Vinc.Honded.conſ.
12 17.à n.8.vol.1. † Maximè in caſu odioſo, & præ-
13 iudiciali, Ioan.Bapt.Ferret.conſ.271.n.2. † ideò
mandatum directum ſingulis non ligat per mo-
dum Vniuerſitatis, cap. generali de elect. lib.6.
Anton.de Butr.in cap.grandi nu.5.de ſuppl. ne-
14 glig. Prælator. eod.lib. † ſicut è contrario man-
datum ſingulorum, non eſt mandatum Vniuerſi-
tatis, vt in proprijs terminis reſoluunt Curt.iun.
conſ.174. num.36. Laderch.de Imola d.conſ.40.
num. 2.

Nec obſtabit dicere, quòd omnes nobiles, qui
erant in dicta Villa fecere mandatum ad proſe-
quendas dictas lites, quia non eſt probatum per
dictos homines plebis, quòd omnes *nullo defi-
ciente* dederint mandatū, ſeù mandata ad dictas
15 lites, † quod probare debebant tanquàm fun-
damentum ſuæ intentionis, l. 2. ff. de probat. l.
actor C.eod.tit.l.1.tit.14.par.3. quàmuis id pro-
baſſent, nil conferebat. cùm nullo modo dici va-
leat; dediſſe mandata ſtatum nobiliū, ſed nobiles
tanquàm particulares proprijs, & priuatis no-
minibus, & vti tales litigarūt pro eorum perſo-
nali intereſſe, & ad hoc vt intelligi valeret actus
collegialitèr factus, & nomine Vniuerſitatis, &
quòd potuiſſet præiudicare abſentibus, & ijs, qui
in futurum forent de dicto ſtatu, plura require-
16 bantur † inſimul, primum, quòd fuiſſent cōgre-
gati præuia licentia Superioris, qui illam valeret
concedere, l.1. ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nomi-
ne, Bald.in auth.habita nu.42.verſ.*ſecundò quæro*,
C.nè filius pro patre.Roman.conſ.436.nu.6.7. &
8. gloſ.in l.nulli, verbo *dedit*, ff.quod cuiuſque
Vniuerſit.nomine, & ibi Bart. nu.3.& 4. l.1. ibi,
conſentiente Præſide C. de ſeruis rei manumitt.
vbi eleganter Bald.nu.6.inquit: *Quòd Procurator
non poteſt creari abſque magiſtratus authoritate,
quia eſt publicum officium, & altèr conſtitutus ſo-
lùm erit Procurator conſtituentium, ſed non abſen-
tium*, & ſubdit inferius nu. 8. *Quòd ideò Capitu-
lum abſque authoritate Epiſcopi conſtituit Syndi-*

cum,

*cum, quia præpoſitus capituli habet iuriſdictio-
nem*. Atque id repetit idem Baldus in leg.
omnes, num.8. C. de Epiſcop.& Cleric.Imola
in l. ſi quis mihi bona §, iuſſum ff.de acquirenda
hereditate, eleganter Corneus conſ.189.viſo di-
cto verſ. *aduertendum eſt etiam* vol.3.
17 † Secundum, quòd congregatio fuiſſet facta
animo expreſſo conſtituendi Vniuerſitatem, aut
ſtatum, vt tradit Bart.in l.1. num.3. poſt Gloſſ.
ibi, Alberic.num.8.& 9. Paul.Caſtrenſ.num.8.ff.
quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, Addit. ad
Bart.in l. nulli, verb. *Si clericorum* in fin.eod.tit.
Innocen.in cap.cùm dilectus in princ. de ordine
cognit.Iaſo. in l.ſi quis à filio num.7.ff. de legat.
1.Corneus conſ.46. in cauſa vertente col.2. verſ.
iſta tamèn volum.3.pro quo pondero cap.2. de
ſupplend.neglig.Prælator.in 6. vbi Summus Pō-
tifex agnoſcendo iſtam differentiam dicit, *Vni-
uerſaliter ſinguli, & ſingulariter vniuerſi*, cap. ni-
mis de exceſſib. Prælator.d.cap. generali de ele-
18 ctione in 6. & ratio eſt †, quia diuerſum eſt
corpus ſtatus, ſeu Vniuerſitatis à perſonis parti-
cularibus, qui eam conſtituunt, notant DD.com-
muniter in cap. cùm omnes de conſtitut. Ioann.
Crotus conſ.145.num.9.Beroius conſ.92. nu.16.
volum.1.Pariſ.conſ.91.num.1.volum.4.Roland.
à Valle d.conſ.53.nu.6.& 7.
19 † Nec ſemper particulares in omnibus rebus,
quæ faciunt, etiàm ſi forent vniti repreſentant v-
niuerſitatem, niſi quandò apertè conſtat, quòd
fuere vniti nomine vniuerſitatis, vt conſiderat o-
ptimè Bart. in l. aut facta §. non nunquàm nu. 3.
& 9.ff.de pœnis, cuius ſententia eſt communiter
recepta, vt per Curt.Iun.conſ.174.n.33. & conſ.
fin. in fine, Villalob. in commun.opinionib.litte-
ra V. num.46.Iulius Clarus lib.5.ſententiar.§. fi.
q.16. verſ. *vlteriùs quero*, Cacheran. deciſ. Pede-
20 mon.138.nu.27. † Et ſi aliàs conuenirent actus,
& congregatio, intelliguntur factæ, vt cōmodiùs
particulares actum agerent proprio nomine, &
non vniuerſitatis, vt ſentiunt Bart. & Paul. Ca-
ſtrenſ.num.3. in d.l.1. ff. quod cuiuſque vniuer-
ſat.nomine, idem Bart.in l.poſt mortem §. tutor
ff.quandò ex facto tutor.Roman.conſ.436. inci-
piente, quòd indultum, num. 3. & 5. aliàs enim
ſinguli differunt ab vniuerſitate ipſa, & ab homi-
nibus eius vniuerſis, notant Doctores communi-
ter in cap. cùm omnes de conſtitution. Crotus
conſ.145.num.9. & alij ſupracitati.

Et ſi dicti nobiles fuiſſent vniti nomine ſtatus
nobilium, id fuiſſet declaratum in mandato, ſeù
procuratione facta cum expreſſione loci, & for-
mæ ſolitis, vt probat Ioann. Andr. ad Speculat.
tit.de ſindico §.1.quem ſequitur Imola in cap. 1.
de ſyndico nu. 6. vbi Abb. num.8. & 9. & iuxta
formam prædicti mandati ſolùm fuerunt cōpre-
henſi nobiles, qui in illo apparent expreſſi, ex
gloſ.notab.6. in l. 1.verb. *artifices* C. de excuſa-
tionib. artific. lib. 10. vbi dùm ait Textus, quòd
artifices ſub quodam breui comprehenſi excuſa-
tionibus potiuntur, ſubiungit gloſ. quòd ex illis
verbis illi tantùm excuſationibus potientur, qui
in breuibus ſcripti ſunt, & non alij.
21 † Et vt aliquid dicatur factum collegialiter,
vel ſub nomine ſtatus nobilium, debebant omnes
eſſe conuocati ſolemniter, gloſ.in l.aliud §. refer-
tur ff.de regul.iur. quam ſequitur Ioann. de Pla-
tea in l.obſeruare nu.2.C. de decurionib. lib.10.
Felin.in d. cap. cùm omnes num.35. Doctores in
l. metum §. animaduertendum ff. quod metus
cauſ.& in c.1.de maiorit.& obedient. Petr. Phi-
lip.Corne. conſ.46. in caſu vertente num.11. vol.
3.ibi: *Ad hoc enim, vt actus geſti afficiant vniuer-
ſitatem, requiritur, quod vniuerſitas ſit ſolemniter
congregata, & communicato conſilio, & deliberatio-
ne habita ipſi actus gerantur, vt notant Doctores præ-
fati in dictis Iuribus*, gloſ.verb. *non debetur* in l.ſi-
cut municipum ff. quod cuiuſque vniuerſit. no-
min. ibi *quia non Vniuerſitas ſcilicèt conſilio habi-
to, & campana ſonata, vel aliàs eis vocatis feciſſet,
ſed quilibet ſuo motu*, gloſ.etiàm in l.ſed ex dolo §.
ſed an in municipes, verbo *facere poſſunt* ff.de do-
lo, Maſcard.de probation.tom.3.concl.1413.nu.
1.7.& 15.

Et cùm hoc defecerit, non potuit nocere ſta-
22 tui nobilium †, nàm quæ non fiunt congregata
Vniuerſitate more ſolito, non valēt, vt poſt Bart.
in l. 5. C. de prædijs decurion.lib.10.tradit Ay-
mon. Crauetta conſ.134. num.5. & comprobat
Rolan.à Valle d.conſ.66.num.67.volum.1. dicēs,
23 † quòd ſicut vnus ex facto alterius non pōteſt
grauari, cap.1. de iniurijs, & damn.dato lib.6. c.
quæſiuit de his, quæ fiunt à maiori parte Capitu-
li, l. ſi quis in ſuo C. de inofficioſ.teſtamen. cap.
24 non debet de regul. iur. in 6. † Sic etiàm vni-
uerſitas grauari non poteſt, aut illi præiudicium
fieri ex facto ſingularium de Vniuerſitate, cap.
nouit de his, quæ fiunt à Prælatis ſinè conſenſu
Capituli, Gloſ.in d.l. ſicut §.1. ff. quod cuiuſque
Vniuerſitatis nomine, & in l.ſed & ex dolo §. ſed
an in municipes verbo *poſſunt* ff.de dolo, Crauet.
conſ.12. nu.8.
25 † Rurſus, quia non ſolùm requirebatur con-
gregatio dicti ſtatus ſolemniter facta, loco, & for-
ma conſueta, conſilio communicato, vt proſe-
quuntur Decius conſ.667.num.9.Franciſcus de
Aretio conſ.163. num.18. Paulus Caſtrenſ. conſ.
104.num.1.par.2.Boerius de ſeditioſis §.7. à nu.
7.per legem 2. iuncta gloſ.C. de decurionib. lib.
10.l. aliud, §. refertur, ff.de regul.iuris, l.ſicut ff.
quod cuiuſque vniuerſ.nomi. Vrſillus ad Afflict.
deciſ.Neapol.376.num.2.Menoch.centuria 6.de
arbitr.caſu 598.num.4.
26 † Et non ſolùm debebant ad minus concur-
rere duæ partes nobilium ſtatus nomine, l.nomi-
nationum C. de decurionib. lib. 10.l.fin.C. de
prædijs Curial. eod.lib.l. nulli ff. quod cuiuſque
Vniuerſit. nomine, Crauett. conſ. 165. Roland. à
Valle conſ.90.num.28.& ſeqq.volum.1.Lauren-
tius Syluan.conſ.1.num.133.volum.1.Marc. An-
ton.Natta conſ.142.num.9.Lapus allegat.31. nu.
2. Capyc.deciſ.4.nu.1. vbi Proſper Petra in ad-
ditione, l.98. vbi Gregor. Lopez gloſ.verb. *de to-
dos* tit.18. p.3.quinimò quòd cùm agatur de ne-
gotio tàm arduo, & graui; neceſſarium erat om-
27 nes concurrere, nemine deficiente †; nàm vt in-
quit Anton. Corſetus in ſingulari verb. *Compro-
miſſum* 1.num.2.*In arduis explicandis in Vniuer-
ſitate debent omnes expreſsè interuenire, & conſen-
tire, nec ſufficit quòd actus explicetur per aliquos*

nomine

Digitized by Google

*nomine aliorum, licèt illi taceant, & non contradi-
cant. quia in re oneroſa, & graui debet interuenire
conſenſus expreſſus, per id, quod voluit Innocent. in
c. in Geneſi de elect. gloſ. in c. ſicut de elect. in 6. &
in regula 15. qui tacet de reg. iur. eod. lib. Et quod le-
gitur, & notatur in l. qui patitur ff. mandati.*

Et ita non obſtat, quòd nobiles particulares in
dictis mandatis, aut aliquo eorum dixiſſent, quòd
illa faciebant pro ſe, & nomine aliorum nobiliũ,
vel ſtatus illorum; nàm non ex eo cenſebatur fa-
ctum pro parte ſtatus dictorum nobilium, nec
poterat illi præiudicare, quod aduerſus dictos
28 nobiles fuit pronunciatum, † pro quo facit
tex. & quod notat ibi Bart. in l. Actuarios C. de
numer. lib. 12. quòd Syndicus creatus non con-
gregata Vniuerſitate ad ſonum campanæ, vel
alio ſigno, vel non congregata in loco, vbi aliàs
conſueta fuerat congregari, vel non congregata
de mandato Superioris, non dicitur legitimè or-
dinatus, & ita aſſerit ſe tenuiſſe, ſequuntur Cor-
ſetus in ſingulari verbo *Conſuetudo* Boer. d. tract.
de ſeditioſ. §. 7. nu. 8. Vndè ait Laurent. Syluan. d.
29 conſ. 1. nu. 132. † quòd populus debet con-
gregari auctoritate Superioris ſono tubæ, vel
pulſata campana, vel voce præconis, l. aliud §. re-
fertur ff. de reg. iur. l. 2. C. de Decurion. lib. 10.
Bart. in l. omnes populi q. 8. ff. de iuſt. & iure,
30 facit Paul. Caſtrenſ. conſ. 99. nu. 2. p. 2. dicens,
quòd ſententia contra Vniuerſitatem non legi-
timè citatam, etiàm ſi aliquis ſe nominans eius
ſyndicum cõpareat, nõ valet. ex Innoc. in c. cùm
in iure peritus de offic. deleg. Cynus in l. licèt q.
31 13. C. de procurat. † quia citatio fieri debet
ad nomen Vniuerſitatis, & ſtatus, iuxta tradita
per gloſ. verbo *ſingulares* verſ. *ſed qualitèr* in cap.
bonæ 24. de elect. quam ſequitur Butrius in cap.
ſtatutum §. cùm verò nu. 3. de reſcript. in 6. ex
c. ad hæc de poſt. prælat. c. vlt. de procurat. c. ve-
niens de ſymon. l. municipibus ff. de conceſſione
præb. lib. 6. Additio ad Ludou. Roman. ſing. 763.
32 ſuper quo conſiderandum, † quòd etiàm in
rebus, quæ fiunt in ordine Vniuerſitatis, adhùc
Vniuerſitas, corpus, ſeù collegium non obligan-
tur, niſi ſimul congregati conſentiant, Dec. conſ.
437. Ariſmin. Tepatus lib. 2. tit. quod cuiuſque
Vniuerſit. nomine, & contrarium foret res ab-
ſurda, & multùm præiudicialis, quòd litiganti-
bus particularibus ſuper dicta medietate officio-
rum, cùm eſſent victi forſan propter non benè
intentatum, & proſequutum iudicium, reſultaret
ex eo præiudicium dicto ſtatui, ad quem ſinè
33 dubio ius pertinet ad illa, † cùm ita ſit, quòd
Vniuerſitas, & ſtatus habent in eorum fauorem
maiorem iuris aſſiſtentiam, quàm particulares,
Dec. conſ. 615. col. 2. nu. 4. Et plures alij, quos re-
34 fert, & ſequitur Crauetta conſ. 132. nu. 8. † qua-
rè licèt vellent nobiles particulares expreſsè re-
nunciare iuri dicti ſtatus, non poterant, iuxta
doctrinam Bart. in l. ambitioſa ff. de decret. ab
ord. faciend. Alex. conſ. 43. col. 3. verſ. *Non obſtat,
quòd donatio* lib. 3. Aym. Crauett. conſ. 25. nu-
mer. 8.

35 † Maximè vbi præiudicaretur publicæ vtili-
tati, caſus, in quo non ſolùm dictus ſtatus, ſed mi-
nor pars illius poteſt ſe opponere contradicen-
do factum per maiorem partem, ſi ex eo ſeque-
retur illi præiudicium, ex traditis per eundem
Crauett. conſ. 195. nu. 10. & eo caſu limitatur diſ-
poſitio legis quod maior ff. ad municip. & de in-
colis, & comprobatur ex traditis per Boer. d. ſ.
7. nu. 10.

Quarè ceſſant identitates iuris contentæ in
legibus ſupra adductis, & per conſequens res iu-
36 dicata, † nàm vltra quòd præſumitur, quòd di-
ctæ ſententiæ fuere prolatæ ex cauſa, quæ minus
grauare, & nocere poterat, aut quia nobiles par-
ticulares non probarunt ſibi incumbentia, l. 2. §.
ignominiæ ff. de his, qui notantur infamia, l. 4. ff.
de ſuſpectis tutorib. cum traditis per Alex. conſ.
290. num. 35. lib. 6. Rebuff. d. reſponſ. 176. verſ.
37 *ergò illa ſententia*, & quod ex eo † in dubio re-
ſpectu dicti ſtatus eſt iudicandum contra præ-
tenſam rem iudicatam, ex Dec. conſ. 445. nu. 44.
& Soccin. Iun. conſ. 181. nu. 85. tradit Paul. Aemi-
lius deciſ. 93. nu. 3. p. 3. Burgos de Paz conſ. 19.
nu. 25. Paul. de Caſt. in l. 1. ff. ſi quis cautionibus,
Dec. conſ. 445 nu. 44. tomo 2. Io. Vincent. de
Anna ſingul. 626. pro quo bene facit Marcellus
Fortunatus in tract. de veritate t. p. n. 183. dicẽs.
38 † Quòd exceptio rei iudicatæ non obſtat, vbi
veritas alitèr ſe habet, & ex l. qui agnitis ff. de ex-
ceptionibus, l. Fullo ff. de condict. ſinè cauſa, l.
admonendi ff. de iureiur. Paris de Puteo lib. 11.
39 q. 2. nu. 2. † Nàm abſoluiſſe dictum Conciliũ,
& Commune bonorum hominum tributariorum
plebis dictæ Villæ à prætenſione deducta per
dictos nobiles particulares, non abſtulit actionẽ,
& ius competens dicto ſtatui, imo nec quod po-
terat competere particularibus ipſis legitimè
proſequentibus iterùm iudicium, vt poſt Bart.
in l. cùm à te, & in l. elegantèr §. ſi dolo ff. de do-
lo tradit Celſus Hugo conſ. 85. nu. 2. & 3. Alciat.
reſp. 119. nu. 7. & facit, quod tradit Menoch. de
40 adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. nu. 112. † *quòd ſen-*
tentia abſolutoria non facit abſolutum Dominũ,
nec tollit naturalem obligationem, Ioan. Garz.
de nobilitate gloſ. 8. §. 1. nu. 7. & nu. 8. Et ad hoc
vt dictum commune, & homines plebei potuiſ-
ſent iuuare ſe dictis ſententijs, & decretis latis
contra particulares, debuerant procurare, & in-
ſtare, quod citaretur dictus ſtatus tanquàm talis,
& proſequi cum eo dictas cauſas, nec ſolùm
tractare de ſatisfaciendo inſtantijs particulariũ,
cùm ſtatus eſſet principale habens intereſſe:
41 † nàm omnis actus iudiciarius nullitatis vitio ſu-
biacet, ſi non fuerit vocatus is, cuius intereſt, l. nã
ita Diuus ff. de adopt. l. de vnoquoque ff. de re
42 iudic. Guid. Pap. conſ. 219. nu. 2. dicens. † Quòd
ea, quę cauſæ cognitionem requirunt parte præ-
sẽte, vel legitimè citata, debent fieri, alitèr actus
ſunt nulli, l. in cauſæ §. cauſa cognita ff. de mino-
rib. l. 2. in fine C. ſi propter publ. penſitatio.
43 † Nec æquitati conuenit, vt quis ignorans, & ſi-
ne ſua culpa iure ſuo priuetur, vt benè probat
Bald. conſ. 202. nu. 5. verſ. *Item conſidero* lib. 3.
Beccius conſ. 99. n. 27. Azeuedo in l. 4. tit. 21. lib. 4.
recopil. nu. 99. & ſeqq. latè Ioan. Guttier. lib. 3.
pract. quæſt. 37. nu. 12.

Nec obſtabit, quòd partes aduerſæ nituntur
velle, quòd ſit actio popularis prætenſio officio-
rum

rum dicti ſtatus nobilium,& quòd ex hoc capite
illi præiudicet factum per nobiles particulares ,
& operetur etiàm contra illos,qui non dederunt
mandatum , nec fuerunt in lite , quaſi hoc veniat
44 ex natura actionis popularis †, quod ſemel de-
ciſum cum eo,qui hac via fuit admiſſus iuuet,&
præiudicet in ppetuũ,l.eũ,qui §.in popularib. ff.
de iureiur.l.1.ff.de popular.actin.gloſ.in l.elegã-
tèr verſ.ſi popularir,ff.de dolo,& gloſ.verb.pronũ
ciatũ eſt in l.2.C.de except.& in l.2.C.quibus res
iudic.nõ nocet;nã reſpõdetur, quòd iſta nec eſt,
45 nec poteſt nominari actio popularis †, quæ illa
propriè eſt,quæ principalitèr ius,vel iniuriam to-
tius populi reſpicit,rubric.& toto tit.ff.de popu-
larib. actionib. l. eum,qui §.in popularib.proxi-
mè citata,l.1.§.hoc interdictum ff.nè quid in lo-
co puplico, l. ſi quis id, quod ff. de iuriſdictio.
omni.iudicum Iaſ.& communitèr DD.in d. §. in
46 popularibus, quod ceſſat † cùm nobiles, & ple-
bei conſtituant duas partes Reipublicæ , diuer-
ſas tamèn inter ſe,vt tradit Alberic.in l.ſi quis in-
genuam §. in Ciuitatibus num.4.ff. de captiuis ,
& poſtlimin. reuerſis , vbi inquit , quòd in dubio
videntur eſſe in Ciuitate duæ partes,altera nobi-
lium,alia plebeiorum,Laurent. Syluanus conſ. 1.
num.109. & 110. Vincent.de Franch.deciſ.2. nu.
1.& ſeq. Burgos de Paz d.conſ.10.nu.12. & alios
referens agnoſcit Ioann. Garzia d.gloſ.35.nu.54.
verſ.tertio,& gloſ.6. num.15. Seſſe tract.de inhi-
bition. magiſtrat. iuſtitiæ Aragonum cap. 5. §.9.
num.115. ponderantes authentic.de defenſorib.
Ciuitat.§.primùm illud,vbi gloſ.verb.nobiliores ,
l.1.C.de cond.in public. horreis lib.10. & ibi Ia-
cobus Rebuff.l. ſi cohortalis C. de cohortalib.
eodem lib.l.2. verſ.deindè vbi Albericus,& Vdal-
ricus Zaſius ff. de origin.iuris, Auendaño dicta
1.par.cap.19.num.12.

Et quamuis ſinè veritatis præiudicio daremus,
quod erat vnicus populus, quòd fuerat petitum
eodẽ iure, non poterat præiudicare ſtatui,quod
47 litigatum fuerat cum particularibus †, nam &
ſi in cauſis communibus, quod prodeſt vni,pro-
ſit alijs,l.ſi communem 10. ff.quemadmodum
ſeruitut. amittantur , Abb.in cap. de quarta nu.
19. de præſcription. Crauett. conſ. 206. num.7.
Menoch. de recuperanda poſſeſſ. remed.1. à nu.
48 374. † præiudicium, aut negligentia ſocij non
nocent ſocio , Accurſius in l.4.§. ſi fundus verb.
proderit ff.ſi ſeruitus vendicetur,Bart. in l.1. nu.
2.de conſtitutionib.Princip. Nicaſius in §. ſed &
quod Principi nu.8. Inſtit.de iur.natural.gent.&
ciuil.

Et hoc eſt magis certum ad præſens ratione
nouæ cauſæ,eò quod mutata ſit forma regiminis
dictæ Villæ ; nàm tempore,quo fuere latæ dictæ
ſententiæ , & expedita executoria, dicta Villa e-
rat ſubiecta Archiepoſcopo Toletano , cui pro-
ponebantur ad officia perſonæ in duplici nume-
ro , & Archiepiſcopus eligebat ex eis , qui ſibi
49 meliùs videbantur † ; & ita ipſe habebat ius eli-
gendi, & qui verè eligebat Officiales, vt aduertit
Couarr.in practicis cap.4.num.6.Et ita antiquus
ſtatus Villæ de Yepes erat , Iudices, & Officiales
recipere de manu Archiepiſcopi , qui medianti-
bus illis eos gubernabat, & ita paſſiuum , & non
actiuum electionis erat in dicta Villa, tempore
executoriæ,quod tamèn fuit immutatum mediã-
te incorporatione , quam per Bullas Apoſtolicas
Majeſtas D.Regis Philippi Secundi fecit de eadẽ
Villa in eius Regia Corona, qui die 28.Martij an-
ni 1579. gratiam fecit eidem Villæ iuriſdictionis
illius,& ita Concilium,ſeù Vniuerſitas ſolùm po-
terit habere jus eligendi, quod habebat Sua
Majeſtas, cùm ad præſens non fiat,prout tempo-
re, quo erat ſub Archiepiſcupis Toletanis , nàm
eſt diuerſa forma Reipublicę ab ea , quæ tùnc
50 tẽporis erat,eſtq; ratio † , nàm caput Reipubli-
cæ eſt ille , qui in proprietate habet vſum iu-
riſdictionis illius , & facultatem nominandi
magiſtratus , l. pactionum §. in Ciuitatis ff.
de excuſationibus tutor. & differentia eſſen-
tialis alicuius rei conſiſtit in capite , quod
ſufficit , vt eſſet res iudicata, ceſſante identitate
51 rei per mutationem regiminis,† facit quod no-
tatur in l.cùm quæritur, ff. de except. rei iudic.
vbi veniens contra tranſactionem ex noua cauſa,
non dicitur contrauenire, l.Aurelius 29.§. quidã,
vbi gloſ. ff. de liberat. legat. l. ſi ita,§.Seia ff.de
verbor.obligat. Bald.in cap. 1. in princ. de pac.
tenend. in vſib.feud.Bart.in l.licitatio.§.quod li-
citè ff.de publ. & vectig.Paris de Puteo tract.de
re milit. & duel. lib.6.q.26. incip.an ſi eſt pax n.
2. Decius conſ. 464. Guido Papæ ſingulari 740.
52 Alciat.reſp.323. num.2. dicens †, ſententias re-
ſcindi poſſe ex noua cauſa,Burg.de Paz conſ.40.
nu.21.Bald.in l.nequè nu.1.C.ad exhibendum ,
53 † dicens, quòd ſententia abſolutoria non nocet
agenti ex noua cauſa , Soccinus conſ. 18. volu.1.
Ioann. Vincent. de Anna allegat.8.nu.9. pulcher
Tex.in l.ſi filius 42.ff.de bonis libertor.ibi.Et,qui
alio iure venit , quàm eo, quod amiſit, non nocet id,
quod perdidit, ſed prodeſt id, quod habet,ſic edictũ
eſt patrono , eidemque patroni filio non obeſſe, quod
quaſi patronus deliquit,ſi vt patroni filius poſſit ve-
nire,Cynus in l. vnica nu.6.C. ſi ſæpiùs in integr.
reſt.poſtuletur, & ex c.examinata de iudicijs, &
alijs pluribus,Pinel.in l.2.C.de reſcind.vendit.3.
par.num.32.Decius conſ.464.num.6.tom.2.
54 † Et quòd dictus ſtatus Reipublicæ mutatus
ſit ab illo,quem antiquitùs tenebat,deducitur ex
Ariſt. lib.3. Polyt. cap.1. in fine,vbi concludit ,
quòd ſi Ciuitas primò regatur à populo , poſtea
verò ab vno Principe tãtùm in vim Monarchię ,
vel è contra , ciuis in primo ſtatu effectus,non
erit ciuis in ſecundo, poſtquàm mutatus fuit an-
tiquus ſtatus rei, ex quo idem Ariſtot.cap.2. in-
quit: Si mutatur ſtatus Ciuitatis licet remaneant ijſ-
dem homines,& eadem vniuerſitas,ſemper ſit reſpe-
ctu materiæ , & corporum, mutatur tamèn forma,a-
deò quòd prius corpus , tanquàm ſinctũ cadauer re-
manet,in nulla habendũ conſideratione.Quod exẽ-
plificat dicens:Chorus interdùm,Thragicus interdũ
Comicus vocatur , licèt iidem ſint in vtroque homi-
nes canentes. Et tamen eundem Chorum;nemo di-
cet, ſic & omnem aliam compoſitionem, & commu-
nionem dicimus, ſi aliud genus, & alia forma ſit cõ-
poſitionis, ſtatu rei mutato,veluti concentum eorun-
dem ſonorum, & earundem tibiarum alium eſſe di-
cimus quia interdùm Doricus, interdùm Phrygius:
quæ cùm ita ſint , perſpicuum eſt, inquit Ariſtote-
les:

Digitized by Google

les: *Eandem Ciuitatem, tunc eſſe dicendam, eaſdem-
que ſeruare prærogatiuas, cùm eadem Reipublicæ
forma manet, aliam verò, cùm diuerſa propter muta-
tum rei ſtatum*, Obertus Giphanius in commen-
tarijs ad Ariſtot. vbi proximè pag. 304. & ſequen.
doctè Ludouic. Caſanat. conſ. 43. num. 10. & Ti-
berius Decian. conſ. 19. num. 78. & ſequentib. lib.
55 3. num. 101. mutata enim forma, mutatur ſub-
ſtantia, l. Iulianus §. 2. ff. ad exhibend. Couar. in c.
quàmuis pactum 2. par. §. 6. num. 2. l. repeti §. rei
56 mutatione ff. de vſufruct. † facit l. Seruus in fin.
ff. de adim. legat. vbi videtur alius diuerſus ho-
mo eſſe, qui tranſit de ſeruitute in libertatem.
57 † Et ita conſtat differentia eſſentialis, & ſta-
tus, in quo reperitur hodiè Villa de Yepes reti-
nendo penès ſe ipſam iuriſdictionem, & nomi-
nando perſonas, quæ illam adminiſtrent, & gau-
dẽdo hac libertate à ſubiectione, quam habebat,
tempore, quo electio fiebat per Archiepiſcopum
Toletanum, ex adductis per Angelum in Authẽ-
tico de defenſoribus Ciuitatum §. de cætero, per
text. ibi Collatione 3. Et habetur in cap. ad hæc
de allodijs, Alex. & Decius in l. 1. ad fin. ff. de iu-
riſd. omn. Iud. Paris de Puteo tract. de ſindicat.
verb. *electio* cap. an in officijs Auend. in capitulis
Prætorum 1. par. cap. 19. num. 21. Couar. in pract.
cap. 4. num. 6. verſ. *ſecunda concluſio* Ioann. Gu-
58 tierr. conſ. 31. nu. 21. † Et quòd nominatio, quam
facit ad præſens Cõcilium, ſeù Vniuerſitas dictæ
Villæ de officialibus iuſtitiæ, & regiminis, conti-
neat libertatem diuerſam à forma antiqua, con-
ſtat ex l. 2. C. de periculo nominatorum lib. 11.
Lucas de Penna in Rubric. & in l. 2. C. de decu-
rion. lib. 10. probat tex. in l. neminem in fine, &
in l. exactores C. de ſuſceptorib. præpoſit. &
Arch. lib. 10. Bald. in l. ſi quandò in fine principij,
C. de bonis vacan. eod. libro, Iaſon in l. 1. num. 15.
ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordina-
men.

Et hac facultate non debet abuti Vniuerſitas
eligendo officiales ex ſolo plebis ſtatu, ſed æqua-
litatem ſeruare, nominando etiàm ex ſtatu nobi-
lium, nàm contrarium repugnat æqualitati, & li-
bertati inter vicinos, quæ eſt propriè eius Reipu-
59 blicæ, quæ ſeipſam regit †, ex quo ſequitur,
quòd ſuperueniente dicta mutatione, ceſſauit,
& fuit extincta diſpoſitio executoriarũ, argum.
cap. ſuggeſtum de decimis cum adductis à gloſ.
finali in cap. Abbate Sancti Siluani de verbor. ſi-
60 gnific. † Et ſic ex iſta noua cauſa non obeſt res
iudicata, l. ſi mater §. eãdem cauſam, l. & an eadẽ
l. ſi quis ad exhibendum ff. de except. rei iudicat.
l. ſi fullo ff. de condict. ſinè cauſa, Surd. conſ. 268.
numer. 14. lib. 2. & confert quod Plutarc. in apo-
phtegmat. celebrat illud Cleomenis dictum, *Nõ
ſum idem, qui antea, mutatus itaque, & ſententiam
mutaui.*

Demùm, quia quinquaginta milia ducati, qui-
bus dicta Vniuerſitas inſeruiuit Suæ Maieſtati
pro conſequenda dicta iuriſdictione, magna ex
parte fuere ſoluti ex bonis, & redditibus pro-
prijs dictæ Vniuerſitatis, quæ ſunt omnibus ciui-
bus vtriuſque ſtatus communia, & fuere impo-
ſitæ ſiſſæ ſuper victualibus, in quibus abſque vl-
la diſtinctione contribuunt nobiles, ſicut plebeij.

Et ita æqualitèr debent frui officijs, & com-
61 moditatibus †, nàm ſecundùm naturam eſt, cõ-
moda cuiuſcunque rei eum ſequi, quem ſequũ-
tur incommoda, l. ſecundùm naturam ff. de re-
gul. iur.

Demùm non obſtabit prætenſa ſcientia ſtatus
nobilium, ex lite, quæ vertebatur cum nobilibus
particularibus, quia non ſufficiebat ad cauſandũ
62 præiudicium †, quia notitia, & ſcientia in re-
bus præiudicialibus non debet eſſe, nec ſufficit
qualibet, ſed mediante citatione, & intimatio-
ne, Clement. cauſam, de electio. in fine, Mando-
ſius de inhibitio. quæſt. 36. num. 10. Celſus Hugo
conſil. 120. num. 93. Mohedanus. deciſ. 3. de dolo,
& contum. Rota Roman. deciſ. 111. num. 5. p. 3.
lib. 2. diuerſor. ſacri Palat. ex quo Caballin. tra-
ctatu de euictio. §. 3. num. 4. 21. & 35. Reſoluit
etiàm ſcienti eſſe denuntiationem faciendam, &
cum ratione, nàm deficiente intimatione facta
ſtatui nobilium, vt tali, præſumitur ignoraſſe li-
tem, quàmuis particulares nobiles litigarent
63 †, quia ignorantia oſtenditur eò ipsò, quòd ſciẽ-
tia contraria non probatur, l. ſi cui §. primo ff. de
accuſationib. l. verius ff. de probationib. §. quod
autem Inſtit. de legat. cap. 1. vbi gloſſ. verb. *mor-
tis* de ijs, quæ vi, metuſue cauſ. fiunt, l. ſuper ſer-
uis C. qui militare poſſ. vel non lib. 12.

Quod ſecurius redditur, nàm cùm in com-
munitate, & ſtatu nobilium ſint pupilli, & mino-
64 res †, qui eidem Vniuerſitati æquiparantur,
vt benè probat Ioann. Cæph. conſ. 40. num. 55. &
ſeqq. Cæſar Vrſill. ad Afflict. deciſ. 175. num. 1. &
65 6. † ſubueniendum erit illis contra quodcun-
que præiudicium, quod potuiſſet cauſare factũ
particularium, ſaltèm per reſtitutionem in inte-
grum, vt ex l. 1. C. de reſtitut. Reipub. & Bald. in
l. Reſpublica ff. ex quib. cauſ. maiores, tradunt
Cæphal. vbi proximè num. 54. Paul. Emilius de-
ciſ. Rotæ 94. par. 3. Ioann. Vincent. de Anna alle-
gat. 416. num. 1. lib. 2. Alciatus reſponſ. 164. num.
13. & reſponſ. 765. num. 1. dicens, quòd Vniuerſi-
tas ob ignorantiam, vel læſionem reſtituitur, &
cùm vtrunque concurrat in fauorem ſtatus no-
bilium, debet præiudicium reparari, dicta reſti-
tutione mediante.

Et confirmatur amplius, nàm omne, quod di-
uerſis temporibus factum, & prouiſum fuit ad-
uerſus nobiles dictæ Villæ, non aliud fundamen-
tum habuit, quàm declarationem quandam, quæ
aſſeritur facta per D. Alphonſum Carrillo Ar-
chiepiſcopum Toletanum ad fauorem plebeio-
rum dictæ Villæ, quæ ſiuè dicamus eſſe ſenten-
tiam, aut verius, vt ſonat priuilegium, non poteſt
nocere ſtatui nobilium, nàm licèt in ea narretur,
& referatur, quòd plebei in ea fuerant conſue-
tudine habendi ipſos ſolũmodò officia, & fuiſſe
illis conceſſum ad hoc priuilegiũ populationis,
non conſtat, quòd eorum narratiua fuiſſet vera,
nec probatur ex relatione ipſorum, quia ſecun-
dum Ioannẽ Monach. & Philipp. Probum, Ioan.
Andræam, & alios in cap. ſi Papa de priuileg. in 6.
66 narratorum natura eſt, non quòd probent,
ſed quòd debeãt probari, Abb. in cap. fina. col. 4.
num. 14. de ſucceſſion. ab inteſtat. Ioann. Bapt.
Ferrett. conſ. 353. num. 14.

67 † Et

Digitized by Google

67 † Et ſufficit in comprobationem, quòd non
apparet de actis præfatæ aſſertæ ſententiæ, quæ
vel ex hoc capite nulla eſt, nec poteſt effectum
producere, l.prolatam C.de ſentent. & interloc.
omn.iudic. Paul.Caſtr.conſ.76.nu.2. par.2. Hie-
ronym.Gabr.conſ.43.num.37.volum.1. Rotæ
deciſ.704.nu.2.p.1.Sacri Palatij,& deciſ.40. nu.
1.& 2. dicens, quòd ſententia habens relationem
ad priuilegiũ, eſt tantùm illius canonizatiua, &
non plus tribuit, quàm in relato continetur, facit
Authen. ſi quis in aliquo documento C. de eden-
do.

Maximè, qa in multis partibus, & clauſulis dictę
aſſertę ſententiæ conſtat, non emanaſſe tanquàm
talem, ſed tanquàm gratiam, & priuilegium, vt in
68 memoriali fol.4. & 5. † & deducitur ex traditis
per Mandel.conſ.62. num.18. conſ.64. num.29.
vbi tractat, quandò in diſpoſitione adeſt termi-
nus *concedimus*, *largimur*, aut alius ſimilis, qui ſo-
net in gratiam, & in iuſtitiæ adminiſtrationem,
& talem gratiam Archiepiſcopus facere non po-
69 tuit †, nàm quemadmodùm ſolius Principis
eſt condere legem, ita & priuilegia concedere,
Bald. in l. fin. C.quibus res iud.non nocet Curt.
iun.conſ.1.num.25.Roland. à Valle conſ.4.n.73.
& ſequent. dicens, quòd actus priuilegiandi eſt
70 ſupremæ poteſtatis †: Et nullitas reſultans ex
defectu iuriſdictionis, & poteſtatis in conceden-
te priuilegium poteſt ſemper opponi, vt ex
gloſ.in Clem.1. verb. *non obſtante*, de ſequeſtrat.
poſſeſſ.& fruct.Bald.in l.1.C.ſi à non comp. iud.
tradit in ſimilib.terminis Alciat.conſ.62. num.7.
lib.5.in noua impreſſio.conſ.11.num.10.lib.4 &
71 reſp.200.num.8. in antiqua impreſſione †, qui
etiàm in reſponſo 214. num.2. ait, quòd priuile-
gium finitur ſublato iure datoris, cap.tranſlato,
vbi Bald.& alij de conſtit. l.lex vectigali ff. de
pignor.cap.1. de inueſt. de re aliena facta in vſi-
bus feudor.Ioann. Vincent.de Anna alleg.46. nu.
1.Bald.Salicet.& Paul.Caſtrenſ.in l.& in prouin-
ciali C.de ſeruit.& aqua: & ita vtcunque fuerit,
ceſſauit morte dicti Archiepiſcopi.

72 † Rurſus, quia alio modo agitur, & quemad-
modùm inquit Bald.in l.fin autem §.fin.ff.de ne-
gotijs geſtis, quandò in primò iudicio eſt aliquid
oppoſitum per viam exceptionis, in ſecundo po-
teſt deduci principaliter quandò variatur mo-
dus, & finis, l. vindicantem ff. de reiuendic. Bart.
in l.qui Romæ §.duo fratres oppoſit.1.ff.de ver-
bo.obligat.Vincent.de Anna d.alleg.8.num.7. &
9.allegans l.cùm quęritur cum ſeq.l.& an eadem
§.actiones ff.de except.rei iudicatæ, Soccin. cõſ.
73 18.in fin.lib.1.Anch.conſ.81. in fin. †, Et quia
in his, quæ tempore mutationem recipiunt, nũ-
quàm obſtat ſententia, Anton. de But. in cap. 1.
col.3.de ſent.& re iud.Io. Vincent. de Anna alle-
gat.16.num.4.

74 † Cum quibus concurrit, quòd in materijs
recti regiminis (proùt eſt iſta) non poteſt dari
res iudicata contra bonum publicum, nec pun-
ctus ſtabilis, & fixus, quin reuocentur ſententiæ
ex conuenientijs, quæ ſint agnitæ, proùt adſunt
in eo, quòd dicto ſtatui detur ſua medietas offi-
ciorum, vt videtur deciſum per Summum Pon-
tificem in cap. cùm ex litteris de in integrum re-
ſtit.ibi: *præſertim quia ſententia Romanæ Sedis nõ
negatur poſſe in melius commutari, cùm aut ſubre-
ptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ęta-
tum, vel temporum, ſeu grauium neceſſitatum diſpẽ-
ſatiue quicquam ordinare decreuit, & ſecundùm iu-
ra ciuilia Principes etiàm contra res bis iudicatas
in auditorio ſuo examinari reſtitutionem in integrũ
permiſerunt.* Quem textum aduerſus res iudica-
tas, vt poſſint à Principe reformari in eo, quod
non ſecundùm terminum iuris, ſed per viam pri-
uilegij, determinarunt poſt Gloſſ.Abbat.Butriũ,
& alios Scribentes ibi. conſiderauit Hippolit.
Rimin.conſ.13.num.57.& ſeq. lib.1. facit tex. in
cap.non debet de conſanguin.& affinit.Auth. de
non alienan.reb.Eccleſ.c.2. vbi Imperator dixit,
*vt autem lex ad humanæ naturæ veritatem, & quòd
ſemper venit moderata per omnia immota perma-
neat (quid enim erit ſtabile inter homines, & ita
immobile, vt nullam patiatur mutationem, cùm om-
nis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat)* collat.
2.l.quod ſemel ibi. *niſi ex cauſa, ideſt ad publicam
vtilitatem reſpiciat reſciſſio prioris decreti* ff. de
decret.ab ordin. faciend. iuncta l. vt gradatim §.
reprobari ff. de munerib. & honoribus, tradunt
Bart.& cęteri Scribentes ibidem, Iaſ.in l. Barba-
rius Philippus num. 34. ff. de offic.Prætor. Co-
uar.in cap.alma mater 2.par. in initio nu. 2. Ti-
ber.Decian.d.conſ.19.num.89. lib.3. Burg. de
Paz conſ.10.num.10. & 19. cum adductis à Mat-
thienzo in l.fin.tit.7.lib.5.recopilat.gloſ.9. nu.5.
75 facit Text.in cap.fin.de tranſactionib.ibi *Secun-
dùm quod perſonas, & cauſas, loca, & tempora vi-
deris poſtulare* cap.ſi quis ignorat 32.quæſt.4.ibi.
*Seruiuit ille legi, & tempori ſuo, ſeruiamus nos Euã-
gelio, & tempori noſtro,* conſonat lex 17.tit. 1.par.
1.facit bona l.3.in fine tit.26.par.2.ibi, *Caſegun
los tiempos, e los hechos, acaeçieren, aſſi pueden
los Señores tirar, e creçer, & menguar en las coſas
que entendieren, que auran pro, e toldran daño* Pet.
Antibol. tract. de munerib.3.par.§.4. num.199.
cum ſeqq.

76 † Et quia quandò æquitas ſuadet, poteſt reuo-
cari ſentẽtia, quæ tranſierat in rem iudicatam,
Guid.Pap. q.215.n.8.& q.365.& ſing.697. quòd
autèm ad præſens interueniat non ſolùm æqui-
tas, ſed publica vtilitas, ſatis conſtat ex ſuperiùs
adductis, corruptoque regimini ciuium plebis
dictæ Villæ, pro tempore, quo habuere exerci-
77 tium dictorum officiorum †, & hoc ſufficit
etiàm ad tollendum ius quęſitum contractu, ſen-
tentia, priuilegio, aut reſcripto, vel alia qualibet
diſpoſitione ſecundùm gloſ. & Doctores in l.fin.
C.ſi contra ius, vel vtilitatem publicam, l.31. tit.
78 18.partit.3.& ibi Gregor. Lopez †, præſertim-
que in materia priuilegiorum eſt certa conclu-
ſio, quòd ea perdit, qui illis abutitur, cap.priui-
legium 11.q.3.l.Iudęus C. de Iudęis, l.eos C. de
aquæduct. lib.10.l.42.tit.18. par.3. & ibi Greg.
Lopez gloſ.3.qui plura adducit, & facit l.43.eod.
tit.& part.ibi *Otro ſi deçimos, que ſi el Rey de pri-
uilegio de donaçion de alguno, y en aquella façon
en que fue dado, no ſe tornaua en gran daño, y de-
ſpues aquellos à quien lo dio el Rey vſaren del, en
tal manera, que ſe torne en daño de muchos comunal
mẽte, tal priuilegio como eſte, deçimos, que de la bo-*

ra,

ra, que començò à tornarſe en daño de muchos, como diximos, que ſe pierde, e non deue valer.

79 † Vndè Philippus Probus in cap. deteſtanda in princip. de conceſſion. præb. lib. 6. dixit, quòd quandò conceſſa vergunt in graue damnum, ſunt retractanda, prout quandò vergunt io abuſum.

80 † Et omnis conceſſio eſt interpretanda, ne incipiat eſſe iniqua ad gloſ. in cap. 2. verb. *aliorum* in fine de Eccleſ. ædific. & inquit Barz. deciſ. Bo-
81 non. 118. nu. 7. † quòd priuilegium ab initio validum ex poſtfacto reuocatur, quandò incipit eſſe nociuum, cap. ſuggeſtum de decim. gloſ. fin. in cap. quid per nouale de verb. ſignif. Flamin. Pariſ. de riſignat. benef. lib. 6. q. 1. num. 57. quòd quandò priuilegium ſolet eſſe damnoſum, reduci debet ad ſolitum ſtatum.

82 † Similitèr, immunitas ſi fuerit conceſſa per viam contractus, ex cauſa poſteà ſuperuenienti modificatur, & reducitur ad æqualitatem, vt ex Decio conſ. 335. & Boſſ. tit. de Principe nu. 165. Aufrer. in prax. tit. de tallijs, & collectis num. 19. tradit Paul. Staibao. conſ. 46. nu. 10. Valaſcus conſult. 58. num. 6. Et ex his omnibus reſultat, non obeſſe prætenſam rem iudicatam ſtatui nobiliũ dictæ Villæ; quin ſuadentibus ita, tot rationibus iuris, æquitatis, & conuenientiæ recti regiminis illius, detur ſtatui nobilium non ſolùm ſua officiorum medietas, ſed etiàm priuatiua facultas, vt ex illo eligatur Iudex appellationis, ſiuè de *Alçadas*, ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *INſtrumentum impugnatum ciuilitèr de falſo debet comprobari per producentem, aliàs fidem non facit, & num. 2.*
3 *Diſpoſitio, quæ ſe refert ad aliud inſtrumentum, niſi illud oſtendatur, non probat.*
4 *Diſpoſitio relata ad aliquod inſtrumentum limitatur iuxta illud.*
5 *Diſpoſitio relatiua non plus operatur, quàm inſtrumentum, ad quod ſe refert.*
6 *Pluralitas diſpoſitionum non præſumitur.*
7 *Promiſſio, aut donatio reducta ad cauſam, aut demonſtrationem falſam vitiatur.*
8 *Falſa, aut erronea cauſa vitiat actum inter viuos.*
9 *Promittens habita relatione ad diſpoſitionem alterius, non tenetur, niſi quatenus de illa conſtaret.*
10 *Ratificans non diſponit de nouo, ſed quatènus exiſtat, quod ratificatur.*
11 *Donationis acceptatio eſt de ſubſtantia illius.*
12 *Pactum non dicitur, niſi concurrat duorum conſenſus.*
13 *Donatio antè acceptationem remanet reuocabilis.*
14 *Donatio facta alicui, cum pacto transferendi in tertium, etiàm ſi ſit Eccleſia, aut perſona priuilegiata, poteſt antè acceptationem reuocari, & numer. 17.*
15 *Homagium factum more nobilium an operetur idem, quod iuramentum.*
16 *Iuramentum non ſupplet defectum acceptationis.*
18 *Acceptatio non præſumitur, niſi probetur.*
19 *Donatio non poteſt acceptari poſt mortem donantis.*
20 *Scriptura quandò eſt facienda ſuper aliquo actu, interim non habet efficaciam, aut perfectionem.*
21 *Donatio morte donantis antè acceptationem remanet reuocata.*
22 *Relinquendo alij videtur adempta res relicta primo.*
23 *Cadauer poteſt transferri de ſepulchro temporario ad aliud.*
24 *Contractus non debet claudicare.*
25 *Agens ex contractu debet probare adimpleuiſſe ex parte ſua.*
26 *Qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet.*
27 *Fruſtra debitum petit, qui quod debet non impendit.*
28 *Cauſa finalis ſi adimpleta non ſit, poteſt repeti res tradita.*
29 *Cauſa, propter quam aliquid fit, inſpicienda eſt in omni diſpoſitione.*
30 *Cauſatum deficit deficiente cauſa.*
31 *Diſpoſitio, & illius effectus deficit, deficiente cauſa.*
32 *Cauſa reducta ad non cauſam perindè eſt ac ſi à principio cauſa defeciſſet.*
33 *Defectus cauſæ ſufficit ad elidendum effectum promiſſionis & donationis.*
34 *Triginta annis tollitur omnis obligatio.*
35 *Via executiua in Regnis Caſtellæ præſcribitur decem annis.*
36 *Exceptio reſultans ex inſpectione inſtrumenti priuilegiata eſt ad impediendum viam executiuam.*
37 *Iuramentum interpoſitum reſpectu vnius, ad alium non extenditur.*
38 *Iuramentum non poteſt interponi in inſtrumento laicorum maiorum ætate in Regnis Caſtellæ.*
39 *Præſcriptio viæ executiuæ procedit etiàm contra Eccleſias, & pia loca.*
40 *Scientia præſumitur actus qualificati, & notabilis.*
41 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus præſcriptionem viæ executiuæ ex capite ignorantiæ.*
42 *Reſtitutio in integrum competens loco pio debet peti infra quadriennium.*
43 *Quadriennium eſt vtile, & continuum competens à die læſionis.*
44 *Reſtitutio an detur vltra quadriennium in caſu læſionis multùm enormis.*
45 *Specialia plura non ſunt admittenda aduerſus iuris diſpoſitiones, & num. 46.*
47 *Monaſterio non eſt profusè fauendum cum præiudicio tertij.*
48 *Cauſa grauis debet cum magna iuſtificatione tractari.*
49 *Mandatum de ſoluendo cum comminatione dicitur præparatorium ad viam executiuam.*
50 *Decretum interlocutorium poteſt reuocari ab eodē Iudice.*
51 *Exceptio victa, aut reiecta non quia falſa, ſed quia non probata poteſt iterùm proponi, & probari.*

52 Ex-

52 *Exceptio, quæ non debuit admitti, ſi admittatur, & probetur, præiudicat aduerſario.*

53 *Rei iudicatæ exceptionem dicendum eſt in dubio non obſtare.*

54 *Appellari an, & ad quem effectum poſſit à decreto de exequendo vigore inſtrumenti.*

P R O

Executoribus Teſtamentarijs Comitum de Fuentes.

C V M

Conuentu, & Fratribus Sancti Franciſci Ciuitatis Salmanticenſis.

A R G V M E N T V M.

Agitur de inſtrumento inter alios facto, an operetur in beneficium tertij, qui non acceptauit illud, & de redargutione falſi ciuilitèr facta, & de præſcriptione viæ executiuæ.

C O N S I L I V M CLXVIII.

DIſcurſus hic in duas diuidetur partes, in prima fundabitur, quòd ſcriptura, cuius vigore Conuentus, & fratres D. Franciſci prætendunt ex bonis dictorum Comitum de Fuentes ducatos decem mille, non poteſt habere locum in via ordinaria, in ſecunda, quòd multò minus poteſt habere locum via executiua per eos introducta, & debet declarari nulla, reſtitutis bonis executis.

P A R S P R I M A.

Dicti Conuentus, & fratres non habent aliud fundamentum, niſi velle ſe iuuare quodam ex capitulis matrimonialibus, quæ aſſerunt fuiſſe facta inter dictos Comites in hac Villa Matriti 6. Auguſti 1572. In quo dicitur, quòd attento, quòd Domini D. Didacus de Azeuedo, & D. Eluira eius vxor erant ſepulti, ſeù depoſitati in medio capellæ maioris Monaſterij S. Franciſci Salmaticenſis, & dictus D. Didacus iuſſerat, quòd expenderentur in dicta Capella, & ornamentis ducati decem mille, & quòd fratres prædicti nolebant locum dare ſepulchro perpetuo, prætendentes indè exhumare oſſa, & aliò transferre, ſuper quo pendebat lis; curandum erat, quòd dictum ſepulchrum ſortiretur effectum, & non eſſet mutatio, & ſoluerentur dicti ducati decem mille, vt expenderentur iuxta legatum, & diſpoſitionem dicti D. Didaci, ad quod remaneret obligatus Comes de Fuentes D. Petrus Henriquez Azeuedo.

Hæc ſcriptura talis qualis apparet eſt impu-
gnata ciuilitèr de falſo per dictos Teſtamenta-
1 rios, † nec eſt comprobata per Conuentum, &
fratres, vt opus erat, ad hoc vt fidē faceret, l. iube-
mus C. de probation. l. fin. C. ad leg. Corneliā de
falſis l. 115. tit. 18. p. 3. Aymon Crauet. de antiquit.
tempor. 3. p. n. 18. Bal. in Auth. ſed nouo iure C. ſi
cert. petatur, Burg. de Paz in l. 3. Tauri 2. p. conc.
3. à n. 1073. gloſ. 1. in fin. in capite præſentium, vbi
2 Abb. n. 10. de teſtibus. † Et cùm hoc deficiat, nō
probat, nec facit fidē, Roder. Xuarez in l. poſt
rem iudicatam §. ſed pro euidentia, n. 34. Alciat.
tract. de preſump. regul. 3. præſump. 13. Boer. de-
ciſ. 36. n. 8. Parlad. lib. 2. rerum quotidianar. c. fin.
ampliat. 3. num. 15.
Et quandò ſine veritatis præiudicio conce-
deremus, quòd dicta aſſerta ſcriptura eſſet cer-
ta, adhùc non poſſet habere effectum inter di-
ctos Cōuentū, & fratres, cū quibus facta nō fuit,
nec ab ipſis acceptata, cū nec factę fuerint aliæ
ſcripturæ, q̄ in illa refertur erāt faciēdæ ſup cō-
tētis in dicto Capitulo, & alijs, nec cōſtat de diſ-
poſitione dicti D. Didaci, ad quā refertur capitu-
lū, q loquitur de dictis decē mille ducatis, & qui-
libet ex his defectibus ſufficit ad impediendum
effectum dictæ ſcripturæ, & prætenſionis con-
3 trariæ; † quia vbi diſpoſitio ſe refert ad aliud in-
ſtrumentū, non pbat, niſi primū oſtēdatur, Auth.
ſi quis in aliquo documento C. de edendo ibi. *Si
quis in aliquo documento mentionem faciat alterius
documenti, nulla ex hac memoria fiat exactio, niſi
aliud documentum, cuius memoria in ſecundo facta
eſt, proferatur*, cap. ex inſinuatione gloſ. 1. in fi. de
præſcript. c. 1. vbi Doctores de fide inſtrumen-
torum. Paul. Caſtrenſ. conſ. 139. n. 3. p. 1. Boerius
q. 247. Martinus Vranius conſ. 11. n. 32. to. 2. Ioā.
4 Gutier. conſ. 23. nu. 8. † Et vbi diſpoſitiò ſe re-
fert ad aliquod inſtrumentum, reſtringitur, & li-
mitatur ſecundùm illud, Bart. in extrauag. ad re-
primendum verbo *prout* qui ſint rebelles, Bald.
in l. 2. nu. 4. C. de errorib. Aduocator. Alex. conſ.
46. num. 9. lib. 1. & conſ. 81. n. 6. & ſeqq. lib. 6. De-
5 cius conſ. 63. nu. 6. Aym. conſ. 671. n. 3. † nec plus
operatùr, quàm inſtrumētum, ad quod ſe retulit,
Decius cōſ. 118. n. 6. Gratus reſpōſ. 13. n. 13. vol. 1.
Et cùm dicti Conuentus, & fratres non pro-
duxerint talem diſpoſitionem D. Didaci, imò te-
ſtamentarij produxerint illius teſtamentum, in
quo foret expreſſum, ſi legaſſet dictos ducatos
6 decem mille, † cùm non præſumatur pluralitas
diſpoſitionum, ad notata in l. qui iuraſſe § ſi pa-
ter ff. de iureiurando, Bart. in l. ſi ſeruus §. ſi inter
duos ff. de legat. 2. & in l. triticū ff. de verbor.
oblig. Crau. cōſ. 158. n. 18. Deciſio Genuæ. 7. n. 8.
& 15. Hypp. ſing. 439. n. 1. & ſeqq. Cæph. cōſ. 170.
7 n. 45. to. 2. † reducitur dicta prætēſa donatio, ſeù
promiſſio ad cauſam, & demonſtrationem falsā,
ex quo remanet vitiata. Bart. in l. demōſtratio fal-
ſa in princ. n. 10. & in §. q autē n. 16 ff. de cōdit. &
demōſt. Bal. n. 3. in l. refert C. de falſa cauſ. adiect.
legato, Alex. conſ. 89. viſo puncto nu. 14. volu. 2.
8 † tenens, falſam cauſam vitiare promiſſionem,
aut ſimilem actum inter viuos, interueniente
errore, l. ſi diuortio iuncta gloſ. verb. *cuilibet* ff. de
verborum obligation. l. penultima §. mulier. ff. ſo-
9 lut. matrim. Alex. conſ. 22. nu. 3. & 4. vol. 1. † cùm

Digitized by Google

cauſa finalis dictæ promiſſionis ad id reducatur,
quod dictus D.Didacus promiſiſſet dictos ducatos decem mille, alitèr enim dictus Comes D.
Petrus non eſt veriſimile; quòd in ſe aſſumeret
onus ſoluendi illos, l.damus ff.de cõd.indeb. Bal.
in l.1.nu.12.C.de falſa cauſa, qui in l.1. nu.11.C.
de cõdict.indeb. concludit, ex eo non poſſe nocere facieti ſimilem promiſſionem, & poſſumus
dicere cum Iuriſconſulto in l.ſi donatio §.fin.ff.
de don.inter, *factam donationem confirmare, vide-*
10 *tur non incboare nouam*, & † qui ratificat non diſponit de nouo, vt dicit Bald. in l.cùm pater §.libertis ff.de legat.2.Afflict.dec.285. nu.19. Vinc.
de Franch.dec.105. nu.6.

Et hoc confirmatur, quia donatio, quæ prætẽditur cõtineri in dicto Capitulo non apparet acceptata per dictum Conuentum, Guardianum, &
fratres, qui ſolummodò vſi ſunt dicta ſcriptura
mortuis dictis Comitibus, quorum morte eua-
11 nuit, & remanſit annullata, † quia donationis
acceptatio eſt de ipſius ſubſtantia, & perfectione, l.abſenti ff de donationib. l. qui abſenti ff. de
acquirend.poſſeſſione, c.1.de conceſ.prębend.in
12 6. † nõ enim dicitur pactum etiàm nudum, niſi
duorum cõſenſus concurrat, l.ſi ego ff.de negot.
geſtis l.Labeo ff. de verbor.ſignificat. l.lecta ff. ſi
13 cer.petat. l.ædiles ff.de ædilitio edicto, & † ideò
ſemper antè acceptationem donatio manet reuocabilis, l.neque ambigi C. de donat. l.ſi ego ff. de
negot.geſtis l.4. tit.4. p.5. etiàm in terminis l. 3.
tit.8. libr.3. ordinamenti, quæ eſt l. 2.tit. 16.
lib.5. recopilationis, Gregor.Lop.in d.l.4.verbo
gran prò, Burgos de Paz conſ.33.n.12. Cou.lib.1.
var.c.14.nu.12. Auendaño 2.p.c.19.n.11. Molin.
lib.4.de Hiſpan.primog c.2.n.60. Mieres de ma-
14 iorat.1.p.q.36.& 68.n.2. † Quod eſt magis indubitabile in donationibus, quæ fiunt alicui præſenti cum pacto transferendi in alium tertium, nàm
& ſi ſit Eccleſia, aut perſona priuilegiata poſſunt
reuocari antè acceptationẽ, gloſ.ver. *alia cauſa* in
fin.in l.illud 16.C. de Sacroſ.Eccl.Rom.cõſ.295.
& alij adducti per Cou.in rub.de teſtam.3.p.nu.
13.Bart.in l.qui Romæ §.Flauius n.1. ff.de verb.
obligat.Iul.Clar.lib.3. ſentẽtiarum §. donatio q.
3.verſ.*Secundus eſt articulus*, & q.13.n.5. Gregor.
Lop.in d.l.4.gloſ.1.& in l.7.gloſ.4.tit.4.p.5. Couarr.plures allegans dicto c.14.nu.7. Villalob. in
communib.opinionib.lit.D.n.173.Molin.to.2.de
iuſtitia diſputatione 265.verſ.*exceptus bis*.

Nec obſtabit dicere, quòd non fuit neceſſaria
dicta acceptatio, quia dictus Comes fecerat homagiũ, quòd adimpleret contenta in dictis capi-
15 tulis, † nàm ſepoſita diſputatione, ſi homagium
debet operari idem, quod iuramẽtum, iuxta tradita per Petrum Peralta in l.vnum ex familia nu.
23.de legat.2.Io.Gutier.in Auth.ſacramenta puber. nu.146. & ſequent. C.ſi aduerſus venditionem, & de iuramento confirmatorio 1. p. c.12.n.
17. Couarr. in c.quàmuis pactum 2. p. relectionis §.1. num.1. quàmuis ſinè præiudicio veritatis concederemus, habere eam vim, quam iura-
16 mentum, † non ex eo ſuppletur neceſſitas acceptationis, vt ea deficiente, non ſit, proùt eſt reuocabilis dicta donatio, vt per plura iura, & fundamenta reſoluunt Burgos de Paz conſ.14. num.
21.& ſequent. Molina lib.4. de primogen. cap. 2.
num. 64. Ioann. Gutierrez in d.cap.quàmuis pactum nu.55.verſ. *vt tamen accuratiùs*.

Minus obſtabit dicere, quòd ex priuilegio cauſæ piæ donatio facta dicto Conuentui non ege-
17 bat acceptatione, † nàm vt ſupra tetigimus cõtrarium eſt verum, iuxta gloſ.magiſtral.in d.l. illud verb. *alia cauſa* Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.
communitèr ſequutam, vt per Franc. de Aretio
conſ.74.nu.9.Ruyn.conſ.13.nu.10.& conſ.37.n.
14.volum.4.Cęphal.conſ.33.num.3.lib.1.Hieronym.Gratum reſponſ.25. nu.16.Roland. à Valle
conſ.19.num.5.lib.1. Roman. conſ.171. num. 6.
Couarr.in rubr.de teſtam.3.par.nu.13.Iul. Clar.
§.donatio q.12. nu.6. Ioan. Andr. ad Speculator.
tit.de inſtrumentor. editione §.nunc verò, Greg.
Lop.in d.l.4.tit.4.art.5. gloſ.1.Ripa lib.3.reſpõſ.
c.11.nu. . . Ruyn.conſ. 57. nu.14. lib.4. Ceph.
conſ.163.nu.15. Gamma dec Portugal.382.nu.3.
18 † Quæ acceptatio cùm nullatenus præſumatur, vt tradit idem Cęphalus vbi proximè, & Carolus Ruyn.conſ.154.nu.12.lib.5. remanet nulla,
ſiuè annullata prætenſa donatio, & penès donantem, quod illius virtute veniret donatum, idem
Ruyn.conſ.180.in princip.lib.1. Gamma deciſ.
Portugalliæ 258. num.5. Burgos de Paz d. conſ.
14.num.23.

Nec eſt conſiderabile dicere, quòd ſufficit
dictum Conuentum fuiſſe vſum dicta ſcriptura,
vt præſumatur, aut inducatur acceptatio, cùm
19 hoc fecerint mortuis dictis Comitibus, † & poſt
mortẽ donantis non poteſt tacitè, nequè expreſsè acceptatio fieri, ſecundùm Andream deIſernia in c.1.§.donare col.penult. in fin.tit. qualitèr
feudum poteſt alienari, Decius conſ.452. nu.26.
Alciat.in c.cùm cõtingat n.233.de iureiurando,
Gregor.Lop.in d.l.4. verb. *nolo puede façer* verſ.
ſed quid ſi donator tit.4.p.5.Alex.cõſ.24. n.9.li. 4.
per tex.in l.bonorum ff.rem ratam haberi, Burgos de Paz conſ.33.nu.14.
20 † Quod confirmatur, quia cùm Comites in dictis capitulis matrimonialibus conueniſſent expreſsè, quòd ſupèr cõtentis in quolibet ipſorum
eſſet facienda ſcriptura, cùm hęc facta non fuerit
ſuper dicto capitulo remanſit informe, & ſinè effectu, ac ſi de eo actum non fuiſſet, l.contractus,
vbi gloſ. verbo *in ſcriptis*, & ibi Bald.nu.7. Paul.
Caſtrenſ.nu.9.C.de fide inſtrumentorum, Bart.
in l. teſtium, nu.2.C.de teſtibus, leg.6.tit. 5. par.
5.vbi Gregor.Lopez gloſ.1.& 2.gloſ. communitèr recepta verbo *ſcriptura* in §.1.Inſtituta de emptione, & venditio.

Nec obſtabit dicere, quòd dicti Comites nõ re-
21 uocarũt cõtenta in d.capitulo, † nàm ex ſola ipſorũ morte antè acceptationẽ donationis remãſit reuocata, vt probatur in l.2.§.ſed ſi quis donaturus ff.de donat.plures, quos allegat Tiraqu. de
iure conſtituti 3.p.limit.30.n.73.Greg.Lop. in l.
4.tit.4.p.5. gloſ.1. ad fin. Ioannes Gutier. in cap.
quàmuis pactum in princip. num.57. Surdus deciſ.111.num.4. Ioann.Vincen.de Anna allegat.53.
nu.2.dicens, quòd ceſſio abſenti facta reuocatur
antè acceptationẽ, nec poterit poſteà acceptari.

Et colligitur etiàm reuocatio, cũ diſpoſuerint
de omnibus eorũ bonis, & plus in pia opera, &
alios

Digitized by Google

alios effectus nõ habita ratione cõtẽtorũ in di-
22 cto Capitulo; † nã cõcedẽdo alijs, viſi fuere reuocare, l. rẽ legatã ff. de ad mend. legatis, l. fidei commiſſa §. ſi rem, vbi gloſ. 1. verb. *neceſſitate* ff. de legat. 3. l. cùm fidei hæredis commiſit ff. de fideicommiſſar. libertatib. Gloſ. verb. *tacitè* in cap. fin. de donation. inter, l. cùm hic ſtatus §. qui quoſdam ff. eodem titulo, Dynus, & Bald. in l. Sticchum, qui meus erit ff. de legat. 1. Palat. Rub. in repetition. rubricæ de donation. inter §. 69. num. 3. in fin. l. 4. tit. 11. part. 4. Mieres de maioratib. 1. par. quæſt. 43. num. 11. Roland. à Valle conſ. 61. num. 1. lib. 2. Ioann. And. Georg. alleg. 13. num. 15.

Quod eſt magis certum, animaduerſo, quòd pro parte dicti Conuentus, & Fratrum non fuit adimpletus effectus, & cauſa, pro qua prætendunt fuiſſe illis promiſſos, aut donatos dictos ducatos decem mille, cùm de facto tulerint, & exhumauerint oſſa dicti D. Didaci de Azeuedo à loco, & ſepultura honorifica, in qua exiſtebant in medio Capellæ maioris, transferendo illa ad angulum illius, vt cõſtat ex actu in hac cauſa producto fol. 43. propter quod remanſere excluſi à prætenſione dictorum decem mille ducatorum, cùm conſtet ex eodem capitulo, quòd donatio illorum erat ob cauſam, quòd non fieret mutatio, nec nouitas in exhumando, & transferendo dicta oſſa, imò ſepulchrum illorum temporalium, quod factum fuerat per viam depoſiti,
23 permaneret perpetuũ; † nàm licèt in ſepulchris temporarijs permittatur translatio corporum ab vna ſepultura ad aliam, abſque metu pœnarum iuris, l. oſſa 8. l. ſi quis eo animo ff. de religioſ. & ſumptib. funerum, l. 3. §. non perpetuæ, vbi DD. ff. de ſepulc. violato, l. ſi nèdum, l. fina. C. de religioſis, &c. Petrus Burgius lib. 1. electorum ca. 4. ſed quòad hoc vt non conſequantur dictos ducatos decem mille planum eſt contrarium,
24 † cùm non debeat claudicare contractus, l. Iulianus §. ſi à colludente ff. de action. empti, l. ſi id, quod purè ff. de reſcind. vendit. l. ſi cùm dies §. ſi arbiter in fine ff. de receptis arbitris, ibi. *Abſurdũ eſt enim iuſſum in alterius perſona, ratũ eſſe in alterius nõ*, l. 3. in fine ff. mãdati ibi *nã iniquũ eſt non eſſe mihi cum illo actionem ſi nolit, illi verò ſi velit mecum eſſe*, l. cùm proponas C. de pactis, Franc. Beccius conſ. 45. nu. 6. latè probans, quòd
25 agens ex contractu vltrò citròque obligatorio non priùs auditur, quàm ſi probet ſe pro parte ſua totum contractum, cum effectu adimpleuiſſe, ex text. vbi hoc expreſsè notant Bart. & Salicet. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actionib. empti, Bald, in l. pacta conuenta in princip. ff. de pactis, Alexand. conſ. 49. inſpectis num. 4. libr. 2. & plures alij relati per Beccium vbi proximè, qui
26 num. 7. eam rationem adducit, † quia qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet, Gloſ. in l. ſi non fuerit ff. de iureiurando, l. ſi in emptione §. item ſi emptor, ff. de contrahend.
27 emption. Roland. à Valle conſ. 69. lib. 4. & † fruſtrà debitum petit, qui quod debet, non impendit, cap. fruſtra de regul. iuris in 6. l. ædiles in fine ff. de ædilitio edicto.
28 † Nàm etiàm quandò eſt facta traditio rei donatę, poteſt repeti, ſi cauſa finalis non ſit adimpleta, l. 2. § in fin. cum ſequent. ff. de donationib. & in tertio donante etiam ſi nihil fuerit expreſſum, hoc planum eſt in l. ſi ego, l. licèt §. quotiès ff. de iure dotium, l. ſi extraneus ibi. *nam quaſi cauſa non ſequuta habere poteſt condictionem: qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato*, Bartol. ibi. & in d. l. 2. §. finali, & eſt integer titulus ff. de cõdictione cauſa data, vbi l. ſi donaturus, & ibi Paul. Caſtrenſ. & in toto tit. C. de condict. ob cauſam.

29 † Nàm ſemper eſt inſpicienda cauſa, propter quam aliquid ſit in quacunque diſpoſitione, l. ſi quis nequè cauſam, vbi Soccin. numer. 11. ff. ſi cert. petat. Idem in rubric. numer. 31. ff. ſolution. matrimon. Bald. in l. ex placito numer. 8. Cod. de rerum permutation. Ioann. Cæphal. conſil. 80. numer. 13. libr. 1. qui con-
30 ſil. 143. numer. 2. ait, † quòd cauſatum deficit. deciente cauſa, latiſſimè Tiraquell. in tractat. ceſſan. cauſa nu. 11. & ſeqq.

31 † Eodem modo deficiente cauſa, deficit diſpoſitio, & illius effectus, l. 1. in fine ff. de donationib. l. adigere §. quàmuis ff. de iure patronat. Decius conſ. 24. in princip. Cæphal. conſil. 244 nu. 12. lib. 2.

Et ſufficit, quòd cauſa ſit reducta ad non cauſam propter exhumationem dictorum oſſium, fruſtratumque intentum, & animum dictorum Comitum, vt habuiſſent in perpetuũ, vt par erat dictum ſepulchrum honorificum ſuę nobilitati,
32 & gradui correſpondens, † & quandò cauſa reducitur ad non cauſam, perinde eſt, ac ſi actus fuiſſet à principio factus ſinè cauſa, Alexan. conſ. 106. num. 5. lib. 6. Marcus Anton. Eugen. conſ.
33 43. numer. 30. lib. 1. † & iſte defectus cauſæ ſufficit ad elidendum effectum prætenſæ donationis, aut promiſſionis dictorum ducatorum decem mille, l. cùm de indebito in fine ff. de probat. Bart. in l. quæ ſinè num. 2. ff. de condiction. indebiti, Mattienzo in l. 4. tit. 11. lib. 5. recopilationis cum Gloſ. 2. & hæc de prima Parte.

PARS SECVNDA.

Quòd non habeat locum via executiua, eſt magis clarum, & dicti Executores teſtamentarij habent fundatam de iure ſuam intentionem, cùm ex inſpectione dictorum capitulorum matrimonialium appareat, non ſolùm fuiſſe elapſos annos decem, ſed triginta nouem, & animaduerſo, quòd ſi forent effectum ſortienda, & caruiſſent defectibus in præcedenti parte oſtenſis, cùm terminum, & diem adimplementi non haberent, cenſebatur debere currere ex tunc obligationem ſoluendi dictos ducatos decem mille, ſi ex parte altera fuiſſet adimpletum, l. in omnibus obligationibus 14. ff de regul. iuris, l. cedere diem, vbi Gloſ. & DD. ff. de verbor. ſignific.

34 † Et cùm triginta annis tollatur omnis obligatio, l. omnes, l. ſi quis emptionis Cod. de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, Alciat reſponſ. 403. incipiente non repugnantibus num 6. Hieronym. Gratus reſponſ. 3. num. 38. & reſponſ. 41. nu. 1. vol. 1.

35 ✝ Per primos decem annos fuit præſcripta via executiua, ſi aliqua potuiſſet locum habere
virtute dicti Capituli matrimonialis, l.63. Tauri
quæ eſt l.5.tit.15. lib.4 nouæ recopilation. & vtrobiquè DD. Ioan.Orotcius in l.de quib.n.125.
ff.de legib.Parlador.lib.1. rerum quotidianar.c.
1.§.11.nu.1.

36 ✝ Et cùm hæc exceptio reſultet ex inſpectione ipſius inſtrumenti, eſt æqualiter priuilegiata
ad impediendum viam executiuam, ac ſi ipſum
inſtrumentum potuiſſet illam inducere, ex celebri doctrina Baldi in l.ex his prædijs numer. 1.
Cod. de euictionib. & in l.traditio num.10. C.
de actionib. empti, Alexand. conſil. 119.num.
2.vol.1.Ioann. Bapt. Ferrett. conſil. 53. num. 6.
Surdus cõſ.246.n.5.vol.2.Franciſc. Milanen.dec.
14.num.4.& 2.Ioſephus de Seſſe tract.inhibitionum Iuſtitiæ Aragonum c.27.nu.11.& ſequenti,
Fœlinus in cap. ex parte nu.10. verſ. *Decimò fallit*
de offic.delegati, Vrſill.ad Afflict.dec.283.nu.7.
Meneſius in l. ſi non tranſactionis nu.8. C.de iuris,& facti ignorantia, Auend.tit.de excepr.n.28.
Parlad.lib.2.rerum quotidian. c.fin.5.p.§.12.nu.
26. & ſeq.

Neque obſtabit dicere, quòd ex vi præſtationis homagij in capitulis matrimonialibus interpoſiti per dictum Comitem reſultauit,& fuit inducta vis iuramenti, ſufficiens ad impediendam pręſcriptionem; nàm vltra quòd ſolùm fuit interpoſitum reſpectu dictorum Comitum contrahen-
37 tium,& non cuiuſuis tertij, ✝ ad quem non poteſt extendi, l.quicquid aſtringendæ 98 ff.de verber. obligation. l. fideiuſſores magiſtratuum
38 §.pro Aurelio ff. de fideiuſſorib. ✝ illud ſolummodò habet locum in Tribunalibus Eccleſiaſticis, & non in ſæcularibus. vt probat Caſtillo in
d.l.63.Tauri gloſ.verbo *dieç años*, ea ratione,
quòd in his Regnis in contractibus laicorum nõ
poſſunt interponi iuramenta, l.11. cum ſeq.tit.1.
lib.4. recopilation.

Minus obſtabit dicere, quòd dicta præſcriptio
non procedit contra dictum Conuentum, &
39 fratres, nàm verior reſolutio eſt, quòd ſic, ex Bal.
in l. de quibus n.6. vbi Iaſon nu. 12. ff. de legib.
Petrus de Rauena allegatione in materia conſuetudin.verſ. *ſi eſt conſuetudo*, Gregor. Lopez in l.
22.tit.29.partit.3. gloſ. 1. & ſic in his Regnis via
executiua præſcribitur decennio contra Eccleſias,& loca pia, vt per Parlad.d.c.1 § 12.n.5. Azaued.d.l.6.tit.15.lib.4.recopilationis num.18.

Non etiàm obſtat dicere, quòd ignorauerant
dictam ſcripturam, & ſic competit Conuentui
reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ,
40 ✝ quia vltra, quòd hæc non præſumitur in facto
hoc notabili,& huius qualitatis, cap. quantò de
translatione Prælatorum, cap. illud de clerico
excommunicato, cap. quoidam, cap. quantò de
41 præſumptionib. Crauetta conſil. 148. n.5. ✝ Eſt
planum de iure, quòd contra præſcriptionem
viæ executiuæ non admittitur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, l.fin.C.de long.tẽporis præſcriptione, Bald.in l.1. oppoſitione 24.
C.qui admitti, Burgos de Paz conſ.41. nu.17.&
conſ.44.nu.10.dicens, quòd reſtitutio non competit ex capite ignorantię, vbi præſumptio ſcientiæ reſultat, c.vigilanti vbi DD.de præſcription.
Gozad.conſ.8.num.55.& conſ.68. num.14.

Nec etiàm habet locum dicta reſtitutio ex priuilegio Eccleſiaſtico, & cauſę piæ, de quo in
cap. 1. de in integrum reſtitut. & per Gregor.
42 Lopez in l. 49. tit. 5. part. 5. gloſ. 6. ✝ quia
debebat eſſe petita intra quadriennium poſt elapſum decennium præſcriptionis viæ executiuæ, cap.1.de reſtitut.in integrum in 6. ibi *Si quadrienny ſpatium poſt ſit lapſum, & negligentèr omiſerit, non eſt ad beneficium reſtitutionis in integrum admittenda Eccleſia*, Iaſon in l. ſi is, qui temporali §.ſi minor num.22. ff.de iureiurand.clement.1.
de reſtitution:in integr. Paul.Caſtrenſ. conſ.294.
incipiente. *Ego Paulus* num.3.vol.1.Bald.in l.qui
proprio §.item quęritur, n.2. ff.de procuratorib.
& conſ.454.n.2.lib.4.Ant.Gomez 2.to.c.14.n.7.
Marc.Ant.Natta conſ.45.à n.1.Affl.dec. Neapol.
275.n.4.Rom.ſingulari 262. Balbus de præſcript.
5. par. q. 2. & in terminis Azeued. vbi ſupra d.
nu.18.

43 ✝ Et dictum quadriennium eſt continuum,
& currit à tempore prætenſæ læſionis, quod fuit
eò ipsò, quòd fuere elapſi dicti decem anni, d.
Clement.1. de reſtitut. in integr. vbi probatur,
quòd licèt ab Eccleſia poſſit peti reſtitutio in
integrum aduerſus lapſum temporis, in quo ſe
læſam affirmat, hoc tamèn debet fieri infra
quadriennium continuum à tempore læſionis,
facit l. ſi ſuperuacuum Cod. de temporibus
in integr. reſtitutionis petendæ, Caballin. milloquio 783. num. 3. & 4. & cùm tranſcurſi fuerint non ſolùm decem anni, & quadriennium,
ſed alij ferè anni vigintiquinque, eſt contradictas
diſpoſitiones iuris velle protendere ad tàm longiſſima tempora.

44 ✝ Nec etiàm obſtat dicere, quòd in caſu multùm enormis læſionis competit in integrum reſtitutio vltra quadriennium, iuxta tradita per
Couarr. libr. 1. variar. cap. 3. numer. 10. &
ſequent. quia tali caſu Roderic. Xuarez allegat. 12. col.penult. in ea fuit opinione, quòd ſolùm haberet locum reſtitutio intra ſecundum
quadriennium, DD. alij, qui maius tempus admittunt, de quibus Couarr. vbi proximè nu. 12. &
Marc.Anton. Eugen. conſ.1. numer.94. procedunt quòad reſtituẽdum aduerſus extinctionem
totalem debiti, vt in l. vltima C. in quibus caſib.
in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, l.vlt.tit.
finali partita 6.Coſta in l.Gallus §.& quid ſi tantùm 2. par. num. 83. ff. de lib. & poſthum. &
hoc reſpicit iudicium ordinarium, & non executiuum, quod perperam intentarunt, & foret
multiplicare ſpecialia, vnum, quòd non præiudicaret præſcriptio decennij, aliud, quòd concederetur reſtitutio quadriennij; tertium, quòd
concederetur aduerſus illius lapſum, quartum,
quòd hoc foret poſt tot annorum curricula, &
in præiudicium aliarum cauſarum piarum, &
tertiorum, quibus competunt bona dictorum
45 Comitum, & iura aduerſus ea, ✝ & hic concurſus ſpecialitatum non admittitur de iure, l.1.
Cod. de dotis promiſſione, l. cùm poſt §. cum
genero ff. de iure dotium, vbi Iacob. de Bellouiſ. Oldrad. conſ.79. Marian.Socc. conſ.1.num.
46.

Digitized by Google

46.volu.4. Morotius reſponſ.18. num.21. Alciat.
conſ.44.num.2.lib.6.Steph.Grat.dec.219.num.
7.Clapperijs cauſa 5.q.2.num.7. Lamber. de iu-
re patron.lib.2.par.2. q.2. princip. art.2.num.8.
Marant.conſ.120.num.12.
46 † Quod maximè procedit, quãdò ſpecialia re-
ſultant aduerſus iuris diſpoſitiones, leg. ius ſin-
gulare, l.quod verò contra ff. de legib. Morotius
47 reſponſ.18. num. 21. † Et quia non debet ita
profusè faueri dicto Conuentui in præiudicium
aliorum, iuxta plenè tradita per Barbat. conſ.13.
numer.9.libr.1.conſil.32. numer.6. & conſil.47.
num.5. & conſ.67.nu.15.lib.3. Aymon Crauett.
conſ.303.nu.6.& conſ.2.pro genero nu.64.

Nec habet aliquod inconueniens, quòd dene-
gata addictione, & executione reſciſſa reſerue-
tur dicto Conuentui, & Fratribus, quòd in
via ordinaria proſequantur ſuam prætenſio-
nem, vt executores teſtamentarij habeant tem-
pus opportunum ad faciendum plenè ſuas de-
48 fenſiones, † vt in cauſa tàm magnæ quanti-
tatis procedatur cum ea, quæ conuenit iu-
ſtificationi, argumen. leg. 3. §. ibidem ff. ad
exhibendum ibi. *Et ſi qua tàm euidens ſit, vt
facilè repellat agentem, debere poſſeſſorem abſo-
lui, ſi obſcurior, vel quæ habeat altiorem quæ-
ſtionem differendam in directum iudicium*, cùm
latè traditis per Anton. de Butrio in cap. cùm
olim numer. 11. de cauſ. poſſeſſion. & pro-
prietatis & in cap. 1. numer. 24. & cap. in
litteris numer. 26. de reſtitution. ſpoliato. nam
ſi pars aduerſa iuſtitiam foluerit, ſeruabitur ei
in iudicio ordinario.

Demùm non fauet dicto Conuentui dicere,
quòd aliquæ ex exceptionibus oppoſitis per di-
ctos teſtamentarios ſunt victæ, eò quòd fuit
prouiſum decretum, quòd intra triduum ſol-
uerent ei ducatos decem mille contentos in eo-
rum petitione, ſub interminatione, aut commi-
natione executionis, & quòd appellatione inter-
poſita ad Conſilium exprimendo aliquas ex di-
ctis cauſis, illis non obſtantibus Conſilium
confirmauit decretum, remittendo cauſam Iu-
49 dici à quo; † nàm vltra quòd dictum decre-
tum ſolummodò continebat præparationem
quandam ad iudicium, & cauſam ex aduerſo in-
tentatam, argumento d. l. tertiæ in princip. ff. ad
exhibendum, cum traditis per Parlador. lib. 2.
rerum quotidianar. cap. fin. 1.par. §.4. num.18.
non poteſt ex eo dici, nec inſerri, quòd Conſi-
lium confirmauerit executionem, quam Iudex à
quo nondùm fieri decreuerat, ſed remiſit ei cau-
50 ſam in ſtatu, † quòd poſſet reuocare dictum de-
cretum tanquàm interlocutorium, & cauſa non
legitimè cognita latum, proferreque aliud, decla-
rando non eſſe locum viæ executiuæ, argumento
l.quod iuſſit 14.ff.de re iudicata, & ibi DD. præ-
ſertim Rebuff. in repetition.l.2.tit.22. p. 3. vbi
Gregor. Lop. gloſ.6. Et quia Conſilium ſolum-
modò confirmauit dictum decretum, tanquàm
præparatorium, & quia tunc nondùm erant pro-
batæ exceptiones teſtamentariorum, ſed tan-
tummodò allegatæ, & poſtmodùm in diebus de-
cẽ oppoſitionis habent eas probatas, & ita ſucce-
dũt duæ reſolutiones iuris; vna, † quòd exceptio,
repulſa, aut victa in vno iudicio, non tanquã falſa,
aut iniuſta, ſed tanquàm non probata, poteſt op-
poni, & probari de nouo, vt ex l. quod in diem §.
1. ff. de compenſationib. & alijs iuribus conclu-
52 dit Alexand. conſil. 66. num. 4. libr. 5. † Se-
cunda, quòd etiàm quandò exceptio non debuit
admitti, ſi fuit admiſſa, & probata, debet locum
habere, & præiudicat parti aduerſæ argumen-
to cap. 1. de reſtitut. ſpoliator. Bald. in l. ſi quis
ad ſe fundum n.16. C. ad l. Iuliam de vi, Alexand.
conſ.77.nu.3.lib.2.
53 † Cum quibus concurrit, quòd in caſu dubij
eſt pronunciandum, non obſtare rem iudicatam
ex his, quæ habentur in l. 2. ff. ſi quis cautionib.
& in cap. vt debitus de appellation. Decius conſ.
445.num.44. Burgos de Paz conſ.19. num.25. &
conſ.43.num.42. abſque eo, quòd cauſauerit præ-
iudicium, non appellaſſe à decreto, per quod iuſ-
54 ſum fuit, executionem fieri, † nàm fortaſſis fuit
hoc omiſſum propter dubium, quod ineſt, ſi à
dicto mandato poteſt appellari ſaltim quoad ef-
fectum ſuſpenſiuum, iuxta tradita per Paul.
Aemilium deciſ. Rotæ 40. & 49. num. 1. par. 1. De-
ciſ. Genuæ 164. num. 25. Menoch. de adipiſcend.
poſſeſſ. remed. 4. nu. 827. Parlador. lib. 2. rerum
quotidianar. cap. fina. 5. par. §.2. num. 12. Ioann.
Guttier. conſ.29. num.6. & ex alijs iuſtis conſi-
derationibus, confidentes ſuæ iuſtitiæ, mediante
qua eſt nulla declaranda via executiua, reſeruato
iure, ſi quod competit præfatis Conuentui, &
Fratribus in iudicio ordinario. ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio eſt regulariter incerta reſpectu patris, & difficilis probationis.*
2 *Filiatio præſũptionibus approbatis à iure probatur*
3 *Filiatio probatur tractatu, nominatione, & inſtitutione.*
4 *Naturales filij ſunt quandò matrimonium poterat inter parentes contrahi.*
5 *Communi vſui loquendi ſtandum eſt.*
6 *Naturalis filia alicuius magni nobilis poteſt agere aduerſus patrem, quòd illam dotet.*
7 *Rei iudicatæ authoritas eſt magna.*
8 *Reipublicæ ſtatus maximè rebus iudicatis continetur.*
9 *Res iudicata pro veritate habetur.*
10 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, debet exequi.*
11 *Sententia lata contra abſentem contumacem, adhuc præſumitur ritè, & iuſtè lata.*
12 *Præſumitur pro Iudice, quòd ritè & rectè faciat id, ad quod tenetur.*
13 *Sententia tranſacta in rem iudicatam facit de albo nigrum, & è contra, de nigro album.*
14 *Sententia facit ens de non ente.*
15 *Sententia facit rem notoriam.*
16 *Sententia facit ius inter partes.*
17 *Sententia de indebito facit debitum.*
18 *Reſcriptum Principis non faciens mentionem rei iudicatæ non valet.*
19 *Conſiliarij Regij partes Principis cenſentur.*
20 *Cõſiliarij Regis quod iudicant, cenſetur iudicatum à Principe.*

21 Conſiliarij Regis habent præſumptionem pro ſe, & eſt inſtar ſacrilegij, dubitare an digni ſint.
22 Omnia noſtra facimus, quando à nobis impartitur authoritas.
23 Sententia Principis habet vim legis, & num. 26.
24 Principis de poteſtate dubitari non poteſt.
25 Princeps nigrum vertit in candidum, nec poteſt ei dici, cur ita facit.
27 Sententia declaratoria filiationis naturalis facit ius quoad omnes.
28 Regis ſententia probatur ſcriptura illius ſigillo roborata.
29 Filiationis probatio facta cum legitimo contradictore, ſuper qua eſt pronunciatum facit fidẽ quoad omnes, & num. 30.
31 Pater eſt legimus contradictor in cauſa filiationis.
32 Cõtradictor legitimus dicitur omnis, ad quem cauſa principaliter pertinet.
33 Contraria dicens audiri non debet, & nu. 87.
34 Acta iudicialia inducunt notorietatem.
35 Sententia debet eſſe conformis libello quoad rem, cauſam, & actionem, & nu. 36.
37 Iudex pronũcians extra petita notatur imprudẽtiã.
38 Sententia refertur ad libellum, & ab eo recipit declarationem.
39 Sententia declaratur ex actis, & probationibus.
40 Probationes ſunt media cauſæ.
41 Acta proceſſus dicuntur vehiculum ad ſententiã.
42 Sententia ſemper eſt referenda ad acta.
43 Sententia debet referri ad cauſam, quæ ex actis colligitur.
44 Sententia poteſt dici certa, quando poteſt declarari per relationem ad acta.
45 Sententia latã præſumitur eo modo, & ex cauſa, ex qua proferri debuit.
46 Sententia debet decidere, quod erat in iudicio deductum.
47 Interpretatio ſumenda eſt pro validitate ſententiarum.
48 Diſpoſitio omnis interpretari debet, vt abſurdum, & iniquitas vitetur.
49 Abſurditas vt vitetur extenduntur verba.
50 Diſpoſitio, quæ ad aliam refertur, eſt intelligenda ſecundùm illam.
51 Qualitates diſpoſitionis relatæ inſunt in referente.
52 Expreſſum propriè, & verè dicitur, quod conſtat per relationem ad aliud.
53 Sententia includit id, quod neceſſariò eſt præſupponendum ad eam, & ſumitur ex actis.
54 Sententiæ verba intelliguntur iuxta ſubiectam materiam, etiam ſi improprientur.
55 Sententiæ hodiè non requirunt in Regnis Caſtellæ expreſſionem cauſæ.
56 Sententia non ſolùm facit rem iudicatã in eo, quod decidit, ſed in præſuppoſito deciſionis.
57 Intellectus l. 1. ff. ad S.C. Turpillianum.
58 Iudex, qui decidit aliquid, quod infertur præcisè ex re deciſa, non dicitur noua determinatio.
59 Alimentorum aſſignatio facta alicui vti filio, efficit rem iudicatam quoad filiationem.
60 Pronunciatio ſuper principali, ſi de incidenti fuit etiam cognitum, efficit rem iudicatã quoad illud.
61 Intellectus l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens ff. de liber. agnoſc.
62 Acta in ſummario iudicio, non probant in plenario.
63 Succeſſionis cauſa dependet à cauſa natalium.
64 Pater non habens filios legitimos, poteſt naturales inſtituere hæredes.
65 Filiatio deducitur ex inſtitutione hæredis facta prout de filio.
66 Inſtitui quem hæredem vti filium, qui non ſit, non eſt veriſimile.
67 Filius præſumitur talis, prout à patre fuit nominatus teſtamento.
68 Natus ex patre, aut matre aliàs coniugatis non eſt filius naturalis, ſed ſpurius.
69 Spurij filij magis odioſi ſunt in iure, quàm naturales.
70 Spurius nil conſequitur à patre in vita, nec in morte, prætèr alimenta præciſa, & hoc ex æquitate canonica.
71 Spurius non poteſt à patre inſtitui hæres, nec per interpoſitam perſonam.
72 Pater inſtituens hæredem filium, aut filiam ſpurios peccat mortaliter.
73 Delictum vt euitetur debet coniectura capi.
74 Delictũ non præſumitur fieri in actu palam geſto.
75 Morti proximus non cenſetur fraudem facere, ſed de ſalute animæ cogitare.
76 Salutis æternæ immemor nemo præſumitur.
77 Aetas probatur per librum baptiſmi confectum à Parocho.
78 Mentientis pœna eſt, vt nec vera dicenti credatur.
79 Patris ſcriptura ſuper natiuitate filij probat illius ætatem.
80 Filiatio probatur per librum, & memorialia patris aſſerentis aliquem eſſe eius filium.
81 Inſtrumentũ producẽs in iudicio videtur fateri eſſe vera contenta in eo, adeò vt nihil valeat opponere contrà.
82 Scriptura priuata probat contra producentem.
83 Confeſſio reſultans ex libello, aut ſcriptura producta in iudicio prodeſt aduerſario etiàm abſenti.
84 Confeſſio reſultans ex productione inſtrumenti poteſt opponi etiàm in alio iudicio.
85 Sententia, quæ trãſiuit in rem iudicatam, habet præſumptionem iuris, & de iure pro ſe.
86 Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.
88 Contraria duo, & pugnantia, ſimul ſtare non poſſunt.
89 Contrarijs in rebus neceſſe eſt, vt vnum ſit verum, & alterum ſalſum.
90 Fraudem, aut turpitudinem propriam allegans nõ debet audiri.
91 Sententiam iniquam ad ſui fauorem latam allegare non licet.
92 Sententia contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non valet.
93 Indignum eſt, vt quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, velit demùm proprio teſtimonio infirmare.
94 Aſſertio mulieris negantis, aliquam non eſſe eius filiam, maximè illegitimam maximi eſt momenti.
95 Sertorij filium quidam impoſtor ſe finxit.

96 Mu-

96 Mulier in dubio præſumitur boneſta.
97 Vxor præſumitur potiùs ſubtraxiſſe res mariti, quàm illas ex illicito quæſtu quæſiuiſſe.
98 Filius matrimonio conſtante natus præſumitur mariti, licèt vxor adulterium commiſiſſet.
99 Probatio perfectior, & arctior requiritur contra eum, cui fauet iuris præſumptio.
100 Ætas probari poteſt per deſignationem alicuius caſus notabilis.
101 Abſentia mariti non præſumitur, niſi probetur.
102 Ciuis, & incola alicuius loci præſumitur in eo reſidentiam feciſſe, niſi contrarium probetur.
103 Argumentum à communitèr accidentibus de iure valet.
104 Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata, & euidens.
105 Tabellio in Regnis Caſtellæ rogatus ſuper conficiendo inſtrumento debet facere fidem, quòd cognoſcit contrahentes, aut de eo duos teſtes habere, qui illos cognoſcant.
106 Fama difficilè poteſt effugi in Ciuitate maledica.
107 Fama qualitèr diffiniatur à Quintiliano.
108 Fama eſt vana vox populi, falſuſq; rumor.
109 Fama debet conſtare à quibus habuit originem.
110 Vana vox populi audienda non eſt.
111 Fama eſt res fragilis, & pernicioſa, plerunque procedens ab his, qui deſiderant de eo famam eſſe.
112 Fama, quæ non habet legitimam originem, nullius eſt momenti.
113 Fama non habens originem à cauſis probabilibus inducentibus ad credendum non attenditur.
114 Fama de per ſe nec ſemiplenam probationem facit.
115 Fama in cauſa ciuili ardua non probat.
116 Teſtes deponentes de fama, cenſentur teſtes de auditu.
117 Fama etiàm cum vno teſte non probat in cauſa ardua.
118 Filiatio illegitima an probetur per famam, & communem opinionem.
119 Filiatio non probatur per famam, quandò parens negat.
120 Qualitas, & nobilitas fœminæ negantis, aliquam eſſe illius filiam multùm attenditur.
121 Matrum viſcera pietate commouentur ergà filios.
122 Affectus nullus vincit paternum.
123 Matrum amor maior eſt, quàm patrum.
124 Veriſimilia, quæ non ſunt, habent falſitatis imaginem.
125 Nominatio nihil prodeſt in filijs ſpurijs.
126 Mater ſemper eſt certa.
127 Filiatio ex parte matris concludentiores probationes requirit.
128 Dictio, Et, eſt copulatiua.
129 Lucrum conſequi non debet aliquis ex eo, quod impugnauit.
130 Confeſſus aliquid recepiſſe per ſententiam iniuſtam, poſſet cogi ad reſtituendum.
131 Tranſactionis contrauenientes debet reſtituere, quod per illam accepit.
132 Iacturam propriam pati debet, qui alij nocere curauit.
133 Octauiæ ſororis Auguſti, ſe quidam ſimulauit filium, & detecta impoſtura fuit ad remigandum damnatus.

ARGVMENTVM.

An filia cuiuſdam nobilis viri, quæ in iudicio publico, & ſolemni probauit ſe filiam naturalem ipſius, & obtinuit ab eius bonis à Iudice, quòd ſibi conſignaretur quantitas ſufficiens pro alimentis, & dote iuxta qualitatem, & facultates parentis, ſi poſteà velit aſſerere, quòd erat filia cuiuſdam nobiliſſimæ fœminæ, nuptæ tamèn, vt in iudicio informatiuo, & ſecreto qualificationis eius viri, & ſuæ qualitatem ſibi accreſceret, poſſit audiri, vel veniat repellenda.

CONSILIVM CLXIX.

SVpponitur in facto, quòd filia quædam naturalis nobilis cuiuſdam viri, tanquàm talis patrem iudicio conuenit coram magiſtratu regio, petens eum condemnari ad præſtandum ſibi bona ſufficientia pro alimentis, & dote pro qualitate ipſorum, & bonorum parentis quantitate, qui licèt negaret filiam eſſe ſuam, vel ſaltèm adulterinam aſſereret, ſeque filiam habere legitimam, cui non valebat præiudicare, fuit conuictus per filiam ſe naturalem probantem, & vt talem fuiſſe per patrem tractatam, nominatam, recognitã, & alimentatã tàm teſtibus, quàm quadam ſchedula parentis de natiuitatis eius tempore, vt naturalis filiæ teſtificãtis, qui his, & alijs cauſis mouentibus animos regiorum Iudicum fuit condemnatus ad preſtandũ ei decem ducatorũ millia, quæ ab eo fuit conſequuta, & cùm poſteà (vt Deo placuit) filia legitima parentis prædicti viam fuiſſet vniuerſæ carnis ingreſſa, de nouo naturalis hæc petijt, patrem ſimilitèr cogi debere ad augendam dotem, & alimentorum quantitatem, quæ ſub prætextu legitimæ filiæ fuerant limitata, & etiàm obtinuit ſententiam, vt pro omni ſpe, & prætenſione alia quatuor ducatorum millia ſibi præſtarentur, & ſententiæ prædictæ tanquã in rei iudicatæ authoritatem tranſactæ executioni fuerunt mandatæ. Et cùm poſteà parens prædictus infirmitate affectus, & morti proximus eſſet, aſtantibus ibi Confeſſore ſuo, & Religioſis, quos ad diſponendas rectè ſuę animæ res vocari, & ſibi adeſſe iuſſerat, filiam denuò vt naturalem recognouit, & inſtituit hæredẽ, quę hac de cauſa, de parentis bonis pluſquàm 26. ducatorũ millia fuit cõſequuta, lite etiàm contra Maieſtatem Regiam, Fiſciq; Procuratorem, & alios pro recuperandis parentis bonis intendit, nec iniuria obti-

nuit

nuit ſententialitèr ſibi adiudicari. Quæ elata for-
tuna ad alia conuertit animum, intendēs pro ſuæ
perſonæ qualificatione, non de vulgari familia,
ſed ex nobili quadam matrona prognatam. Aſſe-
renſq; eam ſuſcepiſſe, & partu in lucem emiſiſſe
in quadam ſui mariti abſentia longa, quod ipſa
protinùs negat falsò ſibi hoc attribui, conſtantèr
aſſerens, & defendens, contra quod quadam vul-
gari fama ſuam intentionem probare nititur.
Modò dubium eſt.

An hæc, quæ prædictis de cauſis filiam
ſe dixit naturalem, & ſuper eo rem iudicari
obtinuit, valeat modò aſſerere ſe ſpuriam,
& illegitimam? Quod non poſſe facere
probatur.

1 † Primò, quia cùm filiatio patris reſpectu re-
putetur difficilis, vt tradunt Bald. in l. 1. nu. 1. &
2. C. quorum bonorum, & in cap. in præſentia
nu. 25. de probat. Marſil. in rubr. nu. 9. C. eodem
tit. Pariſius conſ. 10. num. 39. lib. 2. Paul. Caſtrenſ.
conſ. 435. nu. 1. vol. 1. Aldobrandin. in §. ingenuus
num. 14. Inſtit. de ingenuis, iuxta illud Homeri
Odyſſ. 1. de Telemacho.

Ex illo natum mater me dicit, at ipſe
Neſcio, nàm certum quis poſſit ferre parentem.

quod ponderant Paleott. in tract. de nothis, &
ſpurijs cap. 21. nu. 1. Alciat. lib. 10. parergon iuris
cap. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudicum caſu 89.
nu. 1. 4. & 11. & caſu 116. nu. 6. pro quo eſt tex. in
l. Lucius, vbi Paul. nu. 2. & Doctores ff. de condit.
2 & demonſtr. † ideò non mirum, ſi præſumptio-
nibus à iure approbatis probetur, l. filium ff. de
his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. tradit Fede. de Sen.
conſ. 118. Lapus allegat. 94. nu. 3. Alex. conſ. 24.
nu. 6. lib. 2. Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 58.
nu. 12. & q. 37. nu. 7. & ex l. ſi vicinis C. de nupt.
3 Chriſtoph. de Caſtellio. conſ. 21. nu. 3. † & ita
probatur tractatu, nominatione, & inſtitutione,
vt tradit Pariſ. conſ. 29. nu. 10. & conſ. 13. num. 7.
lib. 2. Cephal. conſil. 48. in cauſa, quæ vertitur
nu. 15. tom. 1. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap. 8.
§. 3. num. 6. & alijs, cap. per tuas de probat. cap. ex
tranſmiſſa, qui filij ſint legit. Alex. conſ. 51. nu. 2.
lib. 1. Rolan. à Valle conſ. 49. nu. 47. lib. 4. Cæphal.
conſ. 137. nu. 44.

Quarè cùm præſumptio capienda ſit, quòd
filius potiùs naturalis natus fuerit, vt iure ci-
uili delicti præſumptio tollatur, iureq; Pontifi-
cio minus præſumatur delictum, vt tradūt Cra-
uetta conſ. 138. nu. 1. Boſſius in praxi tit. de dam-
nato, & punibili coitu num. 77. idem Crau. conſ.
160. & alij relati per Maſcard. de probat. concl.
1090. nu. 2. Mantic. lib. 4. de coniectur. vltim. vo-
lunt. tit. 3. nu. 31 Menoc. lib. 6. de præſumpt. præſ.
54. nu. 4. & 5. & lib. 2. de arbit. Iudic. caſu 194. nu.
32. Ioan. Gutier. lib. 2. practicar. quæſt. 112. nu. 1.
Ioan. Garzia de expenſ. & meliorat. cap. 3. nu. 21.
verſ. *hac de iure*, ideò benè potuit hæc Domina,
de qua verba fiunt ſe filiam naturalem dicere, &
probare, ſcilicèt quòd ex parente ſoluto, & mu-
liere libera nata fuerit tempore, quo inter eos
matrimonium contrahi ſinè impedimento po-
4 terat, † ex tali enim coniunctione procreatus;
dubio procùl naturalis eſt, & ita communis vſus
loquendi eos nuncupat, vt dicit Abbas in cap. per
venerabilem, qui filij ſint legitimi num. 31. poſt
Anton. de Butrio, Couar. in 4. decret. 2. par. cap.
8. §. 4. nu. 2. in fine, Ioan. Andr. in addit. ad Spe-
culat. lib. 4. tit. qui filij ſint legitimi in princ. De-
cius conſ. 423. viſa copia nu. 12. & 14. Rojas de
5 ſucceſſ. cap. 10. nu. 9. † cui communi vſui loquen-
di ſtandum eſt, l. Labeo verſ. *non enim* ff. de ſu-
pellect. leg. Bal. in auth. quod ſinè n. 5. in fin. C. de
teſtam. Couar. in c. alma mater 1. par. relect. §. 8.
nu. 5. vt hac de cauſa alimenta, & dotem à paren-
6 te conſequi poſſet, † eo iure, quòd receptum ſit
filiam naturalem alicuius magni nobilis eſſe per
ipſum dotandam, vt poſt Bald Nouell. in tract. de
dote 6. par. priuil. 16. col. 3. in fin. verſ. *quod tamen*,
& in l. 1. nu. 141. ff. ſolut. matrim. tradit Rolan. à
Valle conſ. 14. & ſi ambigui nu. 51. vol. 3. Bald. in
l. neque mater 14. nu. 3. C. de iure dotium, Vinc.
in d. l. 1. nu. 32. Ripa 66. Bulgarin. 34. Corraſ. in
l. qui liberos nu. 58. ff. de ritu nuptiar. Guillelm.
Benedict. in cap. Raynuntius, verbo *dotem* nu. 45.
Couar. d. cap. 8. §. 6. nu. 11. Paleot. ſupra cap. 49.
nu. 5. Lara in l. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit
num. 7. ff. de liber. agnoſcend. Cæuall. in practicis
quæſt. 565. nu. 4. & 5.

Vndè cùm hæc obtinuerit ſententiam contra
patrem naturalem, qui proximior, & legitimus
contradictor erat ſuper dicta filiatione naturali,
& ea de cauſa tot ducatorum millia fuerit con-
ſequuta, conſequēs eſt hoc facere ius quòad om-
nes, vt nec ipſa, nec alius contrarium valeat aſſe-
rere propter magnam rei iudicatæ authoritatē
7 † nàm vt inquit Martian. in l. ſeruo inuito §. cùm
prætor ff. ad S. C. Trebell. *Cùm prætor* (inquit)
*cognita cauſa per errorem, vel etiàm ambitioſè iu-
bet hæreditatem, vt ex fideicommiſſo reſtituas, etiàm
publicè intereſt reſtitui propter rerum iudicatarum
auctoritatem*, l. ſi prætor in princ. ff. de iudic. l. ſi
patronus §. ſi quis ff. de bonis libertorū, *l. fin. ff.*
nè quid in loco publico, l. 2. C. de re *iudic. l. ſi fi-*
deiuſſor §. in omnibus ff. mandati, Gregor. Lop.
in l. 19. tit. 22. par. 3. gloſſ. 12. ante finem, Io. Garz.
tract. de nobilit. Hiſpan. gloſ. 21. num. 72. & ſeqq.
8 nàm vt Cicero in orat. pro P. Sylla. dixit: † *Sta-
tus Reipurlicæ, maximè rebus iudicatis continetur;*
9 † cùm hæ pro veritate habeantur, l. res iudicata
ff. de regul. iur. cap. cùm inter de re iud c. Cynus
in l. ſi parius 1. nu. 3. C. ad leg. Corn. de falſ. vt tra-
dit Decius conſ. 455. in caſu nu. 25. tom. 2. Cæph.
conſ. 57. nu. 19. tom. 1. Sarmient. lib. 3. ſelect. cap. 1.
10 nu. 4. idem Cæph. conſ. 272. nu. 76. tom. 2. † ma-
ximè ſi ſentētia lata in rem iudicatam tranſierit,
nàm & exequi debet, & pro veritate habetur, l.
ingenuum ff. de ſtatu hominum, cap. ſicut de re
iudic. cap. in præſentia de renunc. Alex. conſ. 93.
incip. repetitus nu. 5. vol. 6. Decius, & Cagnol. in
d. l. res iudicata, Roland. à Valle conſ. 98. num. 2.
vol. 2. Maſcard. de probat. concl. 1302. nu. 14. *Ba-
ptiſt.* Martianenſ. lib. 1. reſponſorum iuris conſ.
37. nu. 43.

11 † Nàm pro tali ſententia præſumitur nedùm
quòad proceſſum, ſed etiàm quòad iuſtitiam,
quàmuis lata fuerit contra abſentem, vel contu-
macem ex vera, vel ficta contumacia, vt tradunt
Abbas, & alij in cap. quoniàm contra falſam de
probat.

probat. Alciat.tract.de præſumpt. reg.3.præſ.9.
nu.17.Menoch.eodem tract.lib.2.præſumpt.67.
nu.22. Ant.Gabriel lib.2.concl. tit.de ſententijs
concl.6.nu.1.ex l.Herennius §.Caya ff.de euict.
12 Marrianenſ. vbi proximè, † cuius ratio eſt, quia
pro Iudice sẽper præſumitur, quòd ritè, rectèq;
faciat, quod facere tenetur, l.2. C.de offic.ciuil.
Iudic. l.cum precibus C.de probar.l.vltima, vbi
Bald. C.de fideicommiſſ.libert. auth.vt nulli Iu-
dicum §.ſuper hoc autèm collat.9. Specul. tom.
2.tit.de inſtrument.edit. §.reſtat videre num.18.
verſ.*quid ſi dùm atteſtationes*, Cynus in auth. ge-
neralitèr num.6.C.de Epiſc,& cler. Maſcard.d.
concl.1302.nu.20.
13 † Rurſus, in tantùm hoc eſt verum, quod ſen-
tentia in rem iudicatam tranſacta de albo nigrũ,
& è contrario facit, & falſum in verum, & natu-
ralia ſanguinis vincula mutat quòad effectum, vt
Cagnol.& alij tradunt in d.l.res iudicata, Iaſ.in
l.Iulianus col.2.nu.2. ff.de condict.indeb. Curt.
Iunior conſ.177. incip. habita col.4.nu.13.par.2.
Maranta de ordine iudiciorum 6.par.§.expedita
num.129.Cęphal.conſ.162.nu 8.Burſat.conſ.39.
nu.1. Bald.in cap.noſtri de elect. num.2. ex l.eo
tempore ff.de pecul. Maſcar.vbi proximè nu.16.
14 & 17. † & facit de ente non ens, l.cùm putarem
ff.famil. erciſc. l.1. C.quandò prouocare non eſt
neceſſe, Martianenſ.vbi proximè nu.45.gloſ.ver-
bo *repeti poteſt* in l.ſi non ſortem §.hæredi ff.de
condict.indeb.quam ſequitur Gregor.Lopez in
l.16.tit.11.par.3.gloſ.9. Roland.à Valle conſ.83.
15 nu.15.vol.1. † & rem notoriam, cap.veſtra de
cohabit.clericor.& mulier. Abb.conſ.89.num.4.
1.par. probat l.emptorem in princ. ff.de action.
empt. Iaſ. in l.ſi verò §. qui pro rei qualitate no-
tab.1.ff.qui ſatiſd.cogant.Cæphal.conſ.57.vide-
batur nu.34.tom.1.Burſat.conſ.9.nu.27.& conſ.
66.nu.1.vol.1. Roland.à Valle conſ.6.num.16.&
16 ſeq. lib.3. † & facit ius inter partes, vt per Lau-
rent.Syluan. conſ.27.nu.10. Crot. conſ.88.nu.9.
Maſcard. vbi proximè num. 18. Marſil. in pract.
crim.§.diligentèr nu.37. Decius in cap.referente
notab.2. de præbend. Crau.conſ.302.col.2.verſ.
hoc ita, Roland.d.conſ.6.nu.2.Cæphal.conſ.162.
17 nu.1.tom.2. † & de indebito facit debitum, l.1.
ff.de condict.indeb.Cęph.conſ.180.nu.4.tom.2.
18 † Adeò vt Principis reſcriptum nihil operetur,
ſi in eo non eſt facta mentio rei iudicatæ, vt tra-
dit Iaſ. in l.iuſtitia col.2. nu.10.verſ.*nec obſtat*, &
num.11.ff.de iuſtit.& iure, Bald.in cap.ſtuduiſti
nu.3.verſ.*quæro ſupplicatum* de offic.deleg. idem
Iaſ.in l.cauſas nu.4.& 5. C.de tranſact. Alexand.
conſ.37.in cauſa nu.2.vol.1. Caualc.deciſ.Fiuiz.
10. nu.13. Crau.conſ.103.viſis col.2. nu.4.1.par.
Decius conſ.197.incip.pro tenui nu.4.par.1.ha-
betq; alios innumeros effectus, quos recenſent
adducti per Maſcard. d.concl.1302.nu.19.& ita
veriſſimum eſt, dicendumque, hanc filiam eſſe
verè, & realitèr naturalem dicti ſui parentis, nec
de eo aliquod dubium remanet, nec refricari
valet.
19 † Maximè cùm prædictæ ſententiæ in rem
iudicatam tranſactæ latæ fuerint à Conſiliarijs
regijs, qui Principis partes cenſentur eſſe, l.quiſ-
quis C.ad leg.Iuliam Maieſt. cap.ſi quis 6.quæſt.
1. gloſ.verbo *cùm familiares* in cap.cùm dilectus
de cleric.non reſident. Bald.in vſibus feudor. tit.
de pace Conſtant.verſ.*hoc, quod nor* nu.9.l.23.vbi
Gregor. Lopez gloſ.3. tit.9.par.1. Simanc. lib.7.
de Republica cap.6.nu.2.Petr.Gregor.eodem
20 tract.cap.6.lib.24.num.6. † vndè idem eſt, quod
ipſi iudicãt, ac ſi Princeps ipſe iudicaſſet, l.1 ff.de
offic.præfect.prætor. ibi: *Credidit enim Princeps
eos, qui ob ſingularem induſtriam exploratà eorum
fide, & grauitate ad huius officij magnitudinẽ adhi-
berentur, non alitèr iudicaturor eſſe pro ſapientia,
ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus*,
gloſ.verbo *quicquid* in cap.qua de cauſa 2.quæſt.
5.& in ſimili tradit Ioan.Andr.in cap.cùm veniſ-
ſent num.7.de iudic. iuncta l.8.tit.18.par.9.l.33.
tit.16.par.3.verſ.*ca deue*, iuncta l.10. poſt mediũ
21 tit.7.lib.2. recopil. † Eſt enim magna præſum-
ptio pro his Iudicibus regijs Conſiliarijs tàm
ſuper eorum perſonis, quàm actionibus, vt aliud
præſumere graue delictum in ſe contineat, l. 2.
C. de crimine ſacrilegij, ait enim *Sacrilegij inſtar
eſt dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Impe-
rator*, cap.qui autèm 17.quæſt.4. optimè Anton.
de Butrio in cap.ſi eo tempore nu.7.de reſcript.
lib.6.Paul.Grilland.in tract.de pœnis omniſariã
coitus quæſt.1.nu.15. auth. vt Iudices ſinè quo-
quo ſuffragio §.eos collat.2.ibi: *Quis enim non
diligat eum, & honeſtate quamplurimi, magnaque di-
gnum putet, ſi noſtro decreto, iudicioq; tui culminis
ad cingulum veniat, teſtimonium quidèm habens,
quia ſit optimus*, Hoſtienſ.in ſumma tit. de offic.
22 legati num.3.verſ.*& idem*, † quod & coadiuuat
ratio l.1.C.de veteri iure enucleando, ibi. *Omnia
enim meritò noſtra facimus, quia ex nobis omnis
eis impertietur authoritas*, cap.vt famæ ad finem
de ſent.excommun.gloſ.fin.in cap.1.de tranſact.
gloſ. 1. in cap. cùm veniſſet 25. de teſtib. Abb.
in cap.1. antè nu.1. verſ.*& aduerte* de præſumpt.
Bart.in l.more nu.8. ff.de iuriſd.omn.Iudic. Ant.
Gomez. 1.tom.variar.reſolut. cap.9.nu.20. verſ.
ſecundò facit.

Quod in noſtro caſu clariùs, & ſinè dubio ali-
quo militat, cùm prædictæ ſententiæ, & earum
executoriæ expeditæ fuerint ſub Catholici no-
ſtri Regis nomine, & ſigillo eius regio fuerint
corroboratæ, ex quo elicitur, ipſummet Princi-
pem iudicaſſe, prædictaſq; ſententias ſuper hac
23 filiatione naturali protuliſſe, † ideò cùm Princi-
pis ſentẽtia vim legis habeat, l.vltima C.de legib.
cap.in cauſis de ſenten.& re iudic. Alex.in l.ſæpè
num.73.ff.eod.tit. Deciſio Genuæ 104.num.10.
24 † nàm de eius poteſtate dubitari, nec diſputari
25 debet, l.ſi imperialis C. de legibus, † quia Prin-
ceps nigrum in candidum vertit, l.1.in princ.C.
de rei vxoriæ actione, nec poteſt ei dici, cur ita
facis, cap.in memoriam 19.diſtinct.Decius conſ.
403.incip.quàmuis in caſu nu.10.& conſ.655.nu.
24.poſt Bald.in prælud.feudor.num.34.Cæphal.
conſ.155.nu.18.& ideò prædictæ ſententiæ, qui-
bus filia hæc fuit pronunciata naturalis quòad
26 omnes probant, quia ſententia Principis inter
omnes ius facit, & ſi lata ſit inter me, & te poteſt
allegari pro lege in ſimili caſu, l.1. ff.de conſtit.
Principum, l.proximè, vbi Paul.Caſtrenſ.nu.2.ff.
de his, quæ in teſtamento delentur, Alex. in d.l.
ſæpè

Digitized by Google

ſæpè num. 73. Tiraquell. in tract. res inter alios
actas limit. 29. Hugo Celſus conſ. 46. nu. 1. præci-
puè cùm ſententiæ huiuſmodi eam filiam natu-
27 ralem declarauerint, † nàm ſententia declarato-
ria omnes afficit, ſecundùm Bald. in l. 2. nu. 4. C.
quibus res iudicata non nocet, & in l. ingenuum
per text. ibi ff. de ſtatu hominum, Decius conſ.
445. in caſu ad me tranſmiſſo nu. 38. tom. 2. deciſ.
2. Genuæ nu. 42. & deciſ. 157. nu. 2. Alex. in l. ſæpè
num. 62. in fine ff. de re iudic. & bas ſententias à
Maieſtate Catholica Regis noſtri fuiſſe latas ſigil-
lum eius regium impreſſum executorijs probat,
28 † quia ſententia Regis probatur per ſcripturam
ſigillo eius roboratam, vt tradit Bald. in l. exem-
plo num. 6. C. de probationib. Felyn. in cap. poſt
ceſſionem nu. 17. eodem titulo, Maſcard. de pro-
bat. concl. 1233. nu. 14. cum his, quæ tradit Me-
noch. lib. 2. de præſumpt. præſ. 57. nu. 25. & ſeqq.
& confirmāt tradita inter conſ. Martianenſij lib.
1. conſ. 78. nu. 3.

Er confirmatur, quia cauſæ prædictæ agitatæ
fuerunt ſuper filiatione naturali cum legitimo
contradictore, qui erat pater naturalis, quo caſu
declaratio à Principe, ſeù Iudicibus regijs facta
29 in eius fauorem quòad omnes probat; † Primò,
quia filiationis probatio cum vno facta, facit ius
quòad omnes, quandò ſuper ea eſt pronunciatū,
gloſ. verb. *filium eſſe* in l. 1. C. quorum bonorum,
Innocent. in cap. cauſam, quæ el *ſecondo*, qui filij
ſint legitim., l. 1. §. fin. cum ſeq. ff. de liber. agnoſc.
Florian de Sancto Petro in l. quotiès nu. 6. ff. de
30 probat. † Secundò, quia ſententia ſuper cauſa
filiationis habita cum legitimo contradictore no-
cet, & prodeſt omnibus etiàm non citatis, gloſ.
in cap. quàmuis, verbo res *inter alios* de re iudic.
l. 20. tit. 22. par. 3. vbi Gregor. Lopez gloſ. 22. l. 1.
§. planè, l. 3. ff. de liber. agnoſcend. Decius conſ.
342. in cauſa partus ſuppoſiti nu. 7. tom. 2. Alex.
in l. ſæpè num. 24. ff. de re iudic. Anton. de Butrio
in cap. cauſam. quæ 7. nu. 14. qui filij ſint legitimi,
& argumento cap. peruenit, & cap. per tuas eod.
tit. Maſcard. de probat. concl. 794. nu. 1. Deciſio
Genuæ 155. nu. 5. Tiraquel. d. tract. res inter alios
actas limit. 27. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap. 8.
§. 3. num. 2. & in pract. quæſtionib. cap. 13. num. 5.
31 Ioan. Gutier. conſ. 1. num. 3. † & quòd pater ſit
hoc caſu legitimus contradictor ex l. cùm non
iuſto ff. de colluſ. detegend. notat Bald. in allegata
l. 2. nu. 4. C. quibus res iudic. non nocet, Alberic.
in l. ingenuū ff. de ſtat. homin. Abb. in d. c. quàm-
uis verſ. *& generalitèr* nu. 19. Alex. in d. l. ſæpè nu.
32 77. Dec. d. nu. 7. Deciſio Genuæ 104. nu. 15. † eò
quòd omnis ille, ad quē principalitèr cauſa per-
tinet, dicitur legitimus contradictor, Additio ad
Matheſil. ſingul. 26. incip. nota regulam, Gregor.
Lopez in l. 3. tit. 14. par. 6. ideò Domina hæc, quæ
ab altera naturali filia mater appellatur, ſe de-
fendere poteſt à dicta diffamatione, cùm ipſa
nupta eſſet tempore natiuitatis illius, & non poſ-
ſet aliquo modo ei mater naturalis exiſtere, nec
ipſa filia naturalis parentis ſui, vt allegauit, pro-
bauit, & ſententijs fuit declarata, nec ipſa contra
hoc debet audiri, maximè ſe ſpuriam modò alle-
gando: cùm non ſit credendum, tot, taleſq; Iudi-
ces niſi optimis, & iuridicis probationibus præ-
33 dictam filiam naturalē eſſe declaraturos, † quarè
repelli debet allegans contrariū, ex cap. per tuas
de probat. & regula l. generalitèr C. de nō numer.
pecun.

Nec obſtabit dicere, non fuiſſe nominatim, &
ſpecificè declaratam, & pronunciatam filiam
naturalem dicti nobilis viri, ſed tantummodò il-
lius bona fuiſſe ei adiudicata, quia animaduersō,
quòd ipſa in eius libellis petijt dicta bona tanquā
filia naturalis, & ſuper eo produxit articulos, &
probationes fecit idem, operatur, ac eandem no-
torietatem induxit, ac ſi in dictis ſententijs pro-
nunciata fuiſſet filia naturalis, & ſuper tali filia-
tione ſententiæ fuiſſent tranſactæ in auctoritatē
34 rei iudicatæ, † quia acta iudicialia inducunt no-
torietatem, cap. quoniàm cōtra de probationib.
Innoc. in cap. ex inſinuatione de appellat. Decius
conſ. 74. nu. 4. cap. veſtra, vbi DD. de cohabitat.
clericor. & mulier. Marc. Anton. Natta conſ. 573.
num. 23. vol. 3. Iaſ. in l. ait prætor *la ſeconda*, §. ſi
damnetur nu. 2. ff. de iureiur. & in l. eius, qui in
Prouincia nu. 3. ff. ſi certum petatur, Mar. Socc.
iun. conſ. 16. nu. 18. vol. 1. Franc. Burſat. conſ. 56.
nu. 6. vol. 1. & conſ. 182. num. 12. vol. 2. Surd. conſ.
61. nu. 23. & conſ. 429. nu. 50.

35 † Et quia cùm ſententia debeat eſſe confor-
mis libello, l. vt fundus ff. communi diuidundo,
l. habebat ff. de inſtit. action. cap. licèt Hely de
ſymonia, l. fin. C. de fideicom. Anton. de Butrio
in cap. licèt num. 63. de probat. & in cap. dilecte
nu. 10. de præbend. Bald. in l. certi condictio nu.
13. ff. ſi certum petatur, Florian. de Sancto Petro
in rubr. nu. 13. ff. de interrog. action. Ruyn. in
rubr. nu. 87. ff. ſolut. matrim. Grēgor. Lopez in
l. 16. tit. 22. partit. 3. gloſ. 1. Fulgoſ. in l. hac lege
nu. 3. C. de ſentent. ex breuic. ſeù peric. recitand.
Ioan. Bapt. Aſin. in praxi Iudic. 3. par. in princ. nu.
30. Hieron. Buccaron. in tract. different. vtriuſq;
iuris differ. 7. nu. 1. & 2.

36 † Quòad rem, cauſam, & actionē, *vt per Lan-*
franc. in cap. quoniàm contra verſ. *ſententia* de
probat. & in clem. ſæpè verſ. *iuxta petitionis* ff. de
verbor. ſignif. Felyn. in d. cap. licet Hely col. 5. nu.
35. Aretin. in l. vinum ff. ſi certum petatur, Aym.
Crau. conſ. 210. num. 8. Marc. Anton. Natta conſ.
120. nu. 2. Anton. Faber diffinit. 3. ad titulum C.
de formul. ſublat. nū. 4. Octau. Amorin. in l. ſi hæ-
reditatem nu. 6. ff. de petit. hæred. Camill. Bor-
rell. tom. 1. compend. deciſ. tit. 49. num. 127. Cor-
nazan. deciſ. Lucenſ. 2. nu. 5. & deciſ. 149. num. 7.
37 † nàm inſipientiæ notaretur Iudex, qui extra
petita iudicaret, vt per gloſ. & DD. in cap. pru-
dentiam §. ſexta de offic. deleg. Curt. ſenior conſ.
48. nu. 32. Bald. in d. l. fin. num. 1. C. de fideicom.
libert. Octau. Cacher. deciſ. Pedemont. 146. nu. 4.
Suarez de Paz in praxi tom. 1. temp. 11. nu. 14.
38 † Et ita ſententia recipit declarationem non
ſolùm ex libello, ad quem tacitè refertur ſecun-
dùm Bart. & DD. in l. 1. C. de errore calculi, Ca-
rol. Ruyn. conſ. 135. nu. 2. lib. 4. Franciſc. Burſat.
conſ. 456. nu. 36. vol. 4. Seraphin. dec. Rotæ 1267.
39 nu. 1. vol. 2. † ſed etiā ex actis, & probationibus,
l. penult. C. de ſentent. quæ ſinè certa quant. gloſ.
in cap. ſi confirmationem de elect. lib. 6. & in l.
quid tamèn §. Pomponius ff. de arbitr. & in l. hæ
enim

Digitized by Google

enim in princ.ff.de ſuſpectis tutoribus, Bald.in
l.vltima C. eodem tit. & ex l. ait prætor §. Iudex
ff.de re iudic. Alex. de Imola conſ.58.nu.8.lib.3.
Cæphal.conſ.77.incip.cùm in hoc num.34.lib.1.
Bart. in d.l. ait prætor §.1. Marc.Anton.Natta
conſ.473.num.23.Elbertus Leonin. conſ.12.nu.
28. Aym.Crauett.conſ.101.nu.17.vol.2. Caualc.
decis.Fiu zan.7.num.9.par.1.Deciſio Genuæ 164.
num.19. Stephan.Grauan.deciſ.214.nu.5.& 6.
40 † Nàm cùm probationes ſint media cauſæ,
clem.ſæpè de verbor.ſignific. Bald.in cap.quia
propter num.23.in fine de elect. l.emanipatione,
vbi idem Bald.C.de fide inſtrumentor. & in l. ſi
quis libellos ff.de appell. Octauian.Cacher. deciſ.
Pedemont.1.num.33. Mantica lib.4. de coniect.
vltimar.volunt.tit.11.nu.45.Burgos de Paz conſ.
14.nu.64.
41 † Nàm acta proceſſus dicuntur vehiculum
quoddam ad ſententiam, vt inquit Bald. in cap.
cùm ſuper ad finem de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
& conſ.344. in fine vol.1.Iaſ.in d.l.ait prætor §. ſi
Iudex num.23. Marian.Soccin. iunior conſ.181.
num.79.vol.2.Surd.conſ.159.num.48.vol.2.Me-
noch.conſ.390.ſub num.35.vol.4. Hartman. Pi-
ſtorius quæſtion. iuris par. 4.quæſt.14. num.12.
Maluaſia conſ.91. num.23. Montier. à Cuaba
deciſ.Aragon.29. num.59. Marius Giurba deciſ.
42 Siciliæ 10. nu. 2. † ideò ſententia ſemper eſt re-
ferenda ad acta, vt in l.fin. C. de ſentent. ex bre-
uiculo recit. & notatur per gloſ. in l. ſi Præſes ff.
de pœnis, l. ſi quis ad exibendum ff. de except.
rei iudic. text. & gloſ. in l.omnem ff. de ſuſpect.
tutor. Raphael Fulgoſ. in l.latam nu.20.C.quan-
dò prouocare non eſt neceſſe, Bart.& DD.in l.3.
C.de ſentent.quæ ſinè certa quantit. l. ſi de certa,
vbi DD. C.de tranſact. Iaſ.in l.ſub prætextu nu.
6. eodem tit. Deciſio Genuæ 16. num.10. Ioan.
Garzia tract. de nobilitate Hiſpana gloſ. 8. §.1.
num. 25.
43 † Et ad cauſam, quæ fuit deducta, & colligi-
tur ex actis gloſ. in l.ſi quis ad exhibendū, verbo
rei iudicatæ ff.de except.rei iud. quā ſequitur ibi
Bart.idem Bart.in l.Iulianus verum debitorem
col.4.num.34.ff.de condict.indeb. tradunt Crau.
conſ.373.num.42.conſ.693.num.15.& conſ.936.
nu.18. verſ.2. & nu.20. Cæſar Barz.deciſ.Bonon.
104. nu.6. Soccin.iunior d.conſ.181.nu.79.vol.2.
Felyn.in d.cap.licèt Hely num.8.Surd.conſ.312.
nu.16. Cornaz.deciſ.Lucenſ.2.nu.6.& 10.Rota
deciſ.369.nu.11.par.1. diuerſar. Sacri Palatij, Se-
raph.deciſ.536.nu.8.& deciſ.738.nu.3.Hartman.
Piſtor. vbi proximè, vndè idem Cornaz.vbi ſu-
44 pra ex Aretin. conſ.85.nu.8. dixit, † quòd ſen-
tentia poteſt dici certa, quandò valet declarari
per relationem ad acta, l.de qua re ff.de iudic.l.2.
verſ.*quod non arbitramur* C.de officio ciuil.Iudic.
Abb.in cap.aduerſario nu.11.de except.Crauett.
conſ.186.num.5.Aldobrandin.in §.ſuſpectus au-
tem nu.8. Inſtit.de ſuſpect. tutor. d. Deciſio Ge-
nuæ 103.nu.3. idem Crauett. conſ.566. nu.14.&
conſ.819. nu.16.
45 Rurſus confirmatur, † quia ſententia præſu-
mitur lata eo modo, & ex ea cauſa, ex qua debe-
bat proferri, d. l. ſi quis ad exhibendum, Bart. in

l.ſi fundus §.in vendicatione ff.de pignor. Cæpoll.
conſ.ciuil.57. nu.3. Surd. conſ.359.nu.12.& 312.
nu.14. Crauett.conſ.83 nu.2.& conſ.435. nu.15.
Marta voto 150.nu. 5.Seraphin.deciſ.984.num.3.
& ita debet intelligi, quòd cùm dicta filia ſe na-
turalem allegauerit, & probauerit, cenſendum
eſt, ſententias ad eius inſtantiam prolatas ex ea-
46 dem cauſa fuiſſe, † quia aliàs quæſtionem in iu-
dicio deductam non decidiſſent, quod cùm ſit
contra ius, dicendum non eſt, l.qualem §.1.cum
ibi notatis ff.de recept.arbitr.l.1.C.ſi aduerſ.rem
47 iudic.Paul.Caſtrenſ.conſ.377.nu.1.vol.1. † qua-
rè interpretatio ſumi debet, vt ſentētiæ prædictæ
ſint validæ, l.quotiès ff.de reb.dubijs, l.miles,qui
deſtinauerat ff.de milit.teſtament. l. ſi Præſes ff.
de pœnis, l.& puto,vbi Bald. nu.1 ff.famil.erciſc.
Ruyn.in rubr.ff.ſolut.matrim. d.nu.87. non au-
tèm eſſent, ſi hæc, cui bona fuere adiudicata, ve-
rè non fuiſſet naturalis filia, imò ſequeretur ab-
ſurdum, ſi diceremus, ipſam obtinuiſſe ex alia
cauſa, quam probatione filiationis naturalis, &
eſſent ſupradictæ ſententiæ iniquæ, quod dicen-
48 dum non eſt,† quia imò debet interpretatio cu-
iuſuis diſpoſitionis capi ea, per quam abſurdum,
& iniquitas vitatur, gloſ. verbo *abſurdum* in cap.
dudùm de præbend. in 6. l.nàm abſurdum ff.de
bonis libertor. Pariſ.conſ.111.nu.35.vol.2. Rol.
à Valle conſ.71.viſis priuilegijs nu.30.& conſ.13
num.7.vol.2. Mantic.lib.2.de coniectur.tit.1.nu.
49 9. Cæphal.conſ.210.nu.16.† in tantum vt ver-
ba extendantur, vt abſurditas vitatur, ſecundum
Roland.à Valla conſ.93.perlectis nu.15.vol.2.
50 † Ideò cùm vna diſpoſitio, quæ ad aliam re-
fertur,intelligatur,& declaretur ſecundùm illam,
ad quam fit relatio,argumento l.2.in fin.& verſ.
alitèr atquè, l.eſſe toto ff.de hæredib.inſtituend. l.
51 ſi quis fundum ff.de contrahen.empt.† & quid-
quid eſt in illa,ad quam refertur,cenſetur in ipſa
repetitū cum omnibus ſuis qualitatibus, l.ſi quis
priore ff.ad S.C.Trebell. l.poſthumus §. ſi paga-
nus ff.de iniuſto,rupto, l.ſi ita ſcripſero ff.de con-
ditionib. & demonſtrationib. l.à filio §.ſi teſtator
ff.de aliment. & cibar.legat. l.1. §.final.vbi Bart.
ff. ſi famil. furtum feciſſe dicatur, Pariſ. conſil. 2.
num.50.vol.3. Ioan.Gutier.lib.3.pract.quæſt.17.
num.46. Burgos de Paz conſ.26.num.26. Cæph.
52 conſ.44.nu.14. † & illud vere,& propriè expreſ-
ſum dicitur,quādò conſtat ex relatione ad aliud,
l.certum ff. ſi certum petatur, & ibi Doctores l.
ait prætor §.ſi Iudex, l. in ſumma ff. de re iudic.
Burgos de Paz vbi proximè num.25. Octauian.
deciſ.Pedemont.129.num.13. Aldobrandin.in §.
apud Catonem num.7. Inſtit.de adoptio. & ideò
cùm probationibus, & actis conſtet,hanc eſſe fi-
liam naturalem nobilis prædicti, idem eſt, ac ſi
ſententijs prædictis hoc expreſſum, & declaratū
fuiſſet.

Et vt ſecurim ad radicem ponamus, certiſſi-
mum eſſe animaduerti debet, Iudices, ſeù Sena-
tores regios, qui ſententias protulerunt adiudi-
cantes bona prædicta huic filiæ habuiſſe pro con-
ſtanti, & præſuppoſito certo, eam eſſe vt ſe pro-
bauit naturalem filiam, vndè idem eſt, ac ſi hoc
53 in ſententijs declaraſſent, † quia paria ſunt ali-
quid

Digitized by Google

quid eſſe expreſſum; vel neceſſariò præſupponi,
aut ſubintelligi; nàm ſententia includit id, quod
neceſſariò eſt preſupponendum ad eam, & ſumi-
tur ex mente actorum, & refertur ad eorum ſe-
riem, & caſum, qui ſumitur ex eis, vt poſt Bald.
& Paul. Caſtr. à ſe allegatos tradit Octauian. deciſ.
Pedemont. 64. nu. 3. Deciſio Genuæ 103. nu. 2. &
ex l. ſi quis ad exhibendum, vbi DD. ff. de except.
rei iudic. Bart. in l. Iulianus 60. nu. 4. ff. de condict.
indeb. Decius in cap. cùm venerabilis in princ. de
except. Felyn. in cap. ſignificauerunt nu. 7. eod. tit.
54 dicens poſt Gloſ. & Bart. in dict. l. ſi quis, † quòd
verba ſententię debent intelligi ſecundùm ſubie-
ctam materiam, etiàm ſi impropriarentur, vt fir-
mat Aym. Crau. conſ. 186. nu. 5. & conſ. 188. nu. 2.
vt in omni diſpoſitione generale eſt, l. ſi vno ff. lo-
cati, l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. l. Inſulam ff. de præ-
ſcript. verb. Decius conſ. 388 *verba laudi* nu. 4. &
5. & conſ. 443. num. 17. & conſ. 629. in occurrenti
nu. 7. tom. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 133. nu. 5.
& præſumpt. 139. nu. 12. Cæphal. conſ. 259. nu. 53
55 tom. 2. † maximè cùm receptum ſit, in ſententijs
hodie cauſæ expreſſionem neceſſariam non eſſe,
cap. ſicut 16. de re iudic. vbi Ioan. Andr. & DD.
Bal. in l. properandum § illud proculdubio nu. 3.
C. de iudic. Abbas in cap. examinata nu. 8. eod. tit.
in decretalibus, Bal. in l. Præſes C. de re iudic. tex.
iuncta gloſ. in l. hæc eorum ff. de ſuſpect. tutor. & ita
non erat opus declarari cauſam, quarè parens
condemnabatur, quia ſcilicèt filiam naturalem
eſſe conſtabat.

Vnde ſententiæ prædictæ non ſolùm ſuper bo-
norum pro alimentis, & dote adiudicatione, ſed
etiàm ſuper filiatione rei iudicatæ auctoritatem
56 habent, † quia ſententia non ſolùm rem iudica-
tam facit in eo, quod decidit, ſed in præſuppoſi-
to deciſionis, vt eſt caſus magiſtralis, & elegans in
l. ſi quis cùm totum §. fin. verſ. *& generalitèr* aliàs
§. & generalitèr ff. de except. rei iud. per quẽ text.
limitatur, ſeù declarantur l. cùm quæritur, & aliæ
ſequentes eod. tit. quæ videntur diſponere, quòd
ad hoc vt ex vno iudicio reſultet res iudicata ad
aliud, requiruntur cauſæ identitas, rei, & perſonæ;
nàm debent intelligi, quòd tunc dicitur tractari
de eadem re (& ſi diuerſa ſit) quandò ex eodem
iure tractatur, & proſequitur, & ex eadem cauſa,
ex qua tractatum fuit iudicium primum, nàm il-
lud, quod fuit præſuppoſitum neceſſarium primę
executoriæ facit rem iudicatam ad omne, quod
poteſt ſequi ex dicto præſuppoſito, & ſi lis verte-
retur ſuper diuerſis rebus, & ita hæc iura conci-
liat, & declarat Soccin. in d. l. ſi quis cùm totum
57 d. §. ſeù verſ. *& generalitèr* num. 1. & 2. † ad idem
eſt text. non parùm allegatus in l. 1. verſ. *ſed non*
vtiquè ff. ad S.C. Turpill. ibi: *Si autèm pronuncia-*
uerit calumniatus eſt, condemnauit eum; & quàm-
uis de pœna nihil ſubiecerit, tamèn legis poteſtas ad-
uerſus eum exercebitur; & ita Abb. poſt Innoc. in
cap. finem litibus nu. 3. ad finem de dolo, & con-
58 tumac. ſingularitèr aduertit, † quòd quandò Iu-
dex aliquod decidit, quod infertur præcisè ab alia
re deciſa, hoc caſu non dicitur noua determina-
59 tio, ſed executio primę, † idem docuit gloſ. in l.
ſi Iudex, verbo *alimentorum* ff. de his, qui ſunt ſui,
vel alieni iuris, docens, ſententiam, in qua aſſi-
gnantur alimenta alicui vt filio, rei iudicatæ effe-
ctum ſortiri quòad filiationem, quæ erat præſup-
poſitum neceſſarium, ob quod fuerunt aſſignata,
idem gloſ. per tex. ibi in l. 2. verbo *pronunciatum*
C. de ord. cognit. intelligendo, quòd hic de vtraqs
cauſa fuit principalitèr actum tàm ſuper filiatio-
ne naturali, quàm pro alimentis, & dotatione;
60 † nàm etiàm quandò de incidenti plenè eſt actũ,
ſi pronuncietur ſuper principali, & de incidenti
pronunciatum videtur, l. vbi C. ad l. Cornel. de
falſ. & aliqui adducti per Iaſ. in §. præiudiciales
61 nu. 26. Inſtit. de actionib. † nec obſtat l. ſi quis à
liberis §. ſi vel parens verſ. *meminiſſe* ff. de liber.
agnoſc. l. 7. tit. 19. par. 4. quibus videtur probari,
cauſam alimentorum nõ generare præiudicium
quòad filiationem, quia intelligũtur, vt ex eis ap-
paret, quãdò de alimentis fuit cognitum, & pro-
nunciatum in iudicio ſummario; nàm ad plena-
62 rium trahi nequeunt, † quia acta in ſummario
iudicio non probant in plenario, l. geſta, iuncta
gloſ. 1. C. de re iudic. l. ſolam, iuncta gloſ. magna
C. de teſtib. Bald. nu. 13. in l. iuriſiurandi eod. tit.
Abb. conſ. 50. circa quæſtionem nu. 1. 1. par. Bart.
in l. 2. §. hoc edicto verſ. *dico* ff. vi bonor. raptor.
Deciſio Genuæ 103. num 4. Ioan. Gutier. conſ. 1.
nu. 44. & ita intelligit Bart. in d. §. ſi vel parens in
princ. ſecus eſt tamèn, quãdò fuiſſet plenariè co-
gnitum, iuxta diſtinctionem gloſ. in d. l. ſi Iudex,
quam ſequitur Bart. ibi nu. 1. & ita erat neceſſa-
rium præſuppoſitum, vt valeret ſuccedere inter
bonis, proùt fuit conſequuta ex his, quæ fuerunt
eius parentis, quod liquidò probaſſet, & conſtitiſ-
ſet Iudicibus, quòd erat verè filia illius naturalis,
63 † quia ſucceſſionis cauſa ex cauſa natalium de-
pendet, cap. tuam de ord. cognit. cap. lator, qui filij
ſint legitimi, & ideò remanet clarum, quòd præ-
dictæ ſententiæ rei iudicatæ authoritatem habent
etiàm ſuper filiatione naturali.

Quarè ſententiarum iuſtitia, & iſtam eſſe verè
filiam naturalem dicti nobilis, & non ex dicta
matrona nobili natam, comprobatur, nàm vltra,
quòd dictis duabus vicibus, & ſententijs execu-
tioni mandatis à parente quatuordecim ducato-
rum millia fuit conſequuta, parens ipſe tempore
mortis vt filiæ naturali hæreditatem reliquit vni-
64 uerſã; † nàm cùm pater hoc poſſit facere, quan-
dò deſcendentes nõ habet, naturales inſtituendo,
iuxta text. in l. 10. Tauri gloſ. verbo *naturales* in l.
1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Rojas de ſuc-
ceſſ. cap. 11. nu. 10. & ſeq. Couar. in 4. decretal. 2.
par. cap. 8. §. 4. nu. 13. Matuézo, & Azeuedo in l. 8.
tit. 8. lib. 5. recopil. Ioan. Gutier. lib. 2. pract. quęſt.
109. nu. 2. verſ. *ſecundus caſus*, nec eſt veriſimile,
quòd filium non legitimum, aut ſaltim naturalẽ
inſtitueret hæredem; nàm filiatio probatur ex in-
ſtitutione hæredis, & ſi alteri, quàm filio conue-
65 niat; † nàm pater inſtituendo aliquem vt filium,
non ſolùm eum ita nominat, ſed eum tractat, &
accipit vt talem, & ideò ex tali inſtitutione filia-
tio probatur; nàm ſi filius non eſſet, inſtitutio fie-
ret irrita, l. ſi pater tuus, & l. nec apud C. de hæ-
redib. inſtit. Ioan. Andr. in d. cap. per tuas nu. 8. de
probat. Maſcard. concl. 793. nu. 5. l. 15. tit. 3. par. 6.
vbi

vbi Gregor. Lopez gloſ. vnic. l. fin. tit. 7. par. 6. vbi gloſ. 2. Spino in ſpecul. teſtam. gloſ. 14. principali
66 num. 95. † quia non eſt probabile, quòd quis inſtitueretur vt filius, niſi filius eſſet. qui ita poſſet inſtitui, argum. l. quidam cùm filium ff. de verb. oblig. & ſentit Bart. in l. 1. §. Iulianus nu. 3. ff. de liber. agnoſcend. Carol. Ruyn. conſ. 36 nu. 6. vol. 2. Iaſ. in l. neque profeſſio nu. 3. verſ. *tuent tamèn* C. de teſtament. Gratus conſ. 90. num. 6. vol. 2. Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. *quæ filium ex eo ſuſcipiens* num. 13. de teſtament. Maſ-
67 card. vbi proximè num. 1. † Et quia filius talis præſumitur, qualis fuit à patre in teſtamento nominatus, vt in proprijs terminis filiationis naturalis tradit Caphal. conſ. 48. nu. 13. tom. 1.

Præcipuè, quia ſpuria non eſſet (vt eſt) naturalis, non poſſet à patre hæres inſtitui, vt inſtitu-
68 ta fuit, quia ſpuria. † nàm qui ex aliquo vxorato, ſiuè coniugata naſcitur, non naturalis, ſed ſpurius eſt, vt tradit Alex. conſ. 60. viſa legitimatione num. 16. lib. 2. auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, §. fin. collat. 6. Cephal. latè exornans conſ. 186. nu. 71. & ſeq. lib. 2. Paleot. in tract. de nothis, & ſpurijs cap. 12. num. 7. & ſeq. Marc. Anton. Eugen. conſ. 52. num. 9 lib. 1. l. Imperatores §. 1. ff. de probationib. Hottoman. in diſput.
69 de ſpurijs, † ſpurij enim magis odioſi ſunt, quã naturales, nec hoc nomine digni ſunt, vt tradit Paul. Caſtrenſ. in l. ex facto §. ſi quis rogatus nu. 2. ff. ad Trebellian. & dicit text. in authent. ex complexu C. de inceſtis nuptijs. & in d. authent. quibus modis naturales efficiant. ſui, §. fin. cap. vnico 35. quæſt. 7. Decius conſ. 433. viſa copia num. 15. & ſeq. cum adductis per, Rojas de ſucceſſionib. cap. 19. à num. 2. & cap. 20. à num. 6. Roland. à Valle conſ. 79. nu. 41. lib. 2. & conſ. 67. num. 74. lib. 3.

70 † Et ideò ſpurius nihil poteſt à patre capere, nec inter viuos, nec in vltima voluntate præter præciſa alimenta, cap. cùm haberet, de eo, qui cognouit conſan. vxoris ſuæ, d. § fin. l. 1. & auth. licet C. de naturalib. liber. l. regia 10 tit. 13. par 6. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap 8 §. 5. nu. 3. Marc. Anton. Eugen. conſ. 15. num. 13. Anton de Butrio in cap. per venerabilem num. 62. qui filij ſint legitimi, Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 29. Menoch. lib. 5 præſumpt. 96. nu 6. Molina conciuis noſter [illegible] de iuſtit. diſput. 160. verſ. *ſi ergo*, l. 4. tit. 3. par. 6. l. non intelligitur ff. de iu-
71 re fiſci, Rojas d. cap. 20. nu. 2 † Idque neque in directè; aut per interpoſitam perſonam, l. 1. §. ſiuè ipſa C. de naturalib. liber. l. ſi quis inceſti in princ. C. de inceſtis nuptijs, l. neque per ſe C. de hæredib. inſtituend. Rojas vbi proximè num. 58. & ſeqq. l. 13. tit. 7. par 6. vbi Gregor. Lopez gloſ. 21. & ſeqq. Molina lib. 2. de Hiſpanor. primogenii cap. 11. num. 29. Cephal. conſ. 28. nu. 20. tom. 1. Roland. à Valle conſ. 74. nu. 28. lib. 1. Roderic. Xuarez in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori nu. 21.
72 † Immò pater, qui filium, aut filiam ſpuriam inſtitueret hæredem, peccaret mortalitèr, Molina de iuſtit. diſput. 160. verſ. *ſit ergo*, ea ratione, quòd legi iuſtiſſimæ contrauenit, incapaci, qui nec accipere, nec retinere poteſt, relinquendo, vt in ſimili Couar. ponderat d. §. 5. num. 8. & quòd lex

prædicta ſit iuſtiſſima, tradit Nauar. in commentar. de Indulgentijs, & Iubilæis notab. 34. num. 5. ideò ſaltèm vt huiuſmodi delicti præſumptionem excludamus, debemus conſtantèr tenere, hanc filiam eſſe naturalem, cùm pater eam vt talem inſtituerit, & non ſpuriam, quo
73 caſu eam inſtituere non potuiſſet; † nàm illa debet coniectura capi, per quam delictum excuſatur, aut excluditur, l. meritò ff. pro ſocio, Mantic. lib. 6. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 11. num. 35. Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 86. num. 5. & lib. 1. quæſt. 39. num. 11. Marc. Anton. Eugen. conſ. 15 num. 12. Rolan. à Valle conſ. 11. num. 27 lib. 2. Abb. in cap. in præſentia nu. 6. de probat. Couar. in cap. quàmuis pactum 2. par. §. 3. num. 2. in fine, Ioſeph Ludouic. tract. de ſimulat. contractuum in princ. verſ. *& cùm dolus*, Regens D. Franc. Hier. de Leon deciſ. Valent. 81. num. 10 lib. 1.

Præcipuè cùm inſtitutio facta fuerit palàm in teſtamento, publicè eam filiam nominando natu-
74 ralem, † nàm lex aliquem non præſumit delinquere, ſi præſertim palàm actum faciat, l. palàm ff. de ritu nuptiar. Menoch. lib. 3. præſumpt. 29. num. 60. cui conuenit, quod à Q. Fabio Oratorum poſt Ciceronem Principe adducitur, lib. 5. inſtitutionum oratoriarum cap. 10. quo loco diſſerit de argumentis propon. intrdū n ad coniecturas pertinere, vt ſi dicam Bona mente factū, ideò palàm mala, ideòq; ex inſidijs, nocte in ſolitudine, Tiraquell. de retract. conuent. in præf. nu. 5 Mantica lib. 10. tit. 4 nu. 8.

Et tempore, quo morti ſe proximum videbat, & Religioſi exemplaris vitæ ei aderant dirigentes teſtamentum, & alias actiones dict. nobilis in vtilitatem ſuæ animæ, vt nullo modo perſuaderi poſſit, quòd ſi prædicta Domina non foret verè naturalis, eius filia, eam inſtitueret hæ-
75 redem; † nàm proximus morti in eo, quod agit, non fraudem, ſed de animæ ſuæ ſalute cogitare videtur, vt tradit Felyn. in cap. in præſentia num. 13. de probat. Angel. & alij in l. ſi quis in graui §. ſi quis moriens ff. ad S. C. Syllan. Rebuff. in repet. l. Diuus ſuper glo. 1. nu. 61. eod. tit. Ceph. conſ. 276. magnificus nu. 34. tom. 2. Thom. Gram. deciſ. 56. nu. 15. Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 8. § 2. nu. 2. Mandoſ. de coniectur. lib. 11. tit. 12. nu. 5. nam vt Quintilian. declam. 17. venenum effuſum dixit; *Nuncio vobis ſanctiſſimi viri, nihil a morientibus*
76 *fingi, nihil vita laborante ſimplicius*; † nec debet præſumi, eum fuiſſe immemorē ſalutis æternæ, vt ait Bald. conſ. 25. col. 1. vol. 1. Signorol. conſ. 73. Guillelm. Bened. in c. Raynuntius, verbo *in extremis poſitus* nu. 19 Hippol. in rubr. de fideiuſſ. nu. 43 & ſeq. l. fin. C. ad l. Iuliam repetund. Bald. in l. omnibus nu. 5. C. de teſtib. Marc. Fortun. in tract. de veritate, & errore 2. par. nu. 121. Rol. à Valle conſ. 37. nu. 2. vol. 3 Ceph. conſ. 86. nu. 13. tom. 1.

Et confirmantur prædicta, & iſtam non eſſe filiam huius Dominæ, ſed naturalem ſui parentis, quia ex libro baptiſmi conſtat, eam fuiſſe natam aliquot annis antequàm ipſa ſe natam ſimulare intendebat, eo prætextu, quòd apparentiam veri hac via ſe cogitaret inducere; natam ſcilicèt ſe fuiſſe tempore abſentiæ mariti illius Dominæ;

77 † nàm ætas probatur per librum, qun baptiza-
torum nomina à Plebano, ſeu Parocho apponun-
tur, & ſi diem baptiſmatis, non natiuitatis anno-
tauerit, cùm intra paucos dies poſt natiuitatem
baptizari ſoleant, cap. ad audientiam verſ. *non*
igitur de præſcript. Bald. in l. fin. nu. 15. verſ. *vndè*
per librum C. ſinè cenſu, vel reliquis, Mandoſ. reg.
18. Cancell. gloſ. 10. nu. 3. Maurit. in tract. de reſt.
in integr. cap. 321. Maſcard. de probat. concl. 673.
Sfortia in tract. de reſtit. in integr. q. 37. nu. 83. Io-
ſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 55. nu. 7. Menoch. de
præſumpt. lib. 2. præſ. 51. num. 53. & ſeq. vndè de
mendacio conuicta remanet, cùm ad ſuæ fraudis,
& technæ colorem verum natiuitatis ſuæ tem-
pus cælare procurauerit, alio ſe natam poſte-
riori affirmans, ideò in nullo debet ei credi,
78 cùm † & mentientis pœna ſit, vt nec vera di-
centi credatur, vt tradit D. Iſidor. lib. 2. de ſum-
mo bono cap. 30. & lex 3. circa finem tit. 4. par.
2. & cùm hæc ſit naturalis, impoſſibile eſt, eam
eſſe filiam prædictæ Dominæ, quæ nupta erat eo
tempore natiuitatis illius, maximè prædicta con-
trarietate quoad tempus aduerſante.

Vlteriùs, quia inter alia, quæ ad probandum
ſe eſſe filiam naturalem Domini prędicti produ-
xit, fuit quodam inſtrumentum, ſiuè ſchedula
quædam dicti parentis, vbi ſcripſerat, & ſuo no-
mine ſubſcripſerat, prædictam eius filiam natu-
ralem tali die, menſe, & anno natã fuiſſe, ex quo
duplex oritur ratio contra eam, ſcilicèt ætatem,
& filiationem naturalem probari, & hanc ſche-
79 dulam modò impugnare non poſſe; † nàm lite-
ræ patris de die natalitiorum filij teſtificãtis eius
ætatem probãt, ita ex l. 2. C. ſi minor ſe maiorem
dixerit, tradunt Bart. & Bal. in l. 2. per text. ibi ff.
de excuſat. tutor. Salicet. in l. ſi minorem nu. 14.
verſ. *nùnc quæro* C. de in integr. reſtitut. minor.
Ioan. Maurit. d. tract. de reſtit. in integr. cap. 320.
Curt. iunior conſ. 118. num. 8. verſ. *maior igitur*,
Ruyn. conſ 31. num. 7. vol. 4. Maſcard. de probat.
concluſ. 670. nu. 1. & 7. Mandoſ. vbi proximè d.
80 regul. 18. quæſt. 8. per totam, & quia † filiatio
probatur nedùm per libros patris, ſed per ſim-
plicia memorialia eius, nàm ſi ſcribat, vt quoti-
diè fit, tali die natus eſt mihi talis filius, tali nomi-
ne nuncupatus ex vxore mea, vel ex concubina,
talis ſcriptura, & memoria filiationem probat,
Bald. nu. 6. in l. nequè natales C. de probat. Salyc.
in l. etiàm ff. de probat. Abbas conſ. 83. num. 13.
quem allegat, & ſequitur Maſcard. concluſ. 794.
nu. 4. & 6. gloſ. in §. vlt. Inſtit. de ingen. Menoch.
81 lib. 2. de arbit. Iudic. caſu 89. num. 80. † & quia
producens in iudicio inſtrumentum videtur fa-
teri, omnia in eo deſcripta fore vera, adeò quòd
contra illud nihil poteſt opponere, gloſ. verb. *die,*
& conſule verſ. *itèm quid ſi ſponte* in l. 1. §. editio-
nes ff. de edendo, quem reputat ſingularem Bald.
in cap. præſentium 31. num. a. de teſtib. & in l. 2.
nu. 6. C. de fideicom. libert. Roland. à Valle conſ.
2. incip. in cauſa nu. 116. vol. 1. Burg. de Paz conſ.
14. nu. 43. & conſ. 27. nu. 31. Ioſeph Ludou. deciſ.
Peruſ. 33. nu. 9. Maſcard. de probat. concluſ. 368.
82 nu. 9. † & ſi ſit ſcriptura priuata, quia adhùc cũ
ſit ab ea producta, aduerſus eam plenè probat, vt
ex l. in fraudem §. nec inſtrumenta ff. de iure
fiſci, & Bart. in authent. ſi quis in aliquo col. 1.
verſ. *venio ad primam* C. de edend. Crauett. de
antiquit. tempor. 1. par. nu. 121. tradit Burgos de
83 Paz conſ. 3. nu. 74. † in tantùm quòd confeſſio
facta in libello, ſeù alia ſcriptura in iudicio pro-
ducta, prodeſt aduerſario etiàm abſẽti, & perin-
dè valet, ac ſi eo præſente fieret, cap. cùm vene-
rabilis de exceptionib. iuncta l. cùm precum C.
de liberali cauſa, l. poſtquàm liti C. de pact. Bald.
84 in l. vnic. nu. 44. verſ. *item dicit* C. de confeſſ. † &
de confeſſione tali poteſt opponi etiàm in alia
cauſa contra eam, quæ aliquid fuit confeſſa, vt in
l. iubemus cum ibi notatis de liber. cauſ. l. cùm
anteà §. fin. C. de arbitr. l. generalitèr C. de non
numer. pecun. cap. per tuas de probat. Alexand.
conſ. 13. incip. ex his, quæ num. 1. vol. 1. Cæphal.
conſ. 100. nu. 17. tom. 1. ideò cùm filia hæc inſtru-
mento, libellis, probationibus, & pluribus alijs
actis ſe naturalem eſſe confeſſa fuerit filiam, idq;
conſtantiſſimè aſſeuerauerit in iudicio, & in tot
grauiſſimis Tribunalibus, ſequitur quoad omnes
eſſe ſufficientiſſimè probatam dictam filiatio-
nem, vt in contrarium non debeat probatio ad-
mitti.

Et eò clariùs hoc procedit in noſtro caſu, cùm
ſuper dicta filiatione naturali tot ſententiæ fue-
rint prolatæ ad petitionem, & in fauorem prędi-
ctæ filiæ, quæ etiàm in authoritatem rei iudicatæ
85 tranſierunt, † quia ſententia, quæ tranſiuit in
rem iudicatam habet pro ſe præſumptionem
iuris, & de iure, quòd rectè fuerit lata, cap. cùm
inter vos de re iudic. Anton. Corſet. in ſingulari
337. verbo *ſententia*, Afflict. deciſ. Neapolit. 3.
ſub num. 28. quem ſequitur Caualcan. deciſ. Fi-
uizanenſi 11. num. 14. & ex l. res iudicata ff. de
regul. iur. Menoch. lib. 2. de præſumpt. præſump.
86 61. num. 4. † contra præſumptionem autem
iuris, & de iure probatio non admittitur, gloſ. in
l. vltima in princ. verbo *præſumptioni* ff. quod
metus cauſa, cap. ferrum 50. diſtinct. cap. frater-
nitatem iuncta gloſ. vlt. 54. diſtinct. Menoch. d.
lib. 1. quæſt. 60. num. 1. Cæphal. conſ. 101. nu. 27.
tom. 1. text. capitalis in cap. is, qui fidem de
ſponſalib. Marc. Anton. Eugen. conſ. 15. num. 28.
lib. 1. Couar. in 4. decretal. 1. par. cap. 4. §. 1. nu.
2. Bald. in l. antiquæ num. 4. C. ad Senat. Conſult.
Velleian.

Nequè obſtabit, quod DD. tradunt, contra
dictam præſumptionem admitti confeſſionem
partis, nàm vltra, quòd vt ſuperiùs diximus di-
ctæ ſententiæ ſuper dicta filiatione naturali pro-
bant non ſolùm quantùm ad filiam, ſed quoad
omnes, & ita erat neceſſaria non ſolùm eius, ſed
reliquorum in idem confeſſio, in noſtro caſu ad-
mittenda non eſt contra naturalis filiationis al-
legata, probata, & iudicialitèr obtenta contra-
87 ria, ſcilicèt ſe ſpuriam eſſe allegans, † tùm quia
contraria allegans, non auditur, l. 1. C. de furtis,
cap. ſollicitudinem de appellationib. Alexand.
in l. naturalitèr §. nihil commune num. 02. ff. de
acquirend. poſſeſſ. l. 7. tit. 10. par. 3. Bald. in l. 1.
num. 1. C. de munerib. patrim. lib. 10. & in 6. in
his num. 6. Inſtit. de emptio. & vendit. Ioſeph
88 Ludouic. deciſ. Peruſ. 61. nu. 11. † quia contraria
duo, & pugnantia, ſcilicèt aliquem eſſe filium na-
turalem,

turalem,& etiàm adulterinum ſimul ſtare non
poſſunt, l.hæc verba ff.de verb.ſignif. Socc.iun.
conſ.101.nu.35.vol.2. Rol.à Vall.conſ.43.incipit
negari nu.54. vol.4. l.vbi repugnantia ff.de reg.
iur.l.ſi ancillam ff.pro ſuo,l.cōtra maiores C.de
inoff.teſtam.Menoc.de præſumpt.lib.4.præſ.36.
89 nu.4.& lib.6.præſ.38.nu.6. † quia vt Cicero ait
in lib. de fato, *Neceſſe eſt in rebus duabus contra-
rijs alterum verum eſſe, & alterum falſum:* ideò cū
hanc eſſe filiam naturalem declaratum ſit dictis
ſententijs, quæ pro veritate habentur, ſequitur,
nouiorem allegationem, qua ſe ſpuriam aſſerit
eſſe omninò falſam, nec aliò poſſe tendere, quā
ad dehoneſtandam optimam famam matronæ
prædictæ, à qua ſe natam fuiſſe contra fas modò
prætendit.

Vlterius, quia filia hæc allegās ſe ſpuriam eſſe,
cùm filiam ſe naturalem anteà probauerit, ſuam
turpitudinem allegat, ſcilicèt ſe hæreditatis pa-
ternæ incapacem,& teſtes falſos produxiſſe, qui
deponerent eam naturalem,& in conſequentiam
iniuſtas fuiſſe dictas ſententias in eius fauorem
90 latas, à quo venit repellenda; † quia fraudē ſuam
allegans non auditur, nec allegans ſuam turpitu-
dinem, l.tranſactione finita C.de tranſact.l.cùm
profitearis C.de reuoc. donat. l.mercalem C.de
cond.ob turp.cauſ.l.ſi hos C.de his, quę in fraud.
cred.Abb.in c.cùm ſuper nu.9.de conceſſ.pręb.
Alex.de Imol.conſ.88.nu.9.lib.4.Cæph.conſ.203
nu.16.tom.2.Rol.à Valle conſ.34.num.71.lib.1.
91 Sarmient. lib.3.ſelectarum c.13. nu.5. † nec eſt
licitum alicui allegare ſe per iniquam ſententiam
obtinuiſſe, iuxta text.notab. in l.ſi ſeruus 53. vbi
Dyn.& Bart.& etiàm Alex.num.2.ff.de legat.1.
gloſ.verbo *ſucceſſores* in l.ſtipulatio iſtā §.1. ff.de
verb.oblig. Bart.in §.ſi fortè eiuſdem legis nu.2.
Bald.nu.6.in l.poſt mortem ff.de adopt.allegans
l.ſi ſeruus plurium §.1.ff.de legat.1. quod fieret,
ſi hæc verè eſſet ſpuria, & naturalis, forèt pro-
nunciata.

Et in tantùm hoc eſt verum, quòd neq; pro-
nunciari valet contra ſententias priores, quibus
hæc pronunciata fuit naturalis filia, cum tranſie-
92 rint in authoritatem rei iudicatæ; † nàm ſenten-
tiā non valet contra ſententiam, quæ in rem iu-
dicatam tranſiuit, l.1. C. quandò prouocare non
eſt neceſſe, l.ſi vt proponis C.de except.rei iud.
& eſt communis opinio, vt per Anton.de Butrio
conſ.28. viſis proceſſibus,& quæſitis, Alex. in l.
nàm poſteà §.ſi damnetur nu.2. ff.de iure iur. &
in l.ſi diuerſa nu.3. C.de tranſact. Dec.conſ.294.
in cauſa iſtorum nu.4.tom.1.Pariſ.conſ.108.pro
ſolutione nu.40.vol.4.Ruin.conſ.62.nu.10.vol.5.
Martianenſ.lib.1.conſ.37.num.47. Cæphal.conſ.
389. nu.19.

93 † Accedit etiàm in confirmationem, quòd filia
hæc, quæ tàm conſtantèr ſe naturalē aſſeuerauit,
nequit denuò ſe ſpuriam dicere,& adulterinam,
nimis indignum eſt, vt quod ſua quiſque voce
dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum in-
firmare, teſtimonioq; proprio reſiſtere, tex.in c.
per tuas de probat. Abb.in cap.ſi cautio nu.1.de
fide inſtrum. l.generalitèr C.de non num.pecun.
Ant.Gomez. tom.2.variar. c.11. verſ.*confeſſio*, &
in l.fin.Tauri nu.15. Couar.in 4.decretal. 2.par.
c.8. §.4.nu.6.& 7.Bald.nu.3.& 4. in d.l.generali-
tèr, Petr.Greg.lib.14.de Republ.c.3.nu.4. Rol.à
Valle conſ.49. nu.47. lib.4. qui & in terminis fi-
liationis loquuntur, & ideò filia hæc non debet
admitti ad probandum ſe eſſe ſpuriam, & adul-
terinam, ſaltim vt euitentur periuria teſtium,
quos ipſa ad ſuam fulciendam intentionem pro-
ducet, aut produxit.

Et minus procedit prædictæ filiæ intentio, in-
ſpecta perſona illius matronæ, à qua ſe natam
aſſerit in abſentia mariti, cùm ipſa hoc protinùs
94 neget, non eſſe eius filiam aſſerens; † nàm mu-
lieris negantis aliquem eſſe filium, declarationi
ſtatur, cap.tranſmiſſæ, qui filij ſint legit. ibi. *Con-
ſultationi tuæ talitèr reſpondemus, quòd in tali caſu
ſtandum eſt verbo viri, & mulieris, &c.* Ioan.Andr.
Ant.de Butr.& Abb.ibi nu.1.qui textus etiā pro-
cedit in fortioribus terminis, ſcilicèt quandò filio
fauebat matrimonij præſūptio, quia illi, qui eum
eſſe ſuum filiū negabant, coniuges legitimi erāt,
95 † ſimile hiſtoriæ referunt, quòd cùm ſemel qui-
dàm ſe prò Q. Sertorij filio gereret, & à multis
comitaretur, qui id Romæ crediderant eſſe
verùm, eaq; de cauſa vxorem Sertorij matris no-
mine ſalutaſſet prolatis familiaribus, reconditis
tamèn veris indicijs; magna quadam conſtantia
contra omnes, hunc eſſe Sertorij, ſuumq; filium,
pernegabat, hacque vna ratione doloſi iſtius im-
poſtoris fraudem, temerariamq; impudentiā de-
texit, vt poſt Val.Max. lib.9. c.vlt. tradit Corraſ.
in deciſ. quadam Senatus Tholoſani obſeruat.7.
maximè cùm huic aſſertioni faueat, hanc Domi-
nam eſſe nobilem, de qua nō debet præſumi de-
96 lictum tàm graue, vt eſt adulterium, † quia in
dubio mulier pręſumitur eſſe honeſta, vt ex vul-
gari l.merito ff.pro ſocio, cap. eſtote de reg.iur.
cap.1.de ſcrutin.in ord.faciend.cap.ſancimus 1.
quæſt.2. tradit Andr.Sicul. conſ.6. nu.23. vol.1.
Maſcard.de probat.concl.1428.nu.18.& quia nō
97 debet adulterium præſumi in vxore, † imò ad
excludendam hanc præſumptionem, vxor præ-
ſumitur potius ſubtraxiſſe furtiuè res mariti,
quàm illas ex adulterij quęſtu acquiſiſſe, vt poſt
Aretin.conſ.37.n.5. tradit Menoc.lib.5.præſūpt.
præſ.2.num.28.maximè ſi reſpectus habeatur ad
98 filiationem, † nàm etiàm quando maniſeſtiſſimè
conſtaret, & concludentèr, filiam hanc, quæ ſe
natam à dicta Domina prætendit, verè ex ea ortā
fuiſſe, deberet præſumi ex legitimo ſuo marito
conceptam, licèt cum aliquo adultero conſuetudi-
nem habuiſſet, & hoc filiationis fauore, ita ex l.
miles §.defuncto ff.ad leg.Iul.de adulter.tradunt
Abb.in d.cap.tranſmiſſæ nu.9. qui filij ſint legit.
& in cap.per tuas nu.1.de probat.Alex.conſ.157
circa primum nu.2.vol.5. Decius cōſ.576.incip.
pro reſolutione num.10.tom.2. Roland.à Valle
conſ.22.viſo teſtamento num.8.lib.3.& conſ.11.
nu.3.& 7.lib.4. Maſcard.de probat.concluſ.105.
& alij adducti per Menoch.lib.2.de arbitr.iudic.
caſu 89. num. 20. Palacios Rubios in repetitione
rubricæ de donatio. inter §.60.num 12. Couar.
vbi ſupra dicto §.3.nu.8.Neuiz.lib.1.Syluę nupt.
num.85. & ita non dicti parentis naturalis con-
tubernio; ſed ex matrimonio legitimo nata de-
beret reputari prædicta filia.

Digitized by Google

Quod cõfirmatur, nàm cùm tot præſumptio-
nes ſint in fauorẽ huius Dominæ, & matrimonij,
cuius vinculo erat adſtricta etiàm caſu, quo præ-
dicta filia nõ probaſſet ſe naturalem, tot tantiſq;
probationibus, nec pro eis obtinuiſſet, quas re-
portauit ſententias, ſed veniret allegans ſe eſſe
prædictæ Dominæ filiam, id deberet clariſſimis
99 probationibus docere, verùm † quia aduerſus
eum, cui fauet iuris præſumptio magis arcta, &
perfecta requiritur probatio, l. ſi extraneus, vbi
Iaſ. ff. de cond. cauſ. data, Decius conſ. 176. quod
ſuprà maturè nu. 1. tom. 1. Cephal. conſ. 138. te-
ſtamentum nu. 18. tom. 1. Maſcar. de prob. concl.
36. nu. 28. Curt. in l. 1. n. 28. C. qui admitti, Molin.
lib. 3. de Hiſp. primog. c. 4. n. 33. & ex l. ſi, ff. quod
met. cauſ. Io. Ceph. conſ. 35. in cauſa nu. 12. 40. 1. in
hoc caſu nedũ non concludẽs, imò nec coniectu-
ralis probatio datur, nec dari poteſt aduerſus hãc
Dominam, quæ mater ſpuria à dicta filia naturali
nuncupatur; nàm quod ait, maritũ prædictæ Do-
minæ, tẽpore cõceptionis, & natiuitatis illius lon-
gam feciſſe abſentiam, & in Granatenſi bello pro
Regia Maieſtate militaſſe, nec obſtat, nec eſt ve-
100 rum, † nàm licet ætas, ſeu natiuitatis alicuius
tempus probari valeat per deſignationẽ alicuius
inſignis, vel notabilis temporis, quo mors, aut na-
tiuitas alicuius magni viri euenit, vel aliquid no-
tabile succeſſit, iuxta ea, quæ doctè tradit, & cõ-
probat Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſina 55. nu. 8. &
plurib. ſeqq. & ante eum Pet. de Aſt. inter conſilia
Baldi conſ. 219. incip. teſtes, & atteſtationes ſub
nu. 3. lib. 4. Maſcard. de probat. concl. 679. non ſe-
quitur ex eo, quòd ſuerit nata à dicta Domina,
101 † nec debet præſumi dicta abſẽtia mariti, cùm
in facto conſiſtat, vt arg. l. in libello §. ſactæ, ff. de
captiu. & poſtlim. reuerſ. poſt Alex. in l. ſi is poteſt,
vbi Iaſ. nu. 68. ff. de acq. hæred. Bar. in l. 3. §. 1. cir-
ca finem quæſt. penult. ff. de acquir. rer. domin.
Maſcard. de probat. concl. 195. nu. 12. cuius ratio
102 eſt; † nàm qui alicuius Ciuitatis, vel loci eſt, ci-
uis, aut incola, præſumitur ibi aſſiſtere, niſi aliter
ipſe probet, vt ait tex. in c. cùm in tua, qui matr.
accuſ. poſſ. Bald. in l. fin. §. neceſſitate in fine, qui
ad hoc allegat bonum tex. vt ipſe dicit in l. cùm
quidã §. 1. *magna* in fin. ff. de legat. 2. vbi Aret. col.
8. vel §. *quarto adde*, & conſ. 102. in cauſa, & quæſt.
nu. 7. in princ. & alij allegati per Tiraq. l. 16. con-
nub. gloſ. 8. nu. 30. Maſcard. vbi proximè nu. 11. &
13. qui rationem adducunt ex argumẽto à com-
103 muniter accidentibus, † quod de iure validum
eſt, l. certi condictio §. quoniàm ff. ſi cert. petat.
gl. verb. *cùm nihil* in l. neq; nec tales C. de probat.
Alex. conſ. 37. incip. magnificus nu. 41. tom. 1. Rol.
à Valle conſ. 4. quod malè nu. 34. lib. 2. & conſ. 1.
nu. 63. vol. 3. & latè comprobat Menoc. lib. 6. præ-
ſumpt. 19. nu. 1. 4. & 5. præcipuè quia nec prædi-
ctum bellum eo anno, imò nec ſequenti erat iàm
inchoatum, ſed poſteà incœpit, nec eo tempore
longam feciſſe abſentiam probare valet, cùm in-
ſtrumenta ſint publica inter ipſum maritum, &
alios confecta tàm Compluti, quàm alijs in locis,
non multùm diſtantibus ab Oppido ſui continui
domicilij, per quæ ſatis excluſa eſt allegatio ab-
ſentiæ longæ, & aſſiſtentiæ in dicta militia, Gra-
104 natenſiq; bello, † quia ſcripturæ Scribæ, ſeu al-
terius publici Officialis inſtrumenta dicuntur
probatio euidens, & probata, diſceptatione fori
non indigens, vt poſt Bald. in l. Imperator col. [illegible]
ff. de ſtatu homin. tradit Ioſeph Ludouic. deciſ.
Peruſina 26. nu. 13. Soccin. iun. conſ. 189. nu. 14.
lib. 2. Rol. à Valle conſ. 96. decreueram nu. 17. lib.
3. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gloſ. 1. num. 20. &
ſeqq. Cauale. deciſ. Finiz. 5. nu. 68. in 2. par. Ceph.
conſ. 180. nu. 16. & ſeq. & conſ. 286. nu. 1. tom. 2.
105 † cùm ſit clarum, quòd Tabellio rogatus ſuper
qualibet ex dictis ſcripturis conficiendis, debe-
ret maritum prædictum vt vnum ex contrahen-
tibus agnoſcere, & eius recipere ſubſcriptionem,
quandò ſcit ſcribere, iuxta l. 13. tit. 25. lib. 4. reco-
pil. vel recipere duos teſtes de notitia ipſius con-
trahentis, deponẽtes iuxta l. 14. ibidem, quemad-
modùm etiàm de iure antiquò fiebat, vt per Bal.
in rubr. C. de fide inſtrum. l. 54. tit. 18. par. 3. vbi
Greg. Lop. gloſ. verbo *conocer* cum alijs adductis
per Azeued. in d. l. 14. nu. 1. & 2. nec eſt veriſimi-
le, quòd ſi vxor eius fuiſſet prægnans, id ignora-
ret ipſe, aut partus rationem non poſceret.
Minus obſtat, nec prædictæ Dominæ præiudi-
cat, quòd iſta aſſerta eius filia ad ſuam intentionẽ
probandam, alijs deſtituta probationibus legiti-
mis probare intendit, famam, ſeù publicam eſſe
vocem ſe natam fuiſſe ex prædicta Domina, quia
poſſumus primò reſpondere pro innocentia no-
bilis iſtius matronæ contra falſam hanc famam,
106 quod Cicero in orat. pro Marco Celio, † nàm
cùm ei de quodam exceſſu, quod ſibi obijcieba-
tur fama, ſinè probatione tamèn id conſtare di-
ceretur, reſpondit: *quotus quiſque iſtam effugere
poteſt in tàm maledica Ciuitate*, quia & Quintilia-
107 nus lib. 5. inſtitut. oratoriar. c. 3. † ait, famam
eſſe ſermonem ſinè vllo certo authore diſperſũ,
cui malignitas initium dederit, incrementũ cre-
dulitas, quod nulli nõ etiàm innocentiſſimo poſ-
ſit accidere fraude inimicorum falſa vulgo citius
Menoc. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 89. num. [illegible] &
ſeq. facit l. decurionum C. de pœnis vbi dicitur,
108 † quòd fama eſt vana populi vox, falſuſq; ru-
mor dicitur, in l. vlt. ff. de hæred. inſtit. Simanc.
de cathol. inſtitut. tit. 65. nu. 39. Quintilian. in de-
clamat. 18 pro vxore contra maritum: *Eſt tamèn
hoc iniquiſſimum de loquacitate populi, quod plerum-
què famam accendit contentio non credentium, ma-
teriam miraris rumorem, de qua nemo nec ſibi cre-
dit? quam qui narrat aſſignat alij? rumor res ſinè
teſte, ſine iudice, res ex incertis improbiſſima mali-
gna fallax*, quia vt Tertullianus in Apologetico
aduerſus Gentes cap. 7. ait, *fama vt plurimùm fal-
lax eſt, & mendax*, nec tunc quidèm cùm aliquid
veri aſſerit, ſinè mendacij vitio eſt, cui accedit D.
Hieron. ad Ruffinum ſcribens: *Multùm in vtramq;
partem crebrò fama mentitur, & tàm de bonis mala,
quàm de malis bona falſo rumore concelebrat, multi
profectò ſunt falſi rumores à maleuolis, & nugige-
rulis confecti, quiuis enim poteſt turpem de quolibet
rumorem proferre, & confictam fabulam diſſipare,
temerè etiàm conflare ſolent ea, quæ ex rumoribus
ſparguntur ſinè certo authore, ſinè radice veritatis*,
optimè Lucas de Penna in l. Tribuni C. de re
milit. lib. 12. Iſidor. lib. 5. ethimolog. cap. 27. Tira-
quell. in tract. de pœn. temper. cauſ. 27. nu. 4. Si-
manc.

Digitized by Google

manc.vbi proximè nu.40. Alciat.lib.1.parergon.
iuris cap.6.ſimilitèr Seneca Tragedia,Hippolyti
actu 1. ſcœna 2. ait, *fama vix verò fauet*, & alter
Seneca Philoſoph. lib,10.epiſt,77.ad Lucillũ, *In
illis nihil inuenies veri,nihil certi quæcunque fama
placent*, & Alex.apud Quintum Curtiũ lib.9.in-
quit: *nunquàm ad liquidum fama perducitur; ſed
falſis mixta omnia, illa tradente maiora ſunt vero*,
Ælianus lib.1. de varia hiſtoria §. de Gorgia, &
Prothagora,dicens: *Nàm fama quodammodò vi-
detur non ſemper veritatem perſpicere, & audire.
Quam ob cauſam ſæpènumero fallit, & tùm ad gra-
tiam blanditur,tùm etiã mendacia ſpargit*, Menoc.
lib.1.de præſumpt.q.89.nu.39.& ſeq.Greg.Lop.
in l.13.tit.3.par.6.gloſ.2.in medio, maximè cùm
109 non probetur fama,vt debet probari,† cùm de
ſubſtantia probationis eius ſit deponere, à quo
habuerit originem,vt tradit Bart.in l.de minore
§.plurimum,& ibi Marſil.ff.de quæſtionib.Alex.
conſ.155.nu.5.vol.5. Decius conſ.575.in caſu, in
quo, nu.7.tom.2. Carol.Ruyn. conſ.158. nu.23.
vol.5.Rol.à Valle conſ.49.incip. legitimationem
nu.49.vol.4. Ant.de Butrio in cap.cùm oporteat
nu.19.de accuſ.Decius in c.1.nu.13.verſ.*tertio vt
ſtatutum* de appell.Cæph.conſ.225.nu.38.tom.2.
110 † nàm poteſt præſumi hoc eſſe ex vana voce
populi, quæ audienda non eſt, l.decurionum C.
de pœnis, l.ad beſtias in princ.ff.eod.tit.Alexan.
conſ.70. verſ.*ſecundò quia dico* lib.2. Pariſ.conſ.
104.nu.161.vol.1. Guillelm.Bened.in c.Raynun-
tius,verb.*mortuo* 1. nu.191.Simanc.vbi ſupra nu.
41.Bal.in l.vnic.nu.8.in fin.C.de monopol. Abb.
nu.8.in c.veniens 10.de teſtib.Neuiz.lib.4.Syluæ
nuptial.nu.103.Alex.conſ.35.nu.6.lib.7.

Vlteriùs,quia veriſimile eſt, famam iſtam, ſeù
veriùs diffamiam proceſſiſſe à dicta aſſerta filia,
111 † quia fama eſt res fragilis,& pernicioſa,tranſ-
miſſa ab his,qui deſiderãt de hoc famam eſſe, vt
poſt Bart.& Bald.tradit Paris de Puteo in tract.
ſyndicatus, in verbo *quidam latro famoſus* nu.5.
Io.Gutier. conſ.35.nu.26.nàm vt Quintilian.di-
xit declam.11.pro diuite: *Quis enim iudices ne-
ſciat hanc famæ eſſe naturam,vt ſit pro vnius homi-
nis audacia? De nulla re locutus eſt comunuò popu-
lus, nec quicquàm adeò ſubitò, ſtatimq; notum eſt,
vt in illo pariter omnium ſermo conſentiat. Quam
non poſſis mouere Ciuitatem, quem non replere po-
pulum, ſi quid omnibus nobis narres, in nullo non
cœtu loquaris, tum maximè fingas, iàm dicas eſſe
rumorem? Quanta tibi deinde mentiendi materia
de periculorum noſtrorum occaſione ſuccurrit*, Si-
112 manc.d.nu.39. † Fama autèm, quæ hanc habet
originem,nullius momenti eſt, l.nullus ff. de te-
ſtib. & l.omnibus C.eod. cap.de cætero eod.tit.
cap.itẽ nullus,& cap.omnibus 4.q.3. & proprijs
in terminis Cæph.d.conſ.225.num.4.Marc.Ant.
113 Eug.conſ.82.nu.3.vol.1. † & quandò nõ habet
originẽ à cauſis probabilibus, quæ inducant ad
ſic credendum,& dicendũ,vt poſt Bald.in l.pro-
prietatis C.de probat.& alios tradit Decius conſ.
37. in cauſa rigoroſæ num.8. Alex.conſ.155.aliàs
conſultus nu.4.lib.7.Rolan.à Valle conſ.3.nu.50.
114 vol.1.Maſcar.de prob.concl.748.nu.10. † quia
fama de per ſe etiàm publica non facit nec ple-
nam,nec ſemiplenam probationem,vt legitur, &
notatur per gloſ. verbo *famam* in c.1. de appell.
ex cap.ſi teſtes §.itèm ſæpè fit 4.q.2. c.veniens el
ſecondo c.præthereà de teſtib.Ant.de Butr.in cap.
cùm ad ſedem 15.nu.27. verſ.*nec obſtat* de reſtit.
ſpol.Rota dec.16.incip.ad effectum de prebend.
in nouis, Maſcard.concl.183. nu.2.& concl.754.
115 nu.15. † intelligens,hoc procedere etiã in cau-
ſa ciuili, quandò eſſet ardua, per Bald.in d.c.ve-
niens *lo primo* nu.17.de teſtib.vbi allegat text.in l.
propter litẽ ff.de excuſ.tutor.gloſ.in l.3. §.eiuſ-
dem,verbo *confirmat* ff.de teſtib.l.3.tit.30.par.7.
& alij relati per Suar.de Paz in praxi to.1. 1.par.
116 octauo tẽpore nu. 69. † & quia de fama quan-
tùmuis publica teſtificantes de auditionibus lo-
quuntur,& vt Fab.Quintilia.lib.5.c.7.dixit,eos,
qui de auditionibus deponunt non eſſe ipſos te-
ſtes, ſed iniuriatorum afferre voces: ideò nõ po-
teſt in iudicijs aliqua eis fides adhiberi, c.quali-
tèr, & quandò 2. de accuſat. l.iuriſiurandi C.de
teſtib.gloſ.per tèx.ibi in c.nupèr eod.tit.l.23.tit.
16.par.3.Abb.in cap.de teſtib.29.nu.8.de teſtib.
Iaſ.in repet. l.admonendi 2.lectur. nu.227. ff.de
iureiur. & alij relati per Simanc. d.tit.65. nu.36.
117 † Imò nec cum vno teſte fama probat in cau-
ſa ardua,vt poſt Burſat.conſ.98.nu.17.lib.1. tra-
dit Cherian.inter com.DD.opin.lib.4.tit.9.C.de
probat.nu.229. Cæph.conſ,204.nu.25. Maſcard.
de probat.concl.699.nu.15.
118 † Neque obſtabit dicere,quòd filiatio illegiti-
ma probatur per famam, & communem opinio-
nem iuxta ea,quæ poſt Alex.conſ.88.nu.7.& ſeq.
lib.7.& conſ.110.nu.6.& ſeqq.lib.6.tradit Rol.à
Valle conſ.49.nu.15.vol.4. Socc.iun.conſ.67.nu.
7.& 8.vol.4. quos ſequitur Burſat. conſ.98.nu.5.
Maſcard.concl.791.nu.11. Menoc.lib.6.præſ.53,
nu,44.nàm ſtante negatione dictæ Dominæ,quæ
119 mater aſſeritur, eſt ſecùs dicendum, † quia
filiatio non probatur per famam, quandò contra
eam ſtat aſſerti parentis negatio, etiàm quandò
ineſt matrimonij præſumptio,vt poſt Abb.nu.3.
& 10.in cap.tranſmiſſæ,qui filij ſint legit.tradunt
Carol.Ruyn. conſ.32.nu.6.in fin.vol.5. Couar.in
4.decret.2.par.c.8.§.3.nu.9.qui reſoluit,hoc eſſe
verum, quãdò aliàs quàm per famam filiationem
filius non probat, quia ſola negatio præualet ſoli
famæ,Maſcar.vbi proximè nu.13.Petra in tract.
de fideic, q.11.nu.453. Menoch. d.lib.6.præſ.53.
120 nu.44. † maximè inſpecta perſona,conditione,
& qualitate iſtius nobilis Dominę,cuius aſſertio-
ni,ſiue negationi contra prędictam aſſertam filiã
debet ſtari,quemadmodùm arg.l.3.in princ.l.ob
carmen §.vlt. ff.de teſtib. Bal.in l.teſtium nu.36.
C.eod.& Greg.Lopez in l.40.tit.16.par.3.gloſ.3,
in caſu noſtro ſimili ponderat doctè Decius conſ.
342.incip.in cauſa partus nu.2.

Quia veriſimile non eſt,quòd Domina prædi-
cta ſi prædictam aſſertam filiam ſuſcepiſſet,eam
negaret,imò ad recognoſcendã eam facilè addu-
121 ceretur, † cùm matrum viſcera circa filios cõ-
moueantur,& pietatis ſint plena, cap. afferte de
præſumpt. nàm vt Iſaias cap.49. dicit: *Nùmquid
obliuiſci poteſt mulier infanto ſuum, vt non miſerea-
tur filio vteri ſui*. Feuardent. ſuper Ruth cap.1.
ſect.8.verſ.*principio*,& Tiraq.in l.ſi vnquàm in
præfat. C.de reuoc.donat. nu.15. Barbatia inter

Digitized by Google

122 Alexandri conſilia conſ.52.nu.36.vol.4. † cùm
nullus affectus ſit, qui vincat paternum, l.fin. C.
de curatore furioſi, l.iſti quidem ad fin.ff.de eo,
quod metus cauſa, Abb.in cap.per tuas nu.9. de
probat.& in d.cap.afferte nu.1.Laudenſ.in trac.
de primogenit. verſ. *ſecundò probatur*, Oliuer.in
commentar. ad titulum Inſtit. de cognat. legali
nu.7. Ariſt. lib.8.ethicor. Pacatus in Panegyrico
123 ad Theodoſium verſ.*ſed cum inſtituete*, † vndè
meritò Quintilian.declam.334.ait in ſimili, *Alia
eſt videlicet ratio horum, quos breuis tranſitus volu-
ptatis fecit parentes, quos liberis ſuis extra poſita
voluptates conciliant: alter amat, quæ pepererit, quę
memoriam decem menſium, quæ tot periculorum,
tot ſollicitudinum recordationes ad vos Iudices af-
fert, numerate huius adoleſcentis annos, ſi breue te-
ſtimonium videatur, numerate omnes dies, ſingula
tempora momenta tandiù mater teſtimonium dicit,*
124 *nulla poteſt eſſe tàm longa ſimulatio*; † quæ autē
veriſimilia non ſunt, falſi imaginem habent, &
debent repelli, Bal.in l.1.nu.16.C.de ſeru.fugit.
& Roland.à Valle conſ.11. ex pluribus nu.18. &
conſ.100.nu.114.vol.4.l.qui habebat ff.de legat.
3.Ruin.conſ.1.nu.2.ad finem lib.5.Cæphal.conſ.
75.nu.52.& conſ.85.nu.38.tom.1. tradit Alexan.
conſ.27.nu.4.lib.2. Ludou.Zunt.in reſponſ. pro
vxore nu.127.

In tantùm quòd nec nominatio aliquid opera-
ri poſſet circa hanc, quæ ſe prætendit filiam
125 ſpuriam dictæ Dominæ, † quia nominatio in
filijs legitimis, & naturalibus, aut naturalibus tan-
tùm operatur; non tamèn in filijs ſpurijs, in qui-
bus nominatio nihil prodeſt, vt poſt Angel.conſ.
191.col.1.quem refert, & ſequitur Iaſ.conſ.102.
vol.4.Gratus conſ.158.col.1.vol.2. Couar.d.§.3.
nu.9.in fin. Rolan. à Valle conſ.22.viſo teſtamen-
to nu.6.vol.3. Menoch.lib.6.præſ.54.num.6. nec
mirum, quòd ea, quæ ſe ex aliqua natam aſſerit
durioribus probationibus grauetur, cùm in eis
probatio difficilis nō ſit, imò vera filiationis pro-
126 batio dari poſſit, † quia mater ſemper eſt cer-
ta, l. quia ff.de in ius vocando, cuius authoritate
Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo
ſuſcipiens nu.15.relatus per Maſcard. concl.787.
127 nu.7.arbitratus ſuit, † ad probandam filiationē
ex parte matris non debere præſumptiones ad-
mitti, cùm poſſit per Obſtetrices, aut alias aſſi-
ſtentes partui probari, teſte Baldo in l.1.nu.5. ff.
de probat.& Ioan.Andr. in cap.tranſmiſſæ in vl-
timis verbis, qui filij ſint legit. & eſt enim nobi-
liſſima, non de Hebreis, quorum fœminas obſte-
tricandi habent ſcientiam, ſicut ſacra pagina
Exodi cap.1.

Et confirmatur, quia tex.in d.cap.tranſmiſſæ,
ad hoc vt non ſtetur illis, qui aliquem filium eſſe
ſuum negant, requirit, quod certis indicijs, & te-
ſtibus conſtet eſſe filium; & ita indicia ſola, nec
128 teſtes ſoli ſufficiunt: † nàm dictio, *&*, eſt copu-
latiua, l.ſi duo C.per quas perſonas nobis acqui-
ritur, gloſ.in rubr. ff.de iuris, & facti ignor. Me-
noch.de pręſumpt.lib.4.præſ.180.nu.24.Rebuff.
in l.coniunctionem 29. verſ. *tertiò* ff.de verb. ſi-
gniſ. copulatiua autèm requirit cōcurſum copu-
latorum, nec in altero tantùm verificatur, l.ſi he-
redi plures ff.de condit.& demonſtr. §.ſi plures,
Inſtit. de hæred.Inſtit. l.ſi quis ità ſtipulatus fue-
rit ff.de verbor.oblig. Cæphal conſ.132.teſtator
nu.1.tom.1.Rol.à Valle conſ.100.nu.5.vol.4.Ti-
raquell.de retract.lignag. §.1.gloſ.20. nu.3. & ita
mihi videtur, prædictam filiam naturalem mini-
mè poſſe probare, nec prætendere ſe fuiſſe natā
ex dicta Domina.

129 Cùm autèm iuxta legitimas ſanctiones † ex eo
non debeat quis lucrum capere, quod nixus ex-
titit impugnare, iuxta cap.ex eo de reg.iur. in 6.
& tradita per Rebuff.in tract.de reprobat.& ſal-
uat.teſtium nu.22. l.quoniam C.de hæret. l.in
arenam C.de inoff.teſtam. c.cùm multa 86.diſt.
Nauar.in c.ita quorundā notab.1.n.3.de Iudęis,
ęquiſſimū eſſet, hanc filiam, quę naturalē indebitè
ſe negat contra tot ſententias pro ſe latas com-
pelli ad reſtituendū omnia, quæ ſibi obuenerunt
à parente vtpotè naturalis cùm tacitè confiteatur
130 ea per iniuſtas ſententias obtinuiſſe; † nàm vt
dicit Innoc.in c.quia plerique nu.4.in fin.de im-
munit. Eccleſ. quod ſi quis fuerit confeſſus ſe
aliquid conſequutū fuiſſe per ſententiam iniu-
ſtam, quæ tranſiuerit in rem iudicatam, poterit
per Iudicē compelli ad illud reſtituendum, quē
ſequitur Bald.in auth.ad hæc num.44.C.de vſur.
Alex.in l.ſi filius n.2.ff.de leg.1.& eſt l.53.Abb.in
cap.cùm Berthold. nu.34.de ſent.& re iudic. &
131 facit pro complemento in ſimili, † quòd ſi ali-
quis ex cauſa tranſactionis aliquid ab aliquo ac-
ceperit, ſi tranſactioni aliqua ex cauſa contraue-
niat, non alitèr audiendus eſt, quàm reddita ea
quantitate, quā ex cauſa tranſactionis habuerat,
ſi hoc ei opponatur à parte, l.ſi diuerſa, ibi *refuſa
pecunia* C.de tranſact.l.cùm te fundū C.de pact.
inter empt.& vendit.& ibi DD.Bal.in c.1. §.no-
tandum nu.1. de his, qui feud.dare poſſ. Aff.de-
ciſ.220. nu.4. ita iudicatum fuiſſe referens Tho.
Gram.deciſ.66.nu.22. Crau.conſ.7.nu.14.in fin.
Rol.à Valle conſ.59.incip.reiectis nu.7.*vol.1.Lu-
douic.*Molina lib.4.de Hiſp. primog. c.9. *nu.43.*
& idem ſeruari deberet contra iſtā *filiam* ex ſu-
132 pra adductis; † cùm æquum, & *rationabile* ſit,
eam ſentire propriam iacturam, quæ alij nocen-
dum exiſtimauit, iuxta l.ſi legatarius 25. C.de le-
gat. c.de illicita 24 q.3. Ioan.Stobęus lib.1.ſerm.
9.de iniuſt.iuxta illud Eſther. c.7. & 9. vt pœnas
luat notæ, ſiue dedecoris, quod oppoſuit dictæ
Dominæ, Adam Keller.lib.1.de off.iuridic.polit.
c.22.Claud.Minois ad Alciat.emblem.171.& ſeq.
dicens, quòd qui alijs malū fabricat, ſibi arceſſit,
133 & captatores ipſi capiuntur, † ſuper quo di-
gnum eſt conſideratione, quod tradit Val. Max.
lib.9.cap.16.§.3.dicens: nec D.quidem Auguſti,
etiàm num terras regentis, excellentiſſimum nu-
men intentatum ab hoc iniuriæ genere extitit,
cùm quidā clariſſimæ ſororis eius Octauiæ vtero
ſe genitum fingere auderet, propterq; ſummam
imbecillitatē corporis ab eo, cui datus erat, per-
indè, atq; ipſius filium retentum ſubiecto in locū
ſuum proprio filio diceret, videlicèt, vt eodem
tempore ſanctiſſimi penates, & veri sāguinis me-
moria ſpoliarentur, & falſi ſordida contagione
inquinaretur; ſed dùm plenis impudentiæ velis
ad ſummum audaciæ gradum fertur, Imperio
Auguſti, Reipublicę triremis affixus eſt, ſaluo, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 DElator calumnioſus maximè contra miniſtros Regis debet puniri.
2 *Affectata non habent iuris ſubſiſtentiam.*
3 *Affectata abſentia efficit, vt quis poſſit citari per proclama.*
4 *Affectatum onus non excuſat.*
5 *Ambaſciatores, ſeù legati, qui affectauerũt legationem ſi fuerint in itinere ſpoliati non habent emẽdationem damnorum ab eis, qui illos miſerunt.*
6 *Legati, qui non affectauerunt legationem, repetunt damna paſſa.*
7 *Legationis munus eſt de iure neceſſarium.*
8 *Commodum, & vtilitatem non debet aliquis conſequi ex ſuo dolo, aut culpa.*
9 *Liberta, quæ ingratitudinem commiſit aduerſus patronum, & timens reuocari in ſeruitutem aliquid ei donet, non poteſt dicere metu feciſſe.*
10 *Affectantes dare capita, ſeù querelas confictas coram Regio Viſitatore aduerſus regios miniſtros, vt poſteà eos allegarent ſuſpectos, non debent audiri.*
11 *Recuſationes Auditorum Regiarum Audientiarũ, ſeù Cancellariarum debent in illis proponi, & non in Conſilio Cameræ Suæ Maieſtatis.*
12 *Recuſationis cauſæ legitimæ debent deduci, & probari.*
13 *Recuſationis cauſæ debent proponi in tempore ſtabilito à iure, & non eo elapſo.*
14 *Recuſationis cauſæ ſunt proponendæ infra triginta dies poſt cauſam viſam in Regijs Caſtellæ Tribunalibus.*
15 *Recuſationis Auditorum libellus debet ſubſcribi à partis Aduocato.*
16 *Mandatum ſpeciale requiritur ad proponendam recuſationem.*
17 *Supplicatio an locum habeat in cauſa recuſationis.*
18 *Taciti, & expreſſi eſt idem iudicium, & eadem vis.*
19 *Iudex procedens ad vlteriora, tacitè reijcit exceptiones.*
20 *Sententia, & decretum efficiunt rem iudicatam in eo, quod decidunt, & illius præſuppoſito.*
21 *Sententia probat expreſſum in ea, & neceſſarium eius antecedens.*
22 *Recurſus non datur poſt lata decreta in gradibus primæ viſionis, & reuiſionis.*
23 *Litium finis debet eſſe, idquè iura commendant.*
24 *Cauſarum deciſionem differre eſt odioſum, & reſtringibile, nec ſinè vtriuſquè partis conſenſu admitti debet.*
25 *Votum Iudicis, qui eſt extra Regnum nõ debet expectari, licèt interuenerit relationi.*
26 *Recuſationes Iudicum non debent fieri per regias Schedulas, ſed cauſa legitimè cognita in Tribunali, in quo reſidet Conſiliarius, vel Auditor,*

PRO

Don Alfonſo Ortiz de Zuñiga, & Donna Mencia Arauz eius vxore.

CVM

Don Franciſco Arauz Alguazello maiori Audientiæ Regiæ Hiſpalis.

ARGVMENTVM.

Suſpitionem cum affectatione propoſitam in perſonas aliquorum ex Auditoribus Regiæ Audientiæ Hiſpalenſis non eſſe cauſam legitimam, vt auferatur cauſæ cognitio à dicta Audientia, nec dicti Auditores à iudicando excludantur.

CONSILIVM CLXX.

VT Supremum Cõſilium Regnorum Caſtellæ decernere habeat, quòd Regens, & Auditores Regiæ Audientiæ Hiſpalenſis decidant cauſam, quæ vertitur inter dictos D. Alfonſum, & D. Menciam, cum dicto D. Franciſco, quæ iàm per eos eſt viſa, non obſtante regia epiſtola, quæ de ordine Conſilij fuit ſcripta, ſuſpendendo deciſionem illius ſub prætextu dicendi, quòd dictus D. Franciſcus recuſauerat vt ſuſpectos Doctorem Hieronymum de la Milla, & Licentiatum Don Franciſcum de Sandoual Auditores dictæ Regiæ Audientiæ ſupplicatur animaduerti ſequentia.

Primò, quòd Don Franciſcus de Arauz agnoſcendo, vt eſt veriſimile, quòd eius prætenſio in dicta lite iuſtificatione carebat, dictoſque Auditores eſſe perſonas litteratas, rectas, & bonæ cõſcientiæ, & quòd erant recto tramite iuſtitiã adminiſtraturæ, procurauit eos excludere ab illius deciſione, aſſumendo medium tàm iniuſtum, vti fuit eos calumnioſè deferre coram Sua Maieſtate, & Dominis de Conſilio, & Camera Suæ Maie-
1 ſtatis, † ad hoc vt etiàm ſi foret, proùt fuit debitè punitus, l. 1. l. & in priuatis cum alijs ff. ad S. C. Turpilia. poſſet dicere, quòd erant illi inimi-
2 ci, ex hac affectata cauſa, cùm ita ſit, † quòd ea, quæ tali animo, & affectu fiunt, non habent iuris ſubſiſtentiam; §. item tria, Inſt. de excuſ. tutor. l. ſed & qui data ff. ex quib. cauſis maiores, l. vxori §. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis, l. 2. §. ſimili ff. ſi quis cautionibus, ibi. *Nàm ſi ipſe hoc affectauit, vel cauſam præſtitit, non proderit ei exceptio*, Aluar. Valaſ. conſult. 162. num. 3. Tiraquell. de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. num. 28. Surdus de alimentis tit. 7. q. 26. nu. 97. & ſeqq. l. qui contra C. de inceſt. nupt. ibi. *aut errore acerrimo non affectato, ſimulatonè* Roland. à Valle conſ. 47. num. 35. lib. 2. Surd. dec.

189.

189.num.28.& dec.203.nu.15.Hippol.de Marſil. in repet.rubr.ff.de fideiuſſ.nu.176.

† Et affectata abſentia efficit, vt quis per proclama citari poſſit, Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. *per edictum* in princ. Bald. in l.penult.C.de annal.except.& impedimentum affectatum non excuſat, Bald. in cap.1. §.ſi quis miles in fin.de feud.ſine culp.non amitten.Felyn.in

4 cap.fin.nu.5. de teſtib. † & onus affectatum nō excuſat, l. tria onera, vbi gloſ. ff.de excuſ. tutor. plures per Neuiz.conſ.45.nu.17. & conſ.50.nu. 54.Rain.Corſ.lib.1.indag.iur.cap.24.nu.2.

5 † Et comprobat reſolutio Bart. in l. ſi ſeruus communis §.quod verò nu.5.ff.de furt.& Alberic. ibi nu.2.quatènus concludunt, quòd Ambaſciatores, ſeù Legati, qui affectauerunt legationē, ſiuè ambaſciatam, ſi in itinere fuerint ſpoliati, non habebunt reſtitutionem rerum ab illis, qui eos miſerunt, nec damnorum, quæ paſſi fuerint, emendationem, l.& qui data opera ff.ex quibus cauſ.maior.l.2.§.ſæpè ff.depoſ.cap.bonæ eodem tit.M.Anton.Natta conſ.137.nu.2.vol.1.vbi poſt Bart. in d.l. ſi ſeruus communis §.quod verò ff. de furt.vbi Alber.concludens, quòd ſi ambaſciata fuit procurata, & affectata, non debent damna emendari, Seraphin.de Seraph.tract.de priuileg. iuram.priuil.4.nu.113. Io.Franc.de Ponte deciſ.

6 Collat.Conſ.Neap.17.nu.6. † licèt quandò non præceſſit affectatio, repetere poſſit, vt ex l.cum duobus §.damna, & §.quidam ſagariam ff pro ſocio, l.non poteſt dolo carere, & l.non videtur §. 1.ff.de regul.iur. l.furti §.qui iuſſu ff.de his, qui notant.inſam.. l.quanquàm ff de aqua plu.arcen. Alex. in l.ſi pecuniam §.ſed vbi accepit in fin. ff. de condict.ob cauſ. Ioan.de Platea in l.ſtipendia verſ.*finali* C.de re milit.lib.12. Ioan.Franc. de Ponte, Marc.Ant.Natta, & Seraph.vbi proximè, Fred.de Marſclaer.lib.2.de legat.differ.15. pag. 283.Franc.Stephan.deciſ.7.nu.6.

7 Cuius etiàm eſt ratio, quia legationis munus eſt neceſſarium, l.1.§.1.l.munerum §.legati ff.de muner.& honor.l.ſi quis decurio, vbi gloſ. C.de decur.lib.10. Io.Maur.Dolan.de reſtit.in integr. cap.422. nu.4. in eadem ſententia fuit Bald. poſt Innoc.in cap. ficut *el terçero* de iureiur. & in tit. ff.de legationib.Alberic.in d.§.quod verò nu.3.

8 † Et quia ſi admitteretur cautela dicti D.Frāciſci Arauz ad excludendos dictos Iudices, conſequeretur commodum, & vtilitatem ex culpa ſua, & dolo contra omnia iura, l.hoc edicto ff.de dolo, ibi. *Ne illis malitia ſua ſit lucroſa*, l.1.C.eod. tit.l.fin.C.de reb.credit. l.Papinianus propè finē ff. de minorib. l.verùm §.tempus ff.pro ſocio, l. non fraudantur §.nemo ff.de reg.iur.l.itaq; Fullo 12, in princ. ff.de furt. notatur in l. ſi mulier ff.

9 quod metus cauſa, vbi text. ait, † quòd ſi liberta commiſit aliquam ingratitudinem contrà patronum, & timens reuocari in ſeruitutē aliquid det patrono, non poterit poſteà dicere hoc feciſſe per metum, quia ipſa fuit illius timoris cauſa, Zaſ.conſ.5.nu.42.tom.1. Mandell.conſ.9.nu.31. lib.1.Cephal.conſ.65.nu.5.tom.1.& in terminis indiuidualibus hoc prouiſum eſt ad frenandam, & reprimendam litigantium malitiam, & vitandum iniuriam Iudicum iniuſtè recuſatorum reſcripto, ſeù cedula Suæ Maieſtatis tranſmiſſa Regiæ Audientiæ Graduum Ciuitatis Hiſpalis inter eius ordinationes inſerta.& in Regno Neapol. eſt pragm.11, §.*le cauſe* tit.de ſuſpitionibus Officialium:

10 † Et in Sacro Conſilio Neapolis non ſemèl fuit declaratum, eos, qui malitioſè affectauerunt coram Viſitatore generali capita proponere contra aliquos miniſtros, vt poſteà allegarēt ipſos ſuſpectos in eorum cauſis, poſſe adhùc eo non obſtante in illis interuenire.& votum dare, de quo poſt Rebuff.& Aufrer.Carraſe.ad ll.nouæ recop.cap. 9. num.204.& ſeq. & ex Franc.Marc.quæſt.291. par.2.Ariſm.Tepat.lib.1. tit.de recuſ. iudic. Et ad maiorem iuſtificationem Conſilium Cameræ prouidè repulit, & à ſe eiecit cognitionem dictæ prætenſæ ſuſpitionis, iubendo, quòd adiret Regiam Audientiam, vbi ſibi iuſtitia adminiſtrare-

11 tur, † quod nil aliud fuit, quàm declarare, Regiam Audientiam pro Tribunali competente ad cognoſcendum de cauſis recuſationum, nec id ſpectare ad Conſilium Cameræ, l.1.& ſeqq. l.8. tit.10.lib.2.recopil.cum quo præcluſa fuit illi via ad intentandum alibi, arg.l.4.tit.5.lib.4.recop.

12 † Et cùm deberet præciſè ſuſpitionem proponere in dicta Regia Audientia, hoc debuit facere exprimendo, & probando cauſas legitimas, cap.ſuſpitionis de offic.deleg.& cap.2.de appel. in 6. Rebuff.d.tract.gloſ.3.nu.3.d.l.1. ibi: *Se hallaren, que no es juſta, ni verdadera, que conozca el recuſado con los otros, ſin embargo de la tal recuſacion*, l.2.& alijs d.tit.10.lib.2.recopil.cap.cum ſpeciali, vbi DD.de appell.Rota deciſ.2.nu.9.par.

13 2.diuerſ. ſacri Palatij. † Et quòd proponeretur in tempore, nàm eo elapſo non poteſt opponi, l. apertiſſimi, vbi Iaſ.notab.2. C.de iudic. Iacobin. in l.ſed & ſi ſuſceperit ff.eod.tit.Bart.in l.quidā ff.de re iudic. Lanfranc. in cap.quoniàm, verbo *recuſationes* col.2.de probat.alioquin poteſt dici *ſera prece tibi ſubueniri deſideras*, l.2.C.de iur.& facti ignor. Rebuff. d.gloſ.2.in tract.de recuſat. in præfat. nu.1.& gloſ.5.nu.3. & cùm dicta prætenſa cauſa nata, & affectata fuerit antèquam lis

14 eſſet viſa, & relata, & eam oppoſuerit multò poſt elapſos triginta dies à lege ſtabilitos, cùm cauſa eſſet proximè decidenda diffinitiuè, clarum eſt, quòd non debuit admitti, iuxta diſpoſitionem legum 4. & 19. d.tit.10. lib.2. recop. Couar.in

15 pract.cap.26.nu.2.verſ.*ſic & poſt*, & nu.3. † præcipuè cùm defecerit ſubſcriptio alicuius ex eius Aduocatis, requiſitum ſubſtantiale, & formale, d. l.19. cui ſimilis eſt in Regno Neap. vt in prag.9. §.*volemo*, & prag.11. §.*oltre detto* de ſuſp.official. quia dicti Aduocati non ſolū noluerunt ſubſcribere recuſationis libellū, quem ordinatū tranſmiſerat dictus D. Franciſcus, ſed reſponderunt, quòd non habebant pro legitimis, & ſufficientibus cauſas illius, dùm confeſſus fuit ſuam culpā, & punitionem indè ſequutā ex eo, quòd ſcripſerat aduerſus dictos Auditores, & etiam Doctor Auila vnus ex eius Aduocatis addidit, vt verum eſt, quòd recuſatio opponebatur extra tempus,

16 † & Procurator, qui eam produxit, non oſtendit ad id mandatum ſpeciale, quod etiàm requirebatur, vt ex l. non ſolùm §.fin. ff.de procur. & Bart,

Digitized by Google

Bart. in l.ſi Procurator ff.de condict.indeb. Re-
buff.d.tract.de recuſat.in præfat. gloſ.1.num.2.
Papon.lib.7.tit.9.arreſt.1.Luc.Matth.Apicell.de
ſuſp.official.nu.20. Marcheſan.tract.de commiſ.
par.2.c.8.de Iudic.ſuſpit.§.1.nu.40.

Et ideò iuſtiſſimè Regens dictæ Audientiæ,& Doctor Buſtos de Buſtamante,& Licētiatus Ro-
mero Auditores,qui non erant recuſati prouide-
runt, & fecere decretum 22. Martij 1610. quòd
dictus D. Franciſcus infra terminū dierum octo
haberet informatum in cauſa dictæ litis,aliàs de-
cideretur , ex quo cauſæ recuſationis datæ à ſuis
Aduocatis contra alios Auditores non erant ſuf-
ficiētes, & licèt ſupplicaſſet à dicto decreto,fuit
factum aliud à dicto Regente , & Auditoribus in
conſultatione , ſiuè *acuerdo* 26. eiuſdem menſis,
quòd omninò haberet informatum vſquè ad pri-
mum accuerdum poſt Dominicā in albis , inter-
mittendo ipſi, quod elapſo termino lis decidere-
17 tur. † Et ideò licèt ſupplicatio locum habere ,
potuiſſet, l.7.tit.10.lib.2.recopilat.remanſit vir-
tualitèr excluſus ex dicto ſecundo decreto, con-
firmatorio primi,& declaratum, non eſſe iuſtam
recuſationem, nec illius cauſas militare,& quòd
illis non obſtantibus cauſa veniebat decidenda,
quod ſufficit , vt conſtet adeſſe ſuper eo rem iu-
dicatam , ac ſi in ſecundo decreto eſſet expreſsū
18 tàm ex vulgaia regula , † quòd taciti,& expreſſi
idem eſt iudicium, eademq; vis, l. his ſolis C.de
reuoc.donat.& l.cùm quid,vbi DD. ff.ſi certum
petatur, Caballin.milleloq.408.c.1. C.accepta de
reſtit.ſpoliat. Bald.in l.vnic. §.videamus nu.4. &
ſeqq.C.de rei vxoriæ actione,& in repetit. l.& ſi
poſt tres nu.61.ff.ſi quis cautio. Alciat.reſp.490.
nu.2. Marc.Ant.Eug. conſ.41. nu.78.& conſ.55.
19 num.39.tom.1. † Tùm quia,quandò Iudex, qui
pronunciat,ad vlteriora procedendo habebat iu-
riſdictionem , ſufficit tacita pronunciatio, cuius
virtute reijciuntur exceptiones, cap.ſuborta, &
ibi gloſ.verbo *reprobaſſe*, & Felyn. ibi nu.6. verſ.
ſecundus caſus de ſent.& re iudic. & in cap.ſuper
20 literis num. 34. verſ. *ſecundus* de reſcript. † Et
quia ſententia, aut decretum diffinitiuum non
ſolùm efficit rem iudicatam in eo,quod expreſsè
decidit,ſed in præſuppoſito illius, l.1.verſ.*ſed nō
vtiquè* ff.ad S.C. Turpill. Bart.in l.eius,qui dela-
torem num.3.in fin.ff.de iure fiſci,Felyn.in cap.
Rodulphus nu.35.de reſcript. facit l.aliud, & l.ſi
21 qua pœna ff.de verbor. ſignif. † & quia ſenten-
tiæ probant non ſolùm,quod eſt in eis expreſsū,
ſed etiàm omne neceſſarium antecedens, l.quod
in diem ff.de compenſ.& l.duobus ff.de except.
22 † & ita prout in re iàm deciſa decretis viſionis,
& reuiſionis , in quibus non obſtante iniuſta , &
intempeſtiua recuſatione fuit iuſſum , cauſam
eſſe decidendam, non remanet recurſus D.Fran-
ciſco de Arauz ad retardandum illam, l.3.tit.19.
lib.4. nouæ recopilation. maximè quia ſolùm id
23 efficit ad differendum,& fruſtrandum † diſpo-
ſitiones iuris,quæ volunt,lites finem habere,cap.
finem litibus de dolo,& contumacia,vbi Butrius
nu.5.& 14.cap.venerabilis eod.tit. & cap.2. de
ſent.& re iudic.l.properandum C.de iudic.l.liti-
bus C.de agricol.& cenſit.lib.11. l.terminato C.
de fructib. & litium expenſ. propter maximum
præiudicium, quod ex ſuſpēſione cauſatur dictis
D. Alphonſo Ortiz, & D. Menciæ Arauz ex eo,
quòd non deciditur cauſa per Iudices dictæ Au-
dientiæ,qui eam viderunt, & ſunt de illius meri-
tis informati, nàm vt inquit Auguſt.Bero.q.103.
24 num. 6. † ſuſpendere cauſas, illaſq; differre eſt
odioſum,exorbitans, & reſtringibile, & idcircò
fieri non poteſt,niſi de expreſſo conſenſu partiū,
& non ex tacito, clem. quandiù,vbi gloſ.& DD.
de appell.& probatur argum.text.cum ibi nota-
tis in d.l.properandum C. de iudic. DD.in cap.
ex ratione de appellat.

Et ita ceſſante, prout ceſſat,recuſationis effe-
ctu , & exiſtētibus tot Iudicibus omni exceptio-
ne maioribus ad decidendum iſtam cauſam,pro-
25 ut de iure, † & quòd ſecundùm regias ſchedulas
expeditas pro regia Cancellaria Valliſoletana ,
& etiàm obſeruatas in Audientia Hiſpalenſi ,
non eſt neceſſarium expectare votum Doctoris
Buſtos de Buſtamante , qui interuenit relationi,
& viſioni cauſæ, & poſteà fuit profectus Regens
Audientiæ Canariarum, ſiuè Inſularum,vt Latini
dicunt Fortunatarum, remanente ſufficienti nu-
mero Iudicum abſque eo, quòd ſit neceſſe pro-
uideri alios in dicta Audientia , qui interueniant
in decisione cauſæ videtur conforme iuſtitiæ ,
quòd Supremum Conſilium non obſtante dicta
regia litera remittat eam Regiæ Audientiæ abſq;
26 maiori dilatione decidendam, † iuxta l.8.tit.14.
lib.4.recopil.quæ ait : *Mandamos, que no ſe den*
cedulas algunas , para que alguno, ò algunos de los
de nueſtro Conſejo , ò Oydores de las nueſtras Au-
diençias no entiendan en los pleytos , que ante ellos
penden, ſalvo, que quien à alguno tuuiere por ſoſpe-
choſo, lo pueda recuſar conforme à las ordenanças,
y leyes,que ſobre ello diſponen, y ſi algunas cedulas
en contrario deſto eſtan dadas, ſin embargo ſe guar-
de eſto. Et quòd interueniant in deciſione dicti
Auditores Milla, & Sandoual vti Iudices legitimi
cauſæ ; cùm eorum iniuſta recuſatio ſit per rem
iudicatam reiecta.

S V M M A R I V M.

1 *HÆreditatis cauſa ventilari debet vbi ſunt bo-*
na, & cohæredes.
2 *Quod quiſquè iuris in alium ſtatui voluit, eodem*
debet vti.
3 *Menſura, qua quis menſus fuerit , remetietur ſibi.*
4 *Peccati pœna eſt , vt vnuſquiſquè in ſe recipiat,*
quod in alium exercuit.
5 *Singulis controuerſijs ſufficiunt determinationes*
ſingulæ.
6 *Deciſum cum maxima cauſæ cognitione refricandū*
non eſt.
7 *Deciſum in Curia ſuprema, non debet iterùm con-*
trouerti.
8 *Reſcriptum Principis cōtra ſententiam, quæ tran-*
ſiuit in rem iudicatam, non valet.
9 *Princeps licèt poſſit pactum tollere , non tamèn ſi*
ſuit ſententia confirmatum.
10 *Iniuriam facit Iudicibus ſupremis,qui per eos de-*
ciſa retractare conatur.
11 *Conſilium Supremum Caſtellæ repreſentat Regem*
D. noſtrum.

12 Conſ

12 *Conſilium Supremũ an poſſit cauſas à Regijs Audientijs euocare.*

13 *Supplicatio non habet locum à decreto Conſilij declarantis, ſe Iudicem eſſe, vel non eſſe.*

14 *Comprehenſio virtualis dicitur, quæ de neceſſitate infertur.*

15 *Res iudicata reſultat ex præſuppoſito, aut pronunciatione virtuali ſententiæ.*

16 *Æquipollentibus quid fiat, aut proferatur, idem eſt.*

17 *Æquipollentia verba tantùm operantur, ſicut propria.*

18 *Stylus Curiæ ius facit.*

19 *Euocandi ius competit ei, qui poteſt iuriſdictionem tollere, & nu. 20.*

21 *Princeps, aut Conſilium & ſi poſſent, non debent cauſas euocare ab alijs Tribunalibus ſine cauſis legitimis.*

22 *Princeps non debet auferre alicui dominium ſinè cauſa.*

23 *Princeps alienam iuriſdictionem tollere non debet.*

24 *Euocatio ſi fiat ſinè cauſa, fit iniuria Iudici, aut Tribunali.*

25 *Princeps dicitur grauare partem, quandò ſinè iuſta cauſa litem euocat.*

26 *Iniquum eſt, & temerarium, velle declinare iuriſdictionem eorum ad quos cauſæ cognitio ſpectat.*

27 *Iudicium vbi inceptum eſt, ibi debet finem accipere.*

28 *Euocationes regulariter ſunt odioſæ.*

29 *Præuentio cauſæ non debet tolli Iudici præuenienti.*

30 *Iudex de qua recognouit, de ea pronunciare tenetur.*

31 *Contumelia fit Iudici, qui de cauſa cognoſcebat, ſi ab ea auferatur.*

32 *Litium ſumptus, & expenſæ curandum eſt, quòd vitentur.*

33 *Lites breuiari, & finem habere conuenit Reipublicæ, & nu. 34.*

35 *Morbis chronicis ſolet conuenire aeris mutatio, vt infirmi conualeſcant, quod ſecùs accidit, ſi lites aerem mutent.*

36 *Affectatæ cauſæ inimicitiæ non debent valere.*

37 *Affectata neceſſitas non relevat.*

38 *Affectata non proſunt, quæ ſinè affectatione prodeſſe poſſent.*

39 *Præuentio affectata per capturam ad eludendam iuriſdictionem primi Iudicis, qui citauerat verbaliter, non iuuat.*

40 *Teſtimoniales literæ affectatæ non proſunt.*

41 *Affectata cauſa inimicitiæ non repellit Iudicem.*

42 *Vtilitatem non debet quis conſequi ex eo, pro quo meruit pœnam.*

43 *Animus colligitur ex præcedentibus, & ſubſequentibus.*

44 *Dolus colligitur ex indicijs.*

45 *Fraus colligitur ex conſilio, & euentu.*

46 *Lucrari ſatis dicitur, qui obſequitur ſuæ voluntati.*

47 *Opponens ex leuitate crimen contra Magiſtratum debet puniri.*

48 *Sacrilegij inſtar eſt dubitare, an ſit dignus, quem Princeps elegit.*

49 *Schedulæ regiæ dari non debent, vt aliqui miniſtri habeantur pro recuſatis, ſed via iuris declarari.*

50 *Colligantes debent eſſe æquali conditione.*

51 *Æqualitas eſt prima pars æquitatis.*

52 *Indirecta via non debet admitti, quod non liceret directa.*

53 *Præſumptio eſt contra recuſantem plures Iudices, quòd malitiosè faciat.*

54 *Præſes licèt ſit ſuſpectus declaratus, non eſt Senatus ſuſpectus.*

55 *Præſidis recuſatio eſt perſonalis, nec influit in Tribunal.*

56 *Aſſertio partis ſola non probat.*

57 *Secundogenitus mortuo primogenito, occupat locũ illius, & fit primogenitus.*

58 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe debet audiri, ſuſpenſa executione.*

59 *Melioratio facta alicui ex filijs, non deducitur ex dotibus, aut donationibus propter nuptias antè datis, aut factis.*

60 *Singula ſingulis ſunt referenda in legis verbis.*

61 *Melioratio facta alicui deſcendenti debet referri ad bona, quæ habebat meliorans tempore mortis.*

62 *Filiæ non debent remanere indotatæ, atque excluſæ à ſucceſſione.*

63 *Euocationis remedium durius eſt, quàm appellationis.*

64 *Appellatio vbi denegatur, multò magis euocatio.*

65 *Appellatio proſequi non poteſt, niſi productis omnibus actis coram Superiore, ſic nec euocatio non conſtito de grauamine.*

66 *Propter vnumquodquè tale, & illud magis.*

67 *Actis deficiẽtibus deficit forma ſubſtãtialis iudicij.*

68 *Actis diminutis non poteſt rectè iudicari.*

69 *Inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta de aliqua parte illius iudicare.*

70 *Acta ſibi proficua, & non alteri parti extrahi faciens, verſatur in dolo.*

71 *Euocatio non debet fieri, niſi productis, & recognitis actis.*

72 *Merita cauſarum partium diſcuſſione panduntur.*

73 *Negatio partium efficit rem dubiam.*

74 *Aduerſario debet reſponderi, nè ſapiens ſibi videatur, aut ſilentium in conſenſum ducat.*

P R O

Eiſdem D. Alphonſo de Zuñiga, & Figueroa, ac D. Mencia de Arauz.

CONTRA

D. Franciſcum de Arauz.

ARGVMENTVM.

Litem diuiſionis bonorum, quæ vertitur in Regia Audientia Hiſpalenſi inter dictas partes non eſſe auocandam ad Supremum Regium Conſilium, atque à decreto per ipſum lato, quo declarauit, non eſſe locum retentioni, non debere ſupplicationem admitti.

CON-

CONSILIVM CLXXI.

TAlis eſt paſſionis affectus, quem
ab initio dictæ litis habuit D.
Franciſcus Arauz variando, &
nullum lapidem nõ mouendo,
ac recuſando Iudices, qui ad il-
lius ſenſum non correſponde-
bant, quòd non contentus pe-
tere, quod priùs contradixerat
D. Alphonſo etiàm inſiſtit in eo, quod negatum
habet Conſilium, ſed ſibi perſuadere conatur
eſſe inſtantiam, & gradum vbi à legibus excludi-
tur, & quod peius, grauiuſq; eſt, quòd cùm dictũ
decretum latum fuerit à Conſiliarijs doctiſſimis,
& iuſtiſſimis, qui aſſiſtunt in Camera deputata
pro regimine Regnorũ, qui in nullo Senatu Prin-
cipis Chriſtiani adſunt maioris integritatis, qua-
litatis literarum, & experientiæ ſuæ iuſtitiæ, ac
illis diffidendo conatur tractari in Camera, ſeù
Aula Conſilij, dicta mille quingentarum, notam
quodammodò inurendo alijs, qui iudicarunt in
Camera regiminis, per quam hùcuſque media
dictæ cauſæ proceſſerunt. Pro quo aduertendũ
eſt, quòd cùm aliàs D. Alphonſus, & D. Mençia
putarent ſe grauatos ab Auditoribus dictæ Au-
dientiæ, & ſupplicaſſent Suam Maieſtatem, qua-
tènus dignaretur cauſam ad ſe euocare, contra-
dicente D. Franciſco, fuit illis negatũ per decre-
1 ta primæ, & ſecundæ viſionis † agnoſcendo, de-
bere Hiſpali tractari, vbi bona erant ſita, & liti-
gantes domicilium habebant, l. 1. C. vbi de hæ-
redit. agatur, l. ſi qua cum l. ſeq. C. famil. erciſc.
l. fin. tit. 9. par. 6.

Et quod plus obtinere potuit, fuit, quòd in-
teruenirent quinque Iudices, nàm & videri per
2 duas aulas fuit illi negatum, † & non debet
velle pro ſe ius inæquale, cap. dilecti 13. de ma-
iorit. & obed. ibi: *Cùm igitur non deceat alij ſe-
feciſſe, quod ab alio fieri tibi nolles*, quo pertinere
videtur illud Caſſij Cleuæ Senatoris ad Seuerum
Imperatorem, de quo apud Dionem, & Gerar.
Maynar. deciſ. Tholoſ. 61. nu. 3. lib. 4. *Omnia* (di-
cebat) *quæ contra nos ſtatues, ea contra te, ſocioſq;
tuos decernas neceſſe eſt*; nàm vt dicit Vlpianus in
l. 1. ff. quod quiſque iuris. *Quis enim aſpernabitur
idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel dici effi-
cit*, & in verſ. *ſi quis ait*: *Si quis apud eum, qui
magiſtratum, poteſtatemuè babebit, aliquid in ali-
quem noui iuris obtinuerit, quandóq; poſteà aduer-
ſario eius poſtulante eodem iure aduerſus eum de-
cernetur, ſcilicet vt quod ipſe in alterius perſona
æquum eſſe credidit, ad ipſius quoquè perſona va-
lere patiatur*, l. 3. eod. tit. l. 2. ad fin. cum alijs ibi
tit. 11. par. 3. l. 25. tit. 22. ead. par. Tiraq. de retrac.
ligniag. §. 1. glo. 11. nu. 6. Couar. in cap. alma mater
1. par. §. 1. nu. 4. de ſentent. excom. in 6. Additio ad
Marheſſan. ſingul. 110. nu. 19 & 21. concernunt
plura exempla, quæ tradit Valer. Max. lib. 8. c. 6.
nequè abſimile eſt illud Diui Matthæi cap. 7. in
3 princ. † *Nolite iudicare, & nõ iudicabimini, & in
qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*. Caſ-
4 ſiodor. lib. 9. variar. c. 2. dicens: † *Pœna iſta pec-
cati eſt, vt vnuſquiſque in ſe recipere poſſit, quod in
alterũ prætermis exercuit*, Diuus Ambroſius epiſt.
22. ad Valentinianum, *Cùm legẽ præſcripſiſti alijs,
præſcripſiſti & tibi*, Simanc. lib. 4. de Republica
cap. 15. num. 1. Apoſtol. ad Roman. cap. 2. *In quo
enim iudicas alterum, te ipſum condemnas.*

Præſertim, quia cùm dictus D. Franciſcus de
Arauz anno 1610 pretendiſſet, quòd ex eo, ꝙ de-
clarauerat D. Franciſcũ de Sandoual, & Doctorẽ
Hieronymum de Milla Auditores Audientiæ Hi-
ſpalenſis erãt illius inimici, & vti tales recuſabat
illos, inſtando, quòd non votarent in dicta lite,
contradicẽte D. Alphonſo Ortiz, & petente cau-
ſam remitti Audientiæ Hiſpalenſi, Conſilium
decreuit, quòd adiret eam, vbi ſibi miniſtraretur
iuſtitia, & demùm ſub eodem prætextu præten-
diſſet idem, contradicente ſimilitèr dicto D. Al-
phonſo, & petẽte remiſſionem ad dictam Audiẽ-
tiam, vt Iudices, qui interuenerant viſioni cauſæ,
eam deciderẽt, Cõſilium die 17. Februarij 1611.
negando retentionem petitam per dictum Don
Franciſcum prouidit, quòd ſuam ſequeretur
iuſtitiam, & quàmuis ſupplicaſſet à dicto decre-
to, fuit confirmatum in gradu ſecundę viſionis,
& cum teſtimonio dictorum decretorum, Re-
gia Audientia elapſo anno cum dimidio, poſt-
quàm lis erat relata & viſa, & in ea aſſignatis plu-
ribus terminis, ad hoc vt dictus D. Frãciſcus in-
formaret, protulit ſententiam ſuper differẽtijs,
& controuerſijs vertentibus inter dictas partes,
& earum Calculatores, & tertium nominatum
ex officio per dictam Regiam Audientiam, & ita
eſt illi denegata euocatio, & retentio per eum
prætenſa, & male facit eam de nouo intentando,
vt cauſa immortalis fiat, tollereq; effectum de-
5 ciſionis factæ dicti articuli, † res vtiquè tàm in-
digna, quàm iuri contraria, l. ſingulis ff. de ex-
cept. rei iudic. l. 2. §. fin. C. de veteri iure enucl.
6 Cephal. conſ. 241. nu. 23. tom. 2. dicens, † nõ eſſe
iterùm in dubium refricandum, quod ſemel ma-
xima cauſæ cognitione determinatum fuit, l. res
iudicata ff. de regul. iur. Doctores in l. qui Romæ
§. duo fratres ff. de verbor. obligat. Ioan. Igneus
in l. 3. §. ſi quis tabulas nu. 25. ff. ad S. C. Syllania.
7 dicens; † quòd ſemel deciſum in Curia ſupre-
ma, non debet iterùm in diſputationem deduci,
Reuard. in d. l. res iudicata ex Donato inquiens,
ſemel iudicatum reſcindi, & iterùm agitari non
8 poſſe, † l. fin. C. ſentent. reſcin. nõ poſſe, vbi aper-
tis verbis probatur, non valere reſcripta Princi-
pis poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactã,
ad illius reſciſſionem emiſſa, & l. 3. C. de errorib.
Aduocat. ait, ſententijs finita negotia reſcriptis
reuocari non oportet, l. 1. C. vt lite pendent. gloſ.
verbo *pacta* in clem. dudùm de ſepultur. dicens,
9 † quòd licèt Princeps tollat pactum, non tollit ſi
fuiſſet ſententia confirmatum, cap. cùm dilecti
de elect. Auth. quib. mod. natural. effician. legit. §.
& nos non latuit collat. 6. quod ſenſit mirabili-
tèr Caſſiodor. lib. 1. variar. epiſt. 5. dicens: *In im-
menſum trahi non decet finita litigia, quæ enim da-
bitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententijs
acquieſcitur? vnus enim inter procellas humanas
portus inſtructus eſt, quem ſi homines feruida vo-
luntate prætereunt vndoſis iurgijs ſemper errabunt*,
Petr. Gregor. in comment. ſyntaxis artis mirabi-
lis lib. 3. cap. 5. nu. 26. Marc. Tull. 2. ad Herenniũ,

& in

Digitized by Google

& in oratione pro Aulo Cluentio, Mœtianus in l. ſeruo 'huiuſ o 65. §. cùm prætor ff. ad Sen. Conſ.
10 Trebellian. † Et poteſt cum veritate dici, & affirmari, quòd eò ipſo, quòd iterùm tractare curat de eo, offendit auctoritatem, & rectitudinem Conſilij, argum legis nemo 3. C. de ſum. Trinit. ibi. *Nam & iniuriam facit iudicio Reuerendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata, ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contenderit.*

Quod eſt magis certum, conſiderato vltimo decreto Cõſilij, per quod remiſit cauſam ad Audientiam Hiſpalenſem, negando euocationem, & retentionẽ, quam D. Franciſcus petebat, nàm
11 licet ſit ita planũ, prout notorium, † quòd Supremum Conſilium propter eius excellentiam inter alias prærogatiuas ſuperioritatis, quibus æquiparatur Suæ Maieſtati, & repreſentat ſuam Regiam perſonam in Regnis Coronæ Caſtellæ, argum. l. quiſquis C. ad leg. Iuliam Maieſt. dicente Caſſiod. lib 1. variar. epiſt. 13. *Quicquid enim floris eſt habere curiã decet, & ſicuti arx decus eſt vrbium, ita illa ornamentum eſt ordinum cæterorũ*, & epiſt. 41. *recipiat alius ordo forti meliores Senatus reſpuit eximiè non probatos.* l. vnica §. 1. ff. de offic. Præfecti Prætor. Ægid. Gonzal. Dauila in ſuo theatro Madriti, & conſtat ex Bar. in l. Æmilius ante finem ff. de minorib. ex l. 1. §. de quo autem ff. de poſtul. ibi. *Et putat de ea reſtitutione ſenſum, quam vel Princeps, vel Senatus induſſit*, Iaſon in l. quominus notab. 2 de fluminib. Craſſ.
12 conſ. 144. num. 20. & conſ. 198. nu. 7. † Poſſit auctoritate regia euocare cauſas à Cancellarijs, & Audientijs inferioribus, argum. l. fin. C. de offic. Præfecti Prætor. Oriẽtis, & Illyrici. l. ſoler §. ſicut autem, ibi. *Non autem debent inconſulto Principe hoc facere*, ff. de officio Proconſ. & Legati, l. non aliter C. de palatin. ſacr. largit. lib. 12 argum. l. fin. C. de diuerſ. reſcrip. cap. licet de offic. deleg. cap. Eccleſia vt lite pendẽte, Guido Papæ quæſt. 440. nu. 1. cum traditis per Boer. quæſt. 79. nu. 9. & de auctoritate magni Conſilij nu. 157. & ex cap. vt noſtrum, vbi DD. de appellat. & l. iudicium ſoluitur ff. de iudic. Couar. in pract. cap. 9. num. 1. & 3. Rebuff. 1. tom. commentar. ad leges Gallicas tract. de euocat. in præfat. quæſt. 5. nu. 46. & apud Nos l. 22. tit. 4. lib. 2. recopil. ſed attento dicto decreto eſt declaratum, quòd cauſa non poteſt, nec debet retineri in Conſilio: quod importat idem, ac ſi virtualitèr declaraſſent, ſe non eſſe Iudices,
13 † quo caſu non habet locum ſupplicatio, ex diſpoſitione l. 4. tit. 5. lib. 4. recop. quæ ait: *En las ſentençias, que dieren los del nueſtro Conſejo, y el Preſidente, y Oydores de nueſtras Audiençias en que ſe pronunçiaren por Iuezes, o por no Iuezes, que no haya lugar ſuplicaçion, ni nulidad, ni otro remedio, ni recurſo alguno*: Et ita debet repelli dicta ſupplicatio, cùm dictum decretum ſit in conformitatem dictæ legis regiæ, quia non in illo decreto, per quæ Domini de Conſilio abdicarunt ſe iuriſdictionem, proferantur verbis ita nudis, ac claris, prout continentur in dicta lege, ſed virtualibus, & æquipollentibus, ex quibus ſufficienter inferatur, † & vltra, quòd illa dicitur
14 virtualis comprehenſio, quæ de neceſſitate infertur, vt poſt Curtium iunior. conſ. 6. num. 7. tradit Emanuel Suarez inter commun. DD. opin. lib. 4.
15 tit. 11. de Tabellionib. nu. 192. † in ſententijs, aut decretis diffinitiuis, id eſt magis planũ, quòd ſufficiat præſuppoſitum, & pronunciatio virtualis, quæ ex eis deducitur ad efficiendam rem iudicatam, l. 1. verſ. *ſed non vſque* ff. ad Sen. Conſ. Turpill. ibi, ſi autem pronunciauerit, calumniatus eſt, condemnauit eum, & quamuis nihil de pœna ſubiecerit, tamen legis poteſtas aduerſus
16 eum exercebitur, quia idem importat, quòd res fiat, aut proferatur modo, aut verbis æquipollentibus, l. nauis §. cùm autem ff. ad legem Rhodiam de iactu, l. cùm 62 ff. mandati, l. vbi autem 75. §. fundi ff. de verbor. obligat. l. fundum 28. ff. de nouat. l. poſſideri 3. ff. de acquir. poſſeſſ. l. vtilitatem 1. §. licet ff. de exercitor. action. l. ſi mater 3. ff. de inſtitor. l. quid tamen 21. §. 3. ff. de recept. arbitr. l. fideicommiſſa 11. ff. de legat. & fideic. 1. Euerard. loco ab æquipollentibus num. 1. & 9.
17 Bald. conſ. 438. par. 2 in fin. dicens, † æquiualentia verba tantùm operari, quantùm propria, Vldaric. Zaſius conſ. 6. nu. 12. lib. 2. Rol. à Valle conſ. 49. nu. 25. lib. 3. facit l. Titia 19. ff. de ann. legat. vbi probatur, æquipollentium orationum eandẽ
18 vim, & poteſtatem eſſe, † quod confirmat communis ſtylus, & obſeruantia Regiæ Curiæ, quæ habet declaratum, quòd à retentione, ſeù remiſſione alicuius cauſæ non datur ſupplicatio, ſtylus autem Curiæ ius efficit, cap. quàm graue de crimine falſi. Lapus alleg. 60. nu. 5. vbi Mandoſ. in addit. plura iura, & Auctores refert.

Quod planum eſt, anima fuerſa notoria iuſti-
19 tia, quam continet dictum decretum, † nàm licèt euocandi ius competat ei, qui in quacunque parte litis poteſt iuriſdictionem tollere, & reuocare, l. iudicium ſoluitur ff. de iudic. Couar. in pract. cap. 9. nu. 1. & 4. Seſſe decis. Aragon. 117. nu. 20. & decis. 79. num. 17. Ibandus de Bardaxi. tract. de officio gubernationis, ſeù procurationis generalis Regni Aragonũ quæſt. 5. nu. 63. pag. 82.
20 Boer. decis. 79. nu. 9. † Maximè quandò euocatio fieret ad fauorem perſonarum miſerabilium, vt ſunt viduæ, & pupilli, & alij, de quibus Anton.
21 Theſſ. decis. Pedem. 177. nu. 1 & 2. † Princeps, nec eius Supremum Conſilium non debent facere tales euocationes ſinè cauſis legitimis, Paul. de Caſtro in auth. qua in Prouincia col. 1. C. vbi de crim. agi oport. & ex cap. pen. de iuram. calumn. vbi Panorm. notab. 1. Borrell. in ſum. decis. tom. 2. tit. 23. nu. 62. Bellug. in ſpec. Princip. rubr. 25. verſ. *ſed pone* nu. 7. & ſeq. D. Reg. Carol. Tapia poſt hæc ſcripta decis. 1. nu. 12. Rebuff. tract. de
22 euocat. in præfat. q. 6. nu. 34. & 40. dicens, † quòd ſicut Princeps non debet alicui auferre dominiũ ſinè cauſa, l. 2. C. de precib. Imper. offer. l. 1. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. Mandell. conſ. 34. nu. 10. Abb. in cap. ex tenore num. 8. de
23 foro compet. † ita nec propriam iuriſdictionem auferre ff. de ſtatu homin. Bald. in l. 1. col. vlt. ff. de conſtit. Princip. requiritur enim magna, & vrgens cauſa, vel publica vtilitas ad faciendam euocationem, Rebuff. d. q. 6. Maſtrill. decis. Sicil. 286. nu. 8. & ſeq. 3. Bardaxi vbi proximè n. 66.
24 & 71. † ſinè cauſa autem fit iniuria Iudici, aut Tribunali, à quo euocatur cauſa, Rota Romana apud

apud Caſſador. deciſ.1.de reſcript.& per Farin.
in recent. deciſ.655.nu.3. part.1.tom.2. Seraph.
deciſ.763.nu.6.Steph.Gratian.deciſ.209.nu.7.&
25 8. Eugen. conſ.40.nu.12.lib.2. † Nàm Princeps
grauare dicitur partem,quandò ſinè magna cau-
ſa litem euocat, Auth. vt differentes Iudices §.ſi
quis collat.9.Bellug. in ſpec.Principum rubr.23.
verſ.*ſed pone* nu.7.& ſeq. Caballin.milleloq.734.
nu.1. & 737. nu.2. Caſſador.deciſ.2.nu.6 de ap-
pell.& dec.1.de reſcript. Felyn.in cap.ad audien-
tiam fallent.10.eod.tit.Marcheſan tract.de com-
26 miſſion.2.par.cap.4.nu.7.& 8. dicens, iniquum
eſſe,& temerarium velle eorum iudicium.& iu-
riſdictionem declinare, ad quos cauſæ cognitio
ſpectat, & notorium eſt, ſpectare dictæ Regiæ
Audientiæ,vbi cauſa pendet tàm ex natura nego-
tij,quàm ex eo, quòd pendet in illa, & eſt deciſa
in primo gradu, & datus terminus probatorius
27 in gradu ſupplicationis. † Et quia regulam ha-
bemus,quòd vbi inceptum eſt iudicium, ibi de-
bet finem accipere, l.vbi acceptum 30. ff.de iu-
dic.Igneus in l.fideicommiſſum nu.86. ff.ad Syl-
lan.Alphen.collectan.585.Afflict.deciſ.354.nu.5.
Octau.Veſtr.in praxi lib.3.de 4.5.& vlt.deuolut.
nu.11. in l.nulli C.de iudic. cap.1.de ſequeſtrat.
poſſeſſ. Tiber.Decian.reſponſ.128.nu.3.vol.3.de
Ponte conſ.70.num.1.& 2.vol.1.& in hac euoca-
tionum materia obſeruat Couar. in practic. qq.
28 cap.9.nu.4. Marcheſan. d.cap.4. nu.27. † Hinc
eſt,quòd cùm euocationes cauſarum ſint odioſe,
debent reſtringi, l. cùm quidam ff. de liber. &
poſthum.regul.odia de reg.iur.in 6. Rebuff.in
l.quod iuſſit notab.2. ff.de re iudic. nu.109. Ca-
ballin.d.milleloq.737.nu.1. Rebuff. d.tract.de
euocat.q.10.art.1.nu.80. Iacob.Demoder.in ſuo
libro pract.Reg.Can.cap.193.ad fin. Gayll.lib.1.
obſeru.41.nu.3.& ſeq.in fine,eas adducentes ra-
29 tiones, † quia tollit præuentionem contra l. ſi
quis poſtea ff.de iudic. cap.propoſuiſti de foro
30 compet. † & quia tollit illud, de qua re cogno-
uit Iudex,de ea pronunciare debet, l.de qua re
ff.de iudic.Innoc.in cap.ex literis de offic.deleg.
l.Labeo 3. §.finge, l.non diſtinguemus §. quæſitũ
ff.de recept.arbitr. l.prætor §.fin. ff.de vacat.&
excuſat.muner.Petr.Greg.lib.4.de Republica
31 cap.5.nu.36. † & quia cedit in contumeliam Iu-
dicum, qui de cauſa cognoſcere inceperunt per
l.litigatores ff.de recept.arbitr. quod conſidera-
uit l. nemo C. de iuriſd.omn. Iudic. Authent.de
mandat.Princip.§.fit tibi collat.3. ibi: *Si verò ci-
te non adierit venire ad hanc regiam præſumpſerit
Ciuitatem, & remittemus eum cum omni correctio-
ne, & iudicium non dabimus*, ac ſi diceret, quòd
vltra remiſſionem iſtius cauſæ faciendam ad Au-
dientiam Hiſpalenſem, debebat Don Franciſcus
Araue, qui malè ſupplicauit, & inſtetit in peten-
do, quòd fuerat illi iuſte denegatum, debitè pu-
niri, d.Auth. vt differentes Iudices §.ſi quis verò
cum ſeq. & §.ſi verò collat.9.
32 † Et quia pars dicti D. Alphonſi vexaretur li-
tibus, & expenſis in hac Curia, quod omnino vi-
tari debet, l.1.ff.de inoff.teſtam.l.minor viginti-
quinque annis,cui fideicommiſſum ff.de minor.
l.vbi pactum,& ibi Iaſ.C.de tranſact.l.3.§.ſi rem
ff.de legat.3. l.properandum §.ſin autem C.de
33 iudic. † cùm imò lites debeant breuiari, cap.
finem litibus de dolo, & contumac. Ioan.Franc.
Purpurat. conſ.411.nu.6.& 9. vol.2. l.itèm ſi res
§.vlt.ff de alienat.iudic.mutan.cauſ.facta, Lucas
de Penna in l. litibus C. de agricol. & cenſit. lib.
11.Grauatius ad praxim Octauiani Veſtrij lib.2.
cap.1.nu.13.Steph Grat.tom.3.diſcept.cap.421.
34 nu. 21. † nàm ratio breuiandarum litium publi-
cam vtilitatem reſpicit, d. l. properandum in
princ.C.de iudic.l.2.C.de temporib.appellat.Pet.
Surd deciſ.120.nu.7.& 8. vndè Gerard.Maynar,
35 dec.Tholoſ.95.nu.2.lib.5. † dixit,quòd quamuis
periti Medici in morbis chronicis aeris mu-
tationem ægrotis ſuadere conſueuerint, vt eò
citiùs conualeſcant,tamèn euocationes, per quas
lites aerem mutant,atquè ex vna Suprema Curia
ad aliam trahi ſolent,finis longè alius eſt,cùm illæ
non eò ſpectẽt,vt mutatio ipſi cauſæ mederi,ſed
eam cùm bona ſit deteriorem reddere, imò pla-
nè perdere debeat.

Quod magis clarum eſt, animaduerſo, quòd
vt eſt deductum in alio Conſilio pro dicto Don
Alphonſo Ortiz, quòd dictus D. Franciſcus ad-
duxit pro cauſa ſuũ detuliſſe,& querelas propo-
ſuiſſe contra Auditores Sandoual, & Milla. & q.
aliquid ſcripſit aduerſus Regentem illius Regiæ
Audientiæ, quod aſſerit eſſe illud, quod cancel-
latum apparet in epiſtola, ſeù memoriali, quod
tranſmiſit ad Suam Maieſtatem,pro quo fuit pu-
nitus, quaſi hoc ſufficeret ad excludendos Iudi-
ces, multòque minus priuandum Regiam Au-
dientiam ſua iuriſdictione, ad quã ſunt mandati
noui Auditores, quibus quaſi non innoteſcit di-
ctus D.Franciſcus, nec D. Alphonſus litigantes,
36 & de iure eſt, † quòd affectatæ cauſæ inimicitię
vires non habent l.vxori §.1.ff.ad leg.Cornel.de
falſis, l.2. §.ſimili ff ſi quis cautionib.ibi: *Nam
ſi hoc ipſe affectauit, vel cauſam præſtitit, non prode-
rit* ei, Rainald.Corſus lib.1.indagat.iuris cap.24.
37 nu.2. † dicens, ex eo minimè prodeſſe affectatã
neceſſitatem, Ripa reſponſ.10.de obligat.nu.23.
38 qui ait, † affectata non prodeſſe, quæ non affe-
ctata prodeſſe poſſent, l.tria onera ff. de excuſ.
39 tutor. † & affectata præuentio per capturam
perſonę ad vitandum iudicium primi Iudicis ci-
tantis verbalitèr non iuuat, vt ex Guido. Papæ
conſ.153.nu.2.tradit Hieronym. de Monte trac.
fin.regund, cap.25.nu.14. & ex Ang.in l.ſi ſeruus
plurium §.penult. ff.de legat.1. Barthol.Cæpolla
cautel.5. Boer.deciſ.289.num.10.Franc.Beccius
conſ.69 nu.7.lib.1.Farinac.tom.1.tit.de inquiſit.
q.7.nu.64.latè Felyn.in cap.fin.de teſtib.Caſſan.
in conſuetud.Burgund. rub.3. §.1.nu.10.Tiber.
Decian.in praxi rerum criminal.lib.4.cap.20.nu.
24.& poſt hæc ſcripta D.Regens Scipio Rouitus
ſuper pragm.1.Regni Neapolis, tit.vbi de delict.
quis debet conueniri nu.71. traditq; Azeued. in
40 l.10.tit.13.lib.8.nouæ recopil.nu.46.& 73. † Et
facit, quòd teſtimoniales affectatæ non proſunt,
Roland.à Valle conſ.47.à nu.35.vol.2. l.qui con-
tra C.de inceſt.nupt. ibi: *Aut errore acerrimo nõ
affectato, ſimulatoue*, Roland.à Valle conſ.47. nu.
35.lib.2. Tiraquell.de retract.lignagier §.35.gloſ.
4.nu.28. Surd.de aliment. tit.7.quæſt.26.nu.97.
Ioan.Bapt.Ferret.conſ.364.nu.9.Decius in cap.1.

Digitized by Google

41 nu.8. de iudic. † dicentes, quòd inimicitia pro-
ueniens culpa, aut ex affectata cauſa litigantis nō
ſufficit, vt Iudex habeatur pro recuſato, ex l. 1.
§. cùm quis ff. de quæſtionib. gloſ. verbo *rationa-
biliter* in cap. vt debitus. & ibi Decius num. 60. &
61. de appellationib. Hieronym. Gigas tract. de
crimine læſæ Maieſtatis 2. par. §. quomodò, & per
quos probetur quæſt. 2 nu. 24. Rebuff. tract. de
recuſat. art. 9. gloſ. vnic. nu. 12. Franc. Marc. quæſt.
42 191. par. 2. † quia vtilitatem conſequi non de-
bet ex eo, pro quo meruit pœnam, & punitionē,
Ioan. Monach. in cap. ſi tibi abſenti, vbi Philipp.
Prob. in annot. num. 28. remittit ſe ad notata per
eum in cap. 1. de conſuet. eod. libro, & ponderant
l. poſt mortem ff. de adopt. l. ſi creditoribus C.
de ſeruo pign. dato manumiſſo, l. cùm profitea-
ris C. de reuoc. donat. l. per fundum ff. de ſeruit.
ruſtic. præd. l. ſiuè hæreditario ff. de negot. geſtis,
Ludou. Bolognin. in l. 4. §. Cato nu 79 ff. de verb.
oblig. l. ita demùm ff. de recept. arbitr. ibi, *ne quis
doli ſui præmium ferat*, l. non fraudantur §. nemo
ex ſuo ff. de reg. iur. Roman. conſ. 246. num. 4.
cum adductis per Valaſc conſult. 58. nu. 14.

Et quòd affectauerit dictam cauſam, conſtat
euidentèr, cùm eſſent nedùm menſes, ſed anni,
quòd lis pendebat in dicta Regia Audientia, &
illicò cùm fecit delationem, & fuit carceratus, &
proceſſum criminalitèr contra illū, tractauit do-
43 loſè de illis recuſandis; † nàm animus colligitur,
& declaratur ex his, quæ preces. ſerè, & fuere
ſubſequuta. l. ſi ſeruus pluriū §. fin. ibi. *earum quæ
præcedunt, vel quæ ſequuntur* ff. de legat. 1. c. cùm
dilecti de donationib. gloſ. verbo *animaduertimus*
in l. ex verbis C. de donationib. inter, cap. cauſā,
quæ, vbi gloſ. verbo *præcedat* de reſcript. Bart. in
l. Gallus §. idem credendum num. 4. ff. de liber. &
44 poſthum. † & dolus, in quo fuit verſatus, & pro-
ceſſit. manifeſtus fit ex dictis indicijs, l. dolum
C. de dolo, l. ſi procuratorem §. dolo ff. mandati,
cap. 2. de renunciat. in 6. Ioan. Corraſ. lib. 4. mi-
45 ſcellaneor. iuris cap. 1. nu. 1. & 2. † & quia fraus
ex conſilio, & euentu elicitur, l. in fraudem, in
princ. ff qui, & à quibus, §. in fraudem Inſtit.
quibus ex cauſ. manumitt. non licet, Decius in
l. fraudis 79. nu. 2. ff. de regul. iur. & vt dicit Lu-
douic. Gomez. in cap. mulieres nu. 16. de iudic.
lib. 6. lucrari quis non debet ex delicto, & poſ-
ſumus affirmare, quòd quàmuis punitus ſuper eo
lucraretur, ſi intentum, quòd habuit minuendæ
fidei dictorum Iudicum, illoſque excludendi à
46 deciſione ſuæ cauſæ conſequeretur, † cùm ſatis
lucrari dicatur, qui ſuæ obſequitur voluntati,
Phanut. tract. de inuentario 5. par. num. 93. Ioan.
Lu. crier. tract. de primogen. art. 2. nu. 25. Matth.
de Fœl. c. inter conſilia Pauli Caſtrenſis conſ. 259
nu. 5 vol. 1. Neuiz. conſ. 74. nu. 13. Surd. conſ. 387.
num. 14. vol. 3. Rojas de hæretic. 2. par. num. 105.
& leuitas animi in litigantibus præſertim tàm
querulis, nec iuſto applicabilibus, vt ſe oſtendit
D. Franciſcus, dùm ſe conuertit aduerſus Iudi-
ces, qui ſecundùm ſui cordis deſiderium, & af-
fectum non procedebant, debet omninò repri-
47 mi, & puniri; † nàm vt inquit Rebuff. d. tract.
de euocationib. artic. 2. num. 18. opponens cri-
men contra magiſtratum, aduertere debet, nè ex
leuitate animi procedat, alioquin grauitèr pu-
nietur Iudicum arbitrio, argum. l. penult. ff. de
effractorib. idem Rebuff. tract. de except. verſ.
ratione Iudicis diui. 3.

Et hoc maiori ratione procedit reſpectu Re-
gentis, qui eſt miniſter tam grauis, & notiſſimæ
48 Chriſtianitatis, rectitudinis, & literarū, † vt con-
tineat ſacrilegij ſpeciē os in eum ponere, & eius
actiones carpere velle, argum. l. 2. vbi gloſ. in fin.
C. de crimine ſacrilegii, cap. cam te, vbi gloſ. 1. de
ætate, & qualitate, nec ex eo, quòd dicat D. Fran-
ciſcus illum habere ſuſpectum, & velit intelligi
facere, quòd verba cancellata in ſuæ delationis li-
bello erant directa contra illum, quod nouum, &
iteratum delictum continet, debet eſſe in cauſa,
vt tota Regia Audientia recuſetur; imò nec di-
ctus Regens modo tàm extraordinario, & iuri
49 contrario. † cùm l. 8. tit. 14. lib. 4. nouæ recopil.
prohibitum ſit, quòd non dentur cedulæ regiæ,
vt aliqui, vel aliquis ex Dominis de Conſilio, aut
Auditores Audientiarum Suæ Maieſtatis non co-
gnoſcant de litibus coram eis vertentibus, ſed ſi
aliquis habuerit aliquem ſuſpectum, debeat illū
recuſare iuxta formam legum regiarū, & quòd
hoc obſeruetur non obſtantibus dictis regijs ce-
dulis, ad quod reſpexit Conſilium, quandò repu-
tante Don Alphonſo Ortiz de Zuñiga grauoſam,
& minus iuſtam aduerſus ſe ſententiam latam
in gradu ſupplicationis, cuius vigore fuit iuſſum
fieri diuiſionē, iuris forma ſeruata, de cuius exe-
cutione nunc agitur, & inſtetiſſet, litem ad Cōſi-
lium tranſmitti, fuit illi denegatum, contradicen-
te Don Franciſco, quàmuis dictus Don Alphon-
ſus cauſas aliquas inconfidētiæ haberet reſpectu
alicuius ex Iudicibus, qui cauſam deciderant, &
cùm vidiſſet, quòd Conſilium noluerat cauſam
euocare, aut retinere, propoſuit legis forma ſer-
uata ſuſpitionis cauſas legitimas aduerſus duos
ex Iudicibus, & verificauit illas, & fuere admiſ-
ſæ. & illi excluſi, probatio vtiquè non leuis, quòd
non proponebat querelam ſinè cauſa, & *habebat*
aliquas legitimas ad petendum euocationem,
50 † & non debet eſſe melioris conditionis dictus
Don Franciſcus, ſed per eadem media tranſire,
nàm vt ex Seneca refert Duaren. lib. 1. diſputat.
51 cap. 49. † æqualitas prima pars æquitatis eſt,
Hippol. Rimin. in l. 1. nu. 29. ff. quod quiſque iu-
ris, vt ſi habuerit aliquam ſuſpitionis cauſam ad-
uerſus Iudices, eam formitèr proponat in dicta
Regia Audientia, abſq; eo, quòd admittatur vir-
52 tualis recuſatio, † quam per viam indirectam
prætendit, contra tradita per Doctores, maximè
per Boerium deciſ. 269. num. 1. & 4. Menoch. lib.
2. de arbitrarijs Iudicum caſu 458. num. 12. di-
53 cens: † *Eſſe præſumptionem contra non recuſan-
tem tot Iudices, vt per fraudem recuſare cenſea-
tur*, Bald. in l. hoc modo ff. de condition. & de-
monſtrat. Iaſon in l. apertiſſimi num 10. C. de
iudicijs, Ripa in cap. 1. num. 40. verſic. *intellige*
eodem tit.

54 † Et quàmuis velit dicere, quòd vbi Præſes eſt
ſuſpectus, erit etiam Senatus, ex traditis per
Doctores in d. cap. 1. de iudicijs, & in cap. quod
ſuſpecti 3. quæſt. 5. hoc nunquàm fuit obſerua-
tum, & tractando de eo Rebuff. tract. de euo-
catio-

cationibus quæſt. 7. num. 65. dicit: *Ego ſæpius vidi vnum Præſidem recuſatum, tamèn in locum illius alter pro Tribunali ius dicebat, & Curia non ob hoc recuſabatur, quidquid ſcribant Doctores,*
55 † & vti conſtat ex rubr. & l. 2. 3. & toto ferè
tit. 10. lib. 2. nouæ recopilat. recuſatio Præſidis
eſt perſonalis, & ſolùm operabitur excluſionem
illius, & non Regiæ Cancellariæ, aut Audientiæ,
& cõtrarium foret exauthorari illas, & præiudicialis conſequentiæ, quod non debet admitti propter malum exemplum, argum. l. exemplo C. de probationib. l. 3. §. 2. ff. ad leg. Corneliam de Sicar. l. ſi quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœnis, Rebuff. reſponſ. 174. verſic. *inſuper*, præſertim, quia ceſſat omnis difficultas in caſu noſtro, ſiquidèm D. Franciſcus ad colorandum ſuam iniuſtam prætenſionem, vltra ea, quæ retulit in ſuo memoriali, & delatione, & quòd ſuſpicatus fuit Regens, verba cancellata fuiſſe con-
56 tra eum dicta, † non eſt ſtandum aſſertioni illius, nec illa inducit probationem, quod ita fuerit, l. aſſumptio 6. ff. ad municipal. & de incolis, l. non nudis aſſeuerationibus 14. C. de probat. cap. per tuas, vbi gloſ. 1. eod. tit. & vtrobique Doctores, & licèt ita foret, deliquit de nouo ſatagens publicari, quod iuſſum fuit cancellari.

Nec eſt conſiderabile dicere, quòd non fuit datus terminus probatorius in inſtantia viſionis ſuper aliquibus articulis, & quòd fuit admiſſa in illa prætenſio, & oppoſitio D. Roderici Ortiz de Zuñiga filij dicti D. Alphonſi ſuper quodam fideicommiſſo, quod periJt, deduci debere ex quinto bonorum Ludouici de Arauz eius aui, vt ipſe obtineret illud per mortem Don Ludouici
57 eius fratris; † nàm vltra, quòd per illius obitum
ipſe ſucceſſit illius loco cum omnibus prærogatiuis filij primogeniti, iuxta cap. licèt de voto, cap. grandi de ſupplend. neglig. Prælator. lib. 6. & cap. fin. §. item opponitur 22. quæſt. 2. Molina de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 20. Gregor. Lop. in l. 28. tit. 8. par. 5. verbo *ſegun ſe auiene*. Rota Romana deciſ. 128. num. 1. par. 2. Ripa reſponſ. 131. à num. 14. & ſequent. Mantica lib. 8. de coniectur. tit. 10. num. 8. Hippol. Riminald. conſ.
58 544. à num. 87. volum. 5. † Et quia tanquàm
tertius poterat quolibet tempore comparere, oſtendendo ſua iura, & ſe liti opponendo, quod ſufficiebat, vt illius reſpectu ſuperſedendum eſſet in excquutione ſententiæ, ex latè traditis per D. Couar. in pract. cap. 16. num. 2. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 55. num. 2. l. ſi perluſorio §. vltim. vbi Bart. ff de appellat. l. ſi ſuſpecta ff. de inofficioſo teſtamento, Menoch. lib. 2. de arbitrarijs Iudicum caſu 18. num. 1. Caballin. milleloq. 983. Andr. Gayl. lib. 1. obſeruat. 70. nu. 19. Petrus Benintend. deciſ. Rotæ Bononien. 75. num. 5. & 6. Rebuff. 3. tomo commentarior. ad ll. Gallicas tract. de arreſtis art. 1. gloſ. 1. num. 3. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rit. *deſerentes* rub. 5. §. 3. gloſ. 3. præſertim cùm ſua oppoſitio conſiſteret potiùs in iure, quàm in facto, quod indigeret probatione.

Nec etiàm obſtat, quod exagerat Don Franciſcus ſub titulo grauaminis, dicens, quòd melioratio tertij bonorum, & remanentis ex quinto, quam prętendit habere ex bonis ſuorum parentum, fuit declaratũ, q debebat deduci iuxta petita pro parte D. Alphonſi Ortiz, vt non deduceretur ex eo, quòd multis retro annis erat datum in dotem dictæ D. Menciæ de Arauz eius vxori, nec de ducatis plus centum mille aſſignatis dicto Don Franciſco virtute donationis propter nuptias matrimonij contracti cum D. Eliſabeth de
59 Mendoza eius vxore, † cùm ſit de iure notorium
diſponente clarè lege Hiſpana, quæ non admittit aliam intelligentiam, quæ eſt l. 9. tit. 6. lib. 5. nouæ recopilationis, dùm diſponit: *Que la mejora de tercio, y quinto no ſe ſaque de las dotes, y donaçiones propter nuptias, y otras donaçiones,*
60 *que los hijos truxeren à colaçion.* † Cuius legis
verba debent intelligi referendo ſingula ſingulis, cap. final. in fine, vbi Anton de Butrio not. vltim. de ſtatu monachor. l. 1. §. lex falcidia, cum ibi notatis ff. ad legem falcidiam, Alexand. conſil. 29. numero 16. lib. 7. ſcilicèt dotium reſpectu filiarum, & donationum propter nuptias reſpectu filiorum, vt in l. final. C. de dotis promiſſione, ibi. *Neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt, omninò paternum eſſe officium dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie;* & hoc probat clariſſimè l. 3. tit. 8. lib. 5. recopilat. & in hoc vero ſenſu eam intelligit Anguio in dicta l. 9. gloſ. 3. num. 13. & ſeqq. præcipuè num. 20. Matienzo in l. 1. tit. 6. lib. 5. recopilat. gloſ. 8. num. 7. & in l. 6. gloſ. 2. Ayora tract. de partitionibus 2. par. quæſt. 13. à num.
61 17. † quibus aliqualitèr eſt conformis lex 23.
Tauri, quæ eſt lex 7. tit. 6. lib. 5. recopilat. quatènus diſponit, quòd melioratio, & illius valor debet eſſe ſecundùm bona, quæ habuerit, qui illam fecit tempore mortis, & in noſtro caſu planum eſt, quòd parentes dictorum Don Franciſci, & D. Menciæ non habebãt tùnc temporis, quæ dictis filijs viuentes tradiderant pro dote, & donatione propter nuptias, & ad huius ſimilitudinem ſunt aliæ querimoniæ, quas ſub nomine grauaminum format dictus D. Franciſcus, videns, quòd non permittitur ei, vt vellet, quouis ſinè iuſtificatione, quòd omnia ferè bona
62 parentum ad eum peruenirent, † remanente
illius ſorore velùt exhæredata, & indotata iuxta qualitatem, & conditionem eius viri, contra omne ius, l. maximum vitium, vbi Doctores C. de liber. præter. l. qui liberos ff de ritu nuptiarum, & ad hoc reducuntur omnia, quæ exagerat, quibus plenè ſatisfactum eſt per dictos D. Alphonſum, & D. Menciam in lite pendente in dicta Regia Audientia, quæ nè innoteſcerent Conſilio, cautelosè, ac artificiosè ſolùm compulſari fecit, quæ illi viſa fuere opportuna ad colorandum ſuas querelas, & non ea, quæ pro ſui defenſione deducta ſunt pro parte dicti Don Alphonſi, quibus apparet, præfatum Don Franciſcum nullo iuris fundamento, & euocationem, & retentio-
63 nem petere, quæ omninò ſunt illi negãda, † nàm
remedium euocationis eſt magis durum, & rigoroſum, ac odioſum, quàm appellationis, cap. vt noſtrum de appellationib. ibi: *Cùm plus ſit, Romanum Pontificem ad ſe aliquod reuocare negotium, quàm quemquàm ad eum ſuper aliquo nego-*

tio prouocare, Decius ibi num.6. Ioſeph. de Seſſe tract. inhibitionum magiſtratus iuſtitiæ Aragonum cap. 5. §. 9. num. 36. Marcheſan. tract. de
64 commiſſion. par. 2. cap. 3. num. 1. † Et ita in cauſis, in quibus denegatur appellatio, multò facilius euocationis remedium, vt tradit Michael del Molino in repertor. fororum Aragonum, verbo *euocatio* fol. 119. Bardaxi de officio gubernatoris cap. 5. num. 65. Ioſeph. de Seſſe d. tract.
65 cap. 19. num. 4. † Et qualiter appellatio non poteſt proſequi, non productis coram Superiore omnibus actis coram inferiore factis, vt poſt Bald. in l. 2. verſic. *ex quo nota, quod Iudex* C. de edendo, & per Marian. Soccin. iunior. conſil. 80. volum. 2. Purpurat. in d. l. 2. num. 66. Anton. Gabriel. concluſ. 5. de appellationib. num. 23. Guido Papæ conſ. 77. num. 6. Azeuedo in l. 7. tit. 18. lib. 4. recopilatio. num. 76. Caualcan. deciſ. Fiuizan. 11. num. 13. par. 1. Aurles cap. 21. Iudicum ſyndicatus, glo. *ſe preſente* num. 1. nec etiàm poteſt tractari de euocatione, niſi adductis ad Conſilium actis, & conſtito ex illis de notorio grauamine; ac alijs iuſtis cauſis ad auocandum,
66 † quia propter vnumquodque tale, & illud magis, Authent. multo magis C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. neque ex vera C. de acquirenda poſſeſſ. l. 1. C. de negotijs geſtis, cap. licèt vniuerſis, vbi gloſ. verbo *multo minus* de teſtibus, Enerard. loco à maiori num. 1. cap. cùm in cunctis de elect.
67 Hugo Celſus conſ. 35. num. 1. † Nàm deficientibus actis, deficit forma ſubſtantialis, ſecundùm quam eſt de iuſtitia prouidendum, pulchrè Signorol. de Homodeis conſil. 246. qui allegat l. 1. §. ſimili modo C. de latina libert. tollend. Guilielm. de Cugno in l. ne quicquàm §. de plano ff. de officio Proconſul. Vldaric. Zaſius conſ. 7. num. 50. lib. 2. Marcheſan. d. tract. de commiſſionib.
68 2. par. cap. 1. num. 34 & ſequent. † quia ex actis diminutis non poteſt rectè iudicari, & ita neceſſarium eſt, vt integraliter recognoſcantur, ar-
69 gum. l. inciuile ff. de legibus, † vbi inciuile habetur, vna particula legis propoſita, nec tota lege perſpecta iudicare, vel reſpondere, Largentarius §. edita & ibi gloſ. ff. de edendo, Ioan. Andr. in cap. ex multa num. 4. de voto, Aymon Crauetta conſ. 275. num. 14. pulchre Apuleius Philoſophus Platonicus apologia 2. verſic. *hæc ipſa verba*, Rufinus ibi: *Totam ſodes epiſtolam cedo, ſine omnia inſpiciam principio ad finem perlegam, multa ſunt, quæ ſola prolata calumniæ poſſint videri obnoxia, cuiuſuis oratia inſimulari poteſt, ſi ea, quæ ex prioribus nexa ſunt; principio ſui defraudentur; ſi quædam ex ordine ſcriptorum ad libidinem ſupprimantur: ſi quæ ſimulationis cauſa dicta ſunt adſeuerantis pronunciatione, quàm exprobrantis le-*
70 *gantur*; † Et eo ipſo, quod Don Franciſcus de Arauz ad fundandum ſuas querimonias compulſauit, quod ſibi fuit benè viſum, relinquēdo alia, quæ ei nocere poterant, & fauebant dictis Don Alphonſo, & D. Menciæ eius vxori fuit doloſè verſatus, ex traditis per Alberic. in l. 1. §. ſi quis ita ff. nè quid in loco publico, Alexand. in l. prætor ait num. 5. ff. de edendo, Hippolyt. conſil. 8. Maſcard. de probationibus concluſ. 32. num. 15.

71 † Et in proprijs terminis Rebuff. tractatu de euocationib. in præfat. quæſt. 4. num. 10. dixit, quòd ad faciendum euocationem, debent eſſe probatæ, & verificatæ cauſæ illius, nec ſufficit eas allegare, argum. legis primæ ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, & cap. 1. de conſuet. in 6. nec dicitur illas probaſſe, non adductis defenſionibus, quas in contrarium habet factis di-
72 ctus Don Alphonſus, † merita enim cauſarum ſolùm dicuntur liquida, & certa, cùm ambarum partium mutua disceptatione panduntur, l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, & de in integrum reſtitut. cap. ex literis, Roman. conſ. 329. num. 11.
73 † nàm ſola illius negatiua efficiebat dubiam, & controuerſam prætenſionem D. Franciſci, l. 3. C. quibus ad libertatem proclamare non licet, & ibi Gloſ. verbo *dubium*, Zaſius conſ. 8. num. 43. lib. 1. Gutier. lib. 5. practicarum quæſt. 9. nu. 10. & cùm ad præſens mediantibus ſupplicationibus vtriuſque partis ſit datus terminus probatorius competens in dicta Regia Audientia, & fecerint probationes, & vltra antiquos Auditores ſint alij prouiſi per Suam Maieſtatem, ita & taliter, quòd non ſolùm valeat decidi à Iudicibus quinque præfixis, vt hùcuſque factum eſt, vt conſtat teſtimonio producto fol. 17. iſtius litis agitatæ coram Ioanne Aluarez del Marmol; ſed per alios Auditores, quod gratum erit Don Alphonſo; eſt multùm iuſtum decretum remiſſionis, & per conſequens iniuſta, & nulla dicta ſupplicatio, quæ vt talis debet repelli, quia ex ſuperabundanti ſunt adducta pro iuſtitia, quam defendit, ac fouet Don Alphonſus, nè videatur D. Franciſco Arauz, quòd ſuæ querimoniæ ſub-
74 ſiſtant, reſponſione non data; † nàm vt dicitur Prouerb. cap. 26. num. 5. aliquandò reſpondendum eſt aduerſario: *nè ſibi ſapiens eſſe videatur*, quæ ratio præcipuè me mouit, vt reſcriberem, nè quis ſilentium noſtrum in conſenſum duceret, & crederet approbata nobis, quæ non videret refutata, vt aliàs dixit Iuſtus Lipſius in dedicatione libelli aduerſus dialogiſtam de vna religione.

SVMMARIVM.

1 *Relinquens bona via patronatus, & vinculi perpetui, cenſetur ea vinculaſſe in perpetuum ad fauorem vocatorum, & ſuorum deſcendentium.*

2 *Teſtator videtur ſe conformare cum ſtylo, & communi vſu loquendi illius Prouinciæ.*

3 *Intentio in ſequentibus verbis colligitur ex præcedentibus.*

4 *Specialis diſpoſitio oſtendit, qualis fuerit mens diſponentis in generali.*

5 *Stylus teſtatoris in modo loquendi, & intelligendi, eſt multùm conſiderabilis.*

6 *Verbum* perpetuò *continet fideicommiſſum abſolutum.*

7 *Verbis, qui vtitur denotantibus perpetuitatem, cenſetur voluiſſe facere omnia ad perpetuitatem neceſſaria.*

8 *Argu-*

8 *Argumentum valet de patronatu ad maioratum, & è conuerſo.*

9 *Vinculum perpetuũ intelligitur ſinè temporis præfinitione.*

10 *Conſuetudo Hiſpaniæ, vt vnus ſolus ſuccedat in bonis vinculo ſubiectis, eſt attendenda.*

11 *Propinquior debet ſuccedere in bonis vinculatis.*

12 *Neptis ex filia maiori præfertur amitæ in bonis vinculatis.*

13 *Vocati nomine collectiuo tunc admittuntur, quandò fideicommiſſum eſſet ſimplex, & non per viam vinculi.*

14 *Succeſſorij edicti forma eſt, vt poſteriores non admittantur, donec fuerint anteriores.*

15 *Vnus ſolus debet ſuccedere, vbicunquè agitur de conſeruandis bonis, & memoria Inſtitutoris.*

16 *Bona vinculata relinquentes eam mentem habent, vt conſeruentur vnita, & indiuiſa.*

17 *Vnitas tendit ad conſeruationem ſubiecti, dualitas ad deſtructionem.*

18 *Magnum omne diuiſione fit paruum.*

19 *Auſtraſiæ Regnum amiſit nomen, & prærogatiuas Regni propter diuiſiones.*

20 *Diuiſio formam corrumpit, & patrimonia deſtruit.*

21 *Diuiſa res non æquè potens eſt, ac vnita.*

22 *Regnum omne in ſe diuiſum deſolabitur.*

23 *Vnita, quæ debent remanere, non diuiduntur etiã inter volentes.*

24 *Diuiſio eſt alienationis ſpecies.*

25 *Vnio bonorum, & conſeruatio præſumitur, non diuiſio, & ſeparatio.*

26 *Vnioni, & vinculo nil magis contrarium, quàm diuiſio.*

27 *Onus pium bonis impoſitum pro meliori implemẽto præſumptionem vinculi inducit.*

28 *Æquiparatorum eſt idem iudicium.*

29 *Subſtitutiones ſequentes declarant inſtitutionem præcedentem.*

30 *Inſtitutor quod non declarauit, non cenſetur voluiſſe.*

P R O

Domina Catharina Giron de Gueuara nepte ex filia maiori Antonij de Gueuara ſuper ſucceſſione in maioratu, & vinculo per illius Biſauum inſtituto.

A R G V M E N T V M.

Bona relicta titulo, & iurepatronatus, & vinculi perpetui cenſentur in his Caſtellæ Regnis relicta per viam maioratus, vt ſuccedat primogenitus, vel filia primogenita, & eius deſcendentes per viam repræſentationis.

CONSILIVM CLXXII.

CVM pater Antonij de Gueuara expreſsè diſpoſuerit, quòd
relinquebat quædam ſua bona
ſtabilia, & annuos redditus via
patronatus, & vinculi perpetui,
viſus fuit virtualitèr dicere, quòd
illa relinquebat vnita, & vinculata in perpetuum ad fauorem ſaltèm vocatorum,
1 & deſcendentium ab eis, ✝ hanc enim intelligentiam, & ſenſum habent in his Regnis dicta
verba, pro quo facit l.11.tit.6.lib.5.recopilat.ibi:
*Lor vinculos, y ſubmiſſiones, y ſubſtituçiones, que
quiſieren*, l.6.tit.7.eod.lib. ibi: *El que fuere llamado
al mayorazgo con los vinculos, y condiçiones en
el mayorazgo contenidas*, iunctis, quæ tradit Caſanate
conſ. 57. num. 50. & ſeqq. vbi latè oſtendit,
quid importet huiuſmodi verbum *vinculum*
tàm apud Iuriſconſultos, quàm bonos Authores.

2 Et regularitèr Teſtator viſus eſt ſe conformare cum ſtylo communi, & vulgari ſenſu loquendi eius Prouinciæ, & Regni, l.Labeo 7. § non enim ff.de ſupellect.legat.ibi: *Sed ex cõmuni vſu nomina inquit exaudiri debere*, Bal.nu.5.in fin. in auth. quod ſine C.de teſtament. Couar.in cap. alma mater 1.par.relect. §.8.nu.5. de ſentent. excom. lib.6. gloſ.2. in cap.nonnulli de reſcript. Anton. Auguſt.lib.4.emend.cap.17. Alderete in erudito libro de origine linguæ Caſtellanæ cap.6. lib.2. & cùm natura peculiari vinculorum, & maioratuum ſit eſſe perpetua, vt in terminis vinculorũ, ſeù maioratuum Hiſpaniæ reſponderunt Paul. Caſtrenſ.conſ.164.par.2.Roman.conſ.29.alij, de quibus Molina lib.2.cap.3.num.10.& 11. Paul.à Montepico conſ.96. num.9. & 108. Surd. conſ. 291.num.33.Vinc.Honded. conſ.46.num.22.& 25. vol. 2.

Et idem Inſtitutor paulò antè, & ſi ad alium
effectum vſus fuit in eodem ſenſu verbis *vinculo,
& maioratu*, tanquàm ſynonimis, ex quo colligitur,
quòd cùm paulò poſt dixerit, vſuſquè fuerit
verbis *vinculi perpetui*, ſenſerit de maioratu per-
3 petuo, ✝ cùm ex verbis præcedentibus colligatur
intentio in ſequentibus, l. ſi ſeruus plurium
53. ibi. *Item earum, quæ præcedunt* ff. de legat.1.
cap.cùm dilecti de donationib. gloſ. verbo *animaduertimus*
in l. ex verbis C. de donationib.
inter gloſ. magna, verſ. *ſed quæro* in l.1. ff. de iudic.
Bart. in l.Gallus §.idem credendum num.4.
ff. de liber. & poſth. Aluar. Valaſc. conſult. 82.
num.12.Marc.Anton.Eugen.conſ.12.num.34.&
38. lib.1.

4 ✝ Et diſpoſitio ſpecialis oſtendit, qualitèr ſit accipienda mens diſponentis in generali, l.quæſitum §. final. ff. de fundo inſtructo, l.vxorem §. fœliciſſimo ff de legat. 3. Florian.in l.ſi domino num. 3. ff. de legat. 1. Aymon conſil. 143. num. 2. Paul. Æmil. deciſio. Rotæ 310. num. 8. par. 2.

5 ✝ Et ſtylus eiuſdem Teſtatoris in modo loquendi, & intelligendi, eſt multùm ponderãdus, dicta l.ſi ſeruus §. finali, ibi. *antè omnia ipſius patris familias conſuetudo* ff. de legat. 1. Mantica

lib.3. tit.9.nu.1. lib.6.tit.9.nu.4.& lib.12. tit.17.
num.26. latiſſime Menoch. de præſumpt. lib.1.
quæſt.28. nu.20.
6 † Et Verbum *perpetuo* continet fideicommiſ-
ſum abſolutum, Soccin. inter conſil.Curtij ſen.
conſ. 40. in fine,& in l. qui Romæ §. cohæredes
nu.18.verſ. *hanc concluſionem* ff.de verbor.oblig.
cum adductis per Anton.Gabr. concluſ.9. de fi-
deic.nu.12.Rob.Alexandrin.conſ.12.verſ. *pro re-*
probatione,Pariſ.conſ.30.nu.24.lib.2.Alban.conſ.
54.num.2.Roland.a Valle conſ.23.& ſeqq.lib.4.
Rota Romana deciſ.121.nu.4.par.2.diuerſ.Sacri
7 Palatij.† Et qui vtitur verbis denotantibus per-
petuitatem, ſatis innuit ſe facere ſubſtitutiones,
& alia ad perpetuitatem neceſſaria, Molina lib.
1.cap.4.nu.14. Ioan Garzia de nobil. gloſ.1. §.1.
num.29.verſ. *facit etiam*, Marc. Ant. Natta conſ.
531. nu.27.& ſeq. lib.3.
Et hoc non excluditur, eò quòd vſus fuerit
verbo *patronazgo* inſimul cũ verbis *vinculo per-*
petuo, quia cùm militet eadem ratio perpetuita-
8 tis,& vinculi, † valet argumentum de patronatu
ad maioratum, & e conuerſo,vt poſt Anton.Go-
mez.in l.40.Tauri nu.65.ad fin D.Ant.de Padilla
in rubr.nu.8. C.de fideicom.tradit Molin.lib.1.
de primog. cap.7.nu.10.Velazq.in d.l.40.gloſ.a.
nu.67. quia ex dictione, &, quæ ſignificatur Hi-
ſpanè per literam *Y* quæ eſt, dùm dicit *Patro-*
nazgo, y vinculo perpetuo declaratur intétio fun-
9 datoris, ac ſi dixiſſet,quòd faciebat patronatum
per viam vinculi perpetui, hoc eſt ſine temporis
præfinitione,l.ſi vsusfructus 8. ff.de vſufr. legat.
l.2.C.de diuerſ.reſcripi.l.purè 5. §.fin. ff.de doli
except. Alberic. in dictionar. verbo *perpetuum*,
verſ.17. Burg de Paz iunior quæſt.ciu.2.nu.116.
Moron.tract.de treug & pace q.32.nu.3.
Et ita debet ſuccedere in huiuſmodi vinculo,
& bonis illius vnus ſolus ſucceſſor, vt bona con-
10 ſeruentur vnita, & indiuiſibilia, † iuxta conſue-
tudinem Hiſpaniæ, quæ debet omninò attendi
in hoc caſu, vt ex d.l.ſi ſeruus p'uriũ §.1. l.quòd
ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædilit. edict. l. certi
condictio §.ſi nummos ff.ſi cert.petat. & Steph.
Bertrand.conſ.86.vol.3.tradit Molin.de primog.
lib.1.cap.11.nu.1.
11 † Et hic vnus debet eſſe propinquior, l. peto
§.fratre, ibi *proximus quiſquè ſuo loco videtur in-*
uitatus ff.de leg.2. l. cùm ita §.in fideicommiſſo
eod.tit. l.fin. C.de verb ſigniſ.& vtrobique DD.
Greg.Lopez in l.2.tit.15.par.2. verbo en *España*
verſ. *ſed pone,quod mater*, Guido Papæ dec.467.
Molina lib.2.de primog.cap.4.nu.42.Surd.conſ.
375.nu.18.lib.2.
12 † Et magis propinqua dicitur neptis Antonij
de Gueuara ex eius filia maiori repreſentatione
mediante, quam procedere, & habere locum in
huiuſmodi vinculo, ſeù patronatu vinculato,du-
biũ non eſt ex traditis per Couar.in pract. c.38.
ad fin. Aluar.Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 50.
nu.10. ad finem, Peralta in rubr.de hæred.inſtit.
nu.123. Molina lib.1. cap.7. nu.19.& cap.5.nu.
42. Ioan.Gutier. lib.3.pract.quæſt.66.Velazq.in
d.l.40.Tauri gloſ.a. nu.67. latiſſimè Robles de
repreſent. lib.3. quæſt.5.per totam,& quæſt.19.
num.73. & ſeq.

Nec obſtabit dicere, quòd reperiuntur voca-
ti per Inſtitutorem termino collectiuo poſt vitã
dicti Antonij de Gueuara eius filij,& hæredes,&
quòd videatur poſſe ſuccedere filiam ſecundam
eum nepte ex filia maiori, argum. l.vnum ex fa-
milia §.rogo,& l.cùm quidam 24. ff.de leg.2.vbi
13 omnes de familia admittuntur, † quia reſpon-
detur, hæc, & ſimilia iura procedere in ſimplici
fideicõmiſſo,& non in perpetuo,prout eſt illud,
de quo agitur, quod propter ſui perpetuitatem,
& naturam eſt indiuiſibile,in quo vnus ſolus,ille-
14 que propinquior eſt admittendus † ad ſimilitu-
dinem ſucceſſorij edicti, de quo in l.1. & ſeqq.
ff.de ſucceſſ. edict. Soccin. in d.l.vnum ex fami-
lia §.ſi de falcidia nu.14.ff.de legat.2.Guid.Papæ
deciſ.505.Tiraquell.de iure primogen.quæſt.65.
nu.3.Molina d.nu.42.Aluarad.de coniect.mente
defuncti lib.2. cap.2. num.10. & hoc generaliter
procedit in qualibet ſucceſſione perpetua, in
qua ordine ſucceſſiuo admittuntur, licèt colle-
ctiuè fuerint vocati, d.§. in fideicommiſſo & §.
fratre, Alex.conſ.13.nu.7.lib.4.Decius conſ.205.
nu.7.Molina lib.1.c.6.nu.6.Robles de repreſent.
lib.1.cap.9.nu.17.& lib.3 cap.7.à nu.14.
15 † Nàm cùm intentio Inſtitutoris vinculi,& fi-
deicommiſſi perpetui ea ſit,vt perueniat ad vnũ,
nullatènus poteſt aditus dari duobus,ſed vni ſoli,
per quem,& in cuius perſona meliùs conſeruen-
tur bona,& memoria Inſtitutoris,qui ea reliquit,
Guido Papæ deciſ. 467. Peralta in d. l. vnum ex
familia col.vlt ff.de legat.2. Aluarad. d.num.19.
16 Molina lib.1.cap.3.num.6 † cùm iſta ſit princi-
palis intentio eorum,qui relinquunt bona vincu-
lata,vt conſeruẽtur vnita,& indiuiſa,vt latè pro-
bant Soccin. iunior conſ.47. num.6.vol.3. Pariſ.
conſ.72.num.81.vol.4.Tiraquell.de iure primog.
quæſt.71.nu.2. Petra de fideicom.quæſt.1.num.
131.Couar.lib.1.variar.cap.15.circa finẽ,& lib.3.
cap.5.nu.5.verſ. *eadem opinio*,Surd.conſ.241 nu.
14.Molina lib.1.cap.11.nu.2.& ſeqq. dicẽs nu.5.
17 † quòd vnitas ad conſeruationem ſubiecti, dua-
litas verò ad eius deſtructionem ordinatur, ex
Tiraquell.de primogen.quæſt.4.nu.16. Perez de
Lara de anniuerſ.lib.1.c.4.nu.8. Diuus Bernard.
lib.2.de conſideratione ſui ad Eugenium Tertiũ
Papam,dicens. *Vbi vnitas,ibi perfectio,reliqui nu-*
meri perfectionẽ non habent, ſed diuiſionem, Onu-
frius Panuinius lib.1. de primatu Petri cap. 10.
18 † Nihil enim tàm magnum eſt, quod diuiſione
non fiat paruum, Ioan.Franc.Purpurat. conſ.18.
nu.69.vol.1. vſu quidem compertum eſt, aliena-
tionibus paulatim factis etiàm Regna, & Princi-
19 patus peſſum iuiſſe, † quemadmodùm de Au-
ſtraſia ſcriptum reliquit Robert. Gaguin. lib. 5.
rerum gallicar.cap.6.in fine,his verbis: *Succeden-*
tes indè Imperatores inferiorem Lotharingiam,par-
tim Colonienſi,partim Lœodienſi Eccleſię donarunt,
nonnulla vero ad Lœodios Pontifices emptione per-
uenere ad hunc modum mutilata Auſtraſia,iam no-
men,iàm Regni dignitatem amiſit; refert Menoch.
conſ.1003.nu.19.volum.11.
Et confirmant Bald. in l.ſi ſeruus num.3 ff.ſi
quis cautionib. quem ſequitur Roland. à Valle,
20 conſ.63.nu.42.lib.4. † dicens, quòd diuiſio for-
mam corrũpit,& patrimonia deſtruit, Hoſtienſ.
Ioan.

Digitized by Google

Ioan.Andr.& alij in cap.licèt,de voto,& in l.nè in
plures ff.de exercitor.act. l.planè ff.famil.erciſc.
l.tutor §.Lucius ff.de vſur.Soccin.conſ.47.nu.5.
lib.3. Molina d.cap.11.nu.4 & 6. & alijs,& ex l.
communi diuidundo ff.commun.diuidun.tradit
Menoch. in l.cùm quidam nu.24.ff.de legat.2.Pe-
21 rez de Lara d.cap.4. nu.5. † Diuiſa enim res nõ
æquè potens eſt, ac vnita, Auth. de trient. & ſe-
miſſ. poſt principium, nàm ſecundùm Philoſo-
22 phum virtus vnita fortior, † & dicente veritate
Lucæ cap.11. *Omne Regnum in ſe diuiſum deſola-
bitur*, Crauett. conſ.60.nu.2. Petr.Gregor. de
Republ. lib.20.cap.1.nu.2.& lib.23.cap.3. nu.4.
23 † Ideò, quæ debent vnita remanere,nõ diuidun-
tur etiàm inter volentes, cap.1. §. præterea de
prohib. feud.alien. per Federic. gloſ.in cap.licèt
de voto & in cap.ſi hæredes de teſtament.Zaſius
conſ.20.num.3 lib.2. dicens, quòd per diuiſionẽ
minuuntur res, & deducũtur ad deſtructionem,
gloſ.3.in d.cap.licèt,facit l.1.in princ.ff.de ſepa-
rat.bonor.l.ſolent ff.de adimend.legat.l.planè ff.
famil.erciſc.Oldrad.conſ.94.Roland.à Vall.conſ.
24 80.nu 5.lib.1. † nàm diuiſio eſt alienationis ſpe-
cies, l.1.C.com.diuid. Corne.conſ.252.nu.1.lib.
1.Neguſ.de pignor.2.par.membr.2.nu.40. Ioan.
Cæphal. conſ.3.nu.98.conſ.63.nu.9.conſ.64.nu.
7. & conſ.195.à nu.22.tom.2.Barbat.conſ.14.nu.
7. lib.4. Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 171. nu.35.
25 Gamma deciſ.Portugal.242.num.6.† Et ita vnio
præſumitur, & conſeruatio bonorum, non diui-
26 ſio & ſeparatio,Caſanat.conſ.53.n.88. † & nihil
magis contrarium eſt vnioni, & vinculo,quàm
ipſa diuiſio, & ſeparatio bonorum, l. nè in plu-
res ff.de exercitor.actio. cap.minoribus de præ-
bend. Tiraquell.de iure primogen.quæſt.4.num.
13. & 16.
27 † Quod eſt magis certum,animaduerſo onere
pio, quod reliquit impoſitũ Inſtitutor ſuper di-
cto vinculo, quo inſpecto pro meliori illius im-
plemento, debent bona conſeruari indiuiſibilia,
vt argum. l. cui fundus ff.de cond. & demonſtr.
tradit Valaſc. conſult.82.nu.8. Perez de Lara d.
cap.4.nu.4. Flores de Mena lib.1.qq. q.17.nu.23.
qui in numeris præcedentibus, & ſequentibus
plura fundamenta pro hac parte adducit.
Vltimò,eſt ponderatione dignum,quòd Inſti-
tutor voluit,quòd poſt dictum D. Antonium de
Gueuara alij vocati ad ſucceſſionem dicti vincu-
li ſuccederent,prout ille, cui voluit eos æquipa-
rari,& ſicut ipſe ſolus ſucceſſit in omnibus bonis
vinculatis abſquè vlla diuiſione, idem intelligen-
28 dum eſt in vlterioribus; † nàm æquiparatorum
eſt idem iudicium, l.ſi quis ſeruo C.de furt. cap.
quanquã, & cap.quàmuis de elect. in 6. Roman.
conſ.221.nu.4.Gambar.de poteſt.legati lib.8. §.
de poteſtate eius in abſoluendo ab excommuni-
catione nu.14.Auendaño 1.par.cap.1.præt.nu.3.
29 † Et ſubſtitutiones ſequentes declarantur per
inſtitutionem præcedentem, l.qui plures 23.l.co-
hæredi 41. §. qui diſcretus ff. de vulgar. l.qui fi-
liabus 17.ff.de legat.1. Mantic.lib.5.tit.1.nu.20.
& lib.6.tit.13.nu.1.& 4. Soccin. conſ.49 nu.2. &
8. lib.1. Gratus conſ. 110. nu. 26. verſ. *nonò in
terminis* lib.2.Mieres de maiorat. 2.par. quæſt.6.
nu.70. Cæphal. conſ.581.num.13.& ſeqq. vol.4.
30 Ioan.Garz.de nobilit.in diuiſ.num.22. † nàm ſi
Inſtitutor voluiſſet, quòd ſuccederet alius,& nõ
vnus ſolummodò,illũ vtique vocaſſet ſimul cum
dicto D.Antonio de Gueuara, & alios, quos no-
minatim vocauit; & cùm illud non fecerit, non
cenſetur voluiſſe, l.1. §. ſin autem ad deficientis
C.de caduc.tollend. l.Labeo ff.de ſupellect. leg.
Ioan.Cæphal. conſ.114.num.8. Roland.à Valle
conſ.56.num.5.vol.3. Et ità mihi videtur,dictam
Neptem debere ſuccedere in omnibus dictis bo-
nis iure vinculi, & maioratus indiuiſibilis, ſal-
uo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus, ſeù annuus redditur debet conſtitui mediante pecunia numerata.*

2 *Cenſus conſtitutus abſquè pecunia nullus eſt in vtroque foro.*

3 *Cenſus non poteſt conſtitui ex pecunia anteà debita.*

4 *Tabellionem fidem facere de ſolutione pecuniæ cõſtitutionis cenſus eſt de requiſitis ſubſtantialibus.*

5 *Interpretatio fit contra producentem inſtrumentum.*

6 *Probatio omnis ſiuè per teſtes, ſiuè inſtrumenta debet eſſe certa.*

7 *Probatio debet concludere pernecesſò intentionem actoris.*

8 *Pecunia debet conuerti in vtilitatem minoris, vt obligetur, & nu.22.*

9 *Plus valet, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.*

10 *Veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur.*

11 *Veritati nemo præſcribit, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non priuilegium regionum.*

12 *Simulatio colligitur à priori, & poſteriori.*

13 *Simulatio poteſt probari teſtibus.*

14 *Simulatio probatur coniecturis, & præſumptionibus.*

15 *Simulatio præſumitur, & colligitur ex tractatu præcedenti.*

16 *Tractatus præcedentes declarant animum faciendi contractum reprobatum.*

17 *Fraudes, & ſimulationes, quæ ſolent ſecretò fieri, ſunt difficilis probationis.*

18 *Obligatio cenſus non ſeruata forma iuris inutilis eſt.*

19 *Obligatio ſinè cauſa in his Caſtellæ Regnis eſt nulla & inefficax.*

20 *Cauſa ſi reddit ad nõ cauſam, idem eſt, ac ſi actus ab initio factus fuiſſet ſinè cauſa.*

21 *Exceptio defectus cauſæ impedit viam executiuã, etiam ſtante ſtatuto reijciente alias exceptiones.*

23 *Exceptiones à iure prouenientes debet Iudex admittere ex officio, licet à parte non opponantur.*

24 *Exceptio non implementi ex parte aliqua poteſt ab alia opponi, etiàm quandò ſtatutum excluderet omnes exceptiones.*

25 *Exceptio defectus implementi poteſt opponi contra obligationem in forma Cameræ.*

26 *Pretij numeratio regularitèr excludit ſimulationẽ cenſus.*

27 *Cenſus*

27 *Cenſus nullus eſt, ſi pecunia solùm fuit oſtenſa Tabellioni, & teſtibus, & non numerata, & conſignata venditori.*
28 *Cenſus contractus nullus eſt, ſi pecunia oſtenſa fuit iterùm reportata ab oſtendente.*
29 *Dictio verè requirit veram, & actualem numerationem pecuniæ.*
30 *Verſum in rem non ſufficit, niſi verſum duret.*
31 *Factum non videtur, quod non durat.*
32 *Perueniſſe non dicitur, quod non remanſit.*
33 *Pupillus non obligatur ciuiliter.*
34 *Minor habens curatorem æquiparatur pupillo.*
35 *Minores vigintiquinque annis faciliter decipiuntur propter imbecillitatem ætatis.*
36 *Minores probantes ſe læſos reſtituuntur in integrum.*
37 *Minorum prærogatiua eſt, quòd licèt ſe obligent qui cum eis contrahunt, ipſi non obligentur.*
38 *Formam importat ſolemnitas, cum qua lex aliquid fieri decreuit.*
39 *Forma prætermiſſa, actus, & contractus vitiantur.*
40 *Nullitas contractus executionem illius impedit, nō obſtante clauſula guarentigia.*
41 *Iuramentum vnicum non ſupplet plures defectus contractus.*
42 *Simulatio contractus non tollitur iuramento.*
43 *Simulatio continet in ſe falſitatem.*
44 *Falſitas eſt immutatio veritatis cum aliud agitur, & aliud ſignificatur*
45 *Simulatio non poteſt præiudicare veritati.*
46 *Simulatum inſtrumentum non eſt vere inſtrumentum.*
47 *Simulationis exceptio ſemper poteſt opponi contra inſtrumentum.*
48 *Iuramentum ſortitur naturam actus, ſuper quo interponitur.*
49 *Iuramentum nō confirmat contractum ſimulatum, quia nullum.*
50 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
51 *Iuramentum debet habere comites veritatem, iudicium, & iuſtitiam.*
52 *Dolus eſt de rebus his, quæ reputantur difficilis probationis.*
53 *Dolus probatur coniecturis, & præſumptionibus.*
54 *Dolus debet potiùs nocere, quàm prodeſſe doloſo.*
55 *Dolus dans cauſam contractui efficit eum nullum.*
56 *Dolus excludit conſenſum & non cauſatur præiudicium ei, qui dolo inductus contraxit.*
57 *Dolus cenſetur exceptus à quocunque iuramento.*
58 *Iuramentum non præiudicat, vbi eſt dolus verus, vel præſumptus.*
59 *Iuramentum non nocet vbi impugnatur contractus ex defectu implementi alterius partis.*
60 *Arbitrio Iudicis committitur, qualis metus ſit iuſtus.*
61 *Metus probatur ex nimia perſuaſione, & minis præcedentibus.*
62 *Perſuaſio doloſa plus habet ponderis, quàm coactio violenta.*
63 *Importunitas nimia equiparatur metui quoad actus inualiditatem.*
64 *Metus iuſta ſuſpitio eſt etiàm multùm conſiderabilis.*
65 *Metus reuerentialis eſt multùm conſiderabilis.*
66 *Reuerentia nimia accedit ad metum:*
67 *Reuerentia conſideratur in nepote erga patruum, & fratre minori reſpectu maioris.*
68 *Metus reuerentialis ſolus excludit conſenſum.*
69 *Auctoritas & dignitas perſonæ etiàm abſq; comminatione tribuit iuſtam cauſam metus reuerentialis.*
70 *Metus ſempèr continet in ſe dolum.*
71 *Perſuaſiones, coactiones, & metus ſolent fieri occultè.*
72 *Teſtes duo probant perſuaſiones, & metum.*
73 *Dolus, vel metus factus, in priuatis domibus leuioribus probationibus probatur.*
74 *Teſtes ſingulares probant metum occultè illatum.*
75 *Teſtium domeſticorum probatio potior eſt ad probandum coactionem domi factam.*
76 *Metus actio eſt in rem ſcripta, daturq; contra eum, ad quem res peruenit ex metu alterius, etiā contractu oneroſo.*
77 *Læſio quandò eſt in tota ſumma, promptiùs eſt ſuccurrendum.*
78 *Contractus ſi habet læſionem enormiſſimam, reſultat probatio iniquitatis.*
79 *Læſio enormiſſima arguit dolum re ipſa.*
80 *Dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito.*
81 *Læſio enormiſſima excludit conſenſum neceſſariū in contractibus.*
82 *Læſioni enormiſſimæ non poteſt renunciare minor vigintiquinque annis, etiàm cum iuramento, & num. 83.*
84 *Iuramentum non debet eſſe iurantibus ſpoliatio, & recipientibus æterna damnatio.*
85 *Iurans non videtur de tàm magna læſione cogitaſſe, nec in eam conſentire etiàm per verba ampliſſima.*
86 *Iuramentum interpoſitū in contractu, ex quo quis enormitèr læditur, caret comitibus neceſſariis.*
87 *Iuramentum dolo extortum nunquàm confirmat contractum.*
88 *Abſolutio, aut relaxatio Iudicis eccleſiaſtici requiritur priùs, quam iudicium incboetur contra inſtrumentum iuratum.*
89 *Iudex eccleſiaſticus competens rei concedit relaxationem à iuramento.*
90 *Abſolutio à iuramento ad finem agendi, vel excipiendi conceditur ſine partis citatione.*
91 *Iuramento qui promiſit iudicio ſiſti, non videtur periraſſe, qui ex conceſſa cauſa hoc deſeruit.*
92 *Abſolutio à iuramento contractus nulli non eſt neceſſaria.*
93 *Minori enormiſſimè læſo ſi opponatur de iuramento, poteſt excipere de dolo contractus.*
94 *Maioribus ſicut minoribus conceditur abſolutio à iuramento propter læſionem enormiſſimam.*
95 *Læſio enormis cum metu reuerentiali ſufficit ad annullandum contractum.*
96 *Læſio enormiſſima vbi adeſt, etiàm alio non probato, præſumitur metus.*
97 *Contractus omnes, in quo eſt læſio enormiſſima, ſunt ipſo iure nulli.*
98 *Minor læſus ex contractu debet in integrum reſtitui.*
99 *Reſtitutio competens minoribus læſis eſt fauorabilis,*

100 Re-

100 *Remedium reſtitutionis in integrum non cenſetur excluſi lege, aut generali exclusione.*
101 *Reſtitutionis in integrum beneficium datur contra viam executiuam.*
102 *Reſtitutio in integrum neceſſaria non eſt, vbi geſta ſunt irrita ipſo iure.*
103 *Teſtibus deponentibus de proprio facto creditur.*
104 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus debet magis ſtari.*
105 *Charitas optima eſt & probata, quæ exercetur in conſanguineos indigentes.*
106 *Antidorales obligationes non poſſunt in pactum deduci.*
107 *Benefacere quilibet debet eius benefactori.*
108 *Ratificatio debet fieri animo ratificandi à minore facto maiore.*
109 *Dolus, qui interuenit in contractu, non ſanatur ratificatione.*
110 *Dolus malus ſemper cenſetur exceptus.*
111 *Reſtitutio in integrum ſi petatur intra quadriennium ſufficit.*
112 *Decretum latum ab inferiori Iudice tranſit in rem iudicatam, ſi ab illo non fuit appellatum in tempore, & facta præſentatio coram Superiore.*
113 *Sententia debet proferri attenta forma libelli.*
114 *Appellans malè condemnatur in expenſis.*

P R O

Don Petro Zapata Priore, & Canonico ſanctæ Eccleſiæ Conchenſis

C V M

Didaco de Zetina vicino dictæ Ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Minor, qui ſe obligauit cenſui, non recepta pecunia, & propter reuerentiam Patrui, in cuius domo erat, & abſquè Iudicis licentia, & Curatricis auctoritate poteſt dicere de nullitate cenſus, & aduerſus ſuam obligationem etiàm iuramento vallatam, in integrum reſtitutionem petere.

CONSILIVM CLXXIII.

1 SVpponitur in facto, quòd Don Ioannes Zapata theſaurarius, & Canonicus Eccleſiæ Conchenſis, cùm habuiſſet aliqua negotia cum dicto Didaco de Zetina, calculatis rationibus inter eos, remanſit ei debitor in ſumma 121V.520. marauedis, & cũ vellet ipſum ſuper ſolutione moleſtare, egit, vt de illis fieret ſcriptura cenſus ad vitam dicti D. Petri Zapata eius ex ſorore nepotis, vt ſoluere deberet anno quolibet 17V.360. marauedis pro redditibus; & quòd in ſcriptura appareret tanquã principalis dictus D. Petrus, ipſe verò D. Ioannes, & Alphonſus de Montemaior tanquàm fideiuſſores, de quo fuit ſtipulatum inſtrumentum 26. Nouembris anni 1604. eo exiſtente minore 25. annorum, quippè qui natus, & baptizatus fuerat de menſe Martij anni 1584. & exiſtente eius curatrice Donna Maria Zapata ipſius matre, quod cùm feciſſet coactus perſuaſionibus, & minis dicti D. Ioannis eius patrui, enormiſſimèq; fuerit læſus, & ex eo ſe oppoſuerit coram Prouiſore Conchenſi, penes quem erat petita executio vigore dicti inſtrumenti, qui cauſa cognita 17. Martij 1611. declarauit non fuiſſe locum viæ executiuæ pretenſæ per dictum Didacum de Zetina, concedendo dicto Don Petro reſtitutionem in integrum aduerſus dictam ſcripturam, abſoluẽdo ipſum ab ea, non obſtante dicto iuramento cùm cauſa fuiſſet adducta in gradu appellationis ad Tribunal Illuſtriſſ. Nuntij, cenſui, debere cõfirmari ſententiam dicti Prouiſoris ex ſequentibus.

3 Primò, quia de iure certum eſt, prædictum cenſum defeciſſe in ſubſtantia, cùm dictus Don Petrus non receperit pretium illius in pecunia numerata, vt præcisè requirebatur iuxta Conſtitutiones Martini V. & Caliſti III. de quibus in extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. inter communes, Pius V. in proprio motu de cẽſibus conſtit. 80. de qua in Bullario pag. 1532. Ludou. Lopez ſuo tract. de contractibus lib. 1. cap. 59. verſ. *ad hæc, & alia.* Surd. conſ. 318. num. 8. & ſeq. lib. 3. Bernard. Greu. ad Andr. Gail. lib. 2. obſeru. iur. obſeruat. 7. conſid. 1. requiſ. 2. nu. 9. & 10. Nicol. Intrigl. ſuper Bulla Papæ Nicolai de cenſib. q. 7. num. 1. & ſeqq. Auendaño de cenſib. Hiſpan. cap. 37. num. 1. & ſeqq. Ludouic. Cencius tract. de cenſib. par. 2. quæſt. 1. artic. 5. num. 4. & ſeqq. & artic. 6. num. 18. cum traditis per Felician. tract. de cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 12. & 15. verſ. *altera eſt*, & tom. 2. eodem lib. & cap. num. 6. Ant. Gomez iunior tract. de cenſib. cap. 3. cond. 3. nu. 7. & ſeqq. & num. 12. Caballin. tract. de vſur. nu. 355. quod comprobat Palacios lib. 4. de contract. cap. 6. verſ. *item quòd pecunia ſit numerata.*

2 † Nàm aliàs contractus cenſus erit nullus in foro exteriori, & conſcientiæ, Molina Theolog. tract. de contractib. par. 2. diſput. 390. num. 1. in fine, Cencius d. artic. 5. nu. 5. & artic. 6. nu. 24.

3 † Quod procedit in tantum, quòd licet antea deberetur pecunia, nõ poſſet ex ea conſtitui cenſus aduerſus debitorem, vt ſatis deducitur in ijs Regnis ex l. 8. tit. 15. lib. 5. recopilat. & reſoluit Felician. d. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 14. & 18. & tom. 2. eod. lib. & cap. num. 7. vbi refert Nauarr. idem tenentem quòad forum exterius in commentario ad proprium motum Pij V. de forma creandi cenſus num. 88. & conferunt, quæ tradit Cencius d. artic. 5. num. 5. & ſeq. ſuper nullitate cenſus empti per delegationem nominum debitorum, vel ex redditibus aliorum cenſuum, pro quo plures Auctores allegat; quarè ſi reſpectu dicti D. Ioannis debitoris erat nullus, multò magis

magis reſpectu dicti Don Petri, quem negotium
non tangebat.
4 † Nec obſtabit dicere, quòd in ſcriptura faciat
fidem tabellio, quòd tempore contractus coram
eo, & teſtibus interuenit pecunia numerata,
quod eſt vnum de requiſitis eſſentialibus ad va-
liditatem cenſus, ex conſtitutione Pij V. & re-
ſolutionibus DD. Felician. tom. 1. lib. 1. cap. 8.
num. 15. verſ. *altera*, & cap. 9. nu. 10. verſ. *hincque*,
& tom. 2. lib. 3. cap. vlt. num. 5. verſ. *& licèt in mu-
tuo*, Virgin. de Boccac. tract. de cenſib. par. 1. nu.
44. & ſeqq. Ludou. Cencius d. q. 1. art. 7. nu. 5. vbi
refert, ita fuiſſe à Rota deciſum coram b. m. Car-
dinali Pamphilio 29. Martij 1593. quæ eſt poſt
tract. deciſ. 103. num. 8. & coram R. P. D. Manza-
nedo 12. Ianuarij 1607. in vna Rauennatenſi Sal-
uiani interdicti, quæ eſt poſt tract. deciſ. 126. nu.
8. poſt alios, quos allegat, nàm reſpondetur, quòd
immò non conſtat ex ſcriptura pecunias fuiſſe
conſignatas dicto D. Petro, nec in eius vtilitatẽ
5 cõuerſas, † ideò interpretatio debet fieri aduer-
ſus Didacum de Zetina, qui inſtrumentum pro-
duxit, argum. l. veteribus ff. de pact. iuncto cap.
imputari de fide inſtrum. Abbas in cap. ſi cautio
num. 1. eod. tit. Florian. de Sancto Petro conſ. 10.
num. 9. & exiſtente dubio nõ reſultat probatio,
quòd dictus D. Petrus pecunias receperit, vel di-
ctus Don Ioannes, vt breui manu eas relinqueret
dicto Didaco de Zetina, pro quo eſt Baldi do-
6 ctrina in l. teſtium nu. 15. C. de teſtib. † qui in
l. 1. nu. 3. C. de probat. inquit, quòd quælibet pro-
batio ſiuè ſit per inſtrumenta, ſiuè per teſtes, de-
bet eſſe certa, Florian. in l. Lucius §. pater nu. 4.
ff. de legat. 2. Martin. Vran. conſ. 15. nu. 22. & 23.
7 tom. 1. † & debet concludere perneceſſe inten-
tionem actoris, l. neque natales C. de probation.
cap. in præſentia eod. tit. Alex. in l. ſi conſtante
num. 7. ff. ſolut. matrim. & conſ. 132. nu. 18. conſ.
152. nu. 1. vol. 5. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 16. nu. 4. & 5. Roderic. Xuar. in l. 1. tit. *de las
arrhas* num. 20.
8 † Nec ſolùm requirebatur, quòd pecunia fuiſ-
ſet conſignata dicto Don Petro, ſed quòd verſa
eſſet in eius vtilitatem, cùm aliàs nec minor, ne-
que alia perſona priuilegiata obligentur, cap. pe-
nult. de fideiuſſor. l. Ciuitas, vbi DD. ff. ſi certum
petatur, l. 3. tit. 1. partit. 5. auth. hoc ius porrectũ
C. de ſacroſ. Eccl. & in proprijs terminis Gaſp.
Roderic. tract. de annuis redditibus lib. 1. quæſt.
14. num. 33. vbi concludit, quòd minor non po-
teſt conueniri ex contractu redditus, niſi con-
ſtet ſortem principalem in eius vtilitatem verſã
fuiſſe.

Nec obſtabit dicere, quòd in inſtrumento aſ-
ſeritur, quòd dictus Don Petrus ſumebat cenſũ
tanquàm principalis, & eius patruus tanquàm
fideiuſſor, quia adhùc ſtandum eſt veritati tra-
ctatus, qui fuit vt hac via cum damno dicti Don
9 Petri ſatisfieret dicto Didaco de Zetina, † quod
attendendum eſt, & non quòd in ſcriptura con-
fictum fuit, vt in rub. C. plus valere, quod agitur,
quàm quod ſimulatè concipitur, l. 1. eiuſdem
tituli, ibi: *in contractibus rei veritas potiùs, quàm
ſcriptura inſpici debet*, Annæus Robert. lib. 1. rerũ
iudicat. cap. 2. quam veritatem probatam habet

dictus D. Petrus, & quòd pecuniæ non reman-
ſere penès eum, nec eius patruum, ſed quòd ip-
ſas ſecum reportauit Licentiatus Zetina, filius
10 dicti Didaci, & quædam illius famula, † & quẽ-
admodùm dicit Vlpian. in l. illicitas §. 1. ff. de off.
Præſid. *Veritas rerum erroribus geſtorum non vi-
tiatur, & ideò Præſes Prouinciæ id ſequatur, quod
conuenit eum ex fide eorum, quæ probantur ſequi.*
Aulus Gellius lib. 14. noctium atticar. cap. 2. Co-
uar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. Morot. reſponſ. 29.
nu. 34. Marcell. Fortunat. tract. de veritate, & er-
rore 1. par. num. 35. l. 2. C. de errorib. Aduocator.
l. multùm intereſt C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. inter-
rogatam, & l. nec omiſſa, ibi: *nec falſa ſimulatio
veritatem minuit, cùm itaque ad examinationem
veri omnis iure prodita debeat admitti probatio:
aditus Præſes Prouinciæ ſolẽnibus ordinatis, prout
iuris ratio patitur cauſam liberalem inter vos de-
cidi prouidebit*, C. de liber. cauſ. Renat. Choppin.
lib. 2 de ſacra polit. tit. 6. nu. 7. pag. mihi 409. di-
11 cens: † *Veritati enim nemo præſcribere poteſt, non
ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, nõ
priuilegium regionum.*

Et ſimulatio fictæ traditionis pecuniarum
probata eſt teſtibus dicti Don Petri, qui viderũt
eas portari per dictum Licentiatum Zetina, eun-
12 demque eaſdem ſecum reportaſſe; † nàm ſimu-
latio poteſt à priori, & poſteriori colligi, vt tra-
dit Stephan. Gratian. tom. 2. diſceptat. cap. 207.
num. 10.
13 † Poteſtque non ſolùm probari teſtibus, prout
eſt probata per dictum D. Petrum Zapata red-
dentibus rationem de viſu, ex his, quæ tradunt
Eman. Suar. receptar. ſententiar. iuris, verb. *ſimu-
latio* num. 102. Menoch. conſ. 39. num. 11. Franc.
Burſat. conſ. 153. nu. 1. tom. 2. Additio ad Alexan.
conſ. 28. nu. 14. lib. 5. Ioan. Vinc. Honded. conſ. 46.
nu. 52. lib. 1. Stephan. Gratian. d. tom. 2. cap. 252.
num. 21.
14 † Sed etiàm præſumptionibus, & coniecturis,
vt probant Bald. conſ. 349. nu. 2. par. 4. Paul. Ca-
ſtrenſ. conſ. 319. num. 3. & conſ. 380. num. 2. par.
1. conſ. 58. num. 3. & 4. & conſ. 109. num. 1. par. 2.
Alex. conſ. 197. à nu. 7. lib. 7. Menoch. lib. 2. de ar-
bitr. caſu 147. per totum, Maſcard. de probat.
concluſ. 439. & ſeqq. Carol. de Graſſ. tract. de ex-
ceptionib. except. 12. nu. 26. verſ. *quomodò autèm
probetur*, Aymon Crau. conſ. 156. num. 7. & conſ.
491. num. 13. Hieron. Gabr. conſ. 74. nu. 2. & 13.
vol. 1. Gratian. d. tom. 2. cap. 255. nu. 1. 4. & ſeqq.
& tom. 3. cap. 580. num. 34. & ſeq. Surdus deciſ.
Mantuan. 43. num. 17. & conſ. 371. num. 93. vol. 3.
Seraphin. deciſ. Rotæ 660. num. 3. Cornaz. deciſ.
Lucenſ. 41. nu. 8. & 10. & ex noſtris Hiſpanis Gre-
gor. Lopez in l. fin. tit. 11. partit. 5. gloſ. fin. Ioan.
Gutier. in l. nemo poteſt num. 401. ff. de legat. 1.
Cæuall. tom. 3. practicar. q. 804. nu. 17.
15 † Quæ ſimulatio, & fraus probatur ex tracta-
tu præcedenti inter dictum D. Ioannem Zapata,
& Didacum de Zetina, vt ſatisficeret illi de eius
debito mediante conſtitutione cenſus, iuxta for-
mam prædictam, gloſ. 2. in l. apud Celſum ff. de
doli except. Bald. in d. l. multùm intereſt circa
finem, C. ſi quis alteri, vel ſibi, Crauet. conſ. 115.
nu. 6. poſt Cepoll. conſ. 2. verſ. *prima coniectura*,
Bart.

Digitized by Google

Bart.& Bald.in l.pacta nouiſſima C.de pact. Decius conſ.543.num.19. Tiraq. de retract. lignag. §.1.gloſ.14.num.24.& ſeqq.Menoch.lib.3.præſ. 122.num.45.Bald.in l.cùm alleges nu.52. C.de
16 vſur. dicens, † quòd tractatus præcedentes declarant animum faciendi contractum reprobatum, Gratus reſp.47.num.27.tom.1.Boer.deciſ. 183.nu.16.in princ. dicens, quòd ad probandum contractum ſimulatum, vel vſurarium, ſufficit probare pręcedentia pacta ante firmata per partes; licèt poſtea tempore contractus, & ſcripturæ non interuenerint teſtes, qui hoc probant.

17 † Quod comprobatur, quia cùm ſimiles fraudes, & ſimulationes fiant cum ſecreto, & cautela, nec poſſint ita faciliter probari, probantur ſufficientèr coniecturis, l.dolum C.de dolo, DD.in l.ſi quis ex argentarijs §.penult.ff.de edend.gloſ. verbo *ſi tamèn* in cap. cùm in Diœceſi de vſuris, Gratus reſp.81.num.42.& ſeq.lib.2.Bart.& alij in l. poſt contractum ff.de donat. Decius conſ. 644. incip.viſo num.4. Cæphal. conſ.198 nu.16. Mandell.Albenſ. conſ.9.nu.15.& conſ.97. nu.3. tomo 1.

Et vt magis in ſpecie appareãt defectus, quos patitur dictum inſtrumentum, qui excludunt effectum illius, inefficaxque reddunt tàm in via executiua, quàm ordinaria, adducẽtur in ſpecie.

Primus defectus eſt cauſæ, cùm dictus D.Petrus Zapata non eſſet debitor dicti Didaci de Zetina, nec ab eo receperit pecunias, vt ad illius
18 fauorem ſe obligaret, † quarè obligatio remanſit inutilis, & ille poteſt doli exceptione repelli, l.2. §.circa ff. de doli mali, & metus exceptione, vbi DD. Angel.in §.de conſtituta num.2. Inſtit.de actionib.Andr.de Iſern.in cap.1. ſi de feud.vaſal. ab aliquo interpellat.fuer. Ioan.Vinc.de Anna alleg.17.num.4. Anton.Gomez.lib.2.variar.c.2. de qualitate contractuũ nu.3. & 4. Didac. Perez in l.3.tit.8.lib.3. noui ordinamenti, Matienzo in l.2.tit.16.lib.5.nouæ recop.gloſ.1.nu.8.Azeued. in l.1.tit.21.lib.4.nouæ recop.nu.170. Auendaño cap.30.prętor.nu.5.verſ.*ſeptimò requiritur* par.2. Paz in praxi 1.tom. par.4.cap.3.nu.10.verſ.*item*
19 *exceptio*, † qui omnes reſoluunt, quòd exceptio defectus cauſæ in his Regnis eſt legitima, & impedit executionem contractus, comprobat Alex. conſ.4. lib.1. & conſ.3.nu.2.lib.2. Roman.conſ. 292.ad finem, Ioan.Vinc.de Anna ſingul.250. dicens, quòd ſtante Ritu M.C.Vicariæ inſtrumentum ſinè cauſa nõ exequitur, præſumitur ſaltèm per errorem emanaſſe promiſſio ſinè cauſa, DD. in cap.ſi cautio de fide inſtrum. Cæph.conſ.108. num.9.tom.1.

Et idem eſt, quandò à principio interueniſſet,
20 ſi tamèn defeciſſet poſteà, † nàm quotieſcunq; cauſa reddit ad non cauſam, perindè eſt, ac ſi actus ab initio factus fuiſſet ſinè cauſa, l. ſi Fullo ff.de condict. ſinè cauſa, Alex.conſ.206. ponderatis verbis vol.6. Gomez. reg. de trien. poſſeſſ. q.18.Ioan.Vinc.de Anna alleg.116.nu.6.

Quod confirmatur, nàm cùm ipſe Didacus de Zetinã mediante eius filio, iterum reportaſſet pecunias, quæ apparuerat tempore ſtipulationis contractus, perſpicuum eſt non adimpleuiſſe ex parte ſua, & D. Petro Zapata competere exceptionem rei, ſiuè pecuniæ nõ traditæ, l.ſed ſi 32. ff.de fideicom. libert. l.ſi filiuſfamilias 2. ff. quarum rerum actio non detur, in quibus I.CC. iniquum cenſent, quòd quis velit rem, & pretiũ
21 retinere, † & ita exceptio iſta impedit viam executiuam etiàm in terminis ſtatuti repellentis reliquas exceptiones Bald.in l.ex ijs prædijs nu. 1. per tex.ibi C.de euict. Ant. de Canario tract. de execut.inſtrum.quæſt.27. Brunor.à Sole in compend.reſolutionum iuris, verbo *exceptio implementi*, Magon.deciſ.Lucenſi 11 num.3. Ioſeph Ludou. deciſ 50.nu.1. Surd. conſ.19.nu.3.vol.1. Cæphal.conſ.312.num.100. Roland.à Valle conſ. 53.nu.32.vol.1.Azeued.in d.l.1.nu 84.& ſeq.tit. 21. lib.4. recopilat.& ex Palacio Rubios, & alijs Paz d.cap.3.nu.6. verſ.*itèm exceptio*, vbi concluſiunt, quòd exceptio iſta poteſt opponi non obſtante iuramento.

22 † Et dicto Didaco Zetina, tanquàm actori incumbebat concludentèr probaſſe, quòd pecunia remanſerat penès dictum D.Petrum, & conuerſa fuerat in vtilitatem illius, ex regula l.actor, vbi Salic.nu.6.C.de probat. Magon.deciſ.11.nu.10. Graſſ. de except.d.except.3.nu.17. verſ.*& nota*,
23 † qui in num.4.verſ.*amplia ſecundò*, ex plurium auctoritate reſoluit, quòd ſimiles exceptiones licèt nõ fuiſſent per partem propoſitæ, debet eas ex officio Iudex admittere, optimè Parlador. lib.2. rerum quotidianarum cap.fin. 5.par. §.11. num.26.

24 † Et quia cùm dictus Didacus de Zetina non adimpleuerit ex parte ſua, exceptio non implementi eſt tàm priuilegiata à iure, quòd venit admittenda, etiàm ſi ſtatutum eſſet excluſiuum omnium exceptionum, Bart.in l.1. §. & parui ff. quod vi, aut clam nu.3. Brunor.à Sole vbi ſupra, verbo *exceptio implementi*, Surd.de aliment.tit.7. quæſt.17.num.26.& tit.8.priuil.61.num.26 Maſcard.de probat. concl.1387.nu.21.lib.3. Oſaſc. deciſ. 50.num.10. Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.50. num 3. lib.1. Hieron. Magon. deciſ.Florent.66. num.6.& deciſ.143.nu.5. Crau.conſ.151.nu.10.
25 Fab.Turret.conſ.74.nu.38.lib.1.vbi ait, † quòd poteſt opponi contra obligationes in forma Cameræ, quæ ſunt magis executiuæ, quàm aliæ, quarum habetur notitia, & licèt inſtrumentum ſit iuratum, Ioſeph Ludou.concl.14.illat.94.ampliat.16.Magon.deciſ.11.nu.4.Menoch.conſ.55. nu.9.& 10.lib.1.

26 † Nec obſtabit dicere, quòd & ſi ſimulatio ex non numeratione præſumatur, vt per Carolum Ruyn.conſ.170.nu.5.vol.4. è contrario numeratio pretij excludit ſimulationem cenſus, vt ex Crau. conſ.145.nu.7.& conſ.366. nu.26. cenſuit Steph.Gratian. tom.5.diſcept.cap.952.num.14. quia reſpondetur, quòd non fuit ſufficiens, quòd pecunia appareret propter formam, cùm non remanſerit penès dictum D.Petrum, ſed eãdemmet reportauerit dictus Didacus de Zetina,
27 † nàm ſicut nullus eſſet cenſus, in cuius emptione pretium fuit ſimplicitèr oſtenſum, & non numeratum venditori coram teſtibus, & Notario, vt affirmat Nauar.in comment.de vſur. nu. 88.& ſequitur Virgin.de Boccat.tract.de cenſib. par.1.nu.47. Ioan.Vinc.Honded.conſ.25.nu.36. lib.1.

lib. 1. Michael Salon. in ſuo tract. de contractib.
& commerc. human. tit. de cenſib. art. 3. controu.
7. num. 6.
28 † Eodem modo contractus præſumitur ſimu-
latus quoad numerationem pecuniæ, ſi probetur
pecuniam fuiſſe ſimpliciter demonſtratam, ſed
poſtmodum ab oſtendente ſecum reportatam,
vt concludit Riminald. ſenior conſ. 407. per tot.
& maxime nu. 11. & ſeqq. lib. 3. Ludou. Cencius
d. tract. de cenſib. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 7. num. 10.
dicens, quod pro ſimulatione, & nullitate cenſus
fuit reſolutum in Rota coram bonæ memoriæ
Iuſto in vna Romana ſimulationis cenſus, quæ
deciſio eſt poſt dictum tractatum deciſ. 128. nu.
4. in fine, & bene faciunt, quæ dixit eadem Rota
coram D. Manzanedo 7. Maij 1610. in vna Aſſi-
ſienſi pecuniarum, quæ eſt ibidem deciſ. 120. nu.
1. ad finem, & in eadem cauſa coram eodem 28.
Ianuarij 1611. quæ eſt ibidem deciſ. 30. nu. 3. in
fine & num. 5. quia Papa Pius V. voluit in ſua
Bulla, quod pretium cenſus vere ſolueretur ven-
29 ditori coram Notario, & teſtibus, † quæ parti-
cula *vere* importat veram, & actualem numera-
tionem, Boccac. d. tract. de cenſib. par. 1. nu. 48.
Marcheſan. tract. de comm ff. cap. de commiſſ.
appellat. in cauſa contra Cameralem obligationẽ
par. 1. §. 2. nu. 58. Cencius vbi proxime num. 11.
concludens, quod impropria, & non vera nume-
30 ratio nõ ſufficit, † ſicut in ſimili dicimus, quod
non ſufficit in rem alicuius eſſe verſum, niſi ver-
ſum duret, l. ſi pro parte §. verſum ff. de in rem
verſo. Gregor. Lopez in l. 23. tit. 12. par. 5. gloſ. 6.
31 † nec videtur factum, quod non durat, l. acce-
ptis ff. ad leg. falcid. gloſ. in §. quod ergo, verſ. *va-
cuum* de pœnit. diſtinct. 2. cap. nam ego, vbi gloſ.
32 de verb. ſignific. l. maritus ff. locati, † nec dici-
citur perueniſſe, quod non remanſit, l. aliud eſt
capere 2. reſponſ. ff. de verbor. ſignif. l. 1. §. perue-
niſſe ff. de hæredit. vel actio. vend. cum pluribus
ſimilibus congeſtis per Capoll. in l. quod ſi ita
ſancitũ eſt §. quod aiunt nu. 8. & ſeqq. ff. de ædi-
lit. edicto.

Secundus defectus eſt, quia dictus D. Petrus
erat minor, & habebat in curatricem D. Mariam
Zapatam eius matrem, ſine cuius conſenſu, &
auctoritate non poterat valide contrahere, imo
33 contractus fuit nullus, † non enim potuit ſe
obligare etiam ciuiliter l. ſi pupillus, vbi glo. & in
l. puberes ff. de verbor. oblig. l. ſi pupillus ff. ad l.
falcid. l. ſi curatorem habens C. de in integr. re-
ſtit. minor. vbi poſtquam dixerat, minorem ſine
curatoris auctoritate contrahentem obligari nõ
poſſe, & contractum eſſe nullum, eam ſubiungit
rationem, *cum non abſimilis ei habeatur minor cu-
ratorem habens, qui a Prætore curatore dato bonis
interdictum eſt*, Couar. in cap. quamuis pactum
2. par. §. 3. num. 8. Menoch. lib. 3. præſumpt. 56.
num. 10. Caualc. deciſ. Florzan. 31. num. 13. par. 1.
Surd. de aliment. tit. 9. q. 44. num. 22. qui pro eo
ponderant text. in l. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub
tutela, vel cura ſunt, l. fin. C. de rebus alienis non
alienandis.
34 † Quia minor curatorem habens æquiparatur
pupillo, gloſ. verbo *abſimilis* in d. l. ſi curatorem
habens, vbi Caldas Pereyra num. 1. & 35. Greg.
Lopez in l. 13. tit. 13. partit. 5. glo. 2. Ioan. Gutier.
in auth. ſacramenta puberũ C. ſi aduerſ. vendit.
num. 104.
35 † Ius enim præſumit minores viginti quinque
annis propter imbecillitatẽ ætatis faciliter decipi
ſolere; l. 1. ff. de minorib. vnde Theodoricus Rex
apud Caſſiodor. lib. 4. variar. cap. 35. dixit: *Con-
ſulto prouida decreuit antiquitas minores contra-
ctus liberos non habere, vt & inſidiantium laquei
fruſtrarentur, & lapſis ætas lubrica ſubueniret. Ob-
ruperetur quippe innocẽtia, ſi relaxaretur audacia,
eſſetque cunctis fallendi ſtudium, ſi fraus ſubrepti-
tium lucraretur effectum.* Et comprobat Vlpian.
lib. 11. ad edictum. vbi ait: *infirmum eſſe huiuſmo-
di ætatis conſilium multis captionibus ſuppoſitum,
multorum inſidijs expoſitum, ideo auxilium eis præ-
tor edicto pollicitus eſt, & aduerſus captiones opi-
tulationem*, idem Caſſiodor. d. lib. 4. cap. 9. dice-
bat, quod patris auxilio nudati, multorum iniu-
rijs ſolent de nouo exponi, quorum adoleſcentia
peruia videtur incommodis, Emanuel Coſta in
l. ſi ex cautione C. de non numer. pecun. §. hoc
36 autem biennij tempus nu. 2. & 3. † dicens, quod
ſi minores probauerint ſe læſos fuiſſe, in integrũ
reſtituentur, l. ait prætor §. 1. ff. de minor. l. verũ
cum l. ſeq. ff. de inſtitor. actio. addens, quod ſi
minores mutuæ pecuniæ ſibi fœnori datæ con-
ſcripſiſſent, etiam lapſo vigeſimoquinto ætatis
anno, & præterea biennio habituros, d. l. ex cau-
tione emolumentum, ſi allegabunt ſe cum mi-
nores ætate eſſent captos fuiſſe, qui ad funebrẽ
pecuniam ſe obligauerint, taliter vt creditor non
tantum numerationem probare tenebitur; ſed
quod pecunia in rem minorum verſa fuit, alio-
quin reſtitueretur in integrum minor, qui odio
fœneratoris captus præſumitur, l. 1. vbi gloſ. ad-
uerſus creditor. Alex. in l. Ciuitas nu. 11. ff. ſi cer-
tum petatur, And. Sicul. in cap. 1. nu. 5. ff. depoſiti,
Soccin. conſ. 115. lib. 1. Decius in l. ſingularia nu.
21. ff. ſi certum petatur, Franc. Ripa in l. 1. §. *ſi is,*
qui bona nu. 12. ff. de pignor. Caldas *Pereyra in*
d. l. ſi curatorem habẽs, verbo *læſis nu. 1. & ſeqq.*
quæ doctrinæ ſatis conferunt caſui noſtro, in
quo dictus Don Petrus nullis receptis pecunijs
ſe obligauit ad fauorem dicti Didaci de Zetina
pro ſumma exceſſiua intereſſe annui ſua vita
durante.
37 † Rurſus, quia ea eſt prærogatiua minorum,
quod quamuis obligetur, qui cum eis contrahit
ad beneficium illorum, ipſi tamen non remanẽt
obligati, vt in principio Inſtit. de auctorit. tutor.
& tradit Sarmient. de redditib. eccleſiaſt. cap. 2.
numer. 15. par. 1. cuius ratio eſt, quia ſicut in
contractu pupilli lex requirit pro forma præsẽ-
tiam tutoris, ita in contractu adulti habentis cu-
ratorem requiritur pro forma illius auctoritas,
ſine qua remanet inhabilitata perſona minoris
propter formæ defectũ, ne poſſit ipſe ſolus con-
38 trahere; † nam quando res debet fieri cum
aliqua legis ſolemnitate, talis ſolemnitas formam
importat, l. obligari §. tutor ff. de auctor. & con-
ſen. tutor. cap. cum dilecta 28. de reſcript. vbi Fe-
lyn. nu. 6. verſ. *tertium ſignum*, Mexia ad leg. To-
leti 2. par. fundam. 12. nu. 1. & ſeqq. Beccius conſ.
39 12. nu. 26. Ioan. Cephal. conſ. 171. num. 11. † &

forma

forma prætermiſſa actus, ſeù contractus vitian-
tur, Bald.& Imola in l.1. ff.de liber.& poſthum.
l.cùm hi §.eam tranſactionem ff. de tranſaction.
Cæphal.conſ.219.num.4.volum.2. Marc.Anton.
Eugen. conſ.88.num.43.lib.1. Zaſius conſ.5. nu.
94. lib.1. Aymon Crauetta conſil.12. num.2. &
conſ.177. num.5. Roland. à Valle conſ.72. num.
64. lib. 3.

40 † Et hæc nullitas contractus impedit execu-
tionem illius,non obſtante clauſula guarentigia,
vt ex Auendaño, Mexia, Villalobos, Couarru. &
alijs tradunt Auiles cap.10. prætorum, gloſ. *exe-
cuçion* num.61. Azeuedo in l.2.tit.21.lib.4.reco-
pilatio.num.91.verſ. *quartò opponi poteſt*, Suarez
de Paz in praxi tom.1. par.4. cap.3.num.2. verſ.
iſta exceptio nullitatis,qui exemplum ponunt in
nullitate obligationis filijfamilias,& minoris,atq;
mulieris nuptæ.

Nec obſtabit dicere, quòd hi defectus ſup-
pleantur per iuramentum, quod interpoſuit di-
ctus Don Petrus in dicta ſcriptura, nàm vltra,
quòd vti apparet ex ea ſolùm iurauit ratione
minoris ætatis, & non eò, quòd fuiſſet expreſ-
ſum habere curatricem, aut ex alijs nullitatibus,
quas ſcriptura cōtinet, debet animaduerti,quòd
41 eſt certa iuris reſolutio, † quòd vnicum iura-
mentum non debet ſupplere plures defectus,
Florian.de Sancto Petro in l.quæ pater num.54.
ff. famil. erciſcundæ, Monferrat. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta num.3. ff.de verbor.oblig.
Chaſſan.conſ.7.num.27. Carol.Ruyn. conſil.98.
num.7.lib.1. Hieronym.Cagnol.in l.2.num.110.
& ſeqq. C.de reſcind.vendit. Marc. Ant. Eugen.
conſ.3.num.36.& conſ.63.num.78.lib. 1. & plu-
res alij, quos refert, & ſequitur Tello Fernand.
in l.17. Tauri num.108. in hac autèm cauſa plura
42 concurrunt, vt iuramentum non valeat, † & in-
ter ea ſufficit ſimulatio contractus, quæ non ex-
cluditur per iuramentum,vt probant Bald.conſ.
278.num.3.par.5. Cardinal.in cap.ad noſtram
in fine num.3.verſ.*ſecundò quæro* de emption. &
vendit. gloſ.verbo *emptione* in l.3.C.plus valere,
quod agitur, quam ſequitur Iaſ.num.7.in §.item
ſi quis in fraudem, Inſtituta de actionibus, vbi
Ludouic. Gomez. num.1. verſ.*ſecundo præmitte*,
Ioan.Neuizan. conſ.23. num.1. Hieron. Gabriel
conſ.31.nu.28.lib.1. Nicol.Bellon.conſ.48.nu.4.
Ioan.Vincent.Honded. conſ.46.num.35.vſque
ad 38.lib.1.Surd conſ.360.num.18 lib.3.& conſ.
489.num.24. Stephan.Gratian.tom.2.diſceptat.
cap.255. num.28. & tom.5.cap.826.nu.29.& 31.
Seraphin.de priuileg.iuram. priuil.50. num.8.ad
finem verſ.*contrariam tamen partem*,Menoch.de
præſumpt. lib.3. præſ.12.num.44. Cæuall.lib.3.
practicar.quæſt.804.nu.1.& ſeqq.

43 † Cuius ratio eſt, quia ſimulatio continet in
ſe falſitatem, d.l.nec omiſſa C. de liberali cauſa,
Bald. in l.ſi non verùm num.1. C. de donat. in-
ter virum,& vxorem,Ioan.Gutier.in l.nemo po-
teſt à num.372.ff.de legat.1.Marcheſan.tract.de
commiſſ.3.par.§.2.nu.52.& ſeqq.tit.de commiſ.
relaxat.iuram.ad effect.agen.

44 † Et falſitas eſt mutatio veritatis, cùm aliud
ſignificatur, & aliud agitur, l.1.§.2. ff. de dolo,
Auendaño in l.4. tit. *de las excepçiones* num.31.
45 Et ita ſimulatio non poteſt præiudicare veritati,
l.emptor ff.de aqua pluuia arcenda, l.cùm ea,
quæ C.de tranſaction.l.1.tit.26.partita 3.Rebuff.
ad Conſtit. Regni Franciæ tract.de liter.obligat.
artic.1. gloſ.9.num.22. Auendaño in dictionario
verbo *falſedad*,Alciat.conſ.62.nu.2.lib.5.& conſ.
78.num.4.eodem libro ſecundum nouiorem im-
preſſionem Baſileæ.

46 † Et ita notabilitèr dixit Bald.in l.final. §.in
computatione num.18. C.de iure deliber. quòd
inſtrumentum ſimulatum non eſt inſtrumentū,
47 nec tale nomen meretur, † & quòd talis exce-
ptio ſimulationis poteſt ſemper contra illud op-
poni, l. ſi ſub ſpecie C. de poſtul. Menoch. dicta
præſumpt.12. num.57.& ex Soccino in l.1. ſub
nu.102. verſ. *ſecundò limita* ff.ſolut.matrim. tra-
dit Ioan.Cæphal.conſ.101.nu.25.vol.1.

48 † Et quemadmodùm iuramentum ſortitur
naturam contractus, ſuper quo interponitur, l.
finali C.de non numer. pecun. cap. peruenit, &
cap.quemadmodùm de iureiurando, l.fin. ff.qui
ſatiſd.cogant. Gratus reſponſ.15.nu.5.& reſponſ.
30.nu.8.lib.1. Hieron.Gabr.conſ.63.nu.5. Ioan.
Ant.Trigon. ſingul.33.nu.2. Flamin.Pariſ. de re-
ſignat.beneſic.lib.1.quæſt.8.nu.14. Gutier.in d.
authent.ſacramenta puberum nu.26. Rodriguez
49 lib.2. de annuis reddit. quæſt.22.nu.14. † Cùm
contractus ſimulatus ſit nullus, ſequitur, quòd
iuramentum non poteſt illum confirmare,vt in-
quit Cæuall.d.quæſt.804.nu.3. vbi rationem red-
50 dit, † quòd iuramentum tali caſu foret vincu-
lum iniquitatis,quod eſſe non debet, l.ſi quis in-
quilinos §.fin. ff.de legat.1. cap.inter cætera 22.
quæſt.4.& cap.quanto de iureiur. Marc.Anton.
Eugen.conſ.12.num.63.& ſeq.Mandell.conſ.81.
nu.54.Gratus reſponſ.1.nu.62.reſpon.15.nu.35.
& reſponſ.88. num.5.lib.1. Alex.conſ.118.nu.2.
lib.7.Crau.conſ.229.nu.9.& 10.

51 † Quia iuramentum quodlibet debet conti-
nere tria requiſita tradita per Doctores, ſcilicèt
veritatem, iudiciū,& iuſtitiam, cap. animaduer-
tendum 22.quæſt.2.cap.innocens §.quod autèm
22.quæſt.4.Roderic.Xuarez conſ.3.nu.29.& 33.
Curtius iunior conſ.141.nu.9.Crauett.conſ.144.
nu.16. Alciat.reſponſ.107.nu.12. & reſponſ.154.
nu. 6. Gutier.in dicta l. nemo poteſt num.385.
Flamin.Pariſ. lib.2.de reſignat. beneſic. quæſt.1.
num. 27.

Vlteriùs, quia non poteſt negari, quòd pro
parte dictorum Don Ioannis Zapata, & Didaci
de Zetina interuenerit quædam ſpecies doli, ef-
ficiēdo,quòd dictus Don Petrus ſe obligaret pro
capitali cenſus, & exceſſiuis reditibus illius, non
recepta pecunia, vt ex eo ſit nullus contractus,
52 † & cùm dolus ſit de his,quæ in iure reputantur
difficilis probationis, vt per Boer.quæſt.101.nu.
3.& 4. Menoc.lib.2.de arbitr.Iudicum caſu 116.
nu.21.Flamin.Pariſ.lib.3.de reſign.beneſ.quæſt.
1.num.211.

53 † Ideò probatur concludentèr coniecturis, &
præſumptionibus, l. dolum, vbi Doctores C. de
dolo, Franciſc. de Aretio conſ.146. num.7. Ca-
gnol. in l.vnic. num.131. C.de ſentent. quæ pro
eo, quod intereſt profer. Flamin. Pariſ. dicta
quæſt.1.nu.101. Gratus conſ.53.nu.9. conſ.132.

eod.num.& conſ.135.nu.42.lib.1. ex quo reſul-
54 tant plures effectus; vnus,quòd † talis dolus de-
bet potiùs nocere, quàm lucrum cauſari dicto
Didaco, l.eum, qui ff.quod cum eo, cap.intelle-
ximus de iudic.l.nè ex dolo ff.de dolo, Tiraq.de
retractu lignag. §.1. gloſ.9. nu.67. Surd.de alim.
tit.1. quæſt.42.nu.104. & tit.7. quæſt.16.nu.96.
quæſt.37.nu.34.& quæſt.41.nu.2.Mantua ſingul.
17.num.3.
55 † Alter effectus eſt, quòd cùm dolus dederit
cauſam contractui, illum efficit nullum, & ineſ-
ficacem, Ioannes Trigonus ſingul.92.num.6. latè
Hieronym. Gonzalez ad reg.8. Cancellariæ gloſ.
56. num.75.& ſeq. Flamin. Pariſius lib.9. quæſt.
27. num.2. qui lib.3.quæſt.3.nu.3.poſt Abbatem
in cap.cùm dilectus in fine, de iis, quæ vi,& Pa-
56 riſ. conſ.100.num.72.vol.1. concludit, quòd in-
teruenientc dolo excluditur conſenſus; & per
conſequens nõ cauſatur præiudicium ei, qui tali
dolo mediante contraxit,ex eodem Pariſio conſ.
25. num.31. vol.4. quàmuis iuraſſet contractum,
57 † nàm à quocunque iuramento cenſetur dolus
58 exceptus, Oſaſc.deciſ.41.num.30. † & ideò vbi
adeſt dolus verus, vel præſumptus non præiudi-
cat iuramentum, Alexand. conſ.151.nu.14.lib.7.
Hieronym.Gabriel conſ.13.nu.7.tom.1. Xuarez
conſ.3.num.2.Abbas conſ.71.nu.1.par.1. Ioſeph
de Seſſe tract. inh bitionum magiſtratus iuſtitiæ
Aragonum cap.9.§.3.nu.10.
59 † Nec etiàm præiudicat iuramentum, quan-
dò impugnatur contractus cauſa implementi ex
parte aduerſa non facti,vt per Crauet.conſ.127.
num. 16. prout in effectu non adimpleuit dictus
Didacus de Zetina, qui penès ſe pecunias re-
tinuit.

Vlterius,quia dictus Don Petrus non ſolùm
ſe obligauit ſuaſionibus,& metu reuerentiali di-
cti Don Ioannis Zapata eius patrui, ſed etiàm
minis, quòd ſi secùs faceret, eum à ſe abalienare
volebat, nec alimenta præſtare, dictus autèm
Don Petrus probatum habet, quòd dictus eius
patruus erat aſperæ cõditionis, & minas exequi
ſolitus, & quòd iuſtè potuit timere, quòd illas
exequeretur: quo ex capite etiã nullus eſt con-
60 tractus; † nàm licèt Iudicis arbitrio commiſſum
ſit, qualis metus ſit iuſtus, l.metum ff.ex quibus
cauſis maiores, Roderic.Xuarez alleg.24.num.6.
Auendaño in l. 4. tit.*de las excepçiones* num. 31.
verſic. *quintò*, clarum eſt, quod in præſenti caſu
debet reputari iuſtus, quò fuit inductus Don
Petrus ad ſe obligandum, quia vt inquit Morot.
61 reſponſ. 28. num. 15. & 16. † metus probatur
ex nimia perſuaſione, & minis præcedentibus,
62 † nàm perſuaſio doloſa plus põderis habet,quã
violenta coactio, l.1. §. perſuadere ff. de ſeruo
63 corrupto,† nimiaque importunitas infert actus
inualiditatem, ſicut metus, l.1. vbi Bald. C.de
petit.hono.ſubla. lib.10. & notatur in cap.ſuper
literis de reſcript. Alexand. de Angelo conſil.46.
64 num.4.inter conſilia matrimonialia, † & non
ſolùm metus, ſed etiàm iuſta illius ſuſpitio eſt
multùm conſiderabilis, l.nouiſſimè ff. quod falſo
tutore auctore, Ancharan. conſil. 408. in princ.
Thomas Grammat.conſ.13.num.25.& conſ.31.
num.34. Ioan.Baptiſta Ferret.conſ.296.num.15.
Marc. Anton. Natta conſ.50. nu.16. Ioan.Petrus
Binius conſ.399.nu.20.33.& 40. lib.4. Mandell.
conſ.77.num.11. Ioan. Gutier. conſ.16. num.5.
& ſeqq.
65 † Et ſolus metus reuerentialis eſt multùm
conſiderabilis, l.1.§.quæ onerandæ ff.quarum
rerum actio non detur, & reſoluit Rodericus
Xuarez d.allegat.24. num.1. & ſeqq. Gratus re-
ſponſ. 86. num.28. lib. 2. Cenedo collectan. 10.
66 ad ſextum num.10. † nàm reuerentia nimia
accedit ad metum, l.1.§.quæ onerandæ,vbi Bar.
ff.quarum rerum actio non datur, Barbar.conſ.
41.nu.7.vol.3.
67 † Et procedit non ſolùm reſpectu patrui, &
nepotis, ſed reſpectu fratris, aut alterius haben-
tis ſuperioritatem, l.1. in fine, ibi: *vel ſimilem*
C.quòd ſi quacunque præditi poteſtate, l.1. vbi
Bald. C. ſi Rector Prouinciæ, & Franciſc. de
Aretio conſ.24.num.6.Auendaño in d.l.4. verſic.
68 *in iſta*, † ſufficiebat ſolus metus reuerentialis ad
excluſionem conſenſus, l. penult. ff. de furtis,
Bal. in l. . . . . C.de bonis maternis,quę refert,&
ſequitur idem Franciſc. de Aretio in conſil. 14.
69 num.8. † auctoritas enim, vel dignitas perſonæ
etiàm abſque cominatione aliqua tribuit iu-
ſtam cauſam metus reuerentialis, vt probatur in
l.cùm verò §. apparet igitur ff. de fideicom. li-
bertatib. idem Franciſc.de Aretio conſ.24.num.
11. vbi Additio litera A. Mandell. conſ.77.nu.3.
70 † Et quia metus ſemper in ſe dolum continet,
vt ait Alciat. reſponſ. 5. num. 4. nullatènus obli-
gat iuramentum metu interpoſitum, cap. cùm
contingat de iureiurando, cap. quàmuis de
pactis in 6. §.itèm ſacramenta in tit. de pace iu-
ramento firmanda, Guido Papæ conſ.175.nu.4.
Io.Bapt.Ferrett. conſ.149.nu.10. in fine, Alciat.
reſponſ.442.nu.2.
71 † Et cùm ſimiles perſuaſiones, coactiones, &
metus ſint de his, quæ fiunt occultè, l. conſenſu
§.ſuper plagis C. de repudiis, gloſ. in l. ſi cum
exceptione §.in hac actione, verbo *ignorantiam*
ff. de eo, quod metus cauſa, Alexand. conſil. 24.
num.8. lib.2. Flamin.Pariſ. de reſignat. benefic.
72 lib.13. quæſt.1. num.76. † Sufficiebant duo te-
ſtes,ex his,quos maiori numero productos habet
dictus Don Petrus, præſertim quia vnus ex eis
præsbyter eſt,qui fuit præſens tanquàm familia-
ris dicti Don Ioannis Zapata, ita poſt Baldum in
l. noſtram C. de teſtament. tradit Auendaño vbi
73 proximè num. 31. † Et quia dolus, aut metus
in priuatis ædibus admiſſus leuioribus probatio-
74 nibus probatur. Mandell. conſ.77.num.9. † Vel
teſtibus ſingularibus, vt inquit Cæſar Vrſill. in
additionib.ad Matth.de Afflict. deciſ.246. nu.3.
& duobus ſeqq. Morotius reſponſ.28.num.5.vel
indiciis, Gratus reſponſ. 20. num.3. & reſponſ.
43.nu.8. lib.2. Anton.Gamma deciſ.346.eodem
75 numero, † Tali caſu probatio teſtium domeſti-
corum habetur efficacior, tradunt DD. in dicto
§. ſuper plagis C. de repudiis, l. quotiès C. de
naufrag. lib.10.vbi Bart.Crotus tract.de teſtibus
num.126. Surd.de aliment. tit.6.quæſt.23.nu.9.
Abbas in cap.inſuper, & in cap.literas 24. nu.2.
de teſtibus, Gregor.Lopez in l.2. tit.16. par.6.
gloſ. 3.

Nec

Digitized by Google

Nec obſtabit dicere, quòd præfatus Didacus
de Zetina non induxit, aut perſuaſit dictum D.
Petrum, nec illi minas iniunxit, aut metum, ſuf-
ficit enim id factum fuiſſe per dictum Don Ioan-
76 nem eius patruum; † nàm metus actio eſt in
rem ſcripta, & datur contra eum, ad quem res
peruenit ex metu alterius, etiàm ex contractu
oneroſo, l.metum §. animaduertendum, l. quod
diximus, & l.ſi cum exceptione §.aliquandò, & §.
Pedius ff.de eo.quod metus cauſa, Pariſius conſ.
139.num.22.lib.4.quem ſequuntur Oſaſc.deciſ.
179. poſt nu.12. Morot. reſponſ.75.num.3. Cæ-
ſar Vrſill.ad Afflict. deciſ.Neapol.246.num.8. &
deciſ 263. Gaſpar Anton.Theſaur.quæſt.forenſ.
51.nu.8. lib.1.

77 Et omnis difficultas ceſſat, animaduerſo, quòd
dictus Don Petrus fuit non ſolùm enormiſſimè
læſus, ſed in tota ſumma, l.omnes §.Lucius ff. de
his, quæ in fraud. creditor. Cæpolla conſ. ciuili
29. & alij, quos refert, & ſequitur Marchet.tract.
de commiſſionib. 2 par.tit de commiſſ.reſtitut.
in integr.§.1.pag.95.nu.40.& nu.43. Gamma
deciſ.Portugall.198.num.3.Marc.Anton.Eugen.
conſ.29.nu.39.& ſeqq.lib.1. Marius Giurba de-
ciſ.Sicil.105.num.1.

78 † Quia ſemper vbi habet contractus læſionem
enormiſſimam, reſultat probatio iniquitatis il-
lius, vt poſt Decian conſ.180.col.4. verſ. *ſed ta-
men*, tradit idem Marc. Anton. Eugen. conſ.12.
nu.65.Roder.Xuarez conſ.3.à nu.14.

79 † Quia talis læſio arguit, & continet dolum
ſaltem re ipſa, l.ſi ſuperſtite C. de dolo, l.ſi quis
cum alitèr ff.de verbor. oblig. l.omnes §.Lucius
ff.quæ in fraud. creditor. l.7. tit.15. partit.5. &
tradunt Alexand. conſ.42. num.6.& 20. & conſ.
47.num.5.lib.1.& conſ.41.num.7.lib.3.Mandell.
conſ.81 num.49.& conſ.47.num.23 Gratus reſ-
ponſ.30. num.9. lib.1. Ioan.Bapt.Ferrett. conſ.
149. num. 10. Roman.conſ.54.num.4. Morotius
reſponſ.38.num.6.Curtius iunior conſ.161. nu.
86. Auendaño 2.par.cap.10.num.42. Crauetta
conſ.142. num.21. & conſ.192. num.3. Gamma
vbi proximè num.2.Matienzo in l.1.tit.11.lib.5.
gloſ.8. num.49. Marc.Anton.Eugen. d.conſ.12.
80 num.66.& conſ.29. nu.4. † Eam ſubiungens ra-
tionem, quòd dolus re ipſa æquiparatur dolo ex
propoſito, d.l.ſi quis cùm alitèr, vbi DD. ff.de
verbor.oblig. Caſſador.deciſ.1.de empt. & ven-
dit.Soccin.iunior conſ.144.nu.11.lib.2. Cagnol.
in l.2.nu.79.C.de reſcind.vendit. Alexand.conſ.
118.num.8.lib.7.Mandell.conſ.81.nu.50. Burgos
de Paz conſ.19 num.2.& conſ.28.nu.13. Roder.
Xuarez conſ.3.num.35.Gratus reſponſ.88.num.
4.lib.1.vbi dicit, quòd hoc procedit ſinè dubio,
81 vbi adeſt enormiſſima læſio; † nàm cùm exclu-
dat conſenſum neceſſarium in cõtractibus, ſe-
cundùm Marc. Ant.Eugen. in d.conſ.12.nu.69.
82 † nõ poteſt renunciari à minore vigintiquinque
annorum, auctore Anton. de Burtio in cap.cùm
contingat num. 17. in 4. caſu de iureiurando,
Aymon Crauett.in d.conſ.142.num.24. Beroius
conſ.49 num.12. Marc.Anton.Eugen.conſ 3.nu.
50. Burg. de Paz plures allegans conſ. 28. nu.18.
83 † quàmuis ſit cum iuramento, Vldaric. Zaſius
conſ.18. nu.16.lib.1. quia vt benè inquit Roder.
84 Xuarez conſ.3.num.34. † iuramentum non de-
bet eſſe iurantibus ſpoliatio, & accipientibus
85 æterna damnatio, † nec iurans videtur de tàm
magna læſione præcogitaſſe, nec in eam conſen-
tire etiàm per verba ampliſſima, vt ait Beroius
quæſt.125. nu.2. gloſ.verbo *detrimentum* in cap.
1. de in integr.reſtit.in 6. vt ex pluribus reſoluit
Couar.in d.cap.quàmuis pactum 3.par.§.4.nu.5.
86 Cacheran. d. deciſ.41. num. 2. dicens, † quòd
vbicunquè interponitur iuramentum in contra-
ctu, in quo quis enormitèr læditur, caret comiti-
bus in iuramento neceſſarijs, & ideò non nocet,
Afflict.deciſ.Neapol.80.num.6.Ioſeph Ludouic.
deciſ.Peruſin.64.par.2. optimè Seraphin.de pri-
uileg.iuram.priuil.136.num.15.& ſeqq. optimè
Caldas Pereyra in d.l.ſi curatorem habens, verb.
leſis nu.1.col.5.

Et quia includẽdo in ſe dolum præfata læſio,
87 ſuccedit regula, † quòd iuramentum dolo ex-
tortum, nunquàm confirmat contractum, cap.
licèt de iureiur. in 6. Couar. vbi ſupra §.4.nu.2.
Ioan.Gutier. in d.authent.ſacramenta puberum
num. 26.

88 † Et licèt regularitèr antè inchoatum iudiciũ
aduerſus inſtrumentum iuratum agendo, vel ex-
cipiendo requiratur ad hos fines abſolutio, &
relaxatio Iudicis Eccleſiaſtici, ex traditis per Fe-
deric.de Senis quæſt.300. num.2 Ioan.Vincent.
de Anna alleg. 28. num.11. & 12. Ioan.Neuizan.
conſ.23. num.2. Barbatia conſ.16.num.24.lib.3.
dictus Don Petrus eam obtinuit à Prouiſore
Epiſcopatus Conchenſis, vt apparet fol.118.pro-
ceſſus iſtius cauſæ, quæ omninò eſt videnda, vt
conuincatur falſum præſuppoſitum dicti Didaci,
aſſerentis, Don Petrum ſe oppoſuiſſe, & ſuas de-
fenſiones inchoaſſe aduerſus executionem, non
petita relaxatione, contrarium enim certiſſimũ
89 eſt, † quæ abſolutio, & relaxatio potuit legitimè
concedi ab Ordinario Conchẽſi Iudice compe-
tente dicti Don Petri, qui originalitèr eſt reus,
ita poſt Lapum allegat.10. & Abb. in cap. ſi quis
contra clericum de foro compet. tradunt Co-
uar. lib.1.variarum cap.4. Anna alleg.83. num.6.
Capyc. deciſ. 18. num. 6. vbi Proſper Petra li-
tera C.

90 † Nec erat neceſſarium citare dictum Dida-
cum de Zetina ad concedendum relaxationem
prædictam ad finem agendi, vel excipiendi, vt
tradunt Afflict. deciſ.Neapol.220. nu.10. Ioſeph
Ludouic. deciſ.Lucenſ.18.num.3. Caualc.deciſ.
Finizan.9. num.14.par.1. Ioan.Vincent. de Anna
ſingul.2. Morotius reſponſ.87. num.10. Flamin.
Pariſ.lib.13.de reſign. benefic q.1.nu.37.Tiraq.
in tract.res inter alios actas nu.66.& ſeqq.

Imò præſuppoſito dolo interueniente in di-
cto contractu, non videtur opus fuiſſe relaxatio-
ne, quia vt inquit I.C. in l.final. ff. qui ſatiſdare
91 cogantur, † qui iurato promiſit iudicio ſiſti,
non videtur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc
deſeruerit, Parlador. lib. 2. rerum quotidianar.
cap. final. 5.par.§.14.num.5. & tradunt Caſſan.
conſ. vltimo, aliàs 69. num. 18. & 19. Ioan. de
Amicis conſ. 33. num. 42. & Iaſ. communem
dicens conſ.133.num.8.lib.4. Hieronym. Gabr.
conſ.13.num.12. lib.1. & alij adducti per Ioan.

Gutier.in d.auth.ſacramenta puberum num.95.
Vrſill.ad Afflict. deciſ.263.nu.3.Pinell.in l.2. C.
de reſcind.vendit.3.par.cap.1.nu.8.

Nec etiàm eſt neceſſaria relaxatio quòad au-
ferendum effectum iuramenti in principali,ſup-
92 poſitis illius defectibus ſupra adductis, † & iſta
eſt reſolutio ita certa, quæ ferè non habet con-
tradictorem, & inter Auctores, qui eam tenent,
& affirmant communem,ſunt Alexand.conſ.125.
num.1.lib.1. Mandell.conſ.81.num.54.lib.1. Al-
ciat.reſponſ.97.nu.2.& 3. Cæphal. conſ.207. nu.
13.Cagnol.in l.2.C.de reſcind.vend.nu.89.97.&
109. Decius conſ. 379. ad finem, Burgos de Paz
conſ.28.num.17. Roderic.Xuarez conſ.3. nu.25.
Molina lib 2.de primogen.cap.3.nu.24. adducti
per Cenedo collectan.158. ad Decretales num.3.
Gamma deciſ.95. num.2. Ioan.Andr.Georg. al-
legat.34.num.16. Marc.Anton. Eugen. conſ.29.
num.17. 19. & 24. Mexia ad l.Toleti in reſpon-
ſione ad ſextum,& octauum partis primę funda-
mentum num.42. Caualc.déciſ.Finizan.9. nu.3.
Flamin.Pariſ.de reſignat.benefic.lib.13.quæſt.1.
num.32. Ioan.Gutier.de iurament.confirmat.1.
par. cap.26.num.7. Caſſador. d.deciſ.vnic.de
emptio.& vendit.num.1.& 4.Additio ad Afflict.
deciſ.Neapol.322. nu.3.& hanc eſſe magis com-
munem,& practicari in Regia Cancellaria Valli-
ſoletana tradit Matienzo in l.1.tit.11.lib.5.reco-
pilat gloſ.8.num.49.optimè Roderic. Xuarez d.
93 conſ.3. num.27. vbi probat, † quòd minor de-
ceptus in maxima ſumma, nullatènus eſt obliga-
tus ſtare contractui, quem iurauit, & opponens
de periurio erit repellendus replicatione doli,
quem læſio continet,vt reſoluit Mandell.conſ.9.
94 num. 55. † cùm etiàm maioribus, ſicut minori-
bus concedatur habilitatio à iuramento, ratione
læſionis enormiſſimæ,vt reſoluit Anton.de Butr.
in cap.cùm contingat de iure iurando,& ex alio-
rum authoritate Thomas Grammat.dec.Neap.
66. num. 34.

95 † Quod eſt magis certum in noſtro caſu, quia
ſufficit, quòd cùm metu etiàm reuerentiali tan-
tùm concurrat læſio enormis,non valeat contra-
ctus non obſtante iuramento, Ioan.Gutier. plu-
res allegans in d. auth. ſacramenta puberum nu.
93. & conſ.16. nu.20. & conſ 22. nu.9. Vrſill. ad
Afflict.deciſ.69.num.5.& 6.& deciſ.393.nu.15.

96 † Et multò magis quandò adeſt enormiſſima
læſio etiàm alio non probato,metus præſumitur,
vt reſponderunt Alciat. conſ.97 nu.5. verſ. *ſex ò
adducitur*, Alberic.conſ.77.num.21. Ioan.Cæph.
conſ.405.num.36.lib.3. Menoch.conſ.412.num.
15.lib.5.

97 † Et generalitèr, quòd omnes contractus,in
quibus interuenit læſio enormiſſima, ſint ipſo
iure nulli, tenent Beroius conſ.37.num.30.lib.1.
Cæphal. conſ.207.num.75.& conſ.405.num.23.
Ioan. Baptiſta Aſinius tract. de executionib. §.4.
cap.66.nu.1.Seraphin.de priuileg.iurament.pri-
uileg.83.num.99.& in hac conformitate affirmat
Caſſador. d.deciſ.1.de empt. & vendit. vidiſſe
iudicari,& ſententiari in ſacra Rota Romana, &
Math.de Afflict. d.deciſ.322. in Sacro Conſilio
Neapolis,& D.Præſes Couar. lib.2.variar.cap.4.
num. 5. ait, quòd in Audientia Granatenſi vidit
bis ita ſententiari, ex quibus reſultat euidentèr,
quòd tàm cẽſus,quàm iuramentum,& aliæ clau-
ſulæ dicti contractus plures nullitates patiuntur.

98 † Et quandò ita non foret,eſt abſque dubio,
quòd dicto D.Petro competit dicta reſtitutio in
integrum per eum petita in tempore,& forma
aduerſus dictum inſtrumentum, & quòd fuit le-
gitimè ei conceſſa per ſententiam dicti Prouiſo-
ris, d.l.ſi curatorem habens §.ſi verò C. de in in-
tegr.reſtit.minor. l.non omnia 45. ibi : *aut oneri,
quod non ſuſcipere licuit, ſe obligauit*, l. minoribus
vigintiquinque annis ff.de minorib. Bald.in l.cũ
hæreditate in fin.ff.de acquirend.hæred. Guido
Papæ conſ.160. num.6. Surd. de aliment. tit.11.
quæſt.26.nu.91.Burgos de Paz conſ.28.num.10.
Farinac.deciſ.272.nu.2.in nouiſſ.

99 † Et confirmatur, quia remedium reſtitutio-
nis in integrum competens minoribus læſis, eſt
multùm fauorabile, vt poſt Bart. in l. nec quic-
quam §.vbi decretum col.2.ff.de offic.Proconſ.
tradit Ioan.Cæphal. conſ.3.num.128. Auendaño
in capitulis Prætorum 2.par. cap.30. num.7.&
debet concedi Iudicis officio, cap. fin. de officio
100 iudic. Aug.Beroius quæſt.40.in princ.† quia
huiuſmodi remedium non videtur excludi ali-
qua lege, aut generali excluſione, ex l.poſtquam
liti C. de pactis, quam ad hoc maximè extollit
Iaſ. ibi num.17. Gamma deciſ. Portugalliæ 291.
num.1. Ioan.Cæphal.d.conſ. 3.num.129. Parlad.
in d.lib 2.rerum quotidianar. cap.fin.5.par.§.11.
101 nu. 53.& ſequentib. vbi ait, † quòd in his Re-
gnis admittitur ad fauorem minorum remediũ
reſtitutionis in integrum aduerſus viam execu-
tiuam, & idem ſatis in noſtro propoſito reſoluit
Roderic. Xuarez in l.poſt rem iudicatam in de-
claratione l.Regni verſ.*ſed prouidentia* num. 44.
concludens, quòd minor poteſt dicere contra-
ctum nullum,& caſu,quo ſit alicuius roboris pe-
tere contra eum reſtitutionem in integrum;
102 † nàm vt ait text. in l.3. C. de tutore & cura-
tore, qui non ſatiſdedit, fruſtrà in integrum re-
ſtitutionis auxilium deſideratur, quandò geſta
ipſo iure irrita ſunt, l.1. C.ſi aduerſus rem iudi-
catam.

Demùm non eſt conſiderabile dicere, quòd
pecunia, quam dedit dictus Didacus de Zetina
fuit, vt conuerteretur in ſolutione expeditionis
bullarum coadiutoriæ Canonicatus dicti Don
Ioannis ad fauorem D. Petri, nàm vltra proba-
tionem illius, quod ſolummodò facta fuit præ-
ſentia pecuniæ,quam confixit concedere ad cen-
ſum, vt breui manu ſibi ſatisfieret de debito di-
cti Don Ioannis ex cauſa rationum inter eos in-
teruenientium ; habet etiàm probatum, ſatisfe-
ciſſe integralitèr expeditionem dictatum bulla-
rum ex fructibus ſui Canonicatus ad eum per-
uentis poſt mortem dicti eius patrui, de quo
ſunt conteſtes Laurentius, & Alexander Catta-
neo,& Iacobus Iuſtinianus,& Ludouiuicus de la
Cueua;per quorum manus tranſiuit exactio fru-
103 ctuum, & ſatisfactio expenſarum ; † Et cùm
deponãt de proprio facto,debet illis credi,Paul.
de Caſtro in l.quicunque colum. fin. C. de ſeru.
fugitiu. & conſ. 268. viſis actis in fine lib.1. Hip-
polyt.in pract.§.diligentèr nu.131.Ioan.Cæphal.
conſ.

conſ.225.nu.4. & conſ.227.nu.32. Affliꝺ. deciſ.
Neapol.369.nu.7.Deciſ.Genuæ 121.Oſaſc.deciſ.
99. nu.36. dicens, teſtibus deponentibus de pro-
prijs ſolutionibus magis credi, quàm alijs.
104 † Et quia aſſiſtit veriſimilitudo in fauorem te-
ſtium dicti Don Petri, quæ deficit in teſtibus di-
cti Didaci; ideò illi ſunt præferẽdi, l.ob carmen
§.fin.ff.de teſtibus, cap.in noſtra eod.tit.Iaſ.in
l.ſi extraneus notab.4. ff.de condict. cauſa data,
Decius in cap. licèt cauſam num. 21. de probat.
Cæphal.conſ.169.nu.10.tom.2. Roland.à Valle
conſ.24.nu.55.lib.1.
Neque obſtabit dicere, dictũ D. Ioannem Za-
pata præſtitiſſe alimenta dicto Don Petro, & aſ-
ſenſum ad coadiutoriã ſui Canonicatus, id enim
effecit propter vinculum, & obligationẽ ſangui-
nis, de quibus etiàm benemeritus erat dictus D.
Petrus propter obedientiam, & obſeruantiam,
quam habebat erga dictum eius patruum, etiàm
ſeruitia honeſta, tamèn illi impendendo motuſq;
fuit idem D.Ioannes, vt eo deficiẽte ſoror, & ne-
potes alij haberent protectionem, & alimen-
ta, poſſidente Canonicatum dicto Don Petro;
105 † fecit itaque, quod facere debuit, vt in-
quit D. Ambroſ. lib.1. de officijs relatus per
Gratian. in cap. eſt probanda 86. diſtinct. Ti-
raquell. de priuileg. piæ cauſæ in præfat. verſic.
& facit, Feuardent. ſuper Ruth cap.2. ſectio.19.
verſ.*adiecit*, Gregor.Lopez in l.7.tit.23.partit.1.
gloſ.9.nec ſub hoc colore poteſt prætendere di-
ctus Didacus de Zetina, quòd illi ſoluat, quod nõ
106 debebat; † cùm nec ipſi D. Ioanni, aut alteri
benefacienti liceat deducere in pactum obliga-
tiones antidorales; nàm haberetur pro iniuſto
lucro, cap.illud 8.quæſt.2.cap.1.13.quæſt.3.Re-
buff.in l.creditores 10.verſ.*item obligatus* ff.de
107 verbor. ſignif. † & ſi quis naturalitèr ad anti-
dora obligetur benefacienti, l.ſed etſi lege §.con-
ſuluit ff.de petit.hæred. vbi gloſ. verbo *obligaue-
runt*, & cõmunitèr DD. cap. cùm in officijs, vbi
Couar.nu.9.verſ.*gloſſa Bernardi* de teſtam. Abb.
in cap.cæterùm nu.1. de iuram.calumn. Iaſ.in l.
ex hoc iure nu.53. ff.de iuſtit. & iure, Tiraquell.
in l.ſi vnquàm, verbo *donatione largitus* à nu.11.
C.de reuoc.donat.
Nec etiam obſtabit, quòd poſt factam dictam
ſcripturam petijt moratoriam coram Prouiſore
Conchenſi aduerſus eius creditores, & in nota
illorum poſuit dictum Didacum de Zetina, &
alios, quibus cum ſimilibus defectibus fecit eum
obligari dictus eius patruus. Id enim fuit cum
adhùc eſſet minor vigintiquinque annis, & ſub
108 cura eius matris, † & ad inducendam ratifica-
tionẽ opus erat, quòd eam faceret in maiori æta-
te, & cum animo, & verbis expreſſis ratificandi,
vt in l.1. iuncta gloſ.verbo *ratam fecerint*, l.2.C.ſi
maior factus ratum habuerit, Auend.in l.4.tit.*de
las excepçiones* nu.39.
109 † Vlteriùs, cùm dolus interuenerit in dicta
ſcriptura conſtitutionis cenſus, non potuit cade-
re ratificatio, ex d.l.fin. tradunt Paulus Æmilius
deciſ.Rotæ 1. num.2.& 3.par.3.Ariſmin.Tepat.
110 lib.2.in d.tit.C.ſi maior factus fol.128. † quia
dolus malus ſemper videtur exceptus, l.tres fra-
tres ff.de pactis, l.creditoribus §.Lucius ff.man-
dati, Alexand.conſ.138.lib.7. Hieronym. à Lau-
rent.deciſ.Rotæ Auenion.59.nu.8.
111 † Et quandò aliquod præiudicium potuiſſet
illi cauſari, competebat illi reſtitutio in integrũ
per eum petita cùm ſit intra quadriennium vtile
à iure ſibi conceſſum, l.fin. C.de temporib. in
integr.reſtitut.peten. l.47.tit.13.par.5.l.8.tit.19.
par.6. vbi Gregor.Lopez gloſ.5.& in l.10.tit.23.
par.3.gloſ.7. Anto.Gomez.tom 2.variar.cap.14.
nu.7. Ioan.Garzia de nobil.gloſ.6.§.2.nu.15.
Et reſpectu nouitatis deductæ per dictum
Didacum, quòd cùm eius appellatio ſit à ſenten-
tia Prouiſoris Conchenſis, non poteſt tractari de
alio articulo, niſi an dicta ſententia debeat con-
firmari, vel ne? Prætendit, quòd executio perpe-
ràm inchoata coram dicto Prouiſore ſit proſe-
quenda, cùm ita ſit, quòd illud ceſſauit per de-
cretum, quod dedit terminum probatorium in
via ordinaria, exequutione ſuſpenſa, quod fuit
confirmatum per Vicarium Generalem Toleta-
112 num, Compluti reſidentem, † quod tranſiuit
in rem iudicatam, cùm non ſe præſentauerit in
gradu appellationis coram alio Superiore, gloſ.in
l.ſi preſens C.quomodò, & quandò Iudex, clem.
ſicut de appellat.Rota deciſ.17. de appellat.in
nouis, Didacus Perez in l.2.tit 16.lib.3.ordinam.
gloſ.2.l.22.tit.23.par.3.lex 2.tit.18.lib.4.recop.
Puteus deciſ.389.num.2.lib.2. Paul.Æmil.deciſ.
31. & ſeqnent. par.1. Cæſar de Graſſ.deciſ.134.
nu.1.Paz in praxi tom.1.cap.1.ſextæ partis nu.7.
Caſſiodor.lib.1.variarum epiſt.5.dicens: *Et ideò
Spectabilitati tuæ præſentibus aſſumur oraculis,
quatènus ſi ita res ſe habet, vt à præſentibus ſuppli-
catur, & in Comitis Annæ iudicio Mazenis fundi
controuerſia ſtatutis legitimis eſt deciſa, nec aliqua
probatur appellatione ſuſpenſa, quæ ſunt decreta
ſeruentur.*
Et quia illius appellatio, & præſentatio per
eum facta, ſolummodò fuit à ſententia Prouiſo-
113 ris; & de eo actum eſt in præſenti iudicio. † ſu-
per quo eſt pronunciandum, l. de qua re ff. de
iudic.l.vt fundus 18. ff.commun.diuid. ibi: *quia
vltra id, quod in iudicium deductum eſt, excedere
Iudicis poteſtas non poteſt*, cap.licèt Hely de ſimo-
nia, ibi: *vt iuxta iudicij formam ſententiæ quoquè
forma dictetur*, Abb. in cap.inter cæteras num. 8.
de ſentent. & re iudic. Bart. in l.vinum num.14.
& 16. ff. ſi certum petatur, Pinell. in l.2. C. de
reſcind.vendit. 3.par. num.12. l.16.tit.22.par.3.
vbi Gregor. Lopez gloſ.1. & hoc fuit benè re-
cognitum per Dominum Auditorem in dubio
partibus dato, *an ſententia Ordinarij Conchenſis
eſſet reuocanda, vel confirmanda*; nàm vt fun-
datum eſt in præſenti diſcurſu debet de iure
114 confirmari, † condemnando etiàm in expenſis
dictum Didacum, quia malè appellauit, iuxta l.
properandum §.ſin autèm alterutra. C.de iudic.
cap.finem litibus, de dolo, & contum. vbi Anton.
de Butrio nu.16. & in cap.vnic. num.15.de plus
petitionibus, l.eum, quem temerè 79. vbi Bart.
nu.3.& 4. ff.de iudic. l.8.tit.22.par.3. Parlador.
lib.2. rerum quotidian. cap.fin.5.par.§.18 nu.1.
Afflict.deci.Neapol.42.Guido Papæ ſingul.995.
Rota deciſ.25.de re iudic.in antiq. Caballin.mil-
leloq.970. & ſeq. Guido Papæ quæſt.436.nu.56.

Andr. Gaill. lib. 2. obſeruat. 132. Additio ad Capell. Tholoſan. quæſt. 223. Et ita mihi videtur, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 Officiales plures ſi extorſerunt aliquid, & vnus in articulo mortis mandet reſtitui illud, quod declarauerit Epiſcopus, an debeat declarare inſolidum, vel ſecundùm ratam, & portionem.
2 Notulæ à teſtatore relictæ nõ comprobatæ teſtibus, ſtari non debet.
3 Teſtis ſingularis non probat.
4 Confeſſio extraiudicialis vno teſte probata, non inducit ſemiplenam probationem.
5 Confeſſio extraiudicialis non probatur teſtibus ſingularibus.
6 Teſtes de auditu non probant.
7 Declaratio facta ab aliquo coram vnico teſte, non efficit ſpeciem probationis.
8 Comperatio ſcripturæ debet fieri ad alias indubitatæ fidei.
9 Probatio ſumpta ex comparatione eſt multùm periculoſa.
10 Periti debent eſſe, qui vocandi ſunt ad faciendum comparationem.
11 Aſſertio vnius, alteri non præiudicat.
12 Debitoris confeſſio ad fauorem alicuius non nocet legitimo illius creditori.
13 Teſtator ſi aliquid declarauit, quod nõ valeret tanquàm confeſſio, an valeat in vim legati.
14 Confeſſio ſolùm probat in rebus, quæ pendent à voluntate confitentis.
15 Confeſſio patris non præiudicat filio, etiàm quòad legitimam.
16 Actum qui facere prohibetur, non poteſt aliquid efficere, quo talis actus validetur.
17 Nuda ex declaratione non probatur prætenſum debitum.
18 Dos materna filijs debita eſt æs alienum parentis.
19 Debitor non diſponit de eius bonis in præiudicium creditorum.
20 Confiteri quis non poteſt ſe debitorẽ Fiſci in damnum aliorum creditorum, etiam in articulo mortis, & nu. 21.
22 Confeſſio debiti debet ſaltim duobus teſtibus probari.
23 Confeſſio nuda parentis, de qua alitèr non conſtat eſſe veram, non præiudicat filio.
24 Pater ſi declaret teſtamento, ſe filij debitorem, non ſufficit, niſi filius debitum aliter probet.
25 Contrariorum eadem eſt ratio, & diſciplina.
26 Si id, de quo magis videbatur ineſſe, non ineſt, nequè id, de quo minus.
27 Confeſſio debiti facta in vita, & probata ſufficienti numero teſtium nocet hæredi.
28 Confeſſio facta in infirmitate, aut cauſa mortis, non nocet hæredi, niſi ſit iurata.
29 Inſtrumentum eſt ſtricti iuris, nec extenditur ad incognita, vel ad alias res, aut perſonas.
30 Promiſſionis verba non extenduntur vltra contenta in ea.
31 Ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur.
32 Certificatio eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, niſi probetur.
33 Scientem, non ignorantem iura obligant.
34 Iuramentum in inſtrumento appoſitum nõ ampliat illud ad non cogitata, & nu. 36.
35 Approbare quis non cenſetur, quod ignorat.
37 Iuramentum an faciat valere actum omni meliori modo.
38 Iuramentum non efficit, vt actus extendatur ad id, de quo fieri debebat ſpecialis mentio.
39 Iuramentum non ſupplet defectum voluntatis, & conſenſus.
40 Obligationes alienas adimplere aliquem cogi, iniquum eſt.
41 Vxor pro marito, nec pater, aut mater pro filio, nec filius pro patre conueniri poſſunt.
42 Reſtitutio in integrum cõpetit minori, qui aſſumpſit in ſe obligationes alienas.
43 Reuerentia nimia in contractu æquiparatur metui.
44 Contractus geſtus per filium cum patre præſumitur meticuloſus, & non valet.
45 Metus velatus probatur ex qualitate perſonarum.
46 Dolus præſumitur commiſſus contra minorem ex enormiſſima læſione.
47 Læſio ſi cum dolo interuenit, reſcinditur contractus.
48 Læſio inducit præſumptionem metus.
49 Suaſiones vrgentes patris, & patrui ſufficiunt ad reſciſſionem contractus.
50 Metu geſta rata non debent haberi.
51 Reſtitutio in integrum eſt concedenda minori læſo ſui facilitate, aut dolo aduerſarij.
52 Patris reuerentia aliquandò efficacior eſt, quàm terror.
53 Metus iuſtus eſt vitandi indignationem paternam.
54 Metus cauſam tribuit magna verecundia erga illum, qui authoritate apud nos pollet.
55 Metus præcedens inficit actum ſequentem.
56 Metus ſemper continet dolum ex parte inferentis.
57 Iuramentum non obeſt, vbi eſt enormiſſima læſio, maximè contra minorem, & nu. 58.
59 Iuramentum debet relaxari vbi interuenit læſio, aut dolus verus, vel præſumptus.
60 Iuramentum multoties interponitur in contractibus potiùs ex ſtylo Notariorũ, quàm ex conſenſu partium.
61 Iuramentum non nocet minori non certiorato de ſuo iure, & priuilegio.
62 Iuramentum vnum non ſupplet duos defectus.
63 Renunciatum nunquàm videtur iuri veniendi aduerſus læſionem enormiſſimam.
64 Læſio enormiſſima continet dolum.
65 Læſioni enormiſſimæ non poteſt renunciari.
66 Iuramentum debet interpretari, vt obliget iurantem minus, quàm ſit poſſibile.
67 Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.
68 Repudiatio expreſſa filij de hæreditate paterna debet attendi.
69 Vxori, & eius filijs competit retentio bonorum viri pro dote, & nu. 71.
70 Retinendi ius competit propter hypothecam.
72 Retētionis ius competit etiàm ſingulari ſucceſſori.
73 Retentio datur etiàm pro dote non liquidata, & multò magis pro liquida.

74 Iuram-

74 *Inuentarium factum à filio conſeruat illius iura inconfuſa.*

75 *Fiſcus, aut creditores poſteriores non poſſunt prætendere ſatisfieri, niſi de eo, quod ſupererit ſatiſfactis filiis de dotibus maternis.*

76 *Æs alienum eſt quod debetur creditoribus.*

77 *Filius minor, qui paternæ hæreditati ſe immiſcuit, aut poſſeſſionem agnouit, poteſt in integrum reſtitui aduerſus præiudicium, quod ex eo ſibi ſequeretur.*

78 *Minor regularitèr reſtituitur intra quadriennium, quo factus eſt maior.*

79 *Læſio quandò eſt maxima, poteſt reſtitutio in integrum concedi poſt quadriennium.*

80 *Reſtitutio in integrum datur minori etiàm contra Fiſcum.*

81 *Priuilegium eius, qui eſt læſus, & petit reſtitui attenditur potiùs, quàm illius, contra quem reſtitutio petitur.*

82 *Priuilegiatorum in concurſu potior eſt cauſa certantis de damno vitando; quàm agentis de lucro captando.*

83 *Reſtitutionis in integrum remedium fundatur in æquitate naturali.*

84 *Reſtitutio in integrum minoribus competens eſt multùm fauorabilis.*

P R O

Don Gaſpare Ramirez de Zuñiga, & Donna Mayor, & Donna Antonia de Zuñiga eius ſororibus

C V M

Fiſcali Commiſſionis, quam à Regio Conſilio Cameræ habet Licentiatus Peña Carillo.

A R G V M E N T V M.

Declaratio patris ſuper aliqua reſtitutione facienda, ſi non probetur concludentèr, filijs non nocebit non ſolùm reſpectu bonorũ maternorũ, verùm nec quòad legitimas ex bonis patris (ſi quæ eſſent) ad eos ſpectãtes, & qualitèr ſuccurratur illis, ſi ſe obligarunt ſoluere certam ſummam annuam quotannis pro ſatisfactione certorum debitorum patris, & nullo caſu poſſe compelli ad alia debita perſoluenda tali prætextu.

C O N S I L I V M CLXXIV.

QVia in facto vtraq; pars eſt conformis; preſens diſcurſus duobus diſtribuetur Articulis. In Primo fundabitur, quod declaratio, quam prætendit dictus Fiſcalis feciſſe D. Bernardum Ramirez de Vargas patrem dicti Don Gaſparis, & ſororum ſuper eo, quòd cùm ipſe, & Don Rodericus de Velaſco, & Martinus de Ydigozen, cùm eſſent Officiales Regij ſumpſere ex bonis Suæ Maieſtatis octo mille peſos, ſeù pondera auri, & inter ſe diuiſerunt pro tertijs partibus, ordinando, quòd reſtitueretur portio ſua, & etiàm aliorum ſociorum, ſi ſuas portiones non ſatisfeciſſent, recognitis priùs eorum libris, † iuxta ea, quæ de pluribus Officialibus, qui aliquid indebitè extorſerunt; quorum vnus in mortis articulo mandauit reſtitui, tradit Bald. conſ. 329. nu. 1. lib. 4. per tex. in l. magiſtratus ff. de magiſtr. conuen. l. ſi familia ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. 1. C. de condict. furtiua, non poteſt præiudicium generare dicto Don Gaſpari, & eius ſororibus, non ſolũ vti creditoribus patris pro dote D. Catharinæ de Zuñiga eorum matris, ſed etiàm quòad eorum legitimas iure naturæ debitas, ſi remãſiſſent bona dicti eorum patris. 1

In Secundo fundabitur, quòd ſcriptura facta per dictum Don Gaſparem, & Donnam Mayorẽ de ſoluendo anno quolibet ducatos octocentum durantibus eorum vitis ex reditibus maioratuũ, in quibus erant ſucceſſuri poſt mortem eorum patris, vt conuerterentur in ſatisfactionem dotis maternæ, vt cederent in beneficium ſororum, & quorundam aliorum creditorum non poteſt cõprehendere prætenſionem hanc debiti Regij Fiſci; & quia fuere concurſi ad ſtipulandum dictã ſcripturam cum enormiſſima ipſorum læſione debet eis concedi in integrum reſtitutio aduerſus quodcunque præiudicium illis cauſatum, & nihilominùs in omnem euentum ſuper bonis, ſi quæ extiterint ſui patris concedi prælatio pro dote materna.

ARTICVLVS PRIMVS.

Declaratio, quam Fiſcalis prætendit feciſſe dictum Don Bernardum ſub die 4. Nouembris 1604. non aliam iuſtificationem continet, niſi declarationem Acatij de Villanueua dicentis, eum illam ſcripſiſſe manu ſua, verùm fuiſſe ſubſcriptã per dictum D. Bernardum tali ſecreto, & cautela, quòd fecit, vt exirẽt à camera filij, & aliæ perſonæ domeſticæ, nè intelligerent id, de quo agebatur. † Quarè cùm deficiant teſtes, & probationes vſurpatæ pecuniæ, nec ſit verificatum teſtibus, aut comprobatione, ſubſcriptionem dictæ declarationis eſſe propriam dicti Don Bernardi, nullatènus agi poteſt vigore illius, iuxta l. fin. C. de conueniend. fiſc. debitor. lib. 10. iuncta l. comparationes 19. vbi Bal. nu. 11. C. de fide inſtrum. cum adductis per Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſin. 7. quia non ſufficit declaratio dicti Acatij de Villanueua, † qui eſt ſingularis, nec facit probationem, cap. licèt vniuerſis 23. in fine de teſtibus, 2 3

Abb.

Abb.in cap.in omni negotio nu.4.in fin. eod.tit.
Alex. conſ.189.nu.8.lib.6. Curt. iunior conſ.19.
nu.12. Bertrand. conſ.77.nu.5.vol.4. & conſ.87.
num.4.vol.5. Tiraquell.tract.de iudicio in rebus
exiguis ferendo poſt priuc.verſ.*ſecunda ratio eſt*,
Neuizan.conſ.8.num 47. Rebuff.de reprob.teſt.
num. 586. pulchrè Laderch. de Imola conſ. 84.
4 num.1. † vbi ait, quòd quandò confeſſio eſt ex-
traiudicialis,& de ea eſt vnicus tantùm teſtis,nõ
inducitur ex illa ſemiplena probatio, Barr. in
l.admonendi nu.36. ff.de iure iur. cum quo cõ-
currit, quòd confeſſio facta abſente parte nec
valet,nec probat, Alciat.conſ.6.num.15.& conſ.
5 13.nu.4. Barbatia conſ. 17.nu.13.lib.3. † nec po-
teſt probari teſtibus ſingularibus, idem Alciat.
conſ.2 nu.7.eodem lib. Ioan.Baptiſt.Ferret.conſ.
62.nu.8. lib.1. & ita eſſe de ſtylo Rotæ Romanæ
affirmat Cæſar de Graff.deciſ.Rotæ 97.nu.4.

Quarè nihil conferunt alij teſtes deponentes
de auditu eiuſdem Acatij, quia omnes reducun-
6 tur ad ſolam illius depoſitionem, † & regula iu-
ris eſt,quòd teſtes de auditu non probant, l.3. §.
ideòque verſ. *tu magis* ff.de teſtib. Parlador.in l.
ſi non ſpeciali nu.1.C.de teſtam. l.teſtium C.de
teſtib.cap.in primis §. ſed & de perſonis 2. q. 1.
cap.tua de conſang & affinit. Specul.tit.de teſte
§.1. verſ.*teſtimonium autèm*, Rebuff.alios allegans
d.tract.de reprobat.teſtium nu.51.& 53.verſ.*vl-
timo* vbi reſoluit,quòd licèt multi teſtes referant
audiuiſſe ab vno,non probant, ſicut nec ille ſolus
probaret, l.iuriſiurandi C.de teſtib. cap.licet ex
quadam eod.tit.l.20.tit.9.partit.4.

7 † Et ideò dicta aſſerta declaratio remanet in
terminis cartulæ, ſeù breuis nudi abſque fide,&
auctoritate; ideoque non inducit módum aliquẽ
probationis, l.inſtrumenta, l.rationes,& l.exem-
plo C.de probat.auth.de inſtrumẽt.caut.& fide,
§.ſi verò quiſquã collat.6.cap. 1. de fide inſtrum.
auth.ſi quis C.qui potior.in pignor.hab. Couar.
cap.22.practicar.in princ. Aluar.Valaſc.conſult.
177.nu.1.tom.2.

Et quàmuis dictus Fiſcalis prætẽderit facere
comprobationem dictæ ſubſcriptionis, produ-
cendo teſtes aliquot dicentes, quod tenebãt eam
pro ſubſcriptione dicti Don Bernardi, nil con-
8 fert, quia in toto proceſſu non ſunt productæ
aliæ ſubſcriptiones illius factæ in inſtrumentis
publicis,nec priuatis,ad quas fieret comparatio,
proùt præciſe requiritur de iure. iuxta d.l.com
parationes, vbi communitèr DD Curtius ſenior
in d. l.admonendi num.118. verſ. *ſecundo*, & ibi
Franc.Purpurat.nu.172.ff.de iure iur. Menoch.
lib.2.de arbitr.Iudic.caſu 114. nu.11. & ſeq. qui
9 num.14. ait, † quòd probatio, quæ ſumitur per
comparationem eſt multùm periculoſa propter
euentus, qui quotidiè experiuntur illorum, qui
contrafaciũt,vel falſa imitantur imagine ſubſcri-
ptiones aliorum,vt tradit Hippol.de Marſil.in
rubr. C.de probat.nu.318.Vdalric. Zaſius lib.2.
ſingul.reſponſor,cap.25.

10 † Et quia vt fiat comparatio,& reſultet aliqua
probatio ex illa, requiritur quòd perſonæ, quæ
facere debent comparationem ſint multùm pe-
ritę in arte ſcribendi, & habeant notam manum
ſcribentis, habeant & penès ſe alias ſubſcriptio-
nes, quæ indubitabilitèr ſint illius, quem præ-
tenditur ſubſcriptionem feciſſe, de cuius com-
probatione agitur, iuxta Authent.ad hæc,& d.l.
comparationes §.omnes autẽ C.de fide inſtrum.
Bald.in l.ſi vnus nu.6.C.de teſtam. Greg.Lopez
in l.8.tit.19.partit.3.glo.2.& pluribus proſequi-
tur,& comprobat Menoch.vbi proximè à nu.25
vſquè ad finẽ illius caſus, Aluar.Valaſc. vbi pro-
ximè nu.6.idem Vdalric.Zaſius conſ.4.nu.6.& 7.
lib.2. qui plures alios adducit.

Et omnis ceſſat difficultas, nàm licèt dicta
declaratio reperiretur facta in teſtamento dicti
Don Bernardi coram Tabellione, & teſtibus, ta-
litèr, quòd eſſet in forma probanti, non poſſet
præiudicare eius filijs, quatènus ſunt creditores
11 eius pro dote materna; † nàm vltra, quòd vnius cõ-
feſſio,vel aſſertio non nocet, nec præiudicat ter-
tio, l.Seya in princ ff.ad Velleian. l.duobus §.1.
vbi Iaſ.ff.de iure iur. l.ſed etſi poſſeſſori §.final.
eodem tit.l.centum §.ſed an ipſos ff.de confeſſ.
Franc. de Aretio conſ.51. nu.3. Affl.deciſ.Neap.
245 num.11.Achill.de Graff.deciſ.163.aliàs 4.de
confeſſ.nu.3. Rota deciſ 685.nu.4. & deciſ.802.
num.10 par.1.diuerſ.Sacri Palatij, Surd.tract.de
aliment.tit.8.priuileg.48.nu.9.& conſ.82.nu.22.
12 dicens num. 25. † quòd confeſſio facta per ali-
quem debitorem ad alicuius fauorem non præ-
iudicat ſuo legitimo creditori, l.qui teſtamentũ,
vbi gloſ.ff.de probat. Ioan.Cæphal.conſ.101.nu.
30.& ſeqq.lib.1. Auguſtin.Morla in emporio iur.
1.par.tit.8.de reb.credit.q.1.nu.14.

13 † Nec obſtabit dicere, quòd etſi non valeat in
vim confeſſionis,ſuſtinebitur in vim legati, arg.
l.Lucius §.2. ff.de legat.2. & eorum, quæ tradit
Bart.in l.cùm quis decedens §.codicillis nu.3.ff.
de legat. 3. vbi poſt Iacob. de Bellouiſu videtur
determinare, quòd ſi aliquis teſtator in eius te-
ſtamento fatetur vſuras recepiſſe, & reſtitui iuſ-
ſerit, quamuis peti non poſſint tanquàm debitũ,
ſuſtinebitur tanquàm legatum, ex l.qui *vxori* ff.
de auro,& argento legato, Bald.in *l.rationes nu.*
2.& 3. C.de probat.Alex.conſ.122.*num.*3.*vol.*7.
Cuman. conſ.37.in fin. Ripa in l.fœminæ nu.45.
C.de ſecund.nupt. Surd.d.tit.8.priuil.30.num.8.
& 9. Rota deciſ.669. num.1.par.1.diuerſar.ſacri
Palatij.

14 † Quia reſpondetur, quòd talis confeſſio ſo-
lummodò probaret in rebus, quæ penderent à
ſola voluntate facientis, Bar.in l.certum §.ſi quis
abſente nu.3. ff.de confeſſ. Bald.in l. generalitèr
nu.16.C.de non numer.pecun. Afflict.deciſ.175.
nu.4. Pariſ.conſ.92.nu.18.vol.1. Hippol.in rubr.
de probat.nu.93.Crau.conſ.93.num.2.Roland.à
Valle conſ.82.num.38.vol.2.Surd.d.priuileg.30.
num.10.

15 † Et ita non poterit operari confeſſio patris
ad prejudicium filiorum etiàm pro ſua legitima,
vt latè per Tiraq. de retract. lignag. §.1. gloſ.18.
nu.80.& in l.ſi vnquàm n.89.& ſeqq.C.de reuoc.
don.ſuper verb.*donatione largitus*, Rojas de ſucc.
cap.9.nu.15.Auend.in cap.Prætorum 2.par.cap.
29.nu.12.Gutier.lib.3.pract.q.96.nu.5.Surd.vbi
16 proximè nu.12. † & eſt mirabilis reſolutio illa
Putei lib.3. deciſ.7.num.1. quòd quandò aliquis
non poteſt facere actum,nec etiàm confiteri ali-
quid,

Digitized by Google

quid,per quod actus ille prohibitus fiat validus,
ex Bart.in l.ſi donationes num.2.C.de collation.
quia opus erat,quòd alio modo legitimo conſta-
ret,eſſe verum contentum in dicta declaratione,
17 cùm ex ea ſola non probaretur prætenſum de-
bitum,l.non nudis,C.de probation.d.l.Lucius la
2.§.quiſquis,ff.de legat.2.l.Lucius §.Semproniæ
ff.de legat.3.l.1.& per totum C.de falſa cauſa
adiecta legato,Rota d.deciſ.669.& plures alij per
Anton.Gomez tomo 1.variar.c.12.num.81. vbi
ait, hanc eſſe communem opinionem, & magis
planè procedere, quandò ex confeſſione debiti
reſultaret præiudicium alicui tertio,vt in noſtro
caſu dicto D.Gaſpari, & eius ſororibus credito-
18 ribus pro dote materna, † quæ parentis reſpe-
ctu eſt æs alienum, l.docc ancillam, C. de reiué-
dicat.l.1.& toto titulo, C.de rei vxoriæ actione,
l.in rebus,C.de iure dotium, Beroius q.111. nu.
4.Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſin.38.nu.86. Ioan.
Garzia tract.de expenſ.& meliorationi.c.13.n.9.
iuncta l.1.C.de bon.maternis.
19 † Nàm hoc caſu ſicut dictus D.Bernardus non
habuit libertatem diſponendi de eius bonis in
præiudicium eorum tanquàm creditorum, l. fi-
liusfamil.§.Diui,lo 2.ff.de legat.1.l.cùm fidei hæ-
redis, ff.de fideicommiſſar. libertatib. l. peto, §.
prædium,ff.de legat.2.l.alienationes,ff.famil.er-
ciſcundæ,l.debitorem,C.de pignor.l.1. C.debi-
torem venditionem pignoris impedire non poſ-
ſe,Molina lib.1.de primogen. c.10.num.2. & ſe-
20 quentib. † Ita nec potuit illis præiudicare cō-
fitendo ſe debitorem Suæ Maieſtatis, ex ratione
d.l.qui teſtamentum,ff.de probat.l.ſi fortè,ff.de
caſtrenſi peculio, etiàm ſi id iuraſſet, vt probat
Specul. tit. de confeſſis, §.nunc videndum, verſ.
ſed nùnquid patris confeſſio, Abb. in cap.quàmuis
de ſentent. & re iudic. num. 33. Bart. in l. cùm
quis decedens,§.codicillis, verſ *prætereà teſtator*,
ff.de legat.3.plures adducti per Tiraquel.d.gloſ.
18.num.80.Ozaſc.deciſ.172.num.13.& 14.

Nec obſtabit dicere, quòd fecit dictam decla-
rationem,cùm eſſet infirmus infirmitate, ex qua
21 deceſſit, † Nàm etiàm ſi illam feciſſet in arti-
culo mortis,non probaret, gloſſa verbo *graue* in
cap.literas de præſumpt.vbi Bald.& alij,Iaſ.in d.
l.admonendi num.128. Io Baptiſta Ferrett.conſ.
150.nu.15.lib.1.

Nec etiàm obſtabit, quòd eam fecit fauore
animæ ſuæ,& exoneratione conſcientiæ; quo ca-
ſu ſuſtinetur confeſſio facta abſente parte,vt per
22 Afflict.deciſ.Neapol.164.num.4. & 5. † nàm
vltra, quòd hoc debebat eſſe probatum conclu-
dentèr ſaltim duobus teſtibus, & non per indire-
ctum, aut modum tàm illegitimum, vt per gloſ.
in l.fin.verbo *pro nulla*,C.famil.erciſcundæ,Ant.
de Butrio in d. cap. licèt ex quadam num.2. de
teſtibus,Afflict.deciſ.364.num. 4.Hippolyt.de
Marſil.in praxi crim.§ diligentèr nu.10. iuncta l.
vbi numerus,ff.de teſtib.Burgos de Paz conſ.43.
num. 24.

Adhùc nō poterat præiudicare dictis D. Gaſ-
pari. & eius ſororibus ex notabili determinatio-
ne Ioannis Dilecti de arte teſtandi tit. 3. cautela
23 18.num.5.vbi ait, † quòd quandò non conſtat
alio modo,quàm per confeſſionem patris, non
valet in præiudicium filiorum, d.l.qui teſtamen-
tum,Gloſ.& DD.in l.ſi donatione,C.de collatio-
nib. l.1. §.ſin autèm, ff.ſi quid in fraud.patroni,
Et magis in noſtris terminis idem Ioan.Dilectus
tit.6.de legat.cautela 6.num.4. inquit verba hæc.
*Ignorandum non eſt circa confeſſionem malè abla-
torum in teſtamento factam. licèt reuocari non poſ-
ſet,vt per Angel.in d.§.codicillis,& per Barbatiam
in cap.Raynuntius col.62 de teſtamen.quatenus ta-
mèn confeſſio tenderet in damnum creditorum, vel
in diminutionem legitimæ filiorum confeſſio nō va-
leret per notata in l. qui teſtamentum, ff de probat.
cum alijs allegatis per Barbat. in d.cap.Raynuntius
col.63.& Alex.conſ.57.viſa breui lib.5.*
24 † Quod confirmatur, nàm ſicut affirmante
patre in ſuo teſtamento eſſe debitorem eius filij,
nō eſſet ſtandum eius declarationi,niſi filius aliàs
debitum probaſſet,iuxta doctrinam Bart. in d.l.
cùm quis decedens,§.codicillis num.4.receptam
per alios,quos refert, & ſequitur Valaſc.conſul.
87.nu.4.Cæſar de Graſſ. deciſ.Rotæ 99. num.1.
Anton.Gamma deciſ.Portugal.226.num.1. eadē
forma dictus Fiſcalis debebat probare eſſe verū
debitum ab eo prætenſum,cùm in præiudicium
dictorum filiorū vti talium, ſiuè vti creditorum
25 ſufficiat dicta aſſerta declaratio, † cùm con-
trariorum eadem ſit ratio,& diſciplina,l.1. ff.de
his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris,DD.in rubrica,ff.
de acquir. poſſeſſ. Cæphal. conſ.74. num.11. &
conſ.112.num.24.conſ.136.nu.13.vol.1. & conſ.
177.num.13. lib.2.

Et ſi ad præiudicandum eis in legitima non
ſufficiebat dicta declaratio, minus efficax erit
quoàd præiudicandum in ducatis ſeptem mille
capitalis,quos vltra intereſſe exegit dictus D.Ber-
nardus pro dotibus d. D. Catharinæ de Zuniga,
26 † quia ſi id, de quo magis videbatur ineſſe non
ineſt,nequè id, de quo minus, cap.licèt vniuerſis
de teſtibus,l.neque ex vera, C.de acquir.poſſeſſ.
l. 1. C. de negot. geſtis, Euerard. loco à maiori
num.1. Ioann. Cæphal. conſ.85. num.29. & ſeq.
vbi concludit, quòd talis confeſſio nec inducit
probationem debiti, nec præiudicat filijs, aut
creditoribus.
27 † Demùm comprobatur, nàm quàmuis con-
feſſio debiti facta in vita, & probata maiori nu-
mero, quàm vnius teſtis poſſet præiudicare hæ-
redi facientis,ex l.cùm à matre, C. de reiuendic.
l.generalitèr, C.de nō numerata pecunia, Cæph.
28 conſ.225.num.28. † tamèn ſi fieret in infirmi-
tate,aut cauſa mortis non præiudicaret hæredi,
niſi fuiſſet iurata, auth.quod obtinet, C. de pro-
bation. Roman. conſ.445. num.9. Afflict. deciſ.
Neapolit.168.num.3. Rota d. deciſ. 669. num.1.
Cæphal.conſ.239. num.9. & conſ.276. num.36.
concludens, quòd multò minus poſſet præiudi-
care tertio dicta confeſſio,& ita conſtat euiden-
tèr,quòd nec dictis D.Gaſpari,& eius ſororibus,
Et hæc de primo Articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Concludentèr probatum eſt multorum te-
ſtium numero, quòd dictus Don Bernardus Ra-
mirez non ſolùm per ſe, ſed mediante Don
Alphonſo Ramirez eius fratre,& alijs maximam
fecit inſtantiam, vt dicti Don Gaſpar, & Don-
na

Digitized by Google

ra Mayor cùm eſſent minores vigintiquin-
que annis, & ſub patria poteſtate, ſe obligarent
ſoluere anno quolibet ducatos octocentum ad
ſatisfaciendum illius debita contenta in memo-
riali eis oſtenſo, in quo nullatenus comprehen
ditur debitum, quod prætendit ad præſens di-
ctus Fiſcalis. Et quòd ipſi ſe ſubtrahebant ſtipu-
lati inſtrumentum, dolentes, quòd ad id cogeren-
tur, idquè lachrymis oſtendendo, faciendoq; ab-
ſentiam dicto Don Gaſpare à domo parentis, do-
nec victus ſuaſionibus ipſe, & ſoror ſcripturam
ſtipulari fuere, ex quo duo reſultant, vnum, quòd
prætenſum Fiſci debitum non eſt comprehenſū,
imò illis fuit penitùs ignotum, cùm & ipſorum
pater nihil de eo illis reuelaſſet, idcò animus ſe
obligandi defuit, nec Fiſcus poteſt ſe dicto in-
29 ſtrumēto iuuare, † cùm ſit ſtricti iuris, nec poſ-
ſit ad alias res, vel perſonas, minuſq; ad incognita
extendi, l. quicquid aſtringendæ 99. ff. de verb.
obligat. dicens: *quicquid aſtringendæ obligationis*
cauſa dictum eſt, id niſi palàm exprimatur omiſſū
eſſe, intelligendum eſt, aut certè ſecundùm promiſ-
ſorem interpretamur, l. ſtipulatio iſta §. in ſtipula-
30 tionibus eod. tit. † quia ſtipulatori liberum fuit
verba latè concipere, tex. in l. fideiuſſores magi-
ſtratuum §. pro Aurelio ff. de fideiuſſor. ibi: *quo-*
niàm in ſola cenſum annua ſe obligauerant, non in
omnem conductionem, decreuit Imperator fideiuſſo-
res in vſuras non teneri, l. fin. §. in ampliùs eodem
tit. l. qui proprio §. procurator, l. centum ff. de
eo, quod certo loco, l. 1. ff. de in litem iurando,
l. cùm pater §. legato ff. ad leg. falcid. l. hoc iure,
& l. Herennius ff. de euict. Anton. Gamma decis.
31 349. nu. 7. † Et quòd ignorauerint, præſumitur à
iure, cùm non eſt probatum contrarium, l. veriùs
ff. de probat. l. ſuper ſeruis C. qui militare non
poſſunt lib. 12. Butr. in cap. ſæpè nu. 16 de reſtit.
ſpoliator. cap. 1. iuncta gloſ. ſuper verbo *mortis*
32 de his, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt; † nàm certi-
ficatio eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præ-
ſumitur, niſi probetur, l. quęcunque §. vltimo ff.
de publ. in rem actio. clem. cauſam de elect. ibi:
niſi ad appellatum eius plena, & certa notitia infra
tempus prædictum altèr perueniſſet, cap. illud de
cleric. excom. miniſtran. iuncta regula eum, qui
certus 31. à contrario ſenſu de regul. iur. lib. 6. &
ibi gloſ. Celſus Hugo conſ. 120. num. 93. Mandoſ.
in tract. de inhibit. quæſt. 36. num. 10. Rota deciſ.
311. nu. 5. par. 2. nouiſſ. Sacri Palatij, Ioan. Mohed.
33 dec. 3. de dolo, & contum. † ſicut dicit Roman.
conſ. 473. nu. 1. ſcientem, non ignorantem velle
legem obligâri, l. generali C. de tabular. lib. 10. l.
fin. ff. de decret. ab ordine faciend. cap. cogno-
ſcentes de conſtit. cap. vt animarum eodem tit.
34 lib. 6. † Abſque eo, quòd iuramentum, quod
interuenit in dicto inſtrumento poſſit ampliare
illius effectum ad id, quod non cogitarunt Don
Gaſpar, & eius ſoror, cap. veniens, & cap. penult.
de iure iurand. cap. 2. de renunc. Roland. à Valle
conſ. 99. nu. 4. lib. 4. Federic. de Senis quæſt. 199.
num. 1. in fine, & num. 2. dicens, quòd mediante
iuramēto nullus videtur renunciare, aut obligari
his, quæ ignorabat, facit l. legitima ff. de hæred.
inſtituen. l. iuris ff. de inoffic. teſtam. Paul. Caſtr.
conſ. 84. num. 4. par. 2. Curt. iunior conſ. 25. nu. 5.
Iaſ. in l. more num. 29. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.
Ioan. Petr. Bimius conſ. 106. num. 45. vol. 2. Surd.
de aliment. tit. 7. quæſt. 16. nu. 108. vbi poſt Alex.
35 conſ. 135. col. 1. vol. 7. reſoluit, † quòd nullus vi-
detur approbare, quod ignorat, Deciſio Genuæ
14. num. 76. Ioan. Petr. Bimius conſ. 242. num. 19.
lib. 3. vbi ait, quòd iuramentum non ſupplet cō-
36 ſenſum, † quia iuramentum non ampliat obli-
gationem, in qua interponitur, & ſi intra ſuos li-
mites vim addat, vt poſt Roman. conſ. 472. nu. 5.
verſ. *ſecunda, & generalis*, Bimium d. conſ. 242.
num. 36. & Beccium conſ. 90. num. 20. & Oſaſc.
deciſ. Pedem. 92. nu. 7. & 8. tradit Surd. d. tract.
de aliment. tit. 9. q. 15. nu. 20.
37 † Et dixit Thom. Grammat. deciſ. Neapol. 52.
num. 27. quòd licèt iuramentum faciat actum
valere omni meliori modo, quo poteſt, l. cùm
38 pater §. filijs matrem ff. de legat. 2. † non tamèn
operatur, vt extendi poſſit ad id, de quo ſpecia-
lis mentio fieri debebat, vt voluit Roman. in l. 1.
§. ſi quis ita ff de verbor. oblig. Iaſ. in l. de his ff.
de tranſact. Federic. de Senis conſ. 15. Aretin. in
l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæred. Napodan.
in conſuetud. Neapol. contra inſtrumentum de
iure quartæ nu. 131. & 133. Matth de Afflict. in
39 conſtit. in aliquibus nu. 31. † Et ita non ſupplet
defectum voluntatis, & conſenſus, l. fin. C. de
non numer. pecun. & l. final. ff. qui ſatiſd. cogant.
Accurſ. in l. 3. C. plus valere, quod agitur, Corraſ.
lib. 7. miſcellaneor. iuris cap. 32. nu. 4. Marc. Ant.
Eugen. conſ. 7. nu. 61. conſ. 12. nu. 77. & conſ. 29.
num. 59. lib. 1. qui per plura fundamēta reſoluit,
quòd promiſſio iurata non extenditur ad id, de
quo non cogitauit, qui eam fecit, imò debet ſtri-
ctè interpretari in eo caſu, ſuper quo fuit iura-
mentum interpoſitum, cap. penult. de iureiur.
& per Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 45. nu. 12.

Et ita cauſa iſta debet conſiderari tanquàm
debitum patris, quod petitur à filijs non *obliga-*
tis ſoluere, ideòque dictus D. Gaſpar, *& D. Ma-*
yor habēt in ſuum fauorem regulas *iuris*, *dicen-*
40 tes, † iniquum eſſe aliquem *adimplere* obliga-
tiones alienas, vt inquit Vueſembec. in œcono-
41 mia ad Codicem lib. 4. pag. mihi 253. † Et quòd
ex hoc nec vxor pro marito, nec pater, aut ma-
ter pro filio, nec filius pro patre poſſunt conue-
niri, vt in rubr. & l. ob maritorum cum ſeqq.
C. ne vxor pro marito, l. 1. & per totum C. nē
filius pro patre, l. vnica C. vt nullus ex vicaneis
pro alienis vicaneorum debitis teneatur lib. 11.
Nouella Iuſtinia. 52. & 134. l. 9. tit. 31. partit. 7. l.
neceſſarijs ff. de acquir. hæred. Ioan. Dilect. di Sto
tract. de arte teſtandi tit. 3. cautel. 7. ex quo mi-
rabilitèr dixit Caſſiodor. lib. 4. variar. epiſtola 10.
His multò acerbiora iungentes alienis debitis ad ſo-
lutionem alios trahi, ſolamq; cauſam probabilem
videri, ſi aliqua debitori potuit in Ciuitate cōiungi,
ò iniquum perſuaſionis errorem diuiduntur cauſæ
germanis? filius obligationibus paternis, ſi non ſit
hæres, exuitur, vxor maritalibus debitis, niſi per
ſucceſſionis vincula non tenetur, & audacia ad ſo-
lutionem trahit extraneos, cùm abſoluant iura con-
iunctos. idem Caſſiodor. eod. lib. epiſt. 14. dicens,
magni peccati genus eſt alienis debitis alterum præ-
grauare.

Quarè

Quarè cùm conſtet ex inuentario facto per
mortem dicti Don Bernardi Ramirez bonorũ,
quæ reliquit, illorumque appretio, quòd non
aſcendunt ad ſummam vnius conti marauedino-
rum,& debita memorialis oſtenſi dictis D. Gaſ-
pari,& ſorori, vltra dotem maternam, quæ eis
debetur aſcendere ad ducatos triginta mille,non
incluſo debito prætenſo per Fiſcalem,manifeſta
redditur læſio pluſquàm enormiſſima, quam cõ-
tinet dicta ſcriptura, vt propter eam concedi
debeat illis reſtitutio in integrum ab eis petita,
42 Quia non poteſt negari, quòd dùm in ſe aſſum-
pſerint obligationes alienas in tàm maxima quã-
titate, competit illis dicta reſtitutio in integrũ,
l.de die 8.§.ſecundo,ff.qui ſatiſdare cogant. l.aie
prætor,§.non ſolùm,ff.de minorib. l.non omnia,
eod.tit. ibi. *aut oneri, quod non ſuſcipere licuit ſe*
obligauit,Berous q.115.num.1. Ludouic. Moro-
tius reſponſo 87.num.1. & ſeqq. Præſertim ani-
maduerſo, quòd eam fecerunt inducti, & com-
pulſi ſuaſionibus, & metu reuerentiali patris, &
patrui, iuxta tradita per Aymon. Crauet. conſ.
10.num.17.Franc.de Aretio conſ.24.num.11.qui
43 in conſ.14.num.8. reſoluit, † quòd metus re-
uerentialis operatur, quòd non ſit viſus conſen-
tire,qui ſine illo conſentire poſſet, quia nimia
reuerentia æquiparatur metui, vt inquit Barbat.
conſ.31.num.7.lib.3.per tex.in l.1.§.quæ onerã-
dæ,ff.quarum rer.actio non detur,vbi dicit Bar.
quòd ſi minæ præceſſerunt,præſumitur actus ge-
ſtus per metum,l.metum, C.quod metus cauſa,
44 ſic contractus geſtus per filium cum patre non
valet,quia præſumitur geſtus per metum, l.pen.
ibi. *Et is,cuius magna verecundia, & quàm in præ-*
ſentia pudor eſt ad reſiſtendum impedito furtum
facere ſolet,ff.de furtis, quæ ponderat Sigiſmun.
Loffred.conſ.17.num.37.dicens, eſſe metum ta-
citum,aut velatum, vt parentis, vel Domini, cui
non audet contradicere, ſunt verba Baldi in tit.
de pace iuram. firm. §.itèm Sacramenta num. 7.
45 in vſibus feudorum, † & ait, quòd iſte metus
velatus probatur ex qualitate perſonarum, & al-
legat Bart. in l.de pupillo, §.ſi quis ipſi prætori,
46 ff.de noui oper.nunc. Et ſubdit nu.8. † quòd
præſumitur dolus commiſſus contra minorem
ex enormi læſione,pulchrè idem Bald. conſ.148.
num.4.lib.1. concludens, metum præſumi in fi-
lio propter nimiam reuerentiam, vel non auſum
contradictionis, Crauetta conſ. 976. num. 16.
47 Thom.Grammat.deciſ.103.num.49. † Et vni-
ta læſione enormiſſima, ſufficit, vt reſcindatur
quilibet contractus,aut promiſſio,l.1.§.quę one-
randæ,ff.quarum rerum actio non detur,Rolan.
à Valle conſ.100.num.131.lib.4.Thomas Gram-
maticus deciſ. 103. num. 49. Crauetta conſ. 15.
num.12.conſ.514.num.1.tomo 1.conſ.889. nu.
2.conſ.938.num.5.& 976.num.17. Cæſar Vrſill.
in additionibus ad Afflict. deciſ. 393. num. 15.
48 † Nàm ex læſione præſumitur metus, l.ſi ſuper-
ſtitis, C.de dolo malo, Paul. Aemil. deciſ. Rotæ
321.num.6.Thom.Grammat.d.deciſ.103. num.
53.Vrſill.ad Afflict.deciſ.69.num.5.& 6. vbi ait,
hoc procedere magis ſinè dubio, quandò præ-
ceſſerunt minæ, vt in noſtro caſu probatum eſt,
fuiſſe factas dicto D. Gaſpari, quòd illius pater
non erat viſurus, aut alloquuturus eum, nec in
ſuo paterno affectu conſeruaturus,niſi dictum
inſtrumentum ſtipulatus eſſet, prout cum effe-
ctu donec fecit, abſuit ab illius domo, & in alio
49 Oppido,ſcilicèt Villarubio, † Et quandò dictę
minæ non fuiſſent, ſufficiebant ſuaſiones vrgen-
tes dicti ſui patris, & patrui ex gloſſa in l.1. ver-
bo *extorta*, C.ne filius pro patre, vbi Bald. nu.1.
in fine,Afflict.deciſ.80. num.6. Boer. deciſ.101.
ad fin. Iaſ. in l.error num.10. C.de iuris, & facti
ignorantia,Pinel.in l.2. C. de reſcinden. vendit.
1.par.cap.1.num.31.Morotius reſponſ.28. n.15.
Ioan. Bapt. Ferrett. conſ. 296. num. 18. Surdus
conſ.373. num.14.
50 † Et cùm præceſſerit metus, incuſſio eſt ma-
gis ſinè dubio,iuxta l.metum, §.quod prætor, ff.
quod metus cauſa, Marc. Anton. Natta conſ. 50.
num.9.tomo 1. Bald.conſ.148. in caſu propoſito
num.3.vol.5.dicens, poſt magiſtrum Raymundũ
in ſumma ſua, quòd edictum Prætoris dicentis,
quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo,
non tàm fuit verbum hominis, quàm verbum
Dei,& repetit conſ.441.num.4.p.5.

Et ſufficiebat ſe obligaſſe ex facilitate mino-
ris ætatis, & defectu experientiæ eorum, quæ il-
51 lis nocitura erant, † quia reſtitutio in integrũ
eſt concedenda minori,probata læſione,inducta
vel dolo aduerſarij, vel nimia facilitate petentis,
l.verùm §.faciendum cum l. ſequenti ff. de mi-
noribus,l.3.§.ſi minor,vbi DD. ff.de iureiurand.
Alciat. reſpon. 181. num. 6. Cæpolla conſ. ciuili
57.num 3.Cæphal.conſ.3. num.135. Gratus reſ-
ponſo 519.num.42.vol.1.Celſus Hugo conſ. 102
num.1.& 2 Caballin.milleloquio 779.nu.1.

Et quàm ſit conſiderabilis ſolus reſpectus,aut
reuerentia paterna, conſtat ex Plinio in panegy-
52 rico ad Trayanum, vbi ait, † quòd patris re-
uerentia plerunque magis efficit, quàm terror,
53 Corraſ.d.lib.7.Miſcellan.c.32.num.8. † Et eſt
ſatis iuſtus metus vitandi indignationem pater-
nam, quantùmuis ſinè culpa filiorum commotã,
54 l.ſi quandò, §.illud, C.de inoffic. teſtam. † nec
nouum eſt magnam eius verecundiam,qui apud
nos auctoritate valet iuſtam pudoris, metuſue
cauſam tribuere, l.cùm verò, §. apparet, ff. de
fideicom.libert. d.l.penult. ff. de furtis, d.l.1.§.
quæ onerandæ ad finem. ff.quarum rerum actio
non detur, ibi. *Si liquidò appareat, libertum metu*
ſolo, vel nimia patroni reuerentia ita ſe ſubieciſſe,
Accurſ.in l.filiusfamilias, §.inuitus, ff.de procu-
ratorib. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris p.3. c.14.
lib.41.num.8.

Nec obſtabit dicere, quòd in dicta ſcriptura
interuenit iuramentum, quia pluribus reſpecti-
bus non præiudicat, nec robur tribuit obligatio-
55 ni. † Primò, ratione iuſti metus præcedentis,
Cæphal. conſ. 295. num. 18. Afflict. deciſ. 263.
56 num.2. † Quia ſemper metus continet dolum
ex parte inferentis, Alciatus reſponſo 5. num.4.
prout etiam continet enormis læſio, Barbatia
conſ.77. num.10. Ioan.Guttier. in Auth. Sacra-
menta puberum, C. ſi aduerſus vendit. num.94.
& ſeq. Et ideò iuſtiſſimè fuit conceſſa relaxatio
dicti iuramenti dictis D. Gaſpari, & D. Mayori
de Zuñiga, quæ benè probat,Cæphal. conſil. 62.
nu.40.

Digitized by Google

57 nu.40.& ſeq.lib.1. † Quia iuramentum non
obeſt, vbi adeſt enormiſſima læſio, Pinel. in l. 2.
C.de reſcind.vendit.3.p.c.1.nu.7. Cæphal.conſ.
207.nu.13.Alciatus reſponſo 97. num.2. & 7. ſe-
cundùm impreſſionem Lugdun. Barbatia conſ.
61.num.57.& 65.lib.3. Valaſc.conſultat.130.nu.
25.Roland.à Valle conſ.7.num.43.vol.3. Franciſ.
Burſat. conſ.207. num.35. tomo 2. & conſ. 239.
58 num.64. Morotius reſponſo 28.num.23 † Maxi-
me,quandò qui pateretur leſionem eſſet minor,
vt in terminis reſoluit Cæphal.vbi proximè nu.
59 74. † Et quia vt reſoluit Millis in repertorio,
verbo *iuramentum* num.26.fol.193.& Ioan.Petr.
Bimius conſ.292.num.12.vol.2.conſ.145. nu.54.
præciſè debet concedi relaxatio iuramenti, vbi
interuenit maxima læſio,aut dolus verus,vel præ-
60 ſumptus. † Rurſus, quia iuramentum in con-
tractibus de ſtylo potiùs Notariorum, quàm ex
pacto deliberato ſolet apponi, vt in ſpecie dicũt
Barbatia conſ. 52.num.3. lib.2. Decian. conſil.7.
num. 122. lib. 2. Lancellotr. Galliæ conſil. 118.
num.70. Ioan.Petrus Bimius conſ.296. num.44.
61 lib.3. † Nec apparet fuiſſe certioratos de iure,
& priuilegio minorum, quo caſu iuramentum
non obeſſe tenent plures apud Tiraquel. in l. ſi
vnquàm in princ. num.151. C. de reuoc. donat.
Lancellott. Galliæ conſ.105. num. 20. Roderic.
Xuar.conſ.3.num.30.

Et confirmatur,quia iuramentum prædictum
non poteſt ſupplere tot defectus, ſcilicèt perſua-
ſionis,metus,minorem ætatem,læſionem exceſſi-
62 uam, † cùm regularitèr nec duo ſuppleantur
vnico iuramento, Marc. Anton. Eugen. conſil.3.
num.36 conſ.63.num.78.Surd.deciſ.154. nu.12.
& ſeqq.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.73.num.
72. Marta conſ.178. num.18. Cæphal. conſ. 61.
num.7.

63 † Et quia nunquàm videtur renunciari iuri cõ-
petenti ad contraueniendum contractui conti-
nenti læſionem enormiſſimam, vt ait Couarr. in
cap.quàmuis pactum 3.par. §. vltimo num.5. de
pactis lib.6. Pinel. in d.l.2. 3.par. cap.1. num. 7.
Marc.Anton.Eugen.conſ.12.num.69.lib.1. idem
Couarr.lib.2.variar.c.4.num 5. & in fauorem al-
terius Domini Gaſparis Ramirez conſuluit Bur-
gos de Paz conſ.19. num.1. & 2. Molina de pri-
mogen.c.3.num.18.lib.4 Valaſc. conſultat.130.
64 num.23.tomo 2. † Qui numero ſequenti ra-
tionem ſupra aſſignatam adducit, quòd cùm cõ-
tineat dolum enormiſſima læſio, Rota dec. 102.
num.2.& 12.par.2.diuerſar. Sacri Palat. dec.74.
num.2.par.1.Marc.Anton.Eugen.dicto conſ.12.
num.66.conſ.29.num.4.& 60. Barbatia conſ.42.
num.6.lib.1.conſ.71.num.2.lib.3. cui nunquàm
cenſetur renunciatum,ex l.creditor,§.Lucius, ff.
65 mandat. † Quinimò nec poſſe renunciari læ-
ſioni enormiſſimæ, Aymon Crauet. conſil. 142.
num.24. Marc. Anton. Eugen. conſ.3. num. 50.
lib.1.facit Ioan.Vincent. de Anna allegat.17. nu.
1.Barbatia conſ.6.num.18.lib 4.& conſ.41.num.
29.eod.vol.Quarè nec etiàm videtur renunciaſ-
ſe iuri petendi reſciſſionem propter enormiſſi-
mam leſionem.

66 † Et confirmatur, quia iuramentum debet in-
terpretari,vt obliget minus quàm fuerit poſſibi-
le eum,qui iurauit,vt per Ioan.Gutier.de iuram.
confirmat. 1.par. cap.72.num.3. Cæuallos tomo
3.practic.q.779.num.184.

67 † Nec talitèr extendi,vt ſit vinculum iniquita-
tis,Imola in l.nemo poteſt ff.de leg.1. Burgos de
Paz conſ.28 num.12. Roland. à Valle conſil. 60.
num.67.lib.4.Marc.Anton.Eugen.conſ 12.n.64.
lib.1. Roderic.Xuar.conſ.3. num. 28. 29. & 33.
ponderans cap.inter cœtera 22.q.4.

Nec obſtabit dicere, quòd dictus D. Gaſpar
per mortem ſui patris ſe immiſcuit in bonis li-
beris, quæ reliquit, & ideò fuit viſus eius hære-
ditatem acceptare,argum.§.extranei, Inſtit.de
hæred. qualitate, & differentia,l. gerit 88. vbi
DD. ff. de acquir. hæred. quia iſta præſumptio
excluditur duabus conſiderationibus,vna,quia
nunquàm ſe geſſit pro herede, nec acceptauit
hæreditatem patris, imò illam expreſsè repudia-
uit coram Iuſtitia Villæ de Sabelices,vbi eius pa-
ter deceſſit, & fuit factum inuentarium, & ap-
68 pretium bonorum, † Quæ repudiatio eſt at-
tendẽda,l.2.C.de legitimis hæredibus,l.ſi ſcripti
9.C. de petit. hæredit. l. ſi hæredes 12. C. de
teſtamen. manumiſſ. l.2. ff.vndè legitimi, l.1. ff.
de ſucceſſor.edicto, l.1. C. de repudian. bonor.
poſſeſſ.l.ſi quis, ff.de iure deliberan.

Et ideò, quàmuis bona retinuerit, fuit iure
creditoris pro dotibus maternis, & non hæredi-
69 tario nomine, quia non eſt dubium, † quòd
pro dote, ſiuè conſiſtat in rebus, ſiuè in pecunia,
competit retentio non ſolùm vxori contra bo-
na viri, vt reſoluunt Bart. num. 2. poſt Iacobum
de Arena in l. filiofamilias la 3. ff. ſoluto matri-
monio, Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum,
ff. de condictione indebiti, l. ſi quis poſt hac,
C. de bonis proſcriptorum, auth. de exhiben-
dis reis, §.ſi verò quasdam res collat. 5. l. cùm
tibi, & ibi Bald. C. qui potior.in pigno. habean.
Boer. deciſ. 44. num. 36. in fine, Franciſc. *Bur-
ſat*. conſil.8.num.15.& conſil.9.num.4. *volum*. 1.
Brunus conſil. 1. & 86. Roland. à *Valle conſ*. 77.
num.36.volum.2. Campeg.conſil.2. *num*.12. &
18. Vrſill. ad Afflict. deciſ. Neapol. 203. nu. 8.
Thomas Grammaticus deciſ. 58. numer. 3. &
deciſ.92. num.19. Burgos de Paz conſil. 4. num.
19. Bald. Nouell. tract. de dote priuilegio 6. li-
mitat.13. verſic. *limita ſecundò*, Ioſeph Ludou.
70 deciſ. Peruſin. 109. nu 1. † Nàm retinendi ius
competit propter hypothecam, l.1. C. etiàm ob
chirograph.pecu. Bart. & Doctores in l.ſi non
ſortem, §.ſi centum, ff.de condict.indeb. Aymon
conſil.408. num. 17. conſil. 493. num. 4. verſic.
dicitur enim, & conſ.486.num.3.dicens, ſufficere
hypothecam generalem, vt ab ea ius retinendi
accipiatur, Fab. de Anna conſil.43. num. 18. Et
in terminis dotis, quòd bona viri ſint hypothe-
cata tradit l.1. §. & vt pleniùs, vbi communiter
DD. C.de rei vxoriæ actione.

71 † Et eadem priuilegia, quæ competebant vxo-
ri, competunt etiàm eius filijs, auth.vt ex actione
inſtantis dotis,vbi Bart.in princ.num.1.collat.7.
72 Grammat. dicta deciſ.92. nu.20. † nàm ius re-
tentionis etiàm competit ſingulari ſucceſſori, l.
cùm prætor, ff.de diſtract.pignor. Franc. Marc.
deciſ. 181. part. 1. Paulus Caſtrenſ. conſil. 93.
num. 5.

num. 5. verſ. *vbi ceſſionarius* vol. 1. Cæſ. Manent.
deciſ. 23. nu. 26. & deciſ. 36 nu. 16. allegans Surd.
deciſ. 176. nu. 27. & conſ. 4 num. 8. & plures alios
Honded. conſ. 16. nu. 23. vol. 1. Surd. conſ. 183. n. 5.
73 † Quod procedit etiàm ſi nõ eſſet dos liquida-
ta (prout eſt in noſtro caſu) ex Grammat. d. de-
ciſ. 58. nu. 12. & eſt in propoſito mirabilis deciſio
l. 1. C. de repud. vel abſtinen hæredit.
74 † Et quandò hæc nõ fuiſſent ita certa, & poſ-
ſediſſent bona titulo hæreditario, cùm fecerint
inuentarium, & appretium legitimum bonorum
cum auctoritate iudiciali, conſeruarunt iura ſibi
dotium maternarum, abſq; confuſione actionũ,
ac ſi fuiſſent creditores extranei, l. fin. § ſi verò
& ipſe C. de iure delib. l. 8. tit. 6. partit. 6. Berous
q. 67. nu. 3. Soccin. iun. conſ. 112. nu. 12. vol. 2. Ro-
land. conſ. 63. nu. 55. vol. 4. & alij plures per Ioan.
Ant. Bellon. conſ. 50. nu. 47. & ſeq.
75 † Nec Regius Fiſcus, aut alius poſterior, & ſi
legitimus creditor poſſet eos conuenire niſi pro
eo, quod remaneret de bonis paternis, ipſis priùs
ſatisfactis de dote materna, d. l. fin. § in computa-
tione, Angel. de Gambelion. tract. de teſtam. gloſ.
112. nu. 11. Auend. in l. 4. tit. *de la excepçiones* nu.
25. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. 4. par. § 1. ex
num. 7. verſ. *meminerimus*, cùm omnia bona dicti
D. Bernardi non importarent conium vnum ma-
rauedinorum, & ipſi eſſent ceeditores dotium in
ducatis ſeptem mille, ſatis apertè conſtat, eorum
patrẽ nulla reliquiſſe bona propria, quæ potuiſ-
ſent hæreditare, ſed tot debita, quæ aſcendebãt
76 ad ducatos triginta mille, quæ propriè dicuntur
æs alienum, l. ſubſignatũ § bona ff. de verb. ſignif.
gloſ. veebo *debentur* in l. ea demùm C. de collat.
Rauen. in dicti. nar. verb. *bona*, Caſſiodor. lib. 7.
variar. epiſt. 47. dicens: *Nam quid prodeſt, ſi quiſ-
piam videtur idoneus, & fieri non poſſit a cõtractis
nexibus abſolutus, egenti ſimilis eſt, qui reddere
nequit alienum, nec dici poteſt proprium, quod libe-
rare dominum non videtur addictum.* l. mulier 72.
ff. de iur. dot. l. non poſſunt 11. ff. de iure fiſci, l.
vſufructu 69. ff. ad l. falcid. Quintilia. declam. 233.
Et ceſſat omnis difficultas ſtante in integrum
reſtitutione petita per dictos D. Gaſparom, & D.
Maiorem aduerſus dictam ſcripturã, & præten-
77 ſam immixtionẽ in bonis liberis ſui patris, † nàm
filius minor, qui paternæ hereditati ſe immiſcuit,
vel qui bonorom poſſeſſionem agnouit, reſtitui
tur in integrum, l. 3. § ſi quid, l. ait prætor 7. § nõ
ſolùm el ſecondo, l. & ſi ſine dolo 8. § reſtitutus
cum ſeq. l. in integrum 23. l. ſi mulier 32. ff. de
minor. l. 1. & per totum C. ſi minor. ab hæred. ſe
abſtineat, l. 2. C. ſi tutor, vel curator interuenerit,
l. fin. C. de repud. hæred. l. fin. tit. 19. partit. 6. Au-
guſtin. Morla vbi ſupra 1. par. tit. 5. de in integr.
78 reſtit. q. 9. nu. 6. † Quia ſunt intra quadrienniũ,
cùm nullus illorum habeat impletos 28. annos, &
ita de iure ſunt in tempore petendi dictam in
integrum reſtitutionem. l. fin C. de tempor. in
integr. reſtitur, l. 47. tit. 13. partit. 5. Gregor. Lop.
in l. 9. tit. fin. partit. 6. Ant. Gomez. tom. 2. cap. 14.
nu. 7. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 11. nu.
2. Alciat. reſponſ. 160. nu. 7. & reſponſ. 203. nu. 3.
Cæphal. conſ. 3. nu. 133.
79 † Imò in caſu tàm maximæ læſionis debebat
eis concedi etiàm elapſo quadriennio, vt per
Achill. de Graſſ. deciſ. Rotæ 84. nu. 2. & 3. cap. 1.
de in integr. reſtit. lib. 6. Aob. conſ. 32. nu. 3. par. 1.
80 † Quia poterant ſe iuuare aduerſus Fiſcum, ſi
proùt reperiuntur liberi ab eius prætenſo debi-
to reperirentur etiàm de facto expreſſè obligati
ad ſoluendum, l. 1. & toto tit. C. ſi aduerſ. Fiſcum
reſtitutio poſtuletur, Vueſembec. lib. 2. œcono-
miæ ad Codicem pag 219. Bart. in l. 2. nu. 1. ff. de
oblig. & actio. Gregor. Lop. in gloſ. 2. in l. 23. tit. 9.
81 partit. 6. † quia in hac materia ſolummodò eſt
conſiderandum priuilegium minorum, qui ſunt
læſi, & non eorum, contra quos petitur in inte-
grum reſtitutio, l. verùm § fin. vbi gloſ. ff. de mi-
82 norib. † quia ſemper in concurſu duorum pri-
uilegiatorum potior eſt cauſa certantis de dam-
no vitando, quàm agentis de lucro captando, d. l.
fin. §. & ſi præfatam C. de iure deliber. Roman.
conſ. 199. nu. 5. & 241. nu. 12. l. fin. C. de codicill.
83 † Et quia remedium reſtitutionis in integrũ
fundatur in æquitate naturali, l. 1. ff. de minorib.
Riminal. in l. 1. nu. 49. ff. quod quiſque iuris, Cæ-
84 phal. conſ. 56. nu. 8. † eſt multum fauorabile. Bal.
in l. fin. C. de in integ. reſtit. minor Cæphal. conſ.
3. nu. 128. Caballin. milleloq. 772. par. 1. Ideò de-
bet iuſtitia mediante concedi dictis D. Gaſpari,
& D. Maiori, declarando, aduerſus eos non com-
petere recurſum Regio Fiſco, imò in omnem
euentum debere præferri illi, & reliquis credito-
ribus poſterioribus pro ducatis ſeptem mille
dotium dictæ D. Catharinæ de Zuñiga eorum
matris tàm ſuo proprio iure, quàm vti ceſſiona-
rijs aliarum ſororum, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *TRanſactio fieri poteſt poſt executoriam, quæ erat liquidanda.*
2 *Tranſactio ſuſtinetur non ſolum cauſa litis motæ, ſed & quæ poterat moueri.*
3 *Tranſactio procedit vbi inſtrumentum, aut ſenten- tia non erant omninò liquida.*
4 *Tranſactio habet locum, vbi quis poterat appellare, vel ſupplicare à ſententia.*
5 *Dubius euentus litis attenditur ad iuſtificandum tranſactionem*
6 *Litis dubius euentus reputatur pare pretij in tran- ſactione.*
7 *Euentus dubij cauſa admittuntur, quæ aliàs non admitterentur.*
8 *Tranſactionis finis eſt, vt à litibus diſcedatur.*
9 *Tranſactionis fauore multa ſunt à iure inducta.*
10 *Tranſactio licet ſit contractus innominatus, tamèn in eo non eſt locus pænitentiæ, & nu. 35.*
11 *Alienatio ſi ſtatuto prohibeatur, non prohibetur trã- ſactio.*
12 *Tranſactionis natura eſt actionem competentem remittere.*
13 *Res quandò poteſt ſe habere ad lucrum, aut dam- num, nõ iudicatur damnoſa, inſpecto dubio euen- tu, ſi tranſigatur.*
14 *Infallibilis euidentia & certiſſimus litis finis requi- ritur, vt trãſactio dicatur facta ſuper re nõ dubia.*
15 *Maioratus poſſeſſor poteſt tranſigere ſuper eo, quod alter poſſidet.*

Digitized by Google

16 *Emphyteota non poteſt alienare emphyteuſim ſinè aſſenſu Domini, poteſt tamen tranſigere.*

17 *Eccleſiæ res licèt non poſſit alienari, poteſt tranſactione relinqui poſſidenti eam.*

18 *Tranſactione non dicitur res quæſita nouo titulo à poſſeſſore.*

19 *Trāſactio poteſt fieri cum poſſeſſore maioratus ſuper eius fructibus.*

20 *Alienationis prohibitio non extenditur ad fructus, qui ſunt diuerſi à re principali.*

21 *Maioratus poſſeſſor poteſt renunciare iuri ſibi cōpetenti quoad fructus.*

22 *Metus, aut compulſio non præſumitur, ſed debet probari ab eo, qui allegat.*

23 *Tranſactio nō reuocatur pretextu erroris in calculo.*

24 *Læſionis vltra dimidiam remedium ceſſat in tranſactione.*

25 *Dolus non præſumitur, ſed debet probari ab allegante.*

26 *Si agatur de reſcindenda tranſactione tranſactionis propter læſionem, non tantum attenditur pretium. ſed dubius litis euentus.*

27 *Læſionis præſumptio ceſſat in tranſactione, niſi ea probetur.*

28 *Reductio ad arbitrium boni viri ceſſat in tranſactione.*

29 *Impugnare quis non poteſt factum à ſe legitimè.*

30 *Remittentibus actiones ſuas non eſt regreſſus dandus ad eas.*

31 *Tranſactio eſt contractus verè oneroſus.*

32 *Tranſactio eſt fauorabilis.*

33 *Tranſactio non debet eſſe inanis, & vacua.*

34 *Tranſactionem reſcindi non debere, eſt in dubio pronunciandum.*

36 *Tranſactio æquiparatur iuramento.*

37 *Tranſactionis contractus dicitur litis finita, & impedit proceſſum ad vlteriora.*

38 *Tranſactio nec Principis reſcripto poteſt tolli.*

39 *Tranſactio, & res iudicata æquiparantur, & eundem effectum habent.*

40 *Tranſactio debet obſeruari ſicut ſententia tranſacta in rem iudicatam.*

41 *Tranſactionis exceptio impedit litis ingreſſum.*

42 *Tranſactio extinguit omnia litis acta.*

43 *Sententiarum effectibus poteſt renunciari tranſactione.*

44 *Tranſactio facta coram Notario regio, & publico habet paratam executionem, prout ſententia.*

45 *Tractatus de damno vitando fauorabilior eſt.*

46 *Tranſactionis vigore quod detinetur, dicitur retineri iuſto titulo.*

47 *Tranſactionem aduerſùs qui venerit, debet antè omnia reſtituere, quæ receperat virtute illius.*

48 *Ablatiui abſoluti verba important formam.*

49 *Agēs ex contractu debet priùs adimplere pro parte ſua, aliàs repellitur.*

Reſcindere contractum qui vult, debet reſtituere, quod recepit, eod. num. 49.

50 *Intellectus l. cùm proponas C. de tranſact.*

Intellectus l. elegantèr §. ſi quis poſt ff. de condict. indeb. eod. num.

51 *Trāſactionis verba generalia cōprehendunt omnia.*

52 *Tranſactione poteſt actor modico accepto à reo ipſum liberare non ſolū à dubijs, ſed etiā à liquidis.*

P R O

Sebaſtiano de Galdo Curatore bonorum, & perſona Donnæ Eleonoræ Mariæ de Santillan

C O N T R A

Franciſcum Ortiz Incolam Ciuitatis Toleti poſſeſſorem maioratus inſtituti à Ferdinando Ortiz eius Fratre.

A R G V M E N T V M.

Læſio in tranſactione an poſſit opponi, & qualitèr, & tranſactionis exceptio an repellat agentem.

C O N S I L I V M CLXXV.

ET ſi dictus Franciſcus Ortiz figurando computum ad eius libitum prætendebat ſe grauatū in tranſactione facta cum Don Didaco de Santillan patre dictæ D.Eleonoræ, in qua eſt incluſa diuiſio bonorum inter eos conformitèr facta, in qua ad inuicem concedunt ſibi liberationem prætenſionum, quas vnus habebat aduerſus alterum, deſiſtendo à defenſionibus, quas dictus Don Didacus habebat deducere in iudicio liquidationis executoriæ, & ſuper ſecūda ſupplicatione ab eo interpoſita à ſententijs, ex quibus fuit expedita executoria, & ita fundabitur in duobus articulis; in Primo, quòd tranſactio eſt legitima, & valida, in Secundo, quòd dicto Frantiſco Ortiz obſtat exceptio dictæ tranſactionis, & debet repelli ab introductione iſtius iudicij, nec debet audiri via executiua, aut ordinaria, præſertim donec reſtituerit omnia, quæ recepit à dicto D.Didaco de Santillan ex cauſa dictæ tranſactionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 ✝ Et ſi dictus Franciſcus Ortiz prætendat, quòd eò ipſo, quòd obtinuit dictam executoriā, ceſſauerat lis, & ſic cauſa tranſactionis ex traditis per Roman. conſ. 504. num. 7. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 1. partit. 7. gloſ. 10. l. poſt rem ff. de tranſact. l. ſi cauſa C. eodem, l. elegantèr §. ſi quis ff. de condict. indeb. & per Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 98. nu. 9.

Verè decipitur in ſuo ſenſu, ſiquidèm reſtabat iudicium liquidationis, & ſecundæ ſupplicationis, in quibus eſt nedùm veriſimile, ſed certū fore deducēdas maximas ſummas, quæ diminuerent prætenſam cōdemnationem ſententiarum.

2 ✝ & ad hoc vt tranſactio ſuſtineatur, ſufficit non ſolùm lis iuridicè mota, ſed etiàm, quæ ſperabatur moueri, Bald. num. 1. in l. 2. C. de tranſact. per text. ibi, tamèn propter timorem litis trāſactione

inter-

interpoſita pecunia rectè cauta intelligitur, Ro-
deric Xuarez conſ.3.reſponſ.1.num.1. Roland.à
Valle conſ.28. num.2. vol.4. facit Ludouic.Mo-
3 rot. reſponſ.86. num.2. dicens, † quòd quandò
non eſt omninò liquidum, ſed exceptione aliqua
offuſcatū, procedit tranſactio contra inſtrumen-
tum guarentigium, & Bald. in l.2. C.de execut.
rei iudic. Blanc. tract. de compromiſſ. 4.quæſt.
princ.nu.5.Lancellot.de attent.c.12.limit.9.nu.7.
& magis in terminis Paul.Caſtrenſ.in l.ſi cauſa
cognita num.2.3.& 5.C.de tranſact.vbi reſoluit,
& probat, quòd tranſactio poteſt fieri poſt ſen-
tentiam, quæ fuit in dubium reuocata, Seraphin.
de priuil.iuram.priu.74.nu.68.

4 † Quod etiàm procedit, quādò pars condem-
nata appellauit, vel erat in tempore ſupplicandi,
proùt in noſtro caſu, vt ex d. l. ſi cauſa cognita
tradit Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit
num.1.ff.de pactis, & in l.poſt rem num.2.& 3.
ff.de tranſact. l.furti 6. § 1.ff.de his, qui notant.
inf.m. Ioan. Igneus in l. neceſſarios §. non aliàs
num.43. & ſeq. ff.ad Senat. Conſult. Syllan. l.6.
5 tit.6. partit.7. vbi Gregor. Lopez gloſ.4. † nàm
cùm eſſet dubius euentus iudicij liquidationis
computorum, & ſecundæ ſupplicationis, l.quod
debetur ff. de peculio, l.itèm ſi res §.fin. ff.de
alienat.iudicij, gloſ. fin. in l. Lucius 78. §.vltimo
ff.ad Senat.Conſult.Trebellian.gloſ.verbo *euen-*
tus in clem.1.vt lite pendente, Prob. ad Monac.
in cap.commiſſa num.3.de elect.eodem libro, &
in cap. locupletari de regulis iuris, Ioan. Neuiz.
lib.5. ſyluæ nuptial. num.12. Iuſtus Lipſius in
centuria miſcellanea epiſtolarum epiſt. 78. Bal-
thaſſari Robiano, & epiſt. 86. & ſeq. Petronius
Arbiter Satyricon pag.7. dicens: *Mihi planè pla-*
cet emere quàmuis noſtrum ſit, quod agnoſcimus,
& paruo ære recuperare potiùs theſaurum, quàm
in ambiguam litem deſcendere, Ioan.Bapt.Magon.
de recta patroc.ratio. cap.20.nu.3.

6 † Nàm lites, & earum dubius euētus reputan-
tur pars pretij tranſactionis, ad notata in l.fundi
partem ff.de contrahend. emptio. & per Tiraq.
de retract. lignagier §.1.gloſ. 8. Rota deciſ.148.
num.5. par.2. Sacri Palatij, Florian. in l.ſocieta-
tem §.arbitrorum nu.115. ff.pro ſocio, Roder.
Xuarez cons.3.num.7.Grammat.deciſ.66.nu 24.
7 † Et propter dubium euentum multa à iure ad-
mittuntur, & tolerantur, quæ aliàs non tolera-
rentur.Bald.& Salyc.in l.1.C.de pactis.Alexand.
conſ.53. num.19. vol 4.Vincent. de Franch. de-
8 ciſ.159. num.7. † cùm effectus tranſactionis ſit,
vt à litibus diſcedatur, & parcatur impenſis, &
omnis inter partes controuerſia ſopiatur, Paul.
Æmil. deciſ.Rotæ 306. num. 4. par.2. Mandell.
conſ.34.num.8. Alciat. reſponſ.94.nu.3. dicens:
9 † ea ratione multa fauore tranſactionum eſſe
inducta, vt habetur in l. quàmuis C. de tranſact.
vbi dicitur: *quàmuis eum, qui pactus eſt, ſtatim*
pœniteat. tranſactio tamèn reſcindi, & lis inſtaurari
non poteſt & qui tibi ſuaſit intra certum tempus li-
cere à tranſactione recedere, falſum aſſeuerauit, per
quem text. notant DD. ibi, & poſt eos Iaſon,
10 † quòd licèt tranſactio ſit contractus innomina-
tus, tamèn etiàm re integra non eſt locus pœni-
tentiæ, ad idem eſt tex.in l.cùm te 5. l.fratris 10.
C.de tranſact.vbi Iaſon ait: quòd quandò cauſa
eſt dubia, debet tranſactio iudicari valida, nè ir-
ritetur, Vinc.de Franch. d.deciſ.159.nu.6. Ioan.
Bapt. Magon. ſupr. cap.45.nu.12.

11 † Et ideò ſtatutum prohibens alienationem
non intelligitur de tranſactione, cap.ſi vaſallus de
ſuo, ſi de feud. fuerit controuer.in vſib. feudor.
Doctores communitèr in l.1. C.ſi aduerſus tran-
12 ſactionem, & eſt ratio, † quia tranſactionis natu-
ra non eſt, vt ex ipſa transferatur dominium, vel
quicquam alienetur, ſed vt ſimplicitèr actio re-
mittatur, l. ſi pro fundo C.de tranſact. & ita vt
ſuſtineatur tranſactio, ſufficit aliquid etiàm mo-
dicum fuiſſe datum illius cauſa, l.3.§.debitor ff.
de tranſactionib. l. cùm donationis C. eodem
titulo, Padilla in l.tranſactio num.4.& 5. ibidem
Rota deciſ.727. num.3. par.1. diuerſ. Sacri Pa-
latij.

Nec poteſt dici, quòd dicta tranſactio erat
damnoſa; nàm re vera cauſæ finis erat ſubiectus
damno, proùt lucro, ſi proſequutum fuiſſet iudi-
cium liquidationis, & ſecundæ ſupplicationis;
13 † nàm vt inquit Surdus tract. de aliment. tit.1.
quæſt.44.num.19.& 20.quandò res poteſt ſe ha-
bere ad lucrum, & damnum non iudicatur dam-
noſa, inſpecto dicto euentu dubio, vt dicunt DD.
In l.3. C.de reſcind.vendit. & ſic non poteſt dici
dictum Franciſcum Ortiz fuiſſe læſum, quia
actus poterat circa vtrunque verſari, l.de fidei-
commiſſo, vbi Paul. Caſtrenſ. Alexand. & alij
C.de tranſaction. Marc. Anton. Natta conſ.187.
num. 9.

14 † Nàm ad hoc vt poſſit dici, quòd tranſactio
erat facta ſuper re non dubia, erat neceſſaria
euidentia infallibilis, & quòd finis, qui ſperaba-
tur reſidui litis, eſſet certiſſimus; & ita intelligit
Roman. conſ.517. nu.18. dicens, eo modo con-
cedere text.in l.elegantèr §.ſi poſt ff.de condict.
indeb. l.1. l.poſt rem ff.de tranſact. l.ſi cauſa C.
eodem tit.

Nec obſtabit dicere, quòd non poterat facere
alienationem in præiudicium maioratus, & quòd
in tranſactione ineſt alienatio, l. ſancimus C. de
rebus alien.non alienand. l.alienatum in princ.ff.
de verb. ſignific. vt Rebuff. Bald. in d.cap.ſi va-
ſallus, Roman.conſ.166.num.1.Roland.à Valle
conſ.115.nu.3. lib.1. nàm hoc ceſſat in præſenti
caſu, in quo dictus Franciſcus Ortiz non erat in
poſſeſſione bonorum, ſed dictus Don Didacus
de Santillan etiàm vti pater dictæ D. Eleonoræ
ſuæ filiæ; vndè ſuccedit reſolutio Alciati d. reſ-
15 ponſ.94.num.5. tenentis, † quòd etiàm quandò
prohibitio alienationis extenderetur ad tranſa-
ctionem, l.ſi ad reſoluendum C. de prædijs mi-
nor. & per gloſ.in l.1. C.ſi aduerſ.vendit. tamen
hoc non procedit, quandò prohibitus rem illam
non poſſidebat, ſed alius, cum quo celebratur
16 tranſactio, † proùt dicimus in emphyteuta, qui
non poteſt alienare ſinè conſenſu domini, l. fin.
C. de iure emphyt. & tamèn poteſt tranſigere
relinquendo rem apud poſſeſſorem, vt declarat
Bald.in cap.1.de prohib.feud.alienat.per Feder.
cum concordant. tradita per Iaſ.in d.l.final.verſ.
decimo quæro, idemque etiàm videmus in Eccle-
17 ſia, quæ quàmuis prohibita ſit alienare, vt in toto

tit. de reb.Eccleſ.non alien. cap.ſinè exceptione
12.quæſt.2. l.10.tit.33.par.7. vbi Gregor.Lopez
tamèn poteſt tranſigere relinquendo rem poſſi-
denti, l.nulli cum gloſ. ff.de tranſact. Abb.conſ.
18 57.& 63.vol.1. † & per tranſactionem non dici-
tur res acquiri nouo titulo, l. ſi pro fundo, vbi
Alciat.& Padilla nu.10. C.de tranſact. Afflict.in
cap.1.§.ſi vaſallus nu.13.ſi de feudo fuer.contro-
uerſ.inter domin.& agnat.Xuarez alleg.19.Tira-
quell.de retract.lignag.§.1.gloſ.14.nu.62.Molin.
lib.4. cap.9. nu.22. in fine, in noſtro autèm caſu
ex inſpectione ſcripturæ tranſactionis conſtat,
quòd dictus D. Didacus, & eius filia exiſtebant
in poſſeſſione dictorum bonorum.

Et omnis difficultas ceſſat, nàm ſi aliquid re-
miſit dictus Franciſcus Ortiz non fuit de capi-
tali bonorum ad maioratum pertinentium, ſed
de fructibus, quos prætendebat ad ſe pertinere,
19 poſtquàm in dicto maioratu ſucceſſerat, † de
fructibus autèm permiſſa eſt remiſſio, vel aliena-
ſio, cùm ex ea nec maioratui, nec ſucceſſori pre-
judicium generetur, vt latè probant Surd. tract.
de aliment. tit.4.quæſt.10. à nu.26.& ſeqq. Me-
noch. lib.2.de arbitr.caſu 560. nu.4.& 5. Mieres
de maioratib. 4.par.quæſt.22.nu.2.& 3. Cæuall.
20 tom.3.practic.qq. quæſt.782.nu.55. † nàm fru-
ctus ſunt res diſtinctæ, & diuerſæ à capitali, &
prohibitio alienationis illius non extenditur ad
fructus, ex Bart.in l.ſi maritum §. ſi fundum nu.
1. ff.ſolut.matrim. Ioan.Dilect. tract.de arte te-
ſtandi tit.8.cautel.6.num.6. Molin.lib.5. de pri-
mog. cap.19.nu.23.& cap.20. nu.5.& ſeqq. Me-
noch.lib.2.de arbitr.caſu 171.num.3.Tiraquell.
de retract.lignag.§.1.gloſ.7.nu.47.& ſeqq.
25 † Nec dubitari poteſt, quòd reſpectu iuris ad
ſe pertinentis pro fructibus valuerit renunciare,
l.ſi quis in conſcribendo C. de pact. gloſ.1. in
cap. ſi diligenti de foro compet. gloſ.vlt. in cap.
cùm veniſſet 25. de teſtib.

Et minus obſtabit dicere, prædictum Franciſ-
cum Ortiz, quòd fuit inductus ad faciendam
tranſactionem inuoluntariè propter redimendas
22 vexationes litis cum dicto D. Didaco, † nàm
vltra, quòd non præſumitur talis metus, aut cō-
pulſio, ſed debet probari ab eo, qui allegat, l.
quotiès §. qui dolo ff.de probat. l.tranſactionem
35. vbi Salyc. ita ſummat C. de tranſact. ex eo,
quòd dictus D. Didacus vellet ſuam iuſtitiam
proſequi, non inducitur metus, aut cōpulſio ſuf-
ficiens ad reſcindendam dictam tranſactionem,
vt conſtat ex l.interpoſitas C.de tranſaction.ibi:
*Nec tamèn quilibet metus ad reſcindenda ea,
quæ conſenſu terminata ſunt ſufficit, ſed talem me-
tum probari oportet, qui ſalutis periculum, vel cor-
poris cruciatum contineat*, iuxta l.metus autèm
cauſa in fin. ff.ex quib.cauſ. maior. l.iſti quidèm
§.penult. ff.de eo, quod metus cauſa, imò tran-
ſactio metu futuræ litis valet, l.cùm te proponas,
vbi Purpurat. C.de tranſact.

Nec obſtabit dicere, quòd in dicta tranſactio-
ne interuenit læſio non ſolùm re ipſa, ſed etiàm
in computatione, & calculo, quem dictus Fran-
ciſcus Ortiz formare intendit, proût ſibi placet,
nàm negato caſu, quòd ita foret, non ex eo vitia-
23 batur tranſactio, † quia etiàm reſpectu erroris
calculi non poteſt reuocari, Bald.in l.vnic.nu.3.
C.de errore calculi, Iaſ.ibidem nu.12.Villalob.in
ærario commun.opin.litera F. num.217.& inter
communes Doctorum opiniones lib.2.tit.4.C.de
tranſact. nu.13.
24 † Imò nec etiàm reſcinditur, ſi interueniſſet
læſio vltra dimidiam iuſti pretij, nec habet locū
remedium l.2.C.de reſcind.vendit.vt tradit Bal.
ibi n.2. & in l.1.n.7.C.de pact.& in l.Imperato-
res §.dùm trāſactio nu.2. ff.de tranſact. Gratus
reſp.88.n.1.Mandell.conſ.1.n.3.& 12.& conſ.11.
nu.22.& conſ.89.nu.4. Crauett.conſ.100.nu.26.
& conſ.151.nu.27.Burgos de Paz conſ.17.nu.1.
Matienz.in l.1.tit.11.lib.5.recopil. gloſ.8.nu.53.
& ſeqq. Roland. à Valle conſ.28. num.22.vol.4.
Gregor.Lopez in l.56.tit.5. par.5. gloſ.4. & in l.
34. tit.14. ead.par. gloſ.2. plures alij, quos refert
Anton.Gabriel concluſ.1.de empt.& vendit. nu.
68.& alij, quos etiàm refert Pinell.in d.l.2.1.par.
nu.13. Gayll.lib.2.obſeruat.70. Puteus lib.1.de-
ciſ.130.num.6. Crauett.conſ.551.nu.26. Afflict.
deciſ.220. Grammat. deciſ.66.nu.20.& ſeqq. &
deciſ.55.nu.54. facit Florian.de Sancto Petro in
l.cùm putarem nu.9. ff.famil.erciſcun. vbi idem
reſoluit, Bald.in l.1.lectur.2.nu.3.ff.de tranſact.
dicens, quòd tranſigens læſus etiàm vltra qua-
druplum, non habet auxilium, niſi interueniſ-
25 ſet dolus aduerſarij, † qui non præſumitur, l.
quotiès §.1. ff.de probationib.gloſ.in cap.ſedes,
verbo *dolus* de reſcript. Cæphal.conſ.210.num.
69.tom.2. Marc.Anton.Eugen. conſ.64.num.80.
tom.1. & Auctores, qui voluere reſcindi tranſa-
ctionem procedunt, quandò dolo aduerſarij in-
teruenit dicta enormiſſima læſio, vt eſt videre
per Bertrand.conſ.5.num.132.vol.2. Anton.Ga-
briel d.concluſ.1. num.69. & Auctores per eum
relatos Cæphal. conſ. 137. num. 49. & conſ. 62.
26 num. 24. † Et quia vt benè probat Bart. in l. ſi
quis cùm aliter ff.de verbor.obligat.& in l.2. C.
de reſcindend. vendit. quandò agitur de *reſcin-
denda* tranſactione propter deceptionem *iuſti
pretij* vltra dimidiam non eſt habenda *ratio pre-
tij* rei, quæ petitur, ſed illius *dubij eventus*, plu-
res relati per Gamma deciſ.Portugal.110. num.
15. Pinell. in d.l.2. C. de reſcind. vendit. 1.par.
cap.4. num.14. & 16. allegans l. propter ſpem
ff. famil. erciſcund. ibi: *niſi tantùm æſtimatus ſit
dubius euentus*, fuit reſolutio Bertrandi conſ. 1.
num.79. vol.2.

Et hæc læſio non eſt probata, nec verè probari
27 poterit interueniſſe in dicta tranſactione, † pro
qua adeſt præſumptio, dùm non probatur con-
trarium, vt pòſt Abbat. conſ.74. nu.3. lib. 5. re-
ſoluunt Ludou.Moroc.reſponſ.8.nu.21. Aymon
Crau, conſ.717.nu.29.

Nec etiàm obſtabit dicere, quòd ad minus di-
cta tranſactio eſt reducenda ad arbitrium boni
28 viri, † nàm contrarium vt certum reſoluit Bald.
in l.3.§.ſed etſi quis nu.4.C.commu.de leg.Paul.
Caſtrenſ. in l.ſub prætextu nu.5. C. de tranſact.
& ita videtur iuri conforme, quòd cùm D. Di-
dacus de Santillano remiſerit iura ſua, & eius filie
ex cauſa dictæ trāſactionis, ea ſit valida, & quòd
aduerſus ipſam non debet audiri Franciſcus Or-
tiz, & hæc de Primo Articulo.

ARTI-

ARTICVLVS SECVNDVS.

Dubitari non poteſt, quòd D.Eleonora, & il-
lius curator habeant fortiſſima iura ad repellen-
dum Franciſcum Ortiz, liteſque, quas renouare
intendit, vt non poſſit contrauenire dictæ tranſa-
29 ctioni, vt fundatum eſt, & † quia nemo poteſt
impugnare, quod fuerat à ſe legitimè factum,
l.qui poſt mortem ff.de adoptionib. l.cùm pro-
fitcaris C.de reuocand.donat. l.creditoribus C.
de ſeruo pignori dato, Roman. conſ. 251. nu.2.
30 † Et cùm renũciauerit iuribus, quæ forſan illi
poterant competere, ad plus nõ remanſit illi re-
curſus aduerſus dictam tranſactionem, ex regula
l.quæritur §.ſi venditor, ibi: *& enim remittentibus actiones ſuas, non eſt regreſſus dandus* ff.de ædilit.
edicto, gloſ.verbo *alienatione* in l.quotiès ab om-
nibus C.de fideicommiſſ. allegata l.penult. cum
materia C.de pactis, Crauett.conſ.24.num.4.&
conſ.74.num.7.Roland.à Valle conſ.57.num.14.
vol.3.conſ.28.num.41.& conſ.100. nu.34.vol.4.
31 Aluar.Valaſc.conſul.173.n.3. † nàm cùm tran-
ſactio ſit contractus verè onerosus, l. tranſactio
C. de tranſactionib. Laderch. de Imola conſ. 9.
32 nu. 16. † per conſequens eſt fauorabilis, l.quàm-
uis, & l.fratres cum ſimilibus eod. tit. Ioan.Cæ-
33 phal.conſ.207.num.20. † Et ita dicta tranſactio
non debet eſſe inanis, & vacua, vt ex l.ſi quandò
de legat 1. & cap. ſi Papa de priuileg. in 6. cap.ſi
Romanorum 19. diſtinct. tradit idem Cæphal.
conſ.77.num.1. ex quo Roland. à Valle conſ.28.
34 num.33. vol.4. † reſoluit, in dubio pronuncian-
dum eſſe tranſactionem reſcindi non debere, ex
Alexand.conſ.157.col.1.vol.7.& alijs à ſe relatis,
Alciat. d. reſponſ. 94. num. 6. abſque eo, quòd
poſſit admitti pœnitentia, & contradictio dicti
35 Franciſci Ortiz, † cùm in contractu tranſactio-
nis non ſit locus pœnitentiæ, argumento l. ſicut
initio C.de actionib. & obligat. l.in commodato
§.ſicut ff. commodati, & l. quàmuis C. de tran-
ſactionib. Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſin. 18.nu.
38. Ioan.Cæphal.conſ.65.num.59.lib.1.qui pon-
36 derat, † quòd tranſactio æquiparatur iuramen-
to, l.2. ff.de iureiurando, Bald. in l. non eſt ſe-
rendus num.1. ff.de tranſact. vbi reſoluit, quòd
tranſigens repellitur ab agendo ex ſcriptura
37 tranſactionis, † quia tranſactionis contractus di-
citur litis finitæ, & impedit proceſſum ad vlte-
riora, l.fratris, l.non minorem C.de tranſact.&
l. elegantèr §. ſi quis poſt ff. de condict. indeb.
cap.1. de litis conteſtat. in 6. Beroius conſ. 176.
num.17.Roland.à Valle d.conſ.28.num.14.& 15.
38 lib.4. † dicens, quòd adeò dicitur litis finitæ
tranſactionis exceptio, vt nec reſcripto Princi-
pis infringi valeat, l.cauſas C.de tranſact. Deciſ.
Pedemont.91. nu.7. vt de deciſis per tranſactio-
nem lis non oriatur, l. terminato C. de fructib.
& litium expenſ.l.ſi quis 11.C.de rebus creditis,
quod magis certum redditur animaduerſo,
39 † quòd tranſactio, & res iudicata eundem ha-
bent effectum, & à iure æquiparantur, l. non
minorem C.de tranſaction. Grammat.deciſ.66.
num.20. Beroius conſ.176.num.27. Soccin.iun.
conſ.32. num.6.vol.3. Cæphal. conſ.66.num.25.
conſ.733. num.84. & conſ.210. num.71. Gratus
reſponſ.88.num.2. Bald.in l.2. lectura 2. num.4.
ff.de tranſactionib. Ioſeph Ludouic.d.deciſ.Pe-
ruſin.18.num.42.Morotius reſponſ.8.num.20.&
ſeqq. & reſponſ.62. num.9. qui plura vtrobique
tradit de tranſactionis effectibus, & priuilegijs,
nàm vt dixit Caſſiodor. lib. 1. variarum epiſt. 5.
In immenſum trahi non decet finita litigia, vnus enim inter procellas humanas portus inſtructus eſt, quem ſi homines feruida voluntate prætereunt, in vndoſis iurgijs ſemper errabunt, quæ enim dabitur diſcordãtibus pax, ſi nec legitimis ſententijs acquieſcitur.
40 † Et ſicut eſſet obſeruanda ſententia tranſa-
cta in rem iudicatam, ita etiàm tranſactio, vt be-
nè probat Roland. à Valle d. conſ.28. num.5. &
ſeq. cum traditis per Cæphal.conſ.137.num.46.
qui in conſ.295. nu.7. reſoluit, id maximè ſi in-
teruenit (proùt in iſto caſu) iuramentũ in tran-
ſactione excludit nõ ſolùm eum, qui illam fecit,
41 ſed & Iudicis officium, † quarè impedit litis in-
greſſum, iuxta cap.1. de litis conteſt. in 6. Mat-
thæus de Afflict. deciſ.Neap.63. vbi Cæſar Vrſill.
42 in addit.nu.2.Grammat.deciſ.66.nu.21. † nàm
mediante tranſactione viſa fuere extingui non
ſolùm omnia litis acta, vt per Mohedan. deciſio.
43 Rotæ 3.tit.de tranſactionibus, † verùm ſenten-
tiæ, quarum effectibus fuit renunciatum per di-
ctam tranſactionem, Curt. iunior in l.2. nu.21.
C.de iuriſd.omn.Iudic.Villalob.in com.opin. li-
tera T.nu.224.
44 Quod confirmatur, nàm æqualitèr, & magis
eſt exequutiua dicta tranſactio in fauorẽ D.Eleo-
noræ, quàm executoria, qua ſe vult iuuare Fran-
ciſcus Ortiz, l.4.in fine ibi: *Y eſte miſmo mandamos, que ſe haga, y ſe execute en las tranſaçiones, que fueren hechas entre partes por ante eſcriuano publico, y mandamos a los del nueſtro Conſejo, que den, y libren nueſtras cartas para todos los Conſejos, y perſonas ſingulares, que las pidieren.* tit.21.
lib.4. nouæ recopilat. Roderic. Xuarez in l.poſt
rem iudicatam pag.263.verſ.*item tranſactio*, Me-
neſes in l.fratris nu.7. & 8. C.de tranſact. Auiles
cap.30.prætorum gloſ. *faga pagar* nu.4. Azeued.
in d.l.4.num.199.& ſeq.

Et hoc magis certum redditur, conſiderato,
quòd dicta minor, & illius curator defendentes
tranſactionem agunt de damno vitando, & Fran-
45 ciſcus Ortiz de lucro captando, † quapropter
minoris cauſa fauorabilior eſt, l.vltima C.de iu-
re deliber. l.fin.C.de codicill. Ludouic.Roman.
46 conſ.241.num.12. † Et ſi virtute dictæ tranſa-
ctionis remanſiſſet aliquid pertinens ad dictum
Franciſcũ Ortiz in poſſe D. Didaci de Santillana,
& eius filiæ, id retinent iure, & iuſto titulo, l.pe-
nult.C.de vſucap. pro emptore, & tradunt Scri-
bentes in l. ſi pro fundo C.de tranſaction. Marc.
Anton.Natta conſ.15.num.5. Morotius reſponſ.
62.num.16.

Finalitèr, quia dictus Franciſcus Ortiz non
potuit, nequè debuit audiri veniens contra tran-
47 ſactionem, † cùm antè omnia, proùt eſt petitũ
pro parte dictæ Eleonoræ debuiſſet reſtituere
omnia, quæ fuit conſequutus à dicto Don Dida-
co ex cauſa dictæ tranſactionis, l.vbi pactum, &
ibi Bald. num.4. Salicet.9. Curt.iunior num.65.
C.de tranſactionib. l.qui fidem ff.eodem tit. l.ab

emptione ff.de pactis,vbi vt recedatur à contra-
ctu celebrato re non integra requiritur, quòd
interueniat actus veriſimilis, & ſi aliqua data
ſunt, reſtituantur,aliàs contractus nō reſoluitur,
per quem text.ita ait Aym.Crau. conſ.83.nu.2.
vol.1.text.ſimilis in l.cùm te ſundum,& vtrobi-
que Scribentes, l.ſi diuerſa C.de tranſact.ibi, re-
48 *fuſa pecunia*, † quæ verba ſunt prolata per mo-
dum ablatiui abſoluti,vndè formam deſignant,vt
ex Rota Rom. deciſ.805. & 810. par. 1.nouiſſ.&
Menoc.conſ.693.nu.16.& ſeqq. lib.7.& Corne.
conſ.188.col.vlt.lib.2. tradit Ioan.Bapt.Coſta
tract.de re integra prælud.3.num.2. & eſt com-
muniſſima opinio, quòd veniens aduerſus tran-
ſactionem, non debet audiri, niſi antè omnia
reſtituat, quæ recepit ab alia parte, idquè notat
Bald.in cap.1.§.notandum nu.1.de his,qui feud.
dare poſſunt,Abbas conſ.62.num.2.par.1. Paul.
Caſtrenſ. in d.l.qui finem num.8.Thom. Gram.
deciſ.66.nu.22.& ſeq. Afflict.deciſ.Neapol.220.
num.2. & 4. vbi ſic fuiſſe multotiès iudicatum
profitetur, Ioan. Vincent. de Anna ſingul. 540.
Laurent.Syluan.conſ.81.nu.34.Io.Andr.Georg.
allegat.34.num.1.& 2. Roland. à Valle,qui plura
refert conſ.59.num.7.Molin.lib.4.de primogen.
cap.9.num.43.Rota deciſ.111.num.1.& 440.nu.
7. & deciſ.810.par. 1. Sacri Palatij, Riminal.iun.
conſ.5.num.71.vol.1.Natta conſ.631.nu.7. Mar-
cheſan.de commiſſ.par.1.cap.16.nnm.28. Pariſ.
conſ.96.num.112.lib.1. Crauetr.conſ.83.num.1.
49 Puteus deciſ.353.num.6.lib.2. † Et facit,nàm
ſicut qui agit ex contractu, debet priùs implere
pro ſua parte,aliàs repellitur, l.Iulianus §.offerri
ff.de actio.empt. ita qui vult reſcindere contra-
ctum, debet priùs reſtituere, quod recepit, An-
char.conſ.34.num.11.Natta conſ.361.nu.1.Rota
d.deciſ.810. num.4. & 5. l.non ſolum 4. C.de
50 prædijs,& alijs rebus minorū, verſ. *igitur*, † nec
obſtat l. cùm proponas C.de tranſact.ibi, *quòd ſi
nihil tale conuenit*, l. elegantèr §.ſi quis poſt ff.de
condict. indeb. ibi: *neque enim debet vtrunque
locum habere,& repetitio,& tranſactionis exceptio*,
quia limitantur, vt ſint intelligendæ iuxta deciſ.
Afflict.220. num.5. in cuius caſu fuit poſita clau-
ſula,*rato manente pacto*, vt per Grammat.d.deciſ.
66.nu.5. aùt quandò altera pars conſentit,quòd
tranſactio non valeat, vt intelligit d. l. ſi diuerſa
Roderic.Xuarez alleg.14.num.8.Paul.Æmil.Ve-
rall.deciſ.Rotæ 67.num.15.par.3.nàm quod vo-
luit terminare d. l. cùm proponas eſt, quòd in
fine, ſeù euentu litis non poſſunt conſequi inſi-
mul duæ res, quod inſinuat d §.ſi quis poſt, ibi:
*Et ideò condemnatus repetere poteſt, quod ex cauſa
tranſactionis dedit*.
51 † Quarè cùm ex prædictis,& quia verba tran-
ſactionis ſunt generalia, & cōprehendunt omnes
actiones,& obligationes, quę ad dictū Franciſcū
Ortiz potuiſſent ſpectare, ſiuè deducto in iudi-
cio,vel non,vt per Grammat. d.deciſ.66. nu.62.
ex Bart. in l. cum Aquiliana ff. de tranſact. Ant.
Butr.& Abbat.in cap.1.eod.tit. Crau. conſ.290.
num.3.& 4. & Menoch.conſ.156.num.27. lib.2.
52 † nàm vt inquit Paul.de Caſtro conſ.333. incip.
dubium num.4.par.1.occaſione vnius litis,ſuper
qua tranſigitur, contingit interdùm, quòd actor
modico recepto à reo, liberat ipſum non ſolùm ab actione intentata dubia, ſed etiàm à cœteris quibuſcùnque, & quantumcùnque liquidis, vt inquit Bart.in d.l.ſi de certa C.de tranſact. facit in ratione ſui l.4.§.ſi ex die in fin.ff.de fideicom. libert. Et ita iuri conſonum cenſeo,dictū Franciſcum Ortiz debere repelli,impoſito illi perpetuo ſilentio, tuendamq; eſſe dictam D.Eleonoram,& eius curatorem in iuribus illi ſpectātibus vigore tranſactionis, denegādo computa nouitèr ex aduerſo petita, ac declarando ſolummodò, quòd ſi apparuerit ex parte dicti D. Didaci, aut eius filię,quòd fuerit recuperata quantitas aliqua ſpectans ad dictū Franciſcū Ortiz vigore dictæ tranſactionis,debeat illi reſtitui,proùt ſeparatam offert, ſaluo,&c.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio perſonarum eſt fundamentum iudicij.*
2 *Iniuria, quæ fit filio, cenſetur facta patri, & ab vtroque poteſt proſequi.*
3 *Iniuria dicitur omne,quod non iure fit.*
4 *Reddi debent omnibus debita, cui timorem timor, cui honorem honor.*
5 *Homo vnus dicitur maior altero ratione qualitatis, nobilitatis, diuitiarū, potentiæ, honoris, aut virtutis.*
6 *Nobilitati eſt deferendum in præcedentijs, & honoribus.*
7 *Sedis prærogatiua poteſt etiàm manu armata defendi.*
8 *Sedilia an prohiberi poſſint laicis in Eccleſia.*
9 *Laici præſertim nobiles capaces ſunt habendi ſedes in Eccleſijs.*
10 *Laici quo tempore acquirant ius habendi ſcamnū in Eccleſia, præſertim ſi non officit celebrationi diuinorum officiorum.*
11 *Eccleſiæ tolerantia erga eos, qui merentur potiores ſedes, licita eſt.*
12 *Conſuetudo attenditur in materia ſedium, etiam in Eccleſia.*
13 *Milites ordinum Calatrauæ, & Alcantaræ ſunt religioſi.*
14 *Milites Calatrauæ, & Alcantaræ gaudent priuilegio fori, & Canonis ſi quis ſuadente.*
15 *Militibus ordinum militarium datur ſedes in choro Eccleſiarum Cathedralium,etiàm in Toletana, quæ poteſt dici prima poſt Romanam.*
16 *Concilium Prouinciale Toletanum ponderatur circa ſedem dandam in choro Perſonis illuſtribus, & Titulatis, Regijs Conſiliarijs, & militaribus ordinum Equitibus.*
17 *Propter vnum quodque tale, & illud magis.*
18 *Iniuria fit atrocior ex animo facientis.*
19 *Iniuria fit atrocior,attēta qualitate perſonæ, cui fit.*
20 *Iniuria facta in Eccleſia reputatur grauior.*
21 *Iniuria crimen quandò fit in Eccleſia eſt mixti fori, & Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire, ſi præueniat.*
22 *Iniuria, quæ fit in maximo concurſu grauior eſt.*
23 *Iniuria grauior fit,attenta perſona facientis.*
24 *Magiſtratus iuriſdictionem exercens, an excuſetur*

tur ab iniuriæ præſumptione.

25 *Magiſtratus ſi faciat modo illicito, & cum ſcandalo, iniuriam irrogat.*

26 *Archipræsbyter Villæ de Ciſneros eſt ruralis, & non habet iuriſdictionem, niſi ad ſummam vſque 400. marauedinorum.*

27 *Iuriſdictio limitata ad certam ſummam, locum, perſonam, aut cauſas nullo modo poteſt extendi.*

28 *Iuriſdictionẽ exercens, qui ea caret, quale crimen admittat.*

29 *Iuriſdictio eſt iuris publici.*

30 *Iuriſdictionem non poteſt exercere qui non habet.*

31 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio iniuſtè habita non operatur actum validum.*

32 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio debet iuſtificari titulo.*

33 *Conſtitutio Synodalis eſt velut lex in Diœceſi vbi eſt facta.*

34 *Magiſtratus inferior poteſt puniri durante officio pro exceſſu.*

35 *Feciſſe videtur, qui aliquid fieri fecit.*

35 *Damnat ſe ipſum qui carens poteſtate excommunicat alium.*

37 *Exceſſus, & delictum æquiparantur in iure.*

38 *Offenſa dicitur omne, quod prouocat ad iracundiam.*

39 *Perſonalis offenſa eſt, quæ tangit perſonam.*

40 *Iniuriarum actione tenetur turbans alium in vſu rei ſuæ.*

41 *Verbum* delictum *comprehendit res omnes malè factas.*

42 *Delictum dicitur omne, quod poteſt in hoc ſæculo puniri.*

43 *Crimen continent ea, quæ dolosè, & animo deliberato fiunt.*

44 *Pater etiàm per procuratorem ſi illuſtris ſit accuſat pro iniuria facta filio.*

45 *Filium offendens, dicitur pupillam oculi patris offendere.*

46 *Ciuili diſquiſitioni non remittitur crimen ſinè legitima cauſa.*

47 *Iniuriæ dolor punitione lenitur.*

48 *Ciuilis cauſa differt à criminali.*

49 *Crimen dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt accuſari criminalitèr, & puniri.*

50 *Criminalis cauſa quælibet reputatur maior ciuili.*

51 *Inferior Iudex ſi grauauit in articulo præiudiciali, poteſt cauſa retineri per Superiorem.*

52 *Mandatũ de manutenendo debet regularitèr dari ei, qui poſſidet, aut quaſi poſſidet.*

53 *Tuitiuum remedium vt competat, ſufficit quælibet poſſeſſio.*

54 *Manutentionis remedium ſimile eſt interdicto vti poſſidetis.*

55 *Vti poſſidetis interdictum vt competat, non opus eſt iuſtificare titulo.*

56 *Poſſeſſio etiàm contra ius habet remedia tuitiua, & quaſi poſſidetis.*

57 *Teſtium repulſa non admittitur in remedio manutentionis.*

P R O

Don Sanctio Brauo de Acuña Commendatore, & Viſitatore Ordinis Militaris Alcantaræ

CONTRA

Sebaſtianum Fernandez Texerina Archipræsbyterum Oppidi de Ciſneros.

ARGVMENTVM.

Pater poteſt etiàm criminalitèr proſequi iniuriam factam filijs ſuis verè nobilibus; & an iniuriam, vel offenſam contineat prohibere illos ſedere in ſellis in Eccleſia Parochiali tempore, quo celebrãtur diuina officia, & an ſtante grauamine Iudicis inferioris poſſit cauſa coram Superiore retineri.

CONSILIVM CLXXVI.

1 QVIA † legitimatio perſonarũ
eſt ſundamentum iudicij, gloſ.
2. in l. 2. vbi Bart. Salyc. & moderni C. de edicto Diui Adria.
tollen. Iaſ. in rub. C. qui admitti ad bonor. poſſeſ. Nicol. Boer.
decis. 271. nu. 19. Alex. conſ. 59.
nu. 2. vbi Additio lib. 2. Franciſc. Becci. conſ. 170.
num. 21. vol. 2. Ant. de Virgilio tract. de legitimat.
perſon. in prælud. à nu. 1. certum eſt, quòd dictus
D. Sanctius eſt pars legitima ad proſequendum
iniuriam, & offenſam, quam dictus Sebaſtianus
Texerina fecit D. Ludouico Brauo de Acuña
eius filio militi ordinis Alcantaræ, & D. Martino
de Caſtilla eius priuigno Cõmendatori Meſtãzæ
ordinis Calatrauæ faciendo tolli cum publica
nota, ſcandalo, & ſulminatione cenſurarũ (cùm
ad id iuriſdictione careret) ſellas, quas habebant
ad ſedendũ in Capella maiori Eccleſiæ Sãcti Petri de Ciſneros tempore, quo primam miſſam
2 celebrabat in ea Antonius de Paredes, † quia iniuria, quæ ſit filio, reputatur propria parentis, &
vtriuſque nomine poteſt illam proſequi in iudicio, l. 1. §. 2. ibi. *Spectat enim ad nos iniuria, quæ
ijs fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti
ſunt.* iuncto §. vſquè adeò, & § vltimo ff. de iniur.
l. pater 41. eod. tit. quæ ait: *pater, cuius filio facta
eſt iniuria, non eſt impediendus, quominùs duobus
iudicijs, & ſuam iniuriam perſequatur, & filij,* l. 2.
C. eodem tit. ibi. *& pater in exiſtimatione filiorum
propriam iniuriam pati intelligatur,* quam legem
3 ita intelligit Antonius Contius in notis, † & omne, quod non iure fit, iniuria dicitur, d. l. 1. in
princ. ff. de iniur. & cùm voluerit minuere honorem,

norem,& decorem dictorum militum, clarum
eſt competere iniuriarum actionē, l. ſi non eſt 3.
ff.de iniur.ibi: *quinimò aduerſus eos, qui minuen-*
dæ opinionis tuæ cauſa aliquid confeciſſe compe-
rientur, more ſolito iniuriarum iudicio experiri po-
tes, Maſtrill.tract.de indultu cap.24.nu.72.

Nàm vt conſtat ex depoſitionibus teſtium
productorum pro parte dicti D. Sanctij, prædi-
ctus Sebaſtianus Texerina eo fuit animo iniuriã
illis faciendi ſolemni die,& in occaſione tàm pu-
blica,& maximi concurſus honorem illis debitũ
in ſedium prærogatiua tollendo contra præce-
ptum Apoſtoli ad Romanos cap. 13. dicentis:
4 † *Reddite ergo omnibus debita, cui timorem timo-*
rem, cui honorem honorem; vbi D. Chriſoſtomus
homil.23.ait: *Non dicit date, ſed reddite; & adie-*
cit, quod debetur, nihil enim gratuitò dat, qui hoc
fecerit; debitum quidèm eſt res iſta, quòd ſi non
feceris, perfidi pœnas dabis; notat Paramo de of-
ficio ſanctæ Inquiſitionis lib.3. quæſt.1. opin.4.
num.19.

Maximè cùm ſit probata quaſi poſſeſſio, in
qua exiſtebant tàm dicti nobiles milites, quàm
eorum patres, & aſcendentes habendi ſellas pro
ſedibus nõ ſolùm in propria Parochia, ſed etiàm
in dicta Eccleſia Sancti Petri, & omnibus alijs
dictæ Villæ ratione maioris qualitatis illorum
dignitatibus,& reditibus,in quibus sũt Superio-
5 res reliquis Incolis dictæ Villæ, † ſiquidèm inter
homines vnus dicitur maior alio rõne qualitatis,
nobilitatis,diuitiarum,potentiæ,honoris,aut vir-
tutis, Innocent.in cap.ſedes 1.col. num.2.de re-
ſcript. Philip.Probus in Addit.ad Ioan.Monach.
in cap.ſtatutum num.1. eod.tit.in 6. Caſſan.in
cathal.gloriæ mundi 7.par.conſid.47.Ioan.Mon-
tan.tract.de auctorit.magni conſilij nu.156.

6 † Et in omnibus materiæ præcedentiæ,& ho-
noris nobilitati defertur, l.final. §.ſedendi C.vbi
Senatores.vel clariſſimi, l.2.§.fin.C.de officio di-
uerſorum Iudicum, gloſ.magiſtralis,verbo *altiori*
in §.aliam, Inſtit. de bonor.poſſeſſ. dicens, quòd
digniores altiori loco ſedere debent,& ibi Ioan.
Faber,& Angel.& communitèr DD. & Syluester
Aldobrandin.in notis, idem Chaſſan.8.par.con-
ſider.38.Probus in d.cap.ſtatutum nu.22. Greg.
Lopez in l.15.tit.5.par.1.gloſ.1.& eſt optima de-
ciſio l.23.tit.21.par.2. ibi: *Aſſi deuen ſer honrra-*
dos en muchas maneras de guiſa, que ninguno no
deue eſtar en Igleſia ante ellos, quando eſtuuieſſen
à las horas ſino los Perlados, ò lòs otros Clerigos,
que las dixeſſen, ò los Reyes, ò los grandes Señores;
Azeued.conſ.29.num.26.dicta quaſi poſſeſſio eſt
de iure multùm conſiderabilis in materia præ-
7 cedentiæ, † in tantum, quòd poteſt ſedes manu
armata defendi, vt nihil noui fiat contra ſolitum,
ita ex cap.legimus 93.diſtinct. & Dominic. in
cap.Epiſcopos 15.diſtinct. Iacobatius tract.de
concilio c. de ordine ſedendi, Enric. de Bottis
tract.de ſynodo Epiſcopi 3.par. à nu.9. & ſeqq.
& facit titulus C. vt dignitatum ordo ſeruetur
lib.12. Ioan.Garzia de Hiſpanor.nobilit.gloſ.48.
§.3. num.22.

8 † Nec obſtabit dicere, quòd laici nõ debent in
Eccleſijs habere ſedilia, ad tradita per Paulum
Fuſcum de viſitat. lib.1.cap.27. Ioſeph Stephan.
tract. de adoratione pedum Summi Pontificis
cap.11.ad finem, ponderans illud Optati Mileui-
tani lib.4. contra Parmeniam, dùm peccatorem
arguit Dominus,& ſedentem increpat Deus, ſpe-
cialitèr ad Sacerdotes dictum eſſe conſtat, non
ad populum, qui in Eccleſia non habet ſedendi
9 licentiam, † quia veritas eſt, quòd laici præſer-
tim qualitatis iſtorum militum capaces ſunt ha-
bendi ſedes in Eccleſijs decentes, & conformes
ſuæ qualitati, vt in proprijs terminis reſoluit De-
cius in cap.2.num.213.de iudic.Abb.& Anchar.
in cap.abolendæ de ſepultur. quos refert, & ſe-
quitur Ioan.Oroſc.in l.in tantùm nu.14.ff.de re-
rum diuiſ. & indè eſt, quod reſoluit Pariſ. conſ.
149. in præſenti vol.4. quem refert, & ſequitur
Rebuff. in tract. in quibus cauſis Iudices ſæcula-
res poſſunt cognoſcere de perſonis eccleſiaſticis
10 nu.35. † quòd laicus tempore immemoriali po-
teſt quærere ius habendi ſcamnum in Eccleſia,
maximè quandò non nocet celebrationi diuino-
rum, nec aliqua indecentia adeſt, ſequitur Aze-
ued.in l.fin.tit.4.lib.5.recopilat.num.4. Perez de
Lara tract.de anniuerſ.& capellan.lib.1.cap.24.
num.21.Enchiridion Iudicum Eccleſiaſticorum
11 notab.240. in fine, † & eſt licita tolerantia, quã
in hoc facit Eccleſia erga perſonas, quæ meren-
tur magis honorificas ſedes, vt cõſtat ex Roccho
de Curte tract.de iure patronat.verbo *in Eccleſia*
12 num.16.Franc.Marc.quæſt.275.nu.3. † & quòd
in materia ſedium quàmuis ſit in Eccleſia atten-
datur conſuetudo, ſeù quaſi poſſeſſio, dummodò
ſit tolerabilis, poſt Fabrum in d.§.aliam,& Petr.
Gerard.ſingul.33.tradit Perez de Lara d.cap.24.
num.19. & 24. & faciunt tradita per Felyn.in
cap. ſtatuimus de maior. & obedient. Auendaño
1.par. cap.19. Prætorum num. 15. dicens, quòd
occupator ſeſſionis eſt in ſua poſſeſſione tuẽdus.

Et cùm præfatæ reſolutiones abſolutè proce-
13 dant in laicis benemeritis, † multò magis pro-
cedunt reſpectu dictorum D. Ludouici Brauo
militis Alcantaræ, & D.Martini de Caſtilla mili-
tis Calatrauæ, qui vltra notoriam nobilitatem
non reputantur laici, ſed perſonæ religioſæ, vt
multis probant Nauar. conſ.11.nu.5.de regular.
Burgos de Paz conſ.17. nu.1. Ioan.Gutier. lib.2.
practicar.quæſt.111.nu.2. alij relati per Cenedo
collectan.29.ad decretales num.4. Nicol.Garzia
tract.de benefic.1.par.cap.4.nu.15.pag.21.Ioan.
Bolognet. conſ.22. à num.13. & per totum, pro
quibus etiàm faciunt tradita per Chaſſan. 9. par.
conſider.8.& 9. & Polidor.Virgil. lib.7.de inuē-
toribus rerum cap.5. Bouadilla lib.2. polit. cap.
19.num.9.& ſeq. latè Gregor.Lopez in l.1.tit.7.
14 par.1. † Et ita gaudent priuilegio clericorum,
& præcipuè fori,& Canonis, vt latè proſequitur
Gregor. Lopez in l.1.tit. 7. par.1.gloſ.1. & alij
adducti per Nicol. Garzia d.cap.4.nu.9.& ſeqq.
15 † Et ita permittitur eis ſedes in choro cuiuſuis
cathedralis Eccleſiæ iſtorum Regnorum iuxta
Canonicos, & Præbendatos etiàm in Primate
Toletana, quam quodammodò poſſumus aſſere-
re primam poſt Romanam Eccleſiam, Ioan.Ma-
riana de Regis inſtitut. cap.10.pag.mihi 93. Ber-
nard.Gomez Miedes lib.17. hiſtor.Regis Iacobi,
L.Marine. Siculus lib.2.de rebus Hiſpan. Aluar.

Gomez lib.1.hiſtor. Card. D.Franciſci Ximenij,
16 † imò decreto Concilij Prouincialis Toletani
celebrati 25.Martij 1566. capit.15 action.3. ſta-
tutum eſt, quòd Perſonæ illuſtres, Titulati, Con-
ſiliarij Regis, & Milites ordinum militarium
poſſunt ſedere in choro in ſellis primis iuxta
cancellos, ſeù cancellaras, audiendo diuina offi-
cia, cuius meminit Sandoual tract.de officio Ec-
cleſiaſtico 4.par.cap.10.pag.126.ergo maiori ra-
tione potuere habere ſellas, & ſedes in Capellis
maioribus Eccleſiarũ Parochialium Oppidi pri-
17 uati, vt eſt dicta Villa de Ciſneros, † quia pro-
pter vnumquodq; tale, & illud magis, Authent.
multò magis C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. cùm in
cunctis de elect.Bald.in l.petens nu.33.C.de pa-
ctis, Celſus Hugo conſ.35.nu.1.

Et ideò dictus Sebaſtianus Texerina fecit
magnum exceſſum, & delictum ſollicitando ma-
lo animo Sacerdotes, qui erant in dicta Eccleſia,
& alias perſonas, quæ ad eam concurrerant pro
celebritate miſſæ nouæ, vt eum iuuarent, ad hoc
vt tollerentur dictæ Sellæ, & fulminando cenſu-
ras abſque iuriſdictione aduerſus clericos, ſi miſ-
ſam dixiſſent, donec ſellæ fuiſſent ſublatæ tàm
18 ex animo, quem habuit iniuriandi eos; † nàm
iniuria conſiſtit, & fit atrocior ex animo facien-
19 tis, l.illud §.1. ff.de iniur. † & recipit atrocita-
tem reſpectu perſonarum, quibus fit, l. Prætor
eodem tit. clem.1.§.nec ſuper de pœnis, Martin.
Vran. conſ.14.num.43.l.20.tit.9.par.7. Angel.in
20 §.atrox num.4.& 5. Inſtit. de iniur. † Et ratio-
ne loci vbi fuit facta, ſcilicet in Eccleſia, & coram
ſanctiſſimo Sacramento, Abbas in cap.32. nu.9.
de ſentent. excommun. Anton.Gomez. 3.tomo
variarum cap.6.num.4. d.l.20. ibi: *ò en Igleſia, ò
en otro lugar publicamente*, Moh. dan. deciſ.1. nu.
2.de foro cõpet. & eſt mirabilis locus ille Quin-
tiliani declamat. 265. dùm ait: *Quid enim magis
in vlla Republica curari, obſeruariq; oportet, quàm
Religionem, ſanè petulantia alijs locis mediocrem
habet reprehenſionem; in templo vero, in quo verbis
parcimus, animos componimus, in quo etiàm taci-
tam noſtram mentem cuſtodimus, pulſare velùt in
ſolitudine, velut in ſecreto quodam non eſt feren-*
21 *dum*, † Anton. Faber definit.20. tit.de appellat.
verſ. *neque enim videbatur negari poſſe quin ex fa-
cti circumſtantijs ſcandalum a Titio factum fuiſſet,
eamque nimirum cognitionem de ſcandalo facto in
Eccleſia eſſe mixti fori, & conſequenter ad Iudicem
Eccleſiaſticum pertinere, ſi is occupaſſet*, Iul. Clar.
§.fin.quæſt.36.nu.47.& quæſt.37.& 57. num.11.
in criminibus mixti fori.
22 † Siquidè maximus gentis concurſus, qui ade-
rat in dicta Eccleſia, quam occaſionem expecta-
uit dictus Sebaſtianus de Texerina grauiorem
fecit offenſionem, d.l.prætor §.vlt. l.ſed eſt quę-
ſtionis ff.de iniur.Abb.in cap.1.nu.2.de malefic.
23 † quod eſt magis certum, animaduerſa inæquali-
tate ipſius (ſaluo ſacerdotio) reſpectu militum,
dd.l.prætor §.vlt.l.vulneris, l.ſed eſt quæſtionis, l.
ſed ſi vnius §.quędam atrox, vbi Angel notab. 5.
Inſtit. eodem, Bar. in auth.de non alienand. aut
permutand. rebus Eccleſ. §.ſi verò no.2.
24 † Nec obſtabit dicere, quòd id fecit tanquàm
Iudex, & quòd magiſtratus actum iuriſdictiona-
lem exercens non præſumitur, eum animo iniu-
riandi feciſſe, ex Angelo in l.iniuriarum actio §.
ſi quis de honoribus ff.de iniurijs. Cæpolla conſ.
crimin.70. num.12 Gamma deciſ.Portugal.35.
num.1.nàm vltra, quòd erat neceſſarium habere
iuriſdictionem certam, & radicatam ad dictum
caſũ, ex qua excluderetur iniuriæ præſumptio,
quo in ſenſu intelliguntur, & procedunt d. l. in-
iuriarum §.1. & l.quæ iure ff.de iniurijs, debebat
25 facere abſque ſcandalo, & modo licito; † nàm
aliter faciendo, eſt clarum facere iniuriam, & of-
fenſam, l.qui reſtituere ff.de rei vendic. l.conti-
net ff.de eo, quod metus cauſa, l.32.ff.de iniur. di-
cens: *Nec magiſtratibus licet aliquid iniurioſè fa-
cere, ſi quid igitur per iniuriam fecerit magiſtra-
tus, vel quaſi Priuatus, vel fiducia Magiſtratus in-
iuriarum poteſt conueniri*, l.quemadmodũ §. ma-
giſtratus ff.ad legem Aquiliam, Gamma d.deciſ.
35. num.1. Petr.Gregor.tract.de appellat. lib.1.
cap.5. nu.12.Thom. Grammat. deciſ.40. nu.12.
Marc.Tull. lib.1. epiſtolarum ad Quintum fra-
trem epiſt.1.
26 † Et vti conſtat ex Conſtitutione Synodali in
hac cauſa producta pro parte dicti Don Sanctij
Archipræsbyteratus Oppidi de Ciſneros eſt ru-
ralis, de quo loquitur text. in cap.fin. verſ. *quia
ſicut* de offic.Archipræsb Puteus deciſ.378. par.
2. & ſolummodò habet iuriſdictionem in cauſis
minimis vſquè ad ſummam quatuorcentum mo-
rapetinorum æris, & non in cauſa iſtius ſubſtan-
tiæ, & qualitatis, neque ad fulminandum cenſu-
27 ras, † & quandò iuriſdictio eſt limitata ad cer-
tam ſummam, locum, perſonas, aut cauſas, nullo
modo poteſt extendi, Bald.in cap. ad hoc col.2.
de pace iuramento firmanda in vſibus feudorũ,
Innoc. in cap. cùm dilecti de capell. monachor.
Paul.Caſtrenſ. conſ.3.num.7.& conſ.20.num.2.
par.1. Auendaño d. 1. par. cap.19. verſ. *& quan-
docunque*.
28 † Et cùm exercuerit iuriſdictionẽ, ſciens eam
ſibi non competere, commiſit grauia delicta,
adeò vt leges quædam id ad offenſam Maieſtatis
referant, l. 12. tabularum in fin. ff.ad leg. Iuliam
Maieſt.alijs verò dicitur committi falſitatis deli-
ctum, l. qui nomine ff. ad leg. Corneliam de
falſis, l.maiorem C.eod.tit. Auiles cap.1. Præto-
rum gloſ.verbo *nueſtros* num.6.
29 † Quia iuriſdictio eſt iuris publici, l.1.§.huius
ſtudij ff.de iuſtit.& iure, & toto tit. ff.& C.de
30 iuriſdict. omn. Iudic. † & qui illam non habet,
exercere non poteſt, Menoch. lib.2.de arbitrar.
caſu 488. num.1. Abb.in cap.cùm dilectus nu.4.
31 & 5. de relig. domib. dicens, † quòd quaſi poſ-
ſeſſio iuriſdictionis iniuſtè habita non cauſat
32 actum validũ, † & hinc eſt, quòd allegans quaſi
poſſeſſionem iuriſdictionis, debet eam titulo iu-
ſtificare, Ioan.Faber in §.retinendæ num.4.verſ.
& ideo, Inſtit.de interdict.Menoch.de retinend.
poſſeſſ.remed.3.num.590.& de recuper.poſſeſſ.
remed.15. num.469. Capyc. deciſ.Neapol.209.
nu.4.& 5. maximè reſiſtente iure, prout reſiſtit,
33 † & etiàm dicta Conſtitutione Synodali, quæ in
illo Epiſcopatu eſt tanquàm lex, cap.2. vbi gloſ.
de maiorit.& obedient. cap.2. in princ. & §. ſta-
tuto, vbi Gloſ.& Philipp.Franc.nu.5.de conſtit.
in 6.

Digitized by Google

in 6.l.16.tit.5.partit.1. Conc.Trident.ſeſſ.24.de
reformat.cap.2.Henric.de Bottis tract.de Synodo Epiſcopi 3.par.in princ. nu.104.
34 † Et eſt multùm conſiderabile, quòd dictus
Archipræsbyteratus ſit ruralis, & abſque iuriſdictione ad dictum caſum, vt planiùs poſſit conueniri, & puniri dictus Archipræsbyter ex d. l.
nec magiſtratibus in fin. ff.de iniur. ibi: *Quòd ſi
ex minoribus magiſtratibus erit, id eſt, qui ſine imperio, aut ſinè poteſtate ſunt, magiſtratus etiàm in
ipſo magiſtratu poſſe eos conueniri*, & ita iuſtè fuit
punitus ad querelam Fiſcalis Eccleſiaſtici Legionenſis per Vicarium Generalem illius Epiſcopatus pro vſurpata iuriſdictione, & idem fieri debet ad inſtantiam dicti D.Sanctij; neque excuſabit eum dicere, quòd non abſtulit ipſe ſellas, ſed
dictos D Ludouicum, & D.Martinum permiſiſſe eas tolli, quia probatum eſt non reluctaſſe
tanquàm milites ſenſatos, & chriſtianos, nè in illa
celebritate cauſaretur ſcandalum, eò quòd aliqui
Sacerdotes dixerunt illis, quòd præfatus Sebaſtianus Texerina fulminauerat cenſuras latæ ſententiæ, ſi diceretur miſſa, donec ſellæ fuiſſent
35 amotæ; † & ita viſus fuit ipſemet abſtuliſſe, qui
cauſam præſtitit, vt fieret, l.1. & 2. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, l.veteres ff.de itinere,
actuque priuato, l. Paulus ff. de damno infecto,
cap.vlt.de immunit.Eccleſ.lib.6. Menoch.lib.2.
36 de arbitr.Iudic.caſu 353.nu.3. † & quemadmodùm dicit Roman. conſ.512. num.6. ſe ipſum
damnat, qui poteſtate carens non amore iuſtitiæ,
ſed odij liuore, ſeù vlciſcendi libidine inductus
in alium anathematis ſententiam dictat, cap.in
tantùm, & cap.temerarium 21.diſt.

Et licet ex ſuperiùs adductis conſtet, dictum
Sebaſtianum Texerina offenſam feciſſe dicto D.
37 Sanctio, & eius filijs, & commiſiſſe exceſſum, &
delictum, quæ in iure ſunt æquiparata, Bald.in l.
ſi quis in hoc genus num.11. C.de Epiſc.& cler.
38 conſtabit animaduerſo, † quòd offenſa dicitur
omne id, quod prouocat ad iracundiam, l. in
teſtamento ff.de manumiſſ.vindict. Bart.& DD.
in l.licitatio §.quod illicitè ff.de publican. & vectigal.Marian.Soccin.conſ.103.num.9.vol.3. Pariſ. conſ.165.num.5.vol.4. Hieron.Gratus reſp.
39 43.nu.6.& 7.lib.2.dicens, † quòd perſonalis offenſa eſt, quæ tangit perſonam, Ludou.Gozadin.
conſ.31.nu.16. Tobias Nonius conſ.111. num.8.
nàm & percutere dicitur, qui verbis contumelioſis alium prouocat, Præpoſ. in cap. ſanè nu.1.
40 diſtinct.45. † & iniuriarum actione tenetur, qui
alium turbat in vſu rei ſuæ, Crau.conſ.217.nu.2.
Ioan.Cæphal.conſ.189 nu.3.vol.2.

41 † Et quia hoc verbum *delictum* comprehendit omnes ſpecies rerum malè factarum, l.1. &
toto titulo C. ſi aduerſus delictum, l. omne delictum in princ.ff.de re milit. l.ſi qua pœna ff.de
verb.ſignif. Rebuff.in l.plebs 238. verſ. *ſciendum*
ff.eod.tit. Archidiac.in cap.vnic. in fin.de cleric.
42 coniug.in 6. † quæ poſſunt criminaliter accuſari, & puniri in hoc ſeculo, cap. Apoſtolus 71. diſtinct. Gloſ.in cap.peccatum de regul. iuris in 6.
Maranta de ordin.iudic.6.par.verſ.*& ſeruentur*
43 num.118. † Et quia crimen continet ea, quæ ex
animo proueniunt, & doloſè fiunt, gloſ. in auth.
qua in Prouincia C. vbi de crim. agi oportet. gloſ.
in reg.peccatum de reg.iur. in 6. cap.vnum orarium 25.diſt.Abb.in cap.at ſi clerici §.de adulterijs nu.5.& 7.de iudic.Suar.de Paz in praxi tom.
1. 5.par. cap.3.nu.56.& ſeq. Bart.in margarita
44 verbo *delictum* quæſt. 28. † Et ita dictus Don
Sanctius æquo iure intentauit criminalem actionem pro dicta iniuria, & offenſa facta eius filijs,
l.vlt. C.de iniur.ibi: *Licere autèm illuſtri accuſatori, vel reo, vel vxori. vel liberis maſculini ſexus,
ſeù filiæ itidèm illuſtris ſuperſtitis cauſam iniuriarum in quocunque iudicio competenti per procuratorem criminalitèr ſuſcipere, vel mouere*, l. lege
Cornelia ff.de iniur. Menoc.lib.2.de arbitr.iud.
45 caſu 265. num. 2. † Et eſt ratio, nàm qui tangit
filium, dicitur tangere pupillam oculi patris ſui,
vt inquit Lucas de Pen.in l.vnic.quæſt.20.propè
finem, C. publicæ lætit. vel conſulum lib. 12. &
nouiſſimè retulit Aloyſ.Riccius deciſ.Cur.Arch.
Neap. 21.nu 8.par.2.

Et ita Prouiſor Legionēſis debuit admittere,
quòd cauſa proſequeretur criminalitèr, & non
46 prouidere, quòd ageretur ciuilitèr, † quod ſine
cauſa legitima fieri non debet, iuxta l.1.§.qui pe-
47 cora ff de abigeis, Burſat.conſ.279.lib.3. † cum
dolor hominis iniuria affecti mitigetur punitione illius, qui illam fecit, vt obſeruat M.Ioan.Beatus Helius lib.1.obſeru.ad Cicer.actione 3.in C.
Verrem pag.410.

48 † Et ita grauauit dictus Vicarius per decretū
prædictum, volens, quòd eſſet ciuilis cauſa ſui natura criminalis, argum. l. ſolemus §.latrunculator ff.de iudic.cap.itèm cùm quis de reſtit. ſpoliator. Authent.ſed hodiè C.de Epiſcop. & cler.
ibi: *in qualibet cauſa criminali*, vel *pecuniaria*,
Auth. ſed nouo iure C. de pœna Iudic. qui malè
iudicauit, Decius in rubr. de iudic. nu.94.& 96.
quibus cōſtat, quàm ſit diuerſa ciuilis cauſa à cri-
49 minali; nàm vt ait Marant.diſput.5.nu.18. † crimen dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt
accuſari, & puniri criminalitèr in hoc ſeculo, d.
cap peccatum de regul.iur.in 6.

50 † Et quomodòcunque cauſa ſit criminalis reputatur grauior ciuili, l. in ſeruorum ff de pœn.
Puteus deciſ.98.num.2.lib.1. Menoch.lib.2.de
arbitr. caſu 464. nu 3. & ita ſubintrat regula,
51 † quòd vbi cōſtat ſuperiori, quod inferior grauauit in aliquo articulo, præterquàm ſubſtantiali
poteſt cauſā retinere in negotio principali, quia
ſuſpectus in vno, eſt in omnibus ſuſpectus, gloſ.
verbo *in omnibus* in cap.diſpendia de reſcript.in
6. Decius in cap.ad hæc num.26.de appell.& per
plura fundamenta reſoluunt Couar.in pract.c.9.
Hieronym.Laurent.deciſ.Rotæ Auenionen.101.
Auendaño tract.de ſecund.ſupplicat.nu.11

Ex quibus omnibus reſultat, decretum Prouiſoris iuſtificatione carere, & non debere illi
cauſam remitti, ſed retineri, vt puniatur dictus
Sebaſtianus Texerina, & reſpectu dictarum ſedium debere manuteneri dictos Milites in poſſeſſione, vel quaſi, in qua reperiebantur tempore
52 turbationis, † cùm regulariter debeat dari mandatum de manutenēdo ei, qui poſſidet, vel quaſi,
Bart.in l.ſi duo num.4. ff.vti poſſidetis, Cæphal.
conſ.26. nu.9. Rota Romana Sacri Palatij deciſ.

80. &

80. & 802. vtrobique nu.1. par.1. & deciſ. 1049.
lib.3.par.3.Cæſar de Graſſ.deciſ.32. aliàs 4. de
53 cauſ.poſſeſſ.nu.1.† nàm vt competat remedium
tuitiuum ſufficit qualibet pòſſeſſio, aut detentatio
ſaltim colorata, vt docent in ſpecie Couar.
in pract.cap.17.nu.5.verſ.*ſic ſanè*,Valaſc.conſult.
79.nu.11.lib.1. Franciſc.Milanenſ.deciſ.t.nu.83.
& 98.lib.1. Natta conſ.121.num.15.vol.1.Guido
Papæ deciſ.85.num.1. Rebuff.3.tom.ad ll. Gallicas
rit. de cauſis beneficialibus poſſeſſorijs art.
54 to, num.fin. † nàm hoc remedium eſt ſimile interdicto
vti poſſidetis, vt obſeruat Couar. nu.1.
55 Valaſc.vbi proximè nu.2.& 3.vbi ait,† quòd ad
hoc vt competat interdictum vti poſſidetis,non
eſt neceſſe iuſtificare titulo poſſeſſionem,l.1.ibi:
Separata debet eſſe poſſeſſio à proprietate,l.2.& ferè
per totum ff.vti poſſidetis, Menoc.de retinend.
56 poſſeſſ. remed.3. num. 588. † Et hoc procedit
etiàm in rebus, quarum poſſeſſio eſt contra ius,
cap.1.& ibi Abbas nu.4.vt lite pendent. allegans
capitulũ cùm perſonæ de priuileg. in 6. Decius
53 conſ.103.num.1. † nec retardatur ſub prætextu
repulſæ teſtium, Capyc.dec.55.in pi Inc.Couar.
in pract.quæſt.cap.17.num.4. Menoch.de retin.
poſſeſſ.remed.vlt.nu.41.Virgin.de Boccat.tract.
de interdicto vti poſſidetis cap.14.nu.43. Vinc.
de Anna alleg.84.num.10. Et ita mihi videtur,
ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *IVs patronatus Monaſterij acquiritur conſtructione, & dotatione.*
2 *Laici fundantes Eccleſiam Mendicantium acquirunt iuſpatronatus.*
3 *Ius patronatus acquiritur Fundatori, & habenti cauſam ab eo.*
4 *Ordinarij conſenſus requiritur regularitèr ad quærendum ius patronatus piorum locorum.*
5 *Auctoritas generalis Miniſtri Religioſorũ eſt loco authoritatis Ordinarij.*
6 *Patronus legitimus eſt, quem Fundatrix nominauit in talem.*
7 *Ius patronatus in Monaſterijs valet quòad iura honorifica, licet non quòad præſentationem, & num.9.*
8 *Ius patronatus, quod nõ controuertitur à Religioſis debet ſubſiſtere.*
10 *Eccleſia ſemel libera ſeruitutem in poſterùm non admittit.*
11 *Executores teſtamentarij debent ſeruare formam commiſſionis eis datæ à teſtatore.*
12 *Forma non ſeruata,actus eſt nullus ipſo iure,etiàm ſi ſit pius, & fauorabilis, & nu.13.*
14 *Actus factus contra formam cõmiſſionis eſt nullus.*
15 *Commiſſio omnis debet ad vnguem obſeruari.*
16 *Commiſſiones ſunt ſtricti iuris.*
17 *Actus pendet à mandante, & committente, non ab exequente.*
18 *Maritus non poteſt mutare nominationem patroni factam ab eius vxore.*
18 *Electio vbi ſpectat ad plures, debent ſimùl conuenire in explicando actu.*
20 *Duobus commiſſum non poteſt vnus ſolus facere.*
21 *Delegati plures repreſentant vnam perſonam, ſcilicèt delegantis.*
22 *Adiuncti Iudicis omiſſio parit nullitatem.*
23 *Tutoris, & Iudicis auctoritas ſi requirantur in aliquo actu, & vnus deficiat, nihil fit.*
Tutores plures ſi ſunt dati, non adminiſtrat vnus ſinè alio, eod. num.
24 *Actus ſi competit duobus inſimùl, & non inſolidũ, ſi fiat ab vno, non valebit.*
25 *Procuratores duo ſi ſint inſimùl dati, vnus ſolus nihil poteſt facere.*
26 *Executores duo teſtamenti ſi dati ſunt, vnus ſolus non exequitur.*
27 *Officialis ſi ſit conſtituendus à duobus, non poterit ab vno ſolo conſtitui.*
28 *Cauſa tribus commiſſa non poteſt à duobus expediri.*
29 *Facultas à teſtatrice conceſſa attenditur etiàm reſpectu præſtandi conſilium tantùm.*
30 *Coniunctim qui debent facere aliquid, non poſſunt facere diſiunctim, & ſeparatim, & nu.37.*
31 *Intellectus cap.vlt.de arbit.lib.6.*
32 *Duo ſi ſunt nominati commiſſarij, non poſſunt inter ſe conuenire, quòd vnus ſolus exequatur.*
33 *Negotium graue duobus commiſſum non poteſt fieri ab vno ſolo.*
34 *Induſtria perſonæ videtur electa propter confidentiam de ipſo habitam.*
35 *Induſtria perſonæ cenſetur electa in his, quæ conſiſtunt in faciendo.*
36 *Actus humani requirunt poteſtatem, voluntatem, & modum.*
38 *Teſtator ſi iubet, quòd executores concurrant, vnus ſinè alio nihil poteſt facere.*
39 *Procurator debet ſeruare fines mandati.*
40 *Delegatus Iudex reſcripti ſui formam debet ſequi.*
41 *Arbiter ex forma compromiſſi authoritatem recipit.*
42 *Inſtructionis forma debet ſeruari, nec ab illa licet recedere.*
43 *Proceſſus corruit non ſeruata forma præfixa ad procedendum.*
44 *Defectus quandò ſuppleatur ſuperueniente conſenſu eius, quem negotium tangit.*
45 *Formæ præfixio non poteſt à partibus remitti.*
46 *Teſtatricis voluntas eſt ſeruanda ſicut lex.*
47 *Ratificatio ſubſequens non ſupplet poteſtatis defectum.*
48 *Ratihabitio dupliciter conſideratur.*
49 *Actus factus nomine alicuius, ſi non ratum habeat, non illi præiudicat, valet tamèn in perſona facientis.*
50 *Conſenſus ex poſt facto ſuccedens tunc retrotrahitur, quandò non agitur vt contractus, ſeù actus prius nulliter factus valeat, ſed quòd pertineat ad nos negotium geſtum ab altero.*
51 *Obligatio ex quaſi contractu partis præſentiam nõ requirit.*
52 *Ratificatione inducitur nouus actus non ex præterito, ſed ex præſenti tempore conſiſtens, requiritq; eaſdem ſolennitates, & perſonas, quæ ab initio debebant interuenire.*
53 *Ratificatio habet tacitam conditionẽ, ſi actus aliàs ſit validus, & ſolùm deficiat ratificatio.*

54 Mor-

Digitized by Google

54 *Morbus perpetuus, impoſſibile eſt, quòd eradicetur, & quod ſtante cauſa morbi, & infectionis ſequatur conualeſcentia.*
55 *Nihil ex nihilo inſurgit.*
56 *Confirmatio non procedit, vbi non eſt confirmabile.*
57 *Actus non valet vigore poteſtatis non ſufficientis.*
58 *Forma inducta fauore alicuius ad vnguem eſt obſeruanda.*
59 *Actus contra formam geſtus eſt nullus, ſi pars velit ita eſſe.*
60 *Forma continet ſolennitatem.*
61 *Ratificatio non conualidat actum in præiudicium tertij, cui medio tempore erat ius quæſitum, & num. 64.*
62 *Teſtatricis verba non extenduntur contra eius intentionem.*
63 *Concordia debet procurari inter declarationes ab aliquo factas.*
65 *Extremorum habilitas requiritur, vt ratificatio procedat.*
66 *Nullum ab initio, tractu temporis non conualeſcit.*
67 *Nullum ab initio non poteſt ratificari.*
68 *Nominatio debet fieri præcedente prudenti conſilio, & animo deliberato.*
69 *Conuenire vnitim debent illi, quibus eſt commiſſa nominatio.*
70 *Executor teſtamentarius regularitèr habet vnum annum ad exequendam commiſſionem.*
71 *Nominatio alicuius in patronum, non ſeruata forma à fundatrice data nulla eſt.*
72 *Interdicta plura poſſeſſoria habent admixtam cauſam proprietatis.*
73 *Iura patronatus, quæ deferuntur iure ſanguinis æquiparantur maioratibus in Regnis Caſtellæ*
74 *Poſſeſſio ciuilis, & naturalis vel quaſi maioratuũ, & patronatuum, transfertur in vocatum miniſterio l. 45. Tauri.*
75 *Poſſeſſio maioratus nec per momentum poteſt eſſe vacans.*
76 *Poſſeſſio procedens ex miniſterio legis ſufficit ad manutentionem, alio non poſſidente actualitèr.*
77 *Nominatus ſpecificè, ac proprio nomine cenſetur prædilectus.*
78 *Teſtamentum non cancellatum neque ſuſpectum, eſt fundamentum remedij l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollen.*
79 *Poſſeſſio penes duos inſolidum eſſe non poteſt.*
80 *Hæres hæredis reputatur teſtatoris hæres.*
81 *Æquiuocus actus, qui poteſt referri ad plura, non infert de neceſſitate vnum.*
82 *Poſſeſſio reſultans ex actu æquiuoco non releuat.*
83 *Poſſeſſio debet oſtendi ad effectum manutentionis.*
84 *Poſſeſſio ſuccumbit probata proprietate, & dominio.*
85 *Poſſeſſio vitioſa non releuat, & eſt, ac ſi non adeſſet.*
86 *Poſſeſſorem iniuſtum non tuetur Prætor.*
87 *Poſſeſſio vitioſa dicitur quæſita propria authoritate, aut in vim tituli inualidi.*
88 *Poſſeſſio ſinè fomento iuris non conſideratur.*
89 *Fideicommiſſarius vitioſè poſſidens non eſt legitimus contradictor.*
90 *Poſſeſſio illicita foueri non debet, nè detur materia delinquendi.*
91 *Præſentatio ſi ſit facta de Eccleſia, & confirmatio ſequuta, ſi in cauſa appellationis caſſetur, & ſi de facto Rector detineat Eccleſiam, non quæritur quaſi poſſeſſio iuris præſentandi, ſi primò eam non habebat præſentans.*
92 *Abſens habetur pro diſſentiente.*
93 *Poſſeſſio non transfertur ex actu nullo.*
94 *Poſſeſſio iniuſta, & clandeſtina non eſt manutenibilis.*
95 *Poſſeſſio titulo iuſtificata & cui ius aſſiſtit, eſt magis conſideranda in manutentione.*
96 *Ablatiuus abſolutus verba importans conditionem.*
97 *Monaſterium non eſt, donec ſit conſtructum.*
98 *Monaſterij non dum conſtructi non propriè cadit ius patronatus.*

P R O

Don Didaco Villæ Fortis Patrono legitimo Monaſterij Religioſorum Diſcalceatorum, ſiue Reformæ Beatæ Mariæ Carmeli Ciuitatis Seguntiæ, fundati, & dotati ex bonis D. Catharinæ Villel vxoris D. Antonij de Salazar

C V M

Don Ioanne de Salazar ſuper dicto iure patronatus.

A R G V M E N T V M.

De facultate per Teſtatricem duobus inſimùl conceſſa, quòd ab vno illorum non valeat ſeparatim exequi, & quis in iure patronatus Monaſterij veniat manutenendus.

C O N S I L I V M CLXXVII.

IN facto præſupponitur, quòd dicta D. Catharina Villel diſpoſuit, quòd de illius bonis conſtrueretur, & in quibuſdā annuis introitibus fixis dotaretur dictum Monaſterium, & executionē commiſit dicto D. Antonio de Salazar eius viro, & Doctori Didaco Gauilan Canonico magiſtrali Cathedralis Eccleſiæ Seguntinæ, & nominauit in primum patronum D. Didacum de Villa Forti eius nepotem, & per aliam clauſulam dedit facultatem dictis executoribus inſimul, vt ſi eis videretur, quòd vnà cum dicto D. Didaco foret etiàm patronus dictus Don Ioannes de Salazar, poſſent eum nominare, vel alium patronum illis excluſis,

& quòd

& quòd hac forma non obſeruata dictus Antonius de Salazar nó etiàm inſimul cum dicto Doctore Gauilan nominauit in vnicum patronum dictum D.Ioannem de Salazar, prætermiſſo dicto D.Didaco de Villa Forti: quo ſuppoſito in primo ex duobus articulis fundabitur, quòd ſolus Don Didacus eſt patronus legitimus, nec Antonius de Salazar potuit mutare illius nominationem, nec illi præiudicare, quod fecit. In ſecundo, quòd debet confirmari ſententia lata ad illius fauorem per Prouiſorem, ſeù Vicarium generalem Seguntinum, qua declarauit, ad eum pertinere poſſeſſioné, vel quaſi iuriſpatronatus, & per conſequens debere illi concedi mandatũ de manutenendo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Non poteſt dubitari, quin Don Didacus Villæ Fortis habeat ſuam intentionem fundatam, vt ſit vnicus, & legitimus patronus dicti iuriſpatronatus, & iuriũ honorificorũ illius, ſuppoſito, quòd Monaſterium præfatum fuit conſtructum, & dotatum ex bonis proprijs tantùm D. Catharinæ Villel eius Amitæ, quæ ipſum nominauit patronum, præcedentibus ſolemnibus, & conuentione habita cum religione prædicta, & approba-
1 tione ſui Generalis, † cùm certum ſit, ex tali cõſtructione, & dotatione iuſpatronatus acquiri, cap. Frigentius, cap. piæ mentis, cap. filijs 16.q.7. & cap. nobis 25. de iurepatronat. Abbas in cap. ſignificauit 41. num. 1. de teſtibus, Bellam. concluſ. Rotæ 717. Lambert. de iurepatr. 2.par.q.2. princip. artic.9.num.2. Concil. Trident. ſeſſ.14.
2 cap.12.& ſeſſ.25. decreto de reform. cap.9. † & ita laici fundantes Eccleſiam Mendicantium, poſſunt iuſpatronatus ſibi reſeruare, Viuian. de iurepatronat. par.1.lib.2.cap.5.nu.9.
3 † Acquiſito autèm ſemel iurepatronatus non ſolùm competit ei, qui fundauit, & dotauit, ſed habenti cauſam ab eo, Abb. & Ioan. Andr. in rubr. de iurepatronat. Marc. Mantua in ſingul. 5. num.1.& facit bonus tex. in cap. Monaſterium 56. quæſt. 7. vbi dicitur: *Monaſterium, vel Oratorium canonicè conſtructum à domino conſtructoris, eo inuito non auferatur, liceatq; illi præsbytero, cui voluerit pro ſacro officio illius Diœceſis cum conſenſu Epiſcopi, nè malus exiſtat commendare*, facit Bal. conſ.1. nu.3. vol.1. Abb. in cap. cùm acceſſiſſent nu.5. de conſtit.
4 † Et loco conſenſus Ordinarij, qui requirebatur ad quærendum iuſpatronatus aliorũ piorum locorum, ex d. cap. nobis, vbi DD. Calderin. conſ. vlt. verſic. *in contrarium videtur* de iurepatronat. Lambert. eod. tract. lib.1.par.1. quæſt.2. artic.3.nu.1.& 4. Rota deciſ.85.nu.1.& 3.par.2. diuerſar. Sacri Palatij, Paul. Fuſc. tract. de viſitat. lib.2. cap.10. nu.5. Ioan. Franc. Leon. in theſauro fori Eccleſ. par.2.cap.6.nu.25.& ſeq.
5 † Succedit auctoritas Generalis dicti Ordinis tanquàm Superioris illius, & principale habentis intereſſe in conſtructione ſimilium fundationũ, præſertim nàm ex eo, quòd fiebat de nouo in dicta Ciuitate Seguntina, interuenit etiàm licentia, & aſſenſus Epiſcopi illius, iuxta diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.25. de regular. c.3. Borgaſius tract. de irregularit. & diſpenſat. tit. de priuileg. Epiſcopor. nu.9. Paul. Fuſc. d. lib.2. cap. 15.nu.58. Auguſtin. Barboſa in remiſſ. ad d.c.3.

Et ita dictus Don Didacus Villæ Fortis virtute nominationis dictæ Fundatricis, & approbationis dicti Generalis eſt legitimus patronus,
6 † verſus quem dicta Fundatrix oſtendit præcipuum affectum, l. Lucius ff. de hæredib. inſtit. l. Publius §. fin. ff. de condit. & demonſtr. l. quotiès ff. de vſufructu, l. hæredes mei §. peto ff. ad Trebell. Aymon conſ.147.nu.2.& conſ.162. nu. 7. Rota dec.782.n.7.par.1. facit tex. in l. ex pluribus ff. de admin. tut. dicens: *non cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.*

Nec obſtabit dicere, quòd ius patronatus non
7 cadit in Monaſterio, aut Capella illius, † quia intelligitur quòad præſentationem, non quòad alia iura honorifica, d. cap. nobis de iure patron. Abb. conſ.59. incipiente attingam num.3. par.2. Lambert. de iure patronat. lib.1.par.1.4.quæſt. princ. verſ. *quæro* 14.nu.2. Rota deciſ.268. nu.7. par.5. Sacri Palatij.

Et cùm in præſenti non agatur in materia præſentationis, ſed quòad alia iura honorifica expreſſa in cõuentione inita cum dicto Ordine, & eius Miniſtro generali, & quòad ius ſepeliendi
8 in capella maiori, & † quòd Religioſi dicti Monaſterij non contradicunt, vt ad controuertendũ ius patronatus videtur requirere, Abb. vbi proximè verſic. *quarto*, Lambertin. d. lib.1. 3. quæſt. principali art.16.nu.2. non poteſt dubitari, quòd competit dicto D. Didaco ius patronatus dicti Monaſterij ex Petro de Anchar. conſ.113. nu.1. nàm vt in terminis reſoluit idem Lambertin. d.
9 lib.1. par.1. in 4. artic. 11. quæſt. princ. nu.1. † Ius patronatus poteſt competere laico in Monaſterijs in omnibus, prætérquam quòad ius præſentandi, ex cap. Monaſterium 56. quæſt.7. cap. cùm dilectus de conſuet. d. cap. nobis, verb. *Conuentuali*, Greg. Lopez in l.1. tit.15. partit.5. glo.5. cùm à principio fuerit fundatum ſub ea forma, & modo dictum Monaſterium, Rocch. de Curte tract. de iure patronat. verbo *in Eccleſia* quæſt.3. qui ait, quòd opinio contraria ſolùm poſſet procedere, quandò à principio Monaſterium fuiſſet fundatum liberum à iure patronatus, & ex poſt facto vellet ei imponi huiuſmodi ius, quo modo etiàm intelligit opinionem Abbatis idem Lambertin. par.1. lib.1. art.7. quæſt.11. princ. num.5.
10 † qui lib.2.par.1.3.quæſt. princ. art.17. ait, quòd Eccleſia ſemel libera ſeruitutem in poſterùm nõ admittit, Anchar. in d. conſ.113.nu.4. Marta voto 29. num.6.

Secundum quod clarum eſt, quòd Antonius de Salazar non potuit immutare nominationem patroni factam in fauorem D. Didaci Villæ Fortis, nominando in vnicum patronum D. Ioannem
11 de Salazar eius nepotem, † quia debuit ſeruare formam, & limites commiſſonis dictæ D. Catharinæ, l. diligentèr ff. mandati, Paul. Caſtren. conſ. 42.nu.14.par.3. Barbat. conſ.44.nu.1.vol.1. Rol. à Valle conſ.99.nu.134.lib.3. qui in conſ.1.nu.135. eod. vol. ait: *quòd mandatum debet diligenter obſeruari non ſolùm in ſubſtantia, ſed etiàm in qualitate*, cap. cùm dilecta de reſcript. & de confir-
12 matione vtili, vel inutili; Et ſicut † actus forma

Tt non

non ſeruata eſt nullus ipſo iure, vt tradunt Gra-
tus in conſ.16.nu.2. conſ.112.nu.10. & conſ.138.
num.10.vol.2. Mantua ſingul.178.nu.1. Cæphal.
conſ.241.nu.59.tom.1. Valaſc.conſult.149.nu.6.
13 Matienzo in l.1.tit.4.gloſ.4.nu.20. † etiàm ſi ſit
pius, vel fauorabilis, l.qui Romæ §.Flauius ff.de
verb.oblig. l.cùm hi §.Prætor ait ff.de tranſact.
Decius in cap.prudentiam notab.4. de offic.de-
legati, Rimmald.in l.Imperium num.522.ff.de
14 iuriſdict.omn.Iudic. † Eodem modo actus,qui
ſit contra formam commiſſionis, eſt ipſo iure
nullus,càp.cui de non ſacerdotali de præbend.in
6. cap.cùm olim de officio delegati, Borgaſ. vbi
ſupra 6.par.tit.de ſponſalib. num.32. Caualcan.
deciſ.Fiuizan.45.num.16.par.1. Morot.reſponſ.
24.nu.9. Rota deciſ.855.nu.1.& 4. in fin. par.3.
15 Sacri Palatij, dicens, † quòd omnis commiſſio
debet ad vnguem obſeruari, nec commiſſarius
poteſt eius fines progredi, Roland. à Valle conſ.
16 53.nu.29. lib.4. † ſunt enim commiſſiones ſtri-
cti iuris,vt inquit Hieronym.Gonzalez ad reg.8.
Cancellariæ gloſ.37.num.39. Azeued.in conſ.27.
nu.1. Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſina 117.nu.14.
17 & ſeqq. Surd. deciſ.209. num.9. & ſeqq. † nàm
actus pendet à mandante, & committente, non
ab exequente, l. item eorum §. ſi decuriones ff.
quod cuiuſque vniuerſ.nomine, l. vnum ex fami-
lia §.ſi de falcidia ff. de legat.2. l.apertiſſimi,vbi
gloſ.vlt.C.de iudic. cap.literis, vbi Abbas de re-
ſcript.cap.cum aliquibus eod.tit.in 6. Aymon
conſ.122.nu. 3. Marc.Anton.Eugen. conſ.50.nu.
21.& ſeqq.lib.1.

Maximè, quia Antonius de Salazar non ſolùm
ratam habuit diſpoſitionem dictæ D. Catharinæ
eius vxoris, ſed ad illius obſeruantiam ſe obliga-
18 uit, † & ita non potuit poſt mortem illius ipſe
ſolus mutare nominationem patroni, quam fe-
cerat in perſonam dicti D. Didaci eius nepotis,
ex traditis per Couar. in rubr. de teſtament.
2.par.num.8. Spino in ſpecul.teſtament.gloſ.18.
num,55.& ideò quàmuis inſimul cum dicto Do-
ctore Gauilan potuiſſet nominare in patronum
adiunctum dictum D. Ioannem de Salazar, non
potuit id efficere ipſe ſolus, minuſq; nominare
19 eum in vnicum patronũ; † pro quo facit, quòd
quandò electio ſpectat ad plures, debent ſimul
conuenire, Gratus reſponſ.107. num.14.tom.2.
20 † Et quandò pluribus, ſiuè duobus aliquid cô-
mittitur, debent omnes ſimul actum facere, &
expedire,nec vnus ſolus per ſe poſſet, l.Pompo-
nius,aliàs incipit ſi vni, l.duo ex tribus ff.de re
iudic. vbi quandò ſunt duo delegati dati ſimul,
ſi vnus ſinè altero ſententiam ferat, non valet,
Soccin.conſ.40. ex actis geſtis 1.col. vol.1. Abb.
conſ.37.par.2.Steph.Bertran.conſ.2.nu.2.vol.2.
& conſ.33 num.2. eod.vol. Bald.conſ.42.vol.1.
21 † eam rationem aſſignans, quòd delegati repre-
ſentant vnam perſonam, ſcilicèt delegantem, l.1.
§.qui mandatam ff.de officio eius, cui mand. eſt
iuriſd. cap.cùm plures, cap. cauſam matrimonij
de offic.deleg.in 6.cap.ſi duo de procur.eod.lib.
l.non diſtinguemus §. cùm in plures, & l. ſi in
tres ff.de recept. arbitr. Specul. tit. de ſentent.
prolat. §.ſequitur, verſ. *ſi ſunt duo*, Bald. conſ.8.
punctus quæſtionis num.1. vol.3. Alex. conſ.93.

incip. repetitus num.1.& 2. lib.7. Abbas in cap.
fin.num.2.de ſortileg. Azeued.conſ.34.num.56.
Maranta de ordine iudiciorum 4.par. diſtinct.5.
princ.num.31. Blancus de compromiſſ. tit.de
ſentent. & exequut. inſtrum. quæſt.9. num. 56.
Ioan.Vincent.de Anna alleg.72.num.7. Ioan.de
Imol.conſ.130.num.1. facit Achill.de Graſſ.de-
ciſ.Rotæ 8. tit.de conſtitutionibus nu.3.dicens:
22 † *quòd adiuncti Iudicis omiſſio parit nullitatem*,
probat tex.in auth.vt differẽtes Iudices in princ.
collat.9.Bald.conſ.79.incip.Dauanti,nu.9.par.2.
& confirmatur ex reſolutione Barbatiæ conſ.71.
23 num.32. lib.3. dicentis, † quòd ſi in aliquo actu
requiratur tutoris,& Iudicis auctoritas, ſi aliqua
ipſorũ deficiat, nihil fit, quemadmodũ ſi plures
tutores sũt dati,vnus ſinè altero nõ adminiſtrat,
l.3.§.ſi plures,& ſeq. verſ.*quod in tutoribus* ff.de
adminiſtr.tutor. Vinc.de Franch.deciſ.Neap.281.
24 nu.2.Rebuff.reſp.60.nu.15.dicẽs, † quòd quan-
dò aliquis actus competit duobus ſimul non in-
ſolidùm,ſi vnus ſinè altero facit,non valebit,cap.
cauſam matrimonij, cap.prudentiam,& cap.vno
delegatorũ de offic.deleg. vbi latè gloſ.1. & DD.
25 † Idem in procuratoribus nõ datis in ſolidũ,
l.pluribus ff. de procurat. cap. ſi duo de procur.
in 6. cap.non iuſtè de procur. Bart. in l.ſi plures
ff.de curat.bonis dando.
26 † Et in duobus executoribus teſtamentarijs,
cap.2. de teſtam. lib.6. Panorm.conſ.37.caſus in
effectu vol.2. Aufrer. ad Capell.Tholoſ. q.282.
item, an tribus.
27 † Et in duobus habentibus conſtituere aliquẽ
officialem, cap.ad hæc in fine de offic.Archidiac.
& in duobus Dominis,ſi agatur de ſeruitute im-
ponenda, l.2.ff.de ſeruit.
28 † Et in cauſa tribus cõmiſſa,ſi à duobus tertio
non vocato, neque impedito fiat proceſſus, &
ſententia feratur,proceſſus,& ſententia ſunt ipſo
iure nulla, cap.prudentiam de offic.delegati, vbi
Hoſtienſ.Cardin.Imol.& Abb. Fulgoſ. conſ.167.
viſis in 1.dubio,Alex.in l.ſi per errorem ff.de iu-
riſd.omn.Iudic. Ioan.Franc.Purpurat.conſ.7.in-
ter feudalia num.7.

Quod eſt magis certum, quia dictus Doctor
Gauilan non fuit vocatus, nec requiſitus per D.
Antonium de Salazar ad finem dandi in patronũ
adiunctũ dicti D. Didaci præfatum D. Ioannem,
nec ad finem,vt excluſis illis nominaretur alius,
& de iure debuerat vocari, & requiri ad id non
29 ſolùm, † quia habebat æqualem poteſtatem à
teſtatrice conceſſam, verum & in caſu, quo ſo-
lummodò fuiſſet ab illo capiendum conſilium,
cap.2.§.1. vbi DD.de teſtament. in 6. facit cap.
prudentiam cum gloſ. verbo *teneatur* de officio
delegati, l.ſi in tres ff. de recept. arbitr. Butrius
in cap.2.nu.3. eod.tit.in 6. Bald. in l.captatorias
num.13.in fin.C.de teſtam.milit. iunctis ijs, quæ
tradit Rocchus de Curte de iure patronat.verb.
bonorificum nu.94.Lambert.1.par.lib.2.4.quæſt.
princ.art.8.

Imò nec ſufficeret,quòd etiàm dictus Doctor
Gauilan ſeparatim conſenſiſſet nominationi di-
cti Don Ioannis; nàm teſtatrix voluit, & diſpo-
ſuit, quòd inſimùl conuenirent ipſe, & Anto-
nius de Salazar ad faciendum dictam nominatio-
nem,

Digitized by Google

30 nem, † neque abſque ratione, vt valerent inter ſe
conferre, quod foret vtilius, & ſecùs factum non
valebat, ex regula tex. in cap. in Geneſi de elect.
Anton. de Butrio in cap. cùm Eccleſia Sutrina
num. 2. & 6. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Bald.
in l. 1. quæſt. 6. ff. de officio eius, cui mandata eſt
iuriſdictio, idem Bald. Alberic. & DD. in l. nulli
ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, & Spe-
culator tit. de Syndico, verſ. *quòd ſi vnus*, Innoc.
in cap. cùm ex iniuncto de election. Guillelm.
Mayner. in l. aliud §. refertur num. 63. ff. de re-
gulis iuris, & facit l. 2. C. de præd. decurion.
lib. 10.

31 † Neque obſtabit cap. vltimum de arbitris
lib. 6. vbi videtur decidi, valere laudum duorum
abſque tertio, nàm procedit de iure canonico,
& in caſu, quo tertiùs malitioſè abſentiam fe-
ciſſet, nè laudum proferretur, eſt de iure ciuili,
vt patet ex traditis per Bald. conſ. 8. num. 1. vol. 2.
32 † facit egregia reſolutio Petri Surdi conſ. 433.
num. 16. & 17. vol. 3. vbi notat, quòd ſi duo no-
minati fuerint commiſſarij, ſeù executores, non
poſſunt inter ſe conuenire, quòd vnus eorum
ſolus exequatur, neque alter alteri vocem, & po-
teſtatem ſuam concedere, iuxta doctrinam Bart.
in l. in venditione §. ſi vnus num. 1. ff. de bonis
auth. iudic. poſſiden. Simon de Prætis lib. 5. fol.
452. num. 37. Caſtillo in l. 38. Tauri num. 9. &
33 ibidem Palac. Rub. num. 5. † maximè in nego-
tio graui, prout eſt mutare patronum, teſtatri-
cis nepotem, & ab ea nominatum, aliumque
nominare, vt elegantèr diſtinguit Bald. conſ. 123.
num. 5. & 6. vol. 5. vbi quærens, quomodò co-
gnoſcatur, vtrum commiſſio ſit perſonalis, vel
non, ſcribit hoc ipſum cognoſci ex forma man-
dati, & magnitudine, & qualitate negotij; nàm
quædam ſunt negotia magna, & ardua, quæ niſi
perſonis profectis non ſolent iniungi, & alia
ſunt facillima ad diſpenſandum, in quibus poteſt
alteri commiſſionem remittere, quod exempli-
ficat Bald. in conducendo famulos, & colonos, &
ſimilibus rebus, ſecùs in arduis, quæ reſpiciunt
regimen, ſeù ſtatum domus, quæ non poſſunt
expediri per alios, niſi per eos, quibus teſtator
commiſit, idem Bald. in l. nulli num. 4. C. de
Epiſcop. & cler. Geminian. in cap. final. §. ſanè
num. 11. de teſtament. in 6. Cardin. conſil. 49.
num. 5. Alexand. in l. 1. num. 6. ff. de legat. 2. An-
gul. in l. 3. meliorationum gloſ. 7. num. 11. l. qui-
dam ff. de legat. 2. l. inter artifices ff de ſolution.
Flamin. Pariſ. lib. 9. de reſignat. benefic. quæſt.
34 12. num. 6. † Et in dubio cenſetur electa indu-
ſtria perſonæ ratione confidentiæ, quam de
ipſo habuit committens, vt per Bald. conſ. 128.
num. 1. in verſ. *nàm quandò* volum. 3. & Anton.
de Butrio conſ. 48. num. 3. gloſ. in cap. ſtatutum
§. aſſeſſorem de reſcript. lib. 6. Aymon Crauett.
conſ. 303. num. 2. lib. 2. Ioan. Vinc. Honded. conſ.
55. num. 77. vol. 1. Stephan. Gratian. in addit. ad
deciſ. Marchiæ 157. num. 1. Oldrad. conſ. 42. Bo-
lognin. conſ. 6. num. 13. Alexand. conſ. 105. num.
22. lib. 3. Burſat. conſ. 86. num. 24. lib. 1. Bertach.
in repert. verbo *induſtria*, etiàm quando actus
commiſſus eſt nudi miniſterij, & non cum iu-
35 riſdictione, cap. finali de officio deleg. † Cùm
enim quis teneatur ad factum, in dubio reputa-
tur electus propter ſuam induſtriam, l. fidei-
commiſſa §. fin. ff de legat. 3. & quamuis poſſet
eſſe par induſtria cũ eius procuratore, non ta-
mèn per hoc ſatisfieret teſtatoris voluntati, qui
principalium perſonarum induſtriam prælegit,
l. penult. vbi DD ff. de pollicit.

Et quandò admitteremus, quòd diſpoſitio
Antonij de Salazar correſpondiſſet præſumptæ
voluntati teſtatricis, ſufficit non fuiſſe ſeruatum
punctualitèr mandatum, nec ordinem ab ipſa
datum, vt ſecùs factum non debeat conſiderari,
36 † quia vt aduertit ſingularitèr Bald. conſil. 326.
num. 2. volum. 1. tria canonizant actus humanos,
ſcilicèt, poteſtas, voluntas, & modus, cap. cùm
ſuper Abbatia de officio deleg. l. nemo poteſt ff.
de legat. 1. & ex Boetio adnotauit Bald. in l. 1.
num. 95. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Couar. lib. 3.
variarum cap. 6 num. 9. Mandell. conſ. 26. num. 1.
Marc. Anton. Eugen. conſ. 73 num. 28. Rota de-
ciſ. 451. num. 2. par. 1. & deciſ. 525. num. 1. eadem
parte, & circa modum Bald. in l. 1. num. 4. ff. de
legibus, Cæphal. conſ. 220. num. 34. tom. 2. nàm
ſinè potentia nihil ad actum deducitur, & ſinè
voluntate nihil conſenſu perficitur, & ſinè mo-
do nihil in finem ſuum dirigitur, & ibi: *vbi au-
tèm non tenetur modus ordinatus, ibi non poteſt
quis adipiſci finem, quia deſtructo modo, deſtrui-
tur ordo, & ordinatio nihil valet*, idẽ Bald. in conſ.
ſchiſmatis 1. par. nu. 16. vbi ait, quòd etſi dicamus
non ceſſare conſenſum, tamèn ceſſat ſubſtantia,
quia deficit modus ad ſubſtantiam perducens. l.
nõ dubium C. de legib. cap. cùm dilecta, vbi DD.
de reſcript. l. diligentèr ff. mandati, Felyn. in
cap. examinata num. 5. de iudic. Marſil. in rubr.
C. de probationib. num. 437. Albert. Brun. de
mutat. & transformat. tit. de potentia, & effectu
formæ, verſ. *quarta concluſio*, Natta conſil. 430.
num. 16. Roland. conſ. 56. nu. 22. vol. 3. Surd. in
conſ. 318. nu. 10. lib. 3. Burſat. conſ. 396. num. 19.
& 20. lib. 4.

Nec obſtabit dicere, quòd Doctor Gauilan
in quadam eius depoſitione, quam fecit vti teſtis
productus à D. Ioanne de Salazar, dixit tenuiſſe
eum pro patrono, quia non potuit hoc genera-
re præiudicium dicto Don Didaco legitimo pa-
trono, quàmuis ipſe Doctor Gauilan expreſsè
ratificaſſet nominationem factam per Antoniũ
de Salazar, & hoc continet magnum myſterium,
non enim teſtatrix voluit permittere, quòd eſſet
in facultate ſui viri mutare patronum, & denuò
Doctor Gauilan id ratum haberet, aut ſeorſum
votum ſuum præſtaret, ſed quòd vnitim eodem
tempore concurrerent, & re maturè diſcuſſa,
quod ſanius foret, reſoluerent, & hæc fuit inſtru-
ctio, ſiuè lex verbis conceptis in clauſula ex-
37 preſſa, & quòd de iure fieri oportebat, † nàm
plures commiſſarij non ſeparatim, ſed coniun-
ctim, & omnibus ſimul concurrentibus debent
rem commiſſam agere, Archidiac. in cap. reli-
gioſus num. 1. & ibi Geminian. in §. ſanè num.
13. Philipp. Franc. num 10. de teſtament. lib. 6.
Bart. in l. ſingulos nu. 6. ff. eodem. nàm vt pulchrè
ait Iacob. de Aretin. tract. de commiſſar. nu. 48.
38 verſ. *& ſequitur*, † quandò defunctus iubet, quòd

electores, vel commiſſarij concurrant, tunc vnus ſinè altero nihil facit, & vno deficiente nihil alter poterit, argum. text. in l. 1. §. plures ff. de exercit. actio. ibi, *ſed & ſi ſic præpoſuit*, (vt plerunque faciunt) *nè alter ſinè altero quid gerat, qui contraxit cum vno, ſibi imputabit*, l. parui, l. itèm ſi vnus §. 2. ff. de recept. arbitr. l. duo ex tribus ff. de iureiur. cap. vno delegatorum de offic. delegat. l. in offerendis C. de appell. Bald. conſ. 123. num. 2. vol. 5. vbi rationē ſubdit, quia quod committitur coniunctim, non poteſt explicari diuiſim, ideòque ad vnguem obſeruanda eſt forma commiſſionis,
39 † ſicut enim procurator mandati fines tueri, atquè ſeruare compellitur, ſi argui, damnarique
40 noluerit, l. diligentèr ff. mandati, † ſicut delegatus Iudex reſcripti ſui formam iubetur ſequi,
41 vt in cap. cùm dilecta de reſcript. † ſicut etiàm idem incumbit ei, qui ex compromiſſo vim, auctoritatem, libertatemq; ſolet ſuſcipere, l. non diſtinguemus §. de officio ff. de recept. arbitr. ita quoque ipſe commiſſarius, ſiue executor omnia ex voto, atquè ordine teſtatoris debet implere, verba ſunt Iacobi à Canib. de execut. vlti-
42 mar. volunt. 2. par. verſ. *cogitare* num. 15. † ab inſtructione etenim, & forma præordinata ad aliquid agendū, nec etiam in minimo recedi oportet, l. in conuentionalibus ff. de verb. obligat. l. prætor ff. de collat. bono. cap. ſi cui de elect. in 6. Decius in cap. prudentiam ex nu. 20. vſquè ad
43 28. de offic. deleg. concludens, † quòd vbi datur certa forma procedendi, proceſſus corruit, non ſolùm ſi directè contra formam attentetur, quoniàm eius omiſſio in qualibet minima parte vitiat totum actum, ex traditis per Ant. de Butrio in cap. Piſanis de reſtitur. ſpoliator. Bart. & Imol. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 21. num. 11. Surd. conſ. 369. ex num. 36. vſque ad 39. vol. 3. Lancellott. Galliæ conſ. 31. num. 14. & ſeq. Paul. Caſtrenſ. conſ. 39. num. 25. lib. 3.

44 † Et licèt quandò defectus incidit in ſolum conſenſum alicuius perſonæ, quam principalitèr tangit negotium, de quo agitur, ſuppleatur approbando, & aſſentiēdo facto per alium eius nomine, regula ratihabitionem 10. de regul. iur. in 6. vbi Dynus nu. 1. & 8. & ibi Additio, tamèn quandò defectus nō ſolùm conſideratur eò quòd
45 non conſenſit, † ſed per formæ, & ſolemnitatis præciſæ omiſſionem in actu, in quo ipſa perſona renunciare non poterat, aut partium conſenſu remitti, l. cùm hi §. eam tranſactionem ff. de tranſact. auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenean. in vſib. feudor. Angel. in §. tripli num. 8. Inſtit. de actio. Iaſ. in l. non dubium, verſ. *octauò nota* C. de legib. Alexand. conſ. 42. num. 12. vol. 5. Barbat. in cap. de cauſis num. 20. de offic. deleg. Ioan. Petr. Surd. conſ. 318. num. 11. vol. 3. cùm nō reſpiceret pri-
46 uatam illorum vtilitatem, ſed exequutionem voluntatis dictæ teſtatricis, quam tanquàm legem obſeruare debebant, Authent. de nupt. §. diſponat collat. 4. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Lambertin. tract. de iurepatronat. lib. 1. par. 1.
47 quæſt. 9. principali num. 48. † non eſt efficax ſubſequens ratificatio, vt ſupplere poſſit defectum poteſtatis, quam habuere limitatam, & reſtrictam certis finibus, aut certæ formæ, Bart. in l. obſeruare num. 6. & 7. ff. de offic. Proconſul. Decius in l. ſemper qui non prohibet ff. de regul. iuris, Roman. conſ. 12. num. 4. Alexand. conſ. 26. num. 18. vol. 6. Iaſ. conſ. 184. num. 11. vol. 2. Grat. reſponſ. 25. num. 30. vol. 1. Pariſ. conſ. 55. num. 59. lib. 1. Ruyn. conſ. 70. nu. 5. vol. 3. Surd. conſ. 183. num. 34. vol. 2. Menoch. conſ. 364. num. 19. vol. 4. Honded. conſ. 38. num. 20. vol. 1. pulchrè Philipp. Franc. in cap. cùm parati num. 4. de appellat. vbi Abb. deducit ad ſtatuta requirentia præſentiam alicuius, puta quòd minor non poſſit contrahere, vel teſtari ſinè præſentia conſanguineorum.

48 † Duplex ratihabitio inuenitur ſecundum Aretin. conſ. 128. num. 32. vna eſt, quandò quis ratificat actum geſtum ab alio nomine ſuo, ex iſta ratificatione actus geſtus per alium incipit ad me pertinere virtute cuiuſdam quaſi contractus, qui reſultat ex negotio geſto, & ratihabitione ſuperueniente, l. ſi pupilli §. itèm quæritur ff. de negot. geſt. l. ex maleficijs §. 2. ff. de obligat. & actio. quæ ratificatio non tendit ad ratifican-
49 dum contractū nullum, † nàmque actus geſtus nomine meo ſinè mandato licet non præiudicet mihi, valet tamèn in perſona facientis, ſi ego non
50 habeo ratum, l. ſi abſentis C. ſi cert. petat. † in hac ergo ratihabitione, per quam non agitur cōtractum priùs nullum effici validum, ſed quòd negotiū geſtum ab altero pertineat ad nos, conſenſus ex poſt facto ſuccedens retrotrahitur, & talis ratihabitio non requirit præſentiam partis, vt tenet gloſ. ordinaria, & communitèr Scribentes in l. Pomponius la prima, ff. de negot. geſtis, Alexand. conſ. 136. num. 3. vol. 6. Carol. Ruynus conſ. 153. num. 18. vol. 1. Hippol. Riminald. conſ. 454. num. 12. vol. 4. quoniàm cùm non tractetur de inducendo nouo contractu, ſed quaſi contractu, qui prouenit ex geſtione, & ratificatione ſimùl iunctis, non eſt neceſſarium, partem eſſe
51 præſentem; † nàm ad celebrandum quaſi contractum, partis præſentia, cui quis obligatur non requiritur, d. l. ex maleficijs §. hæres quoquè ff. de action. & obligat. Secunda ſpecies ratificationis eſt, per quam actum nullum à ſe, vel ab alio confectum quis confirmare, & corroborare nititur, & in hac ſpecie ſuperueniens conſenſus
52 non trahitur retro, † quia veritate ratificationis inducitur nouus contractus, non ex præterito, ſed ex præſenti tempore conſiſtens, & proptereà eadem ſolemnitate, eiſdemque perſonis indiget, inter quas ab initio proceſſit, vel procedere debuit, l. nuptiæ 8. ff. de ritu nupt. l. ſi vt proponis la ſeconda, C. de nupt. Innocent. in cap. cùm dilecti de empt. & vendit. Geminian. conſ. 128. nu. 4. Calcan. conſ. 57. nu. 6. Ludou. Roman. conſ. 12. col. 2. Aymon Crauett. conſ. 871. num. 13. volum. 5. Philipp. Decius conſil. 532. num. 2. Bart. Soccin. conſil. 92. num 11. volum. 3. Hippol. de Marſil. in rubrica C. de probation. num. 347. Tiraquell. de retract. lignagier §. 1. gloſ. 10 num. 87. deniquè regula eſt notiſſima, quòd ratihabitio tunc admittitur, quandò actus
53 alitèr valet, quàm per viam conſenſus, † & ſemper

Digitized by Google

ſemper in ratificatione ſubauditur tacita conditio, ſi actus aliunde firmus ſit, quàm ex defectu ratihabitionis, ita diſtinguit Laurent. Calcan. conſ.57.num.6.Crauett.conſ.871.num.12.vol.5. Surd.conſ.28. nu.123.vol.1. quoniàm actus omninò nullus, quatenus in eo defecerunt ſubſtantialia requiſita, non habet ſubiectum confirma-
54 bile, † nihil eſt enim tantæ potentiæ, quòd poſſit eradicare morbum perpetuum electionis, & ideò ſtante radice infectionis,& cauſa morbi,impoſſibilis eſt conualeſcentia, ſicut in naturalibus apparet; vndè executor, ſeù confirmator non
55 poteſt de nihilo aliquid facere, † quia de nihilo nihil inſurgit, verba ſunt eiuſdem Bald. in l. nominationes num.2. C.de appellat. cui conſonat, quod ipſemet Bald.tradit in l.falſus num.3.C.de furtis, quatenus ait, quòd confirmatio non eſt
56 actus per ſe ſubſiſtens, † dicitur enim confirmatio, quaſi cum alio firmatio, vbi ergo non eſt confirmabile, confirmatio non procedit, ſequitur Philip. Decius in l.more num.3. ff. de iuriſd. omn. Iudic. & in rubr. de confirm. vtili,vel inutili num.2.Sfortia conſ.77.num.19.Philip.Corn. conſ.199.num.58.vol.2. Hippol.Riminald.conſ. 5.num.137.vol.1. Caballin.quæſt.29. Felyn.conſ. 27.num.16.

Quod confirmatur,nàm licèt adeſſet ratificatio Doctoris Gauilan nominationis Antonij de Salazar,non poterat aliquid operari reclamante dicto D. Didaco Villæ Fortis, de cuius præiudicio agebatur, maximè non obſeruata forma à teſtatrice præfixa, & per conſequens poteſtate ad
57 faciendum, quod fecit, † non enim valet actus vigore poteſtatis,quæ non ſufficit, Ioan.Vinc.de Anna allegat.135. num.11.& alleg.27. num.1. ex Bald.& Salyc.in l.1. C.de procur.& Iaſ.in l.exi-
58 gendi nu.9.limit.6. eod.tit. † quia quandò forma eſt introducta in fauorem alicuius, taliter eſt ad vnguem ſeruāda,vt dicunt Cæphal.conſ.421. num.48. conſ.438. num.1. & conſ 480. num.33. & ſeq. Ioan.Franc.Purpur. conſ.246. num.2. & conſ.367.num.41.Surd.conſ. 375.nu.39.& Ioan. Vincent.Honded.conſ.27.num.2.tom.1. Burſat.
59 conſ.75.num.23.tom.1. † quòd actus contra eum geſtus eſt nullus, ſi ille velit, clem.conſtitutionem in princ. iuncto fine de electio. vbi DD. Bart.in l.1.ad finem princ.ff.de tutel.Specul.tit. de locato §.nunc aliqua, verſic. *ſexageſimo ſexto*, Guillelm.Benedict.quæſt.de Epiſcopatu nu.62. Riminald.in l.poſthumos num.391.C.de bonor. poſſeſſ. contra tabul. cap. prudentiam in princ. vbi Abb.de offic.deleg.Felin.in cap.cùm dilecta, verſ. *geſta* de reſcript. Decius conſ.532. num.5. Cæphal. conſ. 219. num.4. & conſ.422. num.7. Marian. Soccin. conſ.122.num.19. tom.2. Surd.
60 conſ.186.nu.19.Purpur.conſ.425.nu.10. † Forma enim cùm contineat ſolennitatem, Felyn.vbi proximè nu.26.verſ.*quoniàm*, Cæphal.conſ.172. num.11. tom.2. illi non poteſt renunciari, Ioan.
61 Franciſc. de Ponte conſ.5.num.75. lib.1. † ideò ratificatio actum non conualidat in tertij præiudicium, cui medio tempore ius quæſitum eſt, Oſaſc.deciſ.119.nu.25. Magon.deciſ.Lucenſ.21. nu.15.Decius conſ.226.num.8.conſ.247.& 460. num.37.& 38. Natta conſ.253.nu.9. & conſ.261.

nu.8.Maximè,quia non confert actus teſtificandi factus a Doctore Gauilan, mortuo iam Antonio de Salazar cum actu, qui debuerat fieri ad conueniendum in vnum pro nominando patrono
62 adiuncto cum dicto D.Didaco, † & ita non debet extendi vltra eius intentionem, l. non omnis ff.ſi certum petatur, Bart.in l.Ciuitas nu.9.eod. tit. Bald.in l.1.nu.14.C.commodati, Couar.lib. 1.variarum cap.2.nu.2.Menoch.lib.6.præſumpt. 1.nu.5. bonus text.in l.ſi is, qui in aliena §.quòd ſi ſeruus ff.de acquir. rerum domin.ibi: *Neque eapropter terram fodiebat, ſed alij rei operam ſumebat*, Bart.in repet.l.omnes populi num.38. ff. de iuſtit.& iure,& quia ipſe Doctor Gauilan teſtis repetitus pro parte dicti D. Didaci reſpondit,quòd quandò fuit teſtificatus,non habuit intentionem nominandi in patronum dictum D.
63 Didacum, ſed quòd eum habuerat pro tali, † & ita debet procurari concordia inter ſuas depoſitiones ex cap.cùm tu, vbi Felyn. nu.2. de teſtib. Bald. in l.non ſolùm §.ſed vt probari nu.3. ff.de noui oper.nunc.Couar.in cap.alma mater 1.par. §.2.num.5.Bald.num.10.in auth.at qui ſemel C. de probat.& ceſſat omnis difficultas ex eo,quòd cùm non valuerit,quod fecit Antonius de Salazar ſolus, & per eius mortem remanente vnico patrono D.Didaco Villæ Fortis, non poterat, quāuis vellet Doctor Gauilan conformari cum eius
64 nominatione facta in fauorem D.Ioannis: † quia ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui fuiſſet ius quæſitum Oſaſc.d.dec.119. num.28.Grammat.deciſ.103.nu.119.Thom.Minadois deciſ.5.Caſſador.deciſ.3.num.22. Cæſar de Graff.deciſ.6.de cauſ.poſſeſſ.num.14.Rota Romana deciſ.633. nu.6. par.3. Anton.Theſaur. deciſ.7.Surd.deciſ.245.num.8. Anchar.Regienſ. lib.2.quæſt.23. num.8. Ioan.Bapt.Coſta tract.de
65 retrotract. cap.8.caſu 4.nu.14. pag.91. † quia extremorum habilitas non concurrit ex Bart. in l.nec vtilem ff.ex quib.cauſ.maior.Alexan.conſ. 78.nu.20.vol.5 Decian.conſ.11.nu.85.vol.1.Rota
66 Romana dec.318.nu.4.par.1. in nouiſſ.† Et quia quod nullum fuit ab initio, non conualuit tractu temporis, l. quod ab initio ff. de regul. iur. cap. non firmatur eod.tit. in 6. Rebuff. reſponſ.175. verſ.1. Achill. de Graff. deciſ. 12. de penſionib.
67 † nec ratificatur, Rota deciſ.6.nu.3. de procur. in nouis, Riminald.in l.1.nu.538.C.qui admitti,
68 † quia ad faciendum nominationem in dictum D.Ioannem requirebatur prudens conſilium, & animus deliberatus, ex traditis per Mieres de maioratib.quæſt.48.num.59. Gamma deciſ.Portugall.287.
69 † Rurſus,quia debebat vniri,& cōferre,quod melius fuiſſet, ſecundùm DD. in l.nulli nu.5. de Epiſc.& cleric.d.l.ſi in tres,Felyn.in cap.ex parte num.1. verſ. *ad hoc* de conſtit. Menoch. lib.1. de arbitr. quæſt.8.
70 † Finalitèr, quia quandò dictus Doctor Gauilan depoſuit vt teſtis, erat nedum elapſus annus, intra quem valebat vti ſua commiſſione, iuxta l.7. & 10. tit. 4. lib.5. recopilat. cum traditis ex Couarru. in cap.3. num.7. de teſtament. & quia ſi fuiſſet nominandus Don Ioannes, non poterat nominari ſolus, ſed dari adiunctus Don

Didaco, aut vtroque, & eorum deſcendenti-
bus excluſis nominari alius diuerſus, vt conſtat
ex clauſula 63. ibi: *Para que ſi les pareçiere mejor,
que no ſean patronos del dicho Monaſterio, que
anſi ſe hiçiere, los dichos Diego de Villa Fuerte mi
ſobrino, ni ſus deſçendientes, ni el dicho Iuan de
Salazar, ni los ſuyos puedan nombrar el patron, ò
patronos, que quiſieren, y que no lo ſean los dichos,
ni ſus deſçendientes, ſin embargo de que à tras en
eſte mi teſtamento van nombrados.* bonus text. in
l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit 129. ff. de verb. oblig.
71 l. alteri ff. de admend. legat. † & ita cùm vterq;
fecerit præter commiſſionis formã, eſt ipſo iure
nulla nominatio, quã ſe habere prætendit dictus
D. Ioannes de Salazar, l. illud §. ſed ſi ita, vbi Barr.
ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nomine, Catellian. Cotta
in memorab. iur. verbo *mandati fines*, Mexia ad
ll. Toleti 2. par. fundam. 11. num. 2. & ita conſtat,
ſolùm D. Didacum eſſe patronum legitimum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Ex dictis in præcedenti articulo cõſtat, quòd
reſpectu proprietatis dicti iuriſpatronatus habet
notoriam iuſtitiam D. Didacus Villæ Fortis, & ſi-
militèr habet, vt manuteneatur in illius poſſeſſio-
72 ne, vel quaſi, ad quod præſuppono, † quòd plura
interdicta poſſeſſoria habent admixtam cauſam
proprietatis, l. 2. §. quædam, ibi: *nàm proprieta-
tis cauſam continet hoc interdictum* ff. de interdict.
l. 3. §. hoc autèm ff. de itinere, actuq; priuato, &
vtrobique DD. Alex. in l. naturalitèr §. nihil com-
mune num. 76. & ſeq. vbi Iaſ. num. 34. ff. de ac-
quirend. poſſ. ff. Molina lib. 3. de primog. cap. 13.
73 num. 10. † Secundò, quòd in his Regnis ſunt pa-
rificata iura patronatus, quæ deferuntur iure
ſanguinis cum maioratibus, Mieres tract. de ma-
ior. par. 1. in princ. num. 7. Molina lib. 1. cap. 7.
num. 10. Velazquez in l. 40. Tauri gloſ. 2. num. 67.
74 vbi Anton. Gomez ibi num. 65. † Tertiò, quòd
ſimilitèr in his Regnis ex diſpoſitione l. 45. Tauri,
quæ eſt l. 8. tit. 7. lib. 5. nouæ recopilat. poſſeſſio
ciuilis, & naturalis, vel quaſi maioratuum, & pa-
tronatuum transfertur miniſterio eiuſdem legis
in vocatum, idem Molina lib. 1. cap. 1. num. 26. &
lib. 3. cap. 13. num. 62. Spino in ſpecul. teſtament.
gloſ. 34. num. 6. Aluar. Valaſc. in praxi partitio.
cap. 30. nu. 21. communitèr Doctores in d. l. 15.
75 † qui omnes reſoluunt, quòd nec per momen-
tum poteſt eſſe vacua poſſeſſio, idque maximã
iuris iuſtificationem habet, cùm non ſolùm le-
ge, ſed etiàm ſtatuto poſſit induci huiuſmodi
tranſlatio, imò continuatio poſſeſſionis ex Alex.
& Iaſ. in l. ſi actori C. de iure deliber. Mohedan.
deciſ. 11. vt lite pendente num. 2. Alciat. reſponſ.
256. n. 2. & 6. l. cùm miles ff. quibus ex cauſis ma-
76 iores, † & hæc poſſeſſio ſufficit ad obtinendum
interdictum manutentionis, maximè quandò
poſſeſſio de facto non detinetur ab alio, vt de-
ducitur ex Paulo Æmilio deciſ. 201. nu. 2. par. 3.
Lancellott. de attent. 2. par. cap. 19. nu. 45. & ſeq.
Menoc. de retin. poſſeſſ. remed. vlt. nu. 10. Franc.
Milanenſ. deciſ. 3. lib. 1. nu. 132.
77 † Rurſus, quia dictus D. Didacus vltra legalem
poſſeſſionem habet titulum legitimum iuriſpa-
tronatus ex nominatione dictę D. Catharinę eius
amitæ ſub proprio ſuo nomine, ex quo arguitur
prædilectio, iuxta notata per Andr. de Iſern. tit.
de ſucceſſ. feud. col. 2. verſ. *ſi autèm*, & per Socc.
iun. conſ. 79. num. 52. lib. 3. Hieron. Magon. deciſ.
78 Florent. 13. num. 16. & deciſ. 16. num. 43. † ſuo
teſtamento non cancellato, nec in aliqua ſui par-
te ſuſpecto, quod eſt fundamentum remedij l.
fin. C. de edicto Diui Adrian. tollen. quam poſt
DD. ibi, quoàd hoc manutentionis remedium
perpendit Plotus tract. de in litem iurando §. 3.
nu. 36. & 40. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.
4. nu. 50. & ſeqq.

Ex quo deducitur, quòd D. Ioannes de Sala-
zar non potuit apprehendere poſſeſſionem dicti
Patronatus, exiſtente in ea dicto Don Didaco,
79 † cùm poſſeſſio non poſſit eſſe penès duos inſo-
lidum, l. 3. §. ex contrario ff. de acquiren poſſeſſ.
Alciat. reſponſ. 99. num. 3. præſertim, quia non
deducitur ſua poſſeſſio ex eo, quòd dicat, ſuper-
ſtaſſe, & aſſiſtiſſe fabricæ dicti Monaſterij, quam
incœptam reliquit Antonius de Salazar, nàm ipſe
illã inchoauit propter obligationẽ, quã habebat
vti hæres reſidui bonorum dictæ D. Catharinæ
Villel, & dictos D. Ioannes tanquàm hæres ſui pa-
80 trui continuare, & perficere debuit, † quia hæ-
res hæredis reputatur teſtatoris hæres, l. liber
homo 59. §. 6. ff. de hæred. inſtituend. & ſufficit,
quòd hic actus ſit æquiuocus, vt ex ipſo non
81 poſſit inferri prætenſa poſſeſſio, † quia actus
æquiuocus, qui poteſt ſe habere ad multa, non
infert neceſſariò vnum ex eis, l. pro hærede in
princ. ff. de acquirend. hæred. Franciſc. de Aretio
conſ. 23. nu. 11. Coſmas Gumier in pragmat. ſan-
ctione in procem. gloſ. verbo *Dei*, verſ. *nec etiàm*,
82 Rota deciſ. 240. nu. 2. par. 2. dicens, † quòd poſ-
ſeſſio reſultãs ex actu æquiuoco nõ releuat, Ant.
de Butr. in cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & proprier.
col. 11. verſ. *ex his nunc*, Soccin. conſ. 187. col. 8.
verſ. *tertiò conſiderandum* vol. 2. Bald. in l. 2. nu. 15.
C. de ſeruitut. & aqua, Ioan. Vincent. de Anna
83 alleg. 131. num. 11. & ſingul. 3. † maximè carente
legitimo titulo, & poſſeſſione concludenti, de
qua docere debebat ad effectum manutentionis,
vt conſtat ex Rota deciſ. 621. num. 3. iuncta de-
ciſ. 1287. num. 1. par. 3. lib. 3. diuerſarum Sacri
Palatij.
84 † Vlteriùs, quia poſſeſſio ſuccumbit ex pro-
prietatis probatione, cap. 3. & cap. dilectus de
cauſa poſſeſſ. & propriet. Federic. de Sen. quęſt.
13. nu. 5. Lambert. de iure patronat. lib. 2. par. 1.
artic. 6. quæſt. 3. principali num. 3. & artic. 9. nu. 2.
vndè Paul. Caſtrenſ. conſ. 401. viſo proceſſu col.
3. in fin. lib. 1. & Anchar. conſ. 303. incip. *tres do-
mini*, verſ. *his præmiſſis*, Crauett. conſ. 248. nu. 6.
85 reſoluunt, † quòd vbi poſſeſſio eſt vitioſa non
iuuat, nec releuat, quia paria ſunt non habere
poſſeſſionem, vel habere iniuſtam, l. 3. §. ait prę-
tor ff. de itin. actuq; priuato, argum. cap. inter
86 corporalia §. ſed nequè de tranſlat. Epiſc. † ideò
iniuſtum poſſeſſorem non tuetur Prætor, l. cùm
ſponſus §. ſi res ff. de publician. facit, quod nota-
tur 10. quæſt. 3. cap. quia cognouimus, & in cap.
iàm nunc 28. quæſt. 1. Henric. in cap. peruenit de
cenſib. Coſmas Gumier. in pragmat. ſanctione
tom. 1. in procem. gloſ. verbo *Dei*, non debet quis
87 ad eam reintegrari, † & dicitur vitioſa, quæ
acqui-

Digitized by Google

aequiritur propria auctoritate, Crau. conſ. 134.
nu. 23. aut in vim tituli inualidi, idem conſ. 171.
88 nu. 3. † & ita ſuccedunt notoriæ iuris reſolutio-
nes, quòd poſſeſſio ſinè iuris fomento non eſt
conſideranda, Rota deciſ. 103. nu. 2. par. 1. l. cùm
ſponſus §. ſi res ff. de public. l. cõmuni diuidun-
do §. inter prædones ff. commun. diuidundo, l. ſi
duo, vbi Bart. ff. vti poſſidetis, Aymon conſ. 104.
nu. 14. Bart. in l. filiam fratribus ff. ad Trebellian.
89 vbi ait, † quòd fideicommiſſarius non dicitur
legitimus contradictor, quandò eius poſſeſſio eſt
vitioſa, Aymon. conſ. 299. nu. 5. dicens poſt Bald.
conſ. 130. ſtatuto cauetur, quòd conductor in
90 in fine lib. 1. † quòd poſſeſſiones illicitæ non
ſunt fouendæ, nè detur delinquendi materia,
Oldrad. conſ. 219. in cauſa Hoſpitalis col. 2. in fin.
verſ. *ex quibus relinquitur*, quòd vbi poſſeſſio eſt
nulla, vel vitioſa, reſtitui quis ad eam non debet,
Calderin. conſ. 3. circa princ. tit. de cauſa poſſeſſ.
91 & propriet. vbi tenet, † quòd ſi præſentatus te-
net Eccleſiam poſt caſſatam, & reſolutam eius
præſentationem in cauſa appellationis, talis poſ-
ſeſſio dicitur vitioſa, & de facto, & non acquiri-
tur ex ea quaſi poſſeſſio iuris patronatus, Crau.
conſ. 248. nu. 6. d. conſ. 171. nu. 3. allegans cap. fin.
de exceſſib. Prælator. & cap. quia diuerſitatem,
de conceſſ. præbend.

Quod confirmatur, quia quàmuis D. Ioannes
de Salazar haberet probatos actus certos poſſeſ-
ſorios, non poterant præiudicare Don Didaco,
cùm nõ habeat probatum, illum ſciuiſſe, & con-
ſenſiſſe, imò ius præſumit contradixiſſe propter
92 eius minorem ætatem, & abſentiam, † quia ab-
ſens habetur pro diſſentiente, l. ſi præſcriptum
10. ff. de pactis, l. ſi præcedente 58. ff. mandati, l.
filiusfamilias §. inuitus ff. de procuratorib. l. 4. ff.
de ſeruitut. vrbanor. prædior. vndè ſuccedit alia
93 regula, † quòd ex actu nullo non transfertur
poſſeſſio, Rota deciſ. 325. num. 1. & deciſ. 509.
eod. num. par. 1. Sacri Palatij, & quòd agenti poſ-
ſeſſorio retinendæ, vel recuperandæ obſtat ex-
ceptio notorij non iuris, Ioan. Bapt. Ferret. conſ.
3. num. 14. conſ. 95. num. 10. & conſ. 188. num. 5.
94 & 7. † & quòd poſſeſſio iniuſta, vel abſente
parte, & ſic clandeſtina non ſit manutenibilis,
tradit Neuizan. conſ. 81. nu. 27. & ſeqq. Rota de-
ciſ. 27. à num. 11. & deciſ. 363. nu. 4. par. 1. diuerſ.
Sacri Palatij, Cæſar de Graſſ. deciſ. 5. de cauſa
poſſeſſ. num. 8.
95 † Et quia in manutentione debet ſemper con-
ſiderari poſſeſſio, quæ eſt titulo iuſtificata, & iu-
ris aſſiſtentia veſtita, & roborata, vt in ſuũ habet
fauorem D. Didacus, ex traditis per Alex. conſ.
76. num. 1. conſ. 118. num. 2. & 8. lib. 2. & conſ. 8.
num. 12. lib. 4. Rota deciſ. 81. num. 1. & deciſ. 595.
num. 2. par. 1. Sacri Palatij.

Vltimò, quia D. Ioannes de Salazar nõ poteſt
prætendere habere poſſeſſionem dicti patrona-
tus ex aſſiſtentia fabricæ Monaſterij, vt colligi-
tur ex clauſula 37. teſtamenti dictæ D. Cathari-
næ fundatricis, quæ tunc nominauit patronum,
cùm eſſet finita fabrica Monaſterij, & non antè,
ibi: *Item que acabada la dicha caſa, y Monaſterio,*
96 † quæ cùm importent ablatiuum abſolutum,
efficiunt conditionalem ſequentem diſpoſitio-
nem, l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtrar.
Cæphal. conſ. 118. num. 17. conſ. 217. num. 13. &
conſ. 292. num. 6. Paul. Æmil. deciſ. Rotæ 111.
num. 3. & deciſ. 150. num. 2. part. 1. facit Cæſar de
Graſſ. deciſ. 3. num. 7. dicens, quòd verba ablatiui
97 abſoluti inducunt formam, † quia donec finitũ,
& erectum Monaſterium non poterat dici, quòd
erat tale, ex his, quæ fundat Hieronym. Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. 6. 7. à num. 69. & ſeqq.
98 & gloſ. 8. num. 5. † Et per conſequens non erant
adhùc nata, nec in eſſe deducta iura patronatus,
cap. ad hæc de relig. domib. cap. nemo de conſe-
crat. diſtinct. 1. Lambert. lib. 1. de iure patronat.
1. par. art. 9. 4. quæſt. principali.

Ex quibus omnibus reſultat, quòd de iure ſo-
lus D. Didacus eſt legitimus patronus, & debet
manuteneri in dicta poſſeſſione, & confirmari
ſententia Proniſoris Seguntini, & imponi perpe-
tuum ſilentium D. Ioanni de Salazar.

SVMMARIVM.

1 *Actori incumbit onus probandi.*
2 *Bona præſumuntur libera à cenſu, & tributo, donec probetur contrarium.*
3 *Res præſumitur libera, & allodialis, non feudalis, aut reddititia.*
4 *Cenſus, aut tributum debet oſtendi, quo iure petantur.*
5 *Seruitus nullã habet cauſam naturalem, ſed impoſitam, aut præſcriptam.*
6 *Conuento ſatis eſt probare ſe dominum rei, nec grauatur oſtendere, quòd ſeruitus non competat aduerſario.*
7 *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio.*
8 *Præſumptionem iuris qui pro ſe habet, releuatur ab onere probandi.*
9 *Præſumptionem iuris qui pro ſe habet contra ſe, debet apertiſſimis documentis eam diluere.*
10 *Maioratuum fundatio ſuper bonis ſtabilibus præſupponit ea eſſe libera, & non emphyteutica.*
11 *Diuiſio bonorum inter hæredes, & alienationes abſque alicuius licentia, & aſſenſu, præſupponunt non eſſe emphyteutica.*
12 *Inſtrumenta excludunt probationem contrariam per famam, & auditum.*
13 *Probatio ex inſtrumentis reſultans dicitur euidens.*
14 *Probatio inducta ex notorio iuris elidit præſumptionem eductam ex potentia temporis.*
15 *Dominus, qui olim erat, præſumitur hodiè dominus, & in filium continuare dominium.*
16 *Dominus præſumitur qui rem poſſidet.*
17 *Tributum, & recognitio in emphyteuſi ſunt ratione fructuum, & vtilis dominij.*
18 *Recipiens rem ab aliquo titulo emphyteuſis, aut venditionis, non ex eo fatetur illum dominum.*
19 *Florenorum valor in Regnis Caſtellæ quis fuerit.*
20 *Actor debet probare ius ſuum, & ſui Authoris.*
21 *Transferre nemo poteſt quod non habet.*
22 *Probatio omnis debet eſſe certa.*
23 *Pretij quantitas diſcerni facit, quid venerit in venditione.*

24 *Emphy-*

Digitized by Google

24 *Emphyteuſis non præſumitur in dubio, ſed contractus cenſualis.*
25 *Argumentum de cenſu ad emphyteuſim nō valet, neque è contra.*
26 *Cenſum qui impoſuit ſuper re ſua, poteſt eam liberè alienare cum illius onere.*
27 *Cenſus impoſitio potiùs eſt obligatio pro ſecuritate penſionis, quàm alienatio dominij.*
28 *Cenſus licèt per annos plures non ſoluatur, res nō cadit in commiſſum.*
29 *Emphyteuſis natura eſt, vt de illa oſtendatur inſtrumentum.*
30 *Inſtrumento non producto Iudex non poteſt indicare.*
31 *Titulum, & documentum debet oſtendere prætendens rem emphyteuticam, aut feudalem.*
32 *Cenſuale exemplum non probat, originali non producto.*
33 *Ctnſus ſolutio facta alicui pro bonis ſtabilibus an inducat probationē directi dominij in recipiente.*
34 *Feudalem eſſe rem, quam quis poſſidebat, ſi aſſerue rit, poterit aſſerere mutato conſilio eſſe allodialem.*
35 *Erronea aſſertio, & enunciatio non debet officere.*
36 *Errans non fatetur.*
37 *Veritas rerum hominum denominatione non mutatur.*
38 *Erronea confeſſio generalitèr non præiudicat.*
39 *Erronea cenſus ſolutio non nocet.*
40 *Solutio etiàm longi temporis alicuius pecuniæ non obligat in futurum, non oſtenſo titulo, & nu. 41.*
42 *Solutio annua facta pro præterito non admittit extenſionem in futurum tàm ratione rei, quàm temporis.*
43 *Solutio debiti vnius non infert obligationem in∽ alio.*
44 *Diſpoſitio concepta in tempus vnum non extenditur ad aliud.*
45 *Solutio ſui natura liberat, non obligat.*
46 *Cenſus, cuius cauſa ignoratur, nec diuinis, nec humanis legibus permittitur, ſed extirpari debet.*
47 *Tempus ſolùm non tollit obligationem, nec inducit eam, & nu. 48.*
49 *Agens contra alium ſi non docet de contractu, aut quaſi, vel delicto aut quaſi delicto, repellitur tanquam ſinè actione.*
50 *Præſcriptio eſt facti, nec præſumitur, niſi probetur ab eo, qui eam allegat, & nu. 51.*
52 *Obſeruantia in exactionibus, & alijs vt valeat, debet eſſe vniformis.*
53 *Difformitas actum efficit impræſcriptibilem.*
54 *Præſcriptio interrumpitur vnico actu contrario ab eo, qui habet fundatam intentionem de iure.*
55 *Poſſeſſio contraria etiàm vnius diei interrumpit præſcriptionem.*
56 *Teſtes duo de interruptione magis probant, quàm centum de vſu, & præſcriptione.*
57 *Ignorantia præſumitur in dubio.*
58 *Ignorantia cauſatur inuoluntarium.*
59 *Ignorantia excludit præſcriptionem.*
60 *Ignorans dicitur iuſtè impeditus.*
61 *Vxori viuente marito, & filio viuente patre tanquàm impeditis non currit præſcriptio.*
62 *Solutio onerum realium facta per vnum non nocet iuri, quod alius in eadem re prætendebat.*
63 *Cenſum poſſe conſtitui non ſolùm in pecunia, ſed in fructibus, qui tenuerint.*
64 *Cenſus in Regnis Caſtellæ non poſſunt conſtitui ſoluendi in fructibus, imò conſtituti debent reduci ad pecuniam.*
65 *Titulo deficiente præſumitur cenſus inductus per vim, aut illicite, & non valet.*
66 *Præſcriptio non procedit in actibus merè voluntarijs.*
67 *Annuæ præſtationes vt obligent in futurum, debent procedere ex aliqua iuſta cauſa.*
68 *Soluens cenſum pro re tanquam emphyteutica, poteſt audiri ad docendum non eſſe talem.*
69 *Recognitio, de cuius cauſa legitima non conſtat, cenſetur erronea, & non præiudicat.*
70 *Perſonalis actio non tranſit contra tertium poſſeſſorem.*
71 *Recognitio ſolùm probat, & operatur contra recognoſcentem.*

P R O

Poſſeſſoribus, Dominiſq; hæreditamentorum, ſeù bonorum ſtabilium Oppidi de Valleſteros iuriſdictionis Ciuitatis Conchenſis

C V M

Domino Ioanne Hurtado de Mendoza Marchione de Cañete.

A R G V M E N T V M.

Bona præſumuntur libera ab onere cenſus, maximè emphyteutici, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, & quandò recognitio cenſus non debeat nocere.

CONSILIVM CLXXVIII.

PRætenditur pro parte dicti Marchionis, quòd hæreditamenta dicti Oppidi de Valleſteros ſunt redditititia eius maioratui in triginta faneſcis tritici, & alijs triginta ordei cenſus perpetui quolibet anno; & quia ab aliquibus ex Dominis, & poſſeſſoribus non fuit biennio ſatisfacta portio, quæ prætenditur eos tangere pro ſuis prædijs, & hæreditamentis cecidiſſe in commiſſum ad eius, & ſui maioratus fauorem, proteſtādo, quòd licèt moram velint purgare, non noceat iuri commiſſi, & laudemij; rei autèm prætendūt non eſſe locum prætenſis per dictum D. Marchionem, prædiaq; prædicta, & illorum directū, & vtile

& vtile dominium libera à dicta emphyteuſi, aut
cenſu, in quorum fauorem ponderantur ſequen-
tia fundamenta.

1 † Primò, quòd dicto Marchioni tanquā acto-
ri incumbit onus probandi ſuam intentionem,
ex regula l.2. ff. de probat. l. actor C. eod. tit. l.1.
tit.14. partit.3. vbi Greg. Lop. gloſ.3. gloſ. ſingu-
laris in cap. fin. 6. quæſt.5.

2 Quia dicta prædia, & bona ſtabilia præſumun-
tur libera ab emphyteuſi, cenſu, & tributo, do-
nec contrarium probetur, l. altius, & l. ſi in ædi-
bus C. de ſeruit. & aqua, Hoſtienſ. Ioan. Andr. &
Abb. in cap. nimis de iureiur. Bald. in cap.1. §. in-
ter filiam, per text. ibi, ſi de feudo defuncti con-
tentio ſit inter dominum, & agnat. idem in l. li-
3 bertorum nu.3. ff. de ſtatu homin. † qui ex hoc
dicunt rem præſumi liberam, non feudalem, ſeù
reddititiam, & cenſualem, Curt. iunior conſ.184.
num.3. Roland. à Valle conſ.82. num.4. & 5. lib.2.
Decius conſ.414. Ant. Gabriel lib.3. tit. de feud.
concl.3. Valaſc. de iure emphyt. 1. par. quæſt.51.
nu.1. Mandell. conſ.16. nu.2. idem Rolan. conſ.1.
nu.12. vol.1. Maſcard. verbo *allodialis* concl.79.
nu.5. Cæphal. conſ.67. num.27. tom.1. Menoch.
conſ.85. num.34. lib.1. Molina de primog. lib.1.
cap.11. nu.11. & lib.2. cap.6. nu.8. Mieres de ma-
iorat.4. par. quæſt.20. à num.3. Afflict. deciſ.177.
nu.7. vbi Cæſar Vrſill. in addit. latè Crauett. conſ.
117. num.9. qui plures refert, Menoch. lib.3. præ-
ſumpt. 89. cum duabus ſeqq. Surd. deciſ. 320.
num.1.

4 † Et in hac materia tributorum, & annuarum
præſtationum hoc probat text. in cap. peruenit
de cenſib. melior text. qui loquitur in cenſu, ſeù
tributo, quod exigi prætenditur à quocunque
viro Eccleſiaſtico, ſeù laico in l.12. tit.22. par.1.
ibi: *Tributo, ò cenſo, que demandaſſe algun Perla-
do, ò otro home, &c.* & ibi, *à meneſter paraque lo
aya con derecho, que mueſtre porquè raçon lo deue
bauer, y en que tiempo ſe lo deuen dar*. Et eadem
lex partitæ probat, quòd ius exigendi, & recupe-
randi ſimilia tributa, & annuas præſtationes de-
bet probari, & iuſtificari iuſto titulo, aut legiti-
ma præſcriptione; nàm vt pulchrè dixit Bald. in
cap. cùm omnes num.21. verſ. *in contrarium* de
5 conſtit. † nulla ſeruitus habet cauſam naturalē,
ſed aut impoſitam, aut præſcriptam, ſequitur
Iaſ. in l. ſi priùs num.40. ff. de noui oper. nunciat.
Menoch. d. præſumpt. 89. num.2. vndè Bart. in l. ſi
priùs ff. de noui ope. nunc. & in l.2. verſ. *vlteriùs
quæro* nu.7. ff. de itinere, actuq; priuato infert,
6 † quòd ei, qui conuenitur, ſatis eſt probare ſe
dominū rei, nec grauatur onere probandi, quòd
ſeruitus aduerſario non cōpetat, Surd. deciſ.177.
nu.1. & deciſ.236. nu.9. Alberic. & Iaſ. in l. ſi ex-
traneus ff. de cōdict. cauſa data, Molin. lib.3. cap.
4. num.34. & ex l. dudùm C. de contrah. empt.
Crauett. conſ.161. nu.10. Roder. Xuar. in l. quo-
niàm in prioribus limit.10. ad ll. Regni col.6. Bur-
gos de Paz iunior quæſt. ciuili 2. num.7. & 137.
& quæſt.4. num.15. Paul. Caſtrenſ. conſ.179. nu.
1. par.1.

7 † Et cùm dicta præſumptio ſit iuris, dicitur
liquidiſſima probatio ex text. & ibi gloſ. fin. in
fine, l. ſi tutor petitus C. de peric. tutor. tenuit
Decius conſ.54. num.3. Paul. de Caſtro conſ.116.
num.2. vol.1. Iaſ. in l. licèt Imperator nu.13. ff. de
legat.1. Couar. lib.2. variar. reſolut. cap.6. num.1.
Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.36. num.8.

8 † Et ita, qui eam pro ſe habet, non tenetur pro-
bare, ex Hippol. de Marſil. in l. ſi quis nè quæſtio
num.48. ff. de quæſtionib. Menoch. vbi proximè
quæſt.33. num.7. & quæſt.37. nu.9. ſed transfert
onus probandi in aduerſarium, vt tenuit idem
Hippol. in l.1. §. ſi quis dicatur nu.10. ff. de quæ-
9 ſtionib. † qui iuris præſumptionem contra ſe
habet, debet apertiſſimis documentis diluere,
l. vlt. vbi gloſ. ff. quod metus cauſa, Galiaul. in l.
centurio nu.307. ff. de vulgar. Menoch. d. lib.1.
quæſt.32. num.5. aliàs rei, & poſſeſſores veniunt
abſoluendi, l. qui accuſare C. de edendo, l. fin. C.
de rei vend. §. commodum, & §. retinendæ, Inſt.
de interdict. cap. ſæpè de reſtit. ſpoliat. Maſcard.
de probat. concl.1195. nu.6. vol.3. Fulu. Pacian.
eod. tract. lib.1. cap.67. l. vti frui ff. ſi vſusfr. peta-
tur, ibi: *Vincet eo iure, quo poſſeſſores vincere
ſolent*, Paul. Caſtr. conſ.123. nu.1. par.2.

10 † Quod comprobatur, nàm pars non minima
dictorum hæreditamentorum eſt vinculata, &
maioratui, ac reſtitutioni ſubiecta ex diſpoſitio-
nibus Dominorum, & in illis eſt ſucceſſum iure
maioratus, quod non eſſet, ſi fuiſſent emphyteu-
tica, vt ex Bald. in cap. clerici num.3. de iudic. Fe-
lyn. in cap. quæ in Eccleſiarum nu.70. & ſeq. de
conſtit. & in cap. inter dilectos num.11. de fide
inſtrum. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ.461. &
per cap.1. §. donare, qualit. olim feudum pote-
rat alienari, Gamma deciſ. Portugal.70. num.1.
reſoluit.

11 † Et reſpectu aliorum hæreditamentorum
ſemper fuere diuiſæ inter hæredes, & ſuper eis
factæ venditiones, & contractus abſque aſſenſu
dictorum Marchionum, nec ſolutione laudemij,
quod factum nō fuiſſet, ſi dicta bona eſſent em-
phyteutica, l. fin. C. de iure emphyt. vbi gloſ. ver-
bo *cadat*, Soccin. Iunior conſ.70. num.14. lib.3.
Anton. de Butr. conſ.22. nu.1. Iul. Clar. lib.4. ſen-
tent. §. emphyteuſis quæſt.13. nu.1. & 2. Io. Fer-
rar. in l. cùm dubitabatur verſ. *adeò* C. de iure
emphyt.

12 † Et vbi oſtenditur inſtrumentum alienatio-
nis, quod præſupponit rem allodialem, & liberā,
excluditur contraria probatio, quæ fit per fa-
mam, & auditum, Albert. Brun conſ.127. conſi-
der.6. Surd. conſ.311. nu.96. vol.3. vbi concludit,
ſi ex inſtrumentis antiquis conſtat hæc bona ha-
bita fuiſſe pro allodialibus, & liberis, & pro tali-
bus fuiſſe vēdita, vel alienata, ceſſat aſſerta fama,
& non poteſt dici, quòd non extat memoria in
contrarium, quandòquidèm conſtat ex propoſi-
tis inſtrumentis, Molina lib.2. de primog. cap.6.
num.60. & ſeq. & idem Surd. conſ.151. num.80.
13 vol.2. † Et probatio reſultans ex dictis inſtru-
mentis venditionum dicitur euidens, & notoria,
l. fin. cum gloſ. C. de rebus credit. DD. in cap. li-
cèt cauſam de probat. Roland. à Valle conſ.4. nu.
23. conſ.75. nu.19. conſ.96. nu.7. vol.2. & conſ.57.
num.2. & 3. lib.3. Marc. Ant. Eug. conſ.51. nu.1.
14 vol.1. † Et probatio, quæ inducitur ex notorio
iuris, elidit præſumptionem deductam ex poten-
tia

tia temporis, vt benè aduertit Butr. in cap. per-
uenit num. 20. verſ. *& hoc ſuadet æquitas* de cen-
ſibus.

Nec obſtabit dicere, quòd per annos aliquot
Anteceſſores dicti D. Marchionis exigerunt præ-
tenſos cenſus ab aliquibus poſſeſſoribus dictorũ
hæreditamentorum; & ideò præſumi debere
eſſe emphyteuticos, quia in rei veritate nunquã
directum dominium fuit dictorũ Marchionum,
imò omnia fere hæreditamenta, territoria, & de-
feſia paſcuorum pro animalibus cum alijs ter-
minis, & pertinentijs dicti loci de Valleſteros
fuere Ioannis, & Franciſci de Valera fratrum, &
ab illis peruenere in eorum deſcendentes, vel in
habentes cauſam ab eis, vel iure hæreditario, vel
titulo emptionis, in quorum fauorem præſumit
15 ius, † quia olim Dominus præſumitur hodiè
Dominus, & dominium in filium hæredem con-
tinuari, l. ſiuè poſſideris C. de probat. l. quod no-
ſtrum ff. de regul. iuris, Anton. de Butrio in cap.
cùm ad ſedem num. 26. de reſtitut. ſpoliat. l. 10.
tit. 14. partit. 3. vbi Gregor. Lopez gloſ. 1. Marc.
Anton. Eugen. conſ. 47. num. 33. lib. 1. facit l. cùm
hæredes ff. de acquirend. poſſeſſ. Crauett. conſ.
215. num. 8.

16 † Et Dominus præſumitur is, qui poſſidet, l.
quidam in ſuo, vbi Bart. ff. de condit. inſtit. l. 2.
l. 4. C. de probat. l. litibus C. de agricol. & cenſit.
lib. 11. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 11.
num. 32. Rota decif. 34. num. 20. par. 2. Sacri
Palatij.

Et vt dicta hæreditamenta eſſent emphyten-
tica, debebat dictus Marchio concludenter pro-
bare, quòd totum territoriũ, & prædia dicti loci
de Valleſteros fuerant ſuorum anteceſſorum, &
illa conceſſeriſ in emphyteuſim quòad vtile do-
minium tantùm, retento directo, iuxta reſolu-
17 tionem Doctorum qui dicunt, † quòd tributũ,
& recognitio, quæ in tali caſu reſeruantur, ſunt
velut in recompẽſationem fructuum, l. 1. & per
totum ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petatur, cap.
potuit de locato, §. adeò, Inſtit. eod. tit. auth. ſi
quas ruinas C. de ſacroſ. Eccleſ. auth. qui rem
eod. tit. vbi gloſ. & DD. Bart. & alij in l. ſi mihi, &
Titio ff. de verbor. obligat. l. penult. & fin. tit. 8.
par. 3. Anton. Gomez. in l. 68. Tauri num. 2. vbi
Additio, Ioan. Corraſ. de iure emphyt. num. 12.
Iulius Clarus d. §. emphyteuſis quæſt. 1. num. 2.
18 † Vndè dixit Stephan. Bertran. conſ. 1. num. 16.
vol. 3. quòd nõ eſt verum, quòd aliquis recipien-
do in emphyteuſim videatur confiteri, eum, qui
contendit, eſſe dominum fundi conceſſi, quem-
admodùm nec emptor videtur confiteri rem
eſſe venditoris, vt voluit gloſ. in l. 1. verbo *à non
Domino*. vbi Angel. ff. de public. & vectigal. Alex.
de Imola conſ. 92. exordiente perſpectis his, quæ
in themate volum. 1. vbi etiàm allegat notata per
gloſ. in l. nec creditores C. de pignor. actio. & in
l. ita vt ſi fur ff. commodati.

Quòd autem non poſſit probari, dicta hære-
ditamenta fuiſſe dicti Marchionis, nec ſuorum
Anteceſſorum, vel ex eo ſatis cõſtabit, quia quod
prætenſum hùcuſque fuit pro ipſorum parte, ſo-
lummodò fuit, quòd quidam ipſorum prędeceſ-
ſor habuerat quandam domunculam, & partem
hæreditamentorum, & venit ad conuentionem
vendendi, & cedendi illam quibuſdam habenti-
19 bus maiorem partem hæreditamentorum † pro
pretio ſeptingentorum florenorum illius tem-
poris, qui attenta computatione, de qua per Co-
uar. de veter. numiſm. collat. cap. 3. nu. 8. & Hie-
ronym. Paulum in prouinciali omnium Eccle-
ſiarum ad finem, non efficiebant ſummam duca-
torũ quingentorũ, debuitq; dictus Marchio pro-
20 bare duo, † vnum ius illius, à quo prætendit ha-
buiſſe dictam domum, & prædia, l. cùm res 12.
C. de probat. & l. ſi ſic §. vlt. ff. de legat. 1. vbi Bar.
num. 4. Iaſ. 18. Oldrad. conſ. 154. num. 1. Alexand.
conſ. 28. num. 7. lib. 1. Pariſ. conſ. 20. nu. 55. & 78.
lib. 1. Crauett. conſ. 124. num. 2. Roland. à Valle
21 conſ. 46. num. 21. lib. 3. † cùm nemo transferat,
quòd non habet, Cæſar de Graſſ. deciſ. 143. nu. 2.
Boer. conſ. 13. num. 9. Meſſia ad ll. Toleti 2. par.
fundam. 22. num. 23. aliud, qualis domus, aut pars
hæreditatis, ſeu prædiorum erat, quæ fuit ſuorũ
Anteceſſorum, & quo titulo ad eos pertinebat,
22 † cùm omnis probatio debeat eſſe certa, l. Lu-
cio §. pater, vbi Florian. num. 4. ff. de legat. 2. Bald.
in l. 1. num. 3. C. de probat. & in l. teſtium nu. 15.
C. de teſtibus, Roderic. Xuarez in l. 1. tit. *de las
arrbas* num. 20. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 16. nu. 4. & 5. Alexand. in l. ſi conſtante nu. 7.
ff. ſolut. matrim. & conſ. 132. nu. 18. vol. 5. Abbas
in cap. ex tenore nu. 2. de teſtib.

Et ſumendo coniecturam à quantitate dicto-
rum ſeptingentorum florenorũ deducitur, quòd
quandò cõcederemus ſinè veri præiudicio, quòd
fuerat ceſſa validè Anteceſſori dicti Marchionis
al qua pars prædiorum, erat ſatis modica reſpe-
ctu veri valoris hæreditamentorũ dicti loci, ha-
bito reſpectu non ſolùm ad præſens tempus, ſed
23 ad illud antiquius prætenſæ concordiæ, † quan-
titas enim pretij facit diſcerni, qualis fuerit par-
tium intentio, ſiuè quid venerit in venditione, vt
notant Glo. & DD. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperficiebus,
Bart. in l. cotem §. qui maximos ff. de publican.
& vectigal. & in quæſtione ſua incip. publicanus
quidam, alij, quos refert, & ſequitur Alex. conſ.
68. viſis num. 9. lib. 5. & conſ. 26. in fine lib. 4. Ro-
land. à Valle conſ. 58. num. 11. lib. 4. Ioan. Vinc. de
Anna ſingul. 645. Caldas Pereyra in comment. de
empt. & vendit. cap. 22. nu. 34.

24 † Et confirmatur magis, quia in caſu dubij nõ
præſumitur emphyteuſis, & ſi præſumeretur
contractus cenſualis, vt per Benedict. Bruinum
tract. de cenſib. artic. 44. nu. 70. Additio ad Gam-
mam deciſ. Portugal. 38. Celſus Hugo conſil. 20.
num. 4. Couar. lib. 3. variarum cap. 7. num. 1. Gre-
gor. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 3. gloſ. 3. in princ.
Crauett. conſ. 204. num. 20. Cæſar Manent. de
contractu libellario quæſt. 3. num. 4. Aluar. Valaſc.
de iure emphyt. quæſt. 32. num. 35. Carol. Ruyn.
conſ. 41. num. 7. vol. 1. Velazquez tract. de cenſib.
cap. 22. num. 3.

25 † Nec valet argumentum de cenſu ad emphy-
teuſim, nec è contrario, vt reſoluit Caballin. mil-
leloq. 178. nu. 1. & milleloq. 815. propter diſpa-
ritatem, quæ eſt inter dictos contractus, argum.
l. Papinianus exuli ff. de minorib. l. fin. ff. de ca-
lumniat. & l. inter ſtipulantem §. ſacram verſ. *ſed
hæc*

hæc diſſimilia ſunt ff.de verb.oblig.Alciat.reſp.3.
num.11. tradens, quæ ſit natura contractus cen-
ſualis,Anton.Gomez.in d.l.68.Tauri nu.2. Aym.
conſ.217.num.6. inter quas eſt multùm conſide-
26 rabilis differentia, quòd poteſt qui cenſum im-
poſuit ſuper re ſua liberè eam alienare,cum one-
re tamèn cenſus,nec creditor illius poteſt aliena-
tionem reuocare, Carol. Ruyn. conſ.42. num.8.
27 vol.1. † quia talis impoſitio potiùs eſt quædam
obligatio, ſeù pignoratio prò ſecuritate penſio-
nis,quàm alienatio dominij, Specul. tit.de loca-
to §.nunc aliqua, verſ. 86. & 98. Caſtillo in l.74.
Tauri gloſ.verbo *parte en ella*, verſ *ex quo vnum*,
Capyc.deciſ.103.nu.7.Meſſia ad ll.Toleti 2.par.
fundam.2.nu.38.Lucas de Penna in l.quicunque
col.3. verſ. *ex bonis his* C. de omni agro deſerto
lib.11.Capyc.d.deciſ.Neap.103.nu.6.& dec.196.
nu.4.& 5. vbi Proſper Petra in addit.
28 † Alia differentia eſt, quòd licèt cenſus non
ſoluatur per plures annos, qui habet rem in cen-
ſum,nunquàm cadit à iure ſuo ob non ſolutionē
cenſus,cap.conſtitutus de relig.domib.vbi Abb.
num.21. Idem in cap.1.nu.7. de reſtit. in integr.
Decius reſponſ.138. Bonius d.tract. de cenſibus
art.13.pag.mihi 43. Marcell.Fortunat.tract.de
veritate 2.par.nu.130. Iul.Clar.§.emphyt.quæſt.
1.nu.2.Beroius quæſt.14.nu.1. Ioan.Gutier.de
iuram.confirm.1.par.cap.31.à nu.9.Meſſia ad ll.
Toleti 2.par.fundam.2.à nu.37. Matienzo in l.1.
tit.15.lib.5.recopil.gloſ.2.nu.1.& ex cap.potuit,
iuncta gloſ. de locato, Capyc. deciſ.196. num.3.
Ioan. de Imola in d. cap. potuit num.38. Carol.
Ruyn.conſ.160. nu.6.vol.1. Ioan.Franc.Purpur.
conſ.357.nu.20. & ita conſtat, quàm abſque le-
gitimo fundamento fuerit intentatum iudicium
commiſſi, cùm nec dictus D. Marchio, nec eius
Anteceſſores fuerint directi Domini dictorū hę-
reditamentorum.

Et vt poſſet audiri, debebat oſtendere inſtru-
mentum authenticum conceſſionis certorum
29 bonorum in emphyteuſim, † cùm ſit requiſitū
eſſentiale contractus emphyteutici,quòd de illo
fiat ſcriptura, l.1,vbi gloſ.verbo *ſcriptura* C.de
iure emphyt.glo.in cap.1.§.poſtquàm de cenſib.
lib.6.Ioan.Andr.in addit.ad Specul.tit.de locato
§.nùnc aliqua,verſ.*quintò quæritur*, Alexan.conſ.
136.nu.8.lib.1.Bal.in l.1.nu.3.C.de fide inſtrum.
Ioan.Corraſ.in d.l.1.nu.12. Ioan. Ferrar. de iure
emphyt.verſ.*eſt etiàm*, Iulius Clarus d.§.emphy-
teuſis quæſt.4. veriorem dicens, & ſecuriorem
hanc ſententiam contra tenentes,inductum con-
ſuetudine, quòd non ſit opus ſcriptura, Oſaſc.
deciſ.Pedemont.53. Afflict. deciſ. Neapolit.72.
Crau.conſ.112.nu.8.Flores de Mena lib.1.quæſt.
2. nu. 3. & cùm non produxerit tale inſtrumen-
30 tum, non præſumitur, † quia inſtrumentum nō
productum non probat, nec Iudex poteſt iudi-
care ex inſtrumento, aut actis non productis, l.
Iudices, & ibi Bald.C.de fide inſtrum.cap.char-
tæ 3.quæſt.9. cum adductis per Andr.Gayll.lib.
1. obſeru.107. nu.13.& 14. Iaſ.in l.1.§.editiones
col.fin.ff.de edendo,Rebuff.tom.3.ad ll.Gallicas
tit.de partium product.art.1.nu.3. quod proce-
dit, licèt coram eodem Iudice, & inter eaſdem
perſonas, in alio iudicio fuiſſet inſtrumentum
productum,vt cum Bart.probat Alexand. in l.2.
C.de edendo, Ripa in l.naturalitèr §.nihil com-
mune nu.175. ff.de acquir.poſſeſſ. Oſaſc.deciſ.
Pedem.1.nu.40.
31 † Et comprobatur ex Caballin. milleloq.268.
nu.1 par.1.vbi dicit, quòd prætendens rem em-
phyteuticam,feudalem,& cenſualem, debet do-
cete de titulo,vel alio legitimo documento, quia
in dubio res præſumitur allodialis, Andr. de
Iſern.in cap.1.de controuerſ. inter maſculum,&
fœminam,de benefic. Alex.conſ.129.col.1.lib.5.
Crau.d.conſ.112.nu.14.Menoch.lib.2.de arbitr.
iudic.caſu 554. nu.2. Marc.Anton.Eugen.conſ.
40. nu.1. & ſeqq. lib.1. quod in tantum eſt verū,
quòd requiritur productio inſtrumenti origina-
lis,nec ſufficeret exemplar,quia vt inquit Alciat.
32 reſp.12.nu 9. † cenſuale exemplum nō probat,
Abbas & alij in cap.cùm cauſam de probat. facit
l.cenſualis C.de donat.gloſ.in Auth.de Tabellio-
nibus §.nos autèm,verbo *iniungantur*,Specul.tit.
de inſtrum. edit. §.poſtquàm, verſ.*ſed nùmquid*,
cap.1. de fide inſtrum. Paul.Caſtrenſ. conſ.202.
part. 1.
33 † Et ita non obſtabit dicere,quòd per aliquot
annos fuit ſolutus prætenſus cenſus dicto Mar-
chioni, aut eius Anteceſſoribus per aliquos poſ-
ſeſſores dictorum hæreditamentorum, & quòd
ex hoc deducitur probatio dominij directi, Ca-
ballin.qui loquitur in Eccleſia milleloq.511.nu.
2.Villalob.commun.opin. lit.S. num.130.quia
non ſufficit,niſi oſtendatur titulus,& cauſa legi-
tima, cur cenſus debeatur, cap.peruenit, iuncta
gloſ. de cenſibus, Specul. tit.de emphyteuſi §.1.
num.80.Bald.conſ.368.lib.1.Ioan.de Ligna.conſ.
325. inter conſilia Baldi lib.3. Anchar. conſ.10.
Grammat.132. Bonius ſupra artic.39.nu.65. di-
cens, quòd licèt ſolutio cenſus quaſi poſſeſſionē
inferat,non tamèn dominium, Corneus reſp.19.
lib.2.Butr.in cap.in cauſa col.1.de reſtit.ſpoliat.
Ioan.Vinc.de Anna ſingul.75.
34 † Facit Gloſ.in l.1.verbo *libertinitatem* C.de
ingen. manumiſ. quòd ſi quis aſſeruit,rem,quam
poſſidebat feudalem eſſe, poterit mutato conſi-
lio aſſerere, quòd ſit de ſuo allodio,Guido Papæ
deciſ.24.dicens,quòd ſi quis in aliquo inſtrumē-
to aſſerit, rem emphyteuticam, non propterea
probatur emphyteuſis, quod latè tradit Raphael
Cuman.conſ.165.Alexand.conſ.9.nu.10.lib.5.&
alij plures,quos refert,& ſequitur Menoch.conſ.
1.num.88.& 89. & conſ.86.num.94.& 96. lib.1.
35 † nàm erronea confeſſio, & enunciatio non de-
bet officere veritati, l.error C. de iuris, & facti
36 ignor. † non enim fatetur is, qui errat, l. non
fatetur ff.de confeſſ. l.ſi per errorē ff. de iuriſd.
omn.Iudic. Bar.in l.cap.quinto,vbi additio ff.ad
l.Iuliam de adulter.plura adducit Padilla in l.er-
ror, & in l.cum falſa C.de iuris,& facti ignorant.
37 † quia veritas rerum hominum denominatione
non mutatur, d.l.cum falſa, l.ſi fortè ff.de caſtr.
peculio, l. illicitas §. veritas ff. de offic. Prætor.
38 † Et generalitèr erronea confeſſio non pręiudi-
cat, l.non idcircò, d.l.cum falſa C.de iuris, & fa-
cti ignor. Corne.conſ.186.nu.6.lib.3. Curt.iun.
conſ.92.num.11.& 12. Marzar.conſ.3. ad finem,
Marc.Ant.Peregr.de fideicom.artic.23.num.25.

Tyber.

39 Tyber.Decian. reſponſ.10. lib.3. † ſimilitèrque
ſolutio cenſus erronea non nocet, Afflict. deciſ.
Neapol.83.num.10. Abbas in cap. in cauſa nu.6.
40 7.8.& 13. de cauſa poſſeſſ. reſoluens, † quòd ſo-
lutio longi temporis de aliqua pecunia nõ ſubij-
cit ſoluentem futuræ ſolutioni, Rebuff. in cap.
41 fin. eiuſdem tituli verſic. *quarto*, dicens, † quòd
ſola ſolutio annua ſinè titulo non obligat ſoluen-
tem, vt cogatur in futurum ſoluere, vt in ſimili
dicit tex.in l.creditor C. de vſur. per hæc verba
*creditor inſtrumentis ſuis probare debet, quæ inten-
dit, & vſuras ſe ſtipulatum, ſi poteſt, nec enim ſi ali-
quando ex conſenſu præſtitæ ſunt, obligationẽ con-
ſtituunt*, Abb.& alij in d.cap.peruenit de cenſib.
Bart.in l.cùm de in rem verſo poſt gloſ. ibi ff.de
vſur.latè Gambar.lib.2.de offic. & poteſt.Legati
de latere nu.127.& ſeqq.
42 † Ideò Ioan.Corraſ. lib.3. miſcellan. iur. ciuil.
cap. 15. num. 0. ait, quòd cùm ex annuo debito
quicquàm ſoluitur, hoc habet cauſam limitatam
tàm ratione rei, quàm temporis; vndè non reci-
pit extenſionem in futurum, l. quod de bonis §.
43 non idcircò ff.ad leg. falcid. † nec ſolutio vnius
debiti inſert obligationem in alio, l.fin.C.nè vxor
44 pro marito, † & diſpoſitio in vnum tempus cõ-
cepta non extenditur ad aliud, l.ſi quis ita ff.de
vulg.& pupill. ſubſtit.
45 † Vndè Lap. alleg.135.nu.12. & 13. ait, quòd
per ſolutionem alio non dato, nõ inducitur obli-
gatio; nàm ſolutio de ſui natura liberat, non
obligat, vt notari ſolet in cap.peruenit de cẽſib.
46 vbi etiàm deducitur, quòd cenſus, cuius cauſa
ignoratur, nec diuinis, nec humanis legibus per-
mittitur, oportet quippè, vt omnis cẽſus ad quid,
& quandò perſolui debeat præſciatur, l. ſi quis
poſtquàm ff.de fideiuſſor.& l.ſi quis pro eo, tex.
in l.huiuſmodi legatum ff.quandò dies legati ce-
dat, Aym.conſ.132.num.11. dicens, quòd cenſus
extirpandus eſt, cuius cauſa ignoratur, Barbatia
47 conſ.8.num.49.lib.2. † quia ſicut tempus non
tollit obligationem, l. obligationum §. placet ff.
de actio. & obligat.
48 † Ita nec inducit, l.ſi certis annis C.de pactis,
cap.nullus Epiſcop. 1.quæſt.1. cap.quia cogno-
uimus 10. quæſt.3. l.vlt. C. nè vxor pro marito,
Pileus in quæſt.21. Crauett.de antiq.temp.verſ.
tranſeo num.27.Ioan.Franc.Schenar.conſ.25.nu.
5. & 6.
49 † Facit Paul. de Caſtro conſ.334. viſo puncto
in princ.par.1.reſoluens, quòd quandò quis non
oſtenditur obligatus ex contractu, vel quaſi, nec
ex delicto, vel quaſi, nequè alia iuſta cauſa, qui
agit, repellitur tanquàm agens ſinè actione, l.1.in
princ.ff.de oblig.& actio. l.ſi pupilli §.ſed ſi ego
aliàs videamus ff de negot.geſt. Bart. in l.vinum
22.nu.14. ff.ſi certum petatur, Bald.in l.ancillæ
num.21. C.de furt. Abb. num.6.in cap.ſi cautio
de fide inſtrum.Gregor.Lopez in l.11.tit.14.par.
7. gloſ.2.& non obſtat ſi dicatur, ꝙ cenſus, cuius
cauſa ignoratur, adhùc debebitur, ſi legitimè
præſcriptus ſit, ad tradita per Guillelm.Onciac.
lib.1. quæſt.44. num.2. quia vt reſpondet Crau.
50 d.conſ.132.num.12. † cùm præſcriptio ſit quid
facti, non præſumitur, niſi probetur, l.in bello §.
factæ ff.de captiu.& poſtlimin.reuerſ. l.deniquè
ff. ex quib.cauſ.maior. l.quæcunque ff.de public.
l.vnic.C.de mandat.Princip. l.1. C.de probat. l.
aſſeueratio C.de non numer.pecun. l.ſi emanci-
pati, ibi: *teque emancipatum eſſe probaueris* C.de
collat. cap. cùm in iure peritus de officio deleg.
cap. Raynuntius, & cap. Raynaldus de teſtam.
51 † & in terminis præſcriptionis, quòd eam alle-
gans teneatur probare, tradit Bald. in l. Celſus
ff.de vſucap. Corneus conſ.136.col.fin.lib.a.latè
Ioſeph Ludou. concluſ.1.de probat. Crau.conſ.
29.num.penult. Menoch. lib.6.præſumptio. 33.
à num.1.
52 † Maximè cùm non exegerint dictũ præten-
ſum cenſum ab omnibus, nec vniformitèr, quo
caſu ceſſat præſcriptio; nàm obſeruantia debet
eſſe vniformis, Alexand.conſ.5.num.7.& 9.lib.5.
Rubeus Alexandrin. in l.non ſolùm §.morte nu.
89. ff.de noui oper.nunciat. Ripa in l.qui Romæ
§.duo fratres nu.49. ff.de verbor.oblig. l.ſemper
in ſtipulationibus ff.de regul.iur.ibi: *quòd ſi nec
regionir mos appareat, quia varius fuit*, Bart.in l.2.
in princ.num.22.& fin.ff.ſolut.matrim. Rota de-
53 ciſ.72.nu.28.par.2. nouiſſ. † nàm vbi eſt diffor-
mitas, actus eſt impræſcriptibilis, Bald.in l.de
quibus nu.29. ff.de legib. & in cap.quia proptèr
num.18.de elect. facit l.Caius ff de annuis legat.
54 † Et cùm Domini, & poſſeſſores dictorum hæ-
reditamentorum fundent ſuam intentionem de
iure, ſolus vnicus actus contrarius ſufficit ad in-
terrumpendam præſcriptionem Marchionis, &
ſuorum prædeceſſorum, vt per Innoc.in cap.au-
ditis num.5. de præſcript. gloſ.in l.nemo alieno
§.temporalis ff.de reg.iur. Bald.in cap.illud nu.1.
de prę̨ſcript.& in l.vnic.C.de vſucap.transform.
Abb.in cap.fin.num.19.de conſuet.Felyn.in cap.
cùm acceſſiſſent num. 30. de conſtit. Tiraquell.
de iure primog.quæſt.38.nu.3.& quæſt.90.nu.1.
Ioan. Garzia de nobil. gloſ.6. num.22. Ludouic.
55 Gomez.reg de trien. quæſt.22. † ſicut poſſeſſio
contraria vnius diei ſufficit ad eandem interrup-
tionem, ſecundùm Specul.tit.de locato §.6. verſ.
41. & 44. cuius meminit Caſtillo in l.63.Tauri
56 num.42. † Et duo teſtes de interruptione magis
probant, quàm centum de vſu, & poſſeſſione cõ-
traria, pulchrè Lucas de Penna in l. cùm ſcimus
nu.12.& 13. C.de agric.& cenſit.lib.11. Imol.in
d.cap.auditis nu.9.de præſcript.
Quod eſt magis certum reſpectu hæredita-
mentorum, quæ erant dotalia, vel filiorũ, & for-
ſan mariti, aut patẽtes ignorantèr ſoluerunt cen-
ſum, quia non potuere præiudicare vxori, nec fi-
57 lijs, nec aduerſus eos præſcriptio currere, † quia
ex parte illorum præſumitur ignorantia, l.verius
ff.de probat.regula præſumitur ff.de regul.iuris
in 6. Calderin. conſ.4.num.2.de offic.deleg. Ro-
man. conſ.403.nu.16. Flores Diaz quæſt.3.nu.5.
58 † quę ignorantia cauſat inuoluntarium, Ioan.Ni-
ger tract.de mercatura cap.1.nu.3. Deciſio.Ge-
59 nuæ 14.num.76. † & excludit præſcriptionem,
ad tradita latè per Matienz. in l.8.tit.11.lib.5.re-
copil.gloſ.12.Paul.Caſtr.conſ.30.num.17.par.3.
60 † Quia ignorans dicitur iuſtè impeditus, Crau.
conſ.201.nu.36. Ioan.Maur.Dolan. de in integr.
reſtit. cap.60.num.2.
61 † Et ità ex eo, quàm etiàm quòd vxori, dùm
eſt

Digitized by Google

eſt nupta, & filiofamilias, cùm eſt ſub patria po-
teſtate non currit præſcriptio, l. 1. §. ne autē im-
perfecta C. de annali except. Abb. conſ. 14. par. 2.
Tiraquell. de retractu lignagier §. 3. gloſ. 4. nu. 5.
& de retractu conuenſionali gloſ. 1. & vnica nu.
78. Lapus allegat. 34. num. 2. Aluar. Valaſc. con-
ſult. 130. nu. 31. Caſanate conſ. 41. num. 57. Mar-
cheſan. de commiſſionib. 2. par. cap. 19. de com-
miſſ. iactationis num. 46. Matienzo in l. 14. tit. 4.
lib. 5. gloſ. 1. num. 51. & in dicta l. 8. gloſ. 9. num. 1.
Ioan. Garzia de nobilit. gloſ. 12. num. 30. Burgos
de Paz conſ. 37. num. 10. Paul. Caſtrenſ. conſ. 13.
par. 3. Guido Papæ ſingul. 655. Prob. ad Ioan. Mo-
nach. in cap. Eccleſia num. 22. de reſtitut. in in-
tegr. lib. 6. & vt dixit Roman. conſ. 275. num. 10.
62 † Solutio onerum realium facta per vnum non
præiudicat iuri, quod alius in eadem re præten-
dit, d. l. cenſualis C. de donationibus, l. ſi functio-
nes eodem titulo, l. ſolemnibus C. de reiuendie.
Ideòque non poteſt cauſare præiudicium vxori-
bus, filijs, aut minoribus, quorum erant prædia
dicti loci de Valleſteros, eò quòd mariti, patres,
aut tutores ſoluerint aliquos cenſus dicto Mar-
chioni, aut eius prædeceſſoribus.
63 † Vlteriùs magis confirmatur, nàm licèt Do-
ctores aliqui tenuerint, cenſum poſſe conſtitui
non ſolùm in pecunia, ſed vt ſoluatur in fructi-
bus, vt per Michael. de Palac. tract. de contract.
lib. 4. cap. 7. verſic. *huiuſmodi*, Nauar. tract. de
vſuris quæſt. 30. num. 120. Surd. de aliment. tit. 9.
64 quæſt. 11. num. 3. † Tamèn in his Regnis eſt
prohibitum per l. 7. tit. 15. lib. 5. recopilatio.
per quam etiàm diſpoſitum eſt, quòd ſimiles
cenſus de fructibus reducantur ad pecuniam,
vt per Nauar. vbi proximè, Virgin. de Boccat.
tract. de cenſibus par. 2. num. 9. Gaſpar Rodrig.
tract. de annuis redditibus lib. 1. quæſt. 7. nu. 29.
Ioan. Garzia tract. de expenſ. & meliorat. cap. 9.
num. 35. Ioan. Gutier. lib. 2. practicarum quæſt.
170. num. fin. Molina Theolog. tom. 2. de iuſtit.
tract. 2. diſput. 393. Velazq. de Auendañ tract.
de cenſib. Hiſpan. cap. 5. num. 14. & cap. 47. nu. 5.
& 11. Ludou. Cencius in eod. tract. par. 1. quæſt.
1. art. 3. nu. 16.
65 † Et cùm deficiat titulus legitimus dicto Mar-
chioni, præſumitur introducta cenſus ſolutio
propter potentiam ſuorum prædeceſſorum,
qua maximè pollebant in Ciuitate Conchenſi,
& conuicinis, ideò non debet ſubſiſtere, cap.
quod latentèr, aut per vim aliàs illicitè introdu-
ctum eſt, nulla debet ſtabiliſate ſubſiſtere, de
reg. iur. & ibi gloſ.
Nec poſſunt ſe iuuare præſcriptione etiàm
66 longiſſimi temporis ex iuris regula, † quæ ha-
bet, minimè poſſe præſcriptione acquiri ea,
quæ à mera voluntate ſolent procedere, cùm ex
talibus actibus non quæratur quaſi poſſeſſio, l.
Proculus ff. de dāno infecto, l. 1. §. deniquè Mar-
cellus, & in l. ſi in meo fundo ff. de aqua pluuia
arcenda, l. 2. ff. de via publica, optimus tex. in
l. qui iure familiaritatis, vbi Bart. Paul. Imola, &
Alexand. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. & habet 15.
§. hoſpites ff. de præcario, l. ſi mulier ff. quibus
modis vſusfruct. amitt. Cynus in l. 1. & 2. C. de
ſeruit. & aqua, Couar. in regula poſſeſſor 2. par.
§. 4. nu. 6. verſ. *quibuſdam forſan videbitur*, Auend.
de exequend. mandat. Regum 2. par. cap. 4. num.
17. facit gloſ. fin. in l. ſolent §. vltimo ff. de officio
Proconſ. & Legati. Aym. de antiq. tempor. 4. par.
num. 98. Iaſ. in l. quòminus num. 28. ff. de flumi-
nibus.
67 † Quia in his præſtationibus annuis, vt obli-
gent in futurum, requiritur factas fuiſſe ex aliqua
legitima cauſa, aliàs non præiudicabunt, ex tra-
ditis per Salycet. Iaſ. & Riminald. in l. ſi certis
annis C. de pactis, vbi Alciat num. 12. Balb. in
tract. de præſcript. 3. par. princ quæſt. 10. num. 8.
Menoch. lib. 2. controuerſ. illuſtr. cap. 83. nu. 28.
& cap. 84. nu. 31. Andr. de Iſernia in cap. vnico de
controuerſ. inter maſc. & fœmin. num. 9. in vſib.
feudor. reſoluens, quòd ſolutione cenſus, vel ca-
nonis bona non fiunt verè cenſualia, vel emphy-
teuticaria, ſi non probetur verè contractū præ-
ceſſiſſe, l. Herennius ff. de decur. l. ſi quis C. de
de fabricen. lib. 11.
68 † Imò qui ſoluit cenſum pro re tanquàm em-
phyteutica, quæ non eſt, auditur ad demonſtran-
dum non eſſe emphyteuticam, vt poſt Cardin.
Zabarell. in clem. vnic. §. final. notab. 15. de iure-
iurando, Barbat. Deci. Menoch. Beccium, & alios
refert Surd. conſ. 496. num. 5. vol. 4. Marius Muta
tom. 2. ſuper Capitulis Regni Siciliæ cap. 110.
num. 23. & ſeq. Surd. etiàm conſ. 135. num. 107.
& 121. vol. 1.
Et minùs poterit præiudicare prætenſa reco-
gnitio, quæ pro dicto cenſu aſſeritur facta,
69 † cùm enim non conſtet de cauſa, iudicatur er-
ronea, & per conſequens nocere non poteſt,
Menoch. conſ. 1. num. 87. & conſ. 162. num. 28.
& ſeq. Soccin. iunior conſ. 41. num. 15. verſ. *præ-
tereà*, Sola ſuper conſtit. Pedemont. tit. de iure
emphyt. gloſ. 1. num. 20. Surd. conſ. 577. num. 32.
lib. 4. Ioan. Franciſ. Purpurat. conſil. 62. num. 13.
conſ. 85. num. 9. & conſ. 445. num. 3. Bertrand.
conſ. 1. num. 15. volum. 3. dicens num. 17. *Quò
verò ad tertios poſſeſſores dico, & conſtituo, quòd
ipſi conueniri non poſſunt ad ſolutionem cenſus, aut
ſeruitij, nec etiàm agi poteſt contra eos ad com-
miſſum in vim dictarum recognitionum, quia
ad hæc agitur actione perſonali*, l. 1. C. de iure
70 *emphyt.* † *quæ non datur contra tertium poſſeſ-
ſorem, vel rei particularem ſucceſſorem, l. final.
§. final. ff. de contrahenda emptione, l. 1. §. ſi he-
res cum ſimilibus ff. ad Senat. Conſult. Trebellian.*
71 † quia cecognitio non probat, niſi contra
recognoſcentem, vt latè per Ioan. Franciſc. Pur-
purat. conſil. 402. num. 7. & conſil. 574. num. 4.
ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 ADminiſtrator vltrà ſalarium conſequitur expenſas itinerum, & nu. 2.
3 Soluens creditori ſui creditoris ex cauſa liberatur.
4 Solutio cēſetur facta creditori, ſi fiat alteri eo mandante, vel nō mandante, ſi vtiliter geſſit, & nu. 5.
6 Exceptio ſolutionis factæ creditori creditoris debet admitti.
7 Soluendo vnus pro alio, illū liberat à ſuo creditore.
8 Reipublicæ intereſt, homines ab obligationibus liberari.
9 Procurator generalis poteſt ſoluere debita Domini de illius pecunia, ſi habeat, vel de propria, & tunc repetit.
10 Doli exceptione repelluntur prætēdentes, quòd administrator non conſequatur, quod ſoluit pro Domino.
11 Adminiſtratori debent admitti pecuniæ datæ ad expenſas litium Domini.
12 Adminiſtrator cenſetur pecunias erogare adminiſtratorio nomine.
13 Adminiſtrator, qui dedit pecunias ſolitas agenti negotiorum à Domino electo excuſatur.
14 Homini bono confidens non eſt in culpa.
15 Culpa caret qui facit ſolita, & conſueta fieri.
16 Argumentum ſumptum ab obſeruantia eſt validū.
17 Morientis calamitas non debet nocere alteri.
18 Adminiſtratori ſufficit, ſi Domino cedat actiones pro pecunijs datis illius negotiorum geſtori.
19 Executiuæ viæ in Regnis Caſtellæ habent ſuos terminos legales.
20 Adminiſtratoribus, qui ſe gesſerunt diligentèr, nō eſt cum rigore ratio exigenda.
21 Adminiſtrator habet pro ſe præſumptionem, quòd diligenter, & ſinè mora culpabili proceſſerit, & num. 78.
22 Debitoribus aliquandò parcendum, nè ſuffocentur pro ſolutione.
23 Debitores ſalua honeſtate congrua ſunt compellendi ad ſolutionem.
24 Tutori ſolùm imputatur, ſi dolo, lata culpa aut manifeſta negligentia non exegit, & nu. 28.
25 Mutatio facultatum in debitore non præſumitur, maximè in breui tempore, & nu. 26.
27 Debitor nō præſumitur ex tempore etiàm longo labi facultatibus.
29 Adminiſtrator, qui ſe obtulit adminiſtrare ſinè ſalaria, intelligitur pro primo tantùm anno id feciſſe, & nu. 49.
30 Prouiſio legis, aut hominis facta pro certo, ac determinato modo non egreditur ſuos terminos.
31 Adminiſtratori non admodum diuiti, vel quandò labor eſt magnus, debetur ſalarium arbitrio Iudidicis, attento labore, & alijs.
32 Salarium, & mercedem ſolui ei, qui pro alio laborauit, iuri, & æquitati conſentaneum eſt.
33 Mercenarius dignus eſt mercede ſua, & nu. 63.
34 Officium ſuū nemini debet eſſe damnoſū, & nu. 98.
35 Periculo nō tenetur quis ſe exponere alterius cauſa.
36 Reipublicæ intereſt, homines eſſe, qui adminiſtrent bona abſentium, aut impeditorum.
37 Salarium etiàm non conuentum taxatur adminiſtratori, prout cum alio lucrari poſſet.
38 Præmium ſui laboris nullus debet amittere.
39 Operæ requirunt præmium.
40 Labor animi, & corporis præponderat pretio.
41 Opera plerumque plus confert, quam pecunia in administratione.
42 Pactiones inuoluntariè factæ, aut per coactionem non debent nocere.
43 Renunciatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè intelligēda.
44 Expreſſum quod non eſt, nunquam venit in remiſſione, & renunciatione.
45 Renunciatio omnis debet interpretari ſtrictè ad fauorem facientis.
46 Remittere ius ſuum nemo cenſetur.
47 Præſumptio illa ſumenda eſt, quæ excludit renunciationem.
48 Renunciationis verba generalia reſtringuntur ex veriſimili mente renunciantis.
50 Renunciatio regularitèr non extenditur ad ius futurum.
51 Repetita non cenſentur per actum tacitum, quæ præiudicium continent.
52 Renunciationes tacitæ multùm ſtrictè ſunt interprætandæ.
53 Verba non debent extendi contra mentem diſponentis.
54 Extenſio non conceditur in actibus tacitis, ſicut in expreſſis.
55 Tacitus actus non eſt paris potētiæ cum expreſſo ad inducendum aliquid contra ius commune.
56 Tacitum non extenditur vltra id, de quo immediatè loquitur.
57 Tacitus conſenſus non præiudicat in actibus faciendis.
58 Adminiſtratori, qui remiſit ſalariū pro vno anno, debetur pro alijs.
59 Salarium amittere eum, qui laborauit, iniuſtum eſt.
60 Locupletari cum iactura aliena iniquū eſt, & naturæ contrarium.
61 Salarium non conuentum regularitèr non debetur.
62 Vicarius Epiſcopi non petit ſalarium non conuentum.
64 Salarium non conuentum poteſt peti Iudicis officio ex æquitate.
65 Salarium etiàm non conuentum debetur negotiorū geſtori.
66 Tutori patrocinanti in cauſis pupilli debetur ſalarium, licet à principio non fuiſſet taxatum.
67 Medico debetur ſalarium etiam non conuentum.
68 Sequeſtro quandò debeatur ſalarium, & nu. 69.
70 Tutoris officium licet ſua natura ſit gratuitum, ex iuſta cauſa datur ſalarium tutori.
71 Fruſtra quis petit, quod habet.
72 Executio non poteſt fieri in animalibus, & inſtrumentis culturæ agricolarum.
73 Adminiſtrator ſi faciat quod paterfamilias in rebus ſuis, adimplet.
74 Actio inanis eſt, quam inopia debitoris excludit.
75 Adminiſtrator, qui non exegit propter magnam debitoris inopiam, excuſatur.
76 Exactor, qui vſus fuit ſolita diligentia, non tenetur pro debitoribus decoctis.
77 Adminiſtratori ſolùm imputatur dolus, lata culpa, aut negligentia.
79 Adminiſtratores alij multùm differūt à tutoribus.

80 Admi-

80 *Adminiſtrator excuſatur, ſi non fecit diligentias, quæ forent maioris diſpendij, quàm vtilitatis.*
81 *Pecunia pupillaris vacabit pupillo, ſi non ſit, cui credatur.*
82 *Culpam, qui imputat adminiſtratori, debet docere de ea teſtibus, aut inſtrumentis.*
83 *Adminiſtrator faciens quod Dominus erat ſolitus, excuſatur.*
84 *Adminiſtrator caret culpa, ſi in adminiſtrando ſe geſſit ſecundùm conſuetudinem ſimilium adminiſtratorum.*
85 *Modus, quo aliquid fit, & non quo fieri poterat, conſideratur.*
86 *Adminiſtratori non imputatur, ſi non exegit aliquid propter cautelarum, aut inſtrumentorum defectum.*
87 *Mora non poteſt imputari ei, qui propter iuſtum impedimentum ſolutionem non recepit.*
88 *Anguſtiæ temporis ad aliquid faciendum excuſãt.*
89 *Tutoribus conceduntur ſex menſes ad implicandũ, & conuertiendum in emptionem pecunias pupillares.*
90 *Depoſitarij generales ſunt deputati à Sua Maieſtate in multis Ciuitatibus horum Regnorum Caſtellæ.*
91 *Caſus fortuitus, & inopinatus non imputatur adminiſtratori.*
92 *Principes in eorum dominijs ſolent deputare aliquem Campſorem depoſitarium generalem.*
93 *Adminiſtratori non imputatur, ſi debitor idoneus labatur facultatibus.*
94 *Decoctio depoſitarij generalis Regiæ Curiæ non imputatur adminiſtratori.*
95 *Fortunæ caſus nullum humanæ fortis iudicium poteſt præuenire.*
96 *Diuinare caſus fortuitos nõ tenetur adminiſtrator.*
97 *Triſtis euentus expectari non debet.*
99 *Debitor liberatur, ſi res aliàs peritura perijt penès depoſitarium.*
100 *Depoſitum factum in poſſe publici depoſitarij ſi pereat, perit Domino, & non adminiſtratori.*
101 *Difficultas faciendi excuſat à mora eum, qui tenetur ad factum.*
102 *Molendinorum refectio ad dominum ſpectat.*
103 *Cluſæ molendini ruptura non imputatur adminiſtratori.*
104 *Fortuitis caſibus non poteſt reſiſti,*
105 *Cluſam promittens manutenere, & periculum in ſe ſuſcipiens, non tenetur, ſi magnum diluuium ſuperuenit.*
106 *Fluminis impetus præuideri non valet:*
107 *Molendina æquiparantur rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
108 *Molendina quandò poſſint alienari per tutorem, aut Prælatum.*
109 *Ædificia, & molendina non reficiuntur vento, ſed cum magno ſumptu.*
110 *Peritorum in arte ſtandum eſt declarationi.*
111 *Adminiſtrator non debet facere de bonis proprijs expenſas quantùmuis neceſſarias, niſi velit, & num. 112.*
113 *Pecuniæ ſi ſunt ad alios effectus applicatæ, non imputatur adminiſtratori, quòd illas non expendit in refectione cluſæ.*
114 *Adminiſtrator non debet pecunias expendere in re onerosa patrimonio.*
115 *Adminiſtratori non imputatur culpa, ſi non expendit in eo, quod non erat profuturum.*
116 *Tutor non tenetur proſequi ius pupilli, ſi proſequutio maiores ſumptus eſſet allatura, quàm lucrum.*
117 *Dominus quod voluit fieri, non debet imputari adminiſtratori, cur non fecit.*
118 *Damnum, quod euenerat molendino, aut cluſæ, antequàm aliquis adminiſtrare cœpiſſet, non poteſt illi imputari, idem in ſcapha vi fluminis delata.*
119 *Adminiſtratori non poſſunt imputari caſus ſine ſua culpa euenientes.*

P R O

Ioanne Velazquez Adminiſtratore quondam bonorum, & redituum Don Innici de Cardenas Legati, ſiuè Ambaſciatoris Frãciæ pro ſua Catholica Maieſtate

C O N T R A

Dictum Don Innicum, & eos, qui ſe prætendunt creditores illius ſuper dubijs, quæ reſultant ex rationibus dictæ adminiſtrationis.

A R G V M E N T V M.

Adminiſtratori debent admitti in excomputum rationum ſalaria itinerum pro negotijs adminiſtrationis, & ſolutiones factæ veris creditoribus, & aſſignari ſalarium iuſtum, & ſi pro aliquo anno gratis adminiſtraſſet, & non imputari ei, ſi non rigoroſè egit cum debitoribus, nec caſus fortuitos, qui euenerunt molendinò, aut cluſæ vi fluminis.

C O N S I L I V M CLXXIX.

Prima Partita dubia.

QVòd debeat admitti dicto Ioanni Velazquez integralitèr ſummam mille ducentorum, & quinquaginta regalium, quos expedit in eundo ad Ciuitatem Valliſoleti, vbi tunc Regia Curia reſidebat, ad contradicendũ in Regio Conſilio creditorum inſtantijs, vt deſtinarentur Commiſſarij ad exequendum contra dicta bona, & moram trahendo cum receſſu per dies ſexagintatres, conſtat, cùm ſua diligentia reparauiſſet damna Commiſſariorum, qui ſalarijs, & expenſis patrimonium

Digitized by Google

conſumebant,& calculator ſolù admiſit 25v200.
morapetinos, licèt enim tùnc temporis gaude-
ret ſalario ſibi aſſignato per D.Innicum,hoc erat
aſſiſtendo Madriti,& non itinerádo cùm expen-
ſis extraordinarijs propter caritatem temporũ,
& incõmoda,quæ de neceſſitate ſubeunda erant
1 Valliſoleti, & in hoſpitijs itinerũ; † pro quo eſt
text.expreſſus in l.idemq; §.idem Labeo ff.man-
dati,ibi: *Sed etſi ad vecturas ſuas dùm excurrit in
prædia ſumptus fecerit, puto hos quoque ſumptus
reportare eum oportere, niſi ſalarium fuerit datum,*
& hoc cõuenit,vt ſumptus de ſuo faceret ad hæc
itinera, hoc eſt de ſalario, & ita licèt haberet ali-
quod ſalarium, requirebatur copulatiuè, quòd
etiam ſe obligaſſet facere itinerum expenſas,
2 † quod cùm non fecerit, debent ei integralitèr
admitti, vt in adminiſtratoribus, tutoribus re-
portantibus decimam, & in ſocijs, & ſimilibus
tradunt Bald. in l.vnic. num.21. C.de ſuffragio,
Baeza de decima tutoris cap.1.nu.7.& 8. Iodoc.
tract. de tutoribus cap.1. de tutorum mercede,
Mexia in pragm.taxæ panis concl.1.nu.71.Ioan.
Garzia de expenſ.& melior.cap.20.nu.11. Eſco-
bar tract.de ratiocin. cap.25. nu.66. qui ponde-
rant l.1.§.ſi pupillus verſ.*item ſumptus* ff.de tutel.
& ration. diſtrahend. ibi: *& viatica, ſi ex officio
habuit neceſſe aliquo excurrere, vel proficiſci*, l. ſi
fratres 13. §. ſi quis ex ſocijs verſ. *viatica* ff. pro
ſocio, l.16.tit.10.par.5.& ſequuntur plures DD.
relati per Ioan. Garziam.

Secunda Partita quantitatum ſolutarum legitimis, & veris creditoribus D. Innici, abſque tamen liberantijs ſuis.

Non controuertitur, quòd Don Innicus eſſet
verus debitor creditoribus, quibus ſatisfecit
Ioannes Velazquez adminiſtratorio nomine, &
quoad ducatos ducentum ſolutos Petro Baſtari
vicino Villæ Matriti habuit liberantiam à dicto
3 D. Innico, ideò debent ei admitti, l.ſi liber ho-
mo 38. ff. de negot. geſt. ibi: *qui ſoluit creditori
creditoris ſui ex cauſa liberatur ipſo iure*, l. ſolutũ
§. ſolutam verſ. *Vnde ſi homo* ff. de pignor. actio.
iuncta l.ſi & me,& Titium ff.ſi certum petatur,
l.1.§.ſi iuſſerim verſ.*idemque eſſe* ff.de acquiren.
poſſeſſ.Gomez.à Leon.alleg.41.nu.1. Auendaño
in l.4. tit.*de las excepçiones* num.29. facit l.falſus
43. §.ſi is ff.de furtis,vbi probatur, quòd ſolutio
4 cenſetur facta creditori, quotiès fit alteri, † vel
eo mandante, l.inuito C. de ſolut. d.§.ſolutam,
vbi Bart. l.vero procuratori in princ ff. de ſolut.
5 Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ.25. nu.14. † vel eo
non mandante,l ſi liber homo ff.de negot.geſtis,
gloſ.1.in l.cum iuſſu 64. ff.de ſolut. l.2.ff.de ne-
got. geſt. dùm ait: *Et ſanè ſicut æquum eſt ipſum
actus ſui rationem reddere, & eo nomine condem-
nari, quidquid vel non vt oportuit geſſit, vel ex his
negotijs retinet, ita ex diuerſo iuſtum eſt, ſi vtilitèr
geſſit, præſtari ei quicquid eo nomine, vel abeſt ei,
vel abfuturum eſt.* l.1. in fine C.de priuileg. Fiſci,
Salycet. in l. Ariſto num. 2. ff. quæ res pignor.
oblig. poſſ.
6 † Exceptio enim ſolutionis factæ creditori
ſui creditoris debet admitti, l. nomen ff. de
ſolutionib. Petr. Paul.Pariſ. conſ.107. num.128.
lib.3. Franciſc.Milanen.deciſ.Siciliæ 14. num.5.
6.,& 7. lib.2. Hieronym. Magon. deciſ. Florent.
94.num.8.per l.ſoluendo ff.de negot.geſt. & l.ſi
liber eod. tit.
7 † Et hoc magnam æquitatem habet, cùm
alius pro me ſoluendo,me liberet, l.1.§.vlt.ff.de
exercit. actio. l.ſolutionem, & l.ſi debitor tuus
ff.de ſolut.l.ſoluere eodem tit. facit l.bona fides
ff.de regulis iuris, Paul. Caſtrenſ. in l.tale pactũ
§.poſt diuiſionem ff.de pact. Neguſan.tract.de
pignorib. par.5. membro 3. in princ. num. 39.
Ioſeph Seſſe deciſ.Regni Aragonum 204.num.1.
8 & 2. dicens, † quodammodò intereſſe Reipu-
blicæ homines ab obligationibus liberari, vt cõ-
ſiderauit Monter.à Cuerta deciſ.Aragon.2. num.
42. & 49. Decius in l.inuito 69. num.2. ff.de re-
gulis iuris.
9 † Et facit, quòd Procurator generalis poteſt
ſoluere debita Domini, vel de pecunia Domini,
ſi habeat,vel de ſua,& tunc repetit à Domino,vt
in l. ſi procurator verſ.*quoniam ideò* ff. de cond.
indeb. & ibi Paul.Caſtr.& Salyc.num.1. Capyc.
deciſ.Neapol.180. num.7. Additio ad Decium
vbi proximè.
10 † Et ſi aliud intendant dictus D. Innicus, vel
eius creditores, doli exceptione veniũt repellen-
di, l. ſi opera in fine ff.de doli mali, & met. ex-
ceptio, l.ſi pupilli in fine ff.de ſolut. Ioſeph Seſ-
ſe in tract.de inhibit.magiſtrat.iuſtit.Aragonum
cap.5.§.7.num.17.

Tertia Partita octingentorum regalium, quos miſit Gaſpari Gudiel Valliſoleti.

Gaſpar Gudiel erat agens negotiorum dicti
D. Innici,ab ipſo deputatus in Curia Regia Val-
liſoleti,& vt valeret expendere in Tribunali Su-
premi Conſilij, & alijs, in quibus tractabantur
negotia, & lites dicti D.Innici,neceſſe fuit,quòd
illi remiſerit Ioannes Velazquez dictos nummos,
11 † & ita debent illi accepto ferri,cùm bona fide,
& ad ſolitas,& neceſſarias expenſas illos dederit,
l.1.§.ſed non nullas ff.de tutel.& rationib.diſtra-
hend. Menoch. lib.2. de arbitr. Iudic. caſu 209.
12 num.24. † & quia dedit adminiſtratorio nomi-
ne,vt in dubio præſumitur, & non de ſuo, l.Ne-
ſennius ff.de negotijs geſtis, l.fin. ff.de inſtitor.
actio. l.cùm poſt §.1. ff.de adminiſtrat. tutor. l.
poſt mortem ff.quandò ex facto tutor. Bart.q.5.
incip.adunantia nu.3.
13 † Et reſpectu perſonæ eſt excuſatus, cùm
eſſet electa,& approbata ad id munus à dicto D.
Innico, arg.l.argentum 10.vbi Bart.ff.commod.
l.27.tit.11.par.3.vbi Gregor.Lopez gloſ.1.Bald.
in l.ſi creditor num.5. C. de pignor. actione.
14 † Nàm vt inquit idem Bald.in l.quæ fortuitis
nu.68. eod.tit. & in l.1.nu.3. C.depoſiti non eſt
in culpa, qui confidit de homine bono,& mini-
ſtro ipſius D.Innici, cui ſi ſecùs eſſet imputandũ
veniret, quòd tali ſua negotia commiſit, vt ait l.
cum mandato 24. ff.de minor.

Et cùm ſit res ita ſolita,& vſitata,quòd agenti-
bus negotia tranſmittant Domini pecunias cum
anticipatione, vt cùm fuerit opus, valeant ex-
pendere, nè ob illorum deficientiam negotia
periclitentur, & poſteà rationem reddant, ſuffi-
cit ad

15 cit ad excuſandum Ioannem Velazquez, † quia
non eſt in culpa qui facit ea, quę ſunt de conſue-
tudine, & fieri ſolita, l. quod ſi nolit §. quia aſſi-
dua, vbi Cæpolla num. 18. ff. de ædilit. edicto, l.
ſi pignori §. fin. ff. de pignor. actio. Burgos de Paz
conſ. 23. num. 18. latè Ioſeph Ludouic. concluſ.
vnic. de conſuet.
16 † Et valet argumentum, & excuſatio, quæ
ſumitur ab obſeruantia, l. certi condictio §. ſi
nummos ff. ſi certum petatur, l. certi iuris C. lo-
cati, DD. in l. argentarius §. cùm autèm ff. de
edendo, Cæpolla vbi proximè nu. 17.
† Nec obeſt, quòd dictus Gaſpar Gudiel
obierit antè redditam rationem expenſarum
17 à ſe factarum in dictis negotijs, † nàm vt inquit
Gambara lib. 6. de officio, & poteſtate Legati de
latere nu. 306. & ſeq. calamitas morientis obeſſe
mihi non debet, argum. §. è contrario, Inſtit. de
ingen. manumiſſ. l. qui ſub cõditione 7. §. quotiès
ff. de condit. inſtit.
18 † Et ſufficeret, ſi Ioannes Velazquez cederet
Don Innico iura ſibi competentia contra bona,
& hæredes dicti Gaſparis Gudiel, vt redderent
rationem dictarum pecuniarum, & ſi aliquæ ex
eis non fuiſſent expenſæ, illas reſtituerent, argu-
mento l. item videndum ff. de petit. hæredit. ibi:
*Octauianus ait, nihil eum prætèr actiones præſtatu-
rum*, l. quod debetur in fine ff. de pecul. ibi: *de-
legatio pro iuſta præſtatione eſt*, & ibi gloſ. fin. l. ſi
procuratorem §. ſi liber ff. mandati.

Quarta partita XIV784. morapetinorum,
& duodecim fanecarum, ſiuè modiorũ tri-
tici Petri Zarzal.

Non poteſt culpa imputari dicto Ioanni Ve-
lazquez, aut negligentia in executione, quam
fuit proſequutus contra dictum Petrum Zarzal,
& eius hæredes, nàm licèt poſſeſſio, quam cœpit
bonorum executorum fuerit, de menſe Septem-
bris 1607. & ſi conductionis tempus fuiſſet im-
pletum in menſe Auguſti anni præcedentis, eſt
ſupponendum, quòd cum huiuſmodi conducto-
ribus non ſolet durè agi, ſed cum moderamine
exigendo, quod commodè poteſt abſque rigore,
19 † antè captam poſſeſſione multò antè erat exe-
cutio facta, & currebant termini iudiciales, ſub-
haſtationes bonis immobilibus, & alij termini
dilatorij, iuxta l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. nouæ recop.
20 † Et cum adminiſtratoribus, qui proceſſere
zelo, & bona fide, pròut fecit dictus Ioannes Ve-
lazquez in redditione rationum, non eſt ita rigo-
rosè verſandum, iuxta l. ſi ſeruus ff. de legat. 1.
Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 209. num. 34.
Bouadilla in polit. lib. 5. cap. 4. nu. 72. Eſcobar de
ratiocin. cap. 10. nu. 57.
21 † Nàm præſumptio aſſiſtit pro dicto Admi-
niſtratore, quòd ſe diligenter habuit in exigen-
do ab illo, & alijs debitoribus, vel ſaltim non ha-
buit negligentiam, aut morã culpabilem, vt poſt
Soccin. conſ. 149. num. 1. lib. 1. & Deciſio. Genuæ
76. num. 8. & 9. tradit Eſcobar vbi proximè cap.
19. num. 23. & licet non ſubitò exegiſſet medijs
22 iuſtitiæ à debitoribus, † ſed patientiam in eos
habuiſſet, vt debita ei redderent, eſt licitum non
ſolùm ſi expectemus illud de Villico Euangelij
Matthæi cap. 18. vbi paterfamilias grauè tulit,
quòd ſuffocaret eos, conſtat ex l. quidam Hibe-
rus ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. l. debitores C.
23 de pignorib. † benignè enim, & ſalua honeſta-
te congrua ſunt compellendi debitores ad ſol-
uendum, vt in adminiſtratore rerum Fiſci ſta-
tuit Iuſtinianus in l. 1. C. de commerc. & merca-
torib. l. ſi ſeruos 25. ff. de pignor. actio. ibi: *igi-
tur hæc à Iudice erunt diſpicienda, vt neque deli-
catus debitor, neque oneroſus creditor audiatur*,
& pulchrè oſtendit Vlpianus in l. ſi benè ff. de
vſur. ibi: *dummodò non acerbum ſe exactorem,
neque contumelioſum præbeat, ſed moderatum, &
cum efficacia benignum, & cum inſtantia huma-
num*, l. 8. tit. 7. par. 5. & obſeruant Zoanet. lib. 2.
de emptio. & vendit. num. 70. Eſcobar d. cap. 19.
nu. 29. Franc. Burſat. conſ. 84. nu. 20. vol. 1. Ianus
Langlæ. lib. 5. ſemeſtr. cap. 4. pag. 233.
24 † Imò tutori, cuius adminiſtratio rigoroſior
eſt fauore minoris ſolùm imputatur, ſi non exe-
git dolo, lata culpa, aut manifeſta negligentia,
l. quidquid C. arbitrium tutelæ, Iodoc. Damhou-
der. tract. de tutore cap. 7. nu. 38. quod & apertè
probat l. chirographis ff. de adminiſtrat. tutor.
ibi: *Si probatum fuerit eos tutores hoc per dolum,
vel culpam prætermiſiſſe præſtari ab eis hoc debere.*
Et ideò cùm dictus Ioannes Velazquez ſit liber
à dolo, & culpa, grauauit ipſum calculator non
admittens niſi 4V216. morapetinos, quos exegit
à dicto Petro Zarzal, & non integram ſummam
eo colore, quòd ſi priùs feciſſet diligentias, po-
25 tuiſſet plus exigere; † nàm ſuppoſito, quòd mu-
tatio non præſumitur, l. cùm hic ſtatus in princ.
ff. de donat. inter virum, & vxorem, l. ſiuè poſſi-
detis C. de probat. Alciat. tract. de præſumption.
regul. 3. præſumpt. 16. num. 5. Aymon Crauetta
conſ. 954. num. 4. Menoch. de præſumptio. lib. 1.
quæſt. 9. num. 12. & quæſt. 12. num. 4. & 7. & lib.
4. præſumpt. 167. nu. 27. Surd. conſ. 473. num. 34.
volum. 4.
26 † Maximè tàm breui tempore, vt ex eodem
Alciato d. tract. regul. 1. princip. præſumpt. 44. &
regul. 2. princip. præſumpt. 25. tradit Franc. Bur-
ſat. conſ. 53. nu. 18. vol. 1. Pet. Philip. Corne. conſ.
61. nu. 2. verſ. *quia mutatio* vol. 1.
27 † Imò etiàm interueniente longo temporis
lapſu, ex M. Ant. Natta conſ. 176. num. 5. Franc.
Becci. conſ. 1. num. 24. Cacher. deciſ. Pedem. 50.
nu. 13. Surd. vbi proximè.
28 † Erat neceſſarium, quòd pro parte Don In-
nici fuiſſet probatum, quòd habebat alia bona,
ex quibus potuiſſet ſatisfieri priùs, & quòd pro-
pter moram fuit effecta conditio deterior, nàm
aliàs dicta partita, & ſimiles non ſunt eius peri-
culo, l. ſi tutor ff. de adminiſtrat. tutor. ibi: *debi-
tores non conuenerit, ac per hoc minus idonei effi-
ciantur*, & gloſ. ibi verbo *minus idonei* intelligit
dolo, vel lata culpa, ſeù magna negligentia, de
leui autem hoc caſu non teneri, vt C. arbitrium
tutelæ l. 2.

Quinta Partita ſalarij adminiſtrationis.

Suppoſito, quòd Don Innicus de Cardenas
per mandatum, quod dedit Ioanni Velazquez,
vt eius bona adminiſtraret, aſſignauit illi pro

ſalario annuos ducatos quatuorcentum, prius
quam per Conſilium Suæ Maieſtatis committe-
retur ipſi eadem adminiſtratio pro anno vno, &
licèt opponatur illi, quod præſentauit libellum
in Conſilio, offerẽdo ſe adminiſtraturum abſque
29 ſalario, † hoc debet intelligi reſpectu illius anni,
& non ſequentium, quibus etiàm adminiſtrauit,
argum. l. Boues §. hoc ſermone, & eorum, quæ la-
tè congerit pro illius ampliatione Tiraquell. ff.
de verbor. ſignific. Ioan Ant. Bellon. conſ. 94. nu. 1.
30 † Quia prouiſio facta certos, & determinato
modo, ſuos terminos non excedit, ſiuè ſit legis,
ſiuè hominis, l. cuicunquè §. non tamèn omnia
ff. de inſtitor. actio. l. 1. §. ſi plures ff. de exercit.
actio. l. cùm hi §. modus ff. de tranſact. l. qui alie-
na § libertos ff. de negot. geſt. Bal. conſ. 52. nu. 2,
par. 5.

Rurſus, quia de iure receptum eſt, quòd quã-
dò aliquis aliquo reſpectu motus, vel neceſſitate
coactus ſe obtulit inſeruire alicui abſquè ſalario,
vel eo minus iuſto, proùt fecit Ioannes Velaz-
quez, nè amitteret commoditatem recuperandi,
quod ei debebatur ex cauſa dictæ adminiſtra-
tionis per exitus ſuperantes Introitus, adhùc de
iuſtitia, & conſcientia debetur illi iuſtum ſalariũ,
Flores de Mena lib. 1. quæſt. 8. §. 2. num. 1. & 2. &
31 §. 3. nu. 2, vbi ait, † quòd ſi adminiſtrator non
ſit admodùm diues, vel labor eſſet ita magnus,
quòd nemo etiã ſi eſſet amicus ſinè ſalario eum
ſubiret, tunc ſalarium debetur adminiſtratori,
arbitrio Iudicis taxandum, & moderandum, at-
tento labore, & actuum frequentia, vt ex Rota
decif. 291. in collectis nouiſſimè à Farinacio tom.
1. par. 1. nu. 1. tradit Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ.
656. in fin, par. 3. Farinac. deciſ. 354. nu. 4. d. par. 1.
32 † Nàm iuri, & æquitati cõſentaneum eſt, vt pro
laboribus, mercedem, atquè ſalarium cõſequatur
is, qui alteri inſeruiuit iuxta illud Apoſtoli in
1. epiſt. ad Corinth. cap. 9. relatum in cap. cùm
ſecundùm de præbend. *qui altari ſeruit, de altari*
33 *viuere debet*, † & quia dignus eſt mercenarius
mercede ſua. Matth. cap. 6. cap. quicunquè ſuf-
fragio 12. quæſt. 2. l. ſi in duobus §. ſi in coeunda
ff. pro ſocio, Menoch. conſ. 228. num. 14. vol. 3.
Monter. deciſ. Arag. 29. nu. 1. & 2. l. penult. §. illo
C. de neceſſar. ſeru. hæred. inſtit. Speculat. in
procem ſui operis verſ. *hoc ergo*, Bald. in l. præci-
pimus col. 4. C. de impub. & alijs ſubſtit. Auiles
cap. 17. prætorum glo. *meneſtrales* num. 1. & ita
inquit Flores de Mena vbi ſupra, debere intelli-
gi, & limitari, quod tradit Deciſio Genuæ 15. &
Baeza de decim. tut. cap. 2. num. 16. & cap. 20.
34 num. 20. † Non enim debet cuiquam ſuum of-
ficium eſſe damnoſum, l. ſed ſi quis ex ſignato-
ribus ff. quemadm. teſtam. aperian. cap. ſanè dile-
cto, vbi gloſ. verbo *ſuſtinere* de renunc. & in cap.
35 fin. verbo *vtilitate* de dilat. † Nec quis alterius
cauſa ſe periculo exponere, cap. ex parte 2. de
appell. Decius in l. culpa caret num. 6. ff. de re-
gul. iuris.
36 † Rurſus, quia ſinè commodo, & ſalario raro
eueniet, vt quis aliena negotia curet, Reipublicæ
autèm intereſt, vt homines inuitentur ad geren-
dum negotia abſentium, vel impeditorũ, vt ſen-
tit Bart. in l. 1. per tex. ibi ff. de negot. geſt. & in
l. ſi & me, & Titium ff. de reb. credit. & ſi cert.
petatur, Roman. in l. diem functo ff. de offic. aſ-
ſeſſor. Decius in l. contractus num. 38. ff. de reg.
iur. Feder. de Sen. conſ. 218. Eſcobar de ratiocin.
cap. 27. num. 51. dicentes pro concordia opinio-
num, hoc præcipuè procedere, ſi is, cuius bona
adminiſtrantur, ſolitus fuerat alij negotiorum
geſtori ſalarium præſtare, latè Bartholom. Socc.
conſ. 196. incip, circa præſentem vol. 2. Ioan. Petr.
Bimius conſ. 103. nu. 34. lib. 2.

Et in aſſignatione ſalarij eſt habẽda ratio no-
bilitatis, & decoris perſonæ dicti Ioannis Velaz-
quez, & quòd potuiſſet lucrari gubernando do-
mum alicuius Magnatis, proùt gubernauit illam
D. Comitis Benauenti Don Ioanois Alphonſi Pi-
mentel, etiàm cùm fuit Prorex Neapolis, quod
comprobat reſolutio Rebuff. in commentar. ad
ll. Gallicas tract. de famulorum ſalarijs gloſ. 3. vbi
37 reſoluit, † ſalarium etiàm non conuentum de-
bere taxari, proùt veriſimilitèr potuiſſet cum
alio Domino lucrari, fuit doctrina Baldi in l. 1.
num. 3. C. mandati, Bart. in l. 1. §. ludi quoquè ff.
de var. & extraord. cognit. Maranta conſ. 34. nu.
16, Marc. Ant. Natta conſ. 377. num. 1. & 3. Mar-
cell. de Mauro alleg. 19. nu. 1. Marius Muta ſuper
conſuet. Panhormi cap. 69. num. 3. Carol. Ruin.
conſ. 138. nu. 6. lib. 1. Cardin. Mantica deciſ. Rotæ
296. nu. 1. Coccin. deciſ. Rotæ 256. nu. 2. Marta
voto 99. num. 5. & 6. Proſper Petra in addit. ad
Capyc. deciſ. Neap. 163 num 5. Ioan. Baptiſta de
Thoro in compend. deciſ. Regni Neapol. par. 2.
verbo *ſalarium*, Aloyſ. Ricc. deciſ. Curiæ Ar-
chiep. Neap. 85. nu. 2. par. 1. Farinac. deciſ. 238.
& 291. num. 1, tom. 1. par. 1. & deciſ. 157. par. 2.
tom. 1.
38 † De iure ſiquidèm maxima habetur conſide-
ratio, vt nullus præmium amittat ſui laboris, Spe-
culat. in procem. ſui operis verſ. *hoc ergò*, l. penul.
§. illo C. de neceſſar. ſeruis hæredib. inſtit. Bald.
in l. precibus num. 17. C. de impub. & alijs ſubſt.
Auiles cap. 17. prætor gloſ. *meneſtrales* num 1.
39 † operæ enim requirunt pretium, aut præmiũ,
l. cum duobus §. ſi in coeunda ff. pro ſocio, cùm
non ſint minoris æſtimationis, quàm pecuniæ, l.
Seio ff. de annuis legat. Bal. in Auth. ex teſtamen-
to nu. 14. C. de collat. Roffred. q. 19. nu. 19.
40 † Imò labor corporis, & animi, etiã minimus,
cenſetur maior quolibet pretio, l. in ſeruorum
ff. de pœn. Bald. in l. 1. nu. 25. C. de ſent. quæ pro
41 eo, quod intereſt, Auiles d. nu. 1. † & plerunque
plus confert opera, quàm pecunia, l. ſi non fue-
rint 19. ff. pro ſocio, l. 1. C. eod. tit. Menoch. conſ.
228. nu. 14. lib. 3. & conſ. 570. nu. 3. lib. 6. Baeza
tract. de decima tutor. cap. 2. nu. 16. & 187. Ioan.
Gutier. de tutel. par. 3. cap. 45. à nu. 2. nàm vt in-
quit Aurel. Caſſiodor. lib. 2. variarum epiſt. 33.
*Æquum eſt, vt vnicuique proficiat labor ſuus, &
ſicut expendendo cognoſcit incommoda, ita rebus
perfectis conſequatur augmenta.*

Et corroboratur, nàm oblatio facta inſeruien-
di ſinè ſalario fuit inuoluntaria, & coacta ex ne-
ceſſitate cauſatiua videndi, quòd cùm eſſet cre-
ditor dicti Don Innici in maxima ſumma duca-
torum ex parte illius, & ſuorum creditorum, id
agebatur, vt ablata ſibi adminiſtratione non poſ-
ſet

Digitized by Google

ſet ſuum conſequi, quod erogauerat in benefi-
42 cium ſui patrimonij, † & ita ſibi præiudicare
non debet, argum. l. 1. ff. de eo, quod metus cau-
ſa, l. is qui 15. ff. de regul. iuris, & habetur in tit.
de pace Conſtantiæ verſ. *vaſalli in vſibus feudo-
rum*, ibi: *pactiones timore noſtro, vel per impreſſio-
nem numorum factæ, pro infectis habeantur, nec pro
eis aliquid exigatur*, l. ſi per impreſſionē C. quod
metus cauſa, cap. 2. de his, quæ vi, metuſuè cauſa
fiunt, Bald. in l. 1. nu. 3. C. quomodò, & quandò
Iud. vbi reſoluit, & probat, quòd deficiente
voluntate arbitrij, deficit voluntas, & dicitur ma-
gis contradicere, quàm conſentire, qui facit actū.
Et qñ oblatio adminiſtrādi ſinè ſalario poſſet
aliquid operari, intelligendum erat reſpectu pri-
43 mi anni tantùm, & non ſequentium, † nàm re-
nunciatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè intelligenda,
Cardin conſ. 120. Decius conſ. 379. nu. 3. & conſ.
551. Paul. Pariſ. conſ. 13. nu. 71. lib. 1. idem Dec.
conſ. 45. incip. viſa nu. 21. & conſ. 460. viſo puncto
num. 6. Bartholom. Soccin. conſ. 96. viſo proceſſu
nu. 9. vol. 1. Rota dec. 96. nu. 3. par. 1. diuerſ. Sacri
Palatij, Marc. Ant. Eugen. conſ. 88. nu. 82. & ſeq.
vol. 1. dicens poſt Curt. iunior. conſ. 23. in princ.
adeò ſtrictè intelligendam eſſe renunciationem,
vt cùm primū aliquid operata eſt, nihil ampliùs
operari debeat.
44 † Et ita eſt communis reſolutio Doctorum,
quòd in materia remiſſionis, aut renunciationis
nunquàm venit, quod non reperitur expreſſum,
DD. omnes in l. poſtquā liti C. de pact. vbi Decius
nu. 16. & conſ. 495. num. 20. Calderin. conſ. 1. de
prębend. Rota deciſ. 624. nu. 1. & deciſ. 806. nu. 6.
par. 1. & deciſ. 241. nu. 1. par. 2. diuerſ. Sacri Pala-
tij, Marc. Ant. Eugen. conſ. 13. nu. 39. lib. 1. Cęph.
45 conſ. 25. nu. 47. & ſeq. lib. 1. vbi cōcludit, † quòd
renunciatio quęlibet debet interpretari in fauo-
rem facientis, Decius in d. l. poſtquàm liti nu. 15.
46 † quia reſiſtit veriſimilitudo, quòd quis velit ius
ſuum remittere, cap. ſuper eo de renunc. l. cùm
de indebito ff. de probat. Decius conſ. 497. nu. 19.
47 † Quarè ſumenda eſt alia quælibet præſum-
ptio, quæ id excludat, vt per Cæph. conſ. 84. nu.
19. lib. 1. & alios, quos ſequitur Marc. Ant. Eug.
conſ. 13. nu. 40. & conſ. 88. nu. 84. lib. 1.
Et in tantum eſt odioſa, & ſtricti iuris omnis
materia renunciationis, vt dixere Crau. conſ. 42.
nu. 2. & Cæphal. conſ. 62. nu. 48. lib. 1. Ioan. Paul.
Gallerat. tract. de renunc. lib. 1. cap. 9. num. 9. &
cap. 10. nu. 1. & lib. 4. cap. 2. num. 28. Bimius conſ.
48 217. à num. 25. † quòd licèt concepta ſit verbis
generalibus, eſt reſtringenda ad veriſimilē men-
tem, & intentionem illius, qui aſſeritur renun-
ciaſſe, l. emptor §. ancilla ff. de rei vend. l. in fidei-
commiſſi §. cùm Pollidius ff. de vſuris, l. ſi is, qui
animo ff. de acquir. poſſeſſ. l. cùm pater §. dulciſ-
ſimis ff. de leg. 2. l. nomen debitoris ff. de leg. 3.
Et ita dictus Ioannes Velazquez non fuit vi-
ſus ſe offerre adminiſtrare ſinè ſalario, niſi pro
primo anno, argum. l. Boues §. hoc ſermone, vbi
latè Andr. Tiraq. in ampliat.
49 † Nec repetijſſe pro annis ſequentibus, l. itèm
quæritur §. qui impleto verſ. *quod autèm*, ibi, *non
etiàm in ſequentibus annis* ff. locati, Alexan. conſ.
205. nu. 4. lib. 7.

50 † Nàm regularitèr renunciatio nō extenditur
ad ius futurum, vt per Gallerat. tract. de renunc.
lib. 1. cap 12. nu. 8. poſt Burſar. conſ. 347. nu. 44.
Lancell. Galliæ conſ. 118. nu. 57.
51 † Et ratio eſt, quia ea, quæ continent præiudi-
cium, ſeù grauamen, non cenſentur repetita per
diſpoſitionem tacitam, vt poſt Bald. in l. legem
C. locati nu. 2. Iaſ. conſ. 49. col. 2. lib. 3. Affl. deciſ.
Neapol. 365. nu. 14. Boer. q. 284. eod. num. tradit
Menoch. lib. 3. præſ. 85. nu. 22.
52 † Et ita in materia tacitarum renunciationū,
quòd debeant multùm ſtrictè interpretari ex l.
ſi domus ff. de ſeruit. vrban. præd. & l. ſi priùs ff.
de aqua pluuia arcenda reſoluit Ioan. Cæphal.
conſ. 163 nu. 11. tom. 2. Iacob. Mandell. conſ. 25.
num. 16. & ſeq. in noſtro autèm caſu ſolùm adeſt
renunciatio expreſſa Ioannis Velazquez admini-
ſtrandi ſinè ſalario pro primo anno, & nō reſpe-
ctu ſequentium, ad quos non eſt faciēda amplia-
53 tio, † nec contra illius mentem, & ſenſum verba
extendenda, contra l. fideiuſſores magiſtratuū §.
54 pro Aurelio ff. de fideiuſſ. † nàm in actibus ta-
citis non eſt concedenda extenſio, quæ expreſſis,
l. ſi ita legatum 68. §. illi ſi volet ff. de legat. 1. ibi,
*aliud enim iuris eſt, ſi quid tacitè continetur, aliud
ſi verbis exprimatur*, Decius in l. 1. §. 1. in gloſ. ver-
bo *ſi quis* ff. quod quiſque iuris, Iaſon in l. cùm
quid concluſ. 4. nu. 6. & 17. ff. ſi certum petatur,
Aymon Crau. conſ. 34. num. 3. conſ. 123. nu. 12.
& conſ. 100. num. 8. Aluar. Valaſc. conſult. 157. nu.
24. Iacob. Machel. patrocin. 6. num. 13. dicentes,
55 † quòd actus tacitus non debet eſſe paris po-
tentiæ cum expreſſo ad inducendū aliquid con-
tra regulas iuris communis, inter quas ea etiàm
56 eſt, † quòd tacitum non extendatur vltrà illud,
ad quod principalitèr, & immediatè tribuitur,
gloſ. in clem. ſæpè, verbo *partibus* de verb. ſignif.
Bolognet. in l. cùm quid num. 61. ff. ſi cert. petat.
57 † quia tacitus conſenſus non egreditur fines, aut
limites taciturnitatis, nec præiudicat, niſi quòad
actus factos, non quòad faciendos, Ioſeph Cumia
in Rit. Magnæ Curiæ Siciliæ in præludijs nu. 41.
& cap. 97. nu. 37.
58 † Et ita pro ſequentibus annis debet Ioanni
Velazquez ſatisfieri pro labore adminiſtrationis,
l. idemque §. idē Labeo ff. mand. & notatur in l. 1.
eod. tit. Guido Papæ quæſt. 68. col. 2. Baeza de
decima tutor. quæſt. 2. nu. 2.
59 † Quia iniuſtum foret, quòd non conſeque-
retur ſalarium, cùm laborauerit, & pericula, &
incommoda adminiſtrationis tulerit, §. 1. Inſt. de
legitim. patron. tutela, l. ſecundùm naturam ff. de
regul. iur. cap. qui ſentit 55. eod. tit. lib. 6. Hieron.
Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 43. nu. 132.
60 † Nec etiàm iuſtum, aut æquum eſt, D. Inni-
cum ditari cum damno, & iactura Ioannis Ve-
lazquez, l. nàm hoc natura ff. de condict. indeb.
cap. ſuam de pœnis, gloſ. verbo *lucrum* in l. ſi quis
mancipijs §. vlt. ff. de inſtit. actio. Chriſtoph. de
Caſtellion. conſ. 12. nu. 8. Rol. à Valle conſ. 22. nu.
18. lib. 1.
61 † Nec obſtabit dicere, quòd regularitèr ſala-
rium non conuentum non debetur, Rota deciſ.
559. nu. 1. & deciſ. 679. nu. 10. par. 1. diuerſ. Sacri
Palatij, vt in Procuratore tradit Menoc. conſ. 228.
num. 6.

Digitized by Google

nu.6. Aloyſ.Riccius deciſ.Neap.Curiæ Archiep.
85.nu.3.par.1.& in tutore idem collect. 656. par.
3. poſt Vinc. de Franch. deciſ.121. & in ſamulo,
aut alio ſeruiente Paul.Caſtrenſ. conſ.346. vol.2.
Menoch.vbi proxime nu.4.& 95.

62 † Et in Vicario Epiſcopi tradit Iacob.Puteus
deciſ.43.lib.2.& deciſ.5.lib.3. Mohedan.deciſ.4.
de officio Vicarij in nouis, vbi additio, Marta
vot.99.nu.2.Farin.deciſ.291.nu.1.tom.1. par.1.

63 † Nàm contrarium verius eſt ſaltim ex æqui-
tate,nàm vt dicitur Lucæ cap.10.*dignus eſt mer-
cenarius mercede ſua*, cap. cùm ſecundùm Apo-
ſtolum de præbend.cap.quicunquè ſuffragio 12.
quæſt.2. Marius Muta ſuper conſuet. Panhormi
cap.69.num.2. facit illud Diui Matthæi cap. 20.
ibi: *voca operarios, & redde ſingulis mercedes
ſuas*, gloſ. in clem. dudùm 9.verùm de ſepultur.
Maranta,de ordine iudiciorum par. 4. verbo *vt
iudicium* nu.197.

64 † Et ſalarium etiàm nõ conuentum,ex æqui-
tate Iudicis officio peti poſſe,ex Cyno,Baldo,&
Salyc.in l.1. C.mandati tradit Menoc.conſ.228.
num.4.Mohedan.deciſ.4.nu.1.de officio Vicarij,
Ioan.Bapt.Magon. de recta patroc. ratio. cap.8.
num.3.Bimius conſ.248.num.5.

65 † Et in negotiorum geſtore, quòd debeatur,
licèt ſinè mandato,& cõuentiõne ſalarij geſſerit,
l.idemq; §.idem Labeo ff.mand.& notatur in l.1.
eiuſdem tituli,& per Guid.Papæ quæſt.68.nu.6.
Baeza de decima tutor. Hiſpanico iure præſtan.
cap.2.nu.2.& ex l.Titio in princ.vbi gloſ.& Bar.
ff.ad munic. & de incol. Rebuff.reſp.149.nu.7.
Bimius conſ.325.nu.7.

66 † Sic tutori patrocinanti in cauſis pupilli de-
beri ſalarium, licèt à principio non fuerit taxa-
tum,ex gloſ.in l.à tutoribus §.fin. ff.de adminiſt.
tutor.quam omnes ſequuntur ibi,Bar.in l.1.§.fin.
ff.mand. Ioan.Petr.Anchar. quæſt.61.nu.7.lib.2.
Additio Franchin.ad Guido.Papæ vbi proximè,
& ita iudicauit Sacrum Conſilium Neap. vt per
Vinc.de Franch.deciſ.122.nu.4. facit dec. Giur-
bæ 13. nu.3.

67 † Et in medico,quòd ſalarium etiàm non con-
uentum,illi debeatur ex l.1. §.1. ff.de var.& ex-
traord.cognit. l.iubemus C.de profeſſor.& me-
dic.lib.10.Bald.in d.l.1.nu.3.C.mandati,Proſper
Farinac.deciſ.Rotæ 129.nu.3.nouitèr nouiſſ.

68 † Et licèt controuerſum ſit, an adminiſtranti
bona ex cauſa ſequeſtri debeatur ſalariũ, de quo
Baeza d. tract. de decima tutor.Hiſpanico iure
præſtan. cap.20.num.12.& 15. Carroc. tract.de
locato, & conduct. tit.de ſequeſtro quæſt.1.nu.
1. & ſeqq.

69 † Tamèn verum eſt,quòd ſi Iudex videt,quòd
ſequeſter ex tali ſequeſtro damnum pateretur,
vel tædium, poſſet ex hac iuſta cauſa ſibi conſti-
tuere ſalarium,vt tenet Angel.in l.intereſſe puto
nu.2.verſ.*ſi tamèn* ff.de acquir.poſſeſſ. quem ſe-
quuntur Imola, Roman.& Aretin.ex l.2. C.de
præbend.ſalar. lib.10. l.mulier in ops ſalinarum
ff.de captiu.& poſtlim.reuerſ.Curt.ſenior tract.
de ſequeſtris q.24.Tiraq.de retract.conuent.§.4.
gloſ. 7. nu. 8. atteſtans de Galliæ conſuetudine
Rebuff.tom.3.ad conſtit.Gallicas art.1.nu.18.&
Ariſm.Tepat. lib.1. tit. de ſequeſtris fol.231. &
facit l.fin. §.fin. C.de bon.auctorit.Iudic.poſſid.
vbi ſequeſter,vel depoſitarius in nullo diſpẽdio,
vel incommodo eſſe debet, & ita fuiſſe deciſum
per Regiam Cameram Summariæ,& Collaterale
Conſilium Neapolis tradit Regens Reuerterius
deciſ.29.tom.7. in manuſcript. & quotidiè pra-
cticari ſiuè ſit voluntarius, ſiue coactus ex Franc.
Marc.deciſ.444.num.5.Ioſeph Ludou.deciſ.Lu-
cenſ.52.nu.14.Carroc.d.q.1.nu.5. qui adducunt
notata per Bart.in l.tutoribus §.fin.ff.de admin.
70 tutor.& melius in l.in eos ff.de tutel. † quòd li-
cèt officium tutoris debeat eſſe gratuitum, ta-
mèn ex iuſta cauſa ſatisfiet de labore ex autho-
ritatibus ſupra adductis, & Baeza de decima tu-
tor. c.1. Quòad partitas ſolutas Præfecto Agre-
dæ Ludouico Melgar, & Roderico de Torres,
Ioannes Velazquez in relatione iurata per eum
tradita, non poſuit in exitu, & cùm primùm ei
innotuit, quòd in abſentia ſua eius procurator,
vel negotiorũ geſtor deduxit eſſe ſolutas, agno-
uit bonam fidem, quòd erant extra adminiſtra-
tionem, & ſatisfactæ de quibuſdam pecunijs in
eius poſſe relictis per D. Innicum, & ita debere
eſſe exitum pro introitu.

Quòad partitam ſexdecim mille morapetino-
rum ſalarij muneris Alferij Maioris iſtius Villæ
Madriti conſtat ex fide Tabellionis Concilij il-
lius eſſe liberatos Don Innico cum ſalario alio-
71 rum annorum, † & valet ei reſponderi, quod
fruſtrà petit, quod habet, l. ſi is, cui commo-
data vbi gloſ. verbo *extinguitur* ff. de furt. l. ſi
ſtipulatus 81. §.1. ff. de ſolut. nec exactio per-
tinet ad Ioannem Velazquez, quã nec alij admi-
niſtratores fecere, nec ipſemet D.Innicus.

Quòad partitas tritici, & ordei, & aliquot
currus palearũ, quas pro annis 1604. & quatuor
ſecuentibus debebant ſoluere Ioannes Garzias
Berrio,Alphonſus Perez,Bartholomæus Aguilar,
& Michael Garzia, Ioannes de Molina incolæ
Villæ Daralcalde coloni dicti Don Innici non
poteſt onerari Ioanni Velazquez, niſi quod exe-
git,& non quod exigere nequiuit ob debitorum
inopiam,non obſtante, quòd iudicialitèr fecerit
diligentias opportunas, mortuo in carceribus
dicto Ioanne Molina, alijſque ſe abſentantibus,
72 † & Iudicis decreto reſtitutis Bartholomæo
Aguilar animalibus,& inſtrumentis culturæ exe-
quutis, & hoc virtute legum regiarum 5. & 6.
73 tit.17.lib.5. nouæ recopil. l.25.tit.13.lib.8. † &
ſufficit feciſſe, quod quilibet paterfamilias in
ſuis rebus,& diligens adminiſtrator feciſſet, nec
ad plus obligãt iura,etiã vbi rigoroſior eſt admi-
niſtratio,vt in tutoribus videri põt, l.à tutoribus
ff.de admin. tutor. l.1. ff.de tutel. & ration. di-
ſtrahend.nàm vt inquit l.tutor 8. §.ſi tutor ff.de
adminiſtr.tutor.non eſt contra debitores proce-
dendum cum præcipiti feſtinatione.

74 † Et cùm inanis ſit actio, quàm inopia debi-
toris excludit, l.nàm is ff.de dolo, Iaſ. in l.pactũ
curatoris nu.4. C. de pact. cap.cùm olim 16. de
reſtit.ſpoliat. vbi Ant.de Butr.nu.6. quod lepidè
inſinuauit Poeta ille Bilbilitanus lib.2.epigram.3.
ad Sextum, dicens:

Sexte nihil debes, nil debes, Sexte fatemur,
Debet enim ſi quis ſoluere Sexte poteſt.

Et ideò

75 † Et ideò excuſatur tutor, vel adminiſtrator, qui propter magnam debitoris paupertatẽ eum non conuenit, aut compulit ad ſoluendum, quod ſoluere non poterat, Bart. in l. omnes penſitare, in fin. C. de anno, & tribut. lib. 10. notans, quòd Officiales propter paupertatẽ poſſunt remittere debita ex cauſa impoſitionũ, Eſcobar de ratioc. cap. 24. nu. 12. facit l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes ff. mandati, ibi: *Quid tamen ſi paupertas eis non permiſit, excuſata eſt eorum inopia*, l. Thais ancilla §. ſtichus arcarius ff. de fideicommiſſ. libert. Baeza de inope debitore 2. par. cap. 18. num. 9.

76 † Et ita exactor, qui vſus eſt ſolita diligentia, non tenetur pro debitoribus decoctis, vt in terminis caſus Mantuani decidit Curt. iunior conſ. 19. verſ. circa tertiam imputationem, Franc. Burſat. conſ. 195. nu. 24. vol. 2.

77 † Et cùm fecerit diligentias iudiciales contra debitores, non poteſt illi imputari dolus, aut negligentia, ſiue lata culpa, vt illius periculo cedat, quod exigi non potuit, nàm in his terminis loquuntur l. ſi tutor cõſtitutus ff. de admin. tutor. l. ſin. §. item reſcripſerunt ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. l. nomina C. arbitr. tutelæ, ibi, *Si idoneã fuerunt tempore ſuſceptæ tutelæ, & per latã culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ eſſe cœperint, iudex, qui ſuper ea re datus fuerit deſpiciet, & ſi palàm dolo tutoris, vel manifeſta negligentia ceſſatum eſt, tutelæ iudicio damnum, quod ex ceſſatione accidiſſet pupillo præſtandum eſſe ſtatuere curabit*; l. dolus ff. mand. l. periculum ff. ſi certum petatur, vbi gloſ. allegat alia iura, l. chirographis, l. tutores ff. de admin. tutor. l. 1. C. de peric. tutor. Burg. de Paz conſ. 43. nu. 48. Muñoz de Eſcobar de ratioc. cap. 19. num. 21. qui etiam nu. 23. ex Soccino conſ. 149. nu. 1. lib. 1. & Baeza de decima tutor. cap. 2. nu. 148. Ayora de partit. par. 1. cap. 4. nu. 31. & Decif. Genuæ 76. nu. 8. & 9.

78 † ait, quòd in dubio adminiſtratores præſumuntur diligentes, & nõ negligẽtes, ſaltim negligentia tali, quæ dolo ſit proxima, l. quod Nerua ff. depoſiti, quæ non præſumitur, l. quoties §. qui dolo ff. de probat. gloſ. in cap. ſedes, verbo *dolus* in princ. de reſcript. Ceph. conſ. 210. nu. 64. tom. 2. Marc. Anton. Eugen. conſ. 64. nu. 30. tom. 1.

79 † Maximè, quia rigor legum, quæ loquuntur in tutoribus, non eſt applicabilis alijs bonorum adminiſtratoribus, cùm ab eis non parùm differant, vt per Franc. de Aretio conſ. 66. viſo puncto dub. 1. Boer. decif. 14. nu. 2.

80 † Rurſus, quia ſi plus in faciendis diligentijs contra dictos debitores expendiſſet, vtiquè perdidiſſet, illique imputaretur, quarè excuſandus venir, ſi non fecit, l. mediterraneæ C. de annon. & tribut. lib. 10. vbi dicit Bald. non imputari tutori, ſi nõ exegit illud, in quo oporterbat plus expendere, quàm exegiſſet, vt ex l. ſed an vltrò §. 1. §. is enim, & §. ego verò ff. de negot. geſtis, tradit idem Bald. on nino videndus conſ. 8. incip. erant quinque nu. 1. vol. 1. Andr. Barba. conſ. 64. num. 15. lib. 3.

Nec obſtabit dicere, quòd debuit fideiuſſores accipere à colonis, nàm plures ex eis antequàm Ioannes Velazquez inceepiſſet adminiſtrare, conduxerant abſque fideiuſſoribus, neque inuenit potiores, quàuis in conuicinio multas diligentias feciſſet, & fuit neceſſarium aliquibus ex eis reconducere, quod niſi feciſſet, remanſiſſent hære-

81 ditamenta, † & prædia vacua, & deſerta cum maiori damno Don Innici, nec illi recurſus competijſſet contra Ioannem Velazquez, arg. l. cùm plures §. ſi. vlt. ff. de adminiſtr. tutor. ibi: *Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit, quod non erat cui crederet, pupillo vacabit*, gloſ. ſin. in l. tutor cod. tit. Decius conſ. 430. nu. 4. Riminald. iun. conſ. 52. nu. 44. vol. 1. Surd. decif. 378. nu. 8. Ioſeph Ludou. decif. Peru ſ. 67. num. 2. par. 2. Ioan. Bapt. Coſta tract. de facti ſcient. & ignor. cent. 1. diſt. 24. num. 4. & 5. dicens, requiri quòd tanta pecuniarum quantitas ad manus tutoris peruenerit,

82 & in eius poſſe permanſerit, † quod debet probari per teſtes, vel inſtrumentra ab eo, qui obijcit culpam tutori, ex Paul. Caſtren. conſ. 140. nu. 6. vol. 1. Bart. in l. tutor, qui repertorium §. ſi poſt depoſitionem in fine ff. de admin. tutor. Aretin. conſ. 31. ad finem, Aymon Crau. conſ. 20. num. 5. Montan. tract. de iure tutor. & curator. cap. 32. reg. 9. nu. 202. & ſeqq. Eſcobar de ratiocin. cap. 24. nu. 16.

Præſertim: quia propter abſentiam Regiæ Curiæ à Villa Madriti, ſterilitatem, & penuriam temporum difficillimè reperiebantur coloni, etiã datis ſubuentionibus, quantò minus ſi ab ipſis peteretur fideiuſſores, quos nunquàm obſeruatum eſt colonos præſtare, imò nec tempore dicti D. Innici, foretq; velle onerare dictum Ioan-

83 nem Velazquez inſolito, & inuſitato onere, † & adminiſtrator faciens, quod Dominus fuerat ſolitus, excuſatur, l. ſi negotia ff. de negotijs geſtis, Ioan. Igneus in l. contractus num. 46. ff. de regul. iuris.

84 † Et adminiſtrator caret culpa, ſi in adminiſtrando ſe geſſit ſecundùm morem, & conſuetudinem aliorum, Iaſ. in l. certi condictio notab. 3. ff. ſi certum petatur, Aymon Crauett. de antiq. temp. 1. par. ſect. 4. limitatur nu. 8. Caualc. decif. 37. nu. 19. par. 1.

Quòad Iurum ſuper Gabellis Villæ de Alcalà capitalis vnius quenti marauedinorum, & redituum 436609. marauedinorũ non debet onerari Ioanni Velazquez per decoctionem Pompeij Spinulæ, nàm licet prætendatur fuiſſe illi intimatas literas requiſitoriales Alcaldi Gregorij Lopez Madera, vt infra dies decem exhiberet priuilegium, & reciperet capitale, ipſe reſpõdit, quòd non habebat dictum priuilegium, ſed erat in poſſe Ioannis de Guzman executoris Regij Conſilij ordinum, & quòd ipſe adiretur, ſcripſit Gaſpari Gudiel agenti dicti D. Innici, quòd ſuper eo faceret diligentias, expignoratio, ſeù redemptio dicti iuri non fuit facta virtute dictæ intimationis, ſeù requiſitionis, ſed quorundam proclamatum factorum in Ciuitate Valliſoleti, vbi non reſidebat Ioannes Velazquez, nec ſciuit,

85 quòd via illa ageretur de expignoratione, † de iure autèm conſideratur modus, quo aliquid fit, & non quo poterat fieri, vt poſt Innocen. & Hoſtien. in cap. licèt, verbo *faciendi* de offic. ordin. tradit Feder. de Sen. q. 130. nu. 9.

86 † Et quia cùm dictum priuilegium non haberet,

beret, fuiſſet inutilis, & ſuperuacua diligentia,
quã feciſſet, & poſſunt huic caſui applicari ver-
ba l.ſi pupilli §.videamus ff.de negot.geſt. *quan-
quàm enim* (ait) *hoc ei imputari nõ poſſit, cur alios
debitores non conuenerit, quoniàm conueniendi eos
in iudicio facultatem nõ habuerit, qui nullam actio-
nem intendere potuit*, Bart.in l.vinum nu.14. ff.ſi
87 certum petatur, † vndè Paul. de Caſtro conſil.
208.nu.2.par.1.concludit, quòd non eſt in mora,
qui propter aliquod iuſtum impedimentum ſo-
lutionem non recepit, l. ſi quis ſolutioni ff. de
vſuris.

Maximè, quia à tempore, quo prætenditur fa-
ctum fuiſſe depoſitum per Claudium Spinulam,
ſcilicet 14. Februarij 1605. vſquè ad 18. Aprilis
ſequẽtis, quo die fuit manifeſtata illius Pompeij
decoctio, ſeù fori ceſſio, tranſiuit tàm modicum
tempus, quod non debet illi imputari, ſi nõ exe-
git, præſertim cùm non haberet Ioannes Velaz-
quez facultatem exigendi capitalia, & cùm eſſet
mandatus, debebat ab ipſo depoſitũ reimplicari
in emptionẽ, nec ipſi D. Innico, ſi petijſſet, debe-
bat conſignari, argum. l. hoc amplius in princ. ff.
88 de damno infecto, † vbi anguſtiæ temporis ex-
89 cuſant, † nàm & tutoribus conceduntur ſex
menſes ad implicandum in emptionem pecunias
pupillares, & in eis non imputatur illis mora, l.
ſi tutor conſtitutus ff.de admin.tutor. & cùm
non tranſierint niſi ſexaginta quatuor dies, &
pecunia, vel ſictè depoſitata eſſet in poſſe mini-
ſtri publici à Sua Maieſtate deputati ad recipiẽ-
da depoſita prædicta ſub titulo depoſitarij ge-
90 neralis cum approbatione Conſilij Regij, † vt
in alijs Oppidis ſunt ex prouidentia legis 13.
tit.9.lib.3.nouæ recopilat. Azeued. in l.1.tit.12.
lib.4.num.17. debet reputari caſus fortuitus, &
91 inopinatus, † qui non debet imputari dicto ad-
miniſtratori, iuxta l.ſi res pupillaris 51. ff.de ad-
min. tutor. quæ ait: *Si res pupillaris incurſu la-
tronum pereat, vel argentarius, cui tutor pecuniam
dederit, cùm fuiſſet celeberrimus, ſolidum reddere
non poſſet, nihil eo nomine tutor præſtare cogitur*,
Roffred.q.54 num.3. Gregor.Lopez in l.30. tit.
12. par.5. gloſ.1. in fine, & alios referens Eſcobar
de ratiocin. cap.14.nu.15. in fine, quia vt inquit
92 Alciat.reſponſ.100.nu.2. † Principes ſolent de-
putare aliquem campſorem, qui exigat peculia,
& reditus ſuos, & apud quos deponi ſolent pe-
cuniæ nobilium, & conficiunt rationes expenſo-
rum, & acceptorum, & de his ait l. argentarius
ff. de edendo, miniſterium eorum publicã cau-
ſam habere, & munus ipſorum eſſe, ſeruare, &
cuſtodire pecunias in ſua menſa depoſitas, l. ſi
hominem §. quotiès ff.depoſiti, l.9.tit.3. par.5.
Bald.in l.fin.nu.8.C.depoſiti.

93 † Et vltra, quòd ſemper caret pœna, quod ſi-
mili caſu euenit, l.fin. in vltimis verbis ff.de ad-
miniſtr.tutor. l.ſed et ſi quæcunque §.1.ff.ad leg.
Aquil. l.etiàm 14 ff. de admin. tutor. ibi: *nàm ſi
idoneus ſubitò lapſus eſt, nihil collegæ imputari po-
teſt*, l.2.§.grani ff.de admin.rerum ad ciuit.per-
tin. ibi: *Si eo tempore, quo nominatus eſt idoneus,
poſteà lapſus facultatibus damnum debitis Reipu-
blicæ dederit, quia fortuitos caſus nullum hominum
conſilium prouidere poteſt, creator hoc nomine ni-
hil præſtare debet*, Sebaſt. Medic. tract.de caſibus
fortuit.par.2.q.10.nu.115.

94 † Eſt clarum de iure, quòd nunquã caſus for-
tuiti (vt fuit decoctio dicti depoſitarij generalis)
poſſunt, nec debent imputari tutoribus, aut ad-
miniſtratoribus, l.negotium C. de negot. geſtis,
l.tutoribus C.de peric. tutor. Gregor. Lopez in
95 l.30. tit.12. par.5.gloſ.1. in fin. † & ita dixit mi-
rabiliter Roffred.d.q.54.nu.4.quòd fortunæ ca-
ſus nullum ſortis humanæ poteſt præuidere iu-
dicium, l.2. §.ſi eo tempore ff.de admin. rerum
ad ciuit.pertin. l.quæ fortuitis C.de pignor. act.
l.1. §.ſi magiſtratus ab initio ff.de magiſtr. con-
uen. l.nomina C.arbitrium tutelæ, Ioan.Cephal.
conſ.487.à nu.14.lib.3. Ant.Gomez de contract.
cap.13.nu.5.in fin. Eſcobar ſupra cap.19.nu.22.

96 † Nec Ioannes Velazquez etiàm ſi in poſſe il-
lius fuiſſet priuilegium, diuinare tenebatur, quod
euenit, l.ſi putator ff.ad leg.Aquil. l.ſi fideiuſſor
29.§.ſi cùm debitor ff.mand. Greg.Lopez in l.51.
tit.5.par.5.gloſ.4.

97 † Maximè cùm triſtis euentus non debeat ex-
pectari, l.inter ſtipulantem §.ſacram ff.de verb.
oblig. ibi: *Et caſum, aduerſamq; fortunam expectari
hominis liberi, nequè ciuile, nequè naturale eſt*, l.
ſi in emptione §. liberum, & vtrobiquè DD. ff.
de contrahend. emptio. Et quia aduentitij ca-
ſus non ſunt æſtimandi, l. Iulianus ff. qui, & à
98 quibus manumiſſi liberi non fiant. † Et quia ſi
diceremus contrarium, foret illi ſinè ſua culpa
officium adminiſtratoris damnoſum, quod no-
lunt iura, l.ſi ſeruus communis ff.de furtis, l.vi-
delicèt ff. ex quibus cauſ. maior. l. ſed ſi quis ex
ſignatoribus ff.quemadm.teſtam.aper. cap.ſané,
vbi gloſ. verbo *ſuſtinere* de renunc. gloſ. verbo
vtilitati in cap. fin. de dilat. nàm vtcunque fuiſ-
ſet, etiàm intimatione facta dicto Don Innico
perſonalitèr, & notitia data in Conſilio, periculũ
idem eueniſſet, & ita locum habet reſolutio iu-
99 ris, quòd quandò res perijt penès depoſitarium,
quæ aliàs peritura foret, liberatur debitor, l. ſi
plures 14. in fine ff.depoſiti, l.ſi is in princ. ff.de
iure dotium, Vdalric. Zaſius conſ.20.nu.22.lib.1.

Et ſi dicatur, quòd dictus depoſitarius gene-
ralis non erat idoneus, cùm illius fallimentum
100 tàm magnum fuiſſet, ſatisfit, † quia reſpectu
Ioannis Velazquez ſufficit, quòd eſſet talis de-
poſitarius, & miniſter publicus, publicumque
depoſitum, vt inquit l. qui mutuam §. fideiuſſor
ff. mandati, vt non deberet timere ſiniſtrũ euen-
tum, nàm & ſi ipſe vellet diligentias facere ſuper
recuperandis pecunijs, non habuit priuilegium,
101 nec aliud inſtrumentum ad id neceſſariũ, † &
ita locum habet doctrina Bart.in l.quod te mihi
nu.14.ff.ſi certum petatur, quod etiàm quandò
quis tenetur ad factum, difficultas faciendi ex-
cuſat à mora, Eſcobar de ratiocin. cap.9.nu.59.

Quòad partitam molendini, Scaphæ, & terrarum.

Nihil ratione rerum prædictarum valet one-
rari Ioanni Velazquez pluribus rationibus: Pri-
ma, quia priùſquàm fuiſſet illi commendata di-
cta adminiſtratio, euenerat alluuio, fluminiſque
impetus, hyemis tempore, qui rupit cluſam, &
ita

Digitized by Google

ita quàmuis habuiſſet pecunias domini,non po-
tuiſſet reparari damnum,nec iſte caſus fortuitus
erat periculu adminiſtratoris,ſed ipſius domini,
102 † ad quem ſinè dubio ſpectat molendinorum
refectio, Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos
q.7.ff.de public.& vectigal.Bald.in l.licet q.4. C.
de locato, dicens,quòd magna impenſa pertinet
ad dominum, qui debet tradere, & habere mo-
lendinum inſtructum, l. ſed addes §. illud nobis
ff.locati, Alexand.conſ.190. incip. maturè circa
princ.lib.2. Marc.Ant.Natta conſ.13.nu.3.vol.1.
& conſ.449.num.13.& ſeqq.vol.2. Iacob.Gallus
103 conſ.26.nu.2. Boer.deciſ.213. nu.18. † Cùm
ſinè culpa, aut negligentia Ioannis Velazquez id
eueniſſet, imò ante incœptã adminiſtrationem,
quare nullatènus poteſt ei imputari, l. lecta ff. ſi
cert. pet. l.Lucius ff.depoſiti, Ioan.Andr.in reg.
104 imputari num.22.de reg.iur.lib.6. † Maximè,
quia caſibus fortuitis non poteſt reſiſti, l. quæ
fortuitis ff.de pignor. actio. Ioan.Cæphal. conſ.
247. nu.18. vol.2. quia non ſunt in poteſtate ho-
minis, l.2.verſ.grani ff. de admin. rerum ad Ciu.
pertin.ibi: *quia fortuitos caſus nullum humanum*
conſilium prauidere poteſt, l.qui ratione 30. ff.de
pignor.actio. ibi: *culpam dumtaxat ei præſtandã,*
non vim maiorem, Ioan. Igneus in l. contractus
nu.26.ff.de reg.iur.Rebuff.tract.de excuſat. nu.
45. 46. & 49. vbi ſubiungit, talia impedimenta
non poſſe dici affectata,Lancellott.Galliæ conſ.
37. num. 4.
105 † Vnde Bald.conſ.119.incip.verba dicunt vol.
1. per plura iuris fundamenta probat, quòd etiã
promittens manutenere cluſam, & ſuſcipiens in
ſe riſicum, & omne periculum, ſi tamèn diluuiũ
euenerit,nõ tenetur, quia promiſſio intelligitur,
ſi poſſibile ſit, & non eueniẽte caſu maximo for-
tuito, & intolerabili, quod conſilium extollit, &
ſequitur Marc.Ant.Natta conſ.449.nu.19.& re-
petit idem Bald.conſ.145. incip. caſus talis nu.1.
par.3.& ita dixit benè l.fluminum 24. §.hæc ſti-
pulatio ff.de damno infecto. *Labeo quidèm ſcri-*
bit,de damno dato non poſſe agi, ſi quid fortè terræ-
motu, aut vi fluminis, aliouè caſu fortuito accide-
rit,iuncto §.ſeq.ibi. *Labeo etiam rationem adijcit,*
quòd ſi hoc non admittatur,iniquum eſt. Quod enim
tàm firmum ædificium eſt, vt fluminis, aut maris,
aut tempeſtatis, aut ruinæ, aut incendij, aut terræ-
motus vim ſuſtinere poſſit, l.ex conducto §.vis tẽ-
peſtatis ff.locati, Rubeus Alexandrin. in l.ſed &
ſi quis in iudicio num.3. ff.ſi quis caution. Ioan.
Cæphal. conſ.217.nu.17. lib.2. Ioan.Igneus in
allegata l.contractus nu.77.Menoch.de recuper.
poſſeſſ.remed.12.nu.26. Lancellot.Galliæ conſ.
37. num.4. Additio.2.ad Gerard.Maynar. deciſ.
Tholoſ.42.lib.1.
106 † Imò inquit l.hoc amplius 9 §.1.ff.de damno
infecto, quòd fluminis impetus præuideri non
valet,vbi gloſ.verbo *damni* hoc notat Alex.conſ.
112. nu.1.vol.1. Carroc. tract.de locato,& dicit
l.tutoribus 4. C.de peric.tutor.tutoribus,vel cu-
ratoribus fortuitos caſus, aduerſus quos caueri
non potuit, imputari non oportere,Aug.Capur.
tract.de regim. Reipubl. ſiuè Ciuit. cap.7. §.10.
num. 4.
107 † Maximè, quia molendina æquiparantur re-
bus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt voluit
ſingulariter Angel.in l.non ſolùm 56.nu.1.ff.de
108 petit. hæred. dicens, † quòd molendina poſita
in flumine,& quæ deteriorantur quotidiè,& quę
per impetum aquarum ſunt in periculo totalis
deſtructionis,poſſunt alienari per Prælatum,aut
tutorem, & ponderat l.lex,quæ tutores §.fin. C.
de admin. tutor. & non habere contradicentem
tradit Rub.Alexandrin.conſ.138 nu.3.Velazquez
de Auendaño de cenſib.Hiſpan.cap.51.nu.8. Fa-
rinac.dec.Rotæ 313. nu.2.partis 2. nouit.nouiſſ.
tom.1. Cæſ.Manent.deciſ.9.nu.7.

Et proùt conſtat ex memoriali, & prouiſione
regia productis per Ioannem Velazquez non
venit in illius poſſe pecunia al qua dicti D. Inni-
cij, nec reditus bonorum eius, quandò fluuius
ruperat cluſam,nec per biennium poſteà, nàm
pro anno primo illos percepit Ioannes de Guz-
man Iudex Commiſſarius à Conſilio deputatus,
qui & ſequeſtrauerat pro ſecũdo anno, quo Cõ-
ſilium decreuit tolli ſequeſtrum, & Licentiatus
Sylua de Torres fecit adduci ad hanc villam,
109 nec fuere ſoluti vſquè ad finẽ anni, † & quem-
admodùm ait Nicolaus Loſſæus in tract. de
iure vniuerſit.par.3.cap.4.nu.2. ædificia non re-
ficiuntur vento,ſed cum magno ſumptu,& ope-
ra, l.vlt.C.de vſur.pupillar. l.ſi ventri §.vlt. ff.de
priu.credit.l.ex duobus C.de negot.geſt.d.l.lex,
quæ tutores.

Ad reparationẽ autèm erant neceſſarij ad mi-
nus ducati bis mille, vt conſtat ex declaratione
Artificis periti ſimilium operum, facta mandato
110 Iudicis ordinarij iſtius Villæ, † cui declaratio-
ni ſtandum eſt, l.Gallus vbi Bart.in princ.ff.de
liber.& poſthum.& in l.2.ff.de teſtament.Marc.
Anton.Eugen. conſ.28.à nu.25.& conſ.47.nu.27.
tom.1. Roland. à Valle conſ. 30. num. 26. lib. 3.
111 † Adminiſtrator autèm non debet facere de
bonis proprijs expenſas, quantùmcunq; ſint ne-
ceſſariæ, l.ius alimentorũ §.fin. ff. vbi pupil. edu-
cari debeat,l.magis puto §.ſi pupillus ff.de rebus
112 eorum, † niſi ex mera ſua volũtate velit facere
de proprijs bonis, l.quid ergò 3. §. conſequitur,
& §.vſuras ff.de eo, qui pro tutore, l.ſi verò §. ſi
mihi ff.mandati,facit l.quotiès 10. §.ſicut autèm
ff.de admin.tutor.ibi: *ſoluere poteſt, ſi modò fue-*
rit pecunia,vndè ſoluat, l. denìquè §.interdùm ff.
pecul. legat. ibi: *teſtatorem voluiſſe eum retinere*
peculium interpretemur, videlicèt ex eo, quòd ex
peculio cum iuſſiſſet centum inferre, l. filiusfamilias
117. §.apud Marcellum ff.de legat.1.ibi: *ſed vix*
eſt, vt legatarium ex reditibus voluerit anteà dare,
quàm fructus legatarius percepiſſet, Bart. in l.cùm
tale §.falſam ff.de condit.& demonſtr.quem ſe-
quitur Rota dec.316.nu.5.par.2.nouiſſ. Menoc.
conſ.62.nu.12. verſ.*primò quia*, Marc.Ant.Natta
conſ.86.nu.21.tom.1.

Nec obſtabit dicere, quò Ioannes Velazquez
habebat ex his, quæ ad annuum cenſum dederat
D. Innico, nàm habet probatum, eas deſtinaſſe,
& reliquiſſe pro ſatisfaciendis aliquibus ſuis cre-
ditoribus, quibus iàm erant ſolutæ tẽpore dam-
113 ni, quod euenit molendino, & cluſæ, † & ſuf-
ficeret etiàm ſi extarent, fuiſſe pro diuerſis effe-
ctibus applicatas, l. inter cauſas 26. §. abeſſe ff.
mandati,

Digitized by Google

mandati, quæ ait: *abeſſe intelligitur pecunia fideiuſſori, etiàm ſi debitor ab eo delegatus ſit creditori, licet is ſoluendo non fuerit, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum*, ac ſi diceret, quòd iàm pecuniæ illæ non erant D. Innici, ſed creditorũ ſuorum, quibus ſoluere decreuerat, pro quo facit Batt. in l. antiquæ 23. §. ſed ſi minus, quod in aliquibus impreſſionibus habetur ſub ſolo legis initio nu. 3. l. ſubſignatum §. bona ff. de verb. ſignif. l. fin. §. ſin autèm alienum C. de bonis, quæ liberis, l. quid ergò 3. §. quid ergò ff. de eo, qui pro tutore, ibi: *ſi de re pupillari non potuit ſibi ſoluere, quia erat depoſita ad prædiorum comparationem*, l. debitor meus 14. verſ. *ſi verò iuſta* ff. de negot. geſt.

Et ipſe Don Innicus affirmando, quòd dictũ molendinum erat deſtructio ſui patrimonij, & conſtando illi, quòd non erant pecuniæ ad reparandum clusam, ſcripſit Ioanni Velazquez, quòd
114 non faceret expenſas in illa, † & quàmuis non ſcripſiſſet, & habuiſſet pecunias, non debebat facere, cùm eſſet res oneroſa, & præiudicialis dicto D. Innico, l. ſed an vltrò 11. §. is autèm ff. de neg.
115 geſt. † nec quis de negligentia, aut culpa tenetur, quandò non facit illud, quod ſi feciſſet, certum non erat, quòd fuiſſet profuturum, l. 1. §. penult. ff. ad S.C. Tertyilian. vbi Bal. notat, Oldrad. conſ. 136. num. 5. Franc. Beccius conſ. 105. nu. 10. l. fin. §. 1. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruetur, latè Surd. deciſ. 87. nu. 10. & 11. deciſ. 260. nu. 6. & 273. nu. 5.

116 † Nec tenetur, aut debet tutor pupilli ſui ius proſequi, quãdò eius proſequutio maiores ſumptus allatura eſſet, quàm lucrum, Chauaſſ. lib. 2. de perfecta prudentia cap. 8. §. 3. pag. 381.

117 † Et eſt res indigna, quòd eius nomine petatur, aut velit factum fore, quod ipſe fieri noluit, contra l. generalitèr C. de non numer. pecun. cap. per tuas de probat. & quòd tàm magna expenſa ducatorum bis mille fieret inutilitèr, nàm vt inquit ſingularitèr l. diuortio ff. de negot. geſt. *quidam modus ſeruandus eſt, vt ita querelæ locus ſit, in quantum facere potuit, quàmuis poſteà amiſerit, ſi illo tempore, quo geſſit, ei ſoluere potuit, non enim è veſtigio in officio deliquit, ſi nõ protinùs res ſuas diſtraxit, ad pecuniam redigendam, prætcrire deniquè aliquid temporis debebit, quo ceſſaſſe videatur, quòd ſi interea priùſquam officium impleat, res amiſſa eſt, perinde negotiorum geſtor non tenetur, ac ſi nunquàm facere potuiſſet*, qui text. mirabilis eſt ad noſtrum caſum, ſiquidèm quandò Ioannes Velazquez incœpit aliquid recuperare ex reditibus adminiſtrationis, & per Conſilium Supremum Caſtellæ fuit data illi prouiſio diſſe-
118 queſtri, † iàm erant multi menſes elapſi, quòd euenerat damnum in molẽdino, cluſa, & ſcapha, quã impetus fluminis portauit res ſolitæ, & quæ nullo modo dẽt adminiſtratori imputari, vt notauit in terminis Vlpian. in l. hoc amplius §. Neratius ff. de damno infecto, ibi: *ſi ratis in agrum meum vi fluminis delata ſit*, l. ait prætor §. hodiè ff. de minor. ibi: *quæ fortuitis caſibus ſubiecta ſunt*, l. verùm §. penult. eod. tit. ibi: *multis caſibus obnoxia*, l. quod ſæpè in fin. vbi gloſ. & DD. ff. de contrah. empt. Auend. de cenſib. Hiſpan. c. 51. nu. 7.

119 † Et cùm in nullo eorum habuerit culpam dictus adminiſtrator, nõ benè prætenditur contra ipſum, quòd ſatisfaciat damnum cluſæ, molendini, & ratis, & terrarum, quæ dicunt ſolitas irrigari, contra l. reſcriptum ff. de his, quibus vt indign. Alciat. reſp. 400. num. 43. & ex ſcripturis productis per Ioannem Velazquez conſtat cumdemèr, quòd teſtes producti pro parte D. Innici tanquàm vaſalli, & famuli depoſuerunt animosè, dicendo, quòd cluſa exiſtebat bona, & quòd illius ruptura potuiſſet refici cũ ducatis quingentum, nàm vitrà, quòd nec illos, nec partem eorũ habebat ex pecunijs D. Innici, cõſtat ex diligentijs iudicialibus per eum factis, quòd ad minus erant neceſſarij ducati bis mille, & quia byems erat, non poterat refectio habere firmitatem, nec ſolidari, aut haberi ſecuritas, quòd fluuius iterùm non rumperet, quod fuiſſet refectum, ex quo maius damnum cauſaretur, & opus, ac impenſa periret.

Demùm quòad prætenſionem, quòd non admittantur ſalaria miniſtrorum *Daralcalde*, ſeù Oeconomorum, caret fundamẽto, cùm ſint miniſtri diſtincti ab adminiſtratore principali, & Conſilium iuſſit, ſolui eis ſalaria in rationibus deducta; Ex quibus omnibus mihi videtur, prouideri debere ſuper omnibus capitibus, vt ſuperiùs fundatum eſt, ad fauorẽ Ioannis Velazquez, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *DOlus dans cauſam contractui bonæ fidei ex parte alicuius ex contrahentibus, illum annullat.*

2 *Lucratiua cauſa ſi ſit ex parte dolum facientis annullat contractum.*

3 *Obligari vnum pro alio multùm vſitatur, & à iure permittitur.*

4 *Obligari poteſt quis mediante Procuratore ad beneficium alterius.*

5 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.*

6 *Mandati actio competit mandanti contra ſuũ Procuratorem, qui pecunias recepit virtute mandati.*

7 *Actio de dolo præſcribitur biennio.*

8 *Dolus non præſumitur, niſi probetur ab eo, qui allegat.*

9 *Cenſualis contractus licitus eſt, & approbatus.*

10 *Dolus non præſumitur in his, quæ ſunt de genere permiſſorum.*

11 *Dolus non præſumitur in eo, qui iure ſuo vtitur.*

12 *Iniuriam nemini facit, qui ſuo vtitur iure.*

13 *Dolus committi non ſolet ſinè cauſa, aut animo lucrandi.*

14 *Dolus nõ præſumitur contra eum, qui eſt in damno, & non in lucro.*

15 *Dolus non præſumitur etiàm vbi eſt modicum lucrum.*

16 *Diuinare non eſt in noſtra poteſtate.*

17 *Culpa non imputatur ei, qui non fecit, quod non tenebatur facere.*

18 *Quandò nõ ineſt id, de quo magis videbatur ineſſe, nec inerit id, de quo minus.*

19 Con

19 *Contrahere quis cenſetur pro eo, quod ad ſe pertinet, non virtute authoritatis extraneæ.*

20 *Emptio, & venditio nomine proprio præſumuntur factæ.*

21 *Filius ſoluens debita patris, videtur facere proprio, & hæreditario nomine.*

22 *Actionem cenſetur quis pro ſe, & ſuo nomine intentare, non alieno.*

23 *Dotem cenſetur pater cõſtituere filiæ pro ſe, & ſuo nomine.*

24 *Contractus ab initio voluntarij, fiunt poſtea neceſſarij.*

25 *Contractus habens ſubſtantialia debet ſubſiſtere.*

26 *Dolus definitur, quòd ſit machinatio ſtudioſa ad decipiendum alium.*

27 *Dolus quandò dicatur dediſſe cauſam contractui.*

28 *Veriſimile, quod non eſt, reputatur falſum.*

29 *Credulus nimis ſibi debet imputare.*

30 *Credens alteri tertio, cum quo nõ fiebat contractus principalis, debet ſibi imputare.*

31 *Dolus tertij non præiudicat contrahenti, qui non participauit de dolo.*

32 *Dolus, & actio de dolo eſt perſonalis, nec perſonã egreditur.*

33 *Decepto iura proſpiciunt contra decipientem.*

34 *Contractus medius dicitur, in quo aliquis nec patitur damnum, nec conſequitur lucrum.*

35 *Lucratiua cauſa, aut oneroſa diſcernitur attenta origine.*

36 *Lucratiua cauſa dicitur, quandò recipiens nihil poſuit de ſuo.*

37 *Oneroſa cauſa dicitur, propter quam aliquid abeſt recipienti.*

38 *Cenſualis contractus multùm ſimilis eſt emptioni, & venditioni.*

39 *Agi non poteſt etiàm in ſubſidium aduerſus eum, ad quem res peruenit ex cauſa oneroſa, etiàm ſi adfuerit dolus tertij.*

40 *Oneroſa cauſa, & titulus fauorabilis magis eſt lucratiuo.*

41 *Miſeretur qui & commodat in benedictione erit.*

42 *Commercia inſtituta, vt faciliorem redderent hominum ſocietatem.*

43 *Pacta, & conuentiones ſeruari ad publicam vtilitatem concernit.*

44 *Fidem fallere graue eſt.*

45 *Vtilitas publica circa ſeruandam fidem contractuũ præfertur priuatæ.*

46 *Tractans de damno vitando fauorabilior eſt, tractante de lucro captando.*

47 *Cenſualis contractus non eſt de his, qui dicuntur bonæ fidei in iure ciuili.*

48 *Contrariorum vno poſito, aliud omiſſum intelligitur.*

49 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

50 *Dolus Prælati, Abbatis, aut Rectoris non nocet Eccleſiæ, Monaſterio, aut Collegio.*

ARGVMENTVM.

Dolus tertij, etiàm ſi ſit Procurator, an noceat in contractibus bonę fidei, & quid in contractu cenſuali, ſi ille, qui pecunias dedit ad cenſum, erat locus pius Religioſorum, & non participauit de dolo.

CONSILIVM CLXXX.

S Vpponitur in facto, quòd Domina Anna Pacheco, D. Petronilla de Caſtilla, & D. Ioanna de Caſtilla incolæ villæ Villareſi fontium, mandatum fecere N. ibidem commoranti, vt illarum nomine valeret ſumere ad annuum cenſum vſquè ad ſummam ducatorũ trium mille capitalis ad rationem vnius pro quatuordecim, illaſq; inſolidũ obligaret, ſpecialiq; hypothecæ ſupponeret ipſarum bona ſtabilia in mandato expreſſa, cuius virtute dictus N. quinto Februarij eiuſdem anni accepit à Collegio Societatis Ieſu Ciuitatis Conchenſis dictos ducatos termille capitalis ad cenſum ad dictam rationem cum pactis, & conditionibus in ſimilibus contractibus apponi ſolitis, & conſuetis in forma publica, & authentica, ac cum ſolennitatibus debitis, ſtipulato contractu, ſolutiſq; cenſibus per tempus aliquod, prætenditur pro parte ipſarum, & hæredum aliarum ſoluere non teneri in futurum, quia prætendunt fuiſſe deceptas ab eo, cui mandatum dedere, & alijs, qui in eodem loco ipſis dixere, quòd aſſecurabant, nihil damni paſſuras, imò remanſuras indemnes à ſolutione cenſuum, & capitalis, & quòd omne totum ſoluere habebat miles quidã nobilis Madriti degens, in cuius beneficium dicitur verſa pecunia.

Dubitaturq; caſu, quo ſit verum, eas fuiſſe deceptas, cùm Collegium prædictum, nec aliquis pro eo illas deceperit, ſed bona fide confiſum mandato dederit dictos ducatos termille, cenſus ſit validus, vel non, aut poſſint ſe ſubtrahere à ſolutione in futurum, vel poſſint compelli via executiua vigore dicti inſtrumenti cenſualis guarentigij.

Et reſpondeo, quòd licèt ſit vulgaris reſolu-
1 tio iuris, quòd † quandò dolus pro parte alicuius ex contrahentibus dedit cauſam, quòd celebraretur contractus aliquis ex his, qui dicuntur bonæ fidei, de quibus in §. actionum, Inſtit. de action. & gloſ. verbo *bonæ fidei* in cap. cùm venerabilis de exceptionibus, contractus ſit nullus fauore illius, qui dolum fuit paſſus, vt ex l. 3. §. final. ff. pro ſocio, l. & eleganter ff. de dolo, l. 57. tit. 5. par. 5. & alijs iuribus tradunt Alex. in l. iuris gentium §. prætor ait nu. 1. ff. de pact. gloſ. verbo *nullam* in cap. innotuit de elect. Bernard. Diaz reg. 100. Gomez. num. 12. Zaſius 45. in d. §. actionum, Ioan. Gutier. lib. 2. pract. quæſt. 22. nu. 13. & de iuram. confirm. 1. par. cap. 37. nu. 12.

Couar. in reg. poſſeſſor 2. par. §. 6. nu. 6. de regul.
iur. lib. 6. Matienzo in l. 2. tit. 11. lib. 5. recopil. Pa-
lacio de contractib. lib. 2. cap. 3. verſ. *dolus*, Moli-
na conciuis noſter 2. tom. de iuſtit. diſputat. 352.
2 verſ. *bis ita*, † maximè quandò cauſa eſſet lucra-
tiua ex parte eius, qui dolum feciſſet, vt tradunt
Anton. de Butrio in cap. ex inſinuatione 26. nu. 5.
de ſimonia, Florian. in l. antè omnia nu. 4. ff. de
probat. ex l. ſi procurator ff. de doli except. l. 1.
§. ſi quis tamen, & §. ſi filius ff. de vi, & vi armata,
Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 395. num. 12.
qui & loquuntur generalitèr.

Sed in hoc caſu militat diuerſa ratio, diuer-
ſumq; ius, nàm licèt dictæ Dominæ, vt præten-
dunt, fuiſſent deceptæ per eum, cui dedere man-
datum, & cuius fidem fuere ſequutæ ad ſumen-
dum cenſum, aut per alium ex parte illius, cùm
Collegium prędictum non fuerit particeps doli,
nec alius eius nomine, contractus èſt validus, &
legitimus, debentq; reditus ſoluere interim dùm
non redemerint capitala; idque pluribus iuris
3 fundamentis, animaduerſo, † quòd non eſt nouũ,
ſed multùm permiſſum in iure, vnum pro alio
cõtractus celebrare, & ſe obligare, & ad alterius
vtilitatem, & non ipſius contrahentis, ſicut mul-
totiès euenit, pecunias ad cenſum ſumere, vt in
vſum, & beneficium alterius conuertantur, ſiuè
obligentur vt principales, ſiuè vt fideiuſſores,
vt quòd in obligationė deducimus, tutiùs nobis
debeatur, l. 1. §. verbis autèm ff. de obligation. &
actionib. & in titulis ff. & C. mandati, & de
fideiuſſoribus, & paſſim in iure, & proprijs in
terminis obligationis annui cenſus Felician. in
4 ſuo, quem de eis edidit tract. lib. 3. cap. 3. † non
ſolùm pro ſe ipſo, ſed medio alicuius procura-
toris, l. qui autèm §. finali cum l. ſeq. l. eum, qui
§. itèm ſi mihi ff. de conſtit. pecun. & ibi Bart.
Ioan. Caphal. conſ. 220. incip. proponitur nu. 1.
tom. 2. Et ita potuerunt abſque aliqua difficul-
tate dictæ Dominæ dictum mandatum facere
ad ſumendum dictos ducatos ter mille ad an-
nuum cenſum, imponendumq; ſuper earum bo-
nis, non ſolùm ſi ad ſuum beneficium fuiſſet pe-
cunia conuertenda, ſed ſi in alterius commodũ,
5 † cùm pro ſuæ voluntatis dictamine cuilibet de
re ſua diſponere concedatur, cuius eſt modera-
tor, & arbiter, l. in re mandata C. mandati, l. ſed
etſi lege §. conſuluit ff. de petit. hæredit. l. Polla
C. de his, quibus vt indignis, Alexand. in l. illam
num. 1. C. de collationib. Chriſtoph. de Caſtellio.
conſ. 28. num. 10. Roland. à Valle conſ. 62. nu. 13.
volum. 1. & hoc ſiuè fuiſſet illis facta indemnitas
per Procuratorem, quòd nihil damni eſſent paſ-
6 ſuræ pro capitali, & reditibus, ſiue non, † quia
ſolummodò poterunt agere actione mandati, vel
alia forſan competenti aduerſus dictum Procu-
ratorem, ex l. ſi remunerandi 6. §. ſi paſſus, l. ro-
gatus §. qui fidem, l. Papinianus ff. mandati, l. ſi
fideiuſſor C. eodem titulo, l. cùm alter C. de fi-
deiuſſor. l. 11. & 12. tit. 12. partit. 5. Dueñas reg.
337. Ioan. Gutier. alleg. 4. nu. 3. Felician. vbi pro-
ximè num. 4. nàm actionem de dolo intentare
poſt lapſum annorum tot, dubium mihi vide-
7 tur, † cùm actio de dolo biennio præſcribatur,
nec poſteà ex ea agi poteſt ad reſciſſionem con-
tractus, l. fin. C. de dolo, l. 6. tit. 17. partit. 7. Cu-
iacius in tract. de diuerſ. temporum præſcript.
cap. 21. Cæphal. conſ. 192. incip. magnificus num.
22. tom. 2. quæ actio nec ad intereſſe habet
locum cõtra dictum Collegium Societatis Ieſu,
8 † quia eſt iuris reſolutio, dolum non præſumi
interim dùm clarè non probatur, aliquem eum
commiſiſſe, l. quotiès §. qui dolo ff. de probat.
Abb. in cap. aduerſario num. 8. de exceptionib.
Paul. de Caſtro in l. tranſactionem num. 2. C. de
tranſactionib. Ioan. Gutier. conſ. 9. num. 7. in
quem ſenſum affectibus liberum poteſt cade-
re, dicere, aut præſumere, dictum Collegium
Societatis Ieſu fuiſſe in dolo, dando ſuam pecu-
9 niam ad contractum licitum, † prout eſt cen-
ſualis per Conſtitutiones Pontificias pretio ta-
xato per leges regias, vt in extrauagantibus Mar-
tini V. & Caliſti, vt latè deducit Couar. lib. 3. va-
riar. reſolut. cap. 1. num. 7. Rebuff. in tract. de
conſtitut. redituum in princ. gloſ. 1. in tomo 2.
commentariorum ad Conſtitut. Galliæ, Gregor.
Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. gloſ. verbo *à cenſo*, Va-
laſco de iure emphit. quæſt. 32. nu. 8. Auendaño
reſponſ. 12. num. 4. Michael de Palacio lib. 4. de
contractib. cap. 7. verſ. *verùmtamèn*, Anton. Go-
mez tract. de cenſib. cap. 2. num. 4. Felician. eod.
tract. cap. 1. num. 18. & conſtat l. 1. nn. 4. & ſeqq.
10 tit. 16. lib. 5. recopilat. † quia in his, quæ non
ſunt de genere prohibitorum, ſed permiſſorum
dolus minimè præſumitur, vt argumento dictæ
l. quotiès §. qui dolo tradit Paul. de Caſtr. conſ. 9.
11 videndum eſt num. 16. lib. 3. † nec vllus dolus
præſumitur in eo, qui ſuo iure vtitur, gloſ. in
l. 1. in princ. ff. de actio. empti Bald. in l. ſi tradi-
tione num. 2. C. eodem titulo, Menoch. lib. 4. de
12 præſumptionib. præſumpt. 183. num. 15. † nàm
qui ſuo iure vtitur, nemini iniuriam facit, cap.
cùm Eccleſia Vulterana de elect. l. iniuriam §. 11
ff. de iniur. Nauar. conſ. 6. de elect. nu. 6.

Præſertim, quia ex datione dictarũ pecuniarũ
ad cenſum, non aliud lucrum fuit conſequutum
Collegiũ, quod potuiſſet alijs eodem pretio, &
13 maiori forſan ſecuritate concedere, † dolus au-
tèm committi non ſolet ſinè animo lucrandi, &
ſinè cauſa, vt tradit Hippol. de Marſil. conſ. 77.
num. 7. & Roland. à Valle conſ. 11. omiſſo multi-
14 loquio num. 55. vol. 3. † & quandò aliquid cedit
in alicuius damnum, is, qui eum patitur, non
præſumitur dolo feciſſe, l. præſes C. de ſeruitut.
& aqua, Aymon Crauetta conſ. 75. nu. 18. Carol.
Ruyn. conſ. 2. nu. 1. vol. 2. Soccin. iunior conſ. 37.
nu. 3. vol. 2. & conſ. 38. nu. 12. eodem vol. Roland.
vbi proximè nu. 59. & ſeq. Menoc. de præſumpt.
lib. 5. præſumpt. 3. nn. 18. & 19. & conſ. 4. num. 4.
15 † Imò nec præſumitur, quandò tenue, ac mo-
dicum lucrum ex eo reſultaret, vt poſt eundem
Crauett. conſ. 75. num. 18. & conſ. 319. num. 13.
& Ruyn. conſ. 8. ad finem lib. 4. tradit Menoch.
vbi proximè num. 20.

Quod confirmatur, quia Rector, & Collegiũ
Societatis Ieſu abſentes ſcire non poterant, an
dictæ Dominæ fuiſſent inductæ, & à quo, & ad
quem finem, aut in cuius beneficium debebant
16 pecuniæ cedere, † quia non licet, neceſt in po-
teſtate noſtra diuinare, vt in l. ſi putator ff. ad l.
Aquiliam

Aquiliam,canonizata de pœnit. diſtinct. 1. ſi pu-
tator l. ſi fideiuſſor §.non malè verſ. *ignoſcendum*
ff.mandati, cap.vt noſtrum,vt eccleſ.benefic. &
eſt text.vbi notat Salyc.in l.ſupèr ff.de contrah.
empt. Bartholom.Socc. conſ.6.nu.3.vol.1. Abb.
in cap.illud nu.9.de præſumpt.Gomez reg.Can-
cell.de annali poſſeſſ.quæſt.10. forent enim ſpe-
17 culationes friuolæ,& ſuperuacuæ.† Rurſus,quia
non imputatur culpa ei, qui non fecit, quod non
tenebatur facere, l.Gracchus C. ad l.Iuliam de
adulter. Aretin.conſ.111. col.fin. verſ.*cùm igitur
nondùm*,Roland.à Valle conſ.57.incip.viſo pro-
ceſſu num.50.vol.1.ergò multò magis non debet
imputari dolus,vt arguit Crau.conſ.21.num.7.&
18 Roland.à Valle vbi proximè nu. 51. † quia quan-
dò id, de quo magis ineſſe videbatur,non ineſt,
nec id,de quo minus,cap.licèt vniuerſis,vbi gloſ.
verbo *multò minus* de teſtibus, l.1.C.de negotijs
geſtis, l.nec ex vera C.de acquir.poſſeſſ. Bald.in
l.ſi emancipati nu.1.C.de collat.

Maximè,nam cùm Collegium videret manda-
tum ritè, & ſolemnitèr confectum à dictis DD.
vt illarum nomine,& pro ipſis caperentur pecu-
niæ ad cenſum abſque vlla coniectura, quòd ha-
berent cedere in beneficium alterius, nec quòd
fuiſſent ab aliquo inductæ,nõ benè feciſſet illud
19 præſumendo, † quia in dubio quis videtur con-
trahere pro eo ſolùm,quod ad ſe attinet,& non
virtute authoritatis extraneæ, quæ nunquam
ſubintelligitur, l. cùm pater ff. de iure do-
tium, vbi curatoris officium non ſubintelligi-
tur, l.1. & 2. C.credit.euictio. pignoris non de-
bere, vbi non intelligitur quis vendere iure
creditoris,niſi exprimatur, l. ſi quis §.penult.ff.
locati,vbi nec quis intelligitur locare tanquàm
vſufructuarius, niſi exprimatur,doctè Bart. in
quæſt.5. incip.adunantia nu.6. & probat text.in
l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus ff. de verbor.
oblig.Deciſio Genuæ 101.num.6. Burgos de Paz
conſ.3.nu.77.

20 † Sicut in dubio emptio, & venditio præſu-
muntur factæ nomine proprio, l.1. C. ſi quis al-
teri,vel ſibi, l.ſi patruus C.commun. vtriuſque
iudicij, l.ad probationem 1. vbi Bald. C.de pro-
bat.l.49.tit.5.par.5.Alexand.communem dicens
conſ.134. circa num.3. vol.5. Decius conſ. 213.
num.11.Crauett.conſ.131.num.12. Matienzo in
l.2.tit.9.lib.5.recopilat. gloſ.1.num.14.36.& 88.

21 † Et facit, filium ſoluenté debita patris dici,
& videri ſoluere hæreditario iure, & nomine
proprio,non alieno,vt reſpõdit Decius conſ.449.
nu.10.& eſt l.2. C.de iure deliber. Greg.Lopez
in l.11.tit.6.par.6.gloſ.5.Tiraquell. de iure con-
ſtitut. ampliat.26.nu.15. Menoc.lib.2.de arbitr.
caſu 493.nu.11.

22 † Et qui in iudicio agit, viſus eſt actionem in-
tentare pro ſe,nomine ſuo,& non alieno,vt ex l.
Papinianus,vbi gloſ.& Alberic.ff.mandati, d.l.ſi
ita ſtipulatus fuero §.Chryſogonus ff.de verbor.
oblig. l.pro hærede ff.de acquir. hæred. tradunt
Paul.Caſtr.in l.1.nu.5. ff.de ſolut. Cæphal.conſ.
250. nu.45. tom.2. Tiraq.de retract.lignag.§.10.
gloſ.1,nu.3. Marc.Anton.Eugen.conſ.55.nu.40.
lib. 1.

23 † Sic quandò pater dotem conſtuit pro filia,
videtur pro ſe,& proprio nomine, & non alieno
facere, vt reſpondit Guillelm.Bened.in cap.Ray-
nuntius de teſtam.verbo *dotem* num.23.& ſeq. l.
fin. C.de dotis promiſſ. Afflict. deciſ.Neap.179.
nu.1. Paul.Staiban. conſ.35.nu.4. Soccin.iunior
conſ.79.nu.50.lib.3. Ioſeph Ludou. deciſ.Peruſ.
21.nu.16.1.par.l.8.vbi Gregor.Lopez gloſ.2. tit.
11.par.4. & ideò cùm mandatum eſſet ita clarũ,
quòd pecuniæ capiebantur illarum nomine, ca-
eet omni iuris fundamento poſt annos tot velle
ſe ſubtrahere à ſolutione ſub prætextu, quòd
fuerunt inductæ ad ſe obligandum, & quòd pe-
24 cuniæ ceſſerunt in vtilitatem alterius, † quia
contractus ab initio voluntarij ſi fiant, remanent
neceſſarij, & irreuocabiles,aduerſario non con-
ſentiente, l.ſicut initio C.de actionib.& obligat.
& in prologo quintæ partitæ vbi Gregor.Lopez
gloſ.1. l. perfecta donatio C. de donat, quæ ſub
modo, l.10.tit.22.par.1.l 3.tit.5.par.5. Bald.in
l.1, nu.124. ff.de rerum diuiſ.& in l.cùm Archi-
medoram in fin. C.vt in poſſeſſ.legator. Archid.
in cap.de forma 22.quæſt.5.

25 † Et quia quandò contractus habet ſubſtan-
tialia, vt contrahentium conſenſum, & pretium,
debet tenere, l. dolum C. de inutil. ſtipulat. l. ſi
quis cùm alitèr ff.de verbor.obligat. Petrus de
Bellapertica in l.2.C.de reſcind.vendit.& in l.&
elegantèr ff. de dolo, quem refert, & ſequitur
Abb in cap.cùm dilecti nu.6.de empt.& vendit.
& cùm Collegium penès ſe haberet ſuas pecu-
nias,nec haberet neceſſe inuitare, aut rogare cũ
eis dictas Dominas vt ad cenſum ſumerent tem-
pore, quo alijs idoneis conſignare potuiſſet,nul-
latènus poteſt illi dolus imputari, nec ex parte
26 ſua dediſſe cauſam contractui, † maximè atten-
ta doli diffinitione, quòd ſit ſtudioſa machinatio
ad alterum decipiendum,adhibita cum magna
calliditate,vt ex l.1.ff.de dolo tradũt Ioan.Andr.
in cap.1 nu.2.de cõmodato, Anton. in cap.cùm
dilectus nu.6.de his,quæ vi, metuſuè cauſa fiunt,
Nauar.in cap.humanæ aures 22.quæſt.5.quæſt.2.
nu.1. & in manuali cap.27.nu.177.Molina 2.tom.
de iuſtit.diſput.293.verſ.*dolus*, Cicero 3.lib. of-
ficiorum,& Petr.Bollo in œconomia canonica
27 1.claſſ.cap.1.§ 2.in princ. † Et quia tunc ſolùm
dicitur dolum dediſſe cauſam contractui,quan-
dò quis doloſis ſuaſionibus induxit aliquem ad
ſecum contrahendum,vel vendendum,vt illum
deciperet, qui aliàs non erat contracturus, nec
venditurus,vt ex l.ſi dolo C.de reſcind.vendit. l.
dolo,vel metu, C.de inutil.ſtipul.l.3.§.vlt. ff.pro
ſocio, tradunt Valaſc. de iure emphyt. quæſt.5.
num.9. Couar.in regula poſſeſſ. 2.par. §.6. nu.6.
Conrad. de contractibus in ſummario operis ad
quæſt.57. dicto 14. Molina vbi proximè diſput.
259. verſ. *ſecundùm*, Paz in praxi tom.3. cap. 6.
num. 15. & quia caret omni veriſimilitudine, &
menti ſenſatæ non poteſt perſuaderi dicere, aut
cogitare, quòd dictum Collegium haberet in-
ducere dictas Dominas, vt pecunias cenſus con-
28 uerterent in commodum alienum, † quod au-
tèm veriſimile non eſt, falſum reputatur, vt tra-
dit Bald. in l.2.nu.16.C.de ſeru.fugit. qué ſequi-
tur Alex.cõſ.27.in cauſa,& lite nu.4.lib.2.Decius
conſ.644. nu.6. Soccin.iun. conſ.62. nu.35.lib.2,

Ioan. Neuiz, conſ. 8. nu. 68. & ſeq. Gratos reſponſ.
35. nu. 21. lib. 2 Catellian. Cotta in memorab. ver-
bo *veriſimile*, Zuntus reſponſ. pro vxore nu. 127.
Nec obſtat, quòd dictus earũ Procurator ipſis
affirmaſſet, quòd non erant ſatiſfacturæ capitale,
neque cenſus illius, nàm ſibi imputent, quia illi
fidem adhibuere, nec cautius proceſſere, capien-
do priùs ſufficientem indemnitatis cautelam,
29 ✝ nàm ſibi debet imputare, qui nimis credulus
eſt, l. 1. §. final. quæ in alijs eſt lex 2. iuncta gloſ.
verbo *actum* eſt ff. quandò actio de peculio eſt
30 annalis, ✝ maximè quãdò credidit alicui tertio,
cum quo contractus principalitèr nõ gerebatur,
l. 3. §. ſed ſi ſic accepit ff. de in rem verſo, l. fin. in
princ. C. de accuſat. gloſ. verbo *quàmuis* in l. 1. in
princ. vbi Alex. nu. 2. ff. de eo, per quem factum
erit, cap. non ſolùm 9. quæſt. 3. verbo *videri* in
cap. ſi quis 50. diſtinct. l. 8. tit. 13. par. 2. vbi Greg.
Lopez gloſ. 2. & Eccleſiaſtici cap. 19. Seneca in
Hercule Oeten actu 5. ſcena 4. quarè nullum
ius habent contra dictum Collegium; ſed contra
eum, cui mandatum dedere, & à quo aſſerunt ad
id fuiſſe inductas.
Nec poſſunt iuuari, dicendo, quòd licèt pro
parte Collegij, aut ſui Rectoris non interueneric
dolus, aut deceptio, adfuit ex parte contrahen-
31 tis illatum nomine, ✝ quia dolus tertij non
præiudicat alteri contrahenti bona fide, qui non
participauit de dolo, vt quotidiè experimur in
contrahentibus, aut fideiubentibus pro alijs, qui
regularitèr ſunt perſuaſi ſub indemnitate, vel
abſque illa ad ſe obligandum, & adhùc compel-
luntur à creditore ad ſatiſfaciendum, nec vllo
tempore in hoc eſt oppoſita difficultas, & ita
quòd dolus tertij alteri præiudicare nõ debeat,
l. ſi procurator ff. de doli except. l. iniquiſſimum
ff. de iuris, & facti ignor. l. ſumma §. emptor ff.
de peculio, gloſ. verbo *hoc ipſo* in l. & elegantèr
in princ. ff. de dolo, vbi Bart. nu. 1. verſ. *ad ſecun-
dum* ſequitur dictam gloſam, dicens notabilem,
Iaſ. in §. actionum nu. 44. Inſtit. de actionib. Paul.
Caſtrenſ. conſ. 412. viſo facto nu. 3. vol. 1 Florian.
de Sancto Petro in l. cùm ita nu. 5. ff. de legat. 2.
Petrus Santern. in tract. de aſſecurat. & ſponſion.
mercat. 4. par. num. 22. Bald. in d. l. & elegantèr in
addit. num. 7. & in l. ſi procuratorem nu. 9. ff. de
procuratorib. dicens, quòd dolus tertij non facit
contractum nullum, nec annullandum, ſed dolus
32 tantùm contrahentis, ✝ quia dolus, & eius actio
eſt perſonalis, & non debet egredi perſonam
committentis, l. Fulcinius §. quod ſi aduerſus ff.
ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, l. ſi ceſ-
ſante C. de diſtract. pignor. Bart. d. nu. 1. Gregor.
Lopez in l. 49. tit. 13. par. 5. gloſ. 1. quæ lex in pro-
poſito eſt optima. & ex l. 1. ff. de doli except.
& l. apud Celſum §. quæſitum Paul. Caſtr. conſ.
10. in cauſa, quæ vertitur num. 55. lib. 3. Et ita
Iuriſtarum, & Theologorum commune placitũ
eſt, quòd quandò dolus non dat cauſam contra-
ctui, ſed adhibetur à quodam tertio non com-
municante altero contrahẽte in dolo, eſt validus
cõtractus, & ſi decepto detur actio aduerſus ter-
tium, qui dolum adhibuit, vt habetur expreſsè
in l. 7. in fine, l. 2. ff. de proxenetis, d. l. & elegan-
ter ad finem cum l. ſequenti, gloſ. fin. in cap. cùm
dilecti de empt. & vendit. & ibi Anton. de Butrio
num. vlt. Bald. nu. 4. in l. 1. C. ſi quis aliquem teſta-
ri prohibuerit, Ang. in ſumma verbo *dolus* nu. 9.
Medina in Codice de reſtitut. quæſt. 33. 9. hic ta-
mẽn, Sylueſter etiàm verbo *culpa* §. ſeptimo, & ex
Hoſtienſi à ſe relato Friburgo de empt. & vend.
lib. 2. tit. 8. quæſt. 8. qui in vtroque foro id proce-
dere reſponderunt, cuius ratio ſecundum Medi-
nam eſt, quia non eſt iuſtum, quòd culpa media-
toris habeat præiudicare contrahenti bona fide,
33 ✝ maximè cùm decepto iura proſpiciãt, vt agere
re valeat contra mediatorem, aut auctorem doli
ad refectionem damni, Conrad. tract. de contra-
ctibus in ſummario ad quæſt. 57. dicto 3. & 4.
Molina 2. tom. de iuſtit. diſput. 352. concluſ. 3. &
verſ. *vt quod*, qui confirmat hanc reſolutionem
fortiſſimis, & concludentibus rationibus, quæ
clariorem, & magis iuſtificatam efficiunt verita-
tem illius.
Vltra quæ animaduerſo, quòd contractus cen-
ſualis ſolet etiàm multis periculis obnoxius eſſe
in creditoris damnum, vel propter peremptio-
nem hypothecarum, aut alios caſus; nè dicam
obligationes anteriores, quæ ſuper eiſdem bonis
ſolent apparere; qua de cauſa multi cenſuere,
non eſſe lucroſum, ſed aliquandò damnoſum,
quàmuis concederemus eſſe contractum me-
34 dium, ✝ vt quia neque lucrum, neque damnum
pateretur creditor, vt in aliquibus contractibus
ex l. qui autem ff. de his, quæ in fraud. creditor.
tradit Petr. Santerna d. tract. de aſſecurationib.
& ſponſionib. 4. par. num. 25. alio reſpectu poteſt
35 dici oneroſus, & non lucratiuus; ✝ nàm ad diſ-
cernendum ſi cauſa eſt oneroſa, vel lucratiua,
attenditur origo, iuxta gloſ. B. in l. ſi duo, verbo
ſcire potuit ff. de acquirend. hered. Decius in l. in
eo, quod vel is 33. nu. 8. ff. de regul. iur. Cephal.
36 conſ. 254. incip. perſiſto nu. 9. tom. 2. ✝ & cauſa
lucratiua dicitur, quandò qui recipit, nihil poſuit
ex parte ſua, nec ſuorum bonorum, vt in legato,
donatione, præſcriptione, & ſimilibus, l. 1. ff. de
vſucap. l. inter ſtipulantem 83. §. ſi rem ff. de
verbor. obligat. Bald. num. 3. & 4. in l. ex hoc ff.
37 de eo, per quem factum erit; ✝ Oneroſa verò
dicitur cauſa, propter quã quid accipienti abeſt,
vt in empto, vendito, locato, & cõducto, permu-
tatione, & ſimilibus tradit Pratelus de verbis iu-
ris, verbo *cauſa alia*, & verbo *lucratiua cauſa*, &
communitèr Lexicographi ſuper eiſdem verbis,
& Albericus in dictionario, quod fortiori ratio-
ne militat in noſtro caſu, cùm dictum Collegium
Societatis Ieſu realitèr, & cum effectu conſigna-
uerit Procuratori dictarum Dominarum duca-
tos 3000. pro emptione dictorum annuorum re-
dituum, quod perinde habetur, ac ſi aliam rem
38 emiſſet, ✝ eſt enim contractus cenſualis multũ
ſimilis emptioni, & venditioni, l. 3. tit. 15. lib. 5.
recop. vbi Matienzo gloſ. 1. Ant. Gomez in l. 68.
Tauri nu. 1. alter Ant. Gomez iun. tract. de cẽſib.
cap. 2. nu. 6. D. Franc. Sarmient. lib. 7. ſelectar. in-
terpretat. cap. 1. nu. 19. Couar. lib. 1. variar. cap. 7.
nu. 1. verſ. *contrariam*, & nu. 6. verſ. *quod item*, Fo-
lician. lib. 1. de cenſib. cap. 3. num. 14. verſ. *nihilo-
minus*, & cap. 14. num. 9. Velazquez eodem tract.
cap. 58. num. 12. & cap. 59. nu. 1. Ludou. Cencius
eodem

eodem tract. par.2. cap.2. quæſt.2. art.1.
Ex quibus deducitur alia certa reſolutio in
corroborationem Superiorum, quòd licèt per-
ſonæ, quæ fuere cauſa doli, aut deceptionis, quã
dictæ Dominæ prætendunt ſe paſſas fuiſſe, non
haberent vndè illis poſſet conſuli, & ſatisfieri, ad-
hùc nullum recurſum etiàm ſubſidiarium habe-
rent contra dictum Collegium Societatis Ieſu,
39 † quia nec in ſubſidium agi poteſt contra illum,
ad quem res peruenit ex cauſa oneroſa, etiàm
dolo alterius, ſi de tali dolo non participauerit,
vt in l.1.C.ſi vendito pignore agatur, gloſ. quam
ſequitur Bart. & communitèr DD. in l.his ſolis,
verbo *proficit* ff.de condict.indeb. & iſtam opi-
nionem tenent Bald. & moderni in l.planè la 2.
§.1.ff.de legat.1.dicentes, contrariam opinionẽ,
de qua in l.ex hoc edicto ff.de eo, per quem fa-
ctum erit procedere quandò commodũ ex dolo
alterius prouenit ex cauſa lucratiua tantũ, ſecus
ex cauſa oneroſa, quia tunc ſolùm in caſu dictæ
legis planè agitur in ſubſidium contra eum, ad
quem res peruenit, idque eſt ſpeciale ſecundùm
eos ibi fauore vltimæ voluntatis, nè dolo alienan-
tis fideicommiſſum pereat, & cum hac opinione
vt vera tranſit in contrarium adductis ſatisfaciẽs
Alex.de Imola in d.l.ex hoc edicto nu.2. idemq;
agnoſcunt, hanc diſtinctionem approbantes ali-
qui ex ſupra adductis.
40 † Pro cuius confirmatione facit, quòd cauſa,
& titulus oneroſus eſt fauorabilior lucratiuis, l.
apud Celſum §. ſi quis autèm ex cauſa legati ff.
de doli except. Florian. de Sancto Petro in l. ſi
quis ſepulchrum §. ſi colonus nu.2. ff.de relig.&
ſumpt. funer. & cùm dictum Collegium non
fuerit in lucro in conſtitutione dicti cenſus, cùm
ſuas pecunias tradiderit, nullũ ius habent dictæ
Dominæ ad ſubtrahẽdum ſe ab illius ſatisfactio-
ne, vel ad illam controuertendam.
Facit etiàm, quia ſi talis exceptio admittere-
tur aduerſus eum, qui ſuas pecunias dedit, & nõ
fuit particeps doli, à tertio forſan admiſſi, nullus
in Republica auderet contrahere, & commercia
ceſſarent, quæ ſunt tàm opportuna, & neceſſaria
conſeruationi vitæ politicæ, & ciuilis, cùm ferè
non reperiatur contractus, in quo non interue-
niant tertij, ſeù mediatores, nulluſq; reperiretur,
qui ſuas rationes accomodaret pro alio, aut fide-
iuberet, vt ſuæ neceſſitati ſubuenire valeret, ceſ-
ſarentq; hanc in parte pietatis, & miſerationis
opera, quæ ab hominibus ad beneficium aliorũ
41 exerceri ſolent, † non ſemel diuino oraculo
commendata, Deuteron.cap.23.verſ.*fratri autèm
tuo*. Pſalm.36. *Tota die miſeretur, & commodat, &
ſemen illius in benedictione erit*. & Pſalm.111. *Iu-
cundus homo, qui miſeretur, & commodat*. Nàm
vt Pet.Gregor. lib.1.de Republica cap.1.nu.21.
42 & 22. † ait, commercia inſtituta, vt faciliorem
redderent ſocietatem hominum in comparandis
neceſſarijs, & diſtrahendis ſuperfluis, & contra-
ctus, vt commercia facilia, & libera fierent, &
per obligationes fides data de neceſſitate ſerua-
43 retur per actiones, & iudicia, † quia & ad hu-
manam ſocietatem pertinet, & ad communem
finẽ publicæ vtilitatis dirigitur, pacta, & conuen-
tiones ſeruari, §.1.Inſtit.de oblig. §.1.Inſtit.de
action.& obligat. l.1.ff.eod. l.1.ff.de pact l.1 ff.
de pact. conuent. cap.1.& cap.qualiter in Sardi-
nia de pact.in decretal.idem Petr.Gregor lib.7.
cap.20.n.28. l.ex empto ff.de act.empt.Cicer.3.
officior. *Pacta ſemper, & promiſſa ſeruanda ſunt*,
44 † quia graue eſt fidem fallere, l.1. ff.de conſtit.
pecun. Budæus in priorib. annot. ad pandect.ad
l.1. ff.de his, qui notant.infam. Feuardent. ſuper
Ruth cap.4.ſect.1.verſ.*primo*, Cicero in orat.pro
Roſcio Camælo, dicens: *æque enim perfidioſum,
& nefarium fidem frangere*, Roland. à Valle conſ.
45 53.nu.16.lib.1.& conſ 85.nu.3.lib.4. † Et iſta
publica vtilitas debet præferri priuatæ, l. fin. C.
de primipilo lib.12.gloſ.verbo *præferenda* in cap.
ſcias 7.q.1. Bart.in auth.de hæred.& falcid. in
princ.nu.4.l.1.vbi notatur ff.ſolut.matrim. Rol.
à Valle conſ.86.nu.63.vol.1.l.actione §.Labeo ff.
pro ſocio, l.vnic. §.penult. C. de caduc. tollend.
auth.de non alien.aut permut.reb.Eccleſ. §.ſini-
mus, verbo *Reipubl.* collat.2. Authent. vt omnes
obed. Iudicib. Prouinc. §.arripiat collat.5. auth.
res, quæ C.commun. de leg. cap.ratio nulla de
præbend. Rebuff.reſp.15. nu.10. Thom.Gram.
deciſ.12. nu.8. maximè cùm non adſit cauſa ali-
qua, quæ de iure poſſit conſiderari ad fauorem
priuatæ vtilitatis dictarum Dominarũ aduerſus
46 Collegium Societatis Ieſu, † quod verè agit de
damno vitando, & cuius ob id potior eſt cauſa,
& fauorabilior, l.fin.§.licentiam C.de iure delib.
l.final. C.de codicill. l.ſicut ff.de acquir.poſſeſſ.
And.de Barulo in l.vnic. C.pœn.fiſcal.cred.præ-
ferri, vbi Lucas de Penna verſic. *item nota* lib.10.
Roman.conſ.241.nu.12.
Hoc ſuppoſito, nõ obſtant adducta in contra-
rium, nàm vltra, quòd iura, & Doctores ibi prio-
ri numero citati loquuntur in contractibus bo-
47 næ fidei, † quòd contractus cenſualis non annu-
meratur eis, vt tradit Felician.in d.tract.de cen-
ſib.quæſt.3.nu.7.ſed reputatur contractus ſtricti
iuris, & argumẽto ſumpto ex dicto §.actionum,
vbi gloſ.verbo *bonæ fidei*, Inſtit. de actionib.enu-
meratis xvi. bonæ fidei actionibus, in quibus nõ
eſt contractus iſte, ſubiungit, quemcunque hic
48 non inueniam, ſtricti iuris iudicabo, † quia poſi-
to vno de contrarijs, reliqua alia omiſſa intelli-
guntur, vt in principio verſ.*videamus*. Inſtit.de
his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cap. nonnè de
præſumpt.Aretin.in l.ſi ſeruum nu.5.ff.de verb.
obligat. Aluar.Valaſc. de iure emphyt. quæſt.5.
49 num.1. † Et incluſio vnius eſt excluſio alterius,
l.cùm prætor in princ.ff.de iudic.l.& ſi finè §.ſed
quod Papinianus ff. de minorib. l.maritus C. de
procur.Cæphal.conſ.257.nu.1.Roland.à Valle
conſ.58.nu.76.vol.3.Ea iura ſolummodò proce-
dunt, quandò dolus alicuius ex ipſis contrahenti-
bus dedit cauſam contractui, & in cauſa lucrati-
ua, non in oneroſa, nec in cauſa, qua dolus ſolùm
interuenit ex parte alicuius tertij, & ideò noce-
re nõ debet dicto Collegio, quod de illo non par-
ticipauit.
Et vt ſecurim ad radicem apponamus omnis
difficultas ceſſat, quia pecuniæ datæ ad cenſum
erant dotationis Collegij, & nõ Rectoris, aut Pa-
trũ, qui in eo reſidebant, qui tamèn ex eius redi-
tibus ſe alere debebant, quarè licèt finè veritatis

præiudicio daremus; quòd aliquis eorum fuiſſet doli particeps, non poterat præiudicare Colle-
30 gio, † quia dolus Prælati, Abbatis, Monaſterij, vel Rectoris Monaſterio non nocet, vt ex cap. ſi Epiſcopum 16. quæſt. 6. tradunt Anto. de Butrio in cap. cùm dilectus num. 22. de ordin. cognit. Decius in cap. in præſentia notab. 8. de probat. Nauar. commentar. 2. de regularib. num. 31. & facit gloſ. 2. in cap. olim de reſtit. ſpoliator. Abb. in cap. fin. num. 21. de iuram. calumn. & in d. cap. 2. num. 10. & 11. latè Paul. de Caſtro in conſil. 424. incip. quia ſcio num. 6. par. 1. Foretque inhumanum, nè dicam iniuſtum velle tollere dicto Collegio reditus prædicti capitalis tàm neceſſarios eorum ſuſtentationi; Et ita cenſeo, debere pronunciari ad illius fauorem pro capitali, & reditibus decurſis, & decurrendis, ſaluis iuribus dictis DD. ſi quæ competunt contra ſuum Procuratorem, aut alios, quos de iure, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui intentauit viam ordinariam, poteſt executiuam intentare, refectis reo expenſis.*
2 *Reus poteſt opponere per viam exceptionis, quod per viam actionis intenderat.*
3 *Exceptio eſt fauorabilior actione, & faciliùs competit.*
4 *Exceptiones procedunt ab naturali æquitate.*
5 *Exceptiones ſui natura ſunt fauorabiles.*
6 *Excipiendo poſſunt deduci multa, quæ non poſſet agendo.*
7 *Actione ſublata non tollitur exceptio.*
8 *Exceptiones quatènus continent defenſionem, poſſunt perpetuò opponi.*
9 *Debitum litigioſum in vno iudicio, poteſt in alio deduci in compenſationem.*
10 *Actio, & conteſtatio ſuper ea, non impedit exceptionem in alio iudicio.*
11 *Litis pendentiæ exceptio non excludit ſimiles exceptiones oppoſitas.*
12 *Actor, qui inchoauit iudicium coram vno Iudice, non poteſt variare intentando illud coram alio.*
13 *Rei fauore introductum nõ retorquetur in damnũ illius.*
14 *Rei ſunt fauorabiliores, quàm actores.*
15 *Reus poteſt pluribus defenſionibus vti.*
16 *Reus vtitur pluribus defenſionibus etiam contrarijs.*
17 *Inſtrumenti executio non retardatur per litem ordinariam.*
18 *Reus non debet eſſe deterioris conditionis actore.*
19 *Exceptio aliquandò æquè priuilegiata eſt vt actio.*
20 *Debitori licita eſt præuentio aduerſus inſtrumentum.*
21 *Executio poteſt declarari nulla pro parte, vbi adeſt læſio.*
22 *Contractus venditionis mobiliũ rerum dicti* Mohatras *ſunt illiciti, & reprobati.*
23 *Contractus dicti* dar le robbe à partito *sũt Neapoli prohibiti.*
24 *Arbitrij libertas neceſſaria eſt in contractibus.*
25 *Contractum à lege reprobari ſufficit, vt non ſortiatur effectum.*
26 *Obligatio nec naturalis oritur ex contractu reprobato, & ſolutum illius virtute repetitur.*
27 *Contractus vbi eſt nullus quoad principales, eſt etiàm quoad fideiuſſores.*
28 *Contractus principalis ſi non valet, obligationes acceſſoriæ annullantur.*
29 *Contractus à lege prohibitus nullus eſt, & quicquid ſequitur ex eo.*
30 *Læſionis vltra dimidiam remedium conceditur etiàm illis, qui voluntariè contraxerunt.*
31 *Dolus poteſt indicijs probari.*
32 *Fraus colligitur tàm ex conſilio, quàm ex euentu.*
33 *Læſio enormis vbi adeſt, præſumitur interueniſſe dolus.*
34 *Dolus ſi dedit cauſam contractui efficit eum nullum.*
35 *Lucrum non debet aliquis conſequi ex dolo ſuo.*
36 *Actus dicuntur correſpectiui, quandò vnus fit propter alium, & de illis iudicatur quod de vno actu, & nu. 37.*
38 *Vicinitas actuum inducit præſumptionem contractus illiciti.*
39 *Abſolutoria in iudicio criminalitèr intentato, non parit exceptionem rei iudicatæ in ciuili.*
40 *Exceptio læſionis vltra dimidiam admitti debet in vijs executiuis contra inſtrumentum guarentigium, & nu. 45.*
41 *Venditiones plures cenſentur rerum, quarum ſunt pretia diſtincta.*
42 *Venditor probare debet, quòd non vendidiſſet res ſeparatas.*
43 *Præſumptio, quòd non fuiſſent venditæ res ſeparatæ quandò procedat.*
44 *Læſio vltra dimidiam in quacunque quantitate opponi poteſt in contractu emptionis, & venditionis, & alijs bonæ fidei.*
46 *Exceptio, nè quis locupletetur cum aliena iactura, procedit à iure naturali.*
47 *Exceptiones procedentes à iure naturali debent admitti etiàm quandò ſtatutum exceptiones excludit.*
48 *Exceptio oppoſita in iudicio ſũmario ſi habet magnam diſcuſſionem, an reſeruetur iudicio ordinario.*
49 *Exceptio modificatiua executionis poteſt liquidari, & probari intra decem dies lege Hiſpana Regnorum Caſtellæ.*
50 *Statutum excludens exceptiones non excludit, quæ incontinenti probantur.*
51 *Exceptio requirens altiorem indaginem admittitur in via executiua, quandò aliàs ſequeretur dammum irreparabile reo.*
52 *Intereſt potiùs non ſoluere, quàm ſolutum repetere.*
53 *Exceptio modificatiua poteſt admitti contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
54 *Executio inſtrumenti guarentigij æquiparatur executioni ſententiæ.*
55 *Res ſolùm cenſetur valere id, pro quo communitèr vendi poſſet.*
56 *Valorem verum rerum emptor non ſemper ſcire præſumitur.*

57 Sen-

Digitized by Google

57 *Sententia, & præſumptio reſultans ex ea eſt in ſuſpenſo appellatione pendente.*
58 *Præſumptio maior eſt pro appellatione, quàm pro ſententia.*
59 *Remedium læſionis vltra dimidiam debet alternatiuè intentari, vel quòd reſcindatur contractus, vel reficiatur læſio.*
60 *Modus agendi, vel excipiendi eſt obſeruandus.*
61 *Venditionis tempus conſideratur ad colligendum læſionem.*
62 *Teſtibus peritis deponentibus de vero valore rerũ debet fides adhiberi, & nu 63.*
64 *Reus fauorabilior debet haberi in deciſione cauſæ, vt pronuncietur pro eo.*
65 *Peritia teſtis deponentis auget fidem illius.*
66 *Teſtis reddẽs meliorem rationem ſui dicti eſt præferendus.*
67 *Teſtium verba coadiuuanda ſunt, non calumnianda.*
68 *Iudex poteſt ſe ex officio informare de vero valore rerum cum læſione venditarum, & facere illas appretiari.*

P R O

Don Ioanne Hurtado de Mendoza, & Donna Maria de Cardenas Manrique Marchionibus de Cañete, & Ioſeph Pulido eorum fideiuſſore.

C V M

Ioanne Ortiz de Zarate, & Don Roderico de la Hoz.

A R G V M E N T V M.

Exceptiones legitimæ, & doli, & læſionis poſſũt opponi in via executiua, quàmuis agendo de nullitate contractus in iudicio ordinario fuiſſent deductæ, Et læſionem attẽdi in qualibet re de per ſe, quàmuis in venditione fuerint plures vnitæ.

CONSILIVM CLXXXI.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVàmuis pro parte dictorũ Marchionum, & fideiuſſoris fuerit per viam præuentionis intentatũ iudicium ordinarium antequàm cederet dies obligationis, vt declararetur nulla, partes aduerſæ tales dilationes interpoſuere, nè ad ſtatũ ſentẽtiæ perueniri poſſet, ſed exequi valerent vigore illius, nil obeſt, quin in iudicio executiuo poſſint excipiendo opponere, quod in
1 alio iudicio agendo oppoſuerant; † nàm licèt in
actore ſit controuerſum, ſi intentata via ordinaria ſibi præiudicet, vt nequeat viam executiuam
intentare, quæ aliàs ſibi competebat, in quo cõmuniter obſeruatur, quòd poſſit, refectis priùs
expenſis, vt per Rebuff. de liter. obligator. art.
6. gloſ. 3. nu. 7. Paz tom. 1 ſuæ praxis par. 5. cap. 2.
nu. 2. Caualc. deciſ. Fiuiz. 1. nu. 16. circa finem,
2 † Sed in reo eſt certum, quòd poteſt opponere
in vim exceptionis, quod per viam actionis poſſet, l. vendicantem ff. de euict. Igneus in l. 1. §. ſi
vir, aut vxor nu. 111. & in repet. l. contractus nu.
3 142. ff. ad Senat. Conſul. Syllan. † Nàm exceptio
fauorabilior eſt, & faciliùs competit, l. fauorabiliores ff. de regul. iur. Cagnol. & Decius in l. inuitus §. cui damus actionem eod. tit. l. iuris gentiũ
§. igitur nuda ff. de pact. Surd. de aliment. tit. 7.
q. 16. nu. 64. & q. 20. nu. 5. Et hoc in tantùm eſt
4 verũ, † quia cũ exceptiones procedãt ex naturali
æquitate, l. qui æquitate vbi gl. ff. de doli except.
l. pen ff. de conſt. pecun. l. ſi quis cùm aliter ff. de
verb. oblig Bar. in l. 1. ff. de vacat. muner. Azeued.
in rubr. tit. 5. lib. 4. recop. nu. 1. Rol. à Valle conſ.
35. nu. 54. lib. 2. Hippol. tit. de fideiuſſor. nu. 277.
bonus tex. in l. ſi tamèn §. in ædilitijs ff. de ædilit.
5 edicto, Rebuff. tit. de except. num. 502. † omnis
exceptio ſui natura poteſt dici fauorabilis, cap.
cùm inter de except. Paz in praxi tom. 1. temp. 5.
6 nu. 7. † Et ideò poſſunt multa deduci excipiendo, quæ non admitterentur agendo, vt Doctores
declarãt communitèr in d. l. inuitus §. cui damus,
7 Surd. d. q. 16. nu. 56. & ſeq. dicens, † quòd etiàm
ſublata actione non tollitur exceptio, l. ſed &
partus §. 1. ff. de eo, quod metus cauſa, Bart. in
8 l. 1. num. 2. ff. de except. † ſed in quantum exceptiones continent defenſionem, poſſunt perpetuò opponi, l. purè in fin. ff. de doli except. l. licèt C. de except. & ibi Gloſ. Aufrer. ad Capell.
Tholoſ. q. 448. nu. 2. Petr. Surd. d. q. 16. num. 58.
9 † & facit text. in l. in compenſationem 8. ff. de
compenſ. vbi debitum etiàm litigioſum poteſt
in alio iudicio in compenſationẽ deduci, inquit
enim text. *In compenſationem etiàm id deducitur,
quo nomine cum actore lis conteſtata eſt, nè diligentior quiſque deterioris conditionis habeatur, ſi compenſatio ei denegetur*, iuncta l. non ſolet 86. ff. de
regul. iur. quæ ait: *non ſolet deterior conditio fieri
eorum, qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent,
ſed plerunquè melior*; & ibi late Decius nu. 1. DD.
in l. 2. C. de annali except. & ita concludit Bald.
in lectura antiqua dictæ legis in compenſationẽ,
10 † quòd actio non præiudicat exceptioni, nec
per litis conteſtationem præcluditur via agenti,
quominùs poſſit poſteà in alio iudicio de eadem
re proponere exceptionem, vndè Afflict. deciſ.
11 Neapol. 354. num. 11. ait, † quòd exceptio litis
pendentiæ non excludit ſimiles exceptionẽs oppoſitis per gloſ. ſingularem in l. 1. verbo *iudicati*
circa finem C. de condict. indeb.
12 Nec obſtabit dicere, † quòd cùm actor inchoauit aliquod iudicium coram vno Iudice, nõ
poteſt variare intentando coram alio, l. vbi cœptum ff. de iudic. l. nulli C. eod. tit. Roman. conſ.
249. nu. 3. & ſeqq. Caualc. deciſ. Fiuiz. 1. num. 14.
& ſeqq. par. 1. Parlador. lib. 2. cap. fin. 5. par. §. 11.
nu. 19. Alex. conſ. 205. nu. 4. lib. 7. Auth. qui ſemel

C. quo;

13 C. quomodò, & quandò Iudex, † nàm hoc eſt
introductum in fauorem rei, & non debet retorqueri in eius damnum, l. quod fauore C. de legibus, Decius in d.l. non ſolet num. 1. ff. de regul. iur. Bart. in l. qui teſtamento 20. §. quæcunque num. 6. ff. de teſtam. l. plures 18. in fin. de fide inſtrument. vbi gloſ. vlt. Viglius in princ. Inſtit. de inoffic. teſtam. nu. 6. Rota deciſ. 10. de cauſ. poſſ. in nouis nu. 2.

14 † Præſertim, nàm cùm rei ſint magis fauorabiles in iure, Bald. in l. 1. §. editiones num. 19. ff. de edendo, & in l. in pecuniarijs nu. 16. ff. de ſer. in l. 2. §. ſi quis in iudicio nu. 5. ff. ſi quis caut. vt in regula fauorabiliores de regul. iur. in 6. & ibi Decius nu. 1. dicens, quòd reo plus fauetur, quàm
15 actori, † & ita reo permittitur vti pluribus defenſionibus, quod non eſt in actore, regula nullus pluribus 20. de reg. iur. in 6. Bald. nu. 11. in fin. in l. 1. C. de furtis, & ſeruo corrupto, Abbas in
16 cap. imputari nu. 5. de fide inſtrum. † Quàmuis tales defenſiones ſint diuerſæ, aut contrariæ per Boer. deciſ. 43. nu. 10. Barbat. conſ. 37. nu. 4. & 5. lib. 3. Franc. de Aretio conſ. 96. num. 1. & ſeqq. & eſt mirabilis l. nemo 43. ff. de regul. iur. quæ ait, *nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiàm alia defenſione vti*.

17 † Et quemadmodũ nec lis ordinariè intentata per Marchiones, nec illius litis pendẽtia in Conſilio impediuit, quin partes aduerſæ vtentes inſtrumento ad eorum fauorem ſtipulato non fecerint executionem, iuxta ea, quæ latè diſputat Azeuedo in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopilat. à num. 143. & ſeqq. ſimilitèr non ſunt excludendæ, aut impediendæ exceptiones legitimæ oppoſitæ per
18 Marchiones, & fideiuſſorem, † qui rei ſunt, nec debent eſſe inæqualis, ſed melioris conditionis, l. petendæ 6. C. de tempor. in integr. reſtitut. vbi ſunt multùm dignè ponderari illa verba: *quia nequaquàm ſteterat in ipſius poteſtate, quandò litigio pulſaretur*; ſicut non extitit in poteſtate Marchionũ impedire, nè fieret executio, non tamèn ex èo debent illis defenſiones negari; cùm lex eadem, quæ concedit inſtrumento aduerſus eos producto viam executiuam, iubeat admitti exe-
19 cutis ſuas legitimas exceptiones, † talitèr quòd poteſt dici, quòd actio, & exceptio currũt æqualitèr, & æquali gaudent priuilegio, vt in ſimili per l. ex his prædijs, vbi Salyc. C. de euiction. tradunt Brun. tit. de conſtitution. & decretis, verbo *executio* quæſt. 16. Aſin. in pract. cap. 9. §. 4. nu. 4. Fely. in cap. ex parte nu. 10. verſ. *decimò fallit* de offic. deleg. Cæſar Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ. 283. num. 7.

20 † Quod eſt magis certum, ſi animaduertatur, quòd diligentia facta à debitore praueniendo iuſtificationem exceptionum, quæ ſibi competunt aduerſus contractum, eſt permiſſa, vt reſoluit Auendaño tit. 4. *de las excepçiones* num. 50. & ex gloſ. in l. ſi contendat ff. de fideiuſſor. vbi DD. reſoluit Ant. Gomez tom. 3. variar. cap. 1. nu. 20. Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinam. Azeued.
21 in d. l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil. num. 143. † & non habet impedimentum, quòd reſpectu viæ executiuæ declaretur locum non habere pro omni quantitate contenta in inſtrumẽto, ſed pro parte reſeruato iure actori exequenti in iudicio ordinario, vt eſt admiſſum de ſtylo, & obſeruantia, gloſ. in l. 2. C. de ord. cognit. Bart. in l. 1. §. 6. & parut refert ff. quod vi, aut clam, Parlador. lib. 2. rerũ quotidianar. d. 5. par. §. 12. num. 4. Et hæc de Primo Articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd exceptiones oppoſitæ per dictos Marchiones, & fideiuſſorẽ ſint legitimæ, videtur clarum, ſiquidèm reſpectu iocalium, paramentorũ hyemalium, & aliarum rerum contentarum in inſtrumẽto, quæ eis venditæ fuerunt cum læſione enormiſſima propter neceſſitatem pecuniarum, quam tunc temporis habebant, & quia fuere cum illis mutuata ſeptem millia, & quingentum regalia nummum, conſequendo vice intereſſe plus tertiæ partis valoris dictarum rerum,
22 † videtur cõprobari ex diſpoſitione l. 29. tit. 4. lib. 3. recopil. quæ prohibet ſimiles contractus, & venditionem mercium factam ſimili forma perſonis in neceſſitate cõſtitutis, & tales contractus Hiſpano vocabulo appellantur *mohatras*, qui quã ſint illiciti, conſtat ex adductis per Michael. de Palatio lib. 4. de contractib. cap. 12. verſ. *supereſt*, Don Ioan Vela de delict. cap. fin. nu. 13. Lucium in ſumma cap. *de la Auariçia* pag. 169. Additio ad Bernardum Diaz in praxi crim. canon. cap. 88 lit. C. Eman Rodrig. in ſum. 2. par. cap. 85. num. 9. Nauar. conſ. 17. de vſur. nu. 1. & in man. confeſſ. c. 23. nu. 91. verſ. *ad nonò quæſitum*, Menoc. lib. 3.
23 præſumpt. 123. in fine, & † in Regno Neapolis eſt pragm. 1. de contractib. renouans pragm. aliàs editam, quòd contractus illiciti, vulgò dicti *dar le robbe à partito* nullo modo fiant, & facti pro nullis habeantur, impoſita pœna tàm cõtrahentibus, quàm Notarijs, & ibi D. Scipio Rouitus nu. 1. reſpondens legi ſi pro mutua C. ſi certum petatur, ait, quòd ille textus procedit, quandò in pretio rerum non interuenit læſio, authoritates verò prædictorum Doctorum procedunt, data læſione, & per Rodrig. lib. 1. de annuis *redditib.* quæſt. 13. nu. 19. & ſeqq.

Et ſimilitèr dicta lex regia ad nullitatem contractus ponderat, quòd res cariùs venditæ fue-
24 rint ei, qui emebat coactus neceſſitate, † quæ excludit libertatem arbitrij neceſſariam ad conſenſum in contractibus l. iuſiurandum ff. quarum rerum actio non detur, DD. communitèr in cap.
25 cùm locum de ſponſal. † & quandò contractus reprobatur à lege, ſufficit, vt non operetur iuris effectum, l. non dubium C. de legib. l. pacta, quæ contra C. de pact. l. de pupillo §. ſi quis fortè, ibi: *nullius momenti* ff. de oper. nou. nunciat. l. cũ hi §. ſi Prætor aditus ff. de tranſact. l. nemo ff. de legat. 1. l. filio præterito ff. de iniuſto, rupto, Ioan. Igneus in l. 3. verſ. *ſi quis codicillos* num. 13. ff. ad
26 Senat. Conſ. Syllan. † Imò nec obligatio naturalis ex eo naſcatur, ſed ſi quid virtute talis contractus reprobati, & nulli fuerit ſolutum, competit repetitio per condictionem indebiti, ex traditis per Couar. in cap. quàmuis pactum par. 2. §. 4. num. 5. & 6. de pact. lib. 6. Hieron. Magon. deciſ. Lucenſ. 13. nu. 10. & ſeq. Franc. Viuius dec. 369. nu. 10. D. Scipio Rouitus vbi proximè nu. 2.
27 † Et hoc non ſolùm procedit reſpectu princi-

palium

paſitum in obligatione, ſed reſpectu fideiuſſorũ, l.cùm lex 47. vbi gloſ.1. ff.de fideiuſſor.l.contra
28 legem ff.de legibus, † Nàm quandò contractus principalis non valet, obligationes, & acceſſiones eius annullantur, l.fin.ff.de conſtit.pecun.l.cùm principalis ff.de regul.iur.Suarez in l.poſt rem iudicatam nu.16. l.56. tit.5.par.5. Ripa in l.ita ſtipulatus nu.96.& ſeqq. ff.de verbor.oblig. Iaſ. in l.certi condictio §.ſi nummos nu.35.de cond, indeb. & in l.ſi ita ſtipulatus §.Chryſogonus nu. 48. ff.de verb.oblig. Azeued.in l.1.tit.2.lib.5.nu. 30. vndè Ioan. Igneus in l.1. §.ſi vir, aut vxor nu.
29 112. ff.ad Syllan. ait, † quòd contractus à lege prohibitus eſt nullus, & quicquid ſequitur ex eo, d.l. non dubium, l.ſi procurator ff. de doli except.

Quod eſt magis certum, conſiderato, quòd dolus dedit cauſam contractui, tàm quia dicti Ioannes Ortiz de Zarate, & illius conſors notitiam habuere, quòd illo tempore dictus Marchio erat in neceſſitate conſtitutus pro aliquibus ſuis
30 occurrentijs, † & vti eſt memorabilis traditio Anchar. in reg.peccatum nu.21. de reg.iur. in 6, vbi inquit l.2.C.de reſcind.vendit.& cap.cùm dilecti de empt.& vendit. quatenus non ſuccurrunt, niſi in læſione vltra dimidiam, procedere, quandò voluntariè contrahitur, diuerſum autèm fore in eo, qui ob neceſſitatem viliùs vendit, vel cariùs emit, vt tunc ob minoré læſionem ei ſuccurratur, & id non ſolùm quoàd forum canonicum comprobat Nauar in cap.nouit notab.6.nu. 92. ſed in foro contẽtioſo refert, & extollit Laurent.Calcan.conſ.27.ad finem, quorum meminit Pinell. in d.l.2. 2.par.cap.2.num.35. & ſi ipſe nu. ſeq, & cap.4. nu. 27. in contrariam inclinet ſententiam reſpectu fori contentioſi.

Cùm tamen dicti venditores in dolo fuerint verſati, faciendo appretiari dictas res pro libito eorum voluntatis, & ab Appretiatoribus ab eiſdẽ poſitis, & ſi confictum fuerit appretium factum de conſenſu partium, cùm ita non fuiſſet, ex quo colliguntur vrgẽtia indicia, & præſũptiones doli,
31 † quem certũ eſt poſſe indicijs probari, l.dolum 6. C.de dolo, l.ſi voluntate 8. C.de reſcind.vendit. Bald. in l.quæ fortuitis nu.21. C.de pignor.
32 actio.† & fraus colligitur tàm ex conſilio, quàm ex euentu, Angel.in l.iuris gentium §.ſed ſi fraudandi ff.de pact.Laderch.de Imola conſ.85.n.3.
33 † Iuris præſumit, quòd vbi adeſt enormis læſio, interuenit dolus, & fraus, l.ſi ſuperſtitis C.de dolo, cap.ſuper hoc de renunc. Bart.in l.vlt.ff.de Prætor.ſtipulat. plures alij, quos refert, & ſequitur Roman. conſ.68. nu.3. ex quo reſultat, quòd dictus contractus eſt nullus nec vigore illius habet locum via executiua, vt ea mediante lucrum
34 iniuſtum, ne dicam turpe conſequantur, † nàm quandò dolus dedit cauſam contractui, efficit eũ nullum, gloſ.in l.dolo C.de inutilib.ſtipular. l.& eleganter vbi Bart.& reliqui ff.de dolo, quo caſu ceſſat executio, Parlador.lib.2.rerum quotidian. cap.fin. 5.par.§.11,nu.41.ita intelligẽs l.2.tit.11. lib.5.recop.vbi Azeued. num.5. l.57.tit.5.par.5. Rebuff. tit.de liter.obligator.art.1 gloſ.9.nu.35.
35 † non enim debet quis lucrum conſequi ex ſuo dolo, vel culpa, l.nè ex dolo ff.de dolo, Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.9.num.67. Surd.de alim. tit.7. q.41. num.2. & dolus præfatus apparet ex correſpectiuitate mutuandi per interpoſitam perſonam dicto Marchioni 7500. regales, vt hac eſca emeret exceſſiuis pretijs dictas res, quod importat idem, ac ſi mutuum fuiſſet in inſtru-
36 mento contentum, † nàm actus dicuntur correſpectiui, quàdò vnus fit propter alium, & proptereà de illis iudicatur, quod de vno actu, l.ſi venteri §.1.ff.de priuileg.credit. l.lecta verſ.dicebam ff. ſi cert.petat. l.patres, & filij ff.de vulg. & pupill.ſubſt. l.cùm antiquitas C.de teſtam. Rota deciſ.491.nu.2.par.1.& deciſ.1160. nu 5. par.3. lib.3.diuerſ. Sacri Palatij, quia vt inquit Flamin.
37 Pariſ.de reſign.benefic.lib.14.q.0.nu.12. † correſpectiui actus dicuntur, quandò vnus propter alium fit, & de illo iudicatur tanquàm de vno, Soc. conſ.67.col.fin. nu.34. verſ.circa ſecundam lib.1. Paul. Æmil. deciſ.Rotæ 235. nu.1.par.1.&
38 deciſ.309.nu.2.par.2.† nàm actuũ vicinitas præſumptionẽ inducit contractus illiciti, l.poſt contractum vbi Bart.ff.de donat.l.5.§.conuentionales, ibi; *pendent ex negotio contracto*, l.Titia §.idẽ reſpondit ff.de verb.oblig. Brun.conſ.38.nu.13. Morot.reſp.38.nu.8. Ioan.Andr.Georg.allig.22. nu.6. Capoll.de ſimulat.contract. verſ. *præſumptiuè*, Caballin.milleloq.418.par.1.

Nec obſtabit dicere, quòd cùm fuiſſet intentatum criminale iudiciũ contra Ioannem Ortiz,
39 ſuper eo fuit abſolutus, † nàm intelligitur quòàd pœnas quas ratione illiciti cõtractus, vel vſurarij prætendebatur incurriſſe, & nõ quoàd materiam ciuilem, ſeù intereſſe partis læſa, l.1. C. quandò ciuilis actio præiudicet criminali, ibi; *nec ſi ciuiliter fuerit actum criminalem poſſe conſumi, & ſimiliter è contrario* iuncto verſ. *& ſuppreſſo*, Bald.in l.ſi quis ad ſe fundum nu.19.C.ad leg. Iuliam de vi publica, l.ſi in iudicio 23. ff. de except. rei iudic. vbi abſolutoria lata ſuper vſuris non parit exceptionem rei iudicatæ ſuper ſortẽ principali.
40 † Et ceſſat omnis difficultas, cùm concurrat etiàm læſio vltra dimidiam iuſti pretij, quæ eſt legitima exceptio, & admittitur in vijs executiuis contra quodcunque inſtrumentum guarentigium, in quo conſiderandum eſt, quòd non ſolùm ſufficit probare læſionem reſpectu omnium rerum inſimul, ſed etiàm cuiuſlibet ipſarum ſingulariter, & per ſe, nàm vt ait l.quod dicitur 86.
41 ff.de verb. oblig. † tot ſunt ſtipulationes, quot res, ita quandò quælibet res habet pretiũ diſtinctum, plures venditiones cenſentur, l.cùm eiuſdem ff.de ædilit.edict. l.ſi plura eod.tit. l.ſi duos l.ſi fundo ff.de euict. l.quòd ſæpè §.in ijs ff. de contrah. empt. l.in bello §.final. ff.de captiu. & poſtlimin.reuerſ. Azeued.in l.10.tit.11.lib.5. recopil. nu.3.& 4. vbi concludit, quòd in qualibet re eſt locus remedio læſionis vltra dimidiam ex Bal.conſ.91.in fin. lib.2.& Tiraquell.de retract. lignag.§.33.gloſ.1.nu.17.

Abſque eo, quòd conferat dicere ceſſare hoc, quandò non vendidiſſet res aliquas ſinè alijs,
42 † nàm vltra, quòd in hoc incumbit ei onus probandi ex regula l.2.ff.de probat.iuncta l.1.tit.14.
43 par.3. † nàm ipſemet leges declarãt, quòd dicta

præſum

præſumptio ſolommodò procedit, quandò ven-
duntur res eiuſdem generis, aut inſeparabiles, vel
quæ commodam diuiſionem non habebant, l.
plerunque 35. ff. de ædil. edict. quod non eſt in
noſtro caſu, in quo erant diuerſæ ſeparatæ, ac
diuerſi generis, l. cùm eiuſdem 34. l. ſi plures ff.
de ædil. edict. l. cùm in ea cauſa, l. ædiles §. cùm
enim, & ſeqq. eod. tit. l. ſi duos ff. de contrahend.
empt. l. ſi id, quod ff. de donat. inter vir. & vxor.
44 † Et ita remedium læſionis vltra dimidiam
admittitur nō ſolùm in contractibus bonæ fidei
vt eſt emptionis, & venditionis, §. actionum,
Inſtitut. de actionib. Gloſ. & DD. in l. 2. C. de re-
ſcind. vendit. vbi Meneſ. nu. 13. Ant. Gabr. concl.
1. de empt. & vendit. ſi in quantùmuis modica
ſumma læſio tranſcendat, vt concludunt idem
Meneſ. vbi proximè nu. 41. Couar. lib. 2. variar.
cap. 3. nu. 3. Ant. Gomez lib. 2. variar. cap. 2. nu. 22
Cagnol. in ead. l. 2. nu. 138. Pinell. 3. par. cap. 4. nu.
9. Morla in emporio iuris 1. par. tit. 9. q. 18. nu. 3.
& facit text. in l. hæc adiectio 194. ff. de verbor.
ſignific. Azeued. in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopilatio.
num. 18.
45 † Et ideò exceptio læſionis vltra dimidiam
admittitur contra inſtrumentum guarentigium,
ſi verificetur intra decem dies à lege præfixos, vt
reſoluit Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam.
quem refert, & ſequitur Azeuedo in l. 1. tit. 21.
lib. 4. recopil. nu. 158. & quàmuis Parlador. cap.
fin. 5. par. §. 11. nu. 42. contrariæ opinionis fuerit,
& illi acceſſerit Cæuall. tom. 2. q. 762. nu. 55. ſed
prior opinio certior eſt, & verior, receptamq;
46 melioribus fundamētis, † cùm iſta exceptio ha-
beat originem à iure naturali, nè quis cum aliena
iactura locupletetur, l. nàm hoc natura 14. ff. de
condict. indeb. gloſ. verb. *lucrum* in l. ſi quis man-
cipijs §. vlt. ff. de inſtitor. actio. text. vbi gloſ. in
cap. ſuam de pœnis, Chriſtoph. de Caſtelliono
conſ. 11. nu. 8. Rol. à Valle conſ. 22. nu. 18. Deciſio
Genuæ 179. nu. 10. Diuus Ambroſius lib. 3. offic.
cap. 4. dicens: *naturam violat, qui alteri nocet, &
alteri nocere, eſt alienum retinere, vel appetere*, &
ita Auēdaño in d. l. 4. tit. *de las excepçiones* nu. 48.
47 † cōcludit, quòd omnes exceptiones, quę oriun-
tur ex iure naturali, vtputa nè quis cum aliena
iactura locupletetur, & ſimiles veniunt admit-
tendæ, nec tolluntur ſtatuto omnes exceptiones
tollente, vt notat elegātèr Bald. in cap. à nobis de
except. Hyppol. in pract. crim. §. quoniàm, & idē
Cæuall. agnoſcens hanc veritatem limitat ſe nu.
59. quandò creditor, ad cuius inſtantiam facta
fuit exequutio, non probauit ea, quæ ſunt ne-
ceſſaria ad excluſionē læſionis probatæ per exe-
quutum, quia tunc poterit Iudex admittere ex-
ceptionem, aut pronūciare ſententiam addictio-
nis, ſeù *de remate* alternatiuè ſecundùm Azeued.
in d. l. 1. num. 159. decernere, quòd ſolummodò
fiat pro iuſto pretio rerum venditarū, reuocan-
do executionem in eo, quòd contineret læſionē,
& grauamen.
48 † Nec obſtabit dicere, quòd vbi exceptio op-
poſita in ſummario iudicio habet altam quæſtio-
nem, ſeù diſcuſſionem, reſeruatur iudicio ordi-
nario, l. ille, à quo §. ſi de teſtamento ff. ad Tre-
bellian. nàm ſectus eſt, ſi poſſit in eodem iudicio
ſummario expediri, vt reſoluit Laderch. de Imol.
conſ. 133. num. 17. quia vt reſoluit Azeued. d. nu.
49 159. † exceptio iſta moderatur exequutionem,
& poteſt liquidari intra decem dies legales, quod
importat idem, ac ſi in continenti probaretur, &
liquidaretur, l. ſi is, à quo vbi DD. ff. vt in poſſeſſ.
legator. Alex. conſ. 166. nu. 6. & 7. lib. 2. Aluiſ. ſing.
30. Beroius q. 131. nu. 2. Bart. in extrauag. ad re-
primendum, verbo *ſummariè* in tit. qui ſint re-
belles, Molina lib. 3. de primog. cap. 3. nu. 16. Me-
noch. lib. 2. de arbitr. caſu 17. & de recuper. poſſ.
remed. 1. nu. 240. & de retinen. remed. 3. nu. 674.
& ſeq. Alex. & cœteri in l. 4. §. condemnatum ff.
50 de re iudic. Crau. conſ. 104. nu. 10. † facit, quòd
ſtatutum reijciens exceptionē, non videtur reij-
cere, quam excipiens ſe offert in continenti pro-
baturum, Aretin. conſ. 75. in fin. Socc. ſen. conſ. 3.
ad finem lib. 1. Iaſ. in l. iuris gentium §. quod ferè
nu. 14. ff. de pact. Menoch. lib. 2. præſ. 47. nu. 2. Io-
ſeph Ludouic. plures referens d. deciſ. 24. nu. 5. 9.
& 10. dicens, quòd exceptiones, quæ in conti-
nenti poſſunt probari, videntur à principio in
eſſe, & eſſe probatæ.
51 † Quod iuſtificatur ex magno, & irreparabili
præiudicio, quod ſequeretur dictis Marchioni-
bus, ſi non admitteretur exceptio talitèr iuſtifi-
cata, & compellerentur ſoluere, quod nullatènus
valebant dicta bona, quo caſu admittitur in via
executiua exceptio requirens altiorem indaginē,
vt poſt Alexan. conſ. 17. lib. 1. reſoluit Ioan. Bapt.
Ferrett. conſ. 96. nu. 2. & corroborat ratio l. 3. ff.
52 de compenſat. † quòd intereſt noſtra potiùs nō
ſoluere, quàm ſolutum repetere, Soccin. iunior
conſ. 64. num. 1. & ſeqq. vol. 1. Azeued. conſ. 35.
num. 11.
53 † Et comprobatur magis, quia exceptio iſta
eſt modificatiua, & ideò fauorabilis, & quæ po-
teſt opponi etiàm contra ſententiam tranſactam
in rem iudicatam, l. Neſennius §. fin. vbi DD. ff.
de re iudic. Gloſ. & DD. præſertim Meneſ. nu. 36
in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Boer. deciſ. 43. nu.
13. & ſeqq. Bart. & alij in l. 3. ff. de except. Aze-
ued. conſ. 40. nu. 13. Rebuff. tract. de except. nu.
559. Bar. in l. Iulianus nu. 10. ff. de condict. indeb.
& per conſequens opponi exequutioni inſtru-
54 menti guarentigij, † cùm eius exequutio æqui-
paretur exequutioni ſententiæ, vt ex alijs reſoluit
Roman. conſ. 76. nu. 4. Bart. in l. cùm vnus in fine
principij ff. de bonis auth. iudic. poſſid. Maranta
diſput. 6. nu. 1.
Nec etiàm obſtabit dicere, quòd tantùm va-
let res, quantùm vendi poteſt, argum. l. ſi ſeruus
55 ff. de condict. furtiua, † quia intelligitur quoad
pretium, in quo communitèr poſſet vendi, l. ſi
ſeruum 33. ff. ad leg. Aquil. l. pretia rerum ff. ad l.
falcid. & quandò venditur perſonæ ſcienti valo-
rem rei, l. mortis cauſa capimus in fine. vbi gloſ.
ff. de donat. cauſa mortis, Rebuff. tit. de reſtitut.
contract. art. vnic. gloſ. 14. num. 3. Bald. ſingul. 51.
56 † At non conſtat, nec eſt probatum dictos, Mar-
chiones, aut eorum fideiuſſorem ſciuiſſe verum
valorem dictarum rerum, nec præſumitur, imò
ignoraſſe, argum. l. ſuper ſeruis C. qui militare
non poſſunt, cap. 1. iuncta gloſ. verbo *mortis*, de
his, quæ vi.

Nec

Nec etiàm obſtat dicere, quòd in lite proſe-
quuta via ordinaria ſuper nullitate, & læſione
dicti contractus coram Alcalde D. Ferdinando
Ramirez Fariñas fuere abſoluti Ioannes Ortiz, &
57 illius conſors à prætenſione Marchionũ; † nàm
vltra, quòd ſuper eo pendet appellatio in Conſi-
lio, & ita eſt ſententia abſolutoria in ſuſpenſo,
l.1.§.fin.ff.ad S.C.Turpill. ibi: *quia appellationis
remedio extinguitur pronunciatum*.l.6.tit.6.par.7.
Ripa in l.1.nu.7.& 10. ff.de re iudic.dicẽs quòd
appellatio inſpecto ſtatu præſẽti extinguit iudi-
catum, & reſpectu futuri euentus ſuſpendit tàm
quòad executionem, quàm quòad præſumptio-
nem, l.furti 6. verſ. *ſed ſi* ff.de his, qui notantur
infamia, Igneus l.neceſſarios §.non aliàs nu.43.&
ſeq.ff.ad S.C.Syllan. Roman.conſ.381.nu.2. De-
ciſio Genuæ 13. nu.33. facit l.creditor ff.mand.
quæ ait: *Creditor mandatorem conuenit, is condem-
natus prouocauit, quæſitum eſt, an manente appel-
latione debitor à creditore conueniri poſſet, reſpon-
di poſſe*, Bald. in l.tàm mandatori nu.28. C. de
58 non numer.pecun. & eſt ratio, quia magis præ-
ſumitur pro appellatione, quàm pro ſententia,
Ioan.Bapt.Ferrett.conſ.51.nu.23.

Et quia illius ſententiæ cauſa fuit ſecundum
quod potuit intelligi quandò fuit lis viſa, & rela-
59 ta, † non fuiſſe alternatiuè iudicium intentatũ,
vt venditio caſſaretur, aut ad iuſtum pretium
reduceretur, vt videtur, quod petendum erat ex
communi DD.in d.l.2.C.de reſcind.vendit.& in
cap.cùm dilecti de empt.& vend.tradit Rebuff.
tom.2.ad ll.Gallicas tit.de reſtitutionib.artic.5.
gloſ.1.nu.20.& tit.de reſciſſione contractuum
in præfat.nu.54.& in terminis l.1.tit.11.lib.5.re-
copilat. Azeued.ibi nu.24. quod emendatum eſt
in præſenti iudicio, in quo dicta exceptio oppo-
60 ſita eſt alternatiuè, † & cùm modus agendi, vel
excipiendi ſit obſeruandus in primis, l. habebat
in princ.ff.de inſtit.act. ſequitur, quòd qui ſuc-
cubuit ex vna qualitate, poteſt ex alia agere, &
obtinere, l.ſi mater §.ſi quis ff de except.rei iud.
Alciat.reſponſ.378.nu.2. & 3.& hæc de ſecundo
Articulo.

ARTICVLVS VLTIMVS.

61 † Quàmuis verum ſit, quòd reſpectu læſionis
vltra dimidiam conſideretur tempus venditio-
nis, l.2.& l.ſi voluntate C.de reſcind.vendit.cap.
cùm dilecti de empt. & vendit. l. ex mille §. fin.
ff.de euict. cap.dudùm de elect. l.56.tit.5.par.5.
vbi Gregor Lopez gloſ.4. Burg de Paz conſ.15.
nu.26. probatum eſt pro parte Marchionum te-
ſtibus ſcientibus valorem rerum prædictarum
de tempore venditionis, dictam adeſſe læſionẽ,
& quòd dictis rebus nullo modo ſunt vſi, nec il-
las deteriores redditas, ſed in eodem ſtatu, &
qualitate exiſtere, quo erant venditionis tempo-
62 re. † Et alijs teſtibus peritis deponentibus de
vero valore illarum, reddentibus rationem ſcien-
tiæ, tàm ex appretio, quàm notitia, quæ probatio
eſt concludens, & illi debet fides adhiberi ex tra-
ditis per Bart.in l.1.C.de diſcuſſorib. lib.10. vbi
Platea, idem Bart.in l.de ætate nu.6.ff.de minor.
Felyn.in cap.cùm cauſam nu.5.de teſtib.Menoc.
63 de adipiſc. poſſeſſ. remed.5.nu.165. † Et regu-
lariter peritis teſtificantibus de valore adhibetur
fides, Alex.conſ.117.nu.1.lib.2.Cæphal.conſ.28.
nu.51.& conſ.77.nu.23. Roman.conſ.551.nu.4.
Deciſ.Genuæ 106.nu 4. l.1.vbi DD.ff de ventre
inſpic. Rebuff.de reprobat.teſtium num.162.&
hoc procedit non ſolùm quandò adeſt ſola pro-
batio rei exequute, ſed quandò eſt probatio pro
64 actore exequente; † nàm reus tanquàm fauora-
bilior abſoluendus eſt in deciſione cauſæ, Boer.
conſ.30.num.7 & 8. Decius in d.l.fauorabiliores
ff.de regul.iuris num.4 Roland à Valle conſ.93.
nu.14.lib.4 nàm teſtes producti per Marchiones
65 potiori prerogatiua fruuntur, † vna peritię, qui-
bus magis ex eo creditur, l.ſemel C. de re milit.
lib.12. §. prætereà Inſtit. de rerum diuiſ. Boer.
66 vbi proximè nu.9. † Secunda, quia reddunt me-
liorem, & veriſimiliorem rationem ſuarum de-
poſitionum, vt poſt Pinell.in d.l.2. 3.par.cap.vlt.
nu.14.tradit Matienzo in d.l.1.tit.11.lib.5.reco-
pilat.nu.49.Petr.Bimius conſ.43.nu.40.lib.1.

Nec præiudicat, quòd aliqui ex teſtibus non
concludant de communi extimatione, cùm red-
dant rationem concludentem, quòd ſciunt tan-
quàm periti, res non valere plus, quàm ab eis ap-
pretiabantur, nàm hoc continet virtualem con-
cluſionem, quòd non valent plus, etiàm attenta
67 extimatione, cùm illorum verba debeant intel-
ligi coadiuuando, & nõ calumniando illa, vt plu-
res allegans tradit Roland.à Valle conſ.33.nu.12.
lib.2.Gratus reſp.41.nu.6.& 7.lib.2.

Præſertim, quia in hoc ſolet multotiès eſſe
cauſa imperitia Notariorum examinantium te-
68 ſtes, † quo caſu DD. aſſerunt, poſſe Iudicem ex
officio per inſpectionem oculorum, & adhibitis
expertis ſe informare de vero rerum valore, &
æſtimatione, etiàm attento tempore contractus,
vt ex l.fin.C.de iure dominij impetrãdo, & Me-
neſio in d.l.2.nu.72.Pinello 3.par.cap.fin.num.7.
15.& 41. concludit Azeued. in d.l.1.tit.11.lib.5.
nu.13.ad finem, & nu.14. Matienzo d.gloſ.2. nu.
19. & 20.

Et ita videtur, deberi annullari viam executi-
uam, & prouideri vt ſupra in fauorem Marchio-
num, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima filio debita non poteſt vinculari per patrem.*

2 *Legitimam poſſe vinculari de conſenſu filij, aliqui DD. tenuere.*

3 *Conſenſus filij ſuper vinculatione illius legitimæ emiſſus, & præſtitus metu reuerentiali propter eum, & læſionem reſcinditur.*

4 *Minor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſiuè ciuili, ſiuè criminali.*

5 *Curator ad litem debet dari minori litiganti etiàm inuito.*

6 *Iudicium factum cum minore indefenſo non præiudicat illi.*

7 *Minor dicitur indefenſus eò ipſo, quòd litigatum cum eo eſt abſque curatore.*

8 *Sententia lata contra minorem ſinè curatore producit effectum, etiàm non petita reſtitutione in integrum,*

10 *Nullitas poteſt opponi per minorem coram Iudice ſucceſſore illius, qui ſententiam protulit, & etiàm peti reſtitutio in integrum.*
11 *Nullitas, quæ apparet ex actis, dicitur notoria.*
12 *Notorium ſufficit, ſi allegetur.*
13 *Nullitas notoria diſputationem non patitur.*
14 *Nullitas conſtans ex actis opponi poteſt vſquè ad annos triginta.*
15 *Nullitas ſi tollatur à ſtatuto, non cenſetur tolli, quæ eſt euidens, aut conſtat ex actis, & nu. 16.*
17 *Nullitas euidens ex actis poteſt opponi contra tres ſententias conformes.*
18 *Nullitas conſtans ex actis impedit executionem trium ſententiarum.*
19 *Nullitas conſtans ex actis etiàm ſtante lege Caſtellæ opponi poteſt poſt ſexaginta dies in ea præfinitos.*
20 *Minor poteſt petere reſtitutionem in integrum cōtra lapſum dierum ſexaginta.*
21 *Exceptio innititur æquitati, & in caſu dubio eſt concedenda reſtitutio in integrum.*
22 *Reſtitutio in integrum poteſt cumulari cum remedio nullitatis.*
23 *Reſtitutio in integrum ſufficit ſi petatur intra quadriennium poſt impletam maiorem ætatem.*
24 *Quadriennium reſtitutionis in integrum currit à die ſcientiæ.*
25 *Reſtitutione in integrum pendente nil noui debet fieri.*
26 *Minor poteſt petere reſtitutionem in integrum coram Iudice à quo aduerſus omiſſam appellationem.*
27 *Præiudiciales articuli ſunt antè omnia decidendi.*
28 *Facultas vinculandi legitimam vnici filij ſolet negari parenti per Conſilium Cameræ Suæ Maieſtatis.*
29 *Principis ſtylus operatur idem, quod conſuetudo vniuerſalis populi.*
30 *Stylus Curiæ, & Cancellariæ Principis attendi debet, & obſeruari, & nu. 31.*

P R O

Domino Ioanne Hurtado de Mendoza Marchione de Cañete

CONTRA

Dominum Garſiam Hurtado de Mendoza filium eius primogenitum, & Petrum Melendez eius Curatorem.

A R G V M E N T V M.

Non poſſe grauamen vinculi, aut maioratus imponi ſuper legitima. Et qualitèr ſuccurratur filio, qui in minori ætate conſenſit grauamini.

CONSILIVM CLXXXII.

QVòd ſententia prolata per Licentiatum Criuede Vergara Locūtenētem Correctoris, ſeu Prætoris iſtius Villæ Matriti, qua pronunciauit, dictū Marchionem debere ſtare cuidam ſcripturæ per ipsū factæ, dùm eſſet in minori ætate conſtitutus, per quā aſſenſum præſtitit vinculo per Marchionem eius parentem facto non ſolùm de ipſius bonis, & legitima, verùm etiàm de bonis, & legitima D. Thereſiæ de Caſtro, & de la Cueua Marchioniſſæ de Cañete ſit nulla, & ſimilitèr decretum, quo dictus Iudex pronunciauit, tranſijſſe in rem iudicatam, ſequentibus apparebit.

1 † Primò, quia nō potuit vinculari dicto Marchioni ſua legitima, etiā paterna, vulgata l. quoniàm in prioribus C. de inoffic. teſtam. Roderic. Xuarez allegat. in materia maioratus nu. 10. & in d. l. quoniàm in prioribus ampl. 10. nu. 2. Angulo l. 11. meliorationum gloſ. 11. nu. 1. Molina lib. 2. de Hiſpan. primog. cap. 1. nu. 29. facit l. ſcimus §. cùm autèm C. de inoffic. teſtam. l. cùm patronus ff. de legat. 2. l. ſi libertus ff. de bon. libert. c. Raynuntius §. fin. verſ. *quia verò* de teſtam. iuncta l. 17. tit. 1. l. 11. tit. 4. par. 6. Burg. de Paz iun. quæſt. ciuili 1. nu. 7. Franc. Milan. deciſ. Sicil. 1. nu. 148. lib. 1. Schenar. conſ. 2. nu. 7.

2 † Et licèt plures adducti per Molin. d. lib. 2. cap. 3. nu. 7. & Burg. de Paz conſ. 14. num. 55. reſoluant, de conſenſu filij etiàm ſinè iuramento
3 poſſe legitimæ grauamen imponi, † reſcinditur talis conſenſus, ſi metu reuerentiali fuit præſtitus, & interuenit enormiſſima læſio, vt ex Franc. de Aretio conſ. 24. col. 2. Decio in cap. cauſam matrimonij nu. 5. de offic. deleg. Aymon conſ. 11. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap. 3. § 6. nu. 4. & in cap. quàmuis pactum 3. par. §. 4. nu. 7. *proſequitur* Molina vbi proximè nu. 9. 11. & ſeqq. dicens nu. 13. opus eſſe, quandò iuramentum interuenit relaxatione, quā habet conceſſam præfatus Marchio, & ſecundùm Molin. nu. 24. & ſeq. hæc magis procedunt, quandò filius, qui conſenſit, erat minor ætate; Rurſus, quia cùm reuocaſſet prædictum conſenſum, alia facta ſcriptura, & litigaretur pro parte dicti D. Garſiæ filij dicti Marchionis, & Petri Melendez curatoris eius, ſuper prætenſa validitate primæ ſcripturæ, & inualiditate ſæcundæ, non fuit datus curator dicto Marchioni tunc ætate minori, & ideò Iudicium conſiſte-
4 re nequiuit: † quia minor tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus ſiuè agat, ſiuè conueniatur, non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, l. minor ff. de procurator. l. 1. C. qui legitim. perſon. l. clarum, C. de author. præſtan. Anton. Trig. ſing. 9. n. 1. Marc. Ant. Eugen. conſ. 97. n. 36. lib. 1. Rota dec. 319. nu. 1. par. 2. Sacri Palatij, l. in vniuerſis C. qui dari tuto. poſſ. Bellamer. concl. 143. nu. 5. & 7. Afflict. deciſ. Neapol. 256. num. 2. & 3.
5 dicens, † quòd quandò nō tutor agit in iudicio contra pupillum maiorem infante, tunc datur per Iudicem curator ad litem, etiàm quòd ipſe pupillus nō petat, ſeruata tamèn forma l. 1. C. qui petant.

perant.tutores,aliàs proceſſus eſſet nullus ex de-
6 fectu perſonæ inhabilis, † pro quo eſt l. 4. C. ſi
aduerſ. rem iudic. dicens: *cùm & minores vos
eſſe affirmetis, & indefenſos, nullum vobis præiu-
dicium fieri Præſes Prouinciæ pro ſua grauitate
curabit*,vbi gloſ.verbo *nullum*,ait,quia non inter-
uenit curator, vel tutor, l.acta §.fin. ff. de re iu-
dic. dicens: *contra indefenſos minores tutorem,
vel curatorem non habentes, nulla ſententia profe-
renda eſt*, l.contra pupillum eodem titulo, & l.in
vniuerſis C. qui dari tutor. poſſunt, Auendaño
reſponſ. 4. num. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 283.
num. 4. Ioan.de Neuizan.conſ.17.num.70. Colle-
ctar. in cap.ex parte colum.& quæſt.vltim. de
confeſſ.Guid.Papæ quæſt.Dalphinatus 494. Ca-
pella Tholoſ.quæſt.113. Bellamera concluſ.182.
7 nu.2. † & minor,cum quo litigatum eſt ſinè cu-
ratore,eò ipsò dicitur indefenſus, d.l.4. C. ſi ad-
uerſus rem iudic. l.ſi curatorem habens §.ſi verò
8 C.de in integr. reſtitut. † imò cùm ſit nulla ſen-
tentia, nullumq; iudiciũ factum cum dicto Mar-
chione ſinè curatore, nullum potuit effectum
producere, l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.
9 Aymon Crauett. conſ.216. num.12. † ita vt non
ſit opus reſtitutione in integrum, l. in cauſæ 2.
10 ff. de minoribus, † quæ nullitas legitimè poteſt
opponi coram Iudice ordinario ſucceſſore eius,
qui ſententiam tulit, l.fin.C.de ſentent.quæ ſinè
certa quantit. l.1.C.de ſentent.& interloq.omn.
Iudic. l.ſi expreſſim ff.de appellat. l.4. vbi gloſ.
C.de accuſat. & in l.ſi vt proponis C.quomodò,
& quandò Iudex, Auendaño reſponſ.26. num.9.
& ſimilitèr reſtitutio in integrum poteſt peti co-
ram Iudice, qui ſententiam tulit,vel eius ſucceſ-
ſore, l.præfecti,& l.minor autèm ff.de minorib.
Flores de Mena lib.1.quæſt.5.nu.76.

Nec obſtabit dicere, quòd nullitas debet op-
poni intra ſexaginta dies, poſt quos non auditur
dicens de nullitate, iuxta l.2. tit.17.lib.4.recop.
11 † hoc enim non procedit in noſtro caſu, in quo
nullitas eſt euidens, & notoria ex eiſdem actis;
nàm notoria nullitas dicitur, quandò reſultat ex
ipſis actis,ſuper quibus fuit fundatum iudicium,
Alexand. conſ.59. num.19.lib.4. & ex l.ſi verò §.
qui pro rei vbi DD. ff.qui ſatiſd.cogant. cap.2.
de verbor.ſignific.in 6.cap.ſi fortè de elect. eod.
lib.Bart.in l.ſi conſtante 1.quæſt.princ. ff.ſolut.
matrim. Caballin.milleloq.478. Marcheſan.de
12 commiſſ. 2.par. cap.1.num.44. † & ſufficit no-
torij allegatio, Gratus reſponſ.83.nu.8. reſponſ.
13 90.nu.11. & reſponſ.112. num.30.vol.1. † quia
notoria nullitas diſputationem non patitur, Ce-
14 phal.conſ.202.num.16.tom.2. † Et ità nullitas,
quæ ex inſpectione actorum ſe prodit, vſquè ad
triginta annos eſt admittenda,Angel.in l.tale pa-
ctum §. qui prouocauit ff.de pactis, Anton. de
Butrio in cap. cùm Bertholdus fol. penult. verſ.
quintus caſus de ſentent.& re iudic.Didac.Perez
in l.2. tit.15.lib.3.ordinam. Gomez de Leon al-
legat.6.num.2.

15 † Facit Iacob.Mandell. conſ.70.num.13.lib.1.
dicens, quòd ſi nullitas tollatur à ſtatuto, non
comprehenditur nullitas euidens ex Alex. conſ.
106. col.fin. vol.3. Celſus Hugo conſ.48.num.8.
Marinus Freccia de præſent.inſtrum. 9.par, q.7.
nu.11.12.& 22.Achilles de Graſſis deciſ.6.nu.3.
16 de conſtit. † nec quæ ex actis reſultat, Alexan.
conſ.186. nu.3. lib.2.& conſ.77.nu.19.lib.3. Cal-
17 derin.conſ.8.de iudic. † Et ità poteſt talis nulli-
litas opponi etiàm contra tres ſententias confor-
mes, ſecundùm Felyn. in cap.de cætero num.4.
de re iudic. Couar.in pract cap.25.nu.2. Meſſia
ad l. Toleti 2.par. fundam.1.nu.26.& 27. & alijs
Azeued.conſ.19.num.23.& conſ.23.nu.29.Alex.
conſ.77.nu.11.lib.2.& conſ.82.num.9 lib.5. Me-
noc.conſ.110.nu.72.lib.2.Fely.in c.cùm dilectus
nu.14.de calumniator.Aretin.conſ.76.Abb.conſ.
55. nu.2.lib.2. conſ.88.lib.4.conſ.36.lib.5. conſ.
62.& 137.eod.lib.Oſaſc.deciſ.Pedemon.142.nu.
18 33.Afflict.deciſ.283.vbi Cæſar Vrſill.nu.1. † ità
vt impediatur executio, Oldrad.conſ.106. Alex.
d.conſ.77.nu.15.& in l.4. §.condemnatum nu.7.
vbi Ripa nu.17. ff.de re iudic. Ruyn. conſ.131.
vol.4. Hieron.Gabr.conſ.49.nu.8.vol.1. Gomez
19 de Leon allegat.6. num. 3. † Quarè nullitas no-
toria ex actis poteſt opponi poſt tranſcurſum
dictorum ſexaginta dierum, ita ex Baldo in l.1.
nu.2.C.nè liceat tertio prouocare,& in cap.1.de
ſent.& re iudic. Imola,& Angel.in l.ſi expreſſim
ff. de appell. Ang. in l.tale §.qui prouocauit ff.de
pact.& DD.communitèr in d.l.4.§.condemnatũ,
reſoluunt Auend.reſponſ.26.nu.8.& tract.de ſe-
cunda ſupplicat.nu.4.& 5.& de ſecundo decre-
to nu.16.Gomez de Leon d.allег.6.nu.2.Didac.
Perez in l.2.tit.5.lib.3.ordin.gloſ.1 Otalora de
nobil.3.par. c.5.nu.3. Mexia ad l.Toleti in reſp.
ad ſecundum fundamentũ 1.par.nu.35. Azeued.
in d.l.2.tit.17.lib.4.recop.num.30.& ſeq. dicens
20 nu. 50. † quòd ſi ſit minor poteſt petere reſti-
tutionem in integrum contra lapſum ſexaginta
dierum,Ioan.Gutier.lib.3.pract q.37.nu.16.etiã
contra alium minorẽ, cùm dictus Marchio agat,
certetq; de damno vitando, & filius eius de ca-
ptando lucro, l.verùm §.vlt. ff.de minor. Cyn.&
alij in auth.quas actiones C.de ſacroſ.Eccle. Ro-
man.conſ.166.nu.14.Menoch.de præſumpt. lib.
4. præſ.189.nu.124. Sfortia de reſtitut.in integr.
q.16.art.4.nu.33. Marcheſan.de commiſſ. 2.par.
21 c.4. nu.26. † Et etiàm in caſu dubio amplecten-
da eſt opinio, quæ habet, quòd exceptio admit-
tatur,& detur reſtitutio in integrum,cùm ea ni-
tatur æquitate, l.1.ff.de minor. l.deniquè,& l.nec
vtilem ff.ex quib.cauſ.maior.Crau.conſ.205.nu.
37.Rol.à Valle conſ.68.in fin.lib.3. Marc.Anton.
Eug.conſ.95.nu.35.lib.1.Vldaric. Zaſius conſ.10.
nu.66.lib.2. Hippol.Rimin. in l.1.nu.49. ff.quod
22 quiſque iuris, † etiàm ſi cumuletur cum nulli-
tate,quia ſimul poſſunt in iudicio intentari,cap.
conſtitutus de in integr.reſtit.Guido Papæ ſing.
23 220.& q.Dalphinatus 243. † & opponatur intra
quadriennium, poſtquàm impleuit 25.annum, l.
fin. C.de tempor.in integr.reſt.l.47.tit.13.par.5.
24 † & huiuſmodi remedium eſt in tantum fauo-
rabile,quòd quadriennium currit à die ſcientiæ,
Bald.in l.falſa nu.3.C.ſi ex falſ.inſtrum Socc.iun.
communem dicens conſ.128.nu.16.& ſeqq.lib.1.
Balb.de præſcript.2.par.6.part.princ.caſu 22. in
fin. Marc.Ant.Eug.conſ.25.nu.69.tom.1.Beroius
25 q.81.nu.5. † Et hoc remedio intẽtato nihil noui
poteſt fieri, rubr. & toto tit. C.vt in integr. re-

ſtitut.pend.Puteus lib.2.deciſ.456.nu.1. Roder.
Xuar. in l. 1. tit. *de los emplazamientos* quæſt. 4.
num.3. Petr. Beninten.deciſ.85.num.14. Auend.
in l.4. tit.*de las excepçiones* num.45. Flores de
Mena lib.1. quæſt.5.§.3. num.31. Cæball.tom.3.
quæſt.830.nu.27.& ſeqq.

Et eadem reſtitutio in integrum competit
dicto Marchioni aduerſus omiſſam appellatio-
26 nem, † quæ à Iudice à quo eſt concedenda,
cùm ab eo procedat læſio, corã quo erat appel-
landum, Bart. Bald. & alij in l. præſes C.de appell.
quos ſequitur Carol.Ruyn. conſ.119.nu.17. vol.
5. Aufrer. ad Capell. Tholoſan. quæſt. 392. vbi
minor, qui non ſe præſentauit coram Iudice
ad quem, debet coram Iudice à quo reſtitutio-
nem petere, Præpoſit. & alij in cap. ex ratione
de appell. Rebuff. tom.2. tract. de reſtitut. in præ-
fat. num.17.

27 † Et cùm tàm articulus nullitatis, quàm reſti-
tutionis in integrum deducti per dictum Mar-
chionem ſint præiudiciales, debent antè omnia
decidi, Aymon conſ.79.nu.7.& ex l.2.C.de ord.
iudic. Alciat. reſponſ.246.nu.5. Cæſar de Graſſ.
deciſ.101.nu.10.

Et iſta eò maximè ſunt dicenda, quia dictus
Marchio petijt in Conſilio Cameræ facultatem,
& licentiam ad vinculandum prædicta bona,
28 & fuit ipſi negata quantùm ad materna, imò
parenti vnicum filium habenti regularitèr de
ſtylo, & obſeruantia negatur talis facultas, quod
eſt magnæ conſiderationis, Felyn. in cap. ſuper
literis num. 7. verſ. *prima eſt regula* de reſcript.
vbi ad cognoſcendum, quæ ſunt illæ, quibus ex-
preſſis Papa fortè gratiam non concederet, at-
tenditur communis ſtylus Principis, vel curſus
Cancellariæ, & attenditur probabilis coniectura,
29 vel communis vſus aliarum literarum, † quod
in tantùm eſt verum, quòd ſtylus Principis idem
operatur, quod conſuetudo vniuerſalis populi,
Boerius conſ.8. num.10. facit cap. ex literis de
conſtitut. Rebuff. tomo 1. commentar. ad leges
Gallicas tract. de euocationib. in præfat. quæſt.3.
30 num.1. † Et ſimilitèr eius Curiæ conſuetudo, &
ſtylus debet obſeruari, Bart. in authent. offera-
tur colum.1.C.de litis conteſtat. Michael Vlcur.
in l. ſi finita §. Iulianus num.61. ff. de damno in-
fecto, Ioſeph Cumia in Ritus Magnæ Curiæ Vi-
cariæ Regni Siciliæ in proœmio num.22. Carau.
ſuper ritu 72. num. 9. & ritu 79. à num. 12. &
ſequentib. & Cauenſ. ritu 1. num.8 & alij, Me-
31 noch.conſ.287.num.27.lib.3. † dicens, quòd ſty-
lus Curiæ, & Cancellariæ Regiæ attendi, & ob-
ſeruari debet ex Afflict. deciſ.79. in fine, & deciſ.
253.nu.4. Pariſ. conſ.27.nu.30.lib.3. Curt. iunior
conſ.162.num.2.

Ex his omnibus cenſeo, ſententiam, & decre-
tum, quod Iudex pronunciauit tranſiſſe in rem
iudicatam eſſe nullam, & competere aduerſus
ea omnia dicto Marchioni reſtitutionem in in-
tegrum, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſolutionis opponi poteſt, non obſtante tranſcurſu temporis.*
2 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poteſt retractari, vbi æquitas ſuadet, & apparet erronea.*
3 *Sententia poteſt retractari, ſi apparet ex actis, rem alitèr ſe habere.*
4 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, quæ requirantur identitates.*
5 *Res alia incipit eſſe litis commutatione.*
6 *Exceptio rei iudicatæ ceſſat, quandò de nouo aliquid deducitur in iudicio.*
7 *Reſtitutio in integrum quandò detur contra ſententiam ex ſcripturis de nouo repertis.*
8 *Solutio coniecturis probatur.*
9 *Comparatio literarum inducit ſemiplenam probationem.*
10 *Iuramentum poteſt deferri in ſupplementum probationis.*
11 *Comparatio ob ſimilitudinem literarum in apocis eſt multùm conſiderabilis, & quarè.*
12 *Confeſſio extraiudicialis corroborat fidem comparationis.*
13 *Confeſſio extraiudicialis inducit ſemiplenam probationem.*
14 *Confeſſio extraiudicialis, quæ tendit ad liberandũ, valet etiàm parte abſente.*
15 *Confeſſio extraiudicialis cenſetur voluntariè emiſſa.*
16 *Confeſſio extraiudicialis, quæ iuuatur veriſimilibus coniecturis, aut alia ſemiplena, probat in ciuilibus.*
17 *Comparatio literarum cum vno teſte, qui vidit, apocam ſcribi, aut ſubſcribi, facit plenam probationem.*
18 *Subſcriptio ſi probetur duobus teſtibus, nõ eſt opus comparatione.*
19 *Credendum magis eſt aſſertioni Marchionis, aut Canonici, quàm homini vulgari fabro lignario.*
20 *Reus in exceptione dicitur actor.*
21 *Petens quod reſtituturus eſt verſatur in dolo.*
22 *Exceptio ne bis idem exigatur prouenit à iure naturæ.*
23 *Locupletari eum aliena iactura eſt contra ius naturæ.*
24 *Exceptio proueniens à iure naturæ admitti debet, etiàm ſi ſtatutum reyciat exceptiones, & numer. 27.*
25 *Fortunas alienas appetens debet extirpari.*
26 *Detrahere alterum alteri, & eum alterius incommodo augeri eſt magis contra naturam, quàm mors.*
28 *Exceptiones procedunt ex æquitate.*
29 *Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.*
30 *Improbus eſt, qui vult iterùm conſequi, quod accepit.*
31 *Solutionis exceptio probata impedit executionem ſententiæ.*
32 *Statutum ſi non admittat exceptiones, non excluditur ſolutionis exceptio.*
33 *Iura non fauent illis, qui ſoliciti ſunt de præda.*
34 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*

35 *Com-*

35 *Compenſatio admittitur de liquido ad liquidum.*
36 *Compenſatio aliquando fit ipſo iure.*
37 *Intereſt noſtra potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere.*
38 *Compenſationis exceptio habet locum contra viã exequutiuam.*
39 *Via executiua licèt ſit virtute ſententiæ tranſacta in rem iudicatam, admittitur compenſatio.*
40 *Iudicium qui diſtulit mouere in vita eorum, qui ſciebant ſolutiones factas, habet contra ſe præſũptionem malitiæ.*
41 *Exceptiones reiectæ per ſententiam latam, non obſtantibus illis an poſſint in executione opponi, & num. 42.*
43 *Exceptio, quæ non debuit admitti, ſi admittatur, & probetur, valet, ac aduerſario nocet.*
44 *Sententia producit actionem iudicati in factum.*
45 *Exceptio, quæ non tollit ſententiam, ſed modificat illius executionem, poteſt opponi.*
46 *Executionem quæ reſpiciunt poſſunt declarari in iudicio illius.*
47 *Debitum ſolutum oſtendendo defendi quis poteſt in via executiua.*
48 *Debitum ſibi ſolutum iterùm petens falsò agit, & crimine ſtellionatus tenetur.*
49 *Exceptio pretij ſoluti poteſt opponi contra arreſtum Senatus.*
50 *Exceptio ſolutionis, de qua non fuit plenè cognitũ in primo iudicio, poteſt in executiuo iuſtificari ad moderandam executionem.*
51 *Agendi modus in primis attendendus eſt.*
52 *Succumbens ex vna qualitate poteſt agere ex alia.*
53 *Exceptionem rei iudicatæ non obſtare in dubio eſt iudicandum.*
54 *Exceptio rei iudicatæ ceſſat ex cauſa ſuperueniẽti.*

P R O

Domino Don Ioanne Hurtado de Mendoza Marchione de Cañete herede cum beneficio inuentarij Marchionis Don Garziæ de Men oza ſui patris

C V M

Gregorio de Burgos fabro lignario Villæ Madriti.

A R G V M E N T V M.

Exceptio ſolutionum apparentium ex apocis legitimè comprobatis poteſt opponi in iudicio executiuo, licèt in ordinario, in quo non fuerant comprobatæ, admiſſæ non fuiſſent. Et de vi confeſſionis extraiudicialis, ac fauore exceptionis, nè bis idem exigatur.

CONSILIVM CLXXXIII.

SVpponitur in facto, quòd dictus Gregorius de Burgos fecit quaſdã portas, & feneſtras pro domibus, quas in Villa Madriti fabricari fecit dictus Marchio D. Garzias de Mẽdoza, quarum pretium erat appretiandum per Expertos, & in computũ illius factę fuerunt illi diuerſæ ſolutiones, & cùm ſuper eo verteretur lis coram vno ex Alcaldis domus, & Curiæ Regiæ, à decreto per eum lato appellauit ad Supremũ Regium Conſilium, per quod prouiſũ fuit, apocas recognitas per dictũ Gregorium de Burgos debere excomputari à pretio taxato, non verò alijs duabus apocis negatis per eum, & cũ in iudicio executiuo intentato contra dictum Marchionem eas comprobauerit, prætendit debere etiàm illas excomputari, pro cuius elucidatione ponderaui ſequentia.

1 † Primò, quia negari non põt dicto Marchioni probatio ſatisfactionis dicti prætenſi debiti, non obſtãte tranſcurſu tẽporis, iuxta l. aſſeueratio C. de non num. pecun. vbi dicitur, quòd aſſeueratio contendentis debitũ ſolutum tẽporis diuturnitate nõ excluditur, l. purè §. fin. ff. de doli except. l. 1. C. de re iud. quæ ait, *rebus iudicatis ſtandũ eſt, ſed ſi probare poteris eum, cui condemnatus es, id, quod furto amiſiſſe videbatur recepiſſe, aduerſus iudicati agentem doli exceptione oppoſita tueri te potes.*

2 † Nàm ſentẽtia etiã, quę in rem iudicatã tranſiuit, poterit retractari, ſi æquitas ſuadeat, & probetur erronea, vt cõſtat ex latè adductis per And. Barbat. conſ. 18. à n. 2. lib. 1. & conſ. 1. n. 9. & ſeqq. lib. 2. Guid. Pap. cõſ. 174. n. 4. & ſing. 607. & queſt. Senat. Dalphin. 215. nu. 8. & q. 365. M. Ant. Natta conſ. 524. nu. 18. & conſ. ſeq. nu. 38. Carol. Ruyn. conſ. 49. num. 1. lib. 5. Ioan. Petr. Surd. conſ. 492. nu. 4. vol. 4. Franc. Burſat. conſ. 99. nu. 27. lib. 1.

3 † Vel quandò conſtat ex actis rem aliter ſe habere, vt per Barbat. d. conſ. 1. nu. 4. Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. 5. nu. 46. Ioan. Cæphal. conſ. 442. nu. 46. & ſeqq.

Dictus autèm Marchio in termino decem dierum oppoſitionis probauit pluribus teſtibus, dictum Gregorium de Burgos cùm extraiudicialitèr illi fuiſſent oſtenſæ præfatæ ſchedulæ (quas poſteà negauit) dixiſſe illarum ſubſcriptionem eſſe propriam illius, ſuaque manu factã, & vltra hoc comprobatæ ſunt per comparationem ad alias, imò & teſtibus, quos ipſe rogauit, quod illas ſcriberent, vt ipſe ſubſcriberet, vt fecit, demùmque ex quodam memoriali per Canonicũ Matute, virum integerrimæ vitæ, & notæ fidei, ac veritatis, qui inter alias ſummas à ſe perſolutas in fabricatione dictarum domorum de ordine Marchionis aſſerit, ſoluiſſe dicto Gregorio de Burgos dictas duas partitas.

4 Quarè cũ ad hoc vt obſtet rei iudicatæ exceptio requiratur, quod ſit idẽ corpus, idẽ ius, eadẽ cauſa petẽdi, aliàs nõ obſtat, Veral. dec. Rotæ 93. p. 2. Hieron. Magon. deciſ. 34. Rotæ Florent. tex. in l. Aurelius 19. §. quidam, vbi gloſ. ff. de liber. legat.

5 Decius conſ. 464. † quia litis commutatione alia res eſſe incipit, l. cùm quæritur cum ſeqq. ff. de

excepi.rei indic.l.nequè C.ad exhibend. Guido
Papæ ſing.740 Pileus q.59. in princ. Matheſil.in
l.1.nu.2.per tex.ibi C ſi ex falſ.inſtrum. dicens,
6 † exceptioni rei iudicatæ locum non eſſe,quan-
do de nouo aliquid in iudicio deducitur, & ex
iſta ratione elicèt ſit iuris regula,quòd ſententia
tranſacta in rem iudicatam non retractatur ex
inſtrumentis de nouo repertis l.ſub ſpecie C.de
re iudic.l.Imperatores ff.eod. l.cùm de hoc 27.
7 ff.de except.rei iudic. ſed hoc limitatur, † nàm
quilibet particularis etſi ſit maior 25.annis, po-
teſt ex clauſula generali petere reſtitutionem in
integrum contra ſententiā ratione ſcripturæ de
nouo repertæ,probando,ſeceſſe omnem diligen-
tiam ad inueniendum eam, & non potuiſſe, nec
ſtetiſſe per eum, nàm producendo ſcripturam,
ſuccurritur ei ex dicta clauſula generali *ſi qua
mihi iuſta cauſa,* de qua in l.1. ff. ex quibus cauſ.
maior vt docet pulchre Bar.in l vnic.nu.4.C.de
ſent.adi erſ.fiſc. latis lib.10. vbi Platea nu.1. Re-
buff. col.1. Paul.in d l.ſub ſpecie col.2. verſ. *aut
non fuit*,& eſt communis,teſte Iaſ.in d.l.Impera-
tores nu.6. Socc.reg.361.fallent.9. Felyn.in cap.
ſuborta nu.15.de re iudic.Ant.Gabr.lib.2.tit.de
in integr. reſtit. concluſ 2. Cæuall.quæſt.542. &
tom. 3.quæſt.838.à nu 8.

Et confirmatur,nàm dicta ſolutio eſt probata
8 ſufficientèr dictis modis. † cùm quia ſolutio va-
let probari coniecturis, Calcan.conſ.22.col.1.&
2. Maſcar.concl.1324.nu.26.& præſumitur,quā-
dò creditor erat perſona cauta, & debitor talis,
qui facilè ſolueret æs alienum, Rimin. iun. conſ.
407 nu.12.Bertazzol.conſ.118.nu.13.
9 † Et quia ſola comparatio literarum ſemiple-
nam probationē inducit, gloſ.in l.admonendi ff.
de iure iur. & in l.bonæ fidei C.eod.tit. quā ce-
lebrant Bertrand. conſ.152.nu.12.vol.6. Burſat.
conſ.123 nu.21.lib.1.Ioan.Bapt.Ferret.conſ.374
nu.1.Rol à Valle conſ.26.nu.12.lib.1. poſt quem
10 inquit Burſat.nu.22. poſſe † iuramento ſupple-
tiuo plenam probationē fieri; imò Menoc. lib.2.
11 de arbitr.Iudic. caſu 114.nu.32.ait, † quòd cō-
paratio ob ſimilitudinē omnimodam fidē facit,
quia vt inquit Aluar.Valaſc. conſult.67.nu.4. cū
rarò vocentur teſtes ad videndū priuatas ſche-
dulas ſcribi,ne pereat iuſtitia partium,praxis ad-
mittit teſtes deponētes illam eſſe literam illius,
quia viderunt eum ſæpiſſimè ſcribere, & quia
habent notam eius literam,& characteres.
12 † Et ſi cū comparatione iungatur cōfeſſio ex-
traiudicialis de recepto, & agnitio ſchedularum,
quæ magnam præſumptionē habet,poteſt Iudex
induci ad credendum,Deciſ.Genuæ 195.num.7.
13 † nàm talis confeſſio etiā abſente parte facit aliā
ſemiplenam probationē, Marant.in ſpec. Iudic.
6.par. tract.de confeſſ. nu.2. Deciſ.Genuæ 199.
nu.5.Cæſar de Vrſill.in addit.ad Affl. dec.Neap.
164.nu.5.& deciſ.375.nu.5.& 6. Oſaſc. deciſ.96.
nu.4.Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.82.Franc.Marc.
q.430.nu.5. Affl.deciſ.12.Scribentes cōmunitèr
in l.admonendi ff.de iureiur.Affl dec.Neap.337
14 nu.6.& 364. nu.4. † Imò quandò tendit ad libe-
randū etiam parte abſente plenè probare ſundat
latè Hieron. à Laurent. deciſ. Rotæ Auenion.62.
Papon. lib.10. tit.5. arreſt.4. Hippol. ſingul.202.
15 † quia confeſſio extraiudicialis cenſetur volun-
taria, Ægid.Bellam.concl.694. & ſi iuuetur alijs
veriſimilibus coniecturis,plenè probat,plenamq;
16 fidē facit Capyc.dec.179. † coniunguntur enim
dictæ ſemiplenæ probationes ad faciendā plenā
in ciuilibus,Paul.Caſt.conſ.41.n.38.par.3.Caph.
conſ.152 nu.8.& conſ.225.nu.10.tom.2. M.Ant.
Eug. conſ.44.nu.37.& ſeq.lib.1. Aym.conſ.275.
nu.11. Affl. deciſ.12.nu.3. Minad.deciſ.43.nu.7.
Verall.deciſ.300.par.3. Deciſ.Genuæ 119. nu.6.
17 † Sicut comparatio literarū vnà cum teſte, qui
vidit apocā ſubſcribi, plenam probationē facit,
vt poſt DD. in d.l. admonendi tradit Salyc. in l.
comparationes C. de fide inſtru. Alex. conſ.139.
col.4. lib.6.& conſ.58.in cauſa mota nu.1.vol.7.
18 Abb.in c.2.col.2.de fide inſtrum. † nàm ſi pluſ-
quam vno teſte probaretur, partē, quæ ſubſcri-
ptionem negauit,ipſam feciſſe,nō eſſet opus cō-
paratione, Alex. conſ.181.nu.2.lib.2. ſed veniret
condemnandus iuxta diſpoſitionem Auth.cōtra
qui C.de non num.pecun.quæ ait: *qui propriam
ſcripturam,qua conuenitur abnegat, vel numeratio-
nem inficiatur conuictus, in duplum condemnetur.*
Bal.in l.comparationes nu.11.C.de fide inſtrum.
Gregor.Lop.in l.8.tit.7.par.3 gloſ.6.

Quod eò magis dicendū venit,cū dictus Gre-
gorius de Burgos etiàm ſit de periurio probroſo
conuictus,negauit enim cum iuramento aliā apo-
cam centum ducatorum, & cùm pro parte dicti
Marchionis eſſet probata eius ſolutio, Regium
Conſilium iuſſit,eam in crediti ſortē computare,
è contrario autèm dictus Marchio D.Garzias de
Mendoza, & Canonicus Matute,cuius interuen-
tu,& opera ſolutiones fecit dicto Gregorio de
Burgos erant viri integerrimi, & veritatis indu-
19 biæ, † quibus potiùs credendum eſt ex traditis
per Decium in l.edita nu.11.C.de edend.& Aul.
Gell.lib.14.noct.attic. cap.12. vbi ex Philoſopho
Phauorino de officio Iudicis diſputāte reſponſū
refert huius ſententiæ: *In hac autē cauſa, de qua
tu ambigis,optimus eſt, qui petit; vnde petitur, de-
terrimus,& res eſt inter duos acta ſinè teſtibus. Eas
igitur,& credas ei, qui petit. condemneſq; eum, de
quo petitur, quoniā ſicuti dicis, duo pares non ſunt,
& qui petit, melior eſt.* In noſtro autē caſu dictus
20 Marchio † etſi excipiat actor habetur petendo
debere ſibi accepto ferri dictas apocas, arg. l.1.
ff.de except. atq; ideò venit potiùs ei credendū,
21 vt repellatur dictus Burgos, † qui in dolo eſt
petens, quod eſſet reſtituturus, l.fin.vbi DD.C.de
edict. Diui Adr.toll. l.ſi idem ff.de iudic.Abb.&
alij in c.ex literis de reſt.ſpol.Burg.de Paz conſ.
39.nu.4.optimè Paul.Caſtr.conſ.302.ego Paulus
par.2.Blanc.de compromiſſ.tract.de except.im-
pedien.litis ingreſſ.q.4.nu.13.vndè Auend.in tit.
22 *de las excepçiones* nu. 48. ait, † quòd omnis ex-
ceptio,quæ oritur de iure naturali,vtputa nè bis
idē exigatur,l.vt tantū 14. ff.de ſeruo corrupto,
l.apud Celſū 5. ff.de doli mali,& met.excep.l.cū
is 44 ff.de pet.hæred.l.Iulianus 17.ff.de reiuend.
23 Laur.Sylu.conſ.18.nu.4.† & nè quis cū aliena ia-
ctura fiat locupletior,l.nā hoc natura ff.de cond.
indeb.gloſ.verbo *lucrum* in l.ſi quis mancipijs §.
vlt.ff.de inſtit.actio. Goffred.q.37.nu.21. Chri-
ſtoph.de Caſtellio.conſ.12.nu.8.Rol.à Vall.conſ.
22.nu.13.vol.2. Ægid.Thomat. tract.de collect.
24 §.non obſtante nu.6. † poſſunt opponi etiàm ſi
gene-

Digitized by Google

25 generalitèr eſſent exceptiones excluſæ, † ſemen
enim alienas appetédi fortunas extirpari debet,
l.2. C.de petit.bonor.ſublat.lib.10. l.1.in fin. C.
de theſaur.eod.lib.melius D.Ambroſ.lib.3.offic.
c.4. & antè ipſum Marc.Tull.lib.3.offic. relatus
26 per Anchar.conſ.155.nu.3.ait,quòd † detrahere
alterum alteri, & hominẽ cum hominis incom-
modo augere,magis eſt contra naturam,quàm
mors,quà paupertas, quàm dolor, quàm cœtera,
quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus ex-
ternis,idem Anchar.conſ.298.nu.4.Cacher.dec.
Pedem.17.nu.12.Io.Ant.Lanar.conſ.36.nu.17.
27 † Et confirmatur, nàm licèt lex, aut ſtatutum
tollat omnes defenſiones, intelligitur de his, quæ
oriuntur de iure ciuili, non autèm de his, quæ
oriuntur de iure naturali, quia iſtę non censétur
ſublatæ, Bal.in c.à nobis de except.alij relati per
28 Auend.d.nu.48. † nàm cùm exceptiones ſua na-
tura ex æquitate procedant, Abb.in c.cùm inter
de except.Hippol.tract.de fideiuſſ.nu.277. l.qui
æquitate, vbi gloſ. ff. de doli except. Meſſia ad
pragm.taxę panis concl.1.nu 96.Azeued.in rub.
tit.5. lib.4. recopil. nu.1. & hæc æquitas notoriè
habeat locũ in noſtro caſu, cùm dictus Grego-
29 rius bis petat, quod ſibi iàm eſt ſolutũ, † quod
bona fides non patitur,l.bona fides ff.de reg.iur.
Roffred.q.Sabbatina 22.nu.9.& q 30.nu.1.Ioan.
Igneus in l.3.§ ſi alius nu. 54 ff.ad S.C.Syllan.di-
cens, contra fidem, & æquitatem eſſe exigere
denuò,quod iàm erat ſolutum,nàm vt Paul. Iur.
30 Conſ. ait in l.ſi quis 51. in fin. ff. de re iud. † *&
puto improbum eſſe eum, qui velit iterùm conſequi,
31 quod accepit;* † & ſemper executio ſentẽtiæ per
ſolutionis exceptionem impeditur, l.bona fides,
vbi Cagnol.& Decius nu.3. ff de reg.iur. deciſ.
32 Genuæ 104.nu.2.Capell. Tholoſ.q.170 & † ſta-
tuto nullam admittente exceptionem,non tolli-
tur exceptio ſolutionis, Ang. in l.non tantùm §.
quod ſi pro tempore ff. de petit. hæred. deciſio
Genuæ vbi proximè nu.1. & poſt Anchar. conſ.
260.Deci.conſ 375.incip.iuridicam, Capyc.dec.
52. Cæſar Vrſill.ad Afflict.deciſ.Neap.272.nu.5.
33 † nàm iura nunquàm fauent ijs, qui ſunt de
præda ſolliciti ſecundùm Alex. conſ.153.num.8.
vol 5 quarè dicta exceptio debet Marchioni ad-
34 mitti ſaltim in vim compenſationis, † cùm ea
vim ſolutionis obtineat, l.verùm ff. de compenſ.
l.ſi conſtat C.eodem,l.ſi debitor ff.qui pot. in
pign hab. Affl.deciſ.122.nu.4.deciſ.Genuæ 214.
nu.5. Felyn.in c.ſuborta nu.2.de ſent. & re iud.
l.ampliùs ff.rem ratã haberi, Bal.in l.tàm man-
datori col.3.C.de non numer.pecun. l.20.tit.14.
par.5. Addit.ad Abb.in c.2.de ord.cognit.verb.
35 *compenſare*, † maximè quandò fit de liquido ad
liquidum, c.fin.de depoſ. nàm ſatis dicitur reſti-
tuere,qui compenſat,vt dixit Bal.in l.filium nu.
8.C.famil.erciſc.per l.ſed ſi hoc §.penult. ff.de
36 cond.& demonſtr.† nàm compenſationis æqui-
37 tas operatur,vt ipſo iure fiat, d.l.ſi conſtat; † cũ
interſit potiùs non ſoluere, quàm ſolutum repe-
tere, l.3.C.eodem, Couar.in c.quàmuis pactum
1.par.§.4.nu.9.& ita Bal. conſ.33.nu.4.lib.1. di-
xit, quòd quemadmodùm ſufficit,ſi debitor in
iudicio pecuniam offerat, ita ſi compenſationẽ
obtulerit, l.Iulianus ff.de condict.& demonſtrat.

38 Franc.decif.53.nu.1.& deciſ.527.nu.7. † & ita
habet locum contra viam executiuam,Rota dec.
257.num.4.& 5.par.3.diuerſ.Sacri Palatij lib.2.
Ang.conſ.132. Hippol.ſing.208.Parlad.lib.2.rer.
quotid. c.fin.5.p.§.11 n.30.Azeued in l.1.tit.21.
lib.4.recop.nu.129.Paz in praxi tom.1. temp 3.
nu.8. Morla in empor.iur. 1.par.tit.2.q.19.nu.9.
videtur tex.in l.ſi cũ milite §.fin. ff.de compenſ.
tradit Alex.Picenar.in addit.ad Bar. in l.1 C.de
iur.& facti ignor.& ad Bal. in l. cùm Papinianus
39 C.de ſent.& interl.omn.Iudic.† licèt via execu-
tiua ſit cauſata per ſentẽtiam tranſactam in rem
iudicatam,l.2.vbi Bald.& alij C.de compenſ.idẽ
Bal.in l.fin.oppoſ.3.eod.tit. Gratus reſp.13. nu.
50.lib.2.Alex.conſ.61.lib.3.& conſ.95.nu.3.lib.4.
Aufrer. ad Capell.Tholoſ. q.263.nu.3. maximè,
quia dictus Gregorius de Burgos malitioſè di-
ſtulit mouere iudiciũ in vita Marchionis patris,
40 & Canonici Matute, qui erat inſtructus, † ideò
præſumitur contra eum ex gloſ. in clem.ſæpè §.
& quia,verb.*non obſtante* in fin. de verbor.ſignif.
Bald.conſ.28.quidam Tabellio lib.1. Affl. deciſ.
13.nu.22.Pariſ.conſ.83.nu.27.lib.1.Menoc.conſ.
267.num 29.& ſeq.vbi refert locum celebrem
M.Tullij in orat. pro P.Quinctio.
41 † Nequè obſtabit dicere,exceptiones antè latã
ſententiam oppoſitas,ſi non obſtantibus illis fuit
lata, non poſſe opponi in eius executione, vt vo-
luiſſe videtur Auend.in tit.*de las excepçiones* nu.
49.Caualc.dec.45.nu.64.& ſeq.par.1. Azeued.in
l.1.tit.21.lib.4.recop.nu.17.Morlà in empor.iur.
1.par.tit.2 q.19.nu.9. Paz in praxi tom 1. par.4.
42 c.3.nu.35.Zaſius conſ.1.nu.25.lib.1. † Nàm hoc
limitatur,quandò exceptio non fuit reiecta,quia
falſa,vel iniuſta,ſed quia non legitimè probata,
nàm tũc reiecta in vno iudicio poteſt in alio op-
poni,Alex.conſ 66.nu.4.lib.5. ex l.quod in diem
§.1. ff.de compenſ.& alijs iurib. Boer.q.43.nu.2.
& 3. & ità venit intelligenda l. ſi autèm §. ſi quo-
43 cunque ff.de negot. geſt. & † quia etiàm quãdò
exceptio nõ debet admitti,ſi eſt admiſſa,& pro-
bata nocet, Alex.conſ.77.nu.13.lib.2. arg.c.1.de
reſt.ſpol.& ex Bal.in l.ſi quis ad ſe C.ad l. Iul. de
44 vi, † Et cùm ſententia non immutauerit naturã
actionis, ſi qua competebat priùs, nec nouũ ius
tribuerit,ſed actionem in factum iudicati,l.miles
§.iudicati ff.de re iud. l.actori C.de reb.cred.
Quod etiàm procedit in exceptione ſolutio-
45 nis,per quam modificatur ſentẽtia, † nàm vt in-
quit Abb.in c.2. nu.26. de libell.oblat.exceptio,
quæ non tollit ſententiam, ſed modificat execu-
tionem,poteſt opponi poſt ſententiam, l.pen. ff.
de confeſſ.l.quod in diem ff.de compenſ. l.1.vbi
latè Meneſ.nu.36.C.de iur.& fact.ignor.Azeued.
46 conſ.40.n.13.† & quod reſpicit executionẽ de-
clarari in ipſa executione, arg.l.miles §.1.de re
iud. Lanfranc. in c.quoniã contra §.exceptiones
verſ.*itẽ poſt ſententiã* de probat.l.Neſennius §.fin.
ff.de re iud.Barboſ.in l.maritũ n.48. ff.ſol.matr.
47 † Et quòd poſſit quis defendi oſtendendo in
via executiua debitũ eſſe ſolutũ reſoluit Alex.in
l.Imperatores n.8.ff.de re iud.Bal.in l.ſub ſpecie
48 nu.4. eod.tit. addens,quòd † quandò quis petit
debitum ſolutum, falsò agit, & tenetur crimine
ſtellionatus,l.fideiuſſor §.in omnibus ff.mandati

Digitized by Google

pulchrè idem Bald. nu. 1. & 3. verſ. *oppon*[illegible] ad quē remittit ſe Gregor. Lopez in l. 19. tit. 22. par. 3.
49 gloſ. 8. Rebuff. tract. de except. nu. 553. † dicens, quòd etiàm contra arreſtum ſupremi Senatus poteſt in oppoſitione deduci exceptio pretij ſoluti, maximè per inſtrumentum, Felyn. in cap. cùm dilectus num. 16 de fide inſtrum. Ioan. Vinc.
50 de Anna ſingul. 251. † Maximè, ſi ſolutionis exceptio non fuit plenè examinata in primo iudicio, vel in ſecundo opponitur ad alium finem, ſcilicèt ad moderandam executionem, vt in noſtro caſu, ita ex doctrina Bart. in l. Iulianus 60.
51 nu. 10. ff. de condict. indeb. † nàm cùm modus agendi ſit obſeruandus in primis, l. habebat in princ. ff. de inſtit. actio. Innoc. in cap. dudùm
52 de elect. † ſuccumbens ex vna qualitate, poteſt agere ex alia. l. ſi mater §. ſi quis autèm ff. de except. rei indic. l. 1. verſ. *ei, qui* ff. de ſucceſſ. edict. Alciat. reſp. 378. nu. 2. & 3. Vinc. de Anna alleg. 8.
53 nu. 8. & 9. † Et in dubio iudicandum eſt, non obſtare exceptionē rei iudicatæ, vt poſt Decium conſ. 445. num. 44. & ex his quæ habentur in l. 2. ff. ſi quis cautio. cap. vt debitus de appell. Burg. de Paz conſ. 19. nu. 25. & conſ. 43. nu. 42. Soccin. iun. conſ. 181. num. 85. vol. 2. Patil. Æmil. deciſ.
54 Rotæ 93. nu. 3. par. 3. † nàm rei iudicatæ exceptio ceſſat ex cauſa ſuperuenienti, l. ſi à te in princ. l. ſi quis cùm totum, l. ſi quis rem, & l. ſi mater §. eandem ff. de except. rei iudic. ibi: *mox alia, & noua*, & in §. ſi egero eiuſdem legis, iuncta gloſ. verbo *erit*, Burg. de Paz conſ. 40. num. 21. & ſeq. dicens, quòd eueniēte noua defenſionis cauſa, non obſtat exceptio rei iudicatæ, l. ſi cum vno ff. eodem. Ex quibus omnibus videtur iuri conſonum, annullari debere dictam executionem, & Marchionem abſolui à ſolutione petita regalium 4500.

S V M M A R I V M.

1 *Rogationum, ſiuè litaniarum origo vndè ſumpta, & ad quos fines, nu. 34.*
2 *Reſponſum debet præſtari ſecundùm conſcientiā iuribus informatam.*
3 *Conſuetudines antiquæ Eccleſiarum immutari nō debent.*
4 *Nouitas ſolet eſſe cauſa diſcordiarum.*
5 *Mutatio etiàm in melius ſolet eſſe cauſa malorum.*
6 *Nouitates quantùm poſſibile ſit, debent vitari.*
7 *Conſulum matres quarè non ſint fœminæ Conſulares.*
8 *Vetus conſuetudo, quæ approbat, tolerabiliora ſūt.*
9 *Obſeruantia præcedens attenditur multùm in materia proceſſionum.*
10 *Immemorialis obſeruantia habet vim, & effectus priuilegij.*
11 *Poſſeſſoria cauſa non eſt leuis, ſed maximi præiudicij.*
12 *Poſſeſſione ſua nemo poteſt priuari ſinè cauſa cognitione, etiàm ex reſcripto Principis.*
13 *Iuri quæſito non poteſt derogari, niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa.*
14 *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. ponderatur circa prælationem Epiſcoporum,* [illegible]
15 *Clauſula poſterior regularitèr refertur ad omnia præcedentia.*
16 *Concilium ſolet multotiès derogare conſuetudinē immemoriali.*
17 *Conſuetudine reprobata, an veniat præterita, & futura.*
18 *Concilij Tridentini decretum d. ſeſſ. 25. cap. 6. habet duas partes.*
19 *Epiſcopus tanquàm primus in ſua diœceſi debet ſedere in altiori loco.*
20 *Concilium quod non dixit, dicere non debemus.*
21 *Concilium ſi aliquid voluiſſet, ſciuiſſet exprimere.*
22 *Declarationes Congregationis Cardinalium Interpretum Concilij cenſentur factæ à ſua Sanctitate.*
23 *Declarationes Concilij ſuper materia proceſſionum ponderantur.*
24 *Vicarius generalis an habeat eandem facultatem, quam Epiſcopus in decernendis proceſſionibus.*
25 *Proceſſiones publicæ quæ dicantur.*
26 *Litaniæ maiores, & minores numerantur inter proceſſiones publicas, & quandò fieri debeant.*
27 *Declarationes DD. Cardinalium Interpretū Concilij impreſſæ, quæ dicuntur extractæ à Bibliotheca Proſperi Farinacij an ſint authenticæ.*
28 *Factum inter aliquos non nocet alijs.*
29 *Conſtitutiones extrauagantes vſu non receptæ, non obligant.*
30 *Lex, aut conſtitutio generalis vſu non recepta, non obligat.*
31 *Ad Epiſcopū cum conſilio Capituli ſpectat decernere, quò, & qua ſint dirigendæ proceſſiones, & non ad ſolum Epiſcopum, & nu. 32.*
33 *Verbū* conſilium *aliquandò ſumitur pro conſenſu.*
34 *Rogationes publicæ non ſunt omittendæ.*
35 *Impedimentum, aut difficultas ſuperueniens excuſat eum, qui non fecit, quod erat facturus, aut nō iuit, quò erat iturus.*
36 *Fortunæ caſus reddit licitum, quod aliàs non eſſet.*
37 *Nauis, quæ vi tempeſtatis, aut latronum, ſeù pyratarum incurſu ad portum venit, non tenetur ad ius anchoragij.*
38 *Citatus non comparens ob aliquam tempeſtatem excuſatur à contumacia, & mulcta.*
39 *Tempeſtatis nomine veniunt imbres, & magnæ pluuiæ, quàmuis ſinè vento, & grandine.*
40 *Tēpeſtas quid importet, ſiuè in mari, ſiuè in terra.*
41 *Pluuia ſola præſtat impedimentū, & excuſationē.*
42 *Vis maior ab omni præcepto excipitur.*
43 *Mutatum quod non apparet, ſtare non prohibetur.*
44 *Caſus omiſſus à iure nouo, remanet in diſpoſitione iuris antiqui.*
45 *Capituli iuriſdictio in non derogatis reſeruatur à Concil. Trid.*
46 *Verbum* non poteſt, *negatiuum eſt, & importat neceſſitatem.*
47 *Verbum* non poteſt, *importat nullitatem eius, quod in contrarium ſit actum.*
48 *Verbum* ſinè *excludit, quòd Epiſcopus non faciat ſinè Capitulo.*
49 *Verbum* conſenſu, *quid importet.*
50 *Conſeſu requiſito deficiente, actus non valet.*
51 *Conſenſus alicuius vbi requiritur, intelligitur eſſe de forma, quòd interueniat tempore, quo actus fit.*

52 Con-

52 *Conſenſus ſimultaneus dat perfectionem actui.*
53 *Conſenſus requiſitus in actibus Eccleſiaſticis debet haberi in communi.*
54 *Actus eſt nullus, quandò deficit, quod pro forma traditur à lege, vel ſtatuto.*
55 *Epiſcopus reputatur vnum corpus, & Capitulum, aliud in rebus ſpectantibus ad vtrunque.*
56 *Capitulo debetur reuerentia ſicut Epiſcopo à clericis inferioribus.*
57 *Conſenſus ſi non præſtetur abſque rationabili cauſa habetur pro præſtito.*
58 *Conſenſus ſi non præſtatur abſquè cauſa, poteſt ad Superiorem recurri pro eo.*
59 *Differentiam inter verba* de conſenſu, *&* de conſilio, *qui aſſignent.*
60 *Conſilium importat conſenſum, & conſenſus conſilium.*
61 *Conſilium alicuius vbi requiritur, debet peti antequam actus fiat, nec fieri poteſt, eo non petito.*
62 *Conſilium requiſitum ſi omittatur, actus erit nullus ipſo iure.*
63 *Conſilium alicuius vbi requiritur, non poteſt aliquis ſolus actum expedire*
64 *Conſilium petendi obligatio ſi procedat à lege, debet de neceſſitate interuenire.*
65 *Conſilium vbi requiritur ex diſpoſitione iuris, accipitur pro conſenſu.*
66 *Verba* de conſilio, *intelliguntur* de conſenſu *in canonibus iuxta rubricam, ſub qua ſunt ſituati.*
67 *Simultaneis in actibus Epiſcopus habet vnam vocem, & Capitulum aliam.*
68 *Epiſcopo abſente authoritas aliquandò deuoluitur ad Capitulum.*
69 *Sacerdotes omnes debent venire ad Cathedralem tempore rogationum publicarum.*
70 *Par parem non citat, nec in eum habet imperium.*
71 *Capitulum, & Canonici faciunt vnum corpus cum Epiſcopo.*
72 *Epiſcopus etiàm in leuibus quandò ſinè conſenſu Capituli procedere non valeat.*
73 *Vicarius Epiſcopi ſuper re controuerſa cum Capitulo non cognoſcit, ſed authoritas cognoſcendi ad Superiorem ſpectat.*
74 *Vicarius cognoſcit de rebus ſpectantibus ad menſam Epiſcopalem, non tamèn contra Capitulares, ſi prætendatur delictum commiſſum in contemptum Epiſcopi.*
75 *Epiſcopus non iudicat in cauſa propria.*
76 *Principibus non recognoſcentibus Superiorē permittitur in cauſa propria iudicare.*
77 *Lis ſi ſit inter Epiſcopum, & Capitulum, non poteſt Epiſcopus ſolus facere proceſſum contra Canonicum.*
78 *Priuilegium conceſſum Epiſcopo, & Canonicis nō attenditur, ſi litigent inter ſe.*
79 *Epiſcopus, aut eius Vicarij ad procedendum contra Capitularē debent facere de cōſenſu Capituli.*
80 *Decanus & Capitulū Conchen. habent mandatū de manutenendo in poſſeſſione, ſeù quaſi procedendi cum Epiſcopo contra Capitulares.*
81 *Capitulum lite pendente cum Epiſcopo priuari non debet ſua quaſi poſſeſſione.*
82 *Lis dicitur pendere, donec feratur ſententia, quæ transeat in rem iudicatam.*
83 *Decano, & Capitulo aſſiſtit ius commune in iuriſdictione in eius Capitulares.*
84 *Epiſcopus ſinè Capitulo non poterat cauſas criminales exercere.*
85 *Criminalis cauſa omnis reputatur ardua.*
86 *Epiſcopus ardua, & grauia debet exercere cum conſenſu Capituli.*
87 *Res iudicata vbi adeſt excludit omnem dubitandi rationem.*
88 *Excommunicatio eſt magni præiudicij.*
89 *Excommunicatio eſt pœna maior Eccleſiæ.*
90 *Incipiendum eſt à leuioribus, non à grauioribus.*
91 *Excommunicatio non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
92 *Excommunicatio promulgari non poteſt ſinè cauſæ cognitione.*
93 *Cognitio cauſæ fieri debet cum adiunctis Capituli.*
94 *Epiſcopo ſolo ſi prohibeatur corrigere Capitularē, prohibentur antecedentia.*
95 *Finis naturam ſapiunt, quæ tendunt ad finem.*
96 *Duobus commiſſum à iure, vel ab homine, non poteſt à ſolo vno effici.*
97 *Adiuncti Iudicis omiſſio regularitèr nullitatem parit.*
98 *Appellatio eſt licita, ſi Epiſcopus velit corrigere ſinè Capitulo.*
99 *Epiſcopum, aut Vicarium ſolos non poſſe procedere, declarauit Sacra Congregatio in vna Hiſpalēſi.*
100 *Æquales non debent regulari inæquali ratione.*
101 *Commune, quod eſt, non debet ſibi aliquis appropriare.*
102 *Teſtator ſi leget vxori, quæ eius cauſa parata erāt, non veniunt ſerui communes.*
103 *Epiſcopus eſt caput Capituli, & Capitulares membra.*
104 *Socius in indiuiduis gaudet priuilegio ſocij.*
105 *Epiſcopi, & eius Vicarij vnū, & idē eſt Tribunal.*
106 *Vicarius non debet eſſe melioris conditionis ſuo Epiſcopo.*
107 *Capitulum dicitur feciſſe, quod factum eſt à maiori parte capitularitèr eo congregato.*
108 *Delinquere non dicitur qui fecit fieri conſueta.*
109 *Conſuetudo etiàm nulla excuſat.*
110 *Dolo facere non videtur, qui ſuo iure vtitur.*
111 *Princeps non cenſetur diſponere contra ius conſuetum.*
112 *Tutior, & ſecurior via eſt ſequenda in tangentibus conſcientiam.*
113 *Excommunicatio vbi non tenet, non incurrit irregularitatem ingerens ſe in diuinis.*
114 *Poſſeſſionē qui non dimittit ſinè cauſæ cognitione, non dicitur indebitè facere, & contradicere.*
115 *Incipere non licet ab executione.*
116 *Manutentionis remedium eſt ſummariſſimum.*
117 *Actus vnicus ſufficit in remedio manutentionis.*
118 *Manutentio conceditur etiàm mero detentatori.*
119 *Manutentio conceditur etiàm ſi poſſeſſio ſit contra ius.*
120 *Manutentionis remedium, ſeù tuitiuū, vel interim vt concedatur, ſufficit qualibet poſſeſſio colorata.*
121 *Manutentionis remedium ſimile eſt interdicto vti poſſidetis.*
122 *Probatio minor ſufficit ad obtinendum mandatum in remedio manutentionis.*

PRO

Digitized by Google

P R O

*Decano, & Capitulo Sanctæ Eccleſiæ Cathe-
dralis Ciuitatis Conchenſis*

C V M.

Vicario Generali D. Epiſcopi Conchenſis.

A R G V M E N T V M.

Capitulum Cathedralis quid iuris ha-
beat cum Epiſcopo in materia proceſſio-
num, & an ex cauſa imbrium immodera-
tarum poſſit aliqua proceſſio rogationum
fieri per ambitũ Cathedralis, & ſi regula-
ritèr ſoleat dirigi ad Monaſteriũ aliquod,
extra Ciuitatem longè diſtans.

C O N S I L I V M CLXXXIV.

SVpponitur in facto, quòd die
Lunæ ante Feſtiuitatẽ Aſcen-
ſionis Domini anno 1612.
1 † proceſſio publicarum ro-
gationum, ſiuè Litaniarum,
de quibus ex Concilio Aure-
liano 1. c. 29. habetur in c. ro-
gationes de conſecr. diſtin. 3. & apud ſ. apum al-
leg. 90. Alciat. lib. 9. parerg iuris c. 11. Couar. lib.
4. variar. c. 20. num. 16. Ioan. Garz. de expenſ. &
meliorat. c. 21. nu. 36. Petr. Greg. 1. tom. partit.
iuris canon. tit. 20. c. 4. Zerola in praxi Epiſc. p. 1.
verbo *proceſſiones*, Epiſcopus Io. Hieron. Cam-
panilis in diuerſ. iuris canonici rubr. 12. c. 13. nu.
118. Barth. Vgolin. de officio, & poteſt. Epiſcopi
c. 29. §. 2. num. 6. Tertullian. lib. 2. ad vxorem, vbi
Renatus Laurent. in annotat. pag. mihi 429. Po-
lydor. Virgil. de inuentor. rerum lib. 6. c. 11. non
proceſſit, vt ſolebat, ad Monaſterium Sanctæ
Mariæ de Mercede extra muros dictæ Ciuitatis
propter nimios imbres, qui præceſſerant, &
minabantur illo mane, Decanus, & Capitulum
decreuere, quòd rogationes fierent in dicta Ca-
thedrali, & certiorato Vicario generali, ille con-
tradixit, emiſitq; mandata cũ cenſuris, & pœnis,
vt iuxta ſolitum accederent ad Monaſterium
prædictum, ſuper quo fuere interpoſitæ appel-
2 lationes ad Tribunal Il. Nuntij. † Et cùm in
hac rogationum materia rogatus ſim, vt meum
iudicium promam, id facere decreui ſecundùm
conſcientiam iuribus informatam, vt habetur in
l. qualem ff. de recept. arbit. & per Feder. de Se-
nis q. 197. num. 1. Et diuiditur iſte diſcurſus in
duos Articulos.

ARTICVLVS PRIMVS.

3 † Quàmuis de iure ſit, non debere mutari an-
tiquas Eccleſiarum conſuetudines, c. cùm om-
nes de conſtitut. c. cùm conſuetudinis de con-
ſuetud. c. ex parte de conceſſ. præben. Freder. de
Senis q. 206. num. 2. Gambara de offic. & poteſt.
Legati lib. 7. num. 61. P. Gregor. de beneficijs c. 1.
4 nu. 9. Cùm nouitas quælibet ſoleat eſſe diſcor-
diarum cauſa, d. c. cùm conſuetudinis, Præpoſit.
in c. quòd dilectio nu. 5. de conſang. & affin. Io.
Andr. in c. dilecta nu. 2. de exceſſib. Prælat. Ca-
5 ballin. milleloq. 998. nu. 1. † Ex quo dixit Lu-
cian. lib. 1. verar. hiſtoriar. quòd multotiès muta-
tio etiàm in melius ſolet eſſe principium malo-
6 rum, † ob idque quantùm poſſibile ſit, de-
beant nouitates vitari, l. in rebus ff. de conſtitut.
Princ. Auth. de Eccleſ. rer. aliena. Simanc. de ca-
thol. inſtitut. tit. 37. nu. 27. & ſeqq. Ariſt. lib. 2. po-
lit. c. 6. & lib. 5. ethic. c. 10. Plato dial. 4. de legib.
& lib. ciuili de Regno, D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 2.
Tucydid. lib. 1. de bello Peloponneſi, Sarmiẽto
7 de reddit. Eccleſ. p. 4. c. 1. nu. 12. pag. 50. † L. 1.
ff. de Senatorib. vbi matres Conſulum non eſſe
fœminas conſulares dicitur contra Saturnini sẽ-
tentiam, eò quòd nec vſquàm relatum eſt, nec
vnquàm receptum, Petr. de Anchar. conſ. 158.
nu. 4. Camill. Borrell. lib. 2. de magiſt. edictis c. 6.
8 num. 5. † Nàm tolerabiliora ſunt, quæ vetus ap-
probat conſuetudo, l. Imperatores 13. ff. de pol-
9 licitat. † maximè in materia proceſſionum, in
qua multùm attenditur, & conſideratur conſue-
tudo, & obſeruantia præcedens, vt poſt Bald. in
l. obſeruare §. antequàm verò ff. de offic. Proconſ.
& Legati, tradit Barth. Cæpolla in l. quod ſi nolit
10 §. quia aſſidua nu. 4. ff. de ædilit. edicto, † præ-
ſertim ſi fuerit immemorialis, quę regularitèr
habet vim, & effectus priuilegij, l. hoc iure ſi.
ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiua, c. ſuper
quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. c. 1. de
præſcript. in 6. Io. Bapt. Ferret. conſ. 69. num. 10.
Nauarrus conſ. 21. de cleric. non reſident. nu. 4.
Puteus dec. 466. nu. 4. lib. 2. Verallus deciſ. 227.
nu. 1. p. 1. & dec. 56. nu. 2. p. 3. Et quòd ex eo vi-
detur, Decanum, & Capitulum poſſe intentare
remedium manutentionis, & tuitionis in poſſeſ-
ſione, in qua reperiuntur à tempore immemora-
bili determinandi eos ſolos locum proceſſionũ,
quæ denuò fiunt, & mutandi eas, quæ fieri ſole-
bant, cum cauſis tamèn legitimis, abſquè conſen-
ſu Prouiſoris, ſeù Vicarij generalis Epiſcopi ab-
ſentis, nàm eo præſente Capitulum deputat Cõ-
miſſarios, qui illi communicent, faciantq; noto-
riam ſuam reſolutionem, & concluſionem, & ita
quòad articulum poſſeſſorium debebit Capi-
tulum obtinere, iuxta text. optimum in c. cùm
olim, iuncto c. cùm Eccleſia Sutrina de cauſa
poſſeſſ. & propriet. c. querelam de electione, c.
conſultationibus, vbi gloſ. & DD. de iure patro-
nat. Caſſador. dec. 10. nu. 7. & 8. de reſcript. Paul.
Aemil. dec. Rotæ 225. nu. 3. p. 2. & dec. 321. nu. 3.
11 p. 1. Et vt ait idem deciſ. 119. nu. 2. p. 3. † cauſa
poſſeſſionis non eſt leuis, ſed maximi præiudi-
cij, §. commodum Inſtit. de interdictis, l. is, qui
12 deſtinauit, ff. de rei vendicat. † Et ideò non
poſſunt illa priuari, niſi ſeruatis ſeruandis, etiàm
ſi adſit reſcriptum Principis, l. extat ff. de eo,
quod metus cauſa, l. meminerint, C. vnde vi, cum
adductis per Mandoſ. tract. de inhibition. q. 46.
13 nu. 3. & q. 104. eod. num. † cùm iuri quæſito
derogari, aut illud tolli non poſſit, niſi ex iuſtiſ-

ſima,

ſima, & neceſsaria cauſa,l.2.§.ſi quis à Principe
ff.nè quid in loco publico, l.quotiès, C.de preci.
Imper.offer.l.fin.vbi DD. C.ſi contra ius,vel vti-
litatem publicam, Innoc. & alij in cap. quæ in
Eccleſiarum,vbi Felyn.num.54.de conſtitut.
14 † Quod aduerſus hæc præſtat dubitandi oc-
caſionem,eſt decretum Concilij Tridentini ſeſſ.
25.de reformat.c.6.vbi inter alia dicitur, *Epiſco-
pis pretereà vbiquè is honor tribuatur, qui eorum
dignitati par eſt,eisque in choro,& in capitulo,in
proceſſionibus,& alijs actibus publicis ſit prima ſe-
des, & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua om-
nium rerum agendarum auctoritas*, addit *Non ob-
ſtantibus quoad ſupradicta, priuilegijs etiàm ex
fundatione competentibus, nec non conſuetudinibus
etiàm immemorabilibus, ſententijs,iuramentis, con-*
15 *cordijs, quæ tantùm ſuos obligent auctores*. † Ex
quo videtur, quòd dicta clauſula ſit referenda
ad omnia præcedentia, ex Bart.& omnibus,præ-
cipuè Iaſ.num.5.& 6.in l.3.§.filius,ff.de liberis,&
poſthumis,Bald.& alij in l.1. C. de liberis præte-
ritis,vel exhæredatis, vbi Paul.& Cuman. l.quiſ-
quis,vbi gloſ.& Bart.ff.de leg.1.Gomez de Leon
alleg.30.nu.9. venit ad derogandum quaſcunque
16 conſuetudines,etiàm immemorabiles, † & quòd
hoc multotiès facit Concilium, & poteſt facere,
vt ex cap.non debet de conſang. & affinit. ait
Nauarrus conſ.1.de reſtit.ſpoliat. num.8. & hoc
lege dicēte expreſsè, d.l.non aliàs, l.3. tit.1.lib.2.
recopilat.vbi Azeuedo nu.21. & in l.2. tit.24.lib.
17 4.nu.10.Auendaño reſponſ.16.nu.1. † Et quòd
ex conſequenti reprobata conſuetudine, intelli-
gitur de præterita, & futura,iuxta gloſ.in clem.
ſi vnam,de rebus Eccleſ.non alien. Imola in cap.
cùm ab omni nu.3.de vita,& honeſt.cleric.Alex.
conſ.134.nu.33. lib. 6. Iaſ. in l. cunctos populos
nu.74. C.de Summa Trinit. Auend. in dictiona-
rio,verbo *Conſuetudo* concl.2. Tiraq. de retract.
lign.in præfat.nu.18. Valaſc.conſult.104. nu.26.
Hieronym.Gonzal. ad reg.8.Cancellar. de alter-
nat.gloſ.33.nu.10.& 11.
18 † Contrarium tamèn eſt reſoluendum,ad cu-
ius intelligentiam debet animaduerti, quòd de-
cretum Concilij d.c.6. verſ. *Epiſcopis* habet par-
tes duas: prima venit ad prouidendum, quòd
Epiſcopis fieret honor correſpondens eorum
dignitati,& quòd in Choro,Capitulo,& proceſ-
ſionibus,& alijs actibus publicis haberent locum
primum ad eorum electionis arbitrium;ita intel-
ligit Paul.Fuſc.de viſitat.lib.1.c.15.nu.24.dicens,
19 † quòd cùm ſit primus in Diœceſi, in altiori lo-
co debet ſtare, c.Epiſcopos 17.diſt. c.quia tua
30.diſt. Chaſſan. in Cathal. gloriæ Mundi 1.par.
conſider.14.& ſeqq. idem Paul. Fuſc. de viſitat.
lib.1.c.10. nu.13. Et ſuper hoc non eſt lis aliqua,
vel controuerſia,tamèn in hac parte non eis con-
cedit Concilium directionem proceſſionum,nec
20 quò,aut quomodò ire debeant,aut dirigi, † Et
quod non dicit lex, aut Conſtitutio conciliaris,
non debemus dicere, l.ſi ſeruum § nō dixit præ-
tor ff. de acquir. hæred. Rolan. à Valle conſ.29.
nu.22.lib.4.l.illam C. de collation. Mar. Anton.
21 Eugen.conſ.76.nu.169.lib.1. † Nàm ſi hoc vo-
luiſſet,vtiquè ſciuiſſet exprimere, l.vnica §.ſin
autèm ad deficientis, C. de caducis tollen. Cra-
uett.conſ.6.num.97. bonus text. in c.ad audien-
tiam in fine de decimis.
Alia verba Cōcilij,ibi.*& præcipua rerum agen-
darum auctoritas*, intelliguntur à Paulo Fuſco
lib.1.de viſitat. c.2. num.12. reſpectu aliorum
Prælatorum, & circa poteſtatem inquirendi, &
corrigendi in diœceſi, c.cauendum 10. q.3. cap.
cùm Apoſtolus de cenſibus, idem Conc. ſeſſ.24.
c.20 §.ad hæc,cap.quantò de offic.ordin. c.cùm
Epiſcopus eod.tit. in 6.
Aduerſus quod opponitur,quòd licèt nō dicat
Concilium, habent tamèn declaratum Domini
Cardinales Congregationis, & quòd ad id habēt
22 apoſtolicam auctoritatem, † & quòd videtur
declaratum à Sua Sanctitate, arg.l.1. verſ.*omnia*,
C.de veteri iure enuclean. gloſ.in c.1. de trāſact.
& gloſ.1.in c.cùm veniſſet 25. de teſtib. Abb. in
c.1.antè num.1.de præſumpt. Et quòd declarans
nihil noui inducit, cap. nouit de appellat. l.adeò
quidèm §.ſi quis in fine ff.de acquir. rer. domin.
l.hæredes §.1.ff.de teſtam.Mohedan.dec.7.nu.2.
23 vt lite pend. † Ad quod videtur ponderari,
quòd in quibuſdam aſſertis declarationibus,quæ
ſunt impreſſæ, cum mutato titulo quartæ partis
deciſionum,& eſſe extractas à Bibliotheca Proſ-
peri Farinacij in notis ad dictum c.6. ſeſſ.25. re-
peritur ſcriptum in proceſſionibus. *Proceſſiones
dirigendæ, quò voluerit Epiſcopus cum Conſilio Ca-
pituli: ad eundem cum eodem Conſilio ſpectat ratio-
nem proceſſionum præſcribere.* Atque ibi, *Ad Epiſ-
copum pertinet cum Conſilio Capituli decernere, &
edicere, quò, & qua dirigendæ, deducendæque ſint
proceſſiones, non obſtante immemoriali conſuetudine,*
prout in decreto Concilij. Hoc Congregationis
Conſilium declarauit eadem intelligi oportere in
proceſſionibus dùntaxat publicis, non autèm in
priuatis. Priuatas autèm proceſſiones eas intelle-
xit,in quibus alieni Clerici non euocantur, ſed à
Capitularibus,& Clericis Cathedralibus tantùm
fiunt ob aliquas cauſas. Porrò in publicis proceſ-
24 ſionibus abſente Epiſcopo † eandem facultatē
habet Vicarius generalis in proceſſionibus de-
cernendis,& dirigendis, quam Epiſcopus habet,
Nauarr. lib. 1. tit.14. c.28.§.31. de proceſſionib.
nu.1.& 2.Franc.Leon in theſauro fori Eccleſiaſt.
p.4.c.2 nu 142. Riccius deciſ. Curiæ Archiep.
25 Neapol. 389. nu.4. p. 4. † Addendo his, quòd
non ſolùm dicuntur proceſſiones publicæ dierū
Purificationis B.Mariæ,Corporis Chriſti, & Ad-
uentus noui Prælati, & quæ fiunt propter bonū
publicum, aut propter imminentem peſtem,
26 aut aliud periculum,vel damnum, † ſed litaniæ
maiores, & minores ſecundùm Vgolinum, qua-
rum maiores fiunt in Feſtiuitate S.Marci, & mi-
nores in tribus diebus antè Feſtum Aſcenſionis
Domini noſtri,cap.rogationes de conſec.diſt.3.
Alciat.d.lib.9.parergon.cap.11. Annæus Robert.
lib.4. rerum iudicat. c.15. cap. quandò 38. diſt.
Vgolin.d.tract.c.16.§.4. nu.6. Sandoual d. c. 29.
Proſper de Auguſt.in Summa Bullarij Quarātæ,
verbo *præcedentia*, Io.Aloyſ.Ricc.dec.379. nu.2.
p.4.deciſ.Cur.Archiep.Neap.
27 † Nàm vltra, quòd dictæ declarationes non
ſunt certæ, ſi tales ſint Sacræ Congregationis,
quia ſunt in lucem editæ ſinè debita auctoritate,
& quòd

& quòd illis nec ex ſola vrbanitate poteſt fi-
des adhiberi, & ſuper quo nouitèr eſt decretum
latum à Sacra Congregatione ſuper librorum
prohibitione ſub die 29. Aprilis 1621. ſignatum
à D. Cardinale Vbaldino, & quandò fuiſſet verũ,
quòd Congregatio hoc declaraſſet, vt ſonat, non
fuit cum Capitulo Eccleſiæ Conchenſis, nec illo
audito, ſed cum alijs Eccleſijs, in quibus non
militat eadem ratio, & conſuetudo, & regulare
28 eſt, † quòd factum inter aliquos nõ nocet alijs,
l. ſæpè ff. de re iudic. cap. quàmuis eod. tit. in de-
cretali, rubr. & tot. tit. C. res inter alios actas, l. 1.
§. ſi libertus ff. de colluſ. deteg. cap. ſuper 15. de
offic. & poteſt. Iudic. deleg. l. quia 10. ff. de iure
iurando. l. Claudius Felix 17. ad finem ff. qui po-
tior. in pign. hab. Butr. in cap. cùm olim nu. 16. de
cauſ. poſſeſſ. Puteus deciſ. 326. nu. 3. lib. 3. Couar.
in 4. 2. par. cap. 8. §. 3. nu. 2. & ſeq. Oſaſc. deciſ. 38.
& quàmuis attribueretur dictis declarationibus
29 ius Conſtitutionum extrauagantium, † cùm
vſu non ſint receptæ, & ex alijs ſupradictis non
obligant ad ſui obſeruantiam reſpectu Capituli
Eccleſiæ Conchenſis, cap. 1. vbi Fely. de treugua,
& pace, Soccin. in l. ſi filius num. 7. ff. de liber. &
poſthum. Decius conſ. 469. ponderando num. 8.
Pariſ. conſ. 105. nu. 8. lib. 4. Cephal. conſ. 136. nu.
18. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 99. nu. 39. lib. 2. Io-
30 ſep Ludou. concl. 1. de ſtatutis; † nàm & lex, aut
Conſtitutio generalis, quæ non fuit obſeruata,
non ligat, neque obligat, c. leges 4. diſt. in. Nauar.
in man. cap. 23. nu. 41. & ſeqq. & conſ. 1. de con-
ſtit. num. 23. & ſeq. maximè ſtante alitèr antiqua
conſuetudine in hoc loco.

31 † Rurſus, quia mens dictarum declarationum,
& aliarum ſimilium eſt prouidere caſui, in quo
ſit primùm reſoluendum, quò, & qua debeãt di-
rigi proceſſiones, ſiuè litaniæ, & de ordine dictæ
Congregationis fuit reſcriptum Epiſcopo Abu-
lenſi die 3. Auguſti 1586. vt habeo in meis manu-
ſcriptis per hæc verba: *Congregatio Concilij reſ-
pondet, pertinere ad Epiſcopum cum Conſilio Capi-
tuli decernere, & dicere, quò, & qua dirigendæ,
ducendæq; ſint proceſſiones.* Et in libro manuſcri-
pto Illuſtriſſ. Nuntij Hiſpaniarum Antonij Cae-
tani Archiepiſcopi Capuan. pag. 474. inueni idẽ
in materia proceſſionum litaniarũ per hæc ver-
32 ba: † *Ad quem pertineat decernere, & prouidere,
quò deducendæ, vel agendæ ſint litaniarum proceſ-
ſiones, dubitatum fuit ab Epiſcopo Segobienſi, Con-
gregatio cenſuit, pertinere ad Epiſcopum cum con-
ſilio Capituli, itaut Epiſcopus ſolus ſinè conſenſu
Capituli, edicere, & dirigere non poſſit dictas pro-
ceſſiones*, Riccius d. deciſ. 379. nu. 4. Io. Franciſc.
33 Leon. d. 4. par. cap. 2. nu. 145. † Nec nouum eſt,
quòd verbum *conſilium* pro conſenſu accipiatur,
cap. venerabili de off. deleg. cap. 1. de foro com-
pet. cap. quantò de his, quæ fiunt à Prælat. ſinè
conſenſu Capituli, Raphael Cuman. conſ. 55. nu.
3. vbi allegat Ioan. Andr. in cap. cùm olim de re-
cept. arbitr. cap. obeuntibus 63. diſtinct. quæ de-
clarationes ſunt diuerſæ à noſtro caſu, in quo fi-
xum, & ſtabilitum erat à multis temporibus re-
trò, quòd litaniæ diei Lunæ antè Aſcenſionem
iuſto impedimento ceſſante erant dirigendæ à
Cathedrali ad dictum Monaſterium Sanctæ Ma-
riæ de Mercede longè extra muros Ciuitatis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Caſus, qui ſuperuenit immoderatarum im-
brium eodem mane, quo erat facienda proceſſio,
quàmuis per aliquod ſpatium ceſſaſſet, fuit cum
ſignis, & demonſtrationibus imminentis pluuiæ,
de qua veriſimilitèr poterat timeri, foretq; non
ſolùm incommodum, ſed indecens, ſi proceden-
tibus Præbendatis, & reliquo Clero non ſolùm
per vias tàm aſperas, prout ſunt dictæ Ciuitatis,
& per longum, & difficile aſcenſum ad dictum
Monaſterium extra Vrbem, & populatũ ſuper-
ueniſſent pluuiæ; quarè habuere iuſtam cauſam
non eundi, & reſoluendi, quòd proceſſio fieret
34 intus ipſam Cathedralem Eccleſiam; † nàm
licèt rogationes iſtæ, quæ quotannis fiunt ad vi-
tandum peſtis contagium, & alios vtiles, & ſalu-
bres effectus omittendæ non ſint, vt aliquandò
Bononiæ factum fuiſſe reprehendit Hieronym.
Præuidell. tract. de peſte cap. de cœteris ad ſalu-
britatem Ciuitatum pertinentibus §. hoc loco
nu. 1. tom. 18. tract. diuerſor. fol. 183. tamèn quan-
dò impedimentum, aut difficultas accedendi ſu-
peruenit, excuſat, nè fiant ad locum ſolitum, &
35 deſtinatum, † ſicut excuſat eum, qui non fecit,
ꝙ facturus erat, aut non iuit, quò fuiſſet iturus,
cap. ſignificante de pignor. cap. imputari de reg.
iur. in 6. & c. quia diuerſitatẽ de conceſſ. præben.
Rota deciſ. 21. nu. 2. de præbend. in antiq. l. fin. §.
idem Iuris ff. ad l. Rhodiam de iactu, Abb. in
cap. ſignificaſti num. 11. de foro compet. Dueñas
reg. 199. DD. in cap. ex ratione de appell. Couar.
in cap. quàmuis pactum 2. par. §. 5. nu. 3. de pact.
in 6. & ex cap. Epiſcopus, cap. ſi Epiſcopus, cap.
placuit, & cap. peruenit 18. diſt. in. tradit Flamin.
Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. q. 13. nu. 16. & ſeq.
Lancell. tract. de duello 2. par. concl. 46. nu. 1. Io-
ſeph Cumia in Ritus M.C.V. Regni Siciliæ c. 24.
36 nu. 23. & 24. † Et caſus fortunæ reddit licitum,
quod aliàs non eſſet, cap. in Ciuitate, & cap. na-
uiganti de vſur. l. ſi pater C. de inoffic. teſtamen.
Santerna tract. de ſponſionib. verſ. *quæritur* nu. 2.
tex. in l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhodiam de iactu, l. Cæſar
ff. de publ. & vectigal. ibi: *Et relatus tempeſtate in
Inſulam deductus eſſet*, l. interdùm §. 7. eod. tit.
quæ ait, *Si propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis
expoſitum non fuerit, non debere hoc commiſſo vin-
dicari*, ex quo text. Afflict. in tit. quæ ſint re-
galia, verbo *vectigalia* in vſibus feudorum nu. 57.
37 ait, † quòd nauis, quæ vi tempeſtatis, vel latro-
num incurſu ad portum venit, non tenetur ad
ius anchoragij, ex Bart. in l. 1. vbi Angel. nu. 1. C.
de naufrag. lib. 11. Ioan. Anton. de Nigris ad Cap.
Regni Neap. *Et illorum* tit. de Portulanis nu. 25.
Laſarte de decima vendit. cap. 19. nu. 103.

38 † Indè Bald. in l. ea, quæ circa finem nu. 8. C.
quomodò, & quãdò Iudex, quem ſequitur Gra-
tus reſp. 73. incip. & ſi tempus col. fin. nu. 25. vol.
2. ait, quòd citatus non comparens ob leuem
tempeſtatem maris excuſatur à mulcta, & con-
tumacia, Loazes in reſponſo pro Marchione de
los Velez dubit. 1. nu. 74.

39 † Et tempeſtatis nomine veniunt etiàm im-
bres, & magnæ pluuiæ, quàmuis ſinè vento, &
grandine, Plinius lib. 18. cap. 28. dicens: *Antè*

omnia

omnia autèm duo genera cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus vnum, quod tempeſtates vocamus, in qui bus grandines, procellæ, cæteraq; ſimilia intelligimus,quæ cùm acciderint,vis maior appellatur, iuncta l. ſi merces §. vis maior ff. locati, Straccha
40 tract.de aſſecur. gloſ.22.num.3. vbi ait, † quòd tempeſtas procellas nubium, & procelloſum tempus ſignificat, eſtq; cœleſtis iniuria,ſiuè mare, ſiuè terram conturbet, ideò Bald. conſ. 173.
41 nu. 2. lib.4. ait, † quòd ſola pluuia iuſtam excuſationem, & impedimentum præſtat, refert, & ſequitur Morot.reſp.35.nu.2.& 31.dixitq; Bald.
42 in rubr. num.3.de reſcript. † quòd ab omnibus præceptis vis maior excipitur, d.l.Cæſar.

Et ſufficit in fauorē Decani, & Capituli,quòd caſus hic ſit omiſſus pee Concilium Tridentinum,& declarationes DD.Cardinalium,quarum hùcuſque habetur notitia, vt ex tàm iuſta cauſa potuerint facere dictam concluſionem, & illius notitiam dare præfato Prouiſori,vt potuerint il-
43 lam ad executionē reducere, † quia quod mutatum non apparet, ſtare non prohibetur, l. ſancimus 17.C.de teſtam. gloſ.verbo *de cauſis* in cap.cùm cauſam 37.de teſtib Menoch. de præſumpt. præſ.38.lib.6 Verall. deçiſ.8.num.7.& 8. par.2. Hieron.Gonzal.ad reg.8.Cancell. gloſ.14. num.37.l.præcipimus 32.C.de appell.ibi: *Quidquid autèm hac lege non ſpecialitèr videtur expreſſum id veterū legum, conſtitutionumq; regulis omnes relictum intelligant*, Auth. de adminiſt. offic.
44 §.fin.coll.3.l.1.ff.de auro,& argento legat. † Et ſēper caſus omiſſus à iure nouo remanet in diſpoſitione iuris antiqui, l. ſi cùm dotem in princ. ff.ſolut.matr.l.commodiſſimè ff.de lib.& poſth. Cæpoll.conſ.ciuili 63.nu.4.Crau.conſ.17.nu.31.
45 † Et hoc ſatis clarè ſenſit Concil. d. cap. 6. ibi: *Cæteris autèm in rebus Capituli iuriſdictio, & poteſtas ſi qua eis competit,& bonorum adminiſtratio, ſalua & intacta omninò relinquatur*, quod adnotauit Altamir.de viſit. verbo *Viſitatores* nu.3.& ita niſi in eo,in quo expreſsè Capitulo abſtulit, in reliquis non fuit viſum ſuam auctoritatem, & iuriſdictionem tollere voluiſſe, ſed illæſam conſeruare.

Et quàmuis hoc contineret aliquod dubium, quod non videtur habere, eſt tamèn certum, quòd Epiſcopus, aut eius generalis Vicarius non poſſunt aliquid decernere in materia proceſſionum ſinè conſenſu deciſiuo Capituli, quod ſatis clarè dicit eadem declaratio DD. Cardinalium, in qua ex aduerſo fundatur, quæ eſt in dicta quarta parte ad ſeſſ.25.de reform.c.6.ſuper verbis *& præcipua auctoritas*, ibi: *non poteſt tamèn Epiſcopus ſolus ſinè conſenſu Capituli edicere, &*
46 *dirigere proceſſiones*, ponderando, † quòd verbū *non poteſt* eſt negatiuum, & neceſſitatem importans, gloſ.1.in cap.1.de reg.iur. in 6. Paul. Caſtr. conſ.295.nu.3.vol.2.Bart.in l.de his nu.4.ff.de tranſact. Rebuff.in c.1. verſ. *in quantùm* de cauſa poſſeſſ.& propriet.& in tract.de decim.q.10.nu. 29.Couar.in cap.quàmuis pactum 2.par.§.4. nu. 4.verſ.*ſed aduerſus*, Abb.in cap.1.nu.1.de fide
47 inſtrum. Alex.conſ.77.nu.2.lib.3. † & importat nullitatem eius,quod in contrarium factum fuerit,Bald.in l.1.nu.6.C.qui admitti ad bonor.poſſeſſ.Iaſ.in l.patre furioſo nū.23.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris,Bart.in l.Gallus in princ.nu.4. ff de lib.& poſthum. Caſtillo in l.17.Tauri gloſ.
48 verbo *no ſe pueda reuocar.* † Et verbum *ſinè* excludit, non poſſe facere Epiſcopum ſinè Capitulo, l.creditores, l.malū §.viduam, & l.qui fundum ff.de verbor.ſigniſ.Rebuff.in l.ager 23.eod.
49 tit. † & verbum *conſenſu* ſignificat,quòd debeat facere,quod fuerit benè viſum Capitulo; nàm vt inquit Hieron.Gonzal. ad reg.8.Cancell. de alternat. gloſ.47. nu.2. & 3. *conſenſus eſt ſimilis, aut ſimul ſenſus*, Rocch. de Curte de iure patr. verb.*& dotauit* n.8.ibi,*quia ſi habeo aliquid agere cum conſenſu tuo, ego debeo ſentire tecum, aliàs nō*
50 *eſſet conſenſus;* † quo deficiente actus non valeret, cap.1. §.conſenſus 29. q.1. Hoſtienſ. in cap. cùm olim nu.4.de recept.arbitr. vbi Ioan.Andr.
51 nu.10.Imol.7.Butrius 14.Abb.4. † nàm vbi conſenſus requiritur alicuius, intelligitur eſſe de forma, quòd interueniat tempore actus, l. conſenſu ff.de oblig.& action.& notatur in l.1.ff.de pact. l.illud C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald.in l.1. nu. 61.& ſeq.C.qui admitti ad bonor.poſſeſſ.& in l.cùm non ſolùm §.neceſſitate nu.24. C.de bon.
52 quę liber. † conſenſus enim ſimultaneus eſt,qui dat actui perfectionem, l.1. §.conuentionis ff.de pact. Flamin.Pariſ.de reſign.benefic. lib.1. q.12.
53 nu.22.Rota deciſ.377.nu.1.par.1.nouiſſ. † maximè in Eccleſiaſticis,in quibus conſenſus debet in communi haberi, Abb.in c.cùm omnes nu.5. de conſt.& in cap. quia propter nu.12. de elect. Ioan.Corraſ. in paraphr.ſacerd.4.par.c.3.nu.11.
54 † Et quandò deficit, quod pro forma traditur à lege, vel ſtatuto, actus eſt nullus, l.cū hi §.ſi prętor ff.de tranſact. Cæpoll.conſ.ciuili 44.num.1. Ioan.Cæphal. conſ.219. nu.4. Marc.Ant.Eugen. conſ.88.nu.43. Aluar.Valaſc.conſult.104.à nu.3.
55 & ſeqq. † Et ratio eſt, quia in omnibus rebus ſpectātibus ad Epiſcopū, & Capitulum de iure conſiderantur tanquā duo corpora æquè principalia,vnum Epiſcopus, aliud Capitulum, arg.l.ſi municipes ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, l. in tantùm §.vniuerſitatis ff. de rer. diuiſ. l. ſed ſi hac lege §.qui manumittitur ff. de in ius vocādo, Freder.de Sen.q.1.nu.6.& fuit deciſum in vna Toletana Canonicatus,& præbēdæ die 27.Aprilis 1548. teſte Puteo deciſ.117.lib.3. Flam.Pariſ. de reſign.benefic.lib.7.q.23.num.39.Achill.de Graſſ.deciſ.4.nu.10 de præbend.Simonet.de reſeruat.q.71.nu.11.Hieron.Gonzal.vbi ſupra gloſ. 45. nu.52.& ſeq. Et ſemper deſertue etiàm Capitulis Cathedralium Eccleſiarum, & ita Abbas in cap.cùm non liceat notab.2.de præſcript. ait,
56 † quòd clerici inferiores debent reuerentiam Capitulo, ſicut Epiſcopo, refert, & ſequitur ibi Felyn. nu.2. dicens poſt Innoc.in cap. dilecti de maior. & obed. dignitates eſſe communes inter Epiſcopum,& Capitulum.

Et cū adfuerit dicta iuſta cauſa,videtur,quòd prefatus Prouiſor debuit concurrere in eo,quod viſum fuerat dicto Capitulo etiàm in caſu,quo debere conſenſum præſtare in materia proceſſio-
57 num; † nàm ſi conſenſus non præſtatur abſque rationabili cauſa, habetur pro præſtito, & contradictio habetur pro conſenſu,vt notat Archid. in cap.

in cap.1.de conſtit.lib.6. gloſ.verbo *contradicant*
in cap. ſanè 65.diſt. l.ſi cùm dotem §.eo autèm
tempore,verſ.*ſed ſi talitèr* ff.ſolut.matr.cap. 1.de
his,quæ fiunt à maior. par. Capit. l.filiusfamilias
§.diuus ff.de legat.1. cap.paſtoralis de iure patr.
Roman.conſ.366.n.3.Abb.in c.quoniã n.8.in fin.
de vita,& honeſt.cler. † & etiàm habetur recur-
ſus ad Superiorem,idem Abb.in c.auaritiæ nu.6.
de præbend. cap.3. de Eccleſ.ædific. & notatur
in cap.conſtitutus de relig.domib.

Et non obſtabit dicere, quòd aliquæ Cardi-
nalium declarationes loco verbi *conſenſu* vtun-
tur verbo *conſilio*, vt ex Praxi Archiep. Neapol.
cap.64. num.1. tradit d.tract.de offic. & poteſt.
Epiſc.Vgolin.cap.20.§.2.nu.6. & Zerol.in praxi
59 Epiſc.verbo proceſſiones nu.5. † Et eſſe maxi-
mam differentiam inter præfata verba de con-
ſenſu,& de conſilio, iuxta gloſ.verbo *aſſenſu* in
cap.1.nè Sede vacante in 6. cap.cùm in veteri de
elect. cap.cùm olim de recept.arbitr. Abb. in
cap.3. nu.1. & in cap.cùm nos nu.4. de his, quæ
fiunt à Prælat.ſinè conſenſu Capit. Greg. Lopez
in l.9.tit.15.partit.1.gloſ.fin. Thom.San.n. to.1.
de ſponſal. diſput.34. num.24. dicens, quòd hoc
diſtat inter conſiliũ, & conſenſum, quod iuſſus
aliquid facere cum conſenſu,vel arbitratų alicu-
ius,tenetur illud ſequi, at iuſſus facere cum con-
ſilio, petere quidèm tenetur,ſequi verò minimè,
l.cùm pater §.mando ff.de leg.2.l.23.tit.2.parti.
5. & latè Menoch. conſ.69.num. 17. & 18. vol.1.
Gratian.reg.10.nu.1.

60 † Quia reſpondetur, quòd in præſenti caſu
idem importãt dicta verba tanquàm ſynonima,
& eoſdem operatur effectus vnum verbũ proùt
aliud; nàm cõſenſus includit conſilium,& è con-
tra,conſilium importat conſenſum, Abb.num.4.
Ant.de Butrio nu.5. in cap.admonet de renunc.
Hieron.Gonzal. ad d.reg.8.Cancell. de alternat.
gloſ.47.nu.11.& 12. Ioan. de Imola in cap.vene-
rabili nu.26. de offic.delegati. Ex quo duo reſul-
61 tant, † vnum, quòd conſilium debet peti ante-
quàm actus fiat, nec poteſt fieri,eo non petito, l.
ſi quis mihi bona §.iuſſum ff. de acquir. hæred.
Abb. in d. c. cùm in veteri nu. 7. & in d. c. cùm
nos nu.5. Mattienzo in l.14. tit.4. lib.5. recopil.
62 gloſ.1. † Aliud,quòd ſi omittatur,erit actus nul-
lus,gloſ.in c.non eſt de conſuet. in 6.per quam
Anton. de Butr. ibi nu.4. & 5. concludit, quòd
omiſſio conſilij, vbi ius ſtatuit eſſe requirendũ,
63 reddit actum ipſo iure nullum; nàm † quandò
requiritur alicuius conſilium, non poteſt aliquis
ſolus expedire actum, quia negotium dicitur ad
vtrunq; pertinere,iuxta notata per Abb. in cap.
non poteſt in fin.de ſenten.& re iudic.cuius me-
minit Felyn. in cap.ex parte in fin. de conſtitut.
Marc.Ant.Natta conſ.408.nu.2. Sanctarell.tract.
de Apoſtaſia cap.2.dub.2.nu.9.

Et quàmuis Ant. de Butrio in d.cap.cùm in
veteri nu.21.diſputet, ſi quandò requiritur con-
ſilium,aut conſenſus alterius, ſufficiat petere,&
64 non ſequi,veritas eſt, † quòd requiritur vtrun-
que,& quòd neceſſitate debet ſequi,quãdò obli-
gatio petẽdi conſilium procedit ex diſpoſitione
legis,Bal.in l.1.nu.4.C.de tutor.& curat. illuſtr.
perſonar.vbi Additio Celſi allegat Bart. in l.im-
puberibus in princ. ff.de ſuſpect.tutor.& in l.1.
§.ſi plures verſ.*quartò quæro* ff.de exercit. action.
Nauar.conſ.9.nu.13.de conſtit. dicens,quod non
ſolùm eſt requirendum conſilium, ſed etiàm
ſequendum.quãdò eſt requirendum ab alio tan-
quàm à Collega,& participe officij. Et ratio eſt,
65 † nàm quandò conſilium requiritur à lege, vel
alia iuris diſpoſitione accipitur pro conſenſu,
Imol. in cap. nouit de his, quæ fiunt à prælatis,
Bart.vbi proximè,& in l.Titium,& Mœuium ff.
de admin.tutor. vbi eſt text. ſingularis, quorum
meminit Achill.de Graſſ.dec.57.aliàs 2.de offic.
ordin.nu.5.pro quorum opinione eſt rubrica de
his, quæ fiunt à Prælatis ſinè conſenſu Capituli,
66 vbi omnes text.vtuntur verbo *conſilio*, † adhùc
ſunt intelligendi de conſenſu iuxta rubricam,
arg. l.Imperatores 19. ff.de in diem addict. cum
traditis per Paul.Caſt.conſ.400.nu.4.par.1. Bar.
in l.ius emphiteotici nu.2.C.de fundis patrimo-
nial.lib.11.Molina lib.1.de Hiſpanor.primogen.
cap.12.nu.22. Caſſad.deciſ.11.de reſcript.nu.2.
Burg.de Paz conſ.24.nu.11.& ita pro hac parte
facit l.conſilio ff.de curat.furioſi,Hiero.Gonzal.
67 ſupra gloſ.46.nu.13. † Et in hoc,& quibuſcun-
que actis ſimultaneis eſt certum, quòd Prælatus
habet vocem vnam, & Capitulum aliam, l.liber
homo §.Titius hæres ff.de hæred. inſtit. l.ſi quis
Attio ff.de vſufructu accreſcendo,Hieron.Gon-
68 zalez gloſ.45.nu.5.& hoc ſi ſit præſens, † nàm
in abſentia dixit Bald. notabilitèr in l.vbi abſunt
19.nu.2.ff.de tutor.& curator.datis ab his,quòd
deuoluitur omnis iuriſdictio, & auctoritas ad
Capitulum, ſicut Vniuerſitas poteſt creare Syn-
dicum ſinè auctoritate Poteſtatis, ſi Poteſtas ſit
abſens.

ARTICVLVS TERTIVS.

Ex quibus reſultant plures res, vna,quòd di-
ctus Prouiſor non debuit, nec potuit iubere,
quòd Parochi,& Beneficiati parochialium dictæ
Ciuitatis non aſſiſterent in dictis litaniis in Ca-
thedrali, nàm vt inquit gloſ. verbo *ad litanias in*
69 cap.quandò 38.diſt. † omnes Sacerdotes debẽt
ad Eccleſiam Cathedralem venire in feſto roga-
tionum, Abb.in cap.nimis 17. de exceſſ.prælat.
nu.3.Boer.de auth.magni Conſilij nu.79.Sando-
ual de offic.Eccleſiaſt.d.cap.29. *lo ſecondo*,quod
cùm ad minus eſſent æquales in hoc Capitulum,
& dictus Prouiſor non potuit ſibi arrogare, &
aſſumere maioritatem,& ſuperioritatem præce-
ptiuam, iubendo, quòd proceſſio accederet ad
dictum Monaſterium, non obſtante dicta iuſta
70 cauſa tunc non accedendi, † quia par non citat
parem,Guido Papæ ſing.397.verſ.*& par*, nec in
eum habet imperium, l.præcipimus §.penult. C.
de appell.l.ille, à quo §.tempeſtiuum ff.ad Sen.
Conſ. Trebell.cap.innotuit de elect.tex.vbi glo.
in l.nàm magiſtratus ff.de recept.arbitr.Anton.
Trigon. ſing.13.nu.6. & ſing.36.nu.2. Capella
Tholoſ.q.459.nu.2. Menoc.lib.2.de arbitr.caſu
438.nu.9. Roland. à Valle conſ.1.nu.37.lib.2.&
conſ.32.nu.77.lib.4. Et per conſequens non po-
71 tuit fulminare cenſuras, † ſiuè cõſideretur Ca-
pitulum inſimul, vel capitulares Canonici de
per ſe, qui faciunt vnicum corpus, vt conſtat ex
toto titulo de his, quæ fiunt à maiori parte Ca-
pituli,

Digitized by Google

pituli, Pariſ.conſ.31.nu.12.vol.4. Flam.Pariſ. de
reſignat.beneſ.lib.5.q.6.nu.87. Cæſar de Graſſis
deciſ.4. nu.6. tit.de his, quæ fiunt à maiori parte
Capituli, ſi conſideratur Capitulum ſiuè ſit ne-
gotium graue, ſiuè leue, Rota per Puteum de-
72 ciſ.209.nu.4.lib.1.concludit, † quòd etſi crimi-
na, in quibus procedere conatur Epiſcopus, fo-
rent leuia, ſi tamèn procedat contra Clericum,
non poteſt id facere ſinè conſenſu Capituli, quia
etiàm in leuibus nil poteſt ſtatuere, & diffinire
Epiſcopus ſinè conſenſu Capituli in criminali-
bus, per text.in cap.ſi quid 25.diſt. c.Epiſcopus
nullius 15.q.7.Abb.in c.1.de exceſſ.prælat.& eſt
text. ſecluſa conſuetudine in c.2. de conſuetud.
in 6. & vt dicit Puteus nu.6. non obſtat doctrina
Abb. in c.nouit de his, quæ fiunt à Prælat. quòd
Epiſcopus poſſit minora negotia ſinè Capitulo
expedire, quia loquitur de negotijs extraiudi-
cialibus, ſecùs in iudicialibus, in quibus requi-
ritur ſolemnitas iudicij, vt cõſtat ex traditis per
Hieron.Gonzal.ad reg.8.gloſ.9.in annot. nu.36.
& ſeqq.quod eſt magis certũ,ponderando verba
Concilij d.cap.6.de reform.ſeſſ.25. ibi, *in omni-
bus autèm caſibus*. Et ita cenſuit Congregatio
Concilij ſeruandam eſſe formam d.cap.6. in vna
Gadicenſi ſtatutorum ſub die 17. Iunij 1580. &
reſoluit Rota in vna Carthaginenſi iuriſdictionis
27.Nouembris 1585.vt per Seraphin.Oliuar. de-
ciſ.710.tom.1.

73 † Et cùm ageretur ſuper materia controuer-
ſiæ cum dicto Epiſcopo ſuper prærogatiuis, aut
contrauentione in contemptum ipſius non po-
terat cognoſcere, ſed cognitio deuoluebatur ad
Superiorem, vt ex Collectario in cap.cùm veniſ-
ſent de iudic, & ibi Felyn. & Decius, Abb.nu.9.
74 tradit Surd. conſ.50.nu.11.vol.1. † Et licèt in
rebus ſpectantibus ad menſam Epiſcopalem
valeat Vicarius Epiſcopi cognoſcere, vt per eun-
dem Surd. vbi proximè nu.8. & conſ.286. à nu.
18.tom.2.Capyc.deciſ.Neap.137.num.1.in præ-
ſenti caſu ſecus dicendum eſt, quemadmodùm
reſpondit Sacra Cõgregatio Epiſcopo Abulenſi
13. Nouembris 1587. cùm fuiſſet propoſitum
dubium, *An ad Epiſcopum, vel alium Superiorem
pertineat facultas procedendi contra Capitulares,
quandò vniuerſum Capitulum deliquit.* Reſpondit:
*huiuſmodi facultatem procedendi pertinere ad Epi-
ſcopum, niſi delictum ſit in contemptum, vel contra
ipſum, tunc enim facultatem procedendi contra Ca-
pitulares deuolui ad proximum Superiorem*, vt ha-
beo in manuſcriptis declarationibus tranſmiſſis
Domino D.Petro Portocarrero quondã Epiſco-
po Cõchenſi, & inuenitur dicta 4.par.declaratio
ad cap.6.dictæ ſeſſ.25.de reform. fol.111. in im-
preſſione Lugdunen. cuius ea poteſt eſſe ratio,
75 † quòd Epiſcopus in re, aut cauſa ſua nõ debet
eſſe Iudex, vt in toto tit. C. nè quis in propria
cauſa ius ſibi dicat, Bald.in l.Iudices nu.5.C.de
fide inſtrum. Hippol.ſingul.405.l.10.tit.4.par.3.
76 Capyc.dec.124. † quia id ſolũ permittitur Prin-
cipibus non agnoſcentibus Superiorem, c. cùm
veniſſent, vbi gloſ.Abb.& DD.de iudic.Nauar.in
c.nouit notab.3.nu.47.eod.tit. l.proximè ff.de
his, quę in teſtam.delent.l.& hoc Tyberius ff.de
hæred.inſtit. Decius in l.qui iuriſdictioni nu.10.
ff.de iuriſd.omn.Iudic.Et prò hac parte videtur
habere deciſionem Rotæ expreſſam, quæ eſt 618.
77 nu.3.par.3.lib.3.nouiſſ. quæ nu.1. † ponit quæ-
ſtionem, quandò eſt lis inter Epiſcopũ, & Capi-
tulũ, & dubitat, an Epiſcopus poſſit facere pro-
ceſſum contra Canonicũ, & Capitulares culpa-
biles, & reſoluit quòd nõ, & eſſe attentatũ, quod
faceret, & ita debere recurrere ad Summũ Pon-
tificem, vt cauſã committat, vel eius Nuntio le-
gato, qui eſt Iudex cõpetens Epiſcoporum liti-
gantiũ, vt per Cæſ.de Graſſ.deciſ.Rotæ 104.aliàs
11.de ſent.& re iudic.nu.1.facit reſolutio Alciati
reſp.164.n.21.ſecundũ impreſſionem Lugdunen.
78 vbi ait, ꝙ per priuilegiũ conceſſum Epiſcopo,
& Canonicis, non attenditur inter ipſos litigãtes.

Et cùm eſſet procedendũ aduerſus Capitula-
res vti ſingulos debet antè omnia dictus Proui-
ſor efficere, quòd nominarentur adiuncti, cum
79 quibus non aliàs procederet; † nàm Epiſcopus,
ſiuè eius vices habens, tenetur habere conſenſum
Capituli ad procedendum contra aliquẽ de Ca-
pitulo, vel eum condemnandũ, c. 1. de exceſſib.
prælat.vbi Hoſt.& Ioan.Andr.Butr.in c.non eſt,
vbi Anchar.& Franc. de conſuet.in 6. Anchar.in
c.irrefragabili not.7. de offic.ord. Cæſ.de Graſſ.
dec.2.de iureiur.nu.5.11.& 12. & alij, quorũ do-
ctrinam cononizauit Rota, vt per Mohed. dec.2.
de foro cõpet.vbi Addit.Puteus dec.92.n.3.poſt
med.lib.3.& hoc eſt iuri cõi conforme, d.c.irre-
80 fragabili, † & fuit deciſũ in vna Conchenſ.inter
Capitulũ, & Epiſcopum corã Achille de Graſſ.
29.Maij 1551.vt teſtatur Verall.deciſ.204.par.2.
Mantica dec.207.nu.8. Sarauia de iuriſ. adiunct.
q. 21. nu.11. vbi Capitulo Conchen. fuit datum
mandatũ de manutenendo, Decanoq; eiuſdẽ Ca-
pituli ſuper quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdi-
ctionem in cauſis criminalibus vnà cũ Epiſcopo,
81 † qua non debent priuari etiàm lite pendente,
82 c.1. & 2. vt lite pend. † Et quidẽ pendere dici-
tur, quouſq; ſententiæ ferantur, quæ tranſeant in
rem iudicatam, & liti ſit impoſitus finis, l.1.ff.de
re iudic.l.res iudicata ff.de reg.iur.et l.poſt rem
iudicatam ff.de tranſact. Paul.Caſtr.conſ.424.in
83 princ.lib.1.† quia dictis Decano, et Capitulo nõ
reſiſtit, imò aſſiſtit ius cõmune, vt pulchrè pro-
bat Puteus dec.107. lib.1. Rota dec.615. par.1.
84 nouiſſ. † cùm Epiſcopus ſinè Capitulo non poſ-
ſet cauſas criminales exercere, c. Epiſcopus 15.
85 q.7.cum concord. † Et cùm quælibet cauſa cri-
minalis ſit, & reputetur ardua, vt per Puteũ dec.
98.nu.2.lib.1.Achill.de Graſſ.dec.2.n.7.de offic.
ordin.Menoc.lib.2.de arbitr.Iud.caſu 464.nu.3.
86 ſubintrat certa iuris regula, † quòd Epiſcopus
nil arduum, aut graue poteſt expedire ſinè con-
ſenſu Capituli, toto titulo de his, quę fiunt à pre-
latis ſinè conſenſu Capituli, cap.cauſam, quæ de
iudic.Ant.de Butrio in c.cùm ex eo 34.nu.10.de
elect. Abb.in c.ex parte Decani nu.2.de reſcrip.
& in c.2.nu.3.de inſtit. Ant.Gabr.lib.7.concluſ.
36.de criminal. nu.2. Burgos de Paz conſ.17. nu.
15. Flamin. Pariſ. de reſig. benefic. lib.7. quæſt.
23.nu.8. & poſt hæc ſcripta Ludouic. Sarauia
tract. de iuriſd.adiunct. q.1.nu.14. & 58. & hoc
nullum iàm dubium admittit poſt Sanctũ Con-
cil. Trident. d.ſeſſ.25.cap.6. vbi extra caſum vi-

Zz ſitatio-

ſitationis debet Epiſcopus, & eius Vicarius pro-
cedere contra Capitulares de conſilio, & aſſenſu
duorum adiunctorum: *tàm in formādo proceſſum,
quàm in cæteris omnibus actis vſquè ad finem cau-
ſæ incluſiuè*, & proſequitur Rota deciſ.618. par.
3.lib.3 à nu.1.quòd debet intelligi à primo actu
iuriſdictionali, quem velit facere Epiſcopus, aut
illius Vicarius, iuxta ſententias, & literas execu-
toriales earum, quas in materia adiunctorum ha-
bet Eccleſia Conchenſis in cōtradictorio iudicio
aduerſus Epiſcopū, & illius dignitatem Epiſco-
palem, quæ ſunt obeditę, & adimpletæ in alijs
87 occurrentijs per dictum Prouiſorem, & † ita
quòad hæc, cùm adſit res iudicata, excludit om-
nem dubitandi rationem, vt in terminis eſt de-
ciſio Rotæ 743.nu.7.& 8.par.1. Altamir.de viſit.
verbo *viſitatores* nu.7.l.ingenuum ff.de ſtatu ho-
minum, l.cùm putarem ff.famil.erciſc. & l.1. ff.
de condict.indeb.Bal.in cap.noſti de elect. Surd.
conſ. 61.nu.2.Caph.conſ.180.nu.4.Menoc.conſ.
100.à num.1. l.vlt. C. ſent. reſcindi non poſſe, l.
cauſas C. de tranſact. clem. appellationem de
appellat.

Ex quibus reſultat, quòd dictus Prouiſor ſo-
lus, & abſquè adiunctis æqualibus ei in iuriſdi-
ctione non potuit fulminare ſententiam excom-
municationis aduerſus Capitulares, qui non obe-
dierunt eius mandato, quòd fieret proceſſio ad
88 dictum Monaſterium; † nàm cùm excommuni-
catio ſit res maximi præiudicij, vt poſt Abb. in
cap. conſuluit de offic. deleg. tradit Additio ad
89 Matheſil. ſing.130. nu 15. † imò ſit pœna maior
Eccleſiæ, cap.ſacro de ſent.excom.ibi, *tantam in-
fligere pœnam* iuncto cap.corripiantur 24 q.3. l.
hi, qui ſanctam C. de apoſtatis, Rota deciſ.10.
nu.2. de ſent.excom. in nouis. Mantua ſing.103.
nu.6.Borgaſ.de irregul.& diſpenſat. 6.par. tit.in
quo conueniant ſuſpenſio, & interdictum nu.6.
& tit.de ſent.excom.nu.3.vbi ponderat tex.in
cap.2.de cler.excom. in quo poſt degradationē,
& ſuſpenſionem excōmunicatur, gloſ.in c. cùm
non ab homine, verbo *poſtmodùm* de iudic. & in
cap.Honoratus, verbo *adhuc* 73.diſt. & in l.rele-
gatorum ff.de interdict.& relegat. Specul.tit.de
ſent. §.6 verſ.*verùm*, & tit de contumacia §.4.in-
90 quit enim Borgaſ. vbi proximè nu. 4. † à leuio-
ribus, non à grauioribus incipiendum etiàm in
cenſuris Eccleſiaſticis, cap 2. de teſtib. cogend.
ibi: *Si verò non veneritis, ſciatis vos ab officio, &
beneficio Eccleſiaſtico apoſtolica auctoritate ſuſpen-
ſos. & ſi nec ſic veneritis, excommunicationis, &
depoſitionis ſententiam poteritis formidare*, gloſ.in
d.cap.Honoratus, verbo *adhuc* dicens, quòd iſte
ordo eſt ſeruandus, cùm aliquis punitur pro con-
tumacia, vt poſt monitionem ſuſpendatur, ſecun-
91 dò excōmunicetur, tertiò deponatur. † Et hinc
eſt, quòd excommunicatio non incurritur, niſi
in caſibus à iure expreſſis, vt ex c. is, qui de ſent.
92 excom. ait Lapus alleg.47.nu.2. † & non poteſt
promulgari ſinè cauſæ cognitione, c.nemo 2.q.1.
& notatur per Innoc.in cap.nouit de offic.deleg.
93 Bouer.ſing.verbo *excommunicatio* nu.4. † Et iſta
cognitio fieri debet cum interuentu adiunctorū,
vti æqualium Iudicum; nàm vt reſoluit deciſio
94 Rotæ 618. par.3.lib.3.num.6. † Cùm Epiſcopo
prohibitū ſit ſolùm corrigere, prohibetur etiàm
omne id, quod correctioni dirigitur, pœnæ, &
punitioni, arg. l.oratio ff.de ſponſal. l.eos in fin.
C.de vſur. l.fin. C. ſi mancip. ita fuer.alien. l.2.
§.vtrum ff de iudic. l.idemquè §.1. ff. pro ſocio,
l.obſeruare ff.de offic. Proconſ. l.ſcire §. ſi iura
ff.de tutor.& curat.dat.ab his, l.in ſeruitutem
§.ſi quis C.de bon.liber. l.quàmuis §.ſi cùm eſſe
ff.ad Velleian.Surd.de aliment.tit.9.q.17.nu.16.
95 Gregor.Lopez gloſ.1.in l.19.tit.6.par.6. † nàm
finis naturam ſapiunt tendentia ad finem, Caph.
conſ.195.nu.17.lib.1.l.oratio ff.de ſponſal. Tho.
96 Gram.deciſ.7.nu.8. † Et quandò duobus com-
mittitur aliquid à iure, vel hominis diſpoſitione,
vnus ſolus per ſe nō poteſt efficere, l.ſi vni ff. de
re iudic.cap.cùm plures de offic.deleg.in 6. cap.
ſi duo de procur. & cap.cauſam matrimonij 16.
de offic.& poteſt.Iudic.deleg. l.duo ex tribus de
re iudic. eod.lib. l.non diſtinguemus §.cùm in
plures ff.de recept.arbitr.Specul.tit.de ſentent.
prolat. §.ſequitur verſ. *ſi ſunt duo*, Alex. conſ.93.
incip. repetitus nu.1. & 2. lib.7. Abb.in cap.fin.
nu.2.de ſortileg.facit Achill.de Graſſ. deciſ.Ro-
97 tæ 8. tit.de conſtit. nu.3.dicens, † quòd adiun-
cti Iudicis omiſſio regularitèr nullitatem parit,
98 † Et appellatio licita eſt, ſi Epiſcopus vellet
corrigere ſinè conſenſu Capituli, cap.Epiſcopus
nullius cauſam 15.q.7. Petr.Gregor. in tract.de
99 appell. lib.2. cap.10. nu.9. † Et Sacra Congre-
gatio Cardinalium die Iouis 26.menſis Octobris
1589.conſultara per Archiepiſcopum, Decanum,
& Capitulum Sanctæ Eccleſiæ Hiſpalenſis ait: *Si
Epiſcopus, vel Vicarius ſolus in aliquo diſcordet ab
adiunctis, vel aliquid contra voluntatem Epiſcopi,
vel Vicarij decernant, an Epiſcopus, vel Vicarius
poſſit ſolus procedere, aut ſua decreta exequi, cùm
ex decreto Concilij nihil ſolus facere poſſit*, reſpon-
dit, *non poſſe ſolum procedere*, vt habetur in ma-
nuſcriptis trāſmiſſis Domino Epiſcopo D. Petro
Portocarrero, quæ apud me ſunt, & ita dictus
Prouiſor non ſolùm non potuit facere mandata
prædicta, nec ſibi ſoli arrogare iuriſdictionem
100 ei, & adiunctis communem; † nàm cùm in
hoc ſint æquales, non debent regulari ratione
inæquali, parium enim non debet eſſe ratio diſpar,
Bal.in l.mulier nu.7. C.de ſponſal. Matth.de Af-
flict.in cap.1.in princ.nu.102.de pace iuram.fir-
m. and.Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 84. Perez de
Lara de anniuerſ.& capellan. lib.1.cap.5.num.3.
Auth.de hæredib.& falcid. §.ſi hæres, & §.ſi quis
collat.1. vbi pares, & æquales æquali ſunt iure
101 cenſendi, † Et quod commune eſt, non poteſt
vnus ſibi appropriare, l.pupillus §.fin.ff.de verb.
102 ſignif.l.legatis vxori ff.de legat.2.vbi † Si teſta-
tor legat vxori, quæ eius cauſa parata erant, non
videtur legaſſe eos ſeruos, qui nō proprij ipſius,
ſed communis vſus cauſa parati erant, l. Quin-
tus Mutius ff.de auro, & argento legato, et Papa,
qui Titio mandauit prouideri de beneficio ad
alicuius prouiſionem ſpectante de eo beneficio,
cuius eidem cum alio communis prouiſio eſt,
ſenſiſſe non videtur, text. in cap. cùm in il-
lis §. final. de præbend. lib.6. Quod confir-
matur, quia Capitulum non reputatur perſo-
na extranea, aut res diuerſa ab Epiſcopo, imò

faciunt

Digitized by Google

ſaciunt vnum corpus, Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2.
103 cap. 1. num. 1. † nàm Capituli caput eſt Epi-
ſcopus, & Capitulares eius membra reputantur,
& dicuntur, ideòquè iura Epiſcopo indulta, eius
Capitulo conceſſa videntur, Archid. & DD. in
cap. 1. de filijs præsbyter. lib. 6. nàm, vti dixi, ca-
put Epiſcopus eſt, Canonici, & Capitulũ mem-
bra, cap. quanto, & cap. nouit de his, quæ fiunt à
prælat. Achill. de Graſſ. deciſ. 2. de offic. ordin.
num. 9. Caſſan. in cathalog. gloriæ mundi 4. par.
conſider. 32. verſ. *& primò pro Capitulo*, cap. cùm
de aliquibus de reſcript. lib. 6. vbi Geminian. op-
poſit. 2. & conſ. 131. eſt enim inter eos ſocietas
quædã indiuiſibilis, ex qua reſultat, quòd quàm-
uis Capitulum non haberet (vti habet) hoc pro-
prio iure, poſſet gaudere priuilegio, & prærroga-
104 tiuis Domini Epiſcopi; † regulare eſt enim,
quòd in indiuiduis ſocius gaudet priuilegio ſo-
cij, cap. penult. de conceſſ. præbend. gloſ. verbo
Eccleſiaſticam in cap. 1. de iure patronat. in 6.
vulgata l. ſi communem fundum ff. quemadm.
ſeruit. amitt. l. non ſolùm §. qui primipilum ff. de
excuſ. tutor. Abb. in cap. quàm ſit de Iudæis, &
traditur in cap. licèt de priuileg. lib. 6. Felyn. in
cap. 1. de præſcript. Roman. conſ. 195. nu. 5. Surd.
de alim. tit. 9. quæſt. 14 nu. 4.
105 † Et ità quàmuis Tribunal Epiſcopi, & illius
Vicarij ſit vnum, & vna iuriſdictio, cap. 1. de offi-
cio Vicarij, Rota deciſ. 7. num. 4. eod. tit. in
nouis, Gambara de offic. & poteſt. Legati lib. 9.
tit. de facultate eius finita legatione n. 9. Gutier.
canon. qq. cap. 7. nu. 16. Paul. Æmil. deciſ. 306. nu.
1. & 2. par. 2. Flamin. Pariſ. lib. 7. quæſt. 24. num.
67. Et ſicut Epiſcopus procedere debebat cum
adiunctis, aut Superiorem adire ſuper hac præ-
tenſione, & cõtrouerſia cum Capitulo, ita etiàm
106 debuit facere dictus Prouiſor, † quia non de-
bet eſſe melioris conditionis ſuo Epiſcopo, iuxta
tradita per Iacob. Sbroz. tract. de Vicario Epiſc.
lib. 2. q. 24. nu. 7. & lib. 1. q. 146. nu. 7. & ex eo,
quòd non fecerit, vel quia exceſſit, non debet
commodum conſequi, cap. ſedes 15. & cap. ex
tenore 16. in fin. de reſcript. Hieron. Gonzal. ad
107 reg 8. Cancell. gloſ. 56. nu. 18. † quantò magis,
quia quod hic fecit Capitulũ, fuit capitulariter,
& iuxta maioris partis ſententiam, ac ſuffragia,
l. nulli ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, l. quod
maior ff. ad municipal. l. municipes eod. tit. Fre-
der. de Sen. q. 15. nu. 2. Et non abſque fundamen-
to, imò cum eo legitimo continuando ſuam
conſuetudinẽ, quod ſufficit, vt intelligatur, quòd
108 non exceſſit, nec nouitatem fecit, † non enim
dicitur delinquere qui facit, quod fieri conſue-
uit, l. ſi pignore §. fin. ff. de pignor. actio. vbi DD.
Burg. de Paz conſ. 13. nu. 8. Ludou. Gomez. in
cap. 1. nu. 131. de conſtit. Aymon conſ. 319. poſt
nu. 17. verſ. 14. Morot. reſponſ. 35. nu. 28. Eſcobar
tract. de ratiocin. c. 9. nu. 41. & ſeq.
109 † Cùm conſuetudo quàmuis foret nulla præ-
ſtet iuſtam cauſã ignorantiæ, & excuſet à pœna,
cap. 2. de tempor. ordinat. l. ſi pater in princ. ff.
ad Macedonian. gloſ. in cap. cùm venerabilis de
conſuet. Franc. de Aretio conſ. 153. nu. 2. Alexan.
conſ. 172. nu. 6. lib. 1. & conſ. 64. num. 6. lib. 4. Bar-
batia conſ. 9. nu. 7. lib. 2. & conſ. 13. num. 3. lib. 4.
Mantua ſing. 13. nu. 2. Matienzo in l. 7. tit. 1. lib. 5.
gloſ. 1. num. 7. Ioſeph Ludou. concl. vnic. de con-
ſuetud. illat. 129.
Maximè, quia quod Capitulum, & Capitula-
res fecere non fuit in contemptum dicti Proui-
ſoris, nec Iuriſdictionis illius, ſi aliquam potuiſ-
ſet ſolus exercere in iſto caſu, ſed pro defenden-
da eorum quaſi poſſeſſione, & iure declarandi
eos ſolos, quo erant dirigendæ proceſſiones, quæ
de nouo fierent, non expectato conſenſu Proui-
ſoris, aut Vicarij generalis cum ſola nominatio-
ne Commiſſariorum, Epiſcopo in Ciuitate exi-
ſtente, cui illi rationem redderent determinatio-
110 nis Capituli, † & dolo feciſſe nõ videntur ſuo
iure vtendo, l. quod & lex §. 1. ff. de libero homi-
ne exhib. l. cùm creditor ff. de furt. l. fluminum
§. fin. ff. de damno infecto, l. iniuriarum §. is, qui
ff. de iniur. l. nullus ff. de regul. iur. & ſemper eſt
ſumenda præſumptio excluſiua delicti, l. meritò
ff. pro ſocio, Achill. de Graſſ. deciſ. 1. de pactis
nu. 2. Bald. in l. moueor nu. 2. C. ſi ſeruus expor-
tan. veneat, Bart. in l. Gallus §. quod ſi is num. 3.
verſ. *quicquid* ff. de liber. & poſthum. Menoch.
lib. 3. præſumpt. 86. nu. 5. Couar. in cap. quàmuis
pactum 2. par. §. 3. nu. 2. Nàm ſi ex ſola fulmina-
tione cenſurarum à Prouiſoribus facta Capitula
Cathedralium haberent deſiſtere ab eorum iu-
ribus, & conſuetudinibus ſtabilitis eſſet occaſio
turbandi ſtatum Eccleſiarum Cathedralium, pa-
cem, & concordiam correſpectiuam, quam con-
uenit eſſe inter Epiſcopos, & Capitula, eoſque
in immenſas inuoluere lites, res vtique indigna
111 dici, multòque magis vt fiat, † cùm nec Pon-
tifex, aut Princeps ſupremus videatur quid velle
diſponere cõtra conſuetum, & ſolitum, l. quod ſi
nolit §. quia aſſidua ff. de ædilit. edicto, Bart. per
text. ibi in l. ſi priùs §. penult. ff. de aqua pluuia
arcenda, Aretin. conſ. 11. col. 8. l. fideicommiſſa
§. ſi ſeruo vbi Bald. ff. de legat. 3. Aymon Crau.
de antiq. temp. 4. par. nu. 119.
112 † Et quàmuis in rebus tangentibus conſcien-
tiam, aut quæ poſſunt ſcrupulum continere, de-
beat ſequi tutius, & ſecurius conſilium iuxta
cap. iuuenes de ſponſalib. cum traditis per Fre-
deric. de Senis quæſt. 92. nu. 1. cap. ad audientiam
de homicid. cap. ſicut 14. diſtinct. & cap. 2. §. itẽ
de pœnit. diſt. 7. Couar. in cap. alma mater 1. par.
§. 2. nu. 4. de ſent. excommun. lib. 6. Adhùc vide-
tur, quòd mandata dicti Prouiſoris, quibus im-
poſuit pœnas excommunicationis, & pecunia-
rias dictis Decano, & Capitulo, vt proceſſionali-
tèr accederent ad dictum Monaſterium, non ha-
buere vim ex iuriſdictionis, & iuſtificationis de-
fectu, & alijs, quæ deducuntur ex præſenti diſ-
curſu, & ideò habet locum doctrina Innocentij
113 in cap. ad præſentiam de appellar. † quòd vbi
excommunicatio nõ tenet, ſe ingerens in diuinis
non incurrit irregularitatẽ, quam ſequitur Guid.
Papæ ſingul. 684. in verſ. *vbi*, & latiſſimo calamo
proſequitur Doctiſſimus Nauar. in c. cùm cõtin-
gat de reſcript. remed. 3. nu. 1. & ſeqq. & n. 41. &
alijs. Et poſſumus applicare huic caſui aliã eiuſdẽ
Nauarri reſolutionẽ in eodem Capitulo cauſa 3.
114 nullitatis nu. 5. quòd † nolens poſſeſſionem ſinè
cauſæ cognitione dimittere, nõ indebitè cõtradi-

Digitized by Google

xit, vt notant Innoc. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Calde-
rin. & Archidiac. in cap. quia in cunctis de con-
ceſſ. præbend. lib. 6. Oldrad. conſ. 81. incip. quòd
proceſſus nu. 7. & conſ. 227. incip. de toto nu. 3.
allegans cap. licèt Epiſcopus de præbend. lib. 6.
& paulò inferiùs ait: *Nunquàm autem ſiuè poſ-
ſeſſor colorem habeat poſſidendi, ſiuè non, non amo-
uebitur à ſua poſſeſſione ſinè cauſæ cognitione*, vt
16. quæſt. 4. cap. volumus, idem conſuluit Cardin.
conſ. 63. nu. 2. & conſ. 75. incip. Reuerende Pater,
conſ. 54. lite nu. 4. & conſ. 103. incip. caſus, ſuper
quo nu. 21. & in clem. 1. quæſt. 9. de offic. deleg.
115 vbi Imola nu. 38. & 47. † nàm contrarium fo-
ret incipere ab executione, contra l. 1. C. de
prohib. ſeq. pecun. l. 1. C. de execut. rei iudic. l.
prolatam C. de ſentent. & interloq. omn. Iudic.
Ioan Garzia de nobilit. §. 1. gloſ. 11. nu. 5. Meſſia
ad ll. Toleti 2 par. fundam. 17. num. 7. Bald. in l.
nec quicquàm §. vbi decretum nu. 10. ff. de offic.
Proconſ. Gambara lib. 8. de offic. & poteſt. Lega-
ti num. 43.

Ex quibus apparet, poſſe dictos Decanum,
& Capitulum Concheſe ſuſpenſa pro nunc pro-
prietate intentate poſſe remedium ſummariſſi-
mũ manutẽtionis in poſſeſſione, vel quaſi, in qua
exiſtunt determinandi eos ſolos, quò ſint dirigẽ-
dæ nouæ proceſſiones occurrentes, vel ex iuſto
impedimento ſuperueniente faciendæ litaniæ, &
116 rogationes, † nàm cùm manutẽtionis remediũ
ſit ſummariſſimum, vt per Paul. de Caſtro conſ.
3. nu. 2. vol. 2. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 4.
nu. 58. Couar. in pract. cap. 15. nu. 4. Rota deciſ.
27. num. 8. par. 2. nouiſſ. debet concedi Capitulo
pro dicta ſua quaſi poſſeſſione, Bart. in l. ſi duo
nu. 4. ff. vti poſſidetis, Ioan. Cæphal. conſ. 26. nu. 9
Rota Romana Sacri Palatij deciſ. 80. & 802. nu. 8.
117 par. 1. & deciſ. 1049. par. 3. lib. 3. † ad quam
ſufficit vnicus actus, Ioan. Vinc. de Anna allegat.
231. nu. 1. maximè ſi ſit vltimus, l. item mella
§. ſed ſi alimenta ff. de alim. & cibar. legat. Andr.
in cap. 1. col. 2. de his, qui feud. dare poſſ. idem
Vincent. de Anna ſingul. 584. Fabius de Anna
118 eius filius conſ. 80. nu. 15. nàm conceditur etiàm
mero detentori, Paul. Caſtrenſ. in l. Attilius Re-
gulus nu. 5. Imola eod. num. Roman. nu. 7. de do-
nationib. Ioan. Neuiz. conſ. 80. nu. 3. verſ. *& dicit
Paulus*, Rota Romana Sacri Palatij deciſ. 641.
nu. 8. par 1. & deciſ. 50. nu. 29. par. 2. dicens, quòd
de ſtylo Rotæ nõ denegatur etiàm ſpoliatori per
Paleot. deciſ. 87. incip. Spoletana Parochialis, Ro-
119 ta etiàm deciſ. 482. nu. 2. par. 3. lib. 3. † etiàm
ſi dicatur, poſſeſſionem eſſe contra ius, vt eſt pul-
chra determinatio Abbatis in cap. 1. nu. 4. vt lite
pend. pro qua ponderat tex. in cap. cùm perſonę
de priuileg. lib. 6. Pariſ. conſ. 39. lib. 1. Herculan.
tract. de attent. cap. 3. nu. 8. & iuris præſumptio-
nem contra ſe habeat, vt poſt Innoc. in cap. cùm
veniſſet de in integr. reſtit. Capyc. deciſ. 189. tra-
120 dit Io. Vinc. de Anna alleg. 84. nu. 6. † Nàm vt
competat remedium tuitiuum, quod vulgò dici-
tur interim ſufficit quælibet poſſeſſio, aut deten-
tatio ſaltim colorata, vt in ſpecie docent Couar.
in pract. cap. 17. nu. 5. verſ. *ſic ſanè*, Aluar. Valaſc.
conſult. 79. nu. 11. vol. 1. Franciſc. Milanen. dec. 1.
nu. 83. & 98. cum ſeqq. lib. 1. Marc. Ant. Natta
conſ. 121. nu. 15. vol. 1. Guido Papæ deciſ. 85. nu. 1.
Rebuff. 3. tom. comment. ad leges Gallicas tit.
121 de cauſis benefic. poſſeſſ. art. 10. nu. fin. † nàm
huiuſmodi remedium ſimile eſt interdicto vti
poſſidetis, vt obſeruat Couar. vbi proximè nu. 1.
Valaſc. num. 2. & vt competat interdictum vti
poſſidetis, non eſt neceſſarium iuſtificare poſ-
ſeſſionem cum titulo, leg. 1. ibi, *ſeparata debet eſſe
poſſeſſio à proprietate*, l. 2. & ferè per totum ff. vti
poſſidetis, l. naturalitèr 12. §. 1. ff. de acquirend.
poſſeſſ. cap. paſtoralis 5. de cauſa poſſeſſ. Menoc.
de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 588. Valaſc.
vbi proximè nu. 3. Henric. Caniſius tract. de de-
122 cimis cap. 18. num. 13. † Et quia ſufficit minor
probatio ad obtinendum mandatum in remedio
manutentionis, Hieronym. Gonzal. ad regul. 8.
Cancell. in procem. §. 7. nu. 224. Aymon conſ. 158.
nu. 12. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vltim. nu.
34. Aluar. Valaſc. tom. 1. conſult. 51. num. 45. ex
Bart. in l. 1. nu. 10. C. quorum bonor. & in l. 2. §.
ſin verò C. vbi in rem actio. Et ita mihi videtur,
ſaluo, &c. Matriti 20. Iunij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris principalitèr attenditur in fideicommiſſis.*

2 *Voluntas colligitur ex verbis, & mente diſponẽtis.*

3 *Voluntas teſtatoris probatur coniecturis, quæ eliciuntur ex illius teſtamento, & diſpoſitione.*

4 *Coniecturis legalibus quod conſtat, dicitur conſtare euidentèr.*

5 *Expreſſum dicitur, quod colligitur ex natura verbi expreſſi.*

6 *Tacitum habetur pro expreſſo in vltimis voluntatibus, & fideicommiſſis.*

7 *Fideicommiſſum extenditur, & ampliatur ex coniecturis.*

8 *Primogenitorũ omnium vocatio inducit præſumptionem fideicommiſſi perpetui.*

9 *Relinquens bona, vt in illis ſuccedatur ordine primogenituræ, cenſetur ea relinquere iure maioratus.*

10 *Teſtator quandò fecit plures gradus ſubſtitutionis non ſolùm inter deſcendentes, ſed tranſuerſales inducitur fideicommiſſum perpetuum.*

11 *Maſculorum prælatio in omnibus gradibus inducit præſumptionem conſeruandi agnationem veram, vel fictam.*

12 *Grauans magis dilectos, cenſetur magis grauare voluiſſe minus dilectos.*

13 *Remotior nõ debet eſſe melioris conditionis, quàm propinquior.*

14 *Primogenium perpetuum reſultat ex diſpoſitione perpetuitatis inductiua.*

15 *Primogeniorum Hiſpaniæ natura eſt, quòd ſint perpetua.*

16 *Teſtator cenſetur primogenium, & maioratum facere ſecundùm morem Hiſpaniæ.*

17 *Primogenituræ ius, qui iubet obſeruari, videtur primogenium perpetuum inducere.*

18 *Factum qui vult, cenſetur velle, quæ ſunt de natura facti.*

19 *Maioratus perpetui præſumptio ſumitur ex quali-*

tate

tate bonorum nobilium, vt ſunt Baroniæ cum iuriſdictione, & fortalitia, & nu. 23. & 52.

20 *Iuriſdictio nobilitat, & qualificat bona ſtabilia.*
21 *Iuriſdictio eſt poteſtas iuriſdicendi in ſubditos.*
22 *Iuriſdictio in Villis, & Caſtris pro dignitate habetur.*
24 *Prohibitio realis alienationis reſultat ex qualitate bonorum.*
25 *Prohibitio alienationis bonorum nobilium valet ſine expreſſione cauſæ.*
26 *Baroniæ, & fortalitia poſita in confinibus alterius Regni, difficilius alienari permittuntur.*
27 *Caſtra, & fortalitia poſita in confinibus ſunt neceſſaria ad defenſionem Regni.*
28 *Verba* nullo futuro tempore *denotãt perpetuam durationem.*
29 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
30 *Prohibitio expreſſa alienationis fortior eſt ad conſeruationem bonorum inducendam.*
31 *Familiæ conſeruatio reſultat ex relicto bonorum iure primogenituræ.*
32 *Familiarum dignitatẽ conſeruari publicè intereſt.*
33 *Familia ſordeſcit, & deprimitur paupertate.*
34 *Conditio ferendi nomen, & arma teſtatoris inducit præſumptionem conſeruationis familiæ.*
35 *Conditio ferendi nomen, & arma familiæ honeſte, valida eſt.*
36 *Vocatio primogenitorum cum prohibitione alienationis, & conditione ferendi nomen, & arma inducit fideicommiſſum perpetuum.*
37 *Alienationis prohibitio fauore familiæ extenditur ad diuerſa tempora, & perſonas.*
38 *Argumentum à maiori eſt validum de iure.*
39 *Alienare dicitur legans extraneo, aut eum inſtituens hæredem.*
40 *Maioratus adiudicari debet habenti pro ſe coniecturas legitimas.*
41 *Naturalis ſoboles progeniem nobilem vituperat.*
42 *Naturalium excluſio colligitur ex vocatione legitimorum, & naturalium ſimùl.*
43 *Naturales non ſunt de domo, & agnatione.*
44 *Naturales non admittuntur vbi non ſunt vocati ſpecificè.*
45 *Vocatio multiplex legitimorum magis excludit naturales.*
46 *Coniecturis non eſt locus in claris.*
47 *Subſtitutio prima vbi deficit, & aliæ, quæ ab ea pendent, deficiunt.*
48 *Soror vltimi poſſeſſoris quandò præferatur maſculo remotiori.*
49 *Verba* his caſibus *referuntur ad caſus expreſſos.*
50 *Diſpoſitio ceſſat, ceſſante ratione illius.*
51 *Qualitas perſonæ diſponentis attenditur ad colligendum congruam interpretationem verborum eius.*
53 *Vocatio remotiorum per viam fideicommiſſi præſupponit illud in proximioribus.*
54 *Fideicommiſſum fauore deſcendentium omnes in infinitum comprehendit.*
55 *Vinculum bonorum colligitur ex prohibitione deducendi Trebellianicam facta inſtitutis, & ſubſtitutis.*
56 *Subſtitutio facta vulgaritèr, & pupillaritèr, & per fideicommiſſum valet eo modo, ex his, quibus, vel quo poteſt valere.*
57 *Subſtitutio facta per verba obliqua directatur, vt operetur iure vulgaris, & pupillaris.*
58 *Subſtitutus capit ex capite, quo poteſt capere, & eligit, num. 59.*
60 *Poſiti in conditione ſi ſint ex liberis teſtatoris, aut deſcendẽtibus cenſentur poſiti in diſpoſitione, & num. 63.*
61 *Teſtator non cenſetur alienas ſucceſſiones proprijs velle anteferri.*
62 *Liberi poſiti in conditione, vt videantur inſtituti, quælibet coniectura leuis ſufficit.*
64 *Diſpoſitio reſtringitur ad bona diſponentis, & non ad alteri debita.*
65 *Fideicommiſſarij veniunt ſecundùm prærogatiuã ſuarum vocationum.*

P R O

D. Guiomara de Cubillas, et de Aymerios Ciuitatis Barcinonæ

C V M

D. Comitiſſa de Montagut vidua D. Gueraui de Cruilles Comitis Montagut, & prætenſis filijs naturalibus dicti Comitis.

A R G V M E N T V M.

Fœmina deſcendens ab eo, in quem intrauit ſucceſſio bonorum maioratui, aut fideicommiſſo ſubiectorum, debet in eis ſuccedere tanquàm de linea, excluſa vxore, & filijs illegitimis vltimi poſſeſſoris. Et qualitèr, & ex quibus coniecturis maioratus, aut fideicommiſſum inducatur.

CONSILIVM CLXXXV.

VIſis diſpoſitionibus factis per D Garcerandum de Santapau, & D. Hugonem de Santapau eius filium, quibus fecere vinculũ, & fideicommiſſum perpetuum Baroniæ Villarũ, Caſtrorum, feudorum, territoriorum, & aliorum bonorum ſtabilium, quæ dictus D. Garcerandus habebat in Principatu Cathaloniæ in fauorem dicti D. Hugonis eius filij, & ſuorum deſcendentium legitimorum, & naturalium iuxta ſeriem vocationum expreſſarũ in dicta diſpoſitione, & ſimilitèr alia facta per dictum D. Hugonem; cùmque notorium ſit, dictum D. Gueraum Comitem vltimum poſſeſſorẽ deceſſiſſe abſque filijs, aut alijs deſcendẽtibus legitimis, qui poſsẽt ſuccedere in

diƈtis bonis, & ſi iudicium meum promere re-
cuſarem, cùm abſens à Bibliotheca, & in præſen-
ti Ciuitate Barcinonæ caſualitèr reperiar expe-
ƈtans occaſionem transfretandi in Italiam, cùm
tamen vrgear iuſſionibus Illuſtr. DD. Margaritæ,
& D. Ioannæ de Mendoza filiarũ Excell. D. Mar-
chionis de Almazan Proregis Principatus Ca-
thaloniæ, non potui eis non obedire, & diƈtam
D. Guiomar, quæ earum auƈtoritatem erga me
interpoſuit ſuo deſiderio fraudare; ſed qualia-
cunque mihi obuenerunt pro eius iuſtitia ex-
promere, imitatus ſimilem excuſationem Celſi
Hugonis conſ. 118. in princ. præſens diſcurſus
in duas partes diuidetur. Prima erit reſpeƈtu
maioratus, ſeù fideicommiſſi diƈti D. Garceran
de Santapau. Secunda, reſpeƈtu alterius fidei-
commiſſi diƈti D. Hugonis ſui filij.

PARS PRIMA.

Suppoſito, quòd diƈta D. Guiomar tanquàm
abneptis D. Beatricis de Sanƈtapau eius tertiæ
auiæ, filiæ maioris, & primogenitæ diƈti D. Hu-
gonis, in quam intrauit ſucceſſio, reperitur pro-
pinquior, imò vnica deſcendens illius lineæ, vi-
detur notoriam iuſtitiam habere: pro quo eſt
1 conſiderandum, † quòd voluntas teſtatoris eſt
principalitèr attendenda in fideicommiſſis, l. fi-
deicommiſſa §. itèm ſi quis, l. quiſquis ff. de leg.
3. l. hæredes mei §. cùm ita ff. ad S.C. Trebellian.
34 de reſtitut. ſpoliat. † Cuius ratificationem requiri, vt receptio penſionis diminutæ noceret ei, probatur ex traditis per Soccin. in l. 1. §. ſi iuſſerim nu. 11. & 12. ff. de acquir. poſſ. Rota deciſ. 320. nu. 2. in fin. par. 3. lib. 3. Steph. Grat. diſcept. forenſ. c. 494. nu. 14. Et licèt ordo datus per Sereniſſ. Principẽ dictis Camarenæ, & Parauicino operari poſſet proteſtationem, ſeù animi illius declarationem, quòd nolebat ſoluere, niſi facta
35 dicta deductione, † cùm in poſterioribus ſolutionibus integralitèr factis id repetitum nõ fuerit, videtur à priori receſſum ex Farinac. deciſ. Rotæ ciuili 29. nu. 12. & deciſ. 80. nu. 5.

36 † Præſertim cùm non ſit veriſimile, quòd Miniſtri, & Officiales dicti Sereniſſ. Principis feciſſent ſolutiones integras niſi informati de vigore gratiæ Apoſtolicæ, id in mandatis habuiſſent, Carroc. tract. de locat. & conduct. rubr. de locat. per procuratorem nu. 55. D. Conſil. (iàm Regens meritiſſimus) Scipio Rouitus ſuper prag. Regni
37 Neap. 9. tit. de feud. nu. 9. † Inferens ex eo, ſolutiones factas à Miniſtris Ducis Parmæ iuriũ ſigilli Regij, quarum etiàm meminit Ioan. Franc. de Ponte deciſ. 5. Collateralis Conſilij num. 11. & 12. præiudicabunt illi ex veriſimili notitia eius, l. procuratoris ff. de tribut. actio. Oldrad. conſ. 263. incip. Dominus Ægidius. verſ. *tùm propter procuratoris ſui factum*, Crauet. de antiq. tempor. 4. par. ſectione *abſolutis* q. 7. nu. 23. cum ſeqq.

38 † Nàm vbi agitur de impenſa conſiderabili, mandatum præſumitur, nè quis inſcio Domino, ſeù principali feciſſe videatur, vt ex Innoc. in cap. nonnulli, verb. *mandato* de reſcript. & Felyn. in cap. ſicut verſ. *quintò fallit* de ſent. & re iudic. Bart. & Alex. in l. cùm ſeruus ff. de verbor. oblig. tradunt Caſſador. deciſ. 3. de procur. nu. 4. lib. 1. Sarnenſis reg. de annali q. 32. num. 6. Paul. Æmil. deciſ. Rotæ 190. num. 4. par. 1. tradit Rota apud S. D. Ludouiſium deciſ. 44. & 111. nu. 5. Mohed. deciſ. 3. de præſumpt. Ioan. Bapt. Coccin. deciſ. 255. nu. 5. deciſ. Rotæ 40. nu. 4. adducta à Dominico Pico poſt eius tract. de contract. ſine certa ſolemnitate non valituris, Farinac. dec. Rotæ 89. nu. 2. & 3. deciſ. 55. nu. 3. deciſ. 109. num. 4. deciſ. 440. nu. 6. tom. 1. par. 2. & 631. in nouitèr nouiſſ. cuius meminit Marta tom. 6. digeſtorum nouiſſimorum, verbo *ratificatio* cap. 23. Cardin. Mantica de tacitis, & ambiguis conuention. lib. 7. tit. 4. Franciſc. Beccius conſ. 158. nu. 4. Stephan. Gratian. tomo 2. diſceptatio. forenſ. cap. 296. num. 22.

39 † Maximè, quia ſcientia Deputati à Principe cenſetur ſcientia illius, vt loquendo de ſcientia Officialium Principis, Bart. in l. nè quid ex naufragijs num. 1. ff. de incend. ruina, & naufrag. & in l. ſi Publicanus §. in omnibus nu. 1. ff. de publica. & vectigal. Tiraquell. de nobilit. cap. 14. num. 3. Crauett. d. num. 23. Couar. in regula poſſeſſor

ſu ini-

in initio partis 2. ad finem, Sarmiento de reddit. Eccleſ. par. 1. monit. 51. nu. 2. Seraph. Oliuar. dec. Rotæ 1437. nu. 3. Rota Romana deciſ. 794. nu. 1. par. 1. nouiſſ. Sacri Palatij.

40 † Solués enim nomine alieno præſumitur habere mandatum ad ſoluendum, nec eſt veriſimile, pecunias ſuas iactare voluiſſe, & ideò qui petit, donec contrarium probetur, in ſua poſſeſſione conſeruandus eſt, vt ex deciſ. Blancheti 2. tit. de cauſ. poſſeſſ. in antiq. tradit Marta d. tom. 6. tit. penſio, cap. 27.

41 † Quarè cùm regularitèr vltimus ſtatus debeat attendi, vt pluribus probant Barbat. conſ. 62. nu. 6. lib. 3. Medices tract. de nouat. col. 4. verbo *ſtatus*, Rol. à Valle tract. de dote q. 78. nu. 2.

42 † Et vltima derogêt prioribus, quæ videbantur contraria, l. pacta nouiſſima C. de pact. l. ſi in æqualibus ff. de hæred. inſtit. l. Titia cum teſtamento §. Lucius 2. ff. de legat. 2. & l. non ad ea ff. de condit. & demonſtr. Crau. conſ. 416. nu. 2.

43 † In iudicio autèm poſſeſſorio manutẽtionis, de quo agimus, dictus Prior Angliæ tanquàm habens pro ſe vltimum ſtatum ſolutionis penſionum ei reſeruatarum abſquè deductione dictarum reſponſionum debet omninò obtinere, ac manuteneri, ex cap. cùm Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propr. et. vbi Abb. num. 23. §. retinendæ, Inſt. de interdict. Alex. conſ. 92. nu. 5. lib. 1. Couar. in pract. qq. cap. 17. nu. 5. Seraphin. deciſ.

44 Rotæ 1437. nu. 1. † Et in terminis actus vltimi ſolutionis ex l. Mela §. ſed ſi alimenta ff. de alim. & cibar. legat. Andr. de Iſernia in cap. 1. col. 4. de his, qui feud. dare poſſ. in vſib. feudor. tradunt Ioan. Vinc. de Anna ſing. 584. Fab. de Anna conſ. 80. nu. 5. & ex cap. cùm de beneficio de præbend. in 6. Franc. Beccius conſ. 192. nu. 1. tom. 2.

45 † Et ita inſpecto vltimo actu, & ſtatu debet prouideri, quòd dictus Prior Angliæ manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones decurſas ſibi debitas [illegible] ad tempus motæ litis, & in futurum decurrendas liberas, & immunes à dictis reſponſionibus, ex traditis per Farinac. deciſ. ciu. li. 54. nu. 1. Gambara d. lib. 6. tit. de penſionib. nu. 506.

S V M M A R I V M.

1 *Feuda regularitèr non veniunt in fideicommiſſo generali, niſi ſint pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & nu. 2.*

3 *Iura, & actiones an veniant in relicto bonorum ſtabilium, aut mobilium.*

4 *Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones.*

5 *Verbum* bona *propter ſui generalitatẽ non reſtringitur ex adiectione ſpecierum.*

6 *Generalitas operatur idem, quod ſingulorum expreſſio.*

7 *Generalia verba operantur, vt proferens de omnibus ſenſiſſe videatur.*

8 *Generalitèr loquens, meminiſſe creditur omnis rei comprehenſæ ſub genere.*

9 *Ius luendi venit, & comprehenditur in fideicommiſſo bonorum.*

10 *Venditio, reſeruato iure luendi rem quandocumque præſumitur potiùs pignoratio.*

11 *Alienatum non videtur, quod ſemper poteſt recuperari.*

12 *Actio ſi competit ad recuperandam rem, talis res cenſetur eſſe in bonis.*

13 *Iura, & actiones eodem modo conſiderãtur, prout res, ſuper qua conſiſtunt.*

14 *Pactũ de retrouendendo, aut ſimile vbi adeſt, magna ſimilitudo eſt cùm pignore.*

15 *Redemptio rei alienatæ cum pacto de retrouendendo non cenſetur noua acquiſitio.*

16 *Retrouenditio vbi eſt neceſſaria, bona ad propriam naturam redire dicuntur.*

17 *Rex ſi conſenſum, aſſenſumuè præſtet vaſallo, vt vendat feudum cum pacto de retrouendendo, nõ poteſt pactum remittere ſinè nouo aſſenſu.*

18 *Iuris luendi feudum alienatio æquiparatur alienationi feudi.*

19 *Reipublicæ intereſt, bona in familia nobili, & generoſa conſeruari.*

20 *Familiæ fauor vertitur, nè bona tranſeant ad extraneos.*

21 *Nobiles in Italia ſolent fideicommiſſa facère pro decore familiæ.*

22 *Argumentum ſumi poteſt à conſuetudine nobilium in fideicommiſſis.*

23 *Alienationis prohibitio, vt bona conſeruentur in familia valet, & inducit fideicommiſſum inter illos de familia, nu. 24.*

25 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum inducitur ex ratione, vt bona conſeruentur in familia.*

26 *Fideicommiſſum fauore familiæ dicitur reale.*

27 *Alienationis prohibitio facta fauore familiæ eſt fauorabilis, & pro ipſa interpretanda, & numer. 28.*

29 *Prohibitio alienationis reſpectu alicuius rei extẽditur ad omnia bona ex ratione, quod vult, ea conſeruari in familia.*

30 *Alienatio facta contra prohibitionem expreſſam teſtatoris eſt nulla.*

31 *Alienatione facta contra prohibitionem teſtatoris, non transfertur dominium in emptorem, & nu. 136.*

32 *Prohibitio alienationis expreſſa à teſtatore facta æquiparatur legis prohibitioni.*

33 *Teſtatoris, & legis diſpoſitio pari paſſu ambulant.*

34 *Fideicommiſſario competit ius ad reiuendicandam rem fideicommiſſi alienatam contra prohibitionẽ, & ius illam luendi.*

35 *Alienatio illicitè facta extra familiam facit locum fideicommiſſo.*

36 *Alienationis prohibitionem non includere eam, quæ ex neceſſitate fit, qui teneant, & nu. 38.*

37 *Fiſcus ſemper præſumitur ſoluendo.*

39 *Fraus colligitur ſi erant alia bona, vel fructus extra bona fideicommiſſi, ex quibus ſatisfieri poſſet debitum, & fuere alienata fideicommiſſi bona.*

40 *Alienatio ſolùm fieri debet eatènus, quatènus vrget neceſſitas.*

41 *Fideicommiſſarius non valet ex cauſa neceſſitatis alienare bona ſuppoſita fideicommiſſo, ſi aliundè poteſt ſibi ſuccurrere.*

42 *Neceſſaria cauſa non eſt habens initium voluntarium.*
43 *Alienare probibitus non poteſt actum facere, per quem alienatio ſequatur.*
44 *Alienationis probibitio vbi eſt geminata, non poteſt alienatio fieri etiàm in caſibus aliàs permiſſis.*
45 *Diſpoſitio hominis, quæ ſequitur diſpoſitionem iuris, non debet eſſe ſinè effectu operandi.*
46 *Clauſula nulla debet eſſe ſinè virtute operandi in diſpoſitione legis, vel hominis.*
47 *Geminata, & duplicata ſunt potētiora ſimplicibus.*
48 *Alienationis probibitio geminata comprebendit etiàm neceſſariam.*
49 *Geminatio verborum magis enixam voluntatem oſtendit.*
50 *Probibitio duplex ſortior eſt, quàm ſimplex.*
51 *Probibitio Principis habet vim legis.*
52 *Probibitio legis impedit translationem dominij.*
53 *Probibitio hominis, & legis vbi concurrunt, alienatio omninò probibita cenſetur etiàm in caſibus aliàs de iure permiſſis.*
54 *Alienatio etiàm ex cauſa neceſſaria cenſetur probibita ex verbis exuberantibus.*
55 *Alienatio iuris luendi nulliter facta, poſſet ab ipſomet, qui alienauit, reuocari.*
56 *Alienatia rei fideicommiſſo ſubiectæ licèt valeat pendente conditione, tamèn ſi adſit probibitio teſtatoris, eſt à principio nulla.*
57 *Teſtator ſi diſpoſuit alienationem eſſe nullam, impeditur dominij translatio.*
58 *Succeſſori in fideicommiſſo competit reuocatoria aduerſus poſſeſſorem rei fideicommiſſi malè alienatæ.*
59 *Cognitio cauſæ vbi debet interuenire, quæ requirantur, & nu. 61.*
60 *Fieri dicitur de facto, quod fit abſquè cauſæ cognitione.*
62 *Forma data à teſtatore in citandis agnatis antè alienationem ſeruanda eſt.*
63 *Familia vbi eſt contemplata, omnes de illa ſunt citandi.*
64 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet debet probare.*
65 *Agnati ſi ex diſpoſitione ſtatuti ſunt citandi, & omittatur citatio, actus eſt nullus.*
66 *Forma dat eſſe rei, vel actui.*
67 *Forma eſt antè omnia adimplenda, & ſeruanda.*
68 *Recedi à forma nullo modo poteſt.*
69 *Forma præfixa cū clauſula annullatiua debet præcisè ſeruari.*
70 *Forma adimpleri nequit ex poſt facto, aut poſt interuallum temporis.*
71 *Forma omnis debet eſſe contemporanea actui.*
72 *Forma non poteſt ſtare in ſuſpenſo.*
73 *Forma omnis in dubio cenſetur ſubſtantialis.*
74 *Formæ omiſſio etiàm in minima parte vitiat actū ipſo iure etiàm in fauorabilibus, & nu. 75.*
76 *Forma vbi non ſeruatur, non præſumitur vtilitas, ſed damnoſum.*
77 *Forma attenditur magis, quàm ratio.*
78 *Forma vbi nō fuit ſeruata, non ſufficit cauſa etiàm iuſtiſſima.*
79 *Cauſa remota, remouentur omnes effectus, qui ex ea poſſent prouenire.*
80 *Cauſæ defectus reddit nullam interpoſitionem decreti ſuper alienatione.*
81 *Infecta cauſa primiua, inficitur deriuatiua.*
82 *Alienatio redditur nulla, decreto ex falſa cauſa interpoſito.*
83 *Decretum interpoſitum ex falſa cauſa eſt nullum.*
84 *Præſumptio, quæ adeſt pro decreto, adhuc admittit probationem in contrarium.*
85 *Sententia Regiæ Cameræ Neapolis præſumitur lata ex iuſta cauſa.*
86 *Sententia lata cenſetur lata ex cauſis fauorabilioribus fideicommiſſo, & ſucceſſoribus in eo.*
87 *Executio pro debito, quæ non poteſt fieri in feudo, fiet in fructibus.*
88 *Regiſtratio aſſenſus requiſita debet impleri.*
89 *Cauſa ſi ſit falſa pro parte, decretum ſuper alienatione interpoſitum vitiatur.*
90 *Cauſa, quæ nocet, & non quæ prodeſt, attenditur, & num. 102.*
91 *Vtile per inutile vitiatur in his, quæ ſunt de forma.*
92 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*
93 *Sententia, & decretum ſunt indiuidua.*
94 *Adiudicatio facta à Iudice pro ſumma maiori, quàm ſit debita, non tenet etiàm in ea, quæ debetur.*
95 *Adiudicatio continet translationem dominij.*
96 *Res vna, & eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
97 *Tenuta capta pro maiori ſumma, quàm debebatur, eſt nulla in totum.*
98 *Vtile per inutile vitiatur, quandò actus fit in fraudem legis, vel teſtatoris.*
99 *Vtile per inutile vitiatur, ſi quis magnum damnū pateretur ex eo, quòd actus valeret pro parte.*
100 *Alienatio, quæ continet magnam fideicommiſſi læſionem, facit præſumi, Principem illam non fuiſſe admiſſurum.*
101 *Diſpoſitio in caſu ſimplici non habet locū in mixto in odioſis.*
103 *Actus vnicus non poteſt valere pro parte, & pro parte non.*
104 *Vtile per inutile regulariter vitiatur in feudis.*
105 *Vtile potentius an trahere poſſit inutile.*
106 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundùm iura, & authoritates à ſe allegatas.*
107 *Profeſſio, quæ principaliter fit Deo, non vitiatur, & ſi miniſter, qui illam recipit, acceptet conditionem illicitam.*
108 *Ius luendi, ſeù redimendi poteſt alij cedi.*
109 *Fraus abeſſe debet ab omni actu Principis, vel eius Vicesgerentis.*
110 *Redimere non dicitur, qui animum non habuit retinendi, ſed iterùm alienandi.*
111 *Inducta in prædium tantùm dicuntur ea, quæ Dominus induxit, vt ibi perpetuò eſſent.*
112 *Momentaneam acquiſitianem lex reſpuit.*
113 *Venditorem non eſt veriſimile vendere, vt ſtatim retroemat.*
114 *Cautela nimia dolum arguit.*
115 *Fideicommiſſo, & iuri luendi quo tēpore præſcribatur, & nu. 116.*
117 *Actionem qui habet, videtur ipſam rem habere.*
118 *Ius luendi reſeruatum cum clauſula quandocunque, nullo tempore præſcribitur.*

119 Re-

119 *Reluendi facultas poſita in libera debitoris voluntate reſtringi non poteſt.*
120 *Fideicommiſſi confirmati ab Imperatore conſeruatio eſt fauorabilis.*
121 *Alienatione probibita, probibetur præſcriptio.*
122 *Reſtitutio datur aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ probabilis.*
123 *Ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur.*
124 *Abſenti non currit præſcriptio in eius damnum.*
125 *Præſcriptio non currit contra minores.*
126 *Deſcendens quilibet ex vocatis, & comprehenſis in inueſtitura habet ius ſuum diſtinctum, & ſeparatum ab alio.*
127 *Conceſſiones tot cenſentur eſſe, quot ſunt perſonæ vocatæ.*
128 *Deſcendens non poteſt alij deſcendenti etiam naſcituro præiudicare in fideicommiſſo.*
129 *Agnatus quādò quilibet venit ex propria perſona contra vnumquemque erit præſcribendum.*
130 *Emptor, qui ſciebat fideicommiſſum. & probibitionem alienationis, fuit in mala fide.*
131 *Præſcriptio nulla procedit cum mala fide.*
132 *Præſcribi nequeunt iura facultatis.*
133 *Pactum recuperandi quandòcunque rem aliquā non extinguitur præſcriptione, ſed ipſa eliditur pacto.*
134 *Alienatio ad fauorem familiæ prohibita, licèt fiat de conſenſu natorum de familia, poteſt reuocari à naſcituris.*
135 *Præſcriptio longiſſimi temporis non nocet ſucceſſori reuocanti alienationem.*
137 *Titulum babens à Fiſco an poſſit ſe tueri quadriennij præſcriptione.*
138 *L. benè à Zenone C. de quadrien. præſcript. non procedit, quandò Fiſcus vendidit rem vt ſuam, adiecta incerta cauſa.*
139 *Bona fides requiritur in Fiſco, aut Regia Curia vendente.*
140 *Alienatio rei fiſcalis fieri debet cum ſubbaſtationibus, & alijs ſolennitatibus.*
141 *Princeps quandò alienat rem de plenitudine poteſtatis, an poſſit Domino rei præiudicare.*
142 *Mandatum ſpeciale Principis requiritur in venditione rei, vt babeat locum quadriennij præſcriptio.*
143 *Venditio rei alienæ non valet, nec venit in mandato generali.*
144 *Lex omnes, & l. benè à Zenone C. de quadrien. præſcript. debent ſtrictiſſimè interpretari.*
145 *Succeſſor an debeat ſtare facto prædeceſſoris ſui.*
146 *Succeſſor non tenetur ſtare facto nullo ſui prædeceſſoris.*
147 *Anteceſſor ſi non potuit diſponere liberè de re, non tenetur ſucceſſor ſtare illius facto.*
148 *Patronus ſuccedens liberto ab inteſtato poteſt per actionem Caluiſianam reuocare alienata in eius fraudem.*
149 *Fideicommiſſarius eſt neceſſarius ſucceſſor in fideicommiſſo, nec poteſt illi præiudicari à prædeceſſore.*
150 *Lex cum à matre C. de rei vendic. non procedit, niſi in bis, quæ ſunt merè bæreditaria.*
151 *Contrauenire quis poteſt ex propria perſona, & proprio iure, facto prædeceſſoris.*
152 *Intellectus l. an vitium §. ex facto ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.*
153 *L. cùm à matre C. de rei vendic. non procedit in feudis.*
154 *Patris factum filio nocere æquum non eſt.*
155 *Succeſſor in feudo ex pacto, & prouidentia imperiali, reuocat alienationem de illius iuribus factam, maximè nullitèr.*
156 *Factum ſi ſit improbatum à iure poteſt impugnari à ſucceſſore, imò ab ipſo, qui fecit illud.*
157 *Obligatio contra legem, vel in eius fraudem oriri non poteſt.*
158 *Alienans vbi poſſet contrauenire; multò magis illius ſucceſſor.*
159 *Defunctus quandò non obligatur validè ex actu, tunc bæres poteſt contra illius factum venire.*

P R O

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domina D. Lucretia Gattinaria, & Lignano, coniuge Excell. Domini D. Franciſci de Caſtro Comitis Caſtri, & Ducis Tauriſani, Proregis Regni Siciliæ

C V M

Don Nicolao Barreſi Equite Siculo ſuper Baronia Petra de Amico, & nullitate alienationis iuris luendi illam.

A R G V M E N T V M.

Fideicommiſſum, & prohibitio alienationis iuris luendi Baroniam valet, & ſi alienatio de facto fiat, nulla erit.

CONSILIVM CLXXXVII.

Recognito cauſæ proceſſu, & facto illius premiſſo, adductis tantùm ex eo breuitatis cauſa his, quæ opportunum fuerit ponderare in præſenti diſcurſu, apparebit, dictam Excellentiſſimam Comitiſſam bonum fouere ius, & reformari debere ſententiam, quæ lata fertur ad fauorem dicti D. Nicolai conuenti, ex ſequentibus.

Primò, quòd cùm D. Imperator Carolus V. de anno 1524. deuoluta ad Regiam Curiam dicta Baronia Petræ, ipsā conceſſiſſet Illuſtriſſ. D. Mercurino Gattinario Comiti Valentiæ, & Magno Imperatoris Cācellario ſupremo pro ducatis annuis mille, & quingentis in ſatisfactionem cuiuſdam expectatiuæ in conceſſione addidit, quòd eſſet pro illo, *filijs, & hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & fæminis quibuſcunque in perpetuū ſub*

ſeruitio militari, & cũ facultate de illa liberè diſpo-
nendi, reſeruato regio aſſenſu, & tali titulo poſſeſ-
ſionem illius apprehendit die 26. Iulij 1525.

Demùm virtute mandati dati D. Hectori Pi-
gnatello Comiti Montisleonis tunc Siciliæ Pro-
regi, & cum licentia Proregia vendidit dictam
Baroniam V. I. D. Petro Gregorio Regis Conſi-
liario pro ſcutis ſeptem mille, cum pacto tamèn
expreſſo, & facultate redimendi quandòcunque.
Dictuſq; Illuſtriſſimus Mercurinus poſteà in ſuo
teſtamento inſtituit hæredem vniuerſalem dictã
Eliſam filiam eius legitimam, & naturalem, tunc
viduam Alexandri de Lignano in omnibus, quæ
poſſidebat, aut mortis tempore poſſideret in
Regnis vtriuſq; Siciliæ, maximè in Baronia Petræ
de Amico cum omnibus feudis illi adiacentibus,
& quandòcunque filia, & hæres decederet, ſub-
ſtituit ei nepotes ſuos Antoninum, & Mercurinũ
ex ea genitos, videlicèt dictum Antoninum in
omnibus reditibus, Baronijs, & feudis Regnorũ,
vtriuſq; Siciliæ, ita quòd renunciaret Mercurino
fratri omni iuri competenti, aut competituro in
bonis paternis, & maternis, exceptis his, quæ ex
ſua ſubſtitutione ad eum deuolui contingeret,
& ſubſtituit eundem Mercurinum in omnibus
bonis, in quibus filia fuit inſtituta cum onere
ferendi cognomen, & arma, factiſq; alijs ſubſti-
tutionibus ſubiecit fideicommiſſum, volens, &
iubens, quòd bona tranſmitterentur integra ſinè
deductione legitimæ, aut Trebellianicæ, aut de-
tractione alterius quartæ, quã prohibet, ſubiun-
gens: *alienationem prædiorum quorumcunque bo-*
norum meorum hereditariorum extra familiam fieri
prohibeo, vt in ipſa familia integrè conſeruentur,
videlicèt inter ipſos nepotes, & hæredes ſuos tàm
ex filia, quàm ex fratribus, eorumque deſcendentes
vſquè ad vltimum ſuperſtitem, iure primogenituræ
ſemper ſaluo, & gradus prærogatiua vnicuique ip-
ſorum hæredum, ac deſcendentium ſeruata, dùm ta-
mèn omnes nominarentur de Gattinaria; induxitq;
priuationẽ eius, qui alienare tentaret, formamq;
præfixit, quandò ex legitima cauſa, & præuia
illius cognitione alienare liceret, cuius diſpoſi-
tioni ad ſupplicationem Eliſæ Dominus Impe-
rator aſſenſum præſtitit 26. Decembris 1534. &
aliam confirmationem generalẽ fecit anno 1539.
dictiq; Antoninus, & Mercurinus auitam diſpo-
ſitionem ratam habuerunt.

His ſuppoſitis non eſt dubium, quòd dicta
Baronia Petræ, ſeù ius illam luendi fuere fidei-
commiſſo ſubiecta, & in alienationis prohibitio-
1 ne comprehenſa, † & ſi enim in fideicommiſſo
generali regularitèr non comprehendantur feu-
da, vt ex Dyno, & Bart. in l. ſi patrem in princ.
ff. ad S.C. Trebell. Martin. Laudenſ. in fin. cap. 1.
rubr. de lege Corradi, Tiraquell. in tract. *le mort*
par. 4. declar. 5. num. 15. & de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 3. nu. 7. Nicol. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 34.
2 nu. 23. † id limitat ipſe Intrigl. nu. 24. & ſeq. in
feudo recepto pro ſe, & heredibus quibuſcunq;
per cap. 1. de feudo non habente propriam feudi
naturam.

3 † Et licèt iura, & actiones non veniant, nec
comprehendantur in relicto bonorum ſtabiliũ,
aut mobilium, vt probant Bened. Capra conſ. 75.
nu. 15. & conſ. 78. nu. 7. & 11. Gratus reſp. 25. nu.
3. lib. 1. idem Capra conſ. 9. nu. 10. Alciat. conſ.
119. nu. 5. lib. 3. Seraph. Oliuar. deciſ. Rotæ Rom.
584. nu. 4. & deciſ. 932. nu. 3. Carol. Ruyn. conſ.
72. nu. 1. lib. 2. dicens, bonis immobilibus, & mo-
bilibus publicatis non venire iura, & actiones.
4 † Quandò verò fit ſimplicitèr mentio bonorum
non ſolùm veniunt, & comprehenduntur mobi-
lia, & immobilia, ſed iura, & actiones, Bart. in l.
Quintus ff. de auro, & argẽto legato, & ex l. nàm
quod §. fin. ff. de verb. ſignif. reſoluunt Barthol.
Soccin. conſ. 175. nu. 2. Guido Papæ q. 584. nu. 2.
& antè illum Alex. conſ. 136. nu. 1. lib. 6. Corneus
conſ. 9. nu. 6. vol. 1. Anchar. q. 7. nu. 3. lib. 2. Gratus
reſp. 82. nu. 1. vol. 1. Decius conſ. 442. nu. 2. & 9.
5 † Nàm ex ſua generalitate verbum *bona* non re-
ſtringitur per adiectionem ſpecierum, Seraphin.
deciſ. Rotæ 584. nu. 7. ſed generalitèr intelligitur,
6 Bened. Capra conſ. 44. num. 6. † quia generalitas
operatur tantùm, quantùm ſingulorum expreſ-
ſio, l. ſi duo in fin. ff. de admin. tutor. gloſ. in l. ſi
quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquirend. hæred.
Ripa in l. 1. nu. 51. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Cæ-
phal. conſ. 150. num. 13. vol. 1. hinc dixit Tyber.
7 Decian. reſp. 39. nu. 54. & 56. lib. 2. † quòd verba
generalia operantur, vt proferens de omnibus
cogitaſſe cenſeatur, l. regula §. vlt. ff. de iuris, &
facti ignor. l. 1. §. cùm Vrbem ff. de offic. Præfect.
vrb. l. Iulianus ff. de legat. 3. Ioan. Vinc. Honded.
8 conſ. 49. nu. 32. lib. 1. vbi tenuit, † quòd generali-
tèr loquens, omnis rei, quæ ſub genere compre-
henditur, meminiſſe creditur, ſecundùm Bald. &
Alciat. in l. ſub prætextu nu. 2. C. de trãſact. Mar.
Ant. Natta conſ. 546. nu. 20. lib. 3. Purpurat. & alij
9 relati per Honded. † Et ita dictum ius luendi
venire, & comprehẽdi in fideicommiſſo, & pro-
hibitione alienationis bonorum eſt de iure cer-
tiſſimum, & comprobatur ex adductis per Tira-
quell. in l. ſi vnquàm, verbo *bona* à nu. 8. C. de re-
uoc. donat.

Nec dicatur, Illuſtriſſimum Inſtitutorem inſti-
tuiſſe hæredem Eliſam filiam in dicta Baronia
Petræ de Amico, & non in iure luendi illam, quia
illius diſpoſitio legitimè ſuſtinetur, animaduer-
tendo, quòd licèt ipſam vendidiſſe dicatur, fuit
10 cum dicto iure luendi quandòcunque, † quo
caſu videtur potius quædam pignoratio, quàm
venditio propter facultatem, quam venditor ſibi
reſeruauit, vt ex cap. ad noſtram de empt. & ven-
dit. tradit Marian. Soccin. conſ. 15. num. 35. lib. 1.
11 dicente Alex. conſ. 119. nu. 1. & 6. lib. 4. † quòd
non poteſt videri alienatum, quod ſemper recu-
perari poteſt, l. alienatum in princ. ff. de verbor.
ſignif. l. qui actionem ff. de regul. iur. vbi Decius
12 nu. 2. ait, † quòd cùm actio competit ad rem
recuperandam, talis res dicitur eſſe in bonis, l.
rem in bonis ff. de acquir. rerum domin. l. bono-
rum appellatione ff. de verb. ſign. Alciat. conſ. 45.
nu. 25. Seraphin. Oliuar. deciſ. Rotæ 932. num. 4.
13 † dicens, idẽ eſſe, & iudicari de iuribus, & actio-
nibus, quod de re, ſuper qua conſiſtunt, vt per
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 14. & ita
14 meritò dixit Alex. d. nu. 6. † quòd vbi eſt pactũ
de retrouendendo, aut ſimile, eſt magna ſimilitu-
do cum pignore, quod ſemper lui, & recuperari
poteſt.

Digitized by Google

poteſt,vt in tit. C.de luitio.pignor. & ita Decius
15 conſ.53.nu.2.ait, † quòd redemptio rei alienatę
ſub pacto de rettouendendo nō reputatur noua
acquiſitio, ex Bar.in l.diem,verſ.*tota die contingit*
ff.de aqua plu.arcen. & in l.ab emptione verſ. *ex*
16 *hoc nota* ff. de pact. † quia illa retrouenditio eſt
neceſſaria, & bona ad propriam naturam redire
dicuntur, argum. l. ſi vnus §. pactus nè peteret
verſ.*quod in ſpecie* ff. de pact. ibi, *ſed formæ ſuæ*
redditur, cap. ab exordio 35. diſt. nàm tali caſu
bona ipſa non tranſlata videntur, ſed reddita,
vt dicitur in l. filio, quem pater ff. de liber. &
poſthum.Vinc.de Franch. deciſ.64. num.9. facit
text.in l.voluntate ff.quib.mod. pign.vel hypot.
ſolu. optimè Decius, qui alijs comprobat funda-
mentis conſ.88.pro tenui facultate nu.3.& conſ.
238.primò non videtur nu.11.Tiraq.de retract.
conuent. §.3. nu.10. & ita poteſt cum veritate
defendi, teſtatorē prohibere potuiſſe alienatio-
nem dictæ Baroniæ Petræ,quæ apud ipſum cen-
ſetur remanſiſſe,mediāte facultate,& iure luendi
illam quandòcunque.

17 Et comprobatur, † nàm ſi Rex cōſentit feu-
datario, vt vendat cum pacto de retrouendēdo,
non poteſt remittere illud pactum ſinè nouo aſ-
ſenſu,quia eſſet diſtrahere,in quo opus eſt dicto
aſſenſu,ſecundùm Iſern.in cap.1. §.ſi verò col.2.
de controu.inueſtit. argum.l.ſicut C.de obligat.
& action. Camerar. in repet. l. Imperialem de
prohib.feud.alienat. fol.17.lit.E. & fol.16.lit.K.
vbi ait, dare non minus prohibitum in iurium
tranſlatione, quàm rerum, ex l. fin. C. de rebus
18 alien.non alienand. † Et in terminis iuris luendi
feudum, quòd dicti iuris alienatio reputetur
tanquàm alienatio feudi, probat diſputādo Can-
netius in extrauag.volentes verſ. *ſed quid ſi fuerit*
pag.111.

19 † Quarè cùm interſit Reipublicæ, bona in
familia,pręſertim nobili,& generoſa conſeruari,
vt ex l.1. verſ. *publicè* ff. de ventre inſpic. & alijs
tradit Alex.Raudenſ.tract.de analog.c.18.nu.61.
20 Marzar.conſ.61.nu.1. † addens, fauorem eſſe
familiæ,vt bona perpetuò in ea maneant, nec ad
21 extraneas perſonas transferātur; † nàm vt dixit
idem Raudenſ.variar.reſol.cap.42.nu.17.ea de
cauſa in Italiam ſolent nobiles fideicommiſſa
22 facere, † & ab hac conſuetudine argumentum
ſumi ſolet, vt per Alba. conſ.51. num.17.verſ. *&*
conſiderent, Pariſ. conſ.7.nu.40. verſ.*confirmatur*
lib.3. Molina de Hiſpan. primogen. lib.1, cap.5.
num.16.

23 † Ideòq; alienationis prohibitio valet, & effe-
ctum habet,ſi ita fiat,vt res in familia remaneat,
l. filiusfamilias §.Diui ff.de legat.1. l.voluntas C.
de fideicom. Bened.Capra conſ.126.nu.9. Surd.
conſ.315. num.35. Seraphin. deciſ. Rotæ 1244.
24 & 1373. nu.4. † Inducit enim fideicommiſſum
inter illos de familia, l. peto §.fratre ff.de leg.2.
Bart. & alij in l. qui Romæ §. cohæredes ff.de
verbor.obligat.Carol.Ruyn.conſ.158.viſo teſta-
mento nu.12.vol.2. Capra conſ.90.nu.3. dicens,
venire omnes propinquos familiæ nomine.

25 † Imò quòd fideicommiſſum ſimplex, & ab-
ſolutum inducatur ex ſola ratione, vt bona con-
ſeruentur,aut remaneant in familia, reſoluunt, &
probant Menoch. conſ.196.nu.20.& 23. & conſ.
85.nu.23. Franc.Becci.conſ.164.nu.9.Io Ceph.
conſ.344.nu.14. Io.Petr.Anchar.q.71.nu 3.& 4.
lib.1.Petr.Surd.conſ.336.nu.17.& conſ.362.nu.
30.l.vlt.C.de verb.ſignif. Caſtillo deciſ.Sicil.153.
26 nu.22.& ſeqq. tom.2. † cenſeriq; fideicommiſ-
ſum reale probat idem Surd.conſ.67.num.18.&
conſ.96.nu.14.& plurib.ſeqq. Alex.Raudenſ.va-
riar.reſolut. c.39. nu.17.& 397. & c.71. nu.220.
eſt enim realis prohibitio non ſolùm reſpiciens
rem, ſed familiam, vel certum genus perſonatū,
l.1. ff.de iure immunit. Dynus in reg.priuilegiū
in fin.de reg.iur.in 6. vbi Petr.de Anchar.Surd.
conſ.262.nu.42.lib.2.præſertim quandò fuit ad-
dita conditio,vt in iſto caſu,ſumendi nomen, &
arma familiæ, ad tradita per Franc. Becci. conſ.
122.num.19.& conſ.124.num.7. Molin.lib.2.de
Hiſpan.primog. cap.14.nu.6.& ſeqq. Intrigliol.
deciſ.39.nu.27.

27 † Rurſus, quia prohibitio alienationis facta
fauore familiæ reputatur fauorabilis, vt docent
Alex. conſ.39.nu.3.lib.1. Gozad.conſ.89.nu.72.
Soccin.iun.conſ.181.nu.29.vol.2. Menoch.conſ.
97.nu.17.vol.1. Capyc.deciſ.Neapol.108.nu.15.
28 † Ideòq; interpretari debet in fauorē familiæ,
ex regula l.generalitèr C.de ſecund.nupt. nè bo-
na fideicōmiſſi diminui, diſtrahi, aut euerti poſ-
ſint, l.fin. C. commun. de leg. Franciſc.Marzar.
conſ.1.nu.41.Surd.conſ.67.nu.26.tom.1.vbi ait,
29 † quòd ſi extet clauſula, *quia vult bona in fami-*
lia conſeruari, prohibitio alienationis reſpectu
vnius rei extenditur ad omnia bona, & in ſimili
conſuluerunt Crot. conſ.144.num.29.& Soccin.
conſ.249. nu.25. verſ. *circa tertiam quæſtionem*
vol.2. ideòq; dubitari non poteſt,dictū ius luen-
di Baroniam Petræ fuiſſe comprehenſum in fi-
deicommiſſo inſtituto, & alienationis prohibi-
tione inducta in fauorem familiæ Illuſtriſſimi
Teſtatoris.

Ex quo ſequitur, alienationem poſteà factam
30 dicti iuris luendi fuiſſe,& eſſe nullam, † quia
alienatio facta contra expreſſam voluntatem, &
prohibitionem teſtatoris eſt nulla, l. cùm pater
§.libertis,vbi Bart. Paul.Caſtrenſ. & alij ff.de le-
gat.2.l.quotiēs,& ibi Bal.C.de fideicom.Aretin.
conſ.18.viſa nu.1.Carol.Ruin.conſ.76. viſo nu.3.
lib.2.Tiraq.de legib.connub.gloſ.7.nu.7. Natta
conſ.143. num.12.verſ.*adducitur etiàm*, Beccius
conſ.97.nu.6.& conſ.132. nu.11. Menoch. conſ.
89. nu.2.& 21.tom.1. Surd.conſ.116.num.19.&
conſ.284.nu.1. dicens, eſſe ipſo iure nullam, Ce-
phal.conſ.670.num.18. Honded.conſ.3.num.62.
31 lib.1. † nec transferre valuit dominium in em-
ptorem,Beroius conſ.91.nu.6.lib.2.Carol.Ruin.
conſ.131. nu. 8. & ſeqq. ſiuè fiat ab ignorante,
32 ſiuè à ſciente, Surd. d.conſ.116.nu.18. † in tan-
tùm, quòd prohibitio teſtatoris expreſſa quoad
alienationem irritam faciendam, & prohibendā
dominij tranſlationem habetur pro legis prohi-
bitione,argum.auth.de nupt.§.diſponat collat.4.
& notatur in d.l. filiusfamilias §.Diui ff.de leg.1.
l.cùm pater §. libertis ff.de leg.2.l.pater §.quin-
decim ff.de legat.3. l.fin.C.de rebus alien.non
alien. Corneus conſ.204.num.20.lib.3. Iaſ.conſ.
120.nu.3.Barbat.conſ.23.nu.24.lib.3.Ioan.Bap.
Aſin.

Digitized by Google

Aſin.tract.de execut. cap.91.nu.8. Bened.Capra
conſ.126,num.6.Seraph.Oliuar.deciſ.Rotæ 447,
à num.10.& deciſ.477.num.3.& 4. & cum ſeqq.
33 † paribus enim paſſibus ambulant diſpoſitio le-
gis;& teſtatoris, d.§.diſponat, Thom.Grammat,
deciſ.93,nu,1.& ſeqq.

34 † Quarè dicta Baronia, ſeu ius luendi illam
poſſunt reuocari à Dom. Excellentiſſ. Comitiſſa
Caſtri tanquàm legitima ſucceditrice in dicto
fideicommiſſo,& vindicari à poſſeſſore,in quem
fuit facta alienatio contra dictam prohibitionem
ex l.fin.§.ſin autèm C.commun. de legat. l.Mar-
cellus §.res,quæ ff.ad S.C.Trebell.Cæphal.conſ,
318.num.19.conſ.460.nu.1.& conſ.729 num.56,
Gratus reſp.106. num.14. lib.2. Tobias Nonius
conſ.39.nu.1.probans,fideicommiſſarijs licitum
eſſe agere contra emptores bonorum fideicom-
miſſo ſubiectorum pro illorum reuocatione,
Vincent.Fuſar. tract. de fideicom. ſubſt. quæſt.
554. nu.6.

35 † Vlteriùs, quia cùm dicta alienatio non licitè
facta fuerit extra teſtatoris familiam, ſaltim ex
iſto capite cenſetur inductum fideicommiſſum
in fauorem ſucceſſorum, vt apparet ex diſpoſi-
tione Illuſtriſſimi Teſtatoris priuantis ſucceſſio-
ne non ſolùm eum, qui alienaſſet, verùm & illũ,
qui alienare tentaret,& de iure conſtat ita eſſe,
l.peto §.fratre, l. filiusfamilias §.cùm pater ff.de
legat.1. l.codicillis §.inſtituto ff.de legat.2. DD.
in l.qui Romæ §.cohæredes ff. de verbor. oblig.
vbi Alex.col.3.in fin.& Iaſ.nu.15.Alciat.conſ.31,
nu.19.lib.9.Natta conſ.505,nu.21.Hieron.Gabr,
conſ.132, q.9.nu.67.lib.1. Menoch.conſ.85. nu,
303.lib.1.Milanenſ.deciſ.7,nu.69.lib.1.

Neq; dicta nulla alienatio ſuſtineri valet quæ-
ſito colore dicendi, factam fuiſſe ex cauſa neceſ-
ſaria, videlicèt quia poſſidente Comite Antonino
Comitatum Caſtri, Donna Antonia Bautio filia,
& hæres Donnę Briſſiæ eius matris creditricis in
ducatis octo mille D. Franciſci Bautio eius viri
pro ſuis dotibus egit in Regia Camera contra
Hieronymam de Montibus poſſeditricem Ca-
ſalium S. Ioannis, & Expugnani de membris, &
pertinentijs dicti Comitatus Caſtri,& ſuper illis
aſſiſtentiam obtinuit pro ſumma ducatorum bis
mille, & pro reliquis ſex millibus contra Anto-
ninum Comitem ſuper fructibus, & introitibus
tantùm dicti Comitatus Caſtri, condemnato ta-
mèn Regio Fiſco in fauorem dicti Comitis ad
eaſdem quantitates, vt apparet in ſententia lata
27.Auguſti anni 1539.

Nàm vltra, quòd Comes ſe concordauit cum
dicta D. Antonia, conſtituens ſe debitorem in
ſcutis 7581.ſoluendis in ſpatio annorum duorũ,
& trium menſium, ceſſionemq; fecit certę quan-
titatis contra colonos, & arrendatarios Baroniæ
S.Agathæ in dicta quantitate,non ſolùm fuit in-
cluſum pretium ducatorum bis mille dictorum
Caſalium, ſed ſumma ſcutorum tercentum, &
nouem pro interuſurio dictarũ dotium,ad quod
nondùm fuerat cõdemnatus Antoninus Comes,
ſed reſeruata à Iudicibus prouiſio facienda,vt ex
dicta ſentẽtia apparet,fuere ſolutæ dictæ D.An-
toniæ pro parte dicti Comitis Antonini vntiæ
440, vt apparet ex inſtrumento facto corã No-
tario Iacobo Scautio 20.Martij 1542. & aliæ vn-
ciæ 800. Petro la Manna Procuratori Marchio-
nis Licodiæ, ac dictæ D. Antoniæ Bautio eius
vxoris per Emanuelem Ganducio Procuratorẽ
dicti Comitis Antonini, licèt mutui nomine, pa-
cto tamèn adiecto nullo tempore peti poſſe, ſed
compenſandas eſſe in computum crediti dotium
dictæ D.Antoniæ per Comitem Antoninum de-
bitarum, quæ quantitates poſt venditionem di-
cti iuris luendi fuerunt regiratæ D. Franciſco de
Bononia Procuratori Comitis, aſſerendo annis
præteritis fuiſſe ſolutas in computum ſuarum
dotium,quarè non fuit neceſſaria alienatio dictę
Baroniæ Petræ,ſub prætextu ſatisfaciendi dotes
dictæ D.Antoniæ Bautio,maximè prætermiſſa
forma præfixa, & cauſæ cognitione à teſtatore
requiſita, Imperiali confirmatione roborata,
36 † nàm licèt vulgò dicatur, alienationis prohibi-
tionem nõ includere eam, quæ fit ex neceſſitate,
ex l.alienationes ff.familiæ hercisc. l.Diuus ff.de
petit.hæred.l.mulier §.ſi heres ff.ad Trebell.l.1,
ff.de fund. dotal. l.qui potuerunt ff.de manum,
teſtam.l.filiusfamilias §.Diui ff.de legat.1.§.licèt,
Inſtit.quib.manum, non licet, Roman.conſ.394,
col.fin. Rol. à Valle conſ.21. nu.15. vol.1. Tiraq.
de legib.connub.gloſ.8.nu.200.Capra conſ.126,
nu.8.Surd.conſ.30.nu.2.

Talis neceſſitas non aderat, nec enim Baronia
Petræ erat obnoxia ſatisfactioni præfatæ dotis,
nec Regia Camera decreuerat,quòd venderetur
Comitatus Caſtri, ſed ſolùm ſatisfieret de illius
fructibus dictæ D.Antoniæ,& quantitas, quæ illi
37 ſolueretur, recuperaretur à Regio Fiſco, † quẽ
eſſe ſoluendo nemo dubitare valebat, Franciſc.
Lucan.de priuil.fiſci par.1.princ.nu.94.Bal.conſ.
363.incip.quæritur nu.2.par.1. Bart.in rubr. C.
de iure fiſci lib.10. Cæſar Vrſill.in addit.ad Affl.
deciſ.88.nu.4.& ex l.2.ff.de fundo dotali, l.1.§.
ſi ad fiſcum ff.vt legator.nom.caucat. Surd. de-
38 ciſ.183. à nu.7. † Et licèt DD. dicant, fideicom-
miſſum ex alienatione neceſſaria reſolui ex Ripa
in l.filiusfamilias §.Diui nu.23. & ſeqq. ff.de le-
gat.1.Petra de fideicom.q.8.nu.255.Peregr.eod.
tract.art.4.nu.28.Ioan.Gutier.alleg.7.nu.7.Fab.
Turret. conſ.25.nu.53,vol.2. Molina de Hiſpan,
primog.lib.1.cap.10.nu.2.& ſeqq.& nu.20. hoc
39 procedet, ſi nulla fraus interueniat, † quæ colli-
geretur,ſi extarent alia bona,ex quibus ſatisfieri
poſſet debitum, vt hic ex fructibus dicti Comi-
tatus,ex latè traditis per Marium Giurbam dec.
Sicil.31. per totam,quem nouiſſimè ſequitur D.
Franc.Ant.Coſta conſ.89.nu.8.

40 † Et alienatio ob neceſſitatẽ conceſſa,eatènus
fieri debèt,quatènus vrget neceſſitas,& nõ vltra,
l.1.in fin.ff.de ferijs,l.Senatus ff.de offic Præſid.
Natta conſ.162. nu.2. vt in alienatione bonorum
minoris tradit Menoch conſ.214. nu.69. l.magis
puto §. itèm Prætor ff. de rebus eorum, idem
Menoch. de recuper.poſſeſſ. remed.15. nu.147.
& lib.2.de arb.Iudic.caſu 171.nu.24.& in aliena-
tione ex cauſa dotis Decian. reſp.10. nu.5, lib.2,
Cacher.deciſ.171.nu.8.

Et cùm poſſet ſibi ſuccurrere recuperando à
Fiſco, non potuit dictus Comes Antoninus alie-
41 nare ius luendi dictæ Baroniæ Petræ, † nàm
fidei-

fidcicommiſſarius non poteſt ex cauſa neceſſita-
tis alienare bona ſuppoſita fideicommiſſo, cùm
aliundè poteſt ſibi ſuccurrere, l.pater filium in
princ. ff.de legat.3. Soccin.ſen. conſ.50. col.vlt.
verſ.*nec huic concluſioni* lib.3.Crau.conſ.141.col.
antepen.verſ.*ſexto reſpondeo*, Ioan.Neuiz.conſ.10.
nu.10. Menoch.conſ.256.nu.10.tom.3. maximè
cùm non fuiſſet ſibi opus facere dictam obliga-
tionem in fauorem D. Antoniæ Bautio, ſed cùm
primùm fructus aliquot Comitatus Caſtri per-
ciperet,tantundèm à Fiſco recuperare, & reha-
42 beres † nec dicitur neceſſaria cauſa, quæ initiũ
voluntarium habuit, Menoc. lib.2.de arbitr.ca-
43 ſu 182. nu.52. & conſ.203.num.36.tom.3. † Et
quia qui nequit alienare non poteſt actũ facere,
per quem alienatio ſequatur, gloſ. in l.item quia
ff.de pact.& in l.codicillis §.matre vbi Bar.ff.de
legat.2.Decius conſ.300.nu.2.& conſ.445.nu.26
Surd.conſ.5.nu.40.vol.1.& dec.254.nu.20.deciſ.
278. nu.2. & deciſ.326. nu.27. Decius conſ.425.
num.28.

Et hæc certiora reddũtur animaduerſo,quòd
adeſt geminata prohibitio alienationis non ſolũ
facta ab ipſo Illuſtriſſ.Teſtatore, ſed ab Impera-
tore confirmante illius teſtamentum, & diſpoſi-
44 tionem, † & quandò alienationis prohibitiones
ſunt geminatæ, nullo modo poteſt alienatio fieri
etiàm in caſibus aliàs de iure permiſſis,auth.de
alienat.& emphit.§.ſancimus, gloſ. magna in fin.
in l.fin. C. de rebus alien. non alien. Iaſ.in l.filius
familias §.Diui col.3. ff. de legat.1. Ripa conſ.8.
feudal.nu.10.poſt Soccin.conſ.67.circa finem,
Aretin.conſ.22. eam rationem ſubiungens,quòd
45 ſequeretur abſurdum, † videlicèt diſpoſitionẽ
hominis, quæ iuris communis diſpoſitionem ſe-
quitur, eſſe ſine effectu operandi, contra cap. ſi
Papa de priuil.lib.6. l.ſi quandò C.de inoff. teſt.
46 Bald.in rubr.q.9.C.de contrah.empt. † dicens,
in quacunque diſpoſitione legis,vel hominis nul-
lam clauſulam, dictionem, ac ſyllabam eſſe ſinè
virtute operãdi, l.ita ſtipulatus ff.de vſur. l.hanc
legem ff.de contrah.empt. Felyn.in cap.1.verbo
47 *priuilegium* de reſcript. † Et quia duplicata,
& geminata ſunt potentiora ſimplicibus, l.Bali-
ſta vbi DD.ff.ad S.C.Trebell.authent.itaque C.
commun.de ſucceſſ.Bart.in l.cùm ſcimus C.de
agricol.& cenſit. Felyn.in cap.ſi cautio de fide
inſtrum..Palac.Rub.in repet.rub.de donat.inter
vir.& vxor.§.17.à nu.10.
48 † Indè Cæphal.conſ.608.nu.71.lib.4.reſoluit,
alienationis prohibitionem verbis geminatis fa-
ctam comprehẽdere etiàm alienationem neceſ-
ſariam, Barbatia in rubr. de rebus Eccleſ.non
alien. nu.62. Ruin.conſ.98.nu.11.lib.2.& in d.§.
49 Diui col.22.cuius eſt ratio, † nàm ſicut verbo-
rum geminatio magis enixam voluntatem oſten-
dit, ad notata in d. l. Baliſta, & tradunt Decius
conſ.23.nu.4. verſ.*quintò,quia verba*, Pariſ. conſ.
26. nu.14.lib.2.& conſ.53.num.19.lib.3. Beccius
conſ.124.nu.6.conſ.138.nu.12.& conſ.152.nu.3.
50 † Ita duplex prohibitio fortior eſt, quàm ſim-
plex, text. cum gloſ. quæ reputatur ſingularis in
l.cùm pater §.libertum ff.de legat.2. Angel.de
Caſtro inter conſilia matrimonialia conſil. 31.
num. 4.

Et confirmatur, attenta dicta Imperiali con-
firmatione,& virtuali illius alienationis prohibi-
51 tione, † cùm Principis prohibitio habeat vim
legis, l.Cæſar ff.de public.& vectigal.l.donatio-
nes, quas Diuus,& ibi Bart.& Igneus nu.17.C.de
donat. inter, Iaſ. num.5.in l.Ciuitas ff.ſi certum
52 petatur, Fab.de Anna conſ.38.nu.52.lib.1. † &
legis prohibitio impedit tranſlationẽ dominij, l.
1. ff.de fund.dot. d.§.Diui, l.quædam ff. de acq.
rer.dom.auth.res, quæ C.commun.de leg.Anna
53 vbi proximè num.53. & ſeq. † vbi ex eo infert,
concurrente prohibitione hominis,& legis, alie-
nationem eſſe omninò prohibitam etiàm in caſi-
bus aliàs permiſſis de iure communi, DD. in
d.§.Diui,vbi Opizo.nu.103.Lcazes nu.30.Crot.
col.2. Bartholom.Soccin.conſ.75.num.14.lib.1.
Roder.Xuar.alleg.9.nu.7.verſ.*prætereà*, Cæphal.
54 conſ.624.nu.26.Surd.deciſ.254.num.35. † Rur-
ſus, quia verba teſtatoris, quibus dictam aliena-
tionẽ prohibuit, ſunt exuberãtia,& prægnantia,
quo caſu videtur prohibita alienatio omnis etiã
ex cauſa neceſſaria, ſecundùm Cæphal. conſ.53.
nu.21.lib.1.cuius meminit Honded. conſ.58.n.1.
55 lib.1. † Et per conſequens nulla eſt dicta aliena-
tio iuris luendi, & potuit à principio, & ex poſt
facto retractari etiàm ab ipſomet alienante, vt
latè fundat Surd.conſ.70.nu.5.conſ.336.nu.20.&
conſ.284.nu.4.
56 † Vlteriùs facit, † quia licèt alienatio rei alie-
nari prohibitæ à lege,quia fideicommiſſo ſubie-
ctæ valeat conditione pendente, & illa euenien-
te fingatur fuiſſe à principio nulla, l. fin. §. ſed
quia C. commun. de legat. tamèn vbi interuenit
prohibitio teſtatoris ſimùl, tunc talis alienatio
eſt à principio nulla, & ſtatim poteſt retractari,
ſecundùm gloſ.in d. l. cùm pater § libertis ff.de
legat.2.Ripa conſ.8.nu.18.inter conſilia feudalia
variorum Doctorum,dicens,hoc maximè proce-
57 dere, † quandò teſtator expreſsè diſponit,quòd
alienatio ſit nulla,quo caſu dominij trãſlatio im-
peditur, d.l.filiusfamilias §. Diui, Seraphin. Oli-
uar. deciſ.Rotæ 321.nu.11. & fingitur,nunquàm
interueniſſe titulum aliquem, ſecundùm Paul.
58 Caſtr. in d.§.ſed quia, † & competit ſucceſſori
reuocatoria contra poſſeſſorem, vt ex l. peto §.
prædium, & §.fratre ff. de legat.2. & alijs tradit
Tyber.Decian.reſp.120.in cauſa vertente nu.6.
& 7. lib.3. vbi aſſerit,dictam reuocationem fieri
poſſe etiàm abſquè pretij ſoluti refectione, re-
ſpondetq; l.fin. ff. de legat. 2. quatenùs velle vi-
detur, quòd qui vult rem fideicommiſſi alienatã
vindicare,debet pretium reſtituere,vt procedat,
quãdò venditor, & emptor fuiſſent in iuſta cau-
ſa ignorantiæ, & non fuiſſet alienatio expreſsè
prohibita, prout in noſtro caſu fuit vnà cum
ſcientia fideicommiſſi ex parte vtriuſque, ſcili-
cèt venditor, & emptoris, quod ſufficit ad ex-
cludendam euictionem,vt per Alciat. conſ.225.
nu.3.lib.9.

Rurſus,quia dictus teſtator etiã in caſu aliena-
tionis ab eo permiſſæ, videlicèt faciẽdæ ex cauſa
legitima, & à iure expreſſa, de illis ſcilicèt, ex
quibus res ſubiecta reſtitutioni alienari permit-
titur, requiſiuit,quòd ſufficiẽter cõſtaret præuia
debita cognitione cauſæ, & ſeruata forma à ſe

præfixa

Google

præfixa quòad denunciationem nobilium de fa-
milia deſcendentium, & collateralium, & præuio
59 appretio proborum, & expertorum, † & vbi
debet interuenire cauſæ cognitio, requiruntur
acta, prout ſaltim eſt petitio, & litis conteſtatio,
citatio, vel præſentia partium gloſ. in l. prolatam
C. de ſent. & interloq. omn. iud. Hoſtien. in ſum.
de ſent. & re iudic. Cæphal. conſ. 693. num. 31. &
ſeq. dicens neque in ſola citatione, ſed alijs etiàm
requiſitis conſiſtere cognitionè cauſæ, l. in cauſæ
§. cauſa cognita ff. de minor. quibus deficiētibus
60 nullū eſt, quod fit, † quia de facto dicitur fieri,
quod fit ſinè cauſæ cognitione, & legitima ſen-
tentiæ prolatione, vbi ſententia requiritur, gloſ.
fin. ſecundùm Bart. in l. ictus fuſtium ff. de his,
qui notant. infam. & in l. verùm §. ex facto ff. de
minor. Marian. Socc. ſen. inter conſil. Bartholom.
Soccin. conſ. 32. nu. 25. & 26. lib. 1. dicens, quòd
61 † cauſæ cognitio verſatur non ſolùm in citatio-
ne, vt dictum eſt, & conſtat ex gloſ. in clem. præ-
ſenti de cenſib. clem. 1. & 2. de pœnis, & Bart. in
l. nec quidquam §. vbi decretum ff. de offic. Pro-
conſul. verùm etiàm in audiendo partes in earū
iuribus, iuxta text. in l. cauſa cognita ff. de Car-
bonian. edict. l. in cauſæ ff. de minor, & l. cogni-
tio C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Nec enim ſuffi-
ceret cauſa iuſta, ſi cognitio illius non eſſet legi-
timè facta, & citati omnes, qui ex diſpoſitione
62 teſtatoris citari debebant, † quia forma data à
teſtatore circa intimationes, & notificationes fa-
ciendas agnatis ſeruanda eſt, vt ait Menoc. conſ.
533. nu. 2. lib. 6. ac ſi forma eſſet à lege præfixa,
63 d. auth. de nupt. §. diſponat coll. 4. † Nec mirū,
quòd cùm fuerit contemplata familia, & fauore
illius inductum fideicommiſſum, omnes de fa-
lia, de quorum præiudicio agebatur, eſſent citan-
di, l. nam ita Diuus ff. de adopt. l. de vnoquoque
ff. de re iudic. conſil. feudal. 2. nu. 109. tom. 1. di-
uerſ. imò probari debebat non fuiſſe alios de
64 familia, qui intimari debuiſſent, † cùm in eo ver-
ſetur partis aduerſæ fundamentum, l. 2. ff. de
probat. l. actor C. eodem tit. cap. bonæ de elect.
Harmenop. lib. 1. tit. 2. Couar. in cap. alma mater
1. par. §. 1. nu. 5. verſ. *tertia ſpecies* de ſent. excom-
mun. in 6.

65 † Et in terminis ſtatuti requirentis denun-
ciationem agnatis fieri, quòd ſi iſta forma omit-
tatur, denunciatione alicui agnato non facta,
competat actio rei vendicandi nō ſolùm agnato
cuilibet, ſed etiàm ipſimet venditori, ex Alber.
2. par. ſtatutor. q. 79. tradit Additio ad Bald. in
Margarita verbo *alienatio, verſ. alienatio interim,*
Tyber. Decian. reſp. 105. nu. 6. lib. 3. Hoc enim
operatur præfixio, & aſſignatio formæ nō ſolùm
in dicta denunciatione, ſed in appretio, & alijs à
teſtatore requiſitis, & Domino Imperatore con-
firmatis, quorum vel minimum quid prætermit-
ti non potuit, nàm ſi ſecus fiat, actus in notoriā
66 incidit nullitatem, † cùm enim forma det eſſe
rei, vel actui, l. Iulianus §. ſed ſi ff. ad exhib. l. qui
per ſalutem ff. de iureiur. & tradunt Cardin. Za-
barell. conſ. 103. nu. 4. & conſ. 149. nu. 1. Natta
conſ. 60. nu. 5. lib. 1. Bolognin. conſ. 50. nu. 14. Cę-
phal. conſ. 422. nu. 7. & conſ. 480. nu. 23. Purpur.
67 conſ. 458. nu. 4. † Eſt ante omnia adimplenda,

& ſeruanda, l. cùm hi §. ſi Prætor ff. de tranſact.
Nicol. Moron. tract. de fide, treugua, & pace q. 21.
nu. 7. Cæph. conſ. 306. nu. 56. Purpurat. conſ. 245.
nu. 2. & conſ. 367. nu. 41. text. in cap. cùm dilecta
68 de reſcript. † ita vt in nullo recedatur ab illa,
l. Iulianus §. ſi quis ff. ad exhib. Iaſ. conſ. 162. in
fin. lib. 2. Decius conſ. 532. nu. 2. tom. 2. Menoch.
69 conſ. 243. nu. 17. lib. 3. † maximè, quādò eſt clau-
ſula annullatiua contrarij, tradit Albert. Brun.
tract. de form. cap. 2. concl. 12. Ant. Gabr. lib. 6.
concluſ. tit. de de reto irritanti nu. 75. Oſaſc. de-
ciſ. Pedemont. 155. num. 5. & deciſ. 166. Menoch.
70 conſ. 378. conſulatio hæc num. 2. lib. 4. † quia
tunc nec valeret adimpleri ex poſt facto, vel poſt
interuallum temporis, l. furioſum C. qui teſtam.
71 fac. poſſ. vbi notat Bart. † dixitq; Cardin. in
clem. cauſam de elect. omnem formam contē-
poraneam eſſe oportere, Alex. & recentior. in
l. 1. §. fuit quæſitum ff. ad S.C. Trebell. & in l. ſi
quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquir. hæredit.
72 Aſin. in praxi iudic. §. 3. c. 36. nu. 16. † non enim
poteſt forma ſtare in ſuſpenſo, l. obligari §. tutor
ff. de author. tutor. §. penult. Inſt. cod. Ripa in l. 1.
§. qui præſens nu. 10. ff. de verb. oblig.

73 Et confirmatur, † nàm cùm omnis forma in
dubio cenſeatur ſubſtantialis, vt tradit Cæphal.
conſ. 421. nu. 49. lib. 3. maximè quæ debet inter-
uenire in actus celebratione, Gozadin. conſ. 40.
num. 1. & 2. ſitque indiuiſdua, vt benè probant
Beccius conſ. 145. nu. 36. & conſ. 176. nu. 1. Cęph.
conſ. 377. num. 66. conſ. 421. num. 81. & conſ. 480.
74 nu. 93. lib. 3. † Eius omiſſio etiàm in minima
parte reddit actum ipſo iure nullum, DD. in
d. § ſi Prætor, & in l. 1. ff. de liber. & poſthum. l.
conſtitutionibus ff. ad munic. & de incol. Natta
conſ. 50. nu. 14. lib. 1. Gratus reſp. 52. num. 36. &
reſp. 71. nu. 8. lib. 1. Cæphal. conſ. 488. nu. 1. Hie-
ronym. Gabriel. conſ. 159. nu. 56. lib. 1. Aſin. in
praxi execut. §. 6. c. 1. nu. 26. Surd. conſ. 511. nu. 1.
& conſ. 510 nu. 24. Menoc. conſ. 443. n. 2. Beccius
conſ. 170. num. 5. non ſolùm quandò actus eſſet
odioſus, prout in noſtro caſu eſt alienatio rei
75 ſubiectæ fideicommiſſo, † ſed etiàm in fauora-
bilibus, forma non ſeruata viciat actum, l. qui Ro-
mæ §. Flauius Hermes ff. de verb. oblig. voluere
Bal. & alij in l. vlt. C. ſi mancipium ita fuerit alie-
natum, Tiraq. in l. ſi vnquàm, verbo *reuertatur*
nu. 67. C. de reuoc. donat. Aſin. in praxi Iudicior.
76 §. 3. c. 36. num. 13. & meritò, † nām vbi non ſer-
uatur forma, non præſumitur vtilitas, ſed dam-
noſitas, verba ſunt Pariſij conſ. 47. incip. intentio
Dominorum nu. 57. vol. 1. etiàm ſi actus dicatur
in melius expediri, vt per Cæphal. conſ. 438. nu.
6. lib. 3.

77 Et cùm forma magis attendatur, quàm ratio,
ſecundùm Bald. in d. l. 1. ff. de liber. & poſthum.
& comprobat Brun. tract. de form. rubr. de po-
tent. & effect. form. verſ. *ſeptimus effectus eſt*, Bec-
78 cius conſ. 147. num. 29. lib. 1. † Et vbi deficit, &
non fuit forma ſeruata, non ſufficit cauſa etiàm
iuſtiſſima, ſecundùm Bald. conſ. 198. incip. pun-
ctus nu. 1. vol. 5. allegans Auth. hoc ius porrectū
C. de ſacroſ. Eccleſ. c. 1. de in integr. reſtit. & in
ſumma 3. q. 2. Decius conſ. 466. ſtante ſtatuto Ra-
uennenſi nu. 13. tom. 2. Beccius conſ. 163. nu. 35.
tom. 2.

Digitized by Google

tom.2. Et multò magis hoc venit dicendum in
noſtro caſu, in quo deficiebat iuſta cauſa ad fa-
ciendam dictam alienationem iuris luendi Baro-
niam Petræ, vt deſupèr fundatum remanet, ac
79 demonſtrabitur infra; † remota autèm cauſa,
remouentur omnes effectus, qui ex ea prouenī-
re poſſent, l.duobus §.exceptionibus, & §.colo-
nus ff.de iureiur.Menoc.conſ.289.nu.27.tom.3.
80 † Et ideò defectus cauſæ reddit nullam inter-
poſitionem decreti ſuper alienatione interpoſiti,
vt poſt Geminian.conſ.48.nu.9.tradit Seraphin.
81 deciſ.Rotæ Romanæ 518.nu.3. † quia infecta
cauſa primitiua,inficitur deriuatiua, l.fin. C.de
natural. liber. vbi Bald.& in auth. quas actiones
C.de ſacroſ.Eccleſ. Alex.Scalenſ. conſ.57. nu.7.
82 inter conſil.matrim. diuerſ. † ideòque alienatio
redditur nulla, ſi decretum ex falſa cauſa fuerit
Saluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *ALienans oues ſibi venditas ſub hypothecã ſpeciali eſt in dolo.*
2 *Debitorũ fraudibus, nè creditores ſua bona amittant, iura proſpiciunt.*
3 *Creditor ignoraſſe præſumitur, fallitos eſſe debitores.*
4 *Iactare ſua bona nemo præſumitur velle.*
5 *Debitoris idoneitas, aut deficientia facultatum iudicatur à futuro euentu.*
6 *Debitoris conditio probabilitèr ignorata per creditorem efficit, & ſufficit, vt poſteà poſſit vt ſuſpectus apprehendi, vel ſequeſtrum contra illius bona fieri.*
7 *Debitor in diem ſi ſit ſuſpectus cogitur cauere de ſoluendo adueniente die.*
8 *Debitor ſuſpectus poteſt de facto carcerari.*
9 *Creditor bona debitoris ſui fugitiui poteſt non ſolùm authoritate Iudicis facere ſequeſtrari, & exequi, ſed etiam inuadere.*
10 *Creditoris iuramentum aliquandò ſufficit, vt eius indemnitati conſulatur contra debitorem ſuſpectum.*
11 *Debitores propter decoctionem, & fugam dicuntur mutaſſe ſtatum.*
12 *Creditor antèquam dies ſolutionis cedat, poteſt pignori incumbere, vt illi ſatisfiat, ſi debitor appareat ſuſpectus.*
13 *Creditoribus vigilantibus nè ſuum perdant, iura proſpiciunt.*
14 *Debitoribus fallitis interdicitur adminiſtratio bonorum.*
15 *Notorium eſt, quod reſultat ex proceſſu, & actis.*
16 *Clara, quæ ſunt, non debent controuerti, nec in dubium refricari.*
17 *Veritas, quæ apparet ex actis, debet attendi, & nõ aſſertio erronea.*
18 *Error probatur eò ipſò, quòd apparet ex actis, rem aliter ſe habere.*
19 *Creditor tractans de dãno vitando præfertur debitori tractanti de lucro captando in non ſoluendo.*
20 *Errorem, quem aliquis fecit in libello, aſſerens ſe adminiſtratorem cùm non eſſet, ſed alius, poteſt reuocare.*
21 *Error aſſertionis non nocet eò ipſò, quòd apparet contrarium.*
22 *Aſſeuerationes nudæ, & erroneæ non debent attendi.*
23 M yorales *dicebantur apud antiquos* pecorum magiſtri.
24 *Obſeruantia, quòd Mayorales pecorum non præſtent fideiuſſiones, attendenda eſt.*
25 *Obſeruari debet in præſenti tempore, quod priùs fuit obſeruatum, quia facit licitum, quod aliàs non eſſet.*
26 *Conſuetudo Terræ, & Prouinciæ attenditur in eo, an ſint, vel non præſtandæ fideiuſſiones.*
27 *Fideiuſſores præſtare non omnibus, eſt facile.*
28 *Iuratoria cautio admittitur, quotiès quis non poteſt fideiuſſores præſtare.*
29 *Satiſdatio ſolet remitti propter honeſtatem, & idoneitatem perſonæ.*
30 *Creditor, ſat eſt, ſi non contradicat deputationi adminiſtratoris factæ à Iudice gregum ſequeſtratorum.*
31 *Iudicis muneri incumbit proſpicere, cui adminiſtrationem confidit.*
32 *Libro* Mayoralis, *Maſſarij, ſeù Adminiſtratoris pecorum ſuper adminiſtratione, & expenſis fides adhibetur.*
33 *Actum facienti ex neceſſitate officij fides adhibetur.*
34 *Libro rationum creditoris viri nobilis, & comprobatæ fidei ſuper expenſis factis ordine Iudicis in gregibus ſequeſtratis debitori debet fides adhiberi.*

35 *Fidei,*

35 *Fidei, & teſtimonio Magiſtri pecorum ſuper morte aliquorum ſtari debet.*

36 *Ducis militum aſſertioni creditur ſuper morte militis.*

37 *Animalium mors dicitur caſus fortuitus, & non cedit damno adminiſtratoris, ſed Domini.*

38 *Mors animalium, & pecorum probatur eò ipsò, quòd in illa Regione, & alijs probatur communiter eueniſſe propter frigora, & alios caſus fortuitos.*

39 *Debitor prætendere nequit, creditorem, aut adminiſtratorem pecorum ſequeſtratorum illi teneri de caſu fortuito.*

40 *Adminiſtrator reſpectu cuſtodiæ pecorum non tenetur ad aliud, quàm rei natura expoſcit.*

41 *Culpam, qui dicit adfuiſſe, debet probare.*

42 *Paſcuorum dominus habet hypothecã priuilegiatam in gregibus, qui illa ſumpſerunt.*

43 *Pecuniã ſoluens pro alendis pecoribus, Magiſtris, & paſtoribus illorum, & alijs neceſſarijs ad gregis cõſeruationem debet præferri in pretio pecorum.*

44 *Debitor non ſoluens ſuo creditori tempore debito, facit illi iniuriam.*

45 *Debitor non ſoluens dicitur retinere rem alienam inuito Domino.*

46 *Venditio facta præcedentibus auctoritate Iudicis, & publicis ſubhaſtationibus præſumitur iuſtè, & legitimè facta.*

47 *Pecora, & alia ſemouentia debitoris poßunt vendi pro ſatisfaciendo creditori, maximè ſi deficiunt bona mobilia.*

48 *Greges ſolent ire vnitæ cum poſſeſſionibus paſcuorum Hybernorum.*

49 *Creditori ſolum imputari poteſt, ſi plus debito exegit, vt reſtituat illud, & nu. 50.*

51 *Creditor de iuris rigore poteſt prætendere, quòd bona debitoris exequuta vendantur pecunia præſenti, vt ſibi ſatisfiat.*

52 *Scientia, & notitia præſumitur ex vicinitate.*

53 *Venditio, vt fiat vnitim, permittitur, quod aliàs nõ permitteretur.*

54 *Emere aliquas res ſolemus propter acceſſiones.*

55 *Tempus aliquandò eſt cauſa augendi pretium rerum venditarum.*

56 *Bona exequuta ſi ad creditum vendantur cauſa maioris commoditatis, & augmenti licitum eſt, dummodò debitoris damno dilatio non cedat:*

57 *Debitor dicitur vendere res, quæ venduntur auctoritate Iudicis.*

58 *Iudicialis auctoritatis interuentus excludit omnem ſiniſtram ſuſpitionem.*

59 *Creditor licèt habeat ſequeſtrata bona ſui debitoris, poteſt petere, quod vendantur, vt illi ſatisfiat.*

60 *Creditor recipiendo partem pretij ex venditione pignoris præſumitur recipere in computum ſui crediti, non vt ſibi præiudicet in reliquo.*

61 *Iuſtum pretium colligitur ex publicis licitationibus, & ſubhaſtationibus.*

62 *Creditor, & alius pro eo poſſunt offerre, quandò bona debitorum venduntur in publica ſubhaſtatione.*

63 *Subrogatio datur in gregibus, & pecoribus.*

64 *Creditor præfertur in emptione bonorum ſui debitoris iudicialiter venditis.*

65 *Debiti veritas attenditur, licèt in executionis ordine aliquis defectus interueniſſet.*

66 *Hypothecæ tanta vis eſt, quòd licèt aliquis ex inordinato proceſſu fuerit miſſus in poſſeſſionem alicuius rei, poteſt illam retinere, donec ſibi debitũ integralitèr ſoluatur.*

ARGVMENTVM.

Gregibus venditis ſub ſpeciali hypotheca aliquibus, qui apparuerunt poſteà ære alieno grauati, & pecora alienare incœperunt, & decoctores apparuere, qualitèr ſuccurratur venditori, eidemq; creditori, & non debere ab eo peti rationum redditionem propter executionem, vel ſequeſtrum ad eius inſtantiã factum in Gregibus, alio per Iudicem nominato adminiſtratore.

CONSILIVM CLXXXIX.

Vt conſtet Dominis Auditoribus Regiæ Cancellariæ Granatenſis, qui habent ius dicere in lite, quam in ea habent introductam Ioannes de Turre alba, & illius frater contra D. Petrum Valenzuela quondam ciuem Conchenſẽ ſuper gregibus pecorum, quos ab ipſo emerunt ad creditum ſub hypotheca tamèn ſpeciali, qui eò, quòd non ſoluebant debitores, & falliti ſunt, fuerunt venditi de tempore in tempus iudiciali auctoritate, tàm vt ſuſtentari poſſent, nè perirent, quàm vt creditori ſatisfieret de illorũ pretio, & quòd debet abſolui à prætenſionibus dictorum de Turri alba debitorum, quòd debebat rationem reddere pecorũ dictorum gregum, aut eorum, qui ſuperuixerunt, prætextu dicendi, quòd fuit adminiſtrator illorũ dictus D. Petrus Valenzuela, & quòd etiàm debeant condemnari dicti de Turri alba ad ſoluendum illius hæredibus cum beneficio inuentarij quantitates, in quibus ſunt veri debitores pro reſiduo pretij dictorum gregum ab ipſis emptorum, ponderantur ſequentia. Primò, quòd licèt dictus D. Petrus Valenzuela vendidiſſet dictos pecorum greges habita fide de pretio dictis de Turri alba, qui ſe finxerunt idoneos ad ſoluendum in terminis præfixis ſolutionibus, & quòd ex eo velint dicere, quòd quàmuis ſub hypotheca fuit in eos dominium translatum ex §. venditæ, Inſtit. de empt. & vendit. non poteſt negari, quòd fuit nedùm ſub hypotheca ſpeciali, ſed cum expreſſo pacto, quod non potuiſſent vendere, aut alienare dicta pecora, nec partem illorum, donec integralitèr eorũ pretium ſatisfeciſſent, & contraueniendo pacto conuento vendidere in Valle Alcudiæ non minimam partem dictorum gregum aduerſus pactũ, & hypothecam, ex quo notoriè apparet illorum

dolus

dolus, & fraus, quam ab initio machinati erant
in venditoris, eiuſdemque creditoris damnum,
1 † nàm vt reſoluit And. Alciat. conſ. 20. nu. 2. lib. 8.
eo ipsò, quòd quis promiſit non alienare oues,
ſed pecudes, & contrafecit, fuit in dolo manife-
ſto, ex l. dolus ff. de dolo, l. ſi quis fundum §. Im-
perator ibi, *citra tuam fraudem abegiſſe*, ff. locati,
& eſt gloſ. notabilis in l. cùm ita §. ſpecies, verbo
2 *nec dolo*, & ibi DD. ff. de legat. 2. † Et ita leges
prouide occurrunt ſimilibus fraudibus debito-
rum, nè creditores illis debita, ſuaque bona amit-
tant, vt tradit Petr. de Anchar. conſ. 192. incip. in
auxilium nu. 3 quem ſequitur Roman. conſ. 242.
incip. vnum eſt nu. 2. & Pariſ. conſ. 99. nu. 2. & 3.
Andr. Barbat. conſ. 36. nu. 2. lib. 4 & dixit Franc.
Burſat. conſ. 73. nu. 38. lib. 2. quòd ius proſpicit
creditoribus aduerſus facta, vel machinata in
fraudem ipſorum per debitores, l. 1. ff. quæ in
fraud. creditor.

Et ſatis manifeſta redditur decoctio, & falli-
mentum dictorũ de Turri Alba, nàm pro ſum-
mis per eos anteà debitis Iacobo Iuſtiniano Ge-
3 nuenſi, Conchæ negotianti, † quod neſciuit di-
ctus D. Petrus Valenzuela, vt ius præſumit, l. ve-
riùs ff. de probat. l. ſuper ſeruis C. qui militare
non poſſunt lib. 12. cap. vt circa de elect. in 6. cap.
4 præſumitur de regul. iur. eod. lib. † Nàm ſi noti-
tiam habuiſſet non illis confidiſſet, nec ad credi-
tum vendidiſſet Greges cum tàm euidenti peri-
culo amittendi pretium, vt experientia oſtendit,
l. cùm de indebito verſ. *quis enim* ff. de probat. l.
fin. §. ſin autem C. arbitrium tutelæ, Bald. in l. cũ
proponas nu. vlt. C. de nautico fœnore, Ant. de
Burrio in cap. cùm ad ſedem nu. 25. de reſt. ſpol.
Afflict. deciſ. Neap. 13. nu. 14. fuerunt iuſſi, exe-
qui per iuſtitiam Conchenſem, literiſq; requiſi-
torialibus ab ea expeditis, & executio fuit & ſi
perperàm facta in eiſdẽ gregibus, quos ſub ſpe-
ciali hypotheca vendiderat illis dictus Don Pe-
trus Valenzuela, & tunc fuere numerati cum
omni diſtinctione, & claritate, qui aſcendebant
anno 1613. à paſcuis Hibernis Alcudiæ, vt con-
ſtat ex actis proceſſus executiui dicti Iacobi Iu-
ſtiniani, & teſtimonio illorum extracto per Di-
dacum de Molina Tabellionem Suæ Maieſtatis,
& de numero Ciuitatis Conchenſis, coram quo
cauſa agitabatur, cuius legalitas eſt comprobata
corã Receptore in vltimis probationibus factis
per hæredes cum beneficio legis, & inuentarij
dicti D. Petri, ex quo ſequuntur plures reſolu-
tiones iuris in fauorem eorum, vna, quòd iſte
euentus, & fuga dictorum de Turri alba de re-
linquendo greges nè carcerarentur, manifeſtauit
5 eorum fallimentũ, & deficientiam crediti, † nàm
idoneitas, vel contraria qualitas debitoris iudi-
catur à futuro euentu, Alex. conſ. 105. num. 30.
lib. 3. Aluar. Valaſc. conſult. 66. num. 34. p. 1. Hie-
6 ronym. Magon. deciſ. Floren. 129. num. 7. † Et
debitoris cõditio probabilitèr ignorata per cre-
ditorem ſufficit, vt ex poſt poſſit dici ſuſpectus,
atque ita apprehendi, vel ſequeſtrum contra
eum concedi, ſicut probat Bart. in l. quæſitum
in fin. ff. de pignor. Iaſ. in l. ſi ab arbitro num. 5.
verſ. *ſecundò limita*. vbi Soccin. num. 16. & Rimi-
nal. num. 3. verſ. *iſtud primò limitatur*, ff. qui ſa-
tiſd. cogantur, Curtius Iunior in l. vnica num. 44.
C. de prohib. ſequeſt. pecun. Pariſ. d. conſil. 99.
num. 26. lib. 3. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iud.
caſu 87. num. 17.

7 † Quia debitor in diem, qui eſt ſuſpectus, non
ſolùm poteſt conueniri, & compelli, vt caueat, &
aſſecuret de ſoluendo cũ effectu aduenientibus,
ſeù cedentibus ſolutionum diebus, & terminis,
l. in omnibus ff. de iudic. vbi Gloſ. & DD. Pariſ.
vbi proximè nu. 1. Caccialup. de debitore ſuſpe-
cto verſ. 3. nu. 2. Curtius tract. de ſequeſtr. §. 2.
nu. 46. Ant. Gomez tom. 2. variar. cap. 3. nu. 6. verſ.
confirmatur, & ex l. 17. tit. 13. par. 5. Suarez de Paz
8 in praxi tom. 1. par. 4. cap. 4. nu. 7 † Sed carcerari
etiàm de facto, Alex. conſ. 105. nu. 30. lib. 3. conſ.
19. nu. 2. eod. lib. Franc. Burſat. conſ. 84. nu. 3. lib. 1.
Marius Giurba deciſ. Siciliæ 4. nu. 28. Cæſ. Barz.
deciſ. Bonon. 16. nu. 15. Aluar. Valaſc. conſult. 66.
9 nu. 34 † quinimò creditor bona debitoris fugi-
tiui, nedùm ordine iudiciario exequi, & ſeque-
ſtrare poteſt, ſed etiàm inuadere, l. quæſitum 14.
ff. de pignor. vbi Bart. ſummat. quòd ſi debitor
eſt ſuſpectus antè diem, vel conditionem, com-
petit perſequutio pignoris, l. generali, vbi Bart.
C. de decur. lib. 10. tradit Franc. Burſat. conſ. 140
num. 76. lib. 2.

Et multò magis id planè procedit, quãdò hoc
fieret auctoritate Iudicis competẽtis, prout erat
iuſtitia regia Ciuitatis Conchenſis, cuius iuriſdi-
ctioni ſe ſubmiſerant debitores cum renuncia-
tione ſui fori, & quia præceſſit ſummaria infor-
matio eorum decoctionis, & fugæ vltra notorie-
tatem, & ſufficiebat, quòd creditor iuraſſet ſuſpi-
tionem fugæ debitorum, diſſipationiſq; pericu-
lum, quod erat in mora, ſi Greges aſportarentur
ad locum nominatũ Santeron; vbi habebant do-
micilium dicti de Turri alba, qui habent domũ
fabricatam in medio confinium Regnorum, tali-
tèr quòd porta vna, quæ Orientem reſpicit, eſt
intus Regnum Aragonum, alia verò verſus Occi-
dentem in Caſtellæ Regno, non ob aliud, quàm
ad fruſtrandos creditores; nàm ſi vadunt à Ca-
ſtella, tranſeunt in Aragoniam, & è contrario, ſi
ab Aragonia in Caſtellam fraus vtiquè malitiæ, ac
doli plena, & abſq; dubio pecora tranſtuliſſent in
Aragoniam, niſi fuiſſet in tempore prouiſum
10 mediante ſequeſtro illorum, † Et hoc caſu ſuf-
ficit iuramentum creditoris, vt Iudex prouide-
ret de opportuno remedio, vt reſoluunt Alex. in
l. 2. nu. 24. ff. ſolut. matrim. Curt. iun. in l. vnic. nu.
43. C. de prohib. ſequeſt. pecun. Burſat. conſ. 423.
nu. 12. vol. 4. Menoch. d. caſu 87. nu. 3. & alij plu-
res adducti per Maſcard. de probat. concl. 477.
nu. 1. vol. 2. & concl. 823. nu. 4. Farinac. deciſ. 490.
nu. 5. par. 1. tom. 2. nouitèr nouiſſ.

11 † Quia non poteſt dubitari, quòd dicti de
Turri alba debitores propter decoctionem, &
fugam mutarunt ſtatum, vt dicunt Ioan. Oroſc.
in l. & quia nu. 60. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Strac-
ca tract. de decoctorib. par. 3. col. 1. Doctor Mar-
12 ta voto 84. num. 5. & 8. † Et ideò pro intereſſe,
& indemnitate dicti D. Petri Valenzuela potuit
legitimè ante cedentẽ diem ſolutionũ incumbi
hypothecæ dictorum gregum, & pecorum, vt ex
ipſorum venditione ſibi ſatisfieret, text. eſt ſingu-

laris

Digitized by Google

laris in l.quæſitum ff.de pignor.& ibi gloſ.nota-
bilis verbo *intereſt*, per quem hoc doctè in ter-
minis fundat Roderic. Xuarez in lectura l. poſt
rem iudicatam in declarat. legis Regni limit. 7.
nu.2.& ſeq. poſt Iaſon.in l.vinum num.3.& in l.
pecuniam nu.9.ff.ſi certum petatur,& compro-
bant Alex. conſ.64. lib.3. Pariſ.conſ.101.num.8.
13 vol.3. Cæuall.in pract.qq.quæſt.268.nu.9. † iu-
ra enim fauent creditoribus vigilantibus, nè ſuū
perdant,l.qui autem verſ.*ſciendum*,l.pupillus 24.
in fin.ff.quæ in fraud. creditor. & ſunt multùm
ponderanda verba d.l. quæſitum ad noſtrū pro-
poſitum, dùm ait, *apud Labeonem ſcriptum eſt,
eum, qui ſuum recipiat nullam videri fraudem fa-
cere,hoc eſt eum, qui quod ſibi debetur receperat.*

Et ita iuſtiſſimè potuit Iuſtitia dictæ Ciuitatis
nominare adminiſtratorem dictorum pecorum
pro indemnitate creditoris, qui ea vendiderat,
14 † cùm ex fallimento dictorum debitorum à iu-
re interdiceretur illis adminiſtratio, l.itē ſi vnus
ff.de arbitr. cum his,quæ tradit Bald. conſ.399.
incip.in libris Theſaurariæ num.3. & 4. vol.5. &
Vinc.de Franch.deciſ.Conſil.Neapol.55.nu 2.&
3. & in terminis debitoris falliti ita obſeruant
omnia Tribunalia, & reſoluit Marta voto, ſiuè
deciſ.78.nu.10.

Et ſi verum amamus, & leges,& iura obligāt,
ſi attendantur,vt debent,acta proceſſus,non fuit
adminiſtrator nominatus dictus Don Petrus Va-
lenzuela,cui ſolummodò Iudex iniunxit curam,
quòd præſtaret, quæ fuiſſent neceſſaria pro ſu-
ſtentatione pecorum, animalium, & paſtorum,
ſeù ouihonum,oē perirent, aut macerarentur cū
damno præcipuè illius, cui pretium erat ſatisfa-
ciendum; nàm effectiua adminiſtratio per de-
creta dictæ Iuſtitiæ Conchenſis commiſſa fuit
Petro Millan magiſtro pecorum, ſiuè Mayorali
dictorum de Turri alba, qui erat perſona ab eis
cognita, & approbata pro gubernio dictorum
15 gregum,& qui veniebat cum illis; † & iſta veri-
tas, & notorietas, quæ reſultat ex proceſſu, &
actis, iuxta l.quoties ff.de probat. cap. bonæ de
poſtul.prælator. cap.ex inſinuatione,vbi DD. de
appell. Calcan.conſ.8.nu.50.& conſ.15.num.62.
Decian.reſp.48.nu.7.vol.3.Decius conſ.74.nu.4.
16 † nequit controuerti,nec refricari in dubium
eius claritas, argum. l.continuus §.cùm ita ff. de
verb.oblig.cum adductis per Calcan.conſ.14 nu.
9. Bald.nu.9.in l.1.C.de commod.Chriſtoph.de
Caſtelliono conſ.29.nu.12.Lambert.de iur.patr.
lib.2.q.5.princ.art.19.nu.3.

Et quàmuis dictus D. Petrus Valēzuela initio
errorem feciſſet putans, quòd ex eo ſolo, quòd
Iuſtitia decreuiſſet, quòd prouideret de neceſſa-
rijs ſuſtentationi pecorum, & paſtorum fuerat
ipſum virtualitèr deſtinare adminiſtratorem,
17 † cùm in rei veritate hoc non fuerit, nec talis
Iuſtitiæ mens,ſed adminiſtrationem decernere
dicto Petro Millan,hoc eſt.quod debet attendi,
& nō error.nàm vt inquit Vlpian.in l.illicitas § 1.
ff de offic.Præſid. *veritas rerum erroribus geſtorū
non vitiatur,& ideò Præſes Prouinciæ id ſequatur,
quod conuenit eum ex fide eorum, quæ probantur
ſequi*, Marcell.Fortunat. tract. de veritate, & er-
18 rore 1.par.num.135.Morot.reſp.29.nu.34. † Et
dictus error probatur eò ipſò, quòd conſtat ex
actis, rem alitèr ſe habere, Bald. in l.ſi poſt diui-
ſionem C.de iur. & fact. ignor. Baribol.Soccin.
conſ.25.nu.3.vol.4. text.in l.de ætate §.vlt. ff.de
interrog.actio.Bar.in l.ſed & ſi me putem 22.nu.
1. & 2. per text. ibi ff. de condict. indeb. inquit
enim text. *Sed & ſi me putem tibi, aut Titio pro-
miſiſſe, cùm aut neutrum factum ſit, aut Titij perſo-
na in ſtipulatione comprehenſa non ſit, & Titio ſol-
uero, repetere a Titio potero*, facit l.hæres 21. ff.ad
S.C.Trebell.l.cùm ſolus 29. ff.de vſucap. Greg.
Lopez in l.11. tit.14. par.7.gloſ.3. poſt medium,
Marc.Ant.Natta conſ.674.nu.13. Franc Beccius
conſ.90.nu.11.vol.1. Crau. conſ.188 nu.9 vol.1.
& in reſponſo pro genero nu.472. Carol.Ruyn.
conſ.10.nu.16.lib.3.

19 † Maximè quandò agitur de damno vitando,
vt agit dictus D.Petrus de Valenzuela,& dicti de
Turri alba de lucro captādo, Ant.Monac. tract.
de execut.in veſtibus c.14. nu.57. cùm hanc litē
iniuſtè mouerint, ac ſi greges pecorum fuiſſent
ab eis ſatisfactæ,& ſic forent ipſorum,ita probat
Bart.d.nu.2.& in l.Celſus nu.7.ff de vſucap.Bal.
conſ.1.nu.2.vol.5. Crau. conſ.666.nu.16.lib.4.&
conſ. 693. nu.8. nàm regularitèr cauſa tractantis
de damno vitando,vt eſt creditor,præfertur de-
bitori tractanti de lucro captando, l.fin. §.ſi quis
verò C.de codicill. l.iuris, l.error C.de iuris, &
facti ignor. l.de eo ff.de iudic. Philipp. Corneus
conſ.300. nu.3.lib.4. Rol.à Valle conſ.50.nu.63.
& conſ.69 nu.49.lib.3.

20 † Et hoc quàmuis propter errorem prædictū
in aliquo libello ſe aſſeruiſſet adminiſtratorem
dictus D. Petrus, nàm & potuit hoc reuocare,
d.l.ſed & ſi me putem, Grātus reſpon.27.nu.13.
lib.2.Corneus conſ.186.verſ.*nocua* vol.3.Morot.
reſp.29.nu.34.& reſp.46.nu. 33. Bellamer.deciſ.
690. nu. 4. & in terminis confeſſionis reſultantis
ex libello Iaſ conſ.21.nu.2.vol.3. Ant.Gabr.con-
cluſ.4.de confeſſ.num.18.latè Ego dixi conſ.27.
21 num. 10. & 35. lib. 1. † nec præiudicat eò ipſò,
quòd apparet contrarium, l.interrogatam 24 C.
de liber.cauſ.vbi gloſ.fin. cap.fin. de confeſſ. vbi
Ant.de Butr.nu.18.cap.ſacro de ſentent.excom.
l.Imperatores 29.§.mulier ff.de prob.ibi,*reſpon-
di veritati locum ſuperfore*, l.9.tit.13 par.3. & ibi
Gregor.Lopez gloſ.1. & 4. l.aſſumptio 6. ff.ad
22 municip.& de incol. † quia non debent attendi
iſtæ nudæ, imò erroneæ aſſeuerationes, l.non
nudis, vbi DD.C.de probat.gloſ.1.in c.per tuas
eod. tit. Ex quo reſultat (ſalua auctoritate DD.
Iudicum, quibus ita placitum fuit) quantū gra-
uauerint dictum D Petrum Valenzuela,reputan-
do ipſum tanquàm adminiſtratorem dictorum
pecorum, obligando ipſum ad reddendum ra-
tionem, quam reddere non debebat, ſed dictus
Petrus Millan magiſter illorum,dictorumq; de
Turri alba nominatus ad id ſpecialitèr per de-
creta Iuſtitiæ Conchenſis.

Neque his obſtabit dicere, quòd dictus Pe-
trus Millan non habebat bona ſufficientia, nec
erat idoneus.vt illi commendaretur adminiſtra-
tio,& non fuiſſe ab eo ſumptas fideiuſſiones:nàm
vltra bonitatem perſonæ illius, fidelitatemq; eſt
probatum, quod ipſimet de Turri alba illum

appro-

Digitized by Google

approbatum habebant, eiuſque curæ commiſe-
rant regimen dictorum gregum tanquàm peri-
23 to, † & magiſtro pecorum, (ita enim appellant
Latini, vt per M.Terent. Varronem lib.2. de re
ruſtica cap.10.) probatum eſt, quod talibus
Mayoralibus vt vulgari, & vſitato vocabulo vta-
mur, nunquàm ſolitum eſt peti fideiuſſiones, nec
ipſi eas præſtant, nec ſi adſtringerentur ad id,
24 acceptarent onus adminiſtrationis, † quæ ob-
ſeruantia attendenda eſt, nec ab ea diſcedendũ,
cap. cùm dilectus de conſuet. l.ſi de interpreta-
tione vbi DD.ff.de legibus, l.quod ſi nolit §.quia
aſſidua, vbi latè Cæpoll.ff.de ædilit.edicto, Fely.
in cap.cùm M.nu.8.de conſt.Ioan.Cæphal.conſ.
331.nu.32.vol.3. Laurent.Syluan.conſ.66.nu.21.
Ioſeph Ludou.concl.vnic.de conſuet.Paul.Pariſ.
25 conſ.36.nu.8.vol.1.dicens, † quòd eſt obſeruan-
dum in præſenti, quod aliàs obſeruatum, & inter-
pretatum fuit, l.minimè vbi Bart. ff.de legibus,
idem Bar.& alij in l.imperium ff.de iuriſd.omn.
Iudic.Menoch.conſ.32.nu.44.lib.1.& obſeruan-
tia præcedens etiàm efficit licitum, quod aliàs nõ
eſſet, l.ſi pignore §.fin. vbi Bart. ff.de pignorib.
Crauett.conſ.6.nu.103.Tiber.Decian.reſpon.2.
nu.155.vol.1.Verall.deciſ.177.par.1. Marta voto
159.nu.16.

26 † Maximè, quia debet attendi conſuetudo
Terræ, & Prouinciæ, in qua verſatur negotium
ſuper eo, an in caſu, de quo tractatur, ſint, vel non
præſtandæ fideiuſſiones, vt poſt Angel in l.1.§.ſti-
pulatio ff.de prætor.ſtipul. tradit Cæpolla in
d.§.quia aſſidua nu.36. quia vt dictum eſt, nun-
quàm petitæ ſunt Mayoralibus Gregum, ſuffi-
cienſq; habitum eſt, quòd Domini illorum ſe in-
forment de ipſorum qualitate, & intelligentia
illius miniſterij, eſſeque fidas perſonas propter
difficultatem, nè dicam impoſſibilitatem, quam
haberet inuenire fideiuſſores; nàm vt inquit
Odoffred. in tractatu de curatore bonis dando
27 nu.70. † non eſt facilè omnibus fideiuſſorem
28 præſtare, † propter quod multotiès leges con-
tentantur, quod qui non valet commodè fideiuſ-
ſorem præſtare, adimpleat cum iuratoria cautio-
ne, vt in Auth.de litigioſ. §.ſancimus, & in Auth.
vt nulli iudicum §.neceſſarium, & §. ſi verò coll.
9. Auth.de nupt.§.quapropter verſ. *ſi verò non*
valdè collat.4. l.de die §.fin.ff.qui ſatiſd.cogant.
l. in ſacris 1.reſponſ. C.de proxim. ſacror. ſcrin.
lib.12.l.fin.C.de præpoſ.agent.in rebus eod.lib.
& vti ait idem Odoffred. vbi proximè num.71.
29 † poterit remitti ſatiſdatio, ſi perſona eſt ido-
nea, & honeſta, vt erat dictus Petrus Millan, qđ
magis reſpiciebat intereſſe dicti D. Petri Valen-
zuela creditoris, cuius poſſumus aſſerere erant
greges ſub hypotheca ſpeciali traditi dictis de
Turri alba, & non illorum, qui nec nummum
30 pro ipſis perſoluerant, imò decoxerant, † & ita
ſufficiebat, quòd dictus creditor ratum haberet,
aut non contradiceret, arg.l.actor ff.rem ratam
haberi, Odoffred.vbi proximè num.73.& ceſſat
31 omnis difficultas, † quia in quolibet euentu hoc
reſpiciebat Iudicem, qui id decreuit, & admini-
ſtrationem commendauit dicto Petro Millan
mayorali, & non creditori, l.Diuus Marcus ff.de
offic. Præſid. ibi, *culpa eorum adſcribendum eſſe,*
qui negligentiores in officio ſuo fuerint, l.1.§.1.cum
ſeq.ff.de exercit.actio. l.quod ad hæredem ff.de
magiſtr.conueniend. l.contra eos C.de adminiſt.
Reipubl. lib.11. Auiles cap.32. Prætorum, verbo
de pujar nu.2. & 3. & vt nullus remaneat recur-
ſus contra dictum D.Petrum de Valenzuela cre-
ditorem ſufficit, Iudicem commiſiſſe adminiſtra-
tionem dicto Petro Millan, l.1.§.idem Pompo-
nius ff. quod falſo tutore authore, ibi, *niſi prætor*
decreuit ratum ſe habiturum id, quod his Auctori-
bus geſtum eſt, tunc enim valebit per Prætoris tui-
tionem, Bald.in l.1.nu.14. C.de teſtam. l.non vi-
detur 127. §.qui iuſſu ff.de reg. iur. quæ ait, *qui*
iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo
facere, l.generalitèr in fine ff.de noxalib.actionib.
l.furti §.qui iuſſu ff.de his, qui not.infam. Spec.
tit.de exceptionib.§.nunc videndum reſtat, verſ.
in ſumma, Paul. Caſtrenſ. conſ.23. num.2. par.2.
Gamma deciſ.Portugal.285.nu.1.iuncto text.in
§.ſemel, Inſtit. quibus ex cauſ.manumitt. non
licet, ibi, *ſemel autèm cauſa approbata, ſiuè vera,*
ſiuè falſa non retractatur, l. iuſta ff. de manumiſſ.
vindict. Hieronym.Grat. reſponſ.103. num.13.
volum.1.

Ex quo ſequuntur plures reſolutiones iuris
certiſſimæ, vna, quòd libro rationum dicti Petri
Millan mayoralis, & adminiſtratoris dictorum
gregum tàm reſpectu illorum numeri, quàm pe-
corum demortuarum, & quæ fuere captæ in
portubus pro ingreſſu, & exitura illorum, & ex-
penſis factis in emptione paſcuorum, & ſuſten-
tatione pecorum mayoralis, & paſtorum maio-
rum, & minorum, qui vulgò dicuntur *çagales*,
ſalarijſq; omnium, & alimonia pro iumentis, &
canibus, alijſque expẽſis neceſſarijs, & ſolitis de-
bet fides integra adhiberi cõtra dictos de Turri
32 alba, † nàm vt ex Hieron. Gabr.conſ.148.vol.1.
tradit Proſper Farinac. deciſ.Rotæ 540. num.4.
tom.2.par.1.nouitèr nouiſſ. ſtatur libro mayora-
lis, ſiuè maſſarij, & adminiſtratoris pecudum,
comprobat Corneus conſ.319.nu.11.& 13.lib.3.
& Maſcard.de probat.concl.973.num.66.& ſeq.
vol.3. affirmans hoc verum, quandò liber habet
tempus, & diem, & eſt ſcriptus à perſona fide
digna, vt erat dictus Mayoralis, & quia illi fuit
commiſſum auctoritate iudiciali, & publica di-
ctum miniſterium, & adminiſtrationis munus,
33 † quo caſu cùm fecerit ex neceſſitate officij, eſt
illi credendum, iuxta tradita per Bart. in l.nuda
ratio num.7. ad finem ff.de donat. Maſcard. de
probat. tom.1. concl.255.num.12.& concl.316.
34 nu. 5. † Et idem procedet reſpectu libri rationũ
dicti D. Petri Valenzuela pro quantitatibus pe-
cuniarum, aliarumq; rerum, quas etiàm de ordi-
ne, ac decreto Iudicis dedit, & expendit diuerſis
temporibus pro ſuſtentatione, & conſeruatione
dictorum pecorum, cùm ſit probata qualitas, &
nobilitas perſonæ illius, & veridicus ſtylus, &
quòd illius rationibus debet fides adhiberi ex
Maceraten.lib.5.variar.reſol.c.19.nu.3.& 4. Ni-
col.Genua de ſcript.priu.lib.4.§.de libris domi-
norum contra ruſticos nu.7.

35 † Et reſpectu capitum eorundem pecorum,
quæ mortua fuerunt in paſcuis hybernis, & per
viam, non eſt dubium, ſtandum fore declaratio-

nibus

Digitized by Google

nibus Magiſtri pecorum,& paſtorum,vt reſoluit
Bart.in tract.teſtimoniorum nu.33. Ioan.Crot.
tract.de teſtib.nu.38.Palac.Rub.in c.per veſtras
de donat. inter §.11.num.12. Hieronym.Preui-
dell. tract. de peſte verſic. *ſubſequentèr* num. 21.
36 † Sicut creditur Duci militum ſuper morte mi-
litis,vt dicunt præfati Auctores poſt Panorm. in
cap.in præſentia de ſponſal. nu.6. ſuper proba-
tione mortis,& pecora mortua.& capta in por-
tubus pro diritibus illorum debent eſſe in ra-
tionem dictorum de Turri alba, & non admini-
37 ſtratoris, † quia vt reſoluit Farinac.d.deciſ.540.
nu.8.animalium mors dicitur caſus fortuitus, &
illius periculum ſpectat ad dominum, nõ autem
ad adminiſtratorem, l.contractus ff.de reg. iur.
ibi: *animalium verò caſus,mortes quæque ſine cul-
pa accidunt à nullo præſtantur*, maximè reſpectu
anni 1614. qui fuit fatalis pro pecoribus pro-
pter immoderatas niues, aquas, & frigora
inſolita,quæ euenere in paſcuis hybernis; nàm
non ſolùm periere agniculi,qui erãt nati,& pau-
ciſſimi remanſere, ſed etiàm ex maioribus peco-
ribus in magno numero, vt vltra notorietatem
euentus habet probatum dictus D.Petrus Valen-
38 zuela, † quòd in illa Regione, & alijs mors ani-
malium, & pecorum communitèr euenit, quæ
probatio in materia iſta concludens eſt, vt poſt
Ioan.Plotum nu.2. verſ.*dic, aut tractatur*, & De-
cium in l. ſi paſcenda num.20. C.de pact. tradit
Farinac. in vna Romana pecudum deciſ. 690.
nu.4. tom.2. partis primæ, Eſcobar tract. de ra-
tiocin.cap.18.nu.35.& duobus ſeqq.vbi ponde-
rat l. quòad præſens C. de murilegul. lib.11. &
Gregor.Lopez in l.15.tit.8. par.5. verbo *ſeñales
ciertas* dicens, eſſe legitimam probationẽ, quòd
in Regione illa, vbi oues paſcebant, & mortuæ
dicuntur illo anno,communitèr mortua fuit cer-
ta pars gregum, vel aliorum pecorum, quæ gre-
gatim paſcebant, Nicol.Boer.in tract.de cuſtod.
clauium nu.13.

Ex quo reſultat quàm malitioſè, & iniuſtè di-
ctus Ioannes de Turri alba, & eius computator,
aut rationalis voluerint negare mortem, & defi-
cientiam notoriam dictorum pecorum, & eorũ,
quæ fuere capta in portubus pro iuribus illorũ,
ac ſi omnia extarent viua, & non fuiſſent capta,
vt erat de neceſſitate, aduerſus quæ nequit vlla-
39 tènus iudicari, † nec velle,quòd Petrus Millan
adminiſtrator, multòque minus dictus creditor
tenerentur de caſibus fortuitis mortuorum, l. ait
prætor 7. §.hodiè ff.de minorib. l.verùm §.pen.
eodem tit. l.quod ſæpè ff.de contrah.empt. l.2.
verſ. *grauis* ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertin.
l.qui ratiario 30. ff.de pignor. actio. Lancellott.
40 Galliæ conſ. 37. nu.4. † nec ad aliud tenebatur
adminiſtrator reſpectu cuſtodiæ pecorum præ-
dictorum, quàm rei natura expoſcebat, vt tradit
Corneus conſ.28. nu.28. vol.3. Franciſc.Burſat.
conſ.197.num 23.lib.2.Salyc.in l.cùm duobus §.
damna in fin.ff.pro ſocio,Ioan.Cephal.conſ.640.
41 num.31.vol.1. † Et qui prætenderit,culpam ad-
fuiſſe probare debet, vt inquit Ioan.Petr.Surd.
conſ.558.num.18.lib.4.& ex l.fin. verſ.*interdùm*.
ff.de cuſtod.reor. l.quotiès §.qui dolo ff.de pro-
bat. Ludou.Bologn.in l.4. §.Cato nu.144.& ſeq.
ff.de verb.oblig. Maſcard.de probat. vol.1. con-
cluſ.467.nu.1.& 2. & concl.265.nu.3. Menoc.de
præſumpt.lib.5.præſ.3.nu.137.& ſeq.

Et reſpectu quantitatum, quæ de neceſſitate
fuerunt ſoluendæ Suæ Maieſtati pro pretio her-
barum, & paſcuorũ, quæ habuere dicta pecora,
fuit inexcuſabile tàm ex eo, quòd niſi fuiſſet ſa-
tisfactum, factæ fuiſſent maximæ expenſæ in ſa-
larijs executoris, & quia viliori pretio vendi fe-
ciſſet eadẽ pecora maiori damno,& detrimento
nedùm dictorum de Turri alba, ſed dicti D.Pe-
tri, cui erant in ſpecie hypothecata, in cuius fa-
cultate non erat id impedire, niſi de propria
pecunia ſatisfeciſſet propter hypothecam priui-
42 legiatam paſcuorum; † ſiquidèm paſculi domi-
nus,& qui alimentat,præfertur in animalibus, &
re alimẽtata pro ſuo credito, & damno omnibus
anterioribus creditoribus etiàm expreſſam hy-
pothecam habentibus,& poteſt retinere, Neguſ.
de pignor. memb.3.par.7.nu.14. Alciat.de præ-
ſumpt.reg.1.præſ.50.ponderans l.in ſumma, vbi
Salyc. C.de pignor.& notata per Bart. in l.ſi non
ſortem §.ſi centum ff. de condict. indeb. Plotus
in l.ſi quando nu.874.C.vndè vi, Mar.Ant.Natta
conſ.536.nu.8.& duob.ſeqq.vol.3. Roman.ſing.
336.incip.malæ fidei, Menoch.de recup.poſſeſſ.
remed.11.nu.8. Borgnin.Caualc. deciſ.Fiuiz.23.
nu.31.par.1. deciſ.39.num.28 par.2.& deciſ.44.
num.47. dicens, quòd qui herbam vendidit, vel
paſcua locauit paſtoribus,habet hypothecam ſu-
per animalibus cum prælatione; & dicit ſe ita
aliquandò cõſuluiſſe, & allegat l. huius ff.qui po-
tior.in pign.habeant.quę loquitur de eo,qui cre-
didit in cibaria nautarum, ſequitur Io.Pet.Surd.
43 tract.de aliment.priuil.62.tit.9. † Ex ſucceſſiuè
eodẽ priuilegio debet gaudere dictus D. Petrus
non ſolùm pro paſcuis, ſeù herbagijs, quæ ſa-
tisfecit, ſed pro reliquis omnibus, quæ proui-
dit, ac expendit de proprijs pecunijs, & bonis
pro ſuſtentatione dictorum pecorum, & paſto-
rum; nàm aliàs periiſſent, de quo ſunt claræ, &
apertæ deciſiones iuris, l.interdùm 5. ibi: *vt puta
ſi in rem iſtam conſeruandam impenſum eſt, quod
iſte credidit*, iuncta l.ſequenti ff. qui potior.in
pign.habeant.dùm ait: *huius enim pecunia ſaluam
fecit totius pignoris cauſam*, Ioan.Franc. de Ponte
deciſ.Collat.Conſ.Neap.34.nu.3.

Secundum quæ fuere iuſtiſſimæ venditiones,
quæ mediante iudiciali authoritate fuere factæ
partis eorundem pecorum ad ſatisfaciendum
paſcua, & quæ dictus creditor, & Petrus Millan
Adminiſtrator, & Mayoralis eorum expenderãt
in ſuſtentatione, & alijs rebus neceſſarijs gregi-
bus,& paſtoribus,& ſucceſſiuè pro eo, quod ſibi
debebatur de pretio illorũ,de quorũ primis ter-
minis nihil ſatisfecerant dicti de Turri alba de-
bitores;quinimò ab initio fuerunt machinati in-
dicibiles fraudes contra dictum D. Petrum Va-
lenzuela; nàm vltra,quòd pro pretio dictorum
gregum obligauerunt,& hypothecarunt quædã
bona immobilia in territorijs, & iuriſdictione
Villæ de Moya afferentes, non abſq; ſtellionatus
crimine, quòd erãt ſua, cùm eſſent Michaelis de
Turri alba eorum patris,tunc viuentis,qui ſuper
gis erat debitor in ducatis bis mille capitalis cen-
ſus

ſus annui ad fauorem D.Emerentianæ de Cabre-
ra,& ſuorũ ſucceſſorum,& hypothecarũt octin-
gentum pecorum capita,quę nec etiàm habebãt,
& quæ habebant in modico numero , habebant
multo antè hypothecata dicto Iacobo Iuſtiniano
pro quatuor centis quadrãtibus,ſeù arrobis lanę,
quas ei vendiderãt,& nè quid fraudis,& doli mali
omitterent , vt dicto D. Petro Valenzuela finge-
rent velle ſatisfacere de tritico , quod compara-
tum,& emptum habebat pro alimentis paſtorũ,
dedere ei mandatum in rem propriam, vt conſe-
queretur ab Archipræsbytero Moyæ octuaginta
arrobos lanæ pecorum , & viginti lanæ nouioris
agnorũ, vulgo dictorũ *añinos* ; & ſubitò priuſquã
potuiſſet illum requiri facere, aut exigere, iuxta
l.3. C. de nouat. dictus Ioannes de Turri alba
exegit à dicto Archipræsbytero; & ideò quandò
fuit intimatus,reſpõdit, ſe ſoluiſſe,& nihil debe-
re,dictuſq; Ioãnes de Turri alba,nec de hoc eru-
beſcens faſſus fuit in ſcriptis in calce dicti man-
dati,ſe iàm exegiſſe totum à dicto Archipræsby-
44 tero , † cùm ita ſit , quòd quemadmodùm ait
Specul.tit.de inſtrum.editio. §.nunc verò aliqua,
charta antepenult. verſ. *de hoc autèm quæritur* ,
quòd lapſo termino ſolutionis debitor non ſol-
uens incipit iniuriari creditoribus,cap. ſi res 14.
quæſt. 6. cap. magnum 11. quæſt. 1. cap.1. de
45 ſolut. † retinet enim Domino inuito rem alie-
nam , l. 2. §. circa ff. de doli except. Archidiac.
in d. cap. ſi res, Mar.Anton.Natta conſ.590. nu.
12. volum.3. dùm integrum debitum non extin-
guic, l.tutor §.Lucius ff.de vſur. l.planè ff.famil.
erciſc. Petr.Surd. deciſ.186. num.2. Rota deciſ.
262. num. 6. par.1. Farinac. deciſ. 373. num. 6.
46 tom.2.partis primæ. † Et cùm vẽditiones factæ
fuerint non ſolùm in pretijs iuſtis,& currẽtibus,
proùt eſt probatum , ſed iudiciali auctoritate ,
publicis ſubhaſtationibus præcedentibus ad ſol-
uendũ debita, & expenſas,nihil poſſunt prætẽ-
dere aduerſus ea dicti de Turri alba debitores,l.
non videtur §. 1.ff.de regul.iur. l.ſi plus §.1.ff.de
euict. l.3. § ſi executor ff.de negot.geſt. l. 2. C.ſi
in cauſam iudicati, l.qui autèm §.ſciendũ ff.quæ
in fraud. cred. gloſ.verbo *auctoritate* cum ſeq. in
47 l.miles §.fin. ff.de re iudic. † cùm ipſi non habe-
rent alia bona,præſertim mobilia, quæ poſſent
vendi, vt vel modica, aut minima pars debiti ſa-
tisfieret,& ita legitima fuit venditio pecorum
prędictorum hypothecę ſuppoſitorum,l.à Diuo
Pio §.in venditione ff.de re iudic.vbi gloſ.verbo
mouentia, & verbo *animalia* allegat l.mouentium
ff.de verb.ſignif.vbi Petr. Rebuff.cum iure tali,
quali , ſeù ea poſſeſſione , in qua erant paſcendi
poſſeſſiones herbæ in hybernis,donec Sua Maie-
48 ſtas id prohibuit , † quia ibant vnitæ cum eiſdẽ
pecoribus , l. in inſtrumento in fine , ibi, *ſi fun-
dus ſaltus , pactiones , quæ habet greges pecorum
paſtores ſaltuarij*, iuncta l.ſeq. in fine, l.quæſitum
§.ſi aliqua parte anni, l.fundi 25. ff.de fundo in-
ſtructo.

Cùm neç hac via dictus D.Petrus Valenzuela
potuerit recuperare totum , quod ei debebatur
ex cauſa pretij venditionis gregum , aliarumque
expenſarum , quas & ſi inuitus fecit cum dictis
49 pecoribus, † & ſolùm potuiſſet ſibi imputari,ſi
plus quàm ſibi debebatur exegiſſet , l. loci cor-
pus §.competit ff.ſi ſeruit. vendicet. tradit Me-
noch. conſil. 66. num. 11. lib. 1. Stephan. Gra-
tian. tomo 5. diſceptation. cap. 941. num. 3. &
ſequentib. Hieronym.Magon. deciſ.Florent.32.
50 num. 4. † vt illud eis reſtitueret , l. final. C. de
diſtractio. pignor. l.quàmuis, & ſequenti, l. ele-
gantèr §. ſi vendiderit ff. de pignor. actio. Syl-
uan. conſ.26. nu.9. ſed cùm non dùm ſit integrè
ſatisfactus , motam illi fuiſſe præſentem litem
tàm alienam ab omni iuſtificatione,religioni, &
conſciẽtiæ DD. Iudicum relinquitur, non omit-
tendo, quòd dictus D.Petrus Valenzuela ea fuit
vſus charitate in vltima venditione iudicialitèr
facta reſidui pecorum , quòd vt fieret cum ma-
lori beneficio, & vtilitate debitorũ, qui omninò
cedentes foro illa dereliquerant , & ipſorum
curam,nuſquàm aliquid poſt ſuam latitationem,
ſeù fugam præſtando pro illorum conſeruatio-
ne , & ſuſtentatione, imò nec comparendo quo-
uſque præſentem litem mouerunt , conſenſit ,
quòd venderentur ad creditum dilatis ſolutio-
nibus,cùm non fuiſſet repertus,qui in pecunia
51 præſenti , & numerata ſatisfaceret , † vt dictus
creditor potuiſſet prætendere, quàmuis eo mo-
do minoris venirent , & cum debitorum detri-
mento , iuxta dictam l. à Diuo Pio §. oportet ff.
de re iudic. ibi : *Oportet enim res captas pignori,
& diſtractas præſenti pecunia diſtrahi , non ſic vt
poſt tempus pecunia ſoluatur* , Bart. in §. in vendi-
tione eiuſdem legis num.1. & in l. alio hærede
num.2. ff.de aliment.& cibar.legat. Gothofred.
in d.§.oportet, Colerus tract. de proceſſib. exe-
cutiu. par.3.cap.9.nu.79. Ferrarienſ. in pract. in
forma executionis ſententiæ diffinitiuæ , verbo
publico nuncio nu.6.& 7. Bald. poſt gloſ.in l.cum
vendente C. vbi cauſæ fiſcales , Rebuff. ad leges
Galliæ tit.de liter. obligat. art.11. gloſ.3. nu.16.
Sebaſt.Næuius Syſtem.iur.par.3.in d.§.oportet,
Ioan.Bapt.Aſin.in tract.de execut.§.6.cap.31.nu.
47. & etiàm fuit neceſſariũ vendi pecora ad cre-
ditum,nàm cùm dictus annus 1614. fuerit fatalis
pecoribus , eaquè in modico remanſerãt nume-
ro , ſi fuiſſent vendita pro parte correſpondenti
ſecundo termino ſolutionis,quod ceſſerat,& pe-
cunia præſenti vendita , vtiquè fuiſſent meliora,
& viliori pretio,& pro reſiduo neceſſariũ fuiſſet
facere maximas expenſas, & occupatas habere
poſſeſſiones cum indicibili damno ; nàm eſſent
paſcua ſatisfaciẽda de vacuo , aut quærenda alia
pecora, quæ precario admitterentur, cum riſico
etiàm amittendi totum, & ita fuit habitum à Iu-
dice magis conueniens,quòd iudicialitèr vende-
rentur inſimul ad modum(vt vulgò dicitur inter
paſtores) *de bato redondo*,incluſis etiàm aſellis,&
canibus,& ad tempus,quod factum fuit publicè,
palàm,& bona fide,abſque vlla clandeſtinitate ,
aut fraude, talitèr quòd ſi aduerſarij per ſe, aut
ipſorum procuratorem fuiſſent, in eo aliquam
interueniſſe læſionem , potuiſſent ſoluere , &
pecora recuperare , cùm vnus ex dictis debi-
toribus haberet datam vicinitatem Conchæ , &
alter in Villa Moyæ , intra vnam dietam, qui-
bus innoteſcebat totum omne , quod fiebat in
52 proceſſu executiuo, † talitèr quòd non poſ-

ſunt ignorantiam fingere, argum. cap. quandò de
præſumpt. vbi DD.
53 † Nec nouum eſt in iure, quòd quandò ex di-
uiſione ſequerentur inconuenientia, aut nõ poſ-
ſet commodè fieri, prouti hic euenirſſet dictis reſ-
pectibus venditio fiat vnitim, permittaturque,
quòd aliàs nõ permitteretur, l. meminimus verſ.
ſed multi C. quãdò, & quibus quarta pars debea-
tur lib. 10. l. ſi familiæ 55. ff. famil. erciſc. l. ad offi-
cium verſ. *cùm autèm* C. commun. diuid. §. quod
ſi commodè, Inſt. de offic. Iudic. Vinc. de Frãch.
54 dec. 228. nu. 2. † & vt dixit l. ſi in emptione 34.
ff. de contrah. empt. *pleraſq; res aliquãdò propter
acceſſiones emimus*; nàm ſi fuiſſet facta ſeparatio
pecorum, aut partis eorum à poſſeſſionibus, dif-
ficultèr potuiſſẽt vendi, multòq; minus pecunia
præſenti, quandò propter vnionem, & ſolutionẽ
55 dilatam fuere meliùs vendita, † cùm tempus ſit
pars, & cauſa augendi pretium non excedendo
latitudinẽ iuſtitiæ illius, & ita iure permittitur,
vt benè probat Decius conſ. 171. incip. pro tenui
facultate nu. 8. & 12. ex notatis in l. ſingularia
ff. ſi cert. pet. & in l. ſi ex pretio C. eod. tit. Syl-
ueſt. in ſum. verbo *vſura* 2. §. 1. Gabr. Biel diſt. 15.
in 4. q. 11. art. 3. dub. 9. Conrad. de contract. q. 59.
concluſ. 1. Caietan. 2. 2. q. 77. art. 1. Sotus lib. 6. de
iuſt. & iure q. 4. art. 1. concl. vnic. Medina de reſt.
q. 38. Nauar. in man. confeſſ. cap. 7. nu. 228. Aluar.
Valaſc. conſult. 44 nu. 4. & eſt communis Theo-
logorum, vt tradit Petr. Binsfeld. in c. in Ciuitate
56 de vſur. q. 3. concl. 1. † Et quòd ius ſolummodò
videtur requirere eſt, quòd periculum rei, aut
pignoris, ac creditum venditionis factæ per cre-
ditorem cedat, ſi euenerit in damnum ſuum, &
non debitoris, l. elegantèr 24. §. ſi vendiderit ff.
de pignor. actio. ibi: *& arbitror non eſſe vrgendũ
ad ſolutionem creditorem, ſed aut expectare debere
debitorem, aut ſi non expectat mandãdas ei actiones
aduerſus emptorem, periculo tamèn vẽditoris. Quod
ſi accepit iam pecuniam ſuperfluum reddi*, & eſt,
idemq; operatur, ac ſi debitores ipſi venditionẽ
57 feciſſent dictorum pecorum; † nàm debitor di-
citur vendere cùm Iudex vendit, l. ſi pignora ff.
de euict. l. ſi ob cauſam C. eod. tit. l. non eſt mirũ
ff. de pignor. actio. l. 1. C. ſi in cauſ. iudic. pignus
captum ſit, ibi: *nàm inuicẽ iuſtæ obligationis ſuc-
cedit ex cauſa contractus auctoritas iubentis*, vbi
Cyn. nu. 1. l. profectitia §. ſed ſi proponas ff. de
iure dotium, Aſin. tract. de execut. §. 6. cap. 31.
58 nu. 22. † interuentus auctoritatis iudicialis om-
nem ſiniſtram ſuſpitionem excludit, l. 1. vbi Bart.
C. de præd. decur. lib. 10. Nicolaus de Neapoli in
l. nouiſſima verſ. *quod enim* per text. ibi ff. quod
falſo tutore authore.

Nec ex eo, quòd initio fuerit poſt informatio-
nem captam factum ſequeſtrũ dictorum peco-
rum, cauſatum fuit impedimentũ, nè poſteà ven-
59 di iudicialitèr potuiſſent, † nàm creditor licèt
habeat bona debitoris ſequeſtrata, debitũ tamèn
eo non obſtante petere poteſt, ob hoc, quòd non
dicitur adhùc ſibi ſatisfactum per ſequeſtrum,
ſed aliqualitèr cautum voluit Paul. Caſtr. in l. qui
legati nu. 2. & 3. C. vt in poſſeſſ. legat. vel fidei-
commiſſ. ſeru. cauſa, Ioan. Bapt. Aſin. tract. de
execut. §. 2. c. 3. nu. 10. & 11. dicentes, quòd licèt
quis pro ſuo credito pignori ſufficienti incum-
bat, vel tenutæ bonorum, creditum tamèn ſuum
petere nõ prohibetur, nec debitor ſe poteſt de-
fendere, prætextu quòd eſſet tutus, vel pignus
poſſet vendere, imò etiàm ſi recepiſſet partem
60 ſui crediti, † nàm creditor pretium accipiendo
ex venditione pignoris, præſumitur recipere, vt
minus perderet, & cautior eſſet, potiùs quàm vt
voluerit ex receptione iura ſua perdere contra
debitorem, ita ex mente Innoc. in cap. ſuper hoc
de renunc. tradit Bart. in l. ſi per vim C. de his,
quæ vi, metuſue cauſa fiunt, quem ibi ſequuntur
Angel. Aret. & alij congeſti per Boer. deciſ. 100.
nu. 15. par. 1. Vinc. de Francn. dec. Neap. 200. n. 21.

Nec obſtabit dicere, quòd aliqui ex emptori-
bus pecorum ea ceſſere dicto D. Petro creditori,
qui ea in computum ſui crediti recepit; nàm
quandò, ſinè veri præiudicio, daremus ita fuiſſe,
non eſt res prohibita, imò permiſſa, & licita, ſup-
poſito, prouti ex actis apparet, quòd venditio fa-
cta fuit Iudicis auctoritate, præcedentibus ſub-
haſtationibus, & alijs iuris ſollẽnitatibus, & iuſto
pretio non inuento, qui plus, vel in vno nummo
61 obtuliſſet, † nàm ipſa ſubhaſtatio, & licitatio iu-
ſtum pretium denotare videntur, tunc maximè
cùm à Iudice fiunt, & approbantur, & ideò di-
cunt DD. eam omnẽ conquerendi, & reclamandi
occaſionem tollere, l. 1. C. de præd. decur. lib. 10.
l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10.
cuius authoritate id notat Angel. in l. ſciendum
col. 2. nu. 3. ff. de verb. oblig. & Fabian. de Monte
tract. de empt. & vend. q. 5. princ. verſ. *inſuper no-
ta* nu. 88. vbi auctoritate Speculatoris inquit, ex
eo, quòd res ſub haſta vendita eſt, iuſto pretio
venditã cenſeri, per tex. in l. ſi quis C. de reſcind.
vend. ſequitur Aſin. in alleg. tract. de execut. §. 6.
c. 14. nu. 1. & ſeqq. dicens, ſinè dubio procedere,
ſi ſubhaſtatio fuit ritè, & rectè facta, vt fuere fa-
ctæ iſtæ, vt in proceſſu apparet.

Imò lex concedit prærogatiuam, & prælatio-
nem creditori, quandò vendũtur ſub haſta bona
62 ſui debitoris; † poteſt enim creditor, & etiàm
alius pro eo offerre, quandò venduntur per Cu-
riam bona in tenutam, ſiuè in executionẽ capta,
vt eſt de iure communi, l. 2. vbi Bal. in fin. C. ſi in
cauſa iudic. pign. idem Bald. in l. ordo nu. 1. C. de
execut. rei iudic. & ibi Salyc. in princ. verſ. *quæro
primò*, Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſi pignora nu. 8. ff. de
re iudic. vbi Paul. Caſtr. nu. 1. verſ. *vel poteſt dici*,
Alex. nu. 11. Steph. Grat. tom. 1. diſcept. for. c. 7.
nu. 7. Io. Petr. Surd. conſ. 256. nu. 5. & 6. M. Ant. de
Amat. dec. Marchiæ 67. nu. 18. Rota D. Ludouiſij
aliàs Gregorij XV. dec. 12. nu. 1. ideòq; dixit I.C.
Caius in l. 1. ff. de priuil. credit. *Cùm bona veneunt
debitoris in cõparatione extranei, et eius, qui creditor
cognatuſue ſit, potior habetur creditor cognatuſue,
magis tamèn creditor, quã cognatus, & inter credi-
tores potior is, cui maior pecunia debetur*; ique deci-
ſio eſt ſatis clara ad fauorẽ dicti D. Petri Valẽzuela
tanquã maioris creditoris, & cuius fuerãt pecora,
& erãt ei ſpecialitèr hypothecata, quia ſolũmodò
fuerãt ſubrogata, ſequeſtrata, & exequuta ex pe-
coribus dictorum de Turri alba tot pecorũ ca-
pita, quot ipſi vendiderant in Valle Alcudiæ ex
gregibus emptis à dicto D. Petro, & in fraudem
illius

63 illius hypothecæ, & doloſè, vt dictum eſt, † cùm de iure ſit certū, quòd grex ſubrogatus loco gregis, in quo aderat hypotheca referuata, recipit qualitates illius, vt bis decidiſſe Rotam Romanā teſtatur Seraphin. dec. 1415. nu. 4. & ſequitur Stephan. Grat. tom. 4. diſcept. c. 897. nu. 17. & ſeq. de quo eſt expreſſus tex. in l. grege 13. ff. de pignor. quæ ait: *Grege pignori obligato, quæ poſteà naſcuntur tenentur, ſed & ſi prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus pignori tenebitur,*
64 l. proponebatur ff. de iudic. † Et prærogatiua iſta, quæ cōpetit creditori in bonis debitoris, eſt cōmuniter admiſſa, & approbata per DD. in d. l. 2. vbi Ripa nu. 2. l. Imperator ff. de pact. Stephan. Grat. tom. 5. diſcept. foren. c. 978. nu. 12. Io Bapt. Aſin. de exec. §. 6. c. 6. nu. 1. pag. 139. Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. fin. 5. par. §. 13. nu. 10. Matthias Colerus tract. de proceſſ. exec. par. 3. c. 9. nu. 96. Neuius in d. l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor n. 24. ff. de re iud. & facit tex. in l. quid de creditore, & l. eorum 19. ff. de damno infecto, Gregor. Lopez in l. 55. tit. 5. par. 5. gloſ. 8.

Finalitèr, & vltimò ponitur in cōſideratione DD. Iudicibus, quòd dicti de Turri alba abſque eo, q̃ voluerint ſatisfacere dicto D. Petrò Valēzuela pretium dictorum ſuorum gregum, ipſum moleſtarunt per tot annos hac iniuſta lite, quaſi ipſi ſatisfeciſſent, & pecora non fuiſſent vendita iudicialitèr, & cū omni rectitudine, & iuſtificatione propter defectū ſatisfactionis pro parte illo-
65 rum, † nàm etiā quandò interfuiſſet aliquis defectus in venditione, qui nō interuenit, vt eſt fundatum, debet adhùc ſtari veritati debiti ad fauorem creditoris. & contra debitorem, qui ſoluere noluit, ex l. fin. §. vlt. ff de eo, quod met. cauſ. dùm ait: *quàmuis non extra ordinem exactionem fieri, ſed ciuilitèr oportuit, quæ tamèn ſolutioni debitarū ab eo quantitatum profecerunt, reuocari inciuile eſt,* & ibi Bald. dicit eſſe ſingularē ad hoc. quòd licèt executio fuiſſet facta præpoſterè, & inordinatè, non debet vitiari, cùm cōſtat de veritate crediti, de quo per Innoc. in c. 2. de in integr. reſt. Bar. in diſput. incip. Lapus, Paul. Caſtr. conſ. 472. incip. in cauſa capturæ n. 4. vol. 1. Aym. Crau. conſ. 46. nu. 7. Cotta in memorab. iur. verb. *creditor*, Pariſ. conſ. 99. nu. 34. lib. 3. Morot. reſp. 80. nu. 12.

Maximè, quandò agitur actione hypothecaria,
66 † quia tanta eſt vis hypothecæ, quòd licet quis ex inordinato, aut nullo proceſſu fuerit miſſus in poſſeſſionem alicuius rei, poteſt illam retinere, donec debitum ſibi integralitèr ſoluatur, gloſ. in l. fundus, qui Lutij ff. de reſcind. vend. quā notat Bald. ibi, Decius conſ. 449. nu. 21. Curt. iun. conſ. 185. nu. 4. Franc. Crem. ſing. 92. incip. tenuta, Neguſant. tract. de pignor. memb. 2. par. 3. num. 20. Ioan. Vinc. de Anna alleg. 22. nu. 4. alleg. 80. nu. 10. & alleg. 93. num. 8. tantò magis, quia hìc non eſt proceſſū inordinatè, & nullitèr, ſed ritè, & rectè proſequuta via executiua, & abſque vlla læſione vendita pecora cum poſſeſſionibus, & alia, quæ remanſerant pro illorum conſeruatione; Et ex his omnibus dictus D. Petrus Valenzuela, & ſua bona, & hæredes debent abſolui ab iniuſtis prætenſionibus dictorū de Turri alba, condemnando eos etiàm in expenſis, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mortis caſus includit caſum tranſlationis.*
2 *Tranſlati cēſentur mortui quòad Eccleſiam, à qua transferuntur.*
3 *Succedens Prælato renuncianti, aut translato, dicitur ſuccèdere mortuo.*
4 *Procurator conſtitutus ab Epiſcopo ceſſat illius morte, aut translatione, & nu. 5.*
6 *Procurator cōſtitutus ab Abbate, ceſſat eo ad aliud monaſterium translato.*
7 *Translatio de vno Epiſcopatu ad aliud, operatur idem, quod mors.*
8 *Officium finiri morte, remotione, aut translatione paria ſunt.*
9 *Mors ciuilis quandò habet eundem effectum æquiparatur morti naturali.*
10 *Translatus dicitur mortuus quòad primam Eccleſiam.*
11 *Translatus ad aliam Eccleſiam ſtatim quòd conſentit translationi, abſoluitur à prima, licet non cœperit poſſeſſionem.*
12 *Translatus ad ſecundam Eccleſiam, nihil habet commune cum prima.*
13 *Translato officio, transfertur prærogatiua illius.*
14 *Monachus ritè translatus ad aliud monaſterium renunciat iuribus ſibi cōpetentibus in primo, nec ea repetere poteſt.*
15 *Monachus translatus non habet vocem in primo monaſterio.*
16 *Translatus cenſetùr à primo monaſterio ablatus eò ipsò, quòd conſenſit.*
17 *Monachus profitendo in alio monaſterio deſinit eſſe monachus primi.*
18 *Monachus clauſtralis effectus Prior alterius monaſterij acquirit prioratui, & non primo monaſterio.*
19 *Monachus factus Epiſcopus acquirit Epiſcopatui, & non monaſterio.*
20 *Translatio, quæ fit ad alium locum, operatur extinctionem primi.*
21 *Translatio ſi fit de vno ad alium, aſſumitur natura eius, ad quem fit.*
22 *Contractu primo transfuſo in alterum, non conſideratur prior.*
23 *Diſpoſitio reſpiciens aliquod officium, deficit, ſi tranſitum eſt ad aliud officium.*
24 *Proconſul ſolùm poterat neceſſaria facere vſquè ad ſucceſſoris aduentum.*
25 *Epiſcopi iuriſdictio expirat ſucceſſoris aduentu.*
26 *Adminiſtrator debet iurare de benè adminiſtrādo.*
27 *Duo non poſſunt ſedere in eadem ſede, nec eſſe regentes vnius regentiæ.*
28 *Officio ceſſante, beneficium ceſſat.*
29 *Beneficium conceſſum intuitu alicuius cauſæ, ceſſat illa ſublata.*
30 *Iura ſi transferuntur in alium, remanent quòad primum inutilia.*
31 *Regens vnus naturalis Regni Neapolis, & alius Hiſpanus pro eodem Regno aſſiſtere habent in ſupremo Conſilio Italiæ & nu. 32.*
33 *D. Regens Carolus Tapia cùm cœpit poſſeſſionem in ſupremo Italiæ Conſilio, ceſſauit D. Regens Marcus Antonius de Ponte.*

Digitized by Google

34 *Vltimus ſtatus debet attendi in obſeruantia etiàm vnici actus, & nu. 35.*
36 *Dignitas ſupernumeraria non concurrit cum numeraria.*
37 *Collegiati numerarij præferuntur non numerarijs.*
38 *Supernumerarij non gaudent priuilegio Ordinariorum.*
39 *Canonicis legatum debetur ſolùm his, qui ſunt de numero.*
40 *Canonicus vltra numerum non percipit portionem numerariorum.*
41 *Locumtenens, aut Vicerector an debeant honorari vt principales.*
42 *Vicegerentium ſunt duæ ſpecies, & quis fruatur prærogatiuis eius, cuius vices gerit.*
43 *Adæquatus alteri an fruatur illius dignitate, & priuilegijs.*
44 *Rector gymnaſij qui non poſſet eſſe, ita nec Vicerector.*
45 *Facere qui nequit proprio nomine, multò minus alieno.*
46 *Qualitas requiſita in principali, requiritur in eius Vicegerente.*
47 *Subrogatus debet eſſe eiuſdem qualitatis illius, in cuius locum ſubrogatur, & nu. 54.*
48 *D. Regens Hieronymus Caimo laudatur.*
49 *Subrogatoriũ argumentum nõ procedit, vbi eſt ratio diuerſitatis.*
50 *Subrogatio vt habeat locum, debent eſſe omnia paria.*
51 *Subrogatus, in quo non concurrit qualitas primi, non fruitur illius priuilegio.*
52 *Subrogatio non habet locum in priuilegijs.*
53 *Subrogationis regula procedit, vbi eſt eadem ratio, ſecùs ſi diuerſa in vno, quàm in alio.*
54 *Subrogati in locum iuſtitiariorum nõ deberent eſſe de Prouincia.*
55 *Subrogatio vbi non tenet, nec tenebit quod facit ſubrogatus.*
56 *Succedens loco alterius quandò non fruatur præcedentia ſedis, & loci.*
57 *Titulum ſi aliquis habet, poſſeſſio alterius præſumitur iure familiaritatis.*
58 *Præcedẽtiæ cauſa maximè in Supremo Conſilio eſt magni momenti, ac præiudicij propter prærogatiuas Priorum.*

P R O

Regente D. Ioanne Baptiſta Valenzuela Velazquez ſupremi Italiæ Conſilij, & Collaterali Conſiliario Regni Neapolis

C V M

D. Regente Petro Iordano Vrſino tranſlato à munere Regentis ſupremi Italiæ Conſilij ad officium Præſidis Sacri Conſilij Regni Neap.

ARGVMENTVM.

Tranſlato Regente aliquo Conſilij Italiæ ad munus aliud, ceſſare illius exercitium eò ipsò, quòd ſucceſſor Regens poſſeſſionem cœpit Regentiæ in dicto Supremo Conſilio.

CONSILIVM CXC.

CVM Sua Catholica Maieſtas dignata fuerit ordinare, quòd D. Regens Petrus Iordanus Vrſinus, qui in Supremo Italiæ Cõſilio tanquàm Hiſpanus exercebat munus Regentis pro Regno Neapolis crearetur Præſes Sacri Conſilij Sanctæ Claræ, quod regitur in Caſtro Capuanæ Ciuitatis Neapolis, & quòd Ioannes Baptiſta Valenzuela Velazquez, qui reperiebatur vnus ex Conſiliarijs Collateralibus, & Regens Regiam Cancellariam Regni Neapolis, & qui per biennium cum dimidio ſimilitèr, & inſimul rexerat munus Præſidis dicti Sacri Conſilij de ordine Excellentiſſ. D. Ducis Albæ Proregis Neapolis veniret ad Regiã Curiam ad munus Regentis dicti Supremi Conſilij rerũ Italicarũ, ſuffectus in locũ dicti D. Regentis Iordani Vrſini, vt prædicitur, promoti iàm, & tranſlati ad munus Præſidis, & cœpiſſet poſſeſſionem Regentiæ, præſtito in forma ſolito iuramento ſub die 20. Auguſti anni 1625. prætendit nec immeritò ceſſaſſe exercitium eiuſdem Regentiæ in perſona dicti D. Regentis Petri Iordani Vrſini, vel ſaltèm non debere illum præcedere, dùm morã in diſcedendo protraxerit, idque ſequentibus fundamentis firmabat.

Primò, quia per tranſlationẽ factam dicti Re-
gentis ad munus Præſidis, nominatione eodem
tempore facta dicti Regentis Valenzuela ad Su-
premum Italiæ Conſilium, cenſetur primus velut
1 mortuus primo muneri, † quia caſus mortis in-
cludit caſum tranſlationis, Andr. de Iſern. in c. 1.
§. ſed & res nu. 7. per quos fiat inueſt. in vſib. feu-
dor. dicens, quòd cùm quis deſinit, vel ceſſat ab
aliquo actu, vel adminiſtratione, propter quod
dicitur aliquid habere, reputatur, & dicitur mor-
tuus, l. 1. C. de primicer. lib. 12. ibi: *ſed compen-
dium ſequentis honoris aſſumant*, Fab. de Anna
conſ. 82. nu. 18. Maſtrill. deciſ. Sicil. 6. nu. 12. & 13.
gloſ. in d. l. 1. verb. *corpus*, ibi, *vel habeas, minuetur
2 ſcilicèt per electionem alterius.* † Vndè Alciat. conſ.
1. nu. 25. lib. 1. ait, quòd tranſlati quòad Eccleſiã,
à qua tranſlati ſunt, habentur pro mortuis 7. q. 1.
§. in apibus, & §. ecce, verſ. *trãſlatus enim*, & quod
habetur in cap. ſuſceptum de reſcript. lib. 6.
3 † Facit, quòd quandò vnus Prælatus ſuccedit
in locum alterius Prælati, vel renunciantis, vel
tranſlati in aliã Eccleſiam, nõn dicitur ſuccedere
viuo, ſed mortuo, Maſtril. vbi proximè nu. 14. per
tex. in c. in apibus §. ecce 7. q. 1. Card. in clem. fin.
4 nu. 13. de procur. † vbi ait, quòd procurator cõ-
ſtitutus ab Epõ nedùm ceſſat illius morte, vt ibi,
& tradit

Digitized by Google

& tradit Roderic.Suarez conſ.10. nu.13. Anton.
Gabr.concl.3.de procur. à nu.2. Gregor.Lopez
in l.23.tit.5.par.3.gloſ.4. Bal.in l.filiusfamilias 7.
nu.3. ff.de procurator. Mandoſ. ad reg.Cancell.
de veriſimili notitia q.7. nu.13. D.Scipio Rouit.
5 in rub. ad pragm. de procurat. nu.39. † ſed illo
trãſlato, Nicol.Millis in repert. verbo *Procurator
conſtitutus à Prælato*, Aufrer.ad Capell.Tholoſan.
deciſ.165. nu.6. Anton.Gabr.vbi proximè nu.4.
Quintilian.Mandoſ. in reg.Cancell. de veriſimili
notitia q.7. nu.13. Fab.de Anna conſ.82. nu.20.
D.Scipio Rouit.conſ.32.nu.2.vol.1.
6 † Et confirmatur, nàm Procurator cõſtitutus
ab Abbate tranſlato ad aliud monaſterium, ceſ-
ſat illius tranſlatione, Rota deciſ.28. de procur.
in nouis, quam ſecundùm Addit.ibi nu.1. ſequi-
tur Caſſador.dec.2.& 3.de cauſa poſſeſſ. & pro-
priet.deciſ.2.de appellat.& dec.4.de locato, Lu-
douic. Gomez. in reg.de publicand.reſignation.
q.20. & in reg.de annali q.62. & facit deciſ.4.de
rerum permut. & deciſ.vnica de tranſlat. Epiſc.
in antiquis, Felyn.in cap.licèt de offic.& poteſt.
Iudic. deleg. & induci valent deciſiones Ægidij
Bellemer.7.& 44.de probat.& nu.28.& 30.de
procurator. Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. iuris
par.2. à nu.13. Maſtrill.de magiſtrat.lib.1. cap.
26. nu.18.& ſi Guido Papæ q.547. cuius memi-
nit Paul.Fuſc.in ſingular.lit.C.ſingul.40. contra-
rium fundare conetur, aduerſus quem pro com-
muni fuiſſe iudicatum teſtatur Aufrer. ad Ca-
pellam Tholoſan. deciſ.265.num.6. Fabius de
Anna conſ.14. num.13. per text.in clem.final.de
procurator.
7 † Et facit etiàm Ioan.Vincent. de Anna alleg.
92. num. 3. & 4. dicens, quòd tranſlatio de vno
Epiſcopatu ad alium importat idẽ, quod mors,
dicta clem.final.gloſ.verbo *moriatur* in cap.ſi cui
de præbend.lib.6.Fabius de Anna conſ.14.nu.8.
8 & ſeq. & nu.13.Maſtrill.d.deciſ.6.nu.17. † pro-
bans, paria eſſe, quòd officium, ſeù adminiſtratio
finiatur morte, vel remotione, aut tranſlatione,
9 confirmans ea ratione, † nàm quandò mors ciui-
lis habet effectum mortis naturalis, æquiparatur
illi, & verbum mors verificatur in ciuili, l.actio-
ne §.publicatione ff.pro ſocio, l.1.§.vlt.ff.de bo-
nor.poſſeſſ.contra tabulas, Riminal.iunior conſ.
415. Menoch. conſ.127.nu.45.vol.3. Tyber.De-
cian. reſp.86.nu.39.vol.3. Ioan.Vinc. de Anna
alleg.92.nu.7.tom.2.
10 † Tranſlatus enim dicitur mortuus ab illa
hora, qua transfertur quòad primam Eccleſiam,
d.cap.in apibus §.ecce, & cap.ſuſceptum de re-
ſcript. lib. 6. Calderin. conſ.110. dub.1. Alciat.
conſ.1.nu.25. vol.1. Arnulph.Ruzæus tract.de
iure regaliorum priuileg.41. nu.3. Franciſc.Pan-
uin. de officio, & poteſt. Capituli Sede vacante
prælud.7.& vlt.num.7.Paul.Fuſc.in ſingul. lit.E.
num.29. Stephan.Gratian.tom.2.diſcept.forenſ.
11 cap.296.nu.14.& ſeq. † qui tenet, quòd tranſla-
tus in aliam Eccleſiam, ſi tranſlationi conſentiat
ſtatim abſoluitur à priore, licèt nondùm cœpe-
rit poſſeſſionem, & adminiſtrationem bonorum
ſecundæ Eccleſiæ, vt diſputando ad partes tra-
didere Ioan.Monach. in cap.generali poſt nu.10.
verſic.*ſed quæro*, & ibi Philipp. Probus de elect.
lib.6. Ioan.Andr. in reg.quod ob gratiàm nu.11.
in quæſt. incip hic ſciendum eſt, & in reg.non
eſt in mora nu.4 de regul. iur. in 6. Abb.in cap.
cùm nobis notab.9. de elect. Petrus Rauenna
in diction. rubr. de elect. verſ.*volo tibi dicere*,
Gregor.Lopez in l.3.tit.16.par.1.gloſ.penult.in
fine, Cæſ.Ottinell.tract.de fructib.Eccleſiæ poſt
tranſlationem percipiendis, D.Scipio Rouitus
conſ.32.nu.2.& 4. vol.1.
12 † Adeò, quòd tranſlatus ad ſecundam Eccle-
ſiam, nihil commune habeat vlteriùs cum prima,
cap. ſi quis iàm tranſlatus 21. quæſt. 2. Andreas
Barbatia in tract.de præſtan. Cardin.Baſil.par.1.
num.123. Ioan.Anton.Rubeus Alexandrin.conſ.
260. num.5.ponderans l.fin. ff.de remiſſ.pignor.
cap.nè pro cuiuſlibet 16.quæſt.1. vbi Archidiac.
Bald.in l.idem Vlpianus per illum text. ff.de ex-
cuſat. tutor. Decius in cap. tranſlato lectura 2.
nu.2.de conſt.per quem text.dixit Alciat. conſ.
13 45.nu.5.lib.1. † tranſlato officio, transferri præ-
rogatiuam illius, proùt fuit tranſlata in Regentẽ
Valenzuela præfatæ Regentiæ.
14 † Facit Fred.de Sen.quæſt.5.nu.1. verſ.*è con-
tra* dicens, quòd ſi monachus ritè tranſlatus eſt
ad ſecundum monaſterium, renunciauit omni
iuri ſibi competenti in primo, vndè illud repete-
re non poteſt 7.quæſt.1.cap.quàm periculoſum,
d. cap. nè pro cuiuſlibet, ibi: *non illic aliquam
habeat vlteriùs, vt diximus poteſtatem*, cap.1. 18.
quæſt.3.cap.fin.de relig.domib.& cap.conſtitu-
15 tis de elect.vbi Abb. nu.1. & 2. probat, † quòd
non habet amplius vocem in primo monaſterio,
etiã ſi de conſenſu Capituli ſibi reſeruaſſet, quia
vt ibidem notatur, non poteſt quis eſſe Abbas in
vno monaſterio, & monachus in alio, cap.præſ-
byteros 17.quæſt.1. idem Freder.de Sen.quæſt.
29.num.3.& 5. Rebuff.tract.nominat.quæſt.18.
16 princ.nu.10.vbi ait, † quòd tranſlatus cenſetur
à primo Monaſterio ablatus eò ipsò, quòd voluit,
& conſenſit, Ioan.Monac.in cap.in generali col.
penult.de elect.lib.6. Farin.dec.473.nu.3.par.1.
tom.2.diuerſ.D.Rouit.conſ.32.nu.2.& 4.vol.1.
17 † Et monachus per profeſſionem in alio mo-
naſterio deſinit eſſe monachus primi, quia non
poteſt quis monachus eſſe in duobus, etiàm con-
ſentientibus Prælatis, Abb. in d.cap. conſtitutis
nu.3 & in cap.prætereà nu.2.& 3.de præbend.
18 † Sicut monachus clauſtralis vnius monaſterij
ſi efficitur Prior alterius, non amplius acquirit
monaſterio primo, ſed prioratui, Abb. in cap.
in præſentia num.67.de probat.& in cap.olim el
ſecondo nu.6. de priuil. Redoan.de ſpolijs cleric.
quæſt.7.nu.80.
19 † Idem in monacho, vel alio Religioſo effecto
Epiſcopo, quia nõ acquirit amplius monaſterio,
ſed Epiſcopatui, Abb.in cap.1.num.5.de reſtam.
cap.vnic.18.q.1.cap.cùm olim de priuil.Freder.
de Sen.q.20.Calder.conſ.1.de pecul.cleric. Bald.
in authent.licentiam C.de Epiſcop.& cler.nu.3.
quem ſequitur Gulielm. Redoan. de ſpolijs Ec-
cleſ.quæſt.3.nu.14.
20 † Et confirmatur, quia tranſlatio, quæ fit ad
alium locum operatur extinctionem primi, Al-
bert. Brun. tract. de permanentibus concluſ. 3.
memb.3.num.78. ponderans l.antepenult. ff. de

relig. & ſumpt. funer. qua (inſpecto illo iure) ſi
corpus hominis, vel caput transferatur ad alium
locum, prior locus deſinebat eſſe religioſus.
21 † Vndè Petrus de Peruſio tract. de vnione
cap. 1. num. 5. ait, quòd quandò de vno ordine ſit
tranſlatio in aliũ, aſſumitur natura illius, ad quẽ
transfertur, Aym. Crau. conſ. 425. nu. 102.
22 † Sic contractu primo in alterum transfuſo,
prior non conſideratur amplius, l. ſingularia, vbi
Bart. & omnes ff. ſi cert. petatur, Cæſar Manen-
tus tract. de contractib. liuellar. q. 5. num. 31. &
ſeqq.
23 † Rurſus, quia quotieſcunq; actus alicuius diſ-
poſitionis reſpicit aliquod officiũ, deſinit officiũ
primũ, & diſpoſitio reſpiciẽs illud, verba ſunt Si-
gnorol. de Homodeis conſ. 95. nu. 16. qui ad hoc
allegat l. peculium poſt princ. ff. de legat. 2. gloſ.
in l. ſi ex legatis §. ex officio ff. de legat. 3. l. ſi cui
ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & ita tranſlato D.
Regente Vrſino ad officium Præſidis, ceſſauit in
eius perſona exercitium Regentis, quod poſſeſ-
ſione adepta tranſiuit in Regentem Valenzuelã,
doctrina fuit Angeli in l. quòd ſi fortè §. 1. nu. 4.
ff de ſolut. quòd ſi in locum Officialis ſubrogatur
alter, primus cenſetur excluſus, Albert. Brun.
conſ. 91. nu. 8. verſ. *circa ſecundum*, Ioan. Anton.
Lanar. conſ. 22. nu. 19. Vincent. de Franch. deciſ.
Neapol 8.
24 † Facit l. meminiſſe ff. de offic. Proconſ. & Le-
gati, vbi Proconſul ſolùm poteſt facere neceſſa-
ria vſque in aduentum ſucceſſoris, per quem
25 text. Freder. de Sen. q. 16. nu. 5. ait, † quòd iuriſ-
dictio Epiſcopalis expirat ſucceſſoris aduentu,
Bald. in l. officium §. fin. num. 2. ff. de offic. Conſ.
Surd. conſ. 57. à num. 10. præſertim cùm Regens
Valenzuela iuramentum præſtiterit de rectè ad-
miniſtrando dictam Regentiam, & illius poſſeſ-
ſionem cœperit, eò enim ipſo, quòd ſucceſſor in
regimine non ſolùm eſt Prouinciam ingreſſus,
iuxta l obſeruare ff. de offic. Proconſ. & Legat. &
tradita per Capyc. deciſ. 151. nu. 7. & Vincent.
de Franch. deciſ. 393. num. 1. & 5. Surd. conſ. 57.
nu. 10. lib. 1. ſed præſtitit iuramentum in loco, vbi
decernitur adminiſtratio, nequit dubitari de
eius poteſtate, & ceſſatione officij prædeceſſo-
ris, Bald. in d. l. meminiſſe 5. lectura in fin. Angel.
in auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuffrag §. iuſiurã-
dum collat. 2. dicens, quòd Poteſtas tunc habet
iuriſdictionem non cùm Ciuitatem ingreditur,
ſed poſtquàm iurat, & adminiſtratio ſibi decer-
26 nitur, † cùm de iure ſit, quòd adminiſtratores
iurent antequàm adminiſtrationem incipiant, vt
eſt text. in d. auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuffra-
gio §. ſic igitur, & §. iuſiurandum, & in rubro, &
nigro auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab his,
qui adminiſtratio. accipiunt, & ita venit intelli-
genda l. 2. ff. de officio Præfecti Auguſtalis, quæ
tractat de Præfecto Ægypti, vt eius poteſtas ceſ-
ſaret, ſucceſſore in Alexandriam ingreſſo, quæ
caput erat illius Prouinciæ, vt dicit ibi gloſ. fin.
& ibi Odoffred. & Fulgoſ. & habetur deciſ. 8.
Regentis Reuerterij tom. 4. in manuſcriptis, &
tangit Vinc. de Franch. d. dec. 393. nu. 1. Maſtrill.
de magiſtrat. lib. 5. c. 6. nu. 106. 108. & 110. Ponte
de pot. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 5. nu. 21. & ſeq.

27 † Aliàs eſſent duo in eadem ſede, & regentia,
quod iuri contrariatur, l. ſi vt certo §. ſi duobus
vehiculum ff. commodati, Paul. Æmil. deciſ. Ro.
tæ 275. nu. 9. par. 3. & eandem rem inſimul, & in
ſolidum poſſiderent contra iura nouiſſima, l. 3. §.
ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. Alciat. conſ. 3.
nu. 3. lib. 8 Marian. Socc. conſ. 18. nu. 8. lib. 2. Phi-
lipp. Corne. conſ. 122. nu. 5. vol. 3. Caſſan. conſ. 7.
nu. 39. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 46. nu. 20. habe-
retq; dictus Regens Vrſinus exercitium muneris
28 Regentis abſq; regentia, † de iure autèm ceſſan-
te officio, debet beneficium ceſſare, l generalitèr
C. de Epiſc. & cler. l. Neſennius cum l. ſeq. ff de
excuſ. tutor. cum ſimil. Alex. conſ. 5. viſo inſtru-
mento nu. 2. vol. 5.
29 † Et beneficium intuitu alicuius cauſæ cõceſ-
ſum, tollitur, & ceſſat, ipſa cauſa ſublata. l. filio §.
mater ff. de adimen. legat. Petr. de Anchar. conſ.
428. nu. 3. l. ſed ſi hac lege §. liberos verſ. *parentes*
ff. de in ius vocando. & ibi Angel. & Iacobin. de
Sancto Georgio, Marian. Socc. iun. conſ. 160. cir-
ca præſentem conſultationem num. 78. volum. 2.
Alexan. conſ. 19 circa primum. verſ. *ſecundò pro-
batur* lib. 6. Tiraquell. tract. ceſſante cauſa lit. B.
num. 47.
30 † Demùm facit, quia quandò iura transferun-
tur in alterum, remanẽt quòad primum inutilia,
adeò quòd etiàm tertius ipſo agente poteſt op-
ponere de dicta tranſlatione, ex his, quæ haben-
tur in l. in teſtamento C. ad leg. falcid. vbi obij-
citur heredi poſt reſtitutam hæreditatem. quòd
iura ſunt in alium tranſlata, Bal. in l cùm ſeruum
quiſpiam nu. 7. C. de ſeru. fugit. Barth. Socc. conſ.
78. num. 1. vol. 4. & ſic remanent reſpectu D. Re-
gentis Vrſini, nè ſint duo Regentes Hiſpani in
dicto ſupremo Italiæ Conſilio pro Regno Nea-
polis, exiſtente Regnicola Regente Scipione
Brandolino.
31 † Nàm vt inquit D. Regens Carolus Tapia
Marchio Belmontis meritiſſimus lib. 2. Iuris Re-
gni Neapolis rubr. 32. de officio magni Cancella-
rij nu. 3. & 4. ex Regentibus Neapolis, vltra illos,
qui aſſiſtunt penès Proregem, duo apud D. Regẽ
aſſident, hi ab Imperatore D. Carolo V. primùm
conſtituti ad ſupplicationem Ciuitatis, quæ in-
ſtetit, vt Regentem regnicolam de negotijs in-
formatum haberet in eius Curia, qui illorum
expeditioni incumberet, vt apparet inter Capi-
tula, & Priuilegia Neapolis anni 1530 cap. 24. fol.
106. & per Marc. Ant. Surg. lib. 1. de Neap. illuſtr.
32 cap. 27. nu. 41. † Et poſteà effectum eſt, vt alter
Hiſpanus Regens adhiberetur, vt ad præſens ob-
ſeruatur, qui ſi fuerit aſcitus ex his. qui iàm erant
Regentes in Collaterali Conſilio Neapolis, vt fue-
rat antiquior Regens Valenzuela; & poſt ipſum
D. Regens Vrſinus, nõ veniebant cum nouo titu-
lo, ſed ſola nominatione D. Noſtri Regis illis in-
ſinuita illius mandato per epiſtolam D. Præſidis
dicti Supremi Conſilij.
Et nè deſit nobis obſeruantia eiuſdẽ Conſilij,
non alienum, & nouum exemplum eſt circa hoc
33 (vt antiquiora omittam) † quòd cùm Regens
Marcus Antonius de Ponte Marchio S. Angeli
fuiſſet ſimilitèr creatus Præſes Sacri Cõſilij Nea-
polis, & in illius locum Regens factus in dicto Su-
premo

premo Italiæ Conſilio præfatus D. Marchio Ca-
rolus Tapia, cùm primùm poſſeſſionem cœpit,
remanſit ſolus,& dictus Marcus Antonius ſe ab-
ſtinuit ab exercitio, & adminiſtratione muneris
34 Regentis, donec Neapolim fuit profectus, † &
hic vltimus ſtatus debet attendi, l.mella §.1.vbi
Bart.ff.de aliment.& cibar.legat.Tyber.Decian.
reſp.73. nu.48.vol.2. Caſſan.conſ.10.nu.7. Ioan.
Bapt.Ferrett.conſ.87.num.2.& 3. volum.1. Me-
noch.conſ.51.num.40.vol.1. Steph.Grat.tom.3.
35 diſcept.forenſ.c.574.nu.8.& 11. † etiàm ſi non
doceatur niſi de vnico actu, Cæph.conſ.518. nu.
21. vol.4. Franc.Burſat.conſ.224.nu.3.vol.3. de-
ciſio Rotæ 2. de præſcript. num.3.verſ.tamèn in
nouis, Ioan.Bapt.Ferrett. conſ.32.num.11.vol.1.
Maſtrill.deciſ.Siciliæ 52.nu.2.par.1.

Neque obſtabit, quòd Excell. Comes Montis
Regij Præſes dicti Supremi Conſilij Italiæ,occa-
ſione quòd D.Antonius Ferrer Regens pro Statu
Mediolani erat cũ licentia Suæ Maieſtatis abſens
pro certo tempore ſuffecerit illius loco dictum
D.Regentẽ Vrſinum,non enim hoc poterat præ-
iudicium generare Regenti Valenzuela, ſaltim
quoad præcedentiam ei ſpectantem vti Regenti
proprietario, & de numero legitimo dicti Con-
36 ſilij; † nàm dignitas ſupernumeraria non con-
currit cum habentibus dignitatem de numero,
l.1.§.quod autẽ C.de collegiatis lib.11. vbi Ioan.
de Platea nu.1.Ant.Corſet.ſingul.incip. ſupernu-
merarius fol.631. Bart. in l. ſi duas §.grammatici
nu.10.de excuſat.tutor.per illum text. l.2. C.de
caſtrenſian & miniſterian.lib.12.dùm ait: Si quis
primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ formæ ſpecialitèr in-
ter ſtatutos gradum cœlitus maluerit impetrare, ſu-
pernumerarius vltimus formæ tertiæ in matricula
37 habeatur. † Vndè Ioan.Franc.Purpurat.in l.cùm
quid nu.75.ff.ſi certum petatur dixit,quòd Col-
legiati numerarij præferuntur non numerarijs,
argum. l.vnicuique vbi gloſ. verbo extra filios C.
de proxim.ſacr.ſcrin.lib.12.
38 Supernumerarij enim non gaudent priuilegijs
Ordinariorum,ad text.in l.decurionibus C. de
ſilentiar. lib. 12. ibi enim triginta numero inſti-
tuuntur Conſiliarij, & illi immunes dicuntur, &
propterea ſi alij creentur ſilentiarij non gaude-
bunt priuilegijs illorum, qui ſunt numerarij, ad
text.in l.fin.C.de apparitor.magiſt.milit.vbi di-
ſponitur,quòd illi,qui ſunt ſupra numerum,non
gaudent priuilegio fori, per quem text. ita dicit
Iacob.Rebuff.in d.l.decurion. in fine,vbi inſert,
39 † quòd ſi fiat legatũ Canonicis Saturnini, & ſint
aliqui vltra numerum, illi nihil habebunt de le-
gato, ſequitur Andr.de Barulo in l.fin. C.de ap-
paritor.lib.12.Gloſ.& DD.in cap.cùm M.Ferra-
rienſis de conſtit.Vinc.de Franch.dec.234.nu.9.
D.Garſ.Maſtrill.dec.Sicil.156.nu.31.& ſeqq.
40 † Sic Canonicum vltra numerum non perci-
pere portionem priuilegiatam numerariorum
poſt Innoc.& Abb.in c.dilectus filius nu.8. verſ.
& ideò de præbend.& ibi Anchar. nu.6. verſ. &
prædicta, tradit Menoch. conſ.1179. nu.9. & 13.
volum.12.
41 † Nec obſtabit cap.præcipimus fin.diſt.93.vbi
dicitur, quòd Locumtenens proprij Patriarchæ,
aut Metropolitani ſui debet ſicut illi honorari,
Hippol.Rimin.in rubr.nũ.10.de officio eius, cui
mand.eſt iuriſd. ex quo text. Roman.ſing.340.&
Abb.in c.cùm olim nu.1. de offic.& poteſt. Iud.
deleg. ait, quòd Vicerector honorabitur vt Re-
ctor, quaſi ſubrogatus in locum alterius, habeat
eadem priuilegia,quæ habebat ille,in cuius locũ
ſubrogatur, & ſimilitèr onera, l.decernimus vbi
Bart.& DD.C.de aquæduct.lib.11. l.vnic.in fine
C.de collegiat.eod.lib.l.vnicuique C.de proxim.
ſacr.ſcrin. lib.12. Andr.de Barulo in l. eos nu.1.
C.de Comitib. rei milit. lib.12.& in d.l.vnicuique
eod.num. quarè Officialis ſubrogatus debeat ſe-
dere in loco ſui anteceſſoris,ad tradita per Me-
noch. conſ.52. nu.68. & 159. conſ.93.num.50.&
conſ.97.nu.157.
42 † Nàm reſpõdetur multiplicitèr: Primò,cum
Steph Bertr.conſ.73.num.5.lib.1.quòd duæ ſunt
ſpecies Vicegerentium, quidam enim ſunt con-
ſtituti ab ipſomet Rectore, vel alio principali of-
ficiario in eius locum,& iſti non omninò gaudẽt
his, quibus gaudet principalis officiarius conſti-
tuens, l.filius decurio.& l.Vicarij ff de legation.
quæ iura pro hac parte etiàm allegat Andr. de
Barulo in d.l eos nu.1. quidam verò ſunt conſti-
tuti ab Vniuerſitate, quæ conſueuit eligere Re-
ctorem, ſeũ ab alio,cui hoc competit,& qui in
locum Rectoris mortui, vel abſentis conſtituit
Vicariũ,& iſte gaudet immunitate, qua & prin-
cipalis, l.fin. C. vt dignit. ordo ſeruetur, & de
iſto ſecundo loquuntur DD. in l.2. C.de officio
eius,qui vices alter.gerit, & tradit idẽ Bertrand.
conſ.117.nu 4.eod.lib. at dictus D.Regens Vrſi-
nus non eſt conſtitutus à D. N. Rege Vicegerens
pro dicto D. Antonio Ferrerio Regente (quarè
ſalua pace ſit dictum) non eſt ſinè dubio, an po-
tuerit conſtitui à ſolo Domino Præſide dicti Su-
premi Conſilij Italiæ, ex his, quæ adducit Me-
noch.conſ.52.nu.164.tom.1.& Ioan.de Platea
43 in d.l.eos nu.2. † dixit, quòd licèt, qui adæqua-
tur alteri, vtatur eadem dignitate, priuilegijs, &
iuriſdictione illius,non ex perſona illius,ſed pro-
pria ex eodẽ Platea in l.2.in fin.C.vt dignit.ordo
ſeruetur, & notatis per Bart. in l.1. ff.de legat.1.
ſecus videtur in eo, qui eſt ſubſtitutus vice, vel
loco alterius, quia non propterea adipiſcitur di-
gnitatem illius,eſt enim differentia inter delega-
tum,& alium vice alterius ſubſtitutum, vt notat
Bart.in l.2. ff. de offic. eius,cui mand. eſt iuriſd.
vndè Ioan.Franc. de Ponte deciſ.Collateralis 15.
nu.5.ait, quòd aut Rex adæquat perſonas,& tũc
habent per omnia eandem dignitatem, aut verò
ſubrogantur,& conſtituuntur loco, & vice alte-
rius,& tunc ſuccedũt in omnibus, præterquàm
in dignitate, quæ videtur oſſibus affixa,& conſi-
deratur qualitas,& præſtantia perſonæ, ſuntque
à perſona hæc inſeparabilia, facit l. comperimus
C.de proxim.ſacr.ſcrin.lib.12.vbi in terminis il-
lius text. qui ſubrogat adiutorem in locum ſuũ,
licèt ſuccedat in officium, non tamèn ſubintrat
in præcedentia loci antiqui, quam ille habebat,
ſed erit vltimus,vt notat,& reaſſumit Lucas de
Penna ibi,verbo non prohibendi, & ibidem Ioan.
de Platea poſt Gloſ. optimè diſtinguit,& decla-
rat materiam Decius in cap. ſanè lo ſecondo, de
offic.deleg.vt reſpectu honoris nunquàm ſubſti-
tutus,

tutus, ſubrogatus, vicemgerens, delegatus, & ſi-
miles eandem habeant prærogatiuam, quã prin-
cipales, ſecùs verò quòad alia omnia, & reſpon-
det contrarijs, dicens aliud eſſe, quòd debeat ho-
norari tanquàm repreſentans perſonam princi-
palis, & aliud, quòd honoretur tanquàm princi-
palis, vt optimè explicat Decius vbi ſupra, ean-
demque diſtinctionem facit Purpurat. in l. 1. nu.
633. ff. de officio eius, Ponte vbi proximè nu. 7. 8.
& 9. & conſ. 7. nu. 5. vol. 2. & ex Felyn. in c. cùm
olim *lo ſecondo* de offic. & poteſt. iudic. deleg.
nu. 1. Franc. Marc. dec. 806. nu. 12. Thoro in com-
pend. deciſ. 2. par. verbo *præcedere*.
Ex quo etiàm reſpondetur ad illud de Vice-
rectore, cùm dictus D. Vrſinus non ſit Regens
pro Statu Mediolani, & deſierit eſſe pro Regno
44 Neapolis, † quia non poteſt eſſe Vicerector
Gymnaſij, qui impeditur fungi munere Recto-
ris, Felyn. in c. 1. nu. 4. de ſumma Trinit. & fide
cathol. Carol. Ruyn. conſ. 148. nu. 2. lib. 4. Menoc.
conſ. 17. nu. 8. vol. 1. Steph. Grat. in addit. ad deciſ.
Marchiæ 157. nu. 10. poſt tom. 1. diſcept. forenſ.
45 dicens, † cùm enim hoc non liceat ei nomine
proprio facere, multò minus licebit nomine
alieno, cap. poſt ceſſioné de probat. & cap. ſicut
non ſuo 46. diſt. l. 1. ff. de admin. rerum ad Ciuit.
46 pertin. Et generalitèr hoc eſt verum, † vt habi-
litas, & equalitas requiſita in aliquo principali,
requiratur etiàm in eius Vicegerente, cap. ſtatu-
tum §. in nullo quoque de reſcript. lib. 6. cap. fin.
§. vices ſuas de offic. deleg. eod. libro, D. Regens
Fuluius Conſtantius vir prudentia, literis, & om-
nium rerum ad regimen Regnorum pertinentiũ
notitia inſignis, olimq; collega noſter in Regio
Collaterali Conſilio Neapolis in repetit. l. nullus
60. nu. 45. & ſeqq. C. de decurion. lib. 10. Steph.
47 Gratian. tom. 4. diſcept. cap. 800. nu. 5. † dicens,
quòd ſubrogatus debet eſſe eiuſdem qualitatis
illius, in cuius locum ſubrogatur, vt Canonicus
pro alio Canonico, ex gloſ. in l. ſi eum §. qui in-
iuriarum, verbo *danda* poſt med. ff. ſi quis caut.
Bart. in l. 1. C. de mancip. & colo. parti. lib. 11. An-
gel. in l. ſtipulationes commodiſſimum nu. 3. ff.
de verb. oblig. Mandoſ. reg. 4. Cancell. q. 8. nu. 3.
ex quo inoleuit obſeruantia iuſta dicti Supremi
Conſilij, quòd abſente, vel impedito, aut mortuo
aliquo Regẽte, negotia illius Prouinciæ commit-
48 tuntur alteri, qui eſt præſens, † quemadmodùm
pro Statu Mediolani exiſtit D. Regens Hierony-
mus Caimus vir, & experientia, literis, & mente
recta inſignis, cuius interuentus adiumento non
indiget D. Regentis Vrſini.
49 † Rurſus, quia argumentum ſubrogatorum
non procedit quandò ſubeſt ratio diuerſitatis,
Io. Petr. Surd. conſ. 31. nu. 42. lib. 1. ex Paul. Caſtr.
conſ. 73. incip. licet iſta Dom. nu. 3. in fin. par. 1.
qui hoc tenet per text. in l. filiæ §. Titia ff. de
cond. & demonſtr. cap. Eccleſia vt lite pendente,
Marc. Anton. Natta conſ. 638. nu. 41. Franc. Bec-
cius conſ. 101. num. 60. Maſtrill. de magiſtr. lib. 2.
cap. 7. nu. 7.
50 † Vt enim ſubrogatio vim habeat, debent eſſe
omnia paria cum eo, in cuius locum ſubrogatur,
vt eſt text. in l. 1. §. ſi quis autèm ff. de ſucceſſor.
edict. Bald. in l. certum q. 4. in fine nu. 27. C. vndè
legit. text. in ratione ſui in l. cùm in fundo §. ſi
fundus ff. de iure dotium, Alexand. conſ. 106. viſo
themate nu. 17. vol. 3. Pariſ. conſ. 49. nu. 78. lib. 3.
Socc. iun. conſ. 168. nu. 46. vol. 2. Menoc. de arbit.
Iudic. lib. 2. q. 54. nu. 30. & 32. Franc. Burſat. conſ.
302. nu. 51. vol. 3. Menoc. conſ. 784. num. 12. vol. 2.
dicens, quòd ſubrogatio tunc vim ſuam obtinet,
quandò is, qui ſubrogatus eſt, æqualis eſt condi-
tione, moribus, ſcientia, & peritia cum eo, cui
ſubrogatus eſt, vt docuit Bart. in l. 1. C. de Præ-
poſ. agent. in reb. lib. 12. quem ſequutus eſt Eue-
rard. in loco à vi ſubrogat. num. 6. & cùm D. Re-
gens Vrſinus non ſit Regens pro Mediolano, vt
dictus D. Antonius Ferrer, non debet cauſare
præiudicium Regenti Valenzuela, nec gaudere
51 præcedentia contra ipſum, † nàm ſubrogatus
nõ ſuccedit in priuilegium primi, quatènus qua-
litas in eo deficit, vt ex Alex. d. nu. 17. & Sarnenſ.
reg. de trien. poſſeſſ. tradit Hieron. Gabr. conſ.
44. nu. 15. vol. 2. Surd. conſ. 31. num. 42. conſ. 138.
nu. 21. & conſ. 143. nu. 48. lib. 1.
52 † Et regulam prædictam non habere locum
in priuilegijs ex communi opinione Doctorum
in l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. tradit
Azeued. in l. 1. tit. 1. lib. 6. nouæ recop. nu. 27.
Vndè Hartman. Piſtor. lib. 3. qq. iur. q. 24. nu.
39. ait, quòd vulgata regula de ſubrogato varias
53 admittit limitationes, & inter eas † vt locum
habeat, quandò in ſubrogato eadem eſt ratio, ſe-
cùs quandò diuerſa, l. cùm fundus §. ſi fundus ff.
de fund. inſtruct. Bart. in l. ſi pater filium ff. de
inoffic. teſtam. ſic quandò diuerſa eſt qualitas in
ſubrogato, nunquàm ſapit naturam eius, cui ſub-
rogatur, l. 1. §. ſi quis autèm ff. de ſucceſſ. edicto,
Bald. in l. certum nu. 22. C. vnde legit. Iaſ. in § fue-
rat nu. 9. inſt. de action. Alexan. conſ. 106. nu. 17.
vol. 3. Barthol. Socc. conſ. 195. nu. 1. vol. 2. Decius
conſ. 9. nu. 7. & 8. & dixit idem Bald. in l. Parabo-
54 lanos 18. n. 1. C. de Epiſc. & cler. † quòd ille, qui
eſt ſubrogatus debet eſſe eiuſdem iuris, & con-
ditionis, cuius eſt ille, in cuius locum ſubrogatur,
& debet eſſe talis, qui à principio potuerit eſſe,
& inducit contra Iudices, & Aſſeſſores iuſtitia-
riorum Regni, nàm quandò recedunt de Prouin-
cia, & reuertuntur domum, in locum ſuum ſub-
rogant vnum de Aduocatis, qui ſunt de eadem
Prouincia, qui nõ poſſunt per literam illius text.
quæ vult, quòd talis ſit ſubrogatus, qui potuerit
eſſe à principio, ſed ille de Prouincia non potuit
55 eſſe à principio, vt ff. de officio Aſſeſſorum, † &
ita non potuit ſubrogari, & quandò non tenet
ſubrogatio, nec tenebit quod faciunt ſubrogati,
pro quo Petrus de Monteforte in notis ad con-
ſtit. Regni Siciliæ lib. 1. tit. 51. de iuſtitiarijs aſſeſ-
ſoribus, Marius Giurba conſ. 99. num. 33. & ſeq.
Euerard. in loco à vi ſubrogat. nu. 5.
56 † Demùm, quia reſpondet Gamma deciſ. 1.
Portug. à nu. 49. quòd qui ſuccedit loco alterius,
aut ſubſtituit pro eo, vtetur honore quòad exer-
citium iuriſdictionis officij, ſed non procedet,
nec habebit locum in his, quæ anteceſſori com-
petebant ratione dignitatis, ordinis, vel gradus,
vt eſt præcedere, vel ſedere primo, aut poſteriori
loco, cùm primum ſit reale, ad officium ſpectãs,
ſecundum verò perſonale, quod ceſſat, & extin-
guitur.

Digitized by Google

guitur deficiente,vel abſente anteceſſore, tex.eſt in terminis in cap.Epiſcopos 17. diſt. ibi, *verùm tempus ordinationis non ad Eeeleſias, ſed ad perſonas refertur*, optimè Alex. in l.1 .nu.90. ff.de officio eius,cui mand.eſt iuriſd. Ioan.Cæph. conſ. 53. nu.15.

Nec obſtabit,quòd dictus Regens Valenzuela paſſus fuerit præcedi à D. Regente Vrſino poſt captam etiàm poſſeſſionem,nàm id fuit voluntariè,& vrbanitatis gratia,cùm diceretur eum de breui,& proximo diſceſſurum, cùm autèm moram protraheret, iuſtum cenſuit æquo iure agendo ſuas rationes proponere vigore ſui tituli,

57 nè prætenſa poſſeſſio ei noceret, † nàm quandò aliquis habet titulum,poſſeſſio in altero præſumitur iure familiaritatis,Crauet.conſ.61.nu.2. Surd. conſ.221,nu.2.conſ.260.nu.17. quæ non nocet patienti ipſam, l. qui iure familiaritatis ff. de acquir.poſſeſſ. Philipp.Corne.conſ.310.nu.5. conſ.231.num 3.vol.1.& conſ.250.nu.2.eod.vol. Menoch.conſ.202.nu.144.vol.2.

58 † Quæ omnia fundare libuit,cùm agatur de præcedentia in Conſilio Supremo, quæ ſuas habet prærogatiuas, & habetur magni præiudicij cauſa ſuper illis,vt probāt Puteus dec.440.lib.2. & deciſ.6.lib.3. Cardin.Seraphin.deciſ.22.nu.3. & deciſ.81.nu.1. & Hieron.Gonzal. in procem. ad reg.8.Cancellar.nu.30. Stephan.Grat.tom.5. diſcept.forenſ. cap.855.nu.1.tom.5. Madriti 23. Octobris 1625.

SVMMARIVM.

1 *AGens lege aliqua,vel ſtatuto debet antè omnia probare qualitates ab eis requiſitas.*

2 *Qualitas cuiuſuis diſpoſitionis,ſuper qua quis fundatur, eſt ab eo probanda.*

3 *Qualitas, quæ eſt cauſa pœnæ inferendæ,vel maioris imponendæ,debet probari, nec ſufficit probare factum, aut delictum.*

4 *Qualitatem, quæ mutat ſpeciem actionis, aut exceptionis,aſtringitur quis probare.*

5 *Iuriſdictionem prætendens ob defectum, vel aſſiſtentiam alicuius qualitatis debet illam probare.*

6 *Impetrans Iudicem delegatum ratione contractus initi, aut delicti admiſſi debet de eo docere.*

7 *Qualitas tribuens iuriſdictionem probari debet ab eo, qui abſque illa qualitate non eſſet Iudex.*

8 *Qualitas, quæ eſt fundamentum iuriſdictionis, ſi negetur, debet probari ab eo, qui ſe fundat in illa.*

9 *Qualitas concernens iuriſdictionem, ſinè qua Iudex nō poſſet procedere,eſt antè omnia plenè,licèt ſummariè probanda.*

10 *Qualitas, quæ fundat, aut priuat,debet antè omnia probari, & nu. 11.*

12 *Iuriſdictio ſi alicui competat in caſu notorietatis; ſi Iudex procedat non conſtito de notorietate, proceſſus erit nullus.*

13 *Familiares Sancti Officij vt valeant conueniri corā Iudicibus ſæcularibus, & non coràm Inquiſitoribus debet eſſe probata qualitas, quæ abdicet iuriſdictionem ab eis.*

14 *Qualitas quotieſcunquè eſt delatiua iuriſdictionis probari debet ab eo, qui ſe fundat in illa.*

15 *Qualitatem, aut titulum delicti non ſufficit allegare ad aſſequendam iuriſdictionem, niſi probetur talis qualitas.*

16 *Abſurda omnis illatio eſt reÿcienda.*

17 *Index, qui prætendit iuriſdictionem ex aliqua qualitate, poteſt capere informationem de ea ad fundandam iuriſdictionem.*

18 *Qualitatis ad probationem ex ſtylo datur terminus ſummarius.*

19 *Conſtare quod debet, non ſufficit ſi allegetur.*

20 *Affirmare noſtrum, vel negare nihil mutat in rebus.*

21 *Narratorum natura eſt, non vt probent, ſed vt probari debeant.*

22 *Qualitatis probatio ſummaria intelligitur reſpectu dilationum, non vt ſufficiant,niſi duo teſtes deponentes de illa.*

23 *Qualitas tribuens iuriſdictionem debet concludenter probari, non præſumptiuè.& per indicia.*

24 *Indicia vbi lex vult admitti ſolet exprimere.*

25 *Intellectus l.eùm quædam puella §. fin.ff.de iuriſd. omn. Iudic.*

26 *Qualitas tribuens iuriſdictionem ad inquirendum ſi negetur debet probari, nec ſufficit ſi allegetur.*

27 *Titulus ſolus delicti non facit aliquem reum.*

28 *Improperantur multa, quæ poſteà delentur.*

29 *Accuſatus non dicitur reus,ſed qui eſt conuictus.*

30 *Allegare in libello qualitatem, quæ tribuit iuriſdictionem non ſufficit, niſi de illa detur informatio.*

31 *Veritas non titulus delicti attenditur in criminalibus.*

32 *Credulitas facilis reprobatur à legibus.*

33 *Criminum veritas, fideſq; probationibus certis inſtrui debet.*

34 *Suſpitionibus grauari, aut damnari nemo poteſt.*

ARGVMENTVM.

Quòd qualitas, quæ fundat iuriſdictionem alicuius Iudicis,vel priuat illa in aliū transferendo cognitionem, debeat antè omnia probari, nec ſufficiat ſolus titulus delicti, non probata qualitate iuri conſonum cenſeo ex ſequentibus.

CONSILIVM CXCI.

1 PRimò fundatur, † quia agens ex aliqua lege, vel ſtatuto debet probare antè omnia qualitatem ab ipſa lege, vel ſtatuto requiſitam, & ſi plures ſint qualitates debet omnes probare, aliàs non obtinebit,vt reſoluit Hippol. de Marſil.ſing.187. & in l.ſi quis nè quæſtio nu.130. ff.de quæſt.Petr.Caball. reſolut.crim. caſū 125. Carol.Ruin. conſ.143.nu.9.vol.2. Philip.Decius conſ.540.nu.4.& conſ.626.eod.num.tom. 2. Cæphal. conſ.720.nu.12.vol.5. Tiraq. de retract.li.

gnag.

gnag.§.8.glo.7.nũ.2.& de pœn.temper.cauſ.13.
nu.15. Card.Pariſ.conſ.12.nu.51.vol.2. Purpur.
conſ.388.nu.9.tom.1.Bartholom.Socc.conſ.207.
no.2.vol.2. Franc.Marzar.conſ.53.num.11.& ex
text.in l.Prætor §.docere ff.vi bonor.raptor.l.1.
§. ait prætor,vbi Bart. ff. nè quid in flumine pu-
blico, reſoluũt communẽ Doctor Marta voto 4.
nu.2. S eph.Gratian.tom.1.diſcept.forenſ. c.90.
nu.25. Rota deciſ.172.num.1.& deciſ.558.nu.1.
par.1.diuerſ.Sacri Palatij, Seraphin.Oliuar.dec.
Rotæ 326.nu.1.& dec.404.nu.6.Petr.Surd.conſ.
45.nu.14.conſ.130.& 138.nu.1.Cencius poſt ſuũ
tract.de cenſib.deciſ.Rotæ 38.nu.1.Aloyſ.Ricc.
plura referens 4.par. collectan.deciſ collect.768.
Philipp.Paſchal. de virib. patr.poteſt. par.1. c.6.
nu.12.Flam Cartar.dec.Genuæ 27.nu.4.Thom.
Grammat.deciſ.65.nu.2.& conſ 1.foriudic.n.50.
& ſeqq. Elbert Leonin.conſ 12.n.19.& conſ.51.
nu.3.Hieron.Magon.deciſ.Florent.21.nu.2.& 3.
2 † Secundò, quia cuiuſuis etiàm diſpoſitionis
qualitas, ſuper qua quis fundatur, eſt probanda,
Barthol.Socc. conſ.33.nu.3.vol.1. Cæphal.conſ.
627.nu.1. Elbert.Leonin.conſ.51.nu.3 Purpur.
conſ.95.nu.4.& conſ.556.nu.23 Surd.conſ.18. à
nu.7.conſ.207.nu.8.conſ.248.nu.19.& conſ.279.
nu.4. Franc.Beccius conſ.138.nu.4.& conſ.183.
nu.10.Catalan.tract.de indult. c.22.nu.14 & 15.
Præpoſ.in cap.criminationes nu.1. 2.q.7. Philip.
ad Monac.in cap.pia nu.8.de except.lib.6. Ioan.
Garzia de nobilit.gloſ.1.nu.49.
Tertiò facit Hieron.de Tortis conſ.vnic.poſt
conſilia Antonij de Butrio nu.2.& 7. vbi probat,
3 † quòd quandò qualitas aliqua eſt cauſa alicuius
effectus, puta pœnæ inferendæ vel grauioris im-
ponendæ, non ſufficit probare factum, niſi pun-
ctualitèr deducatur, & probetur talis qualitas,
cap.pro humani,vbi DD.de homicid.lib.6. l.non
ſolùm §.ſed vt probari, vbi pulchrè Bart. ff.de
noui oper.nunciat. gloſ.& Angel.in l.eum actum
ff.de negot.geſt. Bart. in l.matrem nu.3.& 4. C.
de probat.l.ſpadonem §.qui abſolutus,& ibi Al-
beric.ff de excuſ.tutor. l.in delictis §.ſi detracta
ff.de noxal actio. Iacob.Ant. de Mauro alleg.14.
nu.8.alleg.16.nu.23.alleg.36.nu.4.& alleg.69.n.6.
Mar.Antonin. lib.2.variar. reſol.48. nu.12.& ex
l.quotiès §.qui dolo ff.de probat. Maria.Soccin.
conſ.39. vol.1. Octau.Ca.her. deciſ.Pedem.71.
nu.22 cum ſeq.Iul.Clar.in praxi §.fin.q.66.verſ.
ſed quid ſi pro parte, tradit Franc. Burſat. conſ.
152.nu.17.conſ 154.nu.15. & conſ.214.num.16.
vol.2 Catalan d.cap.22.nu.16.& 17.
Quartò facit doctrina Baldi in l.1.nu.18.C.de
condict.indeb. qui ad intellectum cap.licèt cau-
ſam de probat. & gloſ.ibi verbo *ſe adſtrinxit* dat
4 regulam, † quòd licèt regularitèr ad qualitatem
probandam non videatur aliquis ſe velle adſtrin-
gere, ſecus eſt quandò qualitas mutaret ſpeciem
actionis,vel exceptionis,vel faciat aliquẽ admitti
ad id, ad quod aliàs non admitteretur, ſequitur
Cæſar Argel.tract.de acquir.poſſeſſ.q.3.nu. 349.
5 & q.8.num.1076. † Et ita qui prætendit iuriſdi-
ctionem ob defectum, vel aſſiſtentiam alicuius
qualitatis,debet de illa docere, Capiblanc. ſuper
prægm.8.de Baronib.par.2.nu.118.& 136.
6 † Quintò pro ea facit idem Bald. in l.præſcri-
ptione q.4.num.32.C.ſi contra ius,vel vtil.publ.
vbi ait, quòd ſi impetraui Iudicem delegatum
tanquàm eſſet hìc contractum, vel delictum ad-
miſſum,oportet,quòd ratione fundandæ iuriſdi-
ctionis contra aliàs non ſubditum fiat probatio
de contractu facto hìc,vel delicto,ſuper quo im-
petratur,Franc. Beccius conſ.193.nu.10. dicens,
7 quòd † qualitas iuriſdictionem tribuens eſt pro-
banda ab eo, qui alioqui qualitate illa non con-
currente Iudex eſſe non poſſet, vt poſt alios à ſe
ſe relatos probat Crau.conſ.196.nu.5.
Sextò Barboſa in l.1.& 2.art.1.nu.150.ff.de
8 iudic. hoc comprobat dicens, † quòd quandò
certa qualitas eſt fundamentum iuriſdictionis,ſi
negetur,debet probari ab eo, qui ſe fundat in
illa,ex Bart.in l.2.1.lectur.nu.9 Paul.Caſtr.ibid.
eod.num. ff.ſi quis in ius vocatus, Ionoc.in cap.
cùm ſit generale nu.2.verſ.*oportet tamèn* de foro
compet. Angel.conſ 6.nu.2. Curt.iun. conſ.124.
nu.6. Alex.conſ.1.nu.8 vol.5. Petr.Benint.deciſ.
18.nu.1.& 2. Ioſeph Seſſe deciſ.Arag.425.nu.10.
tom.4. Hieron.Portoles in ſcholijs ad Molinum
in repert. fororum Aragonum §. appellatus cri-
9 minalis à num.7.vbi ait, quòd † qualitas concer-
nens iuriſdictionem, ſinè qua Iudex non poſſet
procedere, eſt antè omnia plenè, licèt ſummariè
probanda ex Abb.nu.9. Felyn.nu.3.in cap.ſi cle-
ricus de foro compet. Alexan. conſ.1.nu.8.vol.5.
Ignatius del Villar reſp.15.q.6.nu.7. Auend.de
exeq.mandat.lib.2.cap.26.nu.8. Menoch.conſ.2.
nu.92.Thom.Grammat.voto crim.11.nu.7. cu-
ius authoritate in conſilio vnico de foriudicatio-
ne,quod eſt poſt deciſiones illius num.51.& 53.
reſoluit Proſper Carau.ſuper ritib. M.C.V. Re-
10 gni Neap. ritũ 275. nu.20. † quòd qualitas, quæ
fundat, aut priuat, debet antè omnia probari,
Menoch.lib.2.de arbitr.Iud.caſu 191.nu.4.
11 † Septimò, id confirmat Farin.in praxi crim.
tit.de inquiſitione q.8.nu.86. dicẽs,qualitas,quæ
iuriſdictionem defert,antè omnia diſcuti,& pro-
bari debet, l.2. §.ſed ſi dubitetur ff.de iudic. l.ſi
quis ex aliena eod. tit. d. l.1. §. ait Prætor ff. nè
quid in flum publ.Bart.in l.multum 21.nu.4.ff.
de condit.& demonſtr.& in l.ſi finita 15. §.Iulia-
nus nu.18.ff.de damno infecto,dicens.quòd qua-
litas contumaciæ debet liquere Iudici, aliàs de-
cretum illius non valeret, l.hæc autèm §.1. ff.ex
quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur, optimè Andr. Gaill.
tract.de pace publ. lib.1.cap.23.nu.12. idem Fa-
rinac.quæſt.21.nu.87.
12 † Octauò,non eſt alienum,quod tradit Gloſ.
ſuper verbo *obſeruandus* in cap.ad audientiam
lo terzo de iure iur. quòd vbi competit iuriſdi-
ctio ratione notorietatis, & Iudex proceſſit non
conſtito ſibi de notorietate, non valet proceſſus,
d.l.multùm ff.de condit.& demonſtr. Barbat.in
cap.1.nu.52.de offic.deleg. Felyn. in d. c.ſi cle-
ricus limit.2.Vrſill. in annot.ad Affl.deciſ.Nea-
pol.297. num. 1.
13 † Nonò, in terminis iuriſdictionis Sancti Offi-
cij, & ſuorum familiarium dixit Narbona ſuper
l.20.tit.1.lib.4. nouæ recop. gloſ.19.nu.24. deli-
ctorum qualitates,vt occaſione earum familiares
à Iudicibus ſæcularibus puniri valeant,ab accu-
ſatore, vel à fiſcali, qui ex officio cauſam proſe-

quitur

Digitized by Google

quitur probandæ erunt, cùm ſit fundamentum
ſuæ intentionis, & illis innitantur ad familiares
extrahendos à foro ſanctæ Inquiſitionis, ex tra-
ditis à Geminiano conſ. 96. num. 8. verſ. *& ſi ipſi
vellent*, Rol. à Valle conſ. 10. nu. 22. vol. 3. Cardin.
Tuſc. pract. concluſ. lit. Q. concl. 17. per totam,
14 præcipuè nu. 4. & 27. rationem aſſignans, † quia
quotieſcunq; qualitas eſt delatiua iuriſdictionis,
debet ab eo probari, qui in ea ſe fundat, conclu-
dit idem Tuſch. ibidem concl. 18. per tot. Alex.
in d. l. 2. nu. 16. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit,
Bart. in alleg. l. præſcriptione nu. 8. C. ſi contra
ius, Curt. iun. conſ. 124. nu. 6.

15 † Et quòd non ſufficiat allegare qualitatem,
nec titulum delicti, conſtat ex adductis à Farina-
cio vbi ſupra, dum ait, quòd ſi à principio ad im-
pediendam iuriſdictionem, qualitas illam tribuēs
ex aduerſo negata fuerit, debet ſaltèm ſūmariè,
plenè tamèn probari ſecundùm communē Do-
ctorum opinionē, de qua teſtatur Alex. d. conſ. 1.
nu. 8. vol. 5. Felin. in d. cap. ſi clericus verſ. *prima
concluſio*, & fuit doctrina Innoc. in cap. ſuper li-
teris de reſcript. in princ. & nu. 7. verſ. *itèm quid*,
& nu. 8 Aym. d. conſ. 196. col. 2. in fine, Affl. deciſ.
Neap. 297. nu. 1. ſubiungitq; Farinac. quòd ſi ali-
tèr in propoſito diceremus, ſequeretur abſurdū,
quòd ſcilicèt clericus ex ſola inquiſitione, ſeù
titulo accuſationis de aſſaſſinio amitteret priui-
legium clericatus, & iuriſdictioni Iudicis ſæcula-
ris ſuppoſitus eſſet, contra omnium ſententiam
in d. cap. pro humani, & ea, quæ tradunt Petrus
Bimius conſ. 66. vol. 1. & Ruyn. conſ. 69. ex nu. 6.
16 vol. 5. † & omnis abſurda illatio eſt reijcienda,
l. nàm abſurdum ff. de bon. libertor. & l. ſi patro-
nus §. ex teſtamento eod. tit. cap. at ſi clerici de
offic. Vicarij, Decius conſ. 19. verſ. *ſuadetur*, Cæ-
phal. conſ. 210. nu. 12. tom. 2.

17 † Et licèt Iudex, qui iuriſdictionem prætēdit
ratione alicuius qualitatis poſſit informationem
capere ad fundandū illam, iuxta tradita per Abb.
& alios in d. cap. ſi clericus laicum, Petr. à Bella-
pert. in l. ex quacunquè nu. 6. & 15. ff. ſi quis in
ius vocat. non ierit, Abb. in cap. ex parte Decani
nu. 3. de reſcript. Deci. in cap. cœterùm nu. 18. de
iudic. & in cap. ad audientiam nu. 4. de appellat.
Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 106.
Petrus Surd. conſ. 286. nu. 3. & duobus ſeqq. qui
rationes adducit in comprobationem.

18 † Iſta ſummaria probatio iuxta praxim, de qua
teſtatur Affl. d. dec. 297. nu. 2. procedit ita, quòd
datur terminus ſuper verificatione qualitatis,
quæ negatur, cùm ea eſſet fundamentum iuriſ-
dictionis, & ſi apparebit, quòd illa qualitas nō eſt
verificata, remittetur cauſa ad Iudicē aliàs com-
petentem ex Innoc. in d. cap. ſuper literis, & in
cap. cœterùm de iudic. Ioan. Andr. in cap. Roma-
na §. contrahentes de foro comp. lib. 6. Bald. in
l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. Lapus alleg. 59. in-
cip. prælatus, Lanfranc. de Oriano in cap. quoniā
contra, verbo *citationes* de probat. Petr. de An-
charan. in cap. poſtulaſti q. 5. de foro compet. &
dixit Felin. in d. cap. ſi clericus laicū nu. 3. opor-
tere, vt Iudex ſciat ſe eſſe Iudicem, arg. l. quæro
ff. de eo, qui pro tutore, nec ſufficere id poni in
libello, nàm fruſtra eſſet factum dictum, c. ſuper
literis, & d. l. ſi quis ex aliena, vbi Alberic. nu. 5.
cum concord. vbi cognoſcit Iudex, an ſua ſit iu-
19 riſdictio, † nàm vbi oportet, quòd aliquid con-
ſtet, non ſufficit ſi allegetur, gloſ. aurea verbo *al-
leges* in cap. non eſt de conſuet. lib. 6. & in rubr.
ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur, & non pro-
betur, gloſ. in cap. notificaſti 33. q. 5. Maſcard. de
probat. concl. 934. nu. 2. & concl. 1054. nu. 1. iun-
20 cta l. 2. ff. de probat. † quia noſtrum affirmare,
vel negare, nihil in re mutat, l. aſſumptio 6. ff. ad
21 municip. & de incol. † & narratorum in libello,
ſeù accuſatione; natum eſt, nō vt probent, ſed vt
probari debeant, cap. ſi Papa, vbi Ioan. Monach.
nu. 1. de priuileg. lib. 6. Ioan. Bapt. Ferrett. conſ.
353. nu. 14. Carau. ſuper ritu 179. nu. 9.

22 Vndè Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 1248.
num. 9. ait, dictum Doctorum tenentium, quòd
qualitas tribuens iuriſdictionem debeat ſumma-
riè conſtare, debere intelligi, quòd ſit ſummaria
probatio reſpectu dilationum, nō quòd ſufficiat
23 vnus teſtis, vel iuramentum, ſed duo teſtes, † &
D. Ioannes Franciſcus del Caſtillo deci. Sicil. 156.
nu. 5. vol. 2. dicit, quòd qualitas tribuens iuriſdi-
ctionem nō præſumptiuè, & per inditia, ſed con-
cludentèr probari debet, l. 2. §. ſed ſi dubitetur
ff. de iudic. Paris de Puteo tract. de ſyndic. verbo
Iudex cap. 2. nu. 19. verſ. *Iudici ſemper debet con-
ſtare*, Benintend. d. deciſ. 18. nu. 3. Gaill. vbi ſup.
& ita dùm pro Curia ſæculari inſtatur, reos, ſiuè
carceratos ſibi remitti, tanquàm ſubditos ſuæ
iuriſdictioni propter commiſſum delictum, de-
bet ipſum delictum, & qualitatem probare.

24 † Rurſus, quia quandò lex requirit probatio-
nem, debet intelligi de plena, & vera probatione,
non de præſumptiua, nàm quādò hac voluit eſſe
contenta, id expreſſit, l. non omnes §. à barbaris,
ibi, *argumentis tamèn cognoſcendum eſt* ff. de re
milit. d. cap. pro humani, ibi, *& poſtquàm proba-
bilibus conſtiterit argumentis* de homicid. in 6.
Alex. Ambroſin. de immun. Eccleſ. ſuper Bulla
Gregorij XIV. cap. 10. nu. 4. verſ. *ſecundo*.

25 † Nequè obſtabit l. cùm quædam puella 19.
§. fin. ff. de iuriſd. omn. Iudic. ex qua DD. notant,
quòd quæſtio iuriſdictionis expeditur ſecundū
formam libelli, & quantitatis in eo petitæ, non
ſecundùm quod debetur, vt in l. fin. §. ſed enim
ſcimus C. de appellat. & conſultat. notat Bald. &
inferunt, attendi titulū inquiſitionis, etiàm quòd
non ſit verus, ſecundùm Paul. Caſtr. ibi, l. quod
libellum C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal.
lib. 10. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 1. par. 7. gloſ. 3.
26 † nàm intelligitur, & limitatur, quandò qualitas
iuriſdictionem tribuens ad inquirendum nega-
tur, ita tradit Ioan. Franc. de Ponte deciſ. Collat.
Conſ. Neap. 22. nu. 7. fuit doctrina Bart. in l. 2. le-
ctur. 1. nu. 9. Paul. Caſtr. eod. num. Soccin. & Iaſ.
ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, Aym. Crau. conſ.
196. nu. 5. Curt. iun. conſ. 124. nu. 6. Benint. deciſ.
18. nu. 2. Portoles ſupra nu. 9. & 4. par. §. qualitas
nu. 1. nàm vt inquit Vinc. de Franch. deciſ. Neap.
330. per text. in l. quòd ad ſtatum ff. de pœnis, &
Angel. in l. atlethas §. calumniator nu. 7. ff. de his,
27 qui not. infam. † titulus ſolus delicti non facit,
quem eſſe reum, Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic.
q. 82. n. 6. D. Scipio Rouitus ſuper prag. 1. Regni
Neap.

Digitized by Google

28 Neap. tit. de cuſtodia reorum num. 4. † dicens,
quòd multa improperantur, quæ poſteà delen-
29 tur, l. furti ff. de his, qui notant. infam. † nequè
qui accuſatur, ſed qui conuincitur reus eſt, l. fin.
C. de accuſat. cap. nonnè 8. quæſt. 4. cap. certum
11. quæſt. 3. cap. final. in fine 15. quæſt. vlt. Con-
ſtantin. Papa ad arbitrium Magnæ Curiæ Vica-
riæ cap. 4. num. 32. vndè Azeuedo in l. 13. tit. 13.
30 lib. 8. nouæ recopilat. num. 10. † dixit, quòd non
ſufficit in libello allegare qualitatem tribuentem
iuriſdictionem, niſi detur eius informatio, ſecun-
dùm Felyn. in d. cap. ſi clericus nu. 2. & nu. 3. in
fine de foro compet. latè Seſſe de inbibit. ma-
giſtr. iuſtit. Aragon. cap. 5. §. 6. num. 24. 27. & 43.
Andr. de Iſern. in cap. 1. §. ſed & qui delentur nu.
43. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten. optimè
Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 21. num. 2. & 3.
31 † Et in criminalibus veritas rei, non titulus de-
licti attenditur, l. famoſi verſ. *hoc tamèn crimen*
ff. ad leg. Iuliam Maieſt. *nè ſubiecta innocentia*
(vt inquiunt Honorius, & Theodoſius Impera-
tores) *feriatur*, l. fin. in princ. C. de accuſationib.
32 † atquè vt facilis credulitas euitetur, argum.
l. 3. §. 1. ff. de eo, per quem factum erit, l. quòd
ſi ſeruus §. ſed ſi ſic ff. de in rem verſo, l. mariti
§. plectitur ff. ad leg. Iuliam de adulter. & præci-
puè in delictis, argum. l. meritò ff. pro ſocio, l.
ſeruos ff. de manum. teſtam. cap. dudùm de
præſumpt. cap. 1. de ſcrutin. in ordin. faciend. &
eorum, quæ dicit gloſ. in extrauag. rem non no-
uam verſ. *non obſtantibus* de dolo, & contumacia,
dicente Apuleio Philoſopbo Platonico lib. 10.
33 metamorpheor. † *veritatem criminum, fidemq;
probationibus certis inſtrui debere, nec ſuſpicioni-
bus tantam coniecturam permitti*, quia non teme-
rè credendum eſt, nequè leui cōiectura reſpon-
34 denda, † aut ex ſuſpicionibus quiſquam dam-
nari, & grauari, l. abſentem, vbi gloſ. ff. de pœnis,
Conſtantin. Papa ſupra nu. 36. & 38. Fachineus
lib. 1. controuerſ. cap. 29. verſ. *eorum*, Alber. in
l. Diuus num. 5. ff. de offic. Præſidis, optimè D.
Garſias Maſtrillus tract. de indultu generali cap.
29. num. 20. dicens, hanc eſſe communem reſo-
lutionem Doctorum, ſecundùm quam fuit iu-
dicatum per Magnam Regiam Curiam Siciliæ
Regni in pluribus cauſis, quod verius, & ſecurius
de iure cenſeo, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *MAnutentionis iudicium eſſe parui præiudi-
cij, qui tenuerint.*
2 *Manutentio conceditur etiàm mero detentatori.*
3 *Decretum* interim, *ſeù manutentionis reputatur
interloquutorium.*
4 *Appellatio à decreto* interim *regularitèr non ope-
ratur effectum ſuſpenſiuum.*
5 *Vicarius vnus, aut plures ſimplicitèr, aut inſolidū
poſſunt cōſtitui in vno Archiepiſcopatu, vel Epi-
ſcopatu, non tamen eſt neceſſe.*
6 *Vicarius poteſt conſtitui cum ampla, vel coarctata
facultate.*
7 *Pedanei Iudices in pluribus legibus nominantur.*
8 *Epiſcopi, & Vicarij generalis vnum, & idem eſt
Conſiſtorium.*
9 *Vicarius generalis includitur ſub nomine Epi-
ſcopi.*
10 *Vicarius generalis eò ipſò, quòd conſtituitur, cen-
ſetur creatus in ſpiritualibus, & temporalibus.*
11 *Vicarij foranei ſunt qui deputantur in certis locis,
aut certa parte Diœceſis, etiàm ſi ſit in Ciuitate,
in qua reſidet Epiſcopus, & nu. 12.*
13 *Vicarius generalis in quibus differat à foraneo.*
14 *Vicarius non generalis licèt ab Epiſcopo conſtitua-
tur ad vniuerſitatem cauſarum, non recipit iu-
riſdictionem à iure, ſed ab Epiſcopo.*
15 *Appellari non poteſt à Vicario foraneo ad Metro-
politanum, ſed ad Epiſcopum conſtituentem, vel
eius Vicarium generalem.*
16 *Vicarius foraneus non facit idem conſiſtorium, nec
reputatur eadem perſona cum Epiſcopo.*
17 *Appellari non poteſt à Vicario generali Archie-
piſcopi, vel Epiſcopi ad eos, ſed ad illorum Supe-
riorem.*
18 *Archiepiſcopi Toletani Conſilium facit cū eo idem
Tribunal, ſicut generalis Vicarius.*
19 *Vicarius Archiepiſcopi Compoſtellani deputatus
in Ciuitate Salmanticenſi non eſt generalis, ſed
foraneus.*
20 *Vicarij foranei non cognoſcunt de cauſis hæreticæ
prauitatis, matrimonialibus, aut criminalibus,
ſed reſeruantur examini Epiſcoporum.*
21 *Vicarius foraneus non ſuo, ſed Archiepiſcopi, aut
Epiſcopi nomine iuriſdictionē exercet, nec ipſam
poteſt præſcribere.*
22 *Vicarij foranei non concedunt literas monitoriales
pro rebus ſubtractis, aut deperditis, ſed Epiſcopi,
aut Vicarij generales.*
23 *Vicarijs foraneis regularitèr non committitur exe-
cutio literarum Apoſtolicarū, niſi ex certa ſcien-
tia Pontificis, & nu. 33.*
24 *Vicarius generalis non ſe intromittit in eo, quod
commiſſum eſt alicui Vicario ſpeciali, & multò
minus foraneus.*
25 *Iſaiæ locus cap. 10. ponderatur.*
26 *Voluntarij actus non extenduntur, vltrà quàm ge-
runtur.*
27 *Gratis quæ fiunt, non debent ad neceſſitatē reduci.*
28 *Actus meræ facultatis non inducit conſuetudinem
reſtrictiuam liberæ poteſtatis.*
29 *Eccleſiæ libera facultas non reſtringitur, eò quòd
certus numerus in ea ſit inſtitutus aliquandò.*
30 *Iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſit.*
31 *Epiſcopus licèt in aliquo Oppido habuerit Vicariū
etiàm generalem, tamèn Communitas illius Oppi-
di non poteſt intentare iudicium manutentionis,
vt illum ibi conſeruet, ſed Epiſcopus poterit amo-
uere eum, & aliò transferre.*
32 *Authoritatibus minus benè in contrarium citatis
reſpondetur.*
34 *Vicario amouibili non datur manutentio contra
eum, qui ipſum nominauit pro eius libito volun-
tatis.*

PRO

Digitized by Google

P R O

Dignitate Archiepiſcopali Toletana

C O N T R A

Villam Talaueræ Reginæ, & Vicarium foraneum D. Archiepiſcopi Toletani ibi reſidentem.

A R G V M E N T V M.

Vicarium Talaueræ eſſe foraneum, & ab eo appellari poſſe ad Vicarium Generalem Toletanum, vel Conſilium D. Archiepiſcopi Toletani, nec ſuos terminos poſſe tranſgredi, aut dictam Villam in hoc eſſe audiendam.

C O N S I L I V M CXCII.

CVM recognouerim ſcripturas cõcernentes Vicarium Talaueræ, & decreta manutentionis prouiſa in Tribunali Nunciaturæ Apoſtolicæ, & recognouiſſem, quòd iuris eſt ad fauoré dignitatis Archiepiſcopalis, cùm ea, quæ pro ipſa deducta fuere non mihi ex integro ſatisfeciſſent, nec animum quieſcere feciſſent, ſed maiori ſtudio rem indigere animaduertiſſem, eo, vt æquum erat adhibito, fateor ingenuè me non parum dubitaturum fore de iuſtificatione dictorum decretorum, niſi conceptum meum ſuſpenderet præſumptio regij Conſilij, per quod declaratum fuit, in dicto Tribunali Nunciaturæ non fieri vim in deſerendo appellationi interpoſitè pro dignitate Archiepiſcopali quòad effectũ ſuſpenſiuum conſeruandi in dicta Villa dictum Vicarium, etiàm cum prætenſis prærogatiuis generalis Vicarij, ſed ſolùm eſſe deſerendũ quòad
1 effectum deuolutiuum, cenſendo forſan, † quòd iudicium manutentionis eſt parui præiudicij, ex Crau. conſ. 158. nu. 12. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vlt. nu. 54. Paleot. deciſ. Rotæ 19.
2 † Et quod ex eo conceditur etiàm mero detentatori, Paul. de Caſtr. in l. Attilius Regulus, vbi Imola num. 5. Roman. 7. ff. de donat. Ioan. Neuiz. conſ. 60. nu. 3. verſ. *& dicis*, Paulus Rota dec. 641. num. 8. par. 1. nouiſſ. Sacri Palatij, Mantica deciſ. 185. nu. 7.
3 † Et quia hæc decreta *interim*, ſeù manutentionis reputantur interloquutoria, ex Couar. in
4 pract. c. 17. nu. 2. † cuius reſpectu appellatio regulariter non operatur effectum ſuſpenſiuum, ex l. 1. C. ſi de momentan. poſſeſſ. & traditis per eundem Couar. cap. 23. practicar. nu. 8.

Tamen diſcutiẽdo punctum ex integro, mihi videtur carere iuſtitia prætenſionem dictę Villę,
5 & Vicarij Talaueræ, † nàm & ſi non dubitem, quòd in aliqua Diœceſi, aut Archiepiſcopatu præſertim tàm inſigni, prout eſt Toletanus poſſit cõſtitui nedùm vnus generalis Vicarius, ſed plures, id iure permittente, ſiuè conſtituantur ſimpliciter, vel inſolidum, vt notant DD. in c. 2. vbi Dominic. de S. Geminian. col. pen. Lapus nu. 20. de offic. Vicarij lib. 6. Card. in clem. & ſi principalis de reſcript. Rebuff. in pract. benef. par. 1. tit. de Vicar. Epiſcop. nu. 1. vt practicatur in Vicarijs generalibus Toletanis, qui reſidentiam ordinariã habent in regia Vrbe Toleti, & Oppido Cõpluti.
6 † Non tamèn Epiſcopus cogitur habere dictos Vicarios, & ſi velit, eſt in facultate illius tribuere amplam, vel coarctatam facultatem, Mohed. dec. Rotæ 4. de offic. Vicarij vbi Additio, Rota deciſ. 297. par. 2. diuerſ. Sacri Palatij, Steph. Grat. dec. Marchiæ 113. nu. 1. & 7.

Difficultas reſidet reſpectu aliorum Vicariorum, qui in ſcripturis ad me trãſmiſſis vocantur
7 (erroneè tamèn) pedanei Vicarij † vt leges de aliquibus Iudicibus loquuntur hoc nomine, l. quòd ſi quis ff. nè quis eum, qui in ius vocatus, l. ſi quis §. omnes C. de pact. & in tit. C. de pedan. Iudicib. nouell. 112. tit. 11. de Iudicib. c. 9. & habetur in tit. de milite vaſallo in vſib. feud. Ioan. de Imol. in c. intelleximus nu. 5. de ord. cognit.

Horum autèm propriũ, & honeſtius nomen, quod à Doctoribus tribuitur eſt Vicariorum foraneorum ad differentiam generalium, & huius ſecundæ ſpeciei ſunt Vicarij reſidentes Matriti, Talaueræ, & Alcaraz, & ſi quis alius reperitur eis ſimilis, non obſtante quòd aliqui eorum reſideãt in loco nobiliori, aut habeant maiorem diſtrictũ, & maius territorium, aut illis ſit cõceſſa amplior
8 facultas, adhùc autèm multũ, † & in multis diuerſificantur à Vicarijs generalibus, quorum vnũ, & idem conſiſtorium eſt cum Epiſcopo, aut Archiepiſcopo, c. 2. de conſuet. lib. 6. c. Romana de appell. eod. lib. Iaſ. in l. apertiſſimi nu. 9. verſ. *aduerte tamèn* C. de iud. Cauagnol. in addit. ad Menoch. conſ. 17. nu. 9. & conſ. 52. num. 3. & 8. vol. 1. idem Menoch. conſ. 902. nu. 30. vol. 10. Achill. de Graſſ. dec. 3. de offic. Vicarij nu. 3. Mar. Antonin. lib. 1. variar. reſol. 57. nu. 18. Iacob. Gall. conſ. 62. nu. 5. Ant. Ricciul. tract. de iure perſonar. extra Eccleſ. grem. exiſtent. lib. 9. c. 2. nu. 15. Ioan. Bapt. Coſta conſ. 24. nu. 3. Iacob. Sbroz. tract. de Vicar. Epiſc. lib. 1. q. 137. nu. 2. & lib. 3. q. 2. nu. 3. q. 6. nu. 11. & q. 29. nu. 2. Suar. de Paz in praxi 2. tom. prælud. 3. nu. 4. Petr. de Anchar. conſ. 340. nu. 1. Hieronym. Gabr. conſ. 32. num. 5. & conſ. 190. nu. 10. vol. 2. Riccius dec. 8. Curiæ Archiep. Neap. nu. 2. par. 1. & deciſ. 265. nu. 4. par. 3.
9 † Vndè dixit Philippus Probus ad Ioannem Monacum in cap. 2. de conſtitutionib. in 6. quòd Vicarius generalis includitur ſub nomine Epiſcopi, idem Riccius deciſ. 79. num. 5. par. 4. & comprobant tradita per Proſper. Farinac. deciſ.
10 Rotæ 474. nu. 3. tom. 1. par. 2. † & eò ipſo, quòd conſtituitur Vicarius generalis, in ſpiritualibus, & temporalibus conſtitutus cenſetur, Rebuff. conſ. 74. num. 7. & poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopi, demptis caſibus expreſsè reſeruatis, Petrus Philipp. Corneus conſ. 181. nu. 39. vol. 2.

11 † Vicarij autèm foranei ſunt qui deputantur in certa parte diœceſis, vel in certis Oppidis, cap. 1. in princ. & ibi gloſ. verbo *foranei* de offic. Iudic. ordin. lib. 6. clem. 2. in fin. vbi etiàm gloſ. de reſcript. Caleſatus in rubr. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. nu. 48. Alex. conſ. 12. nu. 3. vol. 6. Franc. Marc. quæſt. 317. Delphinat. nu. 17. par. 1. Marc. Anton. Cucc. lib. 2. inſtit. maior. cap. 8. de Vicarijs num. 3. Maranta de ord. iudicior. 4. par. 5. diſtinct. princ. nu. 14. Sbrozz. de Vicario Epiſc. lib. 1. quæſt. 3. nu. 29. quæſt. 13. nu. 1. quæſt. 20. nu. 3. & 8. quæſt. 29. nu. 10. & lib. 2. quæſt. 62. nu. 27. Ioan. Narbona tract. de appell. à Vicar. ad Epiſc. par. 1. nu. 24.

12 † Intantùm quòd Thomas Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 3. diſput. 29. quæſt. 1. nu. 11. reſoluit, quòd ſi Vicarius conſtituatur in aliqua parte ſpeciali diœceſis, licèt ſit ſola in Ciuitate, in qua reſidet Epiſcopus, adhùc non erit generalis, ſed foraneus, & delegatus, ita Cardin. in d. clem. 2. nu. 2. de reſcript. Mohedan. deciſ. 5. de appellat. nu. 3. Ioan. Bapt. Coſta d. conſ. 24. num. 2. Iacob. Sbrozz. d. lib. 1. q. 23. nu. 4. & q. 29. nu. 1.

13 † Pro quo eſt notabilis determinatio Baldi conſ. 162. incip. caſus, ſuper quo nu. 11. par. 2. ibi: *Ergò in poteſtate huius Vicarij non venit, dato quòd eſſet Vicarius, quia illa decretalis quanquã de vſuris lib. 6. non dixit, vicesgerenti in ſpiritualibus, vel Vicario in ſpiritualibus viceſgerenti, vel Vicario quaſi de illo, qui habet generalem poteſtatem, & qui idem facit conſiſtorium cum Epiſcopo, & ad quẽ recurritur præter excepta, ſicut conſtitutum eſt de inſtitutio. cap. 2. de regular. cap. 2. de frigid. & maleſ. cap. 1. de appellat. cap. Romana in princ. lib. 6. quia mandata ſunt ſtricti iuris de offic. deleg. cap. P. & G. de reſcript. cap. cùm dilecta cum ſimilib. dico, quòd Vicarius in ſpiritualibus non facit idem conſiſtoriũ cũ Epiſcopo, & per conſequens poteſt dici foraneus, ergò non eſt de perſonis, quæ requiruntur ad hanc cautionem exigendam ſecundùm formam decretalis, quanquã hæc clare probantur per clem. & ſi principales de reſc. coniunctis duab. gloſ. ſuis, cùm enim illa clement. velit principalem Vicarium, ſeù Vicarium poſſe dari deleg. non autèm foraneum, gloſ. 3. vult, Vicarium in ſpiritualibus delegare non poſſe, item gloſ. penult. vult, quòd foranei ſunt, qui ad certos actus deputantur*, & comprobat Thom. Sanchez vbi proximè nu. 10. verſ. *dicendum tamen*,

14 † dicens, quòd etiàm quandò eſt conſtitutus ad vniuerſitatẽ cauſarum, adhùc non eſt ordinarius, ſed delegatus, quia non habet iuriſdictionem à iure, ſed ab Epiſcopo ex Iuribus, & Auctoribus à ſe allegatis, & cõprobant adducta per Sbrozz. d. lib. 2. q. 62. num. 27. & ſeq. & prius tradiderat d. quæſt. 22. à nu. 3.

15 † Quarè licèt vſurparint nomen Vicarij generalis, nil officit, nec efficit, vt ab eis poſſit ad Metropolitanum appellari, vt latè probat Specul. tit. de appellat. §. nùnc tractemus verſ. *ſi verò delegato*, Stephan. Bertrand. conſ. 33. num. 3. vol. 3. Ioan. Hieronym. Campanil. in diuerſ. iuris canon. rubr. 11. cap. 23. nu. 150. Garzia tract. de benefic. par. 5. cap. 8. nu. 30. & 36. Thom. Sanch. vbi proximè nu. 12. ſed erit appellandum ad Epiſcopum conſtituentem, vel ad eius Vicarium generalem, ſecundùm Archid. in d. c. 2. de conſuet. in 6. Cardinal. in d. clem. 2. nu. 25. de reſcript. Rebuff. vbi ſupra tit. de Vicar. Epiſc. nu. 6. gloſ. verbo *foranei* ſupra cit. Maranta in ſpec. Aduocator. 4. par. diſt. 5. nu. 14. Couar. in pract. c. 4. nu. 8. Rota dec. 297. num. 1. par. 2. diuerſ. Sacri Palatij, Maſtrill. deciſ. Sicil. 236. nu. 12. par. 3. Matth. Apicell. tract. de ſuſpit. official. nu. 48. & eſt ratio, quam adduxit Ioan. Franc. Leon. in theſaur. fori Eccleſ. par. 1.

16 cap. 10. nu. 6. verſ. *foranei*, † quòd non faciunt idẽ Conſiſtorium cum Epiſcopo, nec dicuntur vna, & eadem perſona cum ipſo, ſicut generalis Vicarius, Cardin. vbi proximè nu. 23. Specul. tit. de offic. ordin. Steph. Aluin. tract. de poteſt. Epiſc. cap. 2. nu. 11. Sbrozz. d. q. 62. nu. 7.

17 † A Vicario autèm generali, non ad Epiſcopũ, vel Archiepiſcopum ſuum, ſed ad illorum Superiorem eſt appellandum, etiàm iure ciuili attento, l. ad dictos in fin. l. præcipimus in princ. C. de appell. cap. Romana §. nec clericos, vbi Zabarell. nu. 2. de foro compet. lib. 6. cap. Romana §. 1. de appell. eod. lib. Petr. de Anchar. d. conſ. 340. nu. 1. Bertrand. vbi ſupra, Petr. Greg. in cap. conquerente de offic. ordin. cap. 11. nu. 22. Intrigliol. de feud. centur. 1. q. 12. nu. 19.

18 † Et idem procedet reſpectu conſilij Archiepiſcopi Toletani, cuius prout Vicarij generalis idem eſt Tribunal cum Archiepiſcopo, vt ex d. cap. 2. de conſuet. in 6. tradit Proſper Farin. deci. Rotæ 555. nu. 1. in nouitèr nouiſſ.

Et hæc, quæ diximus de Vicarijs foraneis, quæ licèt Archiepiſcopi ſoliti ſint in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum, & poſſint deputare Vicarios, qui prohibeant Iudicibus, à quibus appellatum fuerat, nè pendente appellatione innouent, & procedant, vt per Sbrozz. dict. lib. 1. quæſt. 13.

19 nu. 2. adhùc ſunt Vicarij foranei, † vndè Mohed. deciſ. 5. de appellat. nu. 2. reſoluit, quòd *Vicarius* Archiepiſcopi Compoſtellani deputatus in Ciuitate Salmantina ad cognoſcendum de appellationibus quinque, aut ſex Epiſcopatuum ſuffraganeorũ, non eſt Vicarius generalis, ſed foraneus.

20 † Quarè Vicarij foranei non habent cognitionem cauſę hæreticæ prauitatis, matrimonialium, nec criminalium, quę Epiſcoporum examini ſũt reſeruatæ per Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. §. ad hæc, Proſper Farinac. dec. 248. nu. 1. & deciſ. 382. nu. 1. & 4. tom. 2. par. 1. dicens, quòd licèt dictum decretum Concilij nõ excludat immemorialem; tamèn donec de illa conſtiterit, & per tres ſententias conformes fuerit iudicatum, non inferior, ſed diœceſanus debet interim de his cauſis cognoſcere, quod multò magis procedit reſpectu Vicarij foranei, qui perperàm in

21 contrarium manutentionem intendit; † nàm eò ipsò, quòd quis eſt Vicarius foraneus, non nomine proprio, ſed Epiſcopi, aut Archiepiſcopi illam iuriſdictionem exercet, quod impedit acquiſitionem præſcriptionis, vt ex Carolo Ruyno conſ. 217. nu. 13. verſ. *allegat etiàm* lib. 1. tradit Rota per Proſp. Farinac. d. deciſ. 248. nu. 6.

22 † Quarè vt ait Leonius vbi proximè minùs literas monitoriales pro occultis, deperditis, aut ſubtractis rebus concedere poſſunt, ſed Epi-

ſcopi

ſcopi ſolùm,aut generales Vicarij. Concil. Trid.
23 de reform.ſeſſ.25.cap.2. † nec illis committitur
execu·io literarum Apoſtolicarum, Rebuff.in
praxi benefic. de Vicario Epiſcopi par.1. nu.4.
Bernard.Diaz reg.243. Io.Gutier.tom.1. canon.
qq.cap.11.nu.8.
24 † Et ſi Vicarius generalis non poteſt ſe intro-
mittere in eo, quod cōmiſſum eſt ſpecialitèr alij
Vicario ſpeciali,vt ex c. 2. de offic. legati tradit
Lapus Abb.in c.2.nu.19.de offic.Vicarij lib.6.
Quomodò poteſt velle Vicarius foraneus,ſiuè
Talaueræ,ſiuè alibi cōſtitutus procedere in cau-
ſis non ſibi commiſſis,aut in talem , tantamque
audaciam proſilire , vt audeat litem mouere ad-
uerſus dignitatem Archiepiſcopalem,& Sereniſs.
illius Adminiſtratorem,& Coadminiſtratorem
eius Eminentiſſimū, vt eis inuitis , & reluctanti-
bus velint iuriſdictionem exercere nō ſibi com-
miſſam, imò negatā, & ſolis Vicarijs generalibus
25 communicatam, † poſſumus enim dicere cum
Iſaia cap.10. *Numquid gloriabitur ſecuris contra
eum,qui ſecat in ea,aut exaltabitur ſerra contra eū,
à quo trahitur? quomodò ſi eleuetur virga contra
eleuantem ſe,& exaltetur baculus, qui vtique lignū
eſt*. Et hoc quàmuis aliquis ex Dominis Archie-
piſcopis præteritis commiſiſſet aliquas ex dictis
cauſis Vicarijs foraneis Talaueræ , aut datus illis
titulus generalium; hoc enim non obligabat,nec
26 poterat in futurum præiudicare ; † nàm actus
noſtri voluntarij non extenduntur vltra quàm
geruntur, arg.legis voluntariè C.de excuſ.tutor.
gloſ.verbo *agnouerit* in l.non dubium C.de te-
27 ſtam. † & quia ea,quæ fiunt gratis,non debent
ad neceſſitatem reduci, gloſ.fin.in l.ſolet ff.de
offic.Proconſ.vbi DD.notāt, quòd donatio facta
gratis , non inducit obligationem in futurum ex
28 neceſſitate,& ſi fieret pluriès, † quia actus meræ
facultatis non inducit conſuetudinem reſtricti-
uam liberæ poteſtatis,Abb.in c.ex parte nu.7.de
29 conceſſ.præb.vbi infert, † quòd ſi in Eccleſia
ſolitum ſit viginti inſtitui,per hoc non inducitur
conſuetudo illius libertatem reſtringens,idem
docuit in cap.Abbate nu.9.& 10. de verb.ſignif.
rationē reddens,quia non apparet,quòd per hos
actus voluerint iuri meo præiudicare , quin non
vtar facultate mihi conceſſa, quē ſequitur Surd.
conſ. 127. num. 23. circa medium vol.1.Marc.
Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. q.
30 726.num.2.† & facit text. in l. iudicium ſolui-
tur ff.de iudicijs, vbi Paul. I.C.ait,quòd iudiciū
ſoluitur vetante eo,qui iudicare iuſſerat.
Et reſpectu dictę villæ Talaueræ procedit idē,
nec perſpicio, quo modo potuerint concedi di-
31 cta decreta manutentionis, † cùm ſit certum,
quòd quàmuis Epiſcopus interdùm retinuerit
Vicarium etiàm generalē in aliquo loco diœce-
ſis, tamēn Cōmunitas illius loci non poteſt con-
tra Epiſcopum intentare ſe manuteneri in illa
poſſeſſione , vt in proprijs terminis tradit Paul.
Æmil.Verall.deciſ.306.nu.3.& ſeqq. par.1. Ste-
phan.Gratian. deciſ.113. num.6. Doctor Marta
tom.6.digeſtorum nouiſſimorum tit.de Epiſco-
po cap.7.
32 † Demùm vt nihil omittamus , puto deceptū
eum,qui de iure contrariam allegationem fecit,
dùm citat Flor. Diaz de Mena lib.1. variar. q. 4.
nu.8. & Molin.lib.1.de iuſt.& iure q.10.ad pro-
bandum , quòd Vicarij Archiepiſcopatus Tole-
tani, qui ſunt in dictis locis extra Toletum, &
Complutum ſint Vicarij generales , nàm Molina
in libro meo,quem recognoui, nec verbum de
hoc loquitur , & Flores de Mena aſſerit contra-
rium , & ſolummodò addit , quòd propter præ-
heminentiam dictorū officiorum , & quòd præ-
ſidens in locis principalibus , & habent diſtrictū
33 ſuæ iuriſdictioni ſuppoſitum ; † ſolent eis mul-
totiès dirigi commiſſiones , & executiones lite-
rarum Apoſtolicarum, vt etiàm obſeruauit Hie-
ronym.Gabr.conſ.32.num.17.tom.2. ſi hoc fiat
ex certa ſcientia Pontificis,vt ex gloſ.in clem. &
ſi principalis,vbi Imola nu.7. de reſcript. Iacob.
Sbroz.d.lib.2.q.23.nu.9.aliàs enim difficultate
non caret , quod valeant Vicarijs foraneis com-
mitti ſimiles delegationes,vt obſeruat idē Sbroz.
d.q.23 num.8. ſed hoc vtcùmque ſit, non tollit,
34 quòd ſint verè Vicarij foranei, † & vt non com-
petat manutētio,faciunt fundamenta,quæ in ca-
ſu aliquantulū ſimili Vicarij amouibilis tradidit
Flores de Mena d.lib.1.q.10.art.4.nu.57.& ſeqq.
& eſt multùm dignum conſideratione,quòd ſi in
dicta Villa Talaueræ conſtitueretur Vicarius cū
prærogatiuis generalis , & abſq; ſubordinatione,
& dependentia,quam hùcuſque habuit à Vicario
Generali Toletano,vt etiā eſt de iure ſecundùm
Sbroz. d.q.62.nu.5. ſequerentur maxima incon-
uenientia recto regimini, & adminiſtrationi iu-
ſtitiæ,prætenderent idem alij Vicarij non ſolùm
Matriti,ſed etiàm Alcarazenſis eiſdem,& fortio-
ribus rationibus,& grauitèr ferrent, quòd in eo
præferretur illis Vicarius Talaueræ, & ſic vide-
tur ſufficere , quòd vtatur facultate limitata
tanquā Vicarius foraneus, vt eſt illi conceſſa, nō
permittendo,quòd vltra commiſſa vtatur nomi-
ne,aut prærogatiuis Vicarij generalis,ſaluo,&c.

SVMMARIVM.

1 *Penſio imponitur ſuper fructibus , & reſpectu,*
& ordine ad eos .
2 *Penſionarius æquiparatur vſufructuario .*
3 *Vſusfructus commoditas durat, donec viuit perſo-*
na, penes quam reſidet .
4 *Penſionis commoditas reſidet penès pēſionarium,*
donec viuit .
5 *Vſufructuarius tranſmittit ad ſuos hæredes fructus*
tàm quæſitos .
6 *Penſiones regularitèr conceduntur ex cauſa ali-*
mentorum, vt commodiùs penſionarius ſuſtenta-
ri valeat .
7 *Legatum ſi ſit relictum prò alimentis , legatarius*
tranſmittit ad ſuos hæredes ius exigendi alimen-
ta præterita .
8 *Pēſiones decurſæ ex fructibus in vita vſufructua-*
rij pertinent ad hæredes illius.
9 *Penſionum ſoluendarum termini regularitèr ſunt*
dies feſti Natiuitatis S.Ioannis Baptiſtæ,& D.N.
Ieſu Chriſti .
10 *Penſionis rata non ſoluitur ex ſtylo Romanæ Cu-*
riæ ſecundùm aliquos , ſi penſionarius decedat
antequàm dies ſolutionis veniat.

Digitized by Google

11 *Conſuetudo Romanæ Curiæ generalis, vel ſpecialis an ſit obſeruanda in Tribunalibus, & cauſis Eccleſiaſticis Hiſpaniæ.*

12 *Penſionis rata quandò debeatur, diſtinguuntur tres caſus.*

13 *Fructus vnus tantùm eſt, toties anni vnius.*

14 *Fructus non percipiuntur dietim, ſed in menſe aridorum, & in tempore vindemiæ liquidorum.*

15 *Beneficiatus debet penſionem ſoluere pro rata fructuum perceptorum, & non pro rata temporis, ex opinione, quam ſequitur Rota.*

16 *Penſio imponitur ſuper fructibus, & non ſuper tempore.*

17 *Tempora ſolutioni penſionum præfinita ſunt gratia commodioris ſolutionis.*

18 *Fructuum integra collectio, vt eius reſpectu fiat penſionis ſolutio, intelligitur facta die 23 ſeptembris cuiuſlibet anni.*

19 *Cardinalis Cæſar Baronius Eminētiſſimus deceſſit 29 Iunij anni 1607.*

20 *Penſiones non exactas dici fructus pendentes, qui tenuerint.*

21 *Fructus ſi ſint percepti, penſiones quoquè intelliguntur perceptæ, & ſi diès ſoluendi non dùm venerit.*

22 *Fructus ſi ſint recollecti, ſuper quibus penſio debetur, tempus videtur adiectum ſolutioni, & non obligationi.*

23 *Intellectus l. defuncta ff. de vſufructu.*

24 *Fructus eo ipſò, quòd ſunt recollecti, pariunt actionem penſionario tranſmiſſibilem ad hæredes.*

25 *Rotæ obſeruantia in hac materia eſt attendenda.*

26 *Penſionarius quolibet die debet recitare officium paruum B. Mariæ.*

27 *Penſionarius carere non debet rata ſuæ penſionis correſpectiuè ad fructus perceptos per Prælatum, aut Beneficiatum.*

ARGVMENTVM.

Penſione aliqua legitimè conſtituta ſuper aliquo Archiepiſcopatu, Prælatia, aut præbenda cum clauſulis ſolitis, quòd ſolutiones fieri debeant in Natiuitatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Diui Ioannis Baptiſtæ pro medietate, mortuo penſionario antè cedentem diem alicuius ex dictis terminis, an poſſint eius hæredes aliquàm ratam prætendere, vel Prælatus remanebit liber à ſolutione illius.

CONSILIVM CXCIII.

SI diſpoſitum de iure communi attenderemus, dubium non haberet, quòd ad hæredes penſionarij pertineret rata penſionis correſpondens non tàm tempori, in quo ſunt deſtinatæ ſolutiones, quàm ad fructus, quos Prælatus, aut Præbendatus perce-
piſſet ex his, ſuper quibus penſio eſt conſtitu-
1 ta. † Quod fundatur, quia penſio imponitur
ſuper fructibus, & in ordine ad eos, vt probant
Bartholom. Bellencin. de charit. ſubſid. quæſt. 37.
num. 2. Rodoan. de rebus Eccleſ. non alien. q. 14.
num. 9. Rota deciſ. 128. nu. 2. par. 1. diuerſ. Sacri
Palatij, Proſp. Farin. deciſ. 29. nu. 2. tom. 1. par. 2.
& deciſ. 508. num. 2. par. 2. tom. 2. nouitèr nouiſſ.
2 Cardin. Mantica deciſ. Rotæ 224. nu. 1. † Et penſionarius æquiparatur vſufructuario, Redoan. d.
tract. verſ. *in hac igitur* nu. 28. Ioan. Bapt. Caccia
lup. tract. de penſion. Eccleſiaſt. q. 25. nu. 4. Mohedan. deciſ. Rotæ 4. tit. de locato nu. 7. Hieron.
Gigas de penſion. q. 38. nu. 2. q. 52. num. 4. q. 57.
3 nu. 2. & q. 88. nu. 3. † Et commoditas vſusfructus
durat, quouſque viuit perſona, penès quam reſidet, l. neceſſariò § fin. vbi Odofr. Bald. & Alber.
4 ff. de perit. & commod. rei vend. † Et idem eſt
reſpectu commoditatis penſionis interim dùm
viuit penſionarius, Rota deciſ. 401. num. 4. par. 1.
diuerſ. Sacri Palatij.
5 † Et ſicut vſufructuarius tranſmiſit in ſuos hæredes fructus iàm quæſitos, l. defuncta, vbi DD.
ff. de vſufruct. ita æquali ratione penſiones iàm
decurſas, ſeù ratas portiones illarum, quàmuis
non exactæ quæſitæ penſionario defuncto tranſeunt ad eius hæredes, ſecundum communem
opinionem, quam ſequuntur Alberic. in l. diuortio in princ. nu. 12. ff. ſolut. matrim. Couar. lib. 1.
variar. reſolut. cap. 15. nu. 12. & 14. Auend. reſp.
5. nu. 4. Molina lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 11.
nu. 4. dicens, illorum opinionem ex rationibus,
quæ apud eos videri poterunt ſibi veriorem videri, illamque frequentiſſimè in forenſibus controuerſijs receptam vidiſſe idem Molin. nu. 12.
& ſequèque ad 17. Ayora de partit. 1. par. cap. 9.
nu. 6. Burg. de Paz in proœm. B. Tauri num. 74.
quorum meminit Valaſ. in praxi partit. cap. 30.
nu. 8. Eſcobar comput. 20. à nu. 5. & 23. Gigas d.
q. 52. num. 4. & q. 53. nu. 2. qui rationem reddit,
6 † quòd penſiones regularitèr conceduntur ex
cauſa alimentorū, & vt commodiùs quis ſuſtentari valeat, Redoan. de ſpolijs q. 3. § quid dicendum nu. 10. Roman. latè conſ. 388. in caſu propoſiti thematis nu. 3. Creſcent. deciſ. Rotæ 4. Gigas
7 de penſion. q. 51. nu. 12. & q. 83. nu. 11. † Is autē,
cui factum eſt legatum pro alimentis, ſi decedat,
tranſmittit ius exigendi præterita alimenta non
ſoluta ad ſuos hæredes, l. vti frui § fin. ff. ſi vſusfr.
petatur, l. fruſtra in fin. cum l. ſeq. ff. de rei vend.
l. qui vſumfructum § fin. & l. quæſitum, & d. l. defuncta ff. de vſufruct. iuncta l. libertis § 1. ff. de
aliment. & cibar. legat.
8 † In cuius comprobationem facit, quod dixit
Alex. conſ. 82. incip. perſpectis his num. 12. & 14.
vol. 2. vbi concludit, penſiones decurſas ex fructibus in vita vſufructuarij pertinere ad eius hæredes, & ita inquit Gigas d. quæſt. 52. num. 4.
*Erit ergo ex præmiſſis firmata concluſio, quòd
penſiones decurſæ in vita penſionarij non exactæ,
tranſeunt ad eius hæredes ex teſtamento, vel
ab inteſtato*, & ita ait ſe ſæpiùs conſuluiſſe, &
Rotam iudicaſſe, intellexiſſeque, idem ſenſiſſe
Paulum Roman. tract. de penſionibus quæſt. 8.
verſ. *Eccleſiaſtica penſio*, vbi dixit, quòd penſionis
fructus

Digitized by Google

fructus lucrati per penſionarium dicuntur pro-prij, & in illius dominium tranſire, & ab eo donari poſſe, optime Redoan. de ſpolijs Eccleſiaſt. q.20.n.30. & tractando hanc eandem quæſtionē Couarr.lib.1.variar.c.15. num.12.& 13. concludit dicens, *Quamobrèm audactèr opinor, penſionem Eccleſiaſticam pro rata temporis hæredibus penſionarij deberi, cùm ea à Summis Pontificibus conſtituatur in alimenta ipſius Clerici, cui conceditur, atq; in ſtipendium eorum, qui miniſterium aliquod, vel exhibent, vel exhibuere Eccleſiæ, Eccleſiaſticoue Ordini*, Et ita exiſtimat, opinionem iſtam veriorem, & æquiorem eſſe, quia penſio Eccleſiaſtica cedit in cauſam alimentorum ex Authoribus ſupra citatis, de quo etiàm latiſſimè Ioan. Guttier.tomo 1.canon.quæſt.c.33.

9 † Quod difficultatem videbatur cauſare eſt, quòd cùm ſint termini præfixi,& ſtabiliti ad ſoluendum penſiones de vno ſemeſtri in aliud, ſcilicet in dictis feſtis diebus Natiuitatum Domini, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, ad tradita per Paul. Rom. de penſion.Eccleſiaſt. q.2. nu.3. Marcheſan.de commiſ.appellat. in cauſis penſion. par. 1. §.2.pag.642. dùm adducit deciſionem Rotæ coram D.Sacrato num.47.vbi dicitur, † quòd ex
10 ſtylus Romanæ Curiæ,quòd non ſoluatur rata penſionis, ſi penſionarius, cui eſt reſeruata decedat, antequàm cedat dies ſolutionis, vt teſtatur Nauarr. in ſua apologia de redditibus Eccleſiaſtic.q.2 monit.16. Sarmiento in ſua defenſione libelli de redditibus Eccleſiaſt. p. 2. monito 16. quorum etiàm meminit Guttier. d.c.33. nu.35. qui ait, auctoritate Ioannis Oroſcij in l. de qui-
11 busnu 27. ff.de legib. † quòd conſuetudo Romanæ Curiæ, ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis eſt obſeruanda in Hiſpania in cauſis Eccleſiaſticis, & ſi hoc ita eſſet indiſtinctè, ceſſaret ratio dubitandi, quæ deducitur ex fundamētis in contrarium adductis.

Sed ſi benè perſpiciantur Auctores practici Romæ,non hoc ſinè diſtinctione, & modificatione procedit, quæ colligitur ex his, quæ tradit Hieronym.Gigas d.q.53.& Io.Baptiſt.Caccialu pus de penſionib.Eccleſiaſt. q.25.trium caſuum.
12 † Primus, quandò qui debet penſionem ſoluere perceperat omnes fructus Prælaturæ, præbēdæ,aut beneficij, ſuper quo eſt impoſita,& tunc quàmuis non dùm ceſſerit dies ſolutionis penſionis, debebitur integralitèr hæredibus penſionarij defuncti,Secundus,quandò deceſſit nōdùm fructibus collectis, & nihil debebitur, Tertius caſus eſt, quandò perceperat partem fructuum, & pars illorum pendebat, quandò penſionarius deceſſit, & hoc caſu erit ſoluenda penſio hæredibus pro rata fructuum perceptorum, & non pro pendētibus,qui pertinebunt ad Prælatū, aut beneficiatū,liberi à rata penſionis,hoc ſequuntur Alex.conſ.82.nu.16.lib.2. Berous conſ.133.eod. vol.Riminal.Iunior conſ.634. vol.2. Io. Vincent. Honded.conſ.85.num.4.& 13. p.2. & nouiſſimè Monald.conſ.106.num.1.& conſ.107.nu.14. per text. in l. defuncta in princ. vbi Bart. Fulgoſ. & Paul.Caſtr. Alex. conſ.15.incip.Reuerendiſſime num.3. vol. 3. & conſ.28.viſis, & accuratè nu.3. vol.1.Card.Zabar.conſ.110.incip.tria ſunt nu.1.

verſic. *Sic ergò*, Ioan.Baptiſta Coſta de ratione ratæ quæſt.10.num.4. Et poteſt etiàm eſſe ratio, quam adducit Ioan. Baptiſta Coſta conſil. 30. num. 2.

13 † Quòd totius anni vnus tantùm eſt fructus, l. diuortio §.quod in ſe mente ff.ſolut.matrimōn. Aegid.Boſſius in pract.§.de remiſſione mercedis num.100.& alij per Petrum Surd.conſ.34.nu.18. & 54.vol.1.pro quo Bald.in l.legem.16. C.locati nu.4.dicens,in fructibus prædij ruſtici diuerſum
14 eſſe à prædio vrbano, † quia in fructu conſiſtit effectus totius ann, qui non percipitur dietim, ſed in mēſe aridorum, & in vindemia fructuum, quæ liquidam naturam habent, l.fin. ff. de iure fiſci, & num. 1.& 6. ſubtilitèr ſubiungit ſuo more, quòd ſi antè annum perficitur, & percipitur totus fructus, ita quòd terra poſteà maneat inanis, & vacua, quòd ſtatim perceptis fructibus finitus eſt annus iſte tacitus, quia annus alius frugifer, alius naturalis,vt trecentum ſexagintà quinque dierum, l.diuortio §. quod in anno ff. ſolut. matrim.l.ità vulneratus, vbi gloſ. ff.ad l.Aquil.l. cùm hęres §.ſtichus ff. de ſi atulib.vndè non omnes anni ſunt tot dierum,faciunt tradita per Molin.lib.3.de primog.c.3.num.18.Eſcobar de ratioc.computat.21.nu.5.& ſeqq.
15 † Et iuſtificatur ex adductis per Stephanum Gratian.tomo 3 diſcept. forenſ. c.548.num.43. vbi ait,quòd Rota ſequitur opinionem,quòd beneficiatus debeat penſionem ſoluere pro rata fructuum,& non pro rata temporis,ita voluit, & decidit Rota coram fœlicis recordat.Clem.VIII Pharenſ.penſ. 19.Iunij 1573. & coram Cardinali Pamphilio Cæſarauguſt.penſ. 13.Aprilis 1592. & coram R. P. D. Ortemberg. Salernitan. penſ. 9. Aprelis 1601.Et coram R.P.D.Caualerio Carpen ctoratenſi penſionis 10.Decembris 1610. & anteà in vna Nazarenſ.penſion. 15.Ianuarij 1607.coram R.P.D. Coccino, quæ refert aliam deciſionem Rotæ in cauſa Ferenſ.penſion.19.Iunij 1575.coram dicto D.Cardinali Pamphilio, & ait Stephanus Gratianus d.c.549.num.44.quòd opinio iſta
16 eſt fundata in maxima æquitate, † quia penſio imponitur ſuper fructibus, non autèm ſuper tēpore,vndè æquum eſt, vt teneatur qui percepit fructus. Et dicta deciſio Carpenctoratenſis habetur penès Marcheſan.vbi ſupra p.1. §.2. pag.604. & ſeq.Et in nouiſſimis deciſionibus Ioan. Baptiſtæ Coccini eſt vna 327. Nazar. penſionis emiſſa de die lunæ 15.Ianuarij 1607. vbi dicitur. *Dubitaui quis teneretur ad ſolutionem penſionis termini Natiuitatis anni 1604. Et cùm penſio antiquitùs fuerit reſeruata die 13. Iunij ſoluenda in die Natiuitatis, & Sancti Ioannis, clarum eſt, quòd annus*
17 *terminabitur in alio menſe Iunij ſequentis*, † habetur gratia commodioris ſolutionis penſio diſtributa in duobus terminis, Puteus deciſ. 189. num. 2. in fine lib. 2. Et fuit dictum in cauſa Neritonen. penſionis 20. Nouembris preteriti coram R. D. meo Sacrato. Vndè cùm Archiepiſcopus obierit de menſe Octobris,& poſtmodùm fuit prouiſus Eminentiſs.Cardinalis Barberinus,clarum eſt, quod ſolutio dicti termini ſpectat ad Camerā,& ad Eminentiſs.Cardinalē pro rata fructuū,quos percepit à die ſuæ prouiſionis,

vſquè ad diem 13. Iunij, quo annus completur,
vt in ſimili fuit conſideratum in dicta cauſa Ne-
riton. penſio enim debet ſolui pro rata fructuũ,
& non pro rata temporis, ſecundùm opinionem,
quam Rota ſeruat Gabr. conſ. 191. num. 13. &
ſeqq. vol. 2. & fuit dictum in cauſa prædicta Fa-
reni Penſionis 19. Iunij 1571. coram Eminentiſſ.
Card. Pamphilio, Lancellott. Galliæ conſ. 90. nu.
12. Nicol. Bellon. conſ. 3. nu. 11.
18 † Quarè Marcheſan. vbi proximè num. 5 & 6.
cõcludit, quòd integra recollectio fructuum in-
telligitur iàm facta 23. Septẽbris cuiuſlibet anni,
de quo tempore dubitabatur in deciſione per
19 eum adducta, † cò quòd Eminentiſſimus Car-
dinalis Baronius, cui erat reſeruata penſio ſuper
Epiſcopatu Carpectoratenſ. à die 23. Septem-
bris 1596. deceſſerat 29. Iunij 1607. vt afferit ea-
dem deciſio, quæ ex eo concludit, quòd debeba-
tur penſio pro rata fructuum hæredibus Cardi-
nalis à die 23. Septembris 1606. vſquè ad diem
29. Iunij ſequentis anni, quo deceſſit, & idem
comprobat ipſe Marcheſan. ſupra pag. 602. nu-
mer. 164.
20 † Nec refragatur, quòd penſiones nondum
exactæ dicantur fructus pendentes, ex Soccin.
ſen. conſ. 100. num. 2. verſ. *ſed his non obſtantibus*
lib. 1. Pariſ. conſ. 40. num. 8. lib. 1. quia reſpondet
Card Mantica deciſ. Rotæ 14. nu. 12. & 15. Soc-
cinus loquitur de penſionibus debitis propter
commoda, quæ percipiuntur ex proceſſibus, &
ſcripturis, & num. 1. in fine fatetur, aliud eſſe in
penſionibus, quæ debentur propter fructus,
21 † nàm ſi ſunt percepti, penſiones quoquè per-
ceptæ intelliguntur, etiàm ſi dies ſoluendi non-
dùm venerit, vt eſt caſus in d. l. defuncta, vbi no-
tat Bald. ff. de vſufruct. & Alex. de Imol. conſ. 15.
nu. 3. lib. 2. Soccin. d. conſ. 100. num. 1. verſ. *item ſi
eſſemus in pactionibus*. & Ripa reſponſ. 16. de iure
emphyt. nu. 5. vol. 2. Gigas d. quæſt. 53. nu. 3. & 4.
Petr. Andr. Gambara de auctorit. Legati de late-
re lib. 6. tit de penſion. num. 598. & ſeqq. conclu-
22 dens, † quòd ſi fructus illius anni, quo debeba-
tur penſio erant recollecti, terminus ſolutionis
non videtur adiectus obligationi, ſed magis ſolu-
tioni, vt eſt propriè caſus in d. l. defuncta fru-
23 ctuaria, † nàm ibi ideò tranſit penſio debita in
Kalendis Martij à colono ad hæredes fructuarij,
quia fructus erãt ipſius vſufructuarij, vndè com-
moditas temporis facta colono, qui percepit fru-
ctus pro dominio vtili non debet nocere hære-
24 dibus, ita in noſtro dubio † cùm penſio ſit ex
fructibus, & reductiua ipſorum, cùm primùm
recollecti fuerunt, pepererunt obligationẽ pen-
ſionario, quæ ex ſui natura tranſmiſſibilis eſt, &
de illa poterit teſtari, de quo eſt deciſio Pauli
Caſtrenſ. conſ. 214. ſuper primo, & ſecũdo quæ-
ſtio num. 1. vol. 2. dùm reſoluit, quòd penſiones
debitæ vſufructuariæ trãſmittuntur ad hæredes,
etiàm ſi ipſa moriente non venerit dies ſolutio-
nis penſionis, dummodò eſſent collecti fructus,
quorũ ratione debebatur penſio, pro quo multa
allegat in propoſito Paul. Caſtren. omnino viden-
dus, & hic eſt verus ſtylus Romanæ Curiæ, pro
quo, & præfata diſtinctione ſunt tot deciſiones
25 Rotæ allegatæ, † quæ vtique debent attendi in
hac materia, l. an in totum C. de ædific. priuat.
l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. l. cùm de con-
ſuetudine ff. de legib l. 3. in fin. ff. de teſtib. & hoc
cenſeo, fundari nõ ſolùm in ratione, & æquitate,
ſed in optima iuris prudentia; à qua nec in iudi-
26 cando auderem recedere: † nec caret conſide-
ratione, quòd cùm penſionarius quotidiè reci-
tare debeat officium Beatæ Mariæ iuxta Con-
ſtitutionem Pij V. de qua in Bullario Romano
cap. 138. §. at quicunque, quam referunt Nauar.
in manual. c. 25. nu. 22. Graff. deciſ. aurea de horis
canonicis c. 50. nu. 8. & 9. Ioan. Franc. Leon. in
theſauro fori eccleſiaſt. par. 3. c. 4. nu 90. Martin.
Bonacin. tract. de horis canon. diſput. 1. quæſt. 5.
27 puncto 2. propoſit. 3. nu. 11. † paſſus fuiſſet la-
borẽ recitandi horas, ſi non conſequerẽtur ipſe,
& eius hæredes ratam correſpondentem fructi-
bus perceptis per Prælatum, aut Præbendatum
tempore mortis penſionarij, quod dicendum
nõ eſt ex traditis ſupra, & per Auendaño reſp. 5.
nu. 1. & Molina de primog. par. 3. d. cap. 11. nu. 4.
ac plures alios relatos per Petrum Barboſa in
l. diuortio in princ. num. 90. ff. ſolut. matrim. Et
ita mihi de jure, & ſtylo Curiæ, ac Sacræ Rotæ
videtur.

SVMMARIVM.

1 *ARchiepiſcopatus Toletani adminiſtrator com-
mittens alicui confidẽti cauſam ſuſpitionis
Vicarij Matriti, non dat ordinariam iuriſdictio-
nem, ſed delegatam, & nu. 2.*
3 *Appellari debet à delegato ad delegantem.*
4 *Epiſcopo præſente ad eum appellatur à delegato,
non ad Vicarium generalem.*
5 *Epiſcopus dicitur præſens, ſi eſt in Diœceſi, aut
loco propinquo.*
6 *Recuſatio, & appellatio æquiparantur.*
7 *Delegatus ſi dicatur ſuſpectus, debet cauſa ſuſpi-
tionis tractari coram delegante, & non coram
Vicario.*
8 *Appellari poſſe à delegato ad Vicariũ, qui, & qua
ratione teneant.*
9 *Rotæ deciſio 3. de officio Vicarij in nouis decla-
ratur.*
10 *Doctoris dictum intelligi debet iuxta iura, quæ al-
legat.*
11 *Appellari ſolùm poteſt à delegato Epiſcopi ad Vi-
carium ex magna cauſa.*
12 *Cauſa ſpecialitèr alicui commiſſa eximitur à Vi-
cario.*
13 *Appellari non poteſt à delegato Papæ ſpeciali ad
delegatum generalem.*
14 *Vicarius Epiſcopi abſẽtis tùnc propriè dicitur vi-
ces gerere.*
15 *Conſenſus Regis, aut Archiepiſcopi vbi requiri-
tur, abſentibus illis Vicarius ſupplet.*
16 *Delegatus Epiſcopi in aliqua cauſa eſt maior Vi-
cario in ea.*
17 *Vicarius non ſemper, nec in omnibus caſibus ha-
bet eandem iuriſdictionem, quam Epiſcopus, nec
idem Tribunal.*
18 *Intellectus cap. dilecti 1. & cap. dilectus de appell.*
19 *Illatio non fit ex diuerſis, & ſeparatis.*

20 *Vica-*

20 *Vicarius non debet admittere appellationem à delegato Epiſcopi, eo non certiorato, & committente.*
21 *Epiſcopi qualitates digniores, & incomparabiles ſunt, quam Vicarij.*
22 *Honor multò maior debetur Epiſcopo, quàm eius Vicario.*
23 *Honor, qui debetur Domino, non debetur eius Officiali, aut miniſtro.*
24 *Epiſcopi authoritas multotiès nõ ſuppletur per Vicarium.*
25 *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20. declaratur.*
26 *Vicarij foranei qui ſunt.*
27 *Appellari poteſt à Vicarijs foraneis ad Epiſcopum, vel Vicarium generalem.*
28 *Vicarij foranei licèt exerceant iuriſdictionem ordinariam, non efficiunt idem Tribunal cum Epiſcopo, nec cognoſcunt de aliquibus cauſis.*
29 *Expenſis non debent partes litigantes fatigari.*
30 *Vicario, & Locumtenenti multa ob Domini abſentiam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*
31 *Incidentia ſunt eiuſdem naturæ, ſicut cauſa principalis.*
32 *Appellationis iudicium eſt eiuſdem naturæ, ſicut cauſa principalis.*

P R O

Iuriſdictione Sereniſsimi Domini Cardinalis Infantis Don Ferdinandi adminiſtratoris Archiepiſcopatus Toletani, & Eminentiſſ. Cardinalis D. Antonij Zapata eius Coadminiſtratoris.

ARGVMENTVM.

Quòd à Delegato, ſeù Commiſſario ſpeciali dictorum DD. Adminiſtratorum ſit ad eos præſentes appellandum, & non ad Vicarium generalem Toletanum.

CONSILIVM CXCIV.

COmmiſſio facta per Sereniſſimum D. Cardinalem; aut Eminentiſſimũ illius Coadminiſtratorem ſuarum vicium alicui eorum confidenti alicuius cauſæ ſuſpitionis propoſitæ contra Vi-
1 carium Matriti, † non cenſetur eſſe de ordinaria iuriſdictione, ſed delegata, iuxta formam, quam refert Iacob. Sbrozz. tract. de Vicar. Epiſc. lib. 3. q. 16. nu. 8. vt ſcilicèt cognoſcat, prout dictus Eminentiſs. Cardinalis cognoſcere poterat, Abb. in cap. cùm in veteri num. 3. de elect. Guido de Suza. de Iudic. num. 80.
2 † Et quòd ſit delegata clarum eſt, attenta diffinitione adducta per eundem Abbat. in rubr. nu. 1. de offic. & poteſt. Iudic. deleg. per cap. ſanè eiuſdem tituli, & l. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, Claudius Cantiuncula de
3 offic. Iudicis cap. 2. num. 8. † Et regula eſt, quòd debeat appellari à delegato ad delegantèm, ſeù committentem, c. ſuper quæſtionum 27. §. porrò de offic. & poteſt. Iudic. deleg. cap. dilecti de appellat. vbi DD. communitèr, l. præcipimus 32. §. hæc ſi appellatio C. de appellat. l. vnic. verſ. *hæc teneant* C. qui pro ſua iuriſd. l. 1. & vlt. ff. quis, & à quo appelletur, Auth. de Iudicibus §. illo cuſtodiendo, plures adducti à Narbona de appell. Vicarij ad Epiſcopum num. 34. & Ego obſeruo text. ſingularem in auth. ſi quis de Epiſc. audien. ibi: *Si tamèn ex imperiali iuſſione, aut iudiciali præcepto Epiſcopus iudicat inter quaſcunque perſonas, appellatio aut ad Principem, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium transferatur*, ſolum dubium conſiſtet, an ab incidenti pronīſo per talem delegatum ſit appellandum ad Dominum delegantem præſentem in hac Villa Matriti, an ad Vicarium
4 generalem Toletanum abſentē, † & in hoc caſu non ſolùm Abbas in cap. ſi quis contra clericum 1. lect. nu. 25. & 2. lect. nu. 30. de foro compet. & cap. dilecti *el terzo* nu. 3. de appell. qui diſputauit pro vtraque parte, tenuit, quòd ſolùm poterat appellari ad Vicarium abſente Epiſcopo, ſed præſente eo, ad ipſum appellandum erat, qui eſt noſter caſus, & ſequutus eſt Decius in d. cap. ſi quis nu. 3. Philipp. Franc. in cap. ſi contra nu. 3. in fine de offic. deleg. in 6. Roman. ſingul. 464. Marian. Soccin. in cap. dilecti verſ. *ſecundò quæritur, an à delegato*, Guid. Papæ deciſ. 436. nu. 41. & 42. ex Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in cap. Romana de appell. in 6. Caſſan. in cathalog. gloriæ mundi par. 7. conſider. 20. verſ. *& ex his*, ibi: *Et delegatus ab Epiſcopo eſt maior Vicario Epiſcopi in illa cauſa, vndè ab eo ad Vicarium non poſſet appellari*, Hieron. Gigas conſ. 82. nu. 4. Luc. Matth. Apicella tract. de ſuſpitio. official. nu. 47.
5 † vbi etiam ait, quòd Epiſcopus dicitur eſſe præſens, quandò eſt in diœceſi, vel in loco propinquo ei, ex Geminiano, Franco, Lapo, & alijs, quos refert, & ſequitur Iacob. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 3. q. 6. num. 1. & octo ſeqq. vbi adducit fundamenta iſtius opinionis, pro qua Romanus
6 ponderat † æquiparationem recuſationis, & ap-
7 pellationis, cap. ſuper eo de appell. † Et quòd ſi delegatus allegetur ſuſpectus, debeat cauſa ſuſpitionis tractari coram Epiſcopo delegante, & nõ coram Vicario, cap. ſi contra vnum de offic. deleg. lib. 6. & ſequuntur alij Authores, quos citat Narbona de appellat. à Vicario ad Epiſcopum
8 1. par. nu. 143. & ſeqq. vſquè ad 147. † Scio benè, quòd Felin. in d. cap. ſi quis contra tenuit contrarium, & ſequuti fuere alij Auctores fundati in vnitate Tribunalis Epiſcopi, & Vicarij, de qua in cap. 2. de conſuet. in 6. cap. licèt, & cap. fin. de officio Vicarij, & cap. Romana de appell. eodem libro, Stephan. Grat. deciſ. Marchiæ 157. nu. 2. & ex alijs rationibus, quas etiam adducit Sbrozz. d. quæſt. 6. nu. 11. vſquè ad 19. Farinac. deciſ. Rotæ 555. nu. 1. in nouit. nouiſſ.
9 † Sed fundamentum principale, quod aſſumunt

munt à deciſ. Rotæ 3. de offic. Vicar. in nouis nō
præiudicat, quia principale intentum illius eſt,
quòd à Delegato officialis, aut Vicarij poſſit ap-
pellari ad eundem Vicarium, vt etiàm dixit Ste-
phan. Gratian. tomo 4. diſceptat. forenſ. c. 655.
num. 59. & verba illa deciſ. 3. ibi, *Et ideò ſicut poſ-
ſet appellari ad Epiſcopum à delegato ſuo, ita ad
ipſius officialē*, debet intelligi, ſcilicèt à delegato
officialis: nàm ſi intelligeretur alio modo, diffi-
cultèr poſſet fundari in textibus, quos allegat,
qui ſunt cap. ad hæc ſi in vna 1. & cap. dilectis
de appellat. quos neſcio qualitèr valuit induce-
re, qui allegauit in illa deciſione, vel eam exten-
19 dit, † & iuxta doctrinam Bart. in l. non ſolùm
§. ſi liberationis nu. 10. ff. de liberat. legata, quod
Authores dicunt, debet intelligi iuxta iura, quæ
allegant, Surdus conſil. 132. nu. 93. & conſil. 135.
num. 66.

Et idem Felin. ſibi contrarius ſequitur Ab-
batem in c. 1. num. 49. de conſtit. vbi tractando
de l. ſi hominem ff. mandati inquit per illum tex.
dicit etiàm D. Abbas in cap. ſi quis contra cle-
11 ric. num. 30. tit. de foro compet. † quòd à De-
legato Epiſcopi poteſt appellari ad Vicarium
Epiſcopi, ex magna cauſa, putà ſi Epiſcopus eſt
abſens, Decius in c. dilecti lo 3. de appell num. 4.
& duob. ſeqq. ibi, *pro opinione tamèn Abbatis fa-*
12 *cit, † quia ſemel cauſa fuit exempta à Vicario,
ex quo alij ſpecialitèr committitur, capite ſtuduiſti
de offic. delegati. Et hoc etiàm videtur habere locum
in cauſa appellationis, quia eadem cauſa eſt, cùm
de ea tractatur in l. inuitus C. de procurator. Vndè
inconſulto Epiſcopo non debet Vicarius de tali cau-
ſa ſe intromittere, facit tex. in d. c. ſtuduiſti, & quod*
13 *notat Abb. poſt alios † de delegato Papæ ſpecia-
li, à quo ad delegatum Papæ generalem appellari
non poteſt*, Et num. 6. & duob. ſeqq. ſolùm limitat
ſe, ſi Epiſcopus eſſet abſens ex doctrina Abbat.
ibi, & in dicto c. ſi quis contra clericum, argum.
text. in d. l. ſi hominem, l. ſi longius ff. de iudic.
cap. cùm nullus §. 1. de tempor. ordin. lib. 6. vbi
propter abſentiam Epiſcopi poteſtas Vicarij
14 ampliatur, † nàm Vicarius Epiſcopi abſentis
tunc propriè dicitur vices gerere, Menoch. cōſ.
52. num. 74. & ſeq. vol. 1. Et ideò dixit Philipp.
Franc. in c. ſi contra vnum nu. 3. de offic. deleg.
in 6. quòd Vicarius poſſet Epiſcopo abſente,
quod non poſſet eo præſente per dictum cap.
nullus, vt in notab. quæſt. notat Abb. conſ. 88. fa-
cti contingentia verſ. *venio ad quartum* p. 1. Do-
minic. in d. c. ſi contra vnum de offic. deleg. in 6.
Et in ſimili eſt dictum Archidiaconi in c. Rea-
15 tina 84. diſtinct. † quòd ſi conſenſus Regis, vel
Archiepiſcopi aliquo caſu requiritur, eo abſente
Vicarius ſupplet, facit cap. 1. §. fin. nè ſede vacan.
lib. 6. Et cum hac diſtinctione tranſit commu-
nior opinio, & comprobat Selua de benefic. 2. p.
q. 14. num. 2. Sbrozz. d. q. 6. num. 21. vbi reprobat
apoſtillam ad Romanum in d. ſing. 464. quatènus
dixit, quòd præſente Epiſcopo, vel abſente pote-
rat appellari ad Vicarium, Et numeris ſeqq.
reſpondet fundamentis contrarijs, dicēdo, quòd
propter reuerentiam debitam Epiſcopo dele-
ganti, ſi præſens ſit, debet ceſſare iuriſdictio Vi-
carij in cauſa ſpecialitèr commiſſa, vel delegata
per Epiſcopum, ex traditis à ſe lib. 2. q. 58. Et
quia in tali cauſa Vicarius non dicitur habere
16 idē Tribunal cum Epiſcopo, † nàm delegatus
Epiſcopi maior eſt Vicario in illa cauſa, Rom. ſu-
pra apoſtilla ad Bart. in l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo,
Chaſſan. d. conſid. 20. Bellencin. de charit. ſubſid.
17 q. 91. n. 1. † Nec ſemper Vicarius habet eandem
iuriſdictionem, quam Epiſcopus, nec idem Tri-
bunal, vt patet in c. 2. & c. licèt cum ibi notatis
per DD. de offic. Vicar. in 6. c. Romana de appel.
eod. lib. gloſ. verb. *appellari* in d. c. ſi contra, Car-
din. in c. quoniàm Abbas oppoſit. 12. de offic. de-
legati, Steph. Grat. tom. 1. diſcep. forenſ. cap. 106.
nu. 25. Calder. conſ. 2. & 3. de offic. Vicar.
18 † Ad cap. dilecti 1. c. dilectus de appell. reſpō-
det, quòd loquuntur de appellationibus interpo-
ſitis iure ordinario ad Metropolitanum, quas Vi-
carius eius cognoſcere debet, tanquàm habens
idem Tribunal cum eo, vt conſiderat Abb. in d.
c. dilecti n. 1. Nos verò loquimur de ſpeciali ap-
pellatione interpoſita à delegato Epiſcopi, & ſic
19 differente ab ordinaria appellatione, † & ideò
dē vna ad alterā non infertur, l. Papinianus exuli
ff. de minor. l. fin. ff. de calumniat. maximè cùm
id fecerit Vicarius Toletanus, inconſulto dicto
20 Eminentiſs. D. Cardinali, † nàm ſi ipſum con-
ſuluiſſet, vt decens erat, & conueniens, vt dicit
Sbrozz. d. q. 6. n. 27. forſan illi commiſiſſet, ſed nō
adeſt ratio, quarè debeat amplecti opinio, quę fa-
uet Vicario, & non quæ eſt in fauorem Epiſcopi,
21 † cuius qualitates ſunt digniores, & incompa-
rabiles reſpectu Vicarij, vt probat Menoch. d.
22 conſ. 52. n. 117. & ſeqq. & † ità multò maior ho-
nor debetur Epiſcopo, quā eius Vicario, vt pro-
bat Dec. in c. ſanè n. 7. de offic. & poteſt. Iud. de-
leg. Et dixit Bald. in l. ſed ſi hac §. ſempèr autèm
23 n. 1. ff. de in ius vocando, † quòd honor, qui de-
betur domino, non debetur eius officiali, vel mi-
niſtro, Io. Franc. de Ponte deciſ. Collat. Conſ. 15.
n. 6. Steph. Grat. tom. 1. diſcep. forenſ. c. 106. n. 19.
24 & ſeqq. † Vndè dixit Polyd. Ripa obſeru. 393.
nu. 3. quòd Epiſcopi auctoritas plurièš non ſup-
pletur per illius Vicarium, vt ipſemet exemplifi-
cat obſeru. 70. nu. 4. in inueſtituris perpetuis, in
quibus nō ſufficit auctoritas Vicarij Epiſcopalis,
ſed omninò requiritur Epiſcopi auctoritas ex
Dec. in c. cùm omnes lect. 2. nu. 24. verſ. *nec etiàm*
de conſtitut. Feder. de Sen. q. 264. ſi Canonici in
princ. Rom. ſing. 700. ex longeua, Capell. Tholoſ.
q. 97. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 41. n. 59.
verſ. *ſed veritas eſt in contrarium*, Caualc. dec. 45.
verſ. *quinto* vol. 1. Nec aliquid ablatum eſt Vica-
rio Generali Toletano, cùm illi non competat
iuriſdictio cognoſcēdi in prima inſtantiā de cau-
ſis ſuſpitionis Vicarij Matriti, quam potuit com-
mittere Eminentiſs. Cardinalis coadminiſtrator,
cui voluit, & de quo confidit, iuxta d. c. ſi contra
de offic. deleg. lib. 6. Iacob. Lauren. de iudi. ſu-
25 ſpec. cap. 4. num. 14. † Nec Concil. Trident. &
eius declarationes in loco relato in contrarium,
ſcilicet ſeſſio. 24. cap. 20. & ſeſſ. 13. cap. 1. proce-
dunt in iſto caſu, qui non tangit iuriſdictionem
ordinariam, ſed delegatam, quæ non eſt abſtra-
cta à iuriſdictione ordinaria Vicarij Generalis
Toletani, ſed eſt media, & diuerſa ſpecies, quæ
D. Emin.

D. Emin. Cardinalis ſuas vices commiſit, cuius virtute non infertur præiudicium Vicario Toletano in cauſa principali, nec appellationis.

Nec reputo concludentem illationem dicere, quòd Vicarius Matriti, Talaueræ, & Ciuitatis regiæ ſunt delegati ad Vniuerſitatem cauſarum, & adhùc appellatur ab eis ad Vicarium Generalem Toletanum, nàm vt verum fatear, nõ illos reputo delegatos, ſed Vicarios ordinarios, non tamèn

26 generales, † ſed de illis, qui nominantur foranei, quia deputati in certa parte diœceſis, cap. 1. in princ. vbi gloſ. verbo *foranei* de offic. ordin. in 6. clem. 2. in fin. vbi gloſ. de reſcript. vbi Card. nu. 3. Thom. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 29. q. 1. n. 11. Sbroz. lib. 1. de Vicar. Epiſc. q. 23. nu. 4. & q. 29. nu. 1. & 2.

27 † Et adhùc appellatur ab eis ad Epiſcopũ, ſed Vicarium generalẽ, d. gloſ. verbo *foranei*, Maranta in ſpec. aduoc. 4. par. diſt. 5. n. 14. Couar. in pract. c. 4. nu. 8. Rota dec. 297. nu. 1. par. 2. diuerſ. Sacri Palatii, Rebuff. de Vic. Epiſc. nu. 6. Maſtrill. deciſ. Sicil. 236. nu. 12. par. 3. Riccius dec. 8. nu. 1. par. 1. Leonius in theſaur. fori Eccleſ. par. 1. c. 10 nu. 6.

28 qui reddit rationẽ, † quia Vicarij foranei quàmuis exerceant omne concernens iuriſdictionem ordinariam, adhùc non efficiunt vnum, nec conſtituunt vnum Tribunal cum Epiſcopo, nec cognoſcunt de quibuſdam cauſis Epiſcopis reſeruatis, de quibus ſeſſ. 24. de refor. c. 20. §. ad hæc, Farinac. deciſ. 248. num. 1. & deciſ. 382. nu. 1. & 4. tom. 2. par. 1.

29 † Et quandò non eſſent rationes ita claræ, ſufficiebat ratio reuerẽtiæ, vt appellaretur ad Eminentiſſ. D. Cardinalem Matriti exiſtentem, & nõ ad Vicarium Toletanum abſentẽ ad fatigandum partem expenſis, & dilationibus, contra c. finem litibus de dolo, & contumac. l. properandum C. de iudic.

30. † Quia multa Vicario, & Locumtenẽti ob ſui Domini abſentiam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, vt poſt Iaſ. in l. cùm filiusfamilias col. 2. ff. ſi cert. pet. & in l. in prouinciali §. ſi ego ſuperficiarius nu. 6. de oper. noui nunciat. tradit Ioan. Iacob. Laurent. d. tract. de Iudice ſuſpecto c. 4. nu. 14. & 23. qui loquitur in terminis recuſationis propoſitæ in perſonam vnius ex Vicarijs, & reſoluit præſẽte Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, ad eum ſpectare cognitionem, & non ad alium Vicarium, niſi Epiſcopo abſente, optimè Petrus Anton. Monera de commut. vltim. volunt. cap. 8. nu. 814. pag. 847. latè Menoch. conſ. 52. num. 72. & ſeqq.

Nec obſtabit dicere, quòd appellatio fuit interpoſita à decreto interloquutorio lato per dictum Commiſſarium delegatum ſuper quodã incidenti, ſcilicèt quòd procederetur ad deciſionem dictæ cauſæ ſuſpitionis Vicarij Matriti, non obſtante quòd deceſſiſſet vxor, cum qua lis agebatur ſuper nullitate, aut inualiditate matrimonij, cùm adhùc penderent articuli reſpectu dotis, alimentorum, & expenſarum factarum in

31 lite, † eo maximè, quia incidentia ſunt eiuſdem naturæ, prout cauſa principalis, vt dixere Bart. in l. ſolent ff. de alim. & cibar. legat. nu. 16. Aretin. in l. diuortio §. ob donationes verſic. *præterea tex.* ff. ſolut. matr. Decius in cap. paſtoralis col. 2. verſ. *&* *ad hoc* de appell. Marin. Freccia in tract. de ſubfeud. limit. 12. ad Conſtitutionem Regni, quæ incipit. conſtitutionem diuæ memoriæ nu. 36. verſ. *ſicut dicimus*, Vincent. de Franch. deciſ. Neapol. 252. nu. 7.

32 † Sicut iudicium appellationis eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt cauſa principalis, Bald. in l. 1. in fin. C. ſi de moment. poſſeſſ. l. 1. ff. an per alium cauſæ appellat. Vinc. de Franch dec. 520. nu. 1. Et ita mihi videtur de iure, ſaluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa omnis in dubio eſt appellabilis.*

2 *Appellatio eſt introducta pro vtilitate publica.*

3 *Appellatio introducta eſt ad innocentiæ præſidiũ, & oppreſſorum leuamen.*

4 *Appellatio eſt defenſio, quæ datur oppreſſis contra iniuriam Iudicis inferioris.*

5 *Appellatio eſt theriaca contra venenum primi Iudicis.*

6 *Iudicis ad quem munus proprium eſt, corrigere, & moderari grauamen Iudicis à quo.*

7 *Appellatio quatenus continet defenſionem, nec diabolo ſi litigaret, poſſet auferri.*

8 *Appellationem tollere, eſt tollere defenſionem.*

9 *Defenſio eſt iuris naturalis.*

10 *Appellari regulariter poteſt à quolibet grauamine*

11 *Appellationem admittendam eſſe in dubio eſt pronunciandum.*

12 *Appellationi fauendum eſt.*

13 *Appellationem prohibens ſtatutum, eſt odioſum, & ſtricti iuris.*

14 *Appellationem non admitti in crimine læſæ Maieſtatis, qui tenuerint, recenſentur.*

15 *Sceleris magnitudo, & atrocitas non tollit appellationem, niſi immineat periculum maioris ſceleris.*

16 *Appellationem debere admitti in crimine læſæ Maieſtatis, communis eſt opinio.*

17 *Hæreſis crimen eſt læſæ Maieſtatis diuinæ, grauiuſque quàm humanæ.*

18 *Appellari poteſt ab interloquutorijs in crimine hæreſis.*

19 *Appellatio ſi interponatur ab interloquutoria, debet exprimi grauamen, & cauſa, propter quam impugnatur ſpecificè, & non in genere.*

20 *Interloquutoria quid ſit, & in quo differat à diffinitiua.*

21 *Appellari non poſſe à diffinitiua per hæreticos, & eorum fautores, vbi caueatur, recenſetur.*

22 *Hæredes citatos ad defendendum memoriam inquiſiti de hæreſi, poſt mortem non appellare.*

23 *Appellatio in aliquibus cauſis poteſt prohiberi à Principe non recognoſcente ſuperiorem.*

24 *Appellatio in aliquibus caſibus à iure interdicitur.*

25 *Appellatio propter ſceleris magnitudinem non ſuſpendit executionem ſententiæ.*

26 *Appellatio confeſſi, & conuicti de crimine non admittitur, & num. 27.*

28 *Appel-*

28 *Appellatio, vel recurſus ad ſuperiorẽ debet dari à ſentẽtia, quæ grauat etiã in cauſa hæreſis, & n. 33.*
29 *Appellare ſemper licet, cum appellandi iuſta cauſa eſt in promptu, quid ex actis conſtat de iniquitate ſententiæ.*
30 *Appellatio ſi remoueatur à Principe, vel ſtatuto, intelligitur tantum de leuï, & friuola.*
31 *Appellationes friuolæ regulariter reijciuntur.*
32 *Appellatio eſt remedium innocentiæ, non defenſio iniquitatis.*
34 *Appellari poteſt à ſententia Principis, quæ manifeſtè grauat.*
35 *Eccleſiaſtica iudicia nonnunquam falluntur, & quarè.*
36 *Inquiſitores Apoſtolici quarè debeant eſſe ætatis annorum quadraginta, cùm in Epiſcopis ſufficiãt triginta.*
Periculum maius vbi eſt, tantò cautiores, & prudentiores oportet eſſe Iudices, eod. nu. 36.
37 *Appellatione prohibita, non prohibetur recurſus ad Superiorem, qui eſt loco appellationis, & nu. 39.*
38 *Appellatio licet ſit prohibita, adhuc tamen poteſt implorari officium Iudicis per viã ſupplicationis, aut recurſus, quem ſuperior admittit conſiderata æquitate.*
40 *Supplicatio à pari procedit cum appellatione, niſi in caſibus, in quibus expreſsè differunt.*
41 *Reuiſio idem operatur circa illius cauſæ cognitionem, quod appellatio.*
42 *Grauamen iudicantis vt videri poſſit, conceditur reuiſio.*
43 *Reductio ad arbitrium boni viri eſt appellationis ſpecies.*
44 *Appellatio in quibus caſibus nõ datur, adhuc grauamen poteſt reparari per viam querelæ ad Superiorem, & nu. 46.*
45 *Recurſus habitus ad Superiorem ſuſpendit iudicium coram Iudice à quo.*
46 *Superior Iudex aditus conſtito ſibi de iniuſtitia ſententiæ inhibet inferiori.*
47 *Sententia vbi eſt notoriè iniuſta, appellatio ponitur pro recurſu, & Superior ex mero Iudicis officio mederi debet.*
48 *Appellatio in Hiſpania qualitèr detur in cauſis fidei.*
49 *Appellatio ex Bulla Sanctitatis Clem. 7. in Hiſpania non fit in cauſis fidei ad Papam, ſeù Sedem Apoſtolicam, ſed ad Inquiſitorem generalem horum Regnorum.*
50 *Inſtructio facta Matriti anno 1561. cap. 51. ſuper appellatione in cauſis fidei ponderatur.*
51 *Appellatio ſi interponatur per hæredes inquiſiti ex aliqua probabili cauſa, quid obſeruetur in Hiſpania.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an, & qualitèr poſſit admitti in cauſis fidei, & quid de ſupplicatione, & recurſu.

CONSILIVM CXCV.

1 PRimò præſupponitur, † quòd regula eſt, quòd cauſa omnis in dubio eſt appellabilis, & in quibus expreſsè prohibita non eſt appellatio, cenſetur permiſſa, gloſ. fin. in l. qui reſtituere 68. ff. de reiuendic. vbi nihil intereſt dicere, quòd non permittatur appellatio, ſufficit enim ſi non prohibeatur, ſic Speculat. lib. 2. partic. 3. tit. de appellationib. §. 2. in princ. Paul. Caſtren. in l. 1. col. 1. in fin. ff. ſi quis caution. Petrus Gregor. tract. de appellat. lib. 2. c. 1. num. 1. Ioan. Bapt. Plotus conſil. 8. num. 1. Farinac. de varijs, & diuerſis quæſtionib. q. 101. c. 1. nu. 1. Bald. in rub. nu. 8. C. ſi de momentan. poſſeſſ. l. & in maioribus, vbi DD. C. de appellation. Ioan. de Amicis conſ. 147. num. 4. Bar. Soccin. conſ. 195. nu. 1. Ioan. Petrus Surd. conſil. 271. num. 17. & tract. de alimen. tit. 8. priuil. 60. num. 1. Tiraquel. tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo num. 113. Ioſeph Seſe tract. de inhibition. Magiſtratus Iuſtitiæ Aragon. cap. 2. §. 5. nu. 88. D. Franc. Hieron. de Leon deciſ. Valentina 28. num. 2. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 150. num. 4. Alciat. conſ. 44. num. 3.
2 lib. 6. † Appellatio enim vtilitate publica eſt introducta, l. 1. ff. de appellat. cap. omnis oppreſſus, cap. & ideò 2. quæſt. 6. cap. vt debitus de appellat. P. Gregor. ſupra lib. 5. cap. 2. num. 1. Ioan. Petrus Bimius conſ. 98. nu. 117. lib. 1. Anton. Theſaur. deciſ. 246. num. 3. Monter à Cueua deciſ. Aragon. 14. num. 78. Torreblanca lib. 3. c. 25. n. 1.
3 & ſeqq. † Ad innocentiæ præſidium, & oppreſſorum leuamen. Caſſiodor. lib. 9. variar. c. 18. circa finem, Ioſeph Seſe deciſ. Aragon. 93. nu. 14. tomo 1. Bart. conſ. 165. in quæſtione, qua quæritur lib. 1. Roman. conſ. 261. incip. ſuper eo nu. 4. vers. *ſecundum membrum*, Alexan. conſ. 113. incip. viſo themate in princ. lib. 5. Cæſar Argel. tract. de acquirenda poſſeſſ. q. 2. art. 4. nu. 137. & 152.
4 † dicens, eſſe defenſionem, quæ datur oppreſſis contra iniuriam Iudicis inferioris, cap. cum ſpeciali de appellation. Cæſ. Barz. deciſ. 68. num. 7.
5 † vel vt inquit Bald. in l. vnica C. ſi de moment. poſſeſſ. in fine, theriaca contra venenum primi Iudicis, ſequitur Cæſar Contard. ibi nu. 3. & 5. Argel. vbi proximè num. 153. Carrocius de exception. except. 44. num. 2. & 3.
6 † Eſt enim proprium munus Iudicis ad quem errorem, vel grauamen Iudicis à quo corrigere, & moderari, Philipp. Franc. in rubri. de appellatio. num. 1. in fine, Maranta in ſpeculo iudicior. 3. par. 6. partis principalis actu 2. num. 3. 4. & 5. Farinac. conſil. 53. num. 33. tom. 1. & conſil. 186. num. 36. tom. 2. Torniol. conſil. 90. num. 7. Seraphin. de Seraph. tractat. de priuileg. iuramenti priuil. 132. num. 33. Angel. conſ. 187. num. 2. & 3.
7 † Quarè dicunt DD. quòd quatènus appellationis remedium defenſionem cõtinet, nec Diabolo ſi litigaret eſſet auferendum, ex cap. cùm inter de exception. d. c. cum ſpeciali tradit Rota deciſ. 16. nu. 3. de dolo, & contumacia, Petr. Paul. Pariſ. conſ. 28. nu. 11. vol. 4. Vincent. de Franchis dec. 120.

deciſ.120.num.5. nàm vt ait Menoch. conſ.761.
8 nu.4. vol.8. † appellationem tollere nihil aliud
eſt, quàm tollere defenſionem, d. c. cum ſpeciali
§.1.Bart.in l.ſi expreſſim de appellation.num. .
Surd. deciſ.36.num.5. Torreblanca d.c.25.n.4.
9 Grat.reſp.109.num.15. tomo 2. † quæ defen-
ſio iuris naturalis eſt, clem.paſtoralis de ſent. &
re iudicata, Hieron.Grat. reſp.163.nu.10.vol.2.
Lancellot. Galliæ conſ. 30. num.8. l. vt vim, vbi
Dec.num.26.ff.de iuſt. & iure.
10 † Et ideò regularitèr poteſt appellari à quod-
libet grauamine, l.ſi ab arbitro 10. ff. qui ſatiſd.
cogantur, c. vt debitus cum concord. de appell.
Gratus reſp.26.num.13. vol.2. Corn. conſ. 136.
nu.5.vol.4.Stephan.Gratian. tomo 1. diſceptat.
c.182.num.34.Marius Antoni.lib.1.variar.reſol.
52.nu.6. & lib.2.reſol.4.num.31. Intrigliol.deciſ.
Sicil.22.num.8.lib.1. Menoch. de recup.poſſeſſ.
remedio 5.num.88.& 89. & remed.9. num.317.
& ſeq. Giurba deciſ.49.num.1.
11 † Et in dubio pronunciandum eſt, & inter-
pretandum, appellationem procedere, & admit-
tendam eſſe.gloſ.in d.c.vt debitus verbo *ratio-
nabili cauſa* de appellation. quam ad hoc citant
DD. in c.dilectus lo 2.de reſcrip Bartol. in l.1.
num.6 ff.nihil nouari appellat.pendente.Bald.in
l.properandum §.fin autem reus num.5.verſ.*vl-
terius nota* C. de iudicijs Angel. de Peruſ. in l.
quoniàm iudices num.4.C.de appellatio.Cardi-
nal.Florentin.in clem.1.q.2.de dolo, & contum.
Alexand.conſil.113.num.2.lib 5.Tiraquel.tract.
le mortſaiſit le viſ. declaratio.6.num.10.Menoch.
conſ.345.num.49.vol.4. & conſil. 1074 num.3.
Vinc.de Franch. deciſ. 120. num. 4. & dec. 351.
num. 3.
12 † Et appellationi fauendum, vt Paul. de Ca-
ſtro dicit per illum tex.in l. 1. ff. ſi quis cautio-
nib. & comprobat ibi Iaſo. notabi. 2. Ioann.
Franciſ.Purpurat.conſ.89. num. 1. & conſ.169.
num.3.Cæſar Barzius deciſ.87.num.20. & anteà
deciſ.65.num. 27. Et ex c.cum ſpeciali §. porrò
de appellationib.cap.Romana §. fin autem eod.
tit.lib.6 reſoluunt Bartholom Soccin.conſ. 195.
num.3 Hiero Gratus reſpon. 163. nu. 12. vol.2.
Petrus Surd.deciſ.26 num.4.Tiberi.Decian. re-
ſponſo 47.num 32.vol.1.Capella Tholoſana de-
ciſ.176.Ioannes Neuizan. conſ.44. nu.9. Crotus
conſ.124.num.11.Lancellot.Galliæ conſ.7. num.
16.conſ.30.num.6.Rolan. à Valle conſ. 34.num.
3.vol. 3.
13 † Vndè Alexan. Raudenſ. tracta. de analogis
lib.1.cap.29. num. 2. ait, quòd ſtatutum prohi-
bens appellationem eſt odioſum, & ſtricti iuris.
14 † Quarè licet in crimine læſæ Maieſtatis ap-
pellationem non dari ex l. Pantonius vbi glo.&
DD.in §.rei perduellionis.ff. de acquir. hæredit.
Bal.tenuerit in l.addictos C.de epiſcopa.audien.
& Marius Muta ad Capitula Regni Siciliæ tom.
4.cap.149. num. 7.
Tamèn Franciſ.Aretin.in dicto §.rei, ſumpta
occaſione, quòd glo.ibi ſentit, quòd condemna-
tus læſæ Maieſtatis, auditur appellans, illam ap-
15 probans dicit contra Romanum, † quòd ma-
gnitudo, & atrocitas ſceleris non tollit appella-
tionem, niſi aliàs immineret periculum maioris
ſceleris, arg.l.ſi quis filio exhæredato §. hi autèm
omnes ff.de iniuſto.rupto, ibi, *non pœnæ feſtina-
tione, ſed præueniendi periculi cauſa, permittitur
16 punire, & poſteà ſcribere.* † Et ita in dicto cri-
mine appellationem admittendam eſſe reſoluit
ex Andrea de Iſernia in tit.quæ ſint regalia, verb.
& bona committentium nu.86. in vſib. feudor. D.
Reg. Scipio Rouit. ſuper pragm. 1. de bonis
proditor.num.60. Angel.Aretin.tract.de malefi-
cijs, & Auguſt. Arimin. in addit. ad eum verbo
præſente dicto Caio poſt num.15. Carrer.tract. de
appellationibus num. 1. & ſequentibus, Petrus
Follerius in praxi criminali verbo *item quòd
commiſit* num. 107. Martin. Laudenſ. de crim.
læſæ Maieſtatis quæſt.7.Matth.de Afflict.dicto
verbo *& bona committentium* nu. 42. ſpeciali 22.
Hieron. Gigas de crimine læſæ Maieſt. rub. fin.
q.13. nu.3. vbi relatis contrarijs hanc opinionem
tanquam æquiorem ſequitur, & Couarr. in pra-
cticis qq.c.3.nu.4. antè finem, Aegid.Boſſ.in tit.
de appellationib. nu. 1. verſ. *& procedit hæc re-
gula.* & nu.2. vbi ait, hanc opinionem eſſe verio-
rem, & quòd Doctores contrarium tenentes in-
cautè loquuti ſunt, Anton. Gomez de delictis
c.13. rubr. de tortura reorum nu.31. verſ. *& in-
tantùm.* Iulius Clarus in praxi §.fin. q.94. antè fi-
nem principij, ibi *etiàm ſi agatur de cauſa crimi-
nis læſæ Maieſtatis.* Tiber.Decian.lib.7.tract.cri-
min.c.47 nu 8. tomo 2. Rolan.à Valle conſil. 73.
lib.3.qui per totum conſilium, relatis, & repro-
batis contrarijs hanc ſententiam veriorē dixit, &
ab ea in iudicando, & conſulendo tanquàm cō-
muni non eſſe recedendum, Brunor. à Sole in
conſil crim.num.205. Vulpell conſ.137. num.1.
Lancellot.de attentat.p.2.c.12. ampliat 5.nu.10.
Cartar. de exequut. ſentent. c.1. num 68. & 94.
Farinac. tomo 3. de varijs, ac diuerſis quæſtion.
q.101.nu.9.pag.351. & ſeq. Dubium itaquè reſi-
det in criminæ læſæ Maieſtatis diuinæ, prout
17 eſt hæreſis, † quod grauius eſt crimine læſæ
Maieſtatis humanæ, c.vergentis 10.de hæret. ibi
*cùm longè ſit grauius æternam, quàm temporalem
lędere Maieſtatem*, & obſeruant Ioan. Cæphal.
conſ.671.nu 8.vol 5. Menoch. lib.2. de arbitrar.
Iud.caſu 260. num.32.
18 † In quo tamèn crimine ab interloquutoria,
& quocunque grauamine antè diffinitiuam ſen-
tentiam illato in cauſa hæreſis poteſt appellari,
vt declarat Archidiac.in c.vt inquiſitionis §.con-
demnatis de hæret. lib.6. Felin.in c.ad abolendā
num.3.in fin.verſ. *ſed aduerte*, & nu.6. de hæret.
Ioan.de Anan.in d. c. vergentis nu.18.in fin.verſ.
extra gloſſ. & num.19. Ioan.Andr. in d.c.vt inqui-
ſitionis num.1.Geminian.num.8.verſ.*quæro an
ſit probibitum indiſtinctè appellare*, & nu.9. Franc.
num.4.& eſt gloſ.verbo *ipſo iure* in clem.1. verſ.
ſed ſi interloquutoria eod. tit. de hæret. & ibi Io.
de Imola num.13.verſ.*per hoc dicit gloſ.* Villadie-
go tract.de hæret.q.18. num.1. & ſeqq. Carrer.
eod.tract.num.129.in fine, Pariſ.conſ.2. nu.173.
& ſeqq.lib.4. Repertor. Inquiſitorum verbo *ap-
pellare*, verſ. *ſed an, & quando poſſit appellari* cum
ſeq.Zanchin.tract.de hæret.c.29. n.2. vbi Cam-
pegius in addit. lit.H. Squillacenſ. tract.de Fide
Cathol.c.45.verſ.*ſecùs in ſententia interloquutoria*,
Simanc.

Simanc.de cathol.inſtitutioni. titu. 6. rubri. de
appellatio. num. 3. vbi teſtatur de communi, &
practicata ſententia, & in enchiridio iudic. vio-
latæ religionis titu 65,eadem rubri.de appella-
tio.num.2.Vmbert.Locat. in praxi iudicial. In-
quiſitio.verbo *appellare* num. 1. in princ. iuncto
verſ. *ſed ſi pendente iudicio*, & in verbo *Sententia*
num. 31. Verſ. *ſecùs autèm eſt in interloquutoria*,
Tiber.Decian.reſpon.8.num.129.lib. 1. & tract.
criminal.lib.5.c.58.num.2.Eymeric.in director.
Inquiſit.3.p.rubri.de appellatio.nu. 121. vbi po-
nit exempla decretorum interloquutoriorum, à
quibus datur appellatio, vbi Franc. Peña com-
19 menta.31.verſ.*ſed hæc dubitatio,& ſeq.* † dicens,
in appellatione ab interloquutoria non ſolùm eſ-
ſe exprimendum grauamen,ſed cauſam, propter
quam illud impugnatur ſpecificè, & non in ge-
nere, idem Eymeric.dicta 3.par.q.117.verſ. *hic
eſt diligentiùs attendendum*, Ludo.Paramo lib.3.
de origine S.Officij Inquiſitio.q.4. rubri. de ex-
peditio.proceſſus in cauſis fidei nu. 60. & ſeqq.
Farinac.tract.de hæreſi q. 185. §. 15. num. 232.
Vincen.de Franch.deciſ.637.nu. 10. poſt Alciat.
à ſe citatum.

20 † Eſt autè interloquutoria, quæ inter prin-
cipium, & finem cauſæ fertur ſuper ijs, quæ in-
cidunt,vel emergunt, Diffinitiua verò,quæ prin-
cipalem quæſtionem deffinit, vt ex Speculat. ti-
tu. de Sententiæ prolatione col. 1. tradit glo.ſin-
gularis verbo *diffinitiua* in Clem.vnica de ſeque-
ſtrat. poſſeſſion & fructuum, Abb.in c. fina.nu.
3.de iudicijs,& in rubri.num.4.& 6. de ſenten.&
re iudica. Petrus Surd.conſ. 160. num.79. tomo
2.glo.in c,ei, qui verſic. *diffinitiua* 2.q. 6. & in
Auth.de litigioſis §.ad excindendas verbo *inter-
loquutionibus* collat.8. Auiles cap 6.prætor.verbo
Sententias num.10.Paz in praxi tomo 1. par. 7.c.
vnico num 81.pag.215.

21 † A diffinitiua tamèn ſententia in cauſa hære-
ſis lata non appellari per hæreticos,receptatores,
& fautores eorum,videtur diſpoſitum in cap.ex-
communicamus de hæretic. ibi, *item proclama-
tiones, & appellationes huiuſmodi perſonarum mi-
nimè admittãtur*,Innoc.IV.in bulla data Anagniæ
XVII.Kalend.Iulij anno XI.de qua Peña in com-
pendio literarum Apoſtolicarum pro Officio Sã-
ctiſſimæ Inquiſitionis pag.17. cap. vt Inquiſitio-
nis de hæreticis lib. 6. & eſt Conſtitutio Imper.
Federici, de qua idem Peña fol. 28. Data Patauij
XXIII. Februarij XII. indictione ibi. *omne inſu-
per proclamationis, & appellationis beneficium, ab
hæreticis; receptatoribus, & fautoribus eorundem
penitùs amouemus*, glo. notabilis verbo *criminis*
in c.1.de teſt.lib. lib. 6. & in l. nullus C. ad l.Iuli.
Maieſtat. Tiber.Decian.reſponſo 8.num.129.lib.
1.Marius Muta ad Capit. Regni Siciliæ tomo 1.
cap.52.Regis Iacobi num. 22.& ſuper ritibus Si-
cil.c.149.num.6.& 7.tomo 4.allegans Couarr.in
practic.c.23.verſ.*ſextò in fine*, & innumeri, quos
ex antiquis, & nouioribus Doctoribus retulit
Farinac. in diuerſ. quæſt. q.161. c.1.nu.49.pag.
356.& tract.de hæreſi d.q.185.nu.227. pag.313.
Ruginel. ad Conſt. Mediol. de appellat. c.3.§.2.
nu.444.ſuper verbo *hæreſis*, Torreblanca in epi-
tome delictorum lib.3.c.25. de appellat. nu.13.
quod etiam ampliat Farinac. vbi proximè n.230.
22 † in hæredibus citatis ad defendendam memo-
riam inquiſiti poſt mortem,iuxta formam præ-
finitam per Alex.III. in Conſt. edita anno 1280.
23 de qua Peña pag.25. † Quæ prohibitio appel-
landi in cauſa hæreſis & ſi poſſit iuſtificari ali-
quibus iuris diſpoſitionibus, præſertim quòd
hoc poſſit fieri à Principe non recognoſcente
Superiorem ex Abb. & Felin. in c. paſtoralis de
appellat.Io.Botta conſ.103.nu.2. Menoch conſ.
100.nu.101.vol.1.Couarr.in pract.c.23. num.6.
Souſa ſuper bulla in Cœna Domini c. 3. diſput.
20. num.14.

24 † Et ſic videmus, quòd in iure aliquando in-
terdicitur appellatio,l.2.ff.de appellat.recipien.
l.antè ſententiæ C. quorum appellat. non reci-
pian. l.apertiſſimè C. de iudic. & notatur in cap.
cùm ſit Romana §. ſi verò, & c. bonæ de appell.
Souſa vbi prox.

25 † Et propter ſceleris magnitudinẽ, quo caſu
non ſuſpenditur exequutio ſententiæ,vt ex d.l.ſi
quis filio exhæredato §.hi autèm omnes ff.de in-
iuſto,rupto, tradit Bal.in l.1.ad fin.C.de iuram.
calum. Tiraquel. de pœnis temperan. cauſa 49.
26 num.22. Monald. conſ. 27. num. 1. † Et in
conuictis,& confeſſis concludit Bongiorn.in l.2.
C.quorum appell.non recipiantur, Marius Mu-
ta tom.4.c.169.Regis Alphonſi n.8.& 21.Aegid.
Boſſius in praxi tit. de appellat. nu.27.Aldouin.
de Aldouin.conſ.56.nu.5. & 6. facit Rota dec.1.
27 de hæret.in antiq.nu.3. † dicens quòd ad hoc
vt inquiſitus poſſit vt hæreticus damnari, ne-
ceſſe eſt, vt aut propria confeſſione, aut teſtibus
conuincatur, c.ſuper quibuſdam de verb.ſignif.
c.nos in quemquam 2.q.1.c.1.& 2.2.q.4.

28 † Nihilominùs tamèn ſciendum eſt, quòd à
ſententia diffinitiua, quæ grauat in cauſa hæreſis
debet admitti appellatio, vel ſaltim recurſus ad
ſuperiorem, in his præſertim Hiſpaniarum Re-
29 gnis, idque æquo, & legitimo iure, † nàm appel-
lare ſemper licet, cùm appellandi iuſta cauſa
eſt in promptu,vt ſi ex actis appareret de iniqui-
tate ſententiæ,vt ex Baldo conſil.141.incip.præ-
miſſis verbis num.1.verſ. *vndè ſi iudex*, & num.
7.lib.1.Laurent.Calcan. conſ. 83. num. 1. Marc.
Anto.Natta conſil.51.num.21.& conſ. 172. num.
4.Oſaſcus deciſ.15.num.13 Ioſeph Ludou. deciſ.
39.num.9.Menoch. de adipiſcen.poſſeſſ. remed.
4.num. 851.

30 † Nàm appellationis remotio à Principe in-
ducta,vel à ſtatuto, ſolùm intelligitur de leui,&
friuola,vt ex Card. Zabarel.conſ. 120. num. 1. &
Iaſ.conſ.63.col.2.lib.3.Hiero Grato conſ.109.in
cauſa iſtorum num. 21. libro 2. tradit Menoch.
conſ.415.num.31.vol.5.

31 † Et meritò, quia regulariter appellationes
friuolæ reijciuntur ex Bartoli ſententia in l. 1.§.
interdùm ff. à quib.appellare non licet, quem
ſequuntur alij,vt per Barbat.conſil. 51. num. 22.
libro 1.& conſ.38. col. 4. num.8. lib.2. Menoch.
lib.2. de arbitrarijs caſu 197.num.1.& 3. Marius
Anton.lib.2.reſolutio.41.nu.14 Ioan Petrus Bi-
mius conſil.21.num.6. Chriſtophor. Torniola
conſil.99.num.6.Rota deciſ.88. num.1. de appel.
32 in nou,Sel,deciſ.184.num.10.p. 2. † nè ſint de-

ſenſio

Digitized by Google

ſenſio iniquitatis, c. cū ſpeciali §. porrò de appellat. c. cùm inter, c. ſignificauerunt de exceptio. Caſſiodo. dicto lib. 9. variar. cap. 18. ibi, *nè quod ad remedium repertum eſt innocentis, aſylum quodammodò videatur eſſe criminoſis*, Hieron. de Federic. inter conſil. criminalia Farinacij tomo 2. reſolut. 19. num. 5. Farinac. dicto tract. de hæreſi q. 185. num. 229.

33 † Tamèn nunquàm appellatio cenſetur remota à ſententia, quæ manifeſtè grauat, vt latè probat Alexand. conſ. 77. n. 17. lib. 3. & conſ. 125. n. 13. vol. 6. Ioan. Cæphal. conſ. 395. nu. 42. vol. 3. Marc. Anto. Natta conſ. 51. n. 21. & conſ. 172. n. 4. Io. Gutierr. lib. 1. practicarum q. 120. n. 4. Abbas conſ. 44. incip. in præſenti quæſt. nu. 9. dubio 2. lib. 1. Steph. Gratian. tomo 1. deſcept. forenſ. cap. 76. num. 8. Petrus Belluga in ſpeculo Princip. rubr. 41. §. leges Regni num. 51. Guillel. Benedictus in c. Raynuntius de teſtam. verbo *ſi abſquè liberis lo* 2. num. 109. Alex. conſil. 106. num 27. lib. 3.

34 † Et tunc etiàm à ſententia Principis appellari poteſt, vt ex Peruſi. in rubr. de appellatio. numero 3. in fine tradit Ioann. Cæphal. conſil. 535. num. 40. tomo 4. facit Barbat. conſ. 86. num. 10. lib. 3.

35 † Cuius rationē aſſignat Petrus Godoffred. ad rubri. tit. C. de hęreticis pag. 13. dicens ꝙ Eccleſiaſtica iudicia nō fiunt de occultis, ſed apparētibus quidē factis, vndè nonnunquā ipſa quidē innoxia falli cōtingit, Franc. Squillac. c. 27. de hęræt. c. in actione de pænit. diſt. 1. c. à nobis 2. de ſentent. excommun. c. 1. de crimine falſi, ideòque putandum eſſe cognita veritate etiàm talitèr damnatos reſtitui debere.

36 † Accedat, quod tradit Io. Corraſ. in Parafr. ſacerd. par. 3. cap. 3. num. 10. & duobus ſequu. quòd in Inquiſitoribus hæreticę prauitatis quadraginta anni requiruntur, clem. volentes de hæreticis, quod & ſi mirum plerique non iniuria visum ſit, cùm triginta anni in Epiſcopo ſufficiant, cap. cùm in cunctis de elect. qui tamèn & ipſe Inquiſitor eſt, cap. per hoc de hæretic. in ſexto, non aliud poſſe dicit videre, quàm quòd Panormitan. cenſet in dicto cap. cū in cunctis num. 1. Epiſcopum ſolemnitèr eligi, magnaque cum rerum omnium diſquiſitione apud Romanū Pontificem in Cardinalium Collegio promoueri, (addo in Hiſpania præuia præſentatione ſuę Maieſtatis ad conſultationem Conſilij Cameræ) vt ita illius fides, & grauitas ſic explorata, nemini ſuſpecta aliqua ex parte eſſe debeat, l. 1. in fine ff. de offic. præfecti prætor. Inquiſitores verò quoniàm cauſa nō tàm exactè cognita creantur, ætate maturiores lex eſſe voluit, quo intelligant omnes non temerè, non iracundè, nō inexploratè, in ſimulatos hæreſis irrūpendū, ſed ſapientèr, & cū ſumma animi prudētia tractādum eſſe tale negotiū, clem. 1. de hæretic.

Quantò enim maius eſt periculum, tantò cautiores, & prudentiores Iudices eſſe oportet, cap. vbi periculum de electio. in 6. nè quod nonnunquàm aſſerit vidiſſe ſpecioſo huius criminis prætextu, à nequiſſimis hominibus pios, & innocentes viros opprimi contingat, vt & ipſe Corraſ. admonuit lib. 5. Miſcellaneor iuris cap. 18. & 19.

37 † Quarè non ſolùm conceditur perperàm condemnatis pro hæreſi ab Inquiſitoribus recurſus ad ſuperiorem, qui appellatione etiàm prohibita non prohibetur ex Imola conſil 142. num. 3. & ſeqq. & conſil. 144. in fine, & conſil. 145. num. 6. ui ſubſcripſerunt Ioann. de Saliceto, & Fulgoſ inter conſilia eiuſdem Imolæ conſ. 146. num. 3. Roma. ſingul. 188. incip. ſtante ſtatuto, Menoch. conſ. 1244 nu. 1. & 13. & conſ. 1192. num. 39. vol. 12. & prius tradiderat conſ. 406. n. 26. & 27. vol. 5. Marc. Anton. Natta conſ. 172. nu. 9. idem Menoc. lib. 1. de arbitrar. iud. q. 70. num. 4. Ioan. Gutie. lib. 1. practi q. 120. num. 6. Hippolyt. de Marſil. tract. de bannitis in verbo *nullitas* nu. 13. dicens, perpetuò menti tenendum,

38 quòd licèt ab aliqua ſententia ſit prohibita appellatio, tamèn in illis caſibus poteſt ille, qui prohibetur appellare, implorare officium Iudicis per viam ſupplicationis, & recurſus, qui ſuperior conſiderata æquitate debet annuere tali petitioni, vt dicit Roman. conſ. 325. incip. quoàd primum col. vlt. num. 14. vbi inquit, quòd licèt aliqua cōſtitutio excludat generalitèr quodcunque remedium, nunquàm tamèn intelligitur excludere implorationem officij ſuperioris, qui conſiderata æquitate debet illud concedere imploranti, allegat. l. 1. §. quæſitum ff. de ſeparatio. & l. planè, l. final. ff. de petitio. hæredit. Decius in c. ex parte verſ. *vigeſimo primò fallit*, de offi cio, & poteſt. iudic. deleg. idem Hippoly. in praxi crimin. §. opportunè num. 52. & in l. vnica num. 160. C. de raptu virgin. & plures alij, quos allegat dicto num. 13. Bartholom. Soccin. conſ. 39. num. 12. vol. 4. Boſſius in praxi titu. de querela contra ſententiam num. 9. Aldouin. conſil. 110. num. 99. Galleratus tract. de renunciat. tomo 2. centu. 2. remed. 178. num. 8. Seſe tract. inhibitio. magiſtratus iuſtitiæ Aragonum cap. 5. §. 5. & deciſ. 335. num. 1. Menoch. in additio. ad lib. 1. de arbitra. q. 70. nu. 12. dicens, quòd vbi ſunt certi caſus, in quibus lata ſententia non admittitur appellatio, conceditur tamèn recurſus ad ſuperiorem ex Cæſare Contardo in l. vni. C. ſi de momenta. poſſeſſio. limit. 7. Cabedo deciſ. Luſitan. 60. num. 4. par. 2.

39 † Et ita recurſus ad ſuperiorem inuentus eſt in caſibus, in quibus appellare non licet, Lancellot. tract. de attent. 2. par. cap. 19. num. 9. & ſeqq. Menoch dicta q. 70. ad finem, Cæſar Barzius deciſ. Bononi. 87. num. 21. Et loco appellationis ſuccedit, vt per Philipp. Franc. in c. dilecto num. 168. de appell. Boſſius vbi proxi. num. 7. Hiero. Magon. deciſio. Lucen. 23. num. 1. & ſeqq. Cæſar Barzi. vbi proximè, & deciſ. 114. num. Corneus conſil. 188. nu. 4. lib. 3. Seraphin. tract. de priuileg. iuramenti priuil. 33. num. 90. & nouiſſimè Marius Giurba conſil. criminal. 66. num. 10. & 12.

40 † Ad inſtar ſupplicationis, quæ à pari procedit cum appellatione, niſi in illis caſibus, in quibus expreſsè differunt de iure, Rebuff. in comment. ad Conſtit. Franciæ, titu. de ſupplicatio. in præfatio. num. 14. 34. & 43. Ioann. Vincent.

de Anna ſingul. 460. Cæſar Contard. in dicta l. 2.
q. 8. num. 36. C. ſi de moment. poſſeſſio. Peregrin.
conſ. 79. num. 3. vol. 2. Surd. conſ. 277. num. 25. &
alij plures, quos refert Giurba deciſ. Sicil. 30. nu.
7. dicens poſt Farinac. deciſ. crim. 84. num. 20.
41 † quòd reuiſio idem operatur circa illius cauſæ
cognitionem, quod appellatio, Iaſ. in Auth.
quę ſupplicatio n. 6. C. de precib. Imper. offeren.
Ioſeph Cumia ſuper ritu Sicil. 23. nu. 6. & 7. Ca-
42 rol. Ruin. conſ. 157. lib. 1. † vt ex ea poſſit videri
Iudicantis grauamen. Maſtrill. deciſ. Sicil. 42. n.
17. D. Franc. Hierony. de Leon. deciſ. Valentina
166. nu. 11. & deciſio. 184. num. 3.
43 † Sicut reductio ad arbitrium boni viri eſt
etiàm appellationis ſpecies, l. non diſtinguemus
6. cùm quidam ff de recept. arbit. vbi Alberic.
Lanfranc. tract. de arbit. 2. p. quæſt. 38. Riminal.
Iunior conſ. 13. num. 33. Cæſar Barzius deciſ. 87.
num. 23. Ioan. Franc. de Ponte conſ. 78. num.
14. & 15.
44 † Accedat, quòd ſemper in caſibus, in qui-
bus non poteſt appellari datur retractatio illati
grauaminis per viã querelę ad ſuperiorẽ ex An-
gelo in l. 1. in fine C. ſentent. reſcindi non poſſe,
Ioann. Neuizan. conſ. 49. nu. 9. Stepha. Gratian.
tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 263. num. 17. Surd.
deciſ. 36. num. 21.
45 † Et talis recurſus habitus transfert iuriſdi-
ctionem in ſuperiorem, & ſuſpendit iudicium
coram Iudice à quo, vt probat idem Neuizan.
46 conſ. 97. num. 23. & ſeq. † & Iudex ſuperior
aditus conſtito ei de iniuſtitia ſententiæ inhibet
inferiori, ſecundùm Felinum in cap. ad abolen-
dam in fine n. 3. de hæret. verſ. *ſed aduerte* cum
alijs per Rojas ſingulari 19. num. 5. & ſeqq. te-
nens, quod ſuperior per viam querelæ aditus
non prohibetur ſuum officium impartiri, & de
prætenſo ſententię grauamine cognoſcere, & re-
fert quid ſeruetur in Hiſpania ab Inquiſitore
Generali, & poſt eum, ac Tiber. Decian. tract.
crimin. lib. 5. cap. 58. num. 5. tradit Farinac. q.
101. num. 105. tomo 3. de reo conuicto, & con-
feſſo, & tract. de hæreſi q. 185. §. 15. num. 233.
47 † quod confirmat Baldi ſentẽtia allegato conſ.
141. num. 7. lib. 1. dicentis. *Quando ſententia eſt
notoriè iniuſta, quo caſu appellatio ponitur pro re-
curſu, nàm huic ex mero officio Iudicis medendum
eſt per ſuperiorem iſte eſt tex. & glo. ordinaria ſe-
cundùm vnum intellectum, qui communiter appro-
batur a doctis, ſublatis auctoritatibus ff. qui ſatiſ-
dar. cogant. l. arbitro.*
48 † Imò in his Hiſpaniarum ab Inquiſitoribus
dari appellationem ad Papam, & ad Senatum In-
quiſitionis ex Simancas de Catholicis Inſtitutio.
titu. 6. & Zanchino tract. de hæret. c. 29. Eyme-
rico in director. Inquiſitorum par. 3. num. 121.
vbi Franc. Pegna in commen. 31. tradit Torre-
blanca d. lib. 3 cap. 25. num. 15. & conferunt quæ
tradit Tiber. Decian. de appellatione ad Papam
in crimine hæreſis lib. 5. tract. crimin. cap. 58.
num. 8.
49 † Ex bulla autèm Clementis Papæ VII. Dat.
Romæ die 16. Iunij anno Domini 1525. ſui Pon-
tificatus ſecundo, appellatio non ad Sedem Apo-
ſtolicam, ſed ad Inquiſitorem Generalem inter-
poni debet, quam adducit Paramo lib. 3. de or-
dine iudic. S. Offic. q. 4. num. 102. qui numero
præcedenti dicit, per Inſtructionem Matriti an-
50 ni 1561. c. 51. ita eſſe diſpoſitũ. † Si in aliquo caſu
videatur Inquiſitoribus appellationem eſſe ad-
mittẽdam in cauſis criminalibus reorum in car-
ceribus detentorum, debent mittere proceſſus
ad Senatum Inquiſitionis, non factis certioribus
ipſis reis, & ita cautè, ac ſecretò, vt nullus ex-
tra carcerem id intelligat, quoniàm ſi Senatui
aliter videatur, in aliqua cauſa particulari, id
poſſit præcipere, & prouidere.
51 † Idemque erit obſeruandum in appellatio-
ne interpoſita per hæredes inquiſiti, ſi ex aliqua
probabili cauſa fuit interpoſita, vt ex Simancas,
& Deciano tradit Farinac. dicto tract. de hæreſi
q. 185. §. 15. num. 230. in fine. Hæc diſcurrenda
cenſui in hac materia, inſtante, & iubente Emi-
nentiſſimo Cardinali Don Antonio Zapata In-
quiſitore Generali, & de Conſilio ſtatus Suæ
Maieſtatis, quæ tamèn ſub cenſura Sanctæ Ec-
cleſiæ, & Sancti Officij dicta eſſe cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Prorex Neapolis præſentat ad beneficia iurispa-
tronatus regij infra ſummam annuorum ducato-
rum centum, & varij ſuper eo ordines regij nu. 2.*
3 *Capellania iurispatronatus regij venit appellatio-
ne beneficij.*
4 *Capella ſicut maioratui res vinculata alienari
non poteſt.*
5 *Beneficiatus licèt non ſit dominus, habet actionem
petitorij pro rebus beneficij.*
6 *Succeſſor in beneficio poteſt retrahere, & reiuen-
dicare res illius malè alienatas.*
7 *Beneficiatus non recuperans bona beneficij à de-
tentoribus peccat mortaliter, Et alijs pœnis tene-
tur, & num 8.*
9 *Poſſeſſor beneficij, & prælaturæ efficaciter agit pro
iuribus illius,*
10 *Eccleſiæ, aut beneficio originaliter competunt iura
proprietatis & poſſeſſionis.*
11 *Feudatarius ratione vtilis dominij, & dominus
ratione directi agere poſſunt pro reintegratione
rei feudalis, & qualiter.*
12 *Fructus ſunt acceſſorij feudo.*
13 *Fructus regulariter dicuntur acceſſorij dominij.*
14 *Fructus ſequuntur dominium, & dominũ, & n. 15.*
16 *Fructus ſequuntur poſſeſſorem rei.*
17 *Euictio fit a malæ fidei poſſeſſore rei cũ fructibus.*
18 *Litis conteſtatio regulariter conſtituit poſſeſſorem
in mala fide.*
19 *Fructus veniunt mero iure à tẽpore litis cõteſtatæ.*
20 *Fructus à die litis conteſtatæ veniunt, ſiuè extent,
vel non, & poſſeſſor ſit factus locupletior, aut non.*
21 *Fructus reſtituit non ſolùm poſſeſſor malæ fidei, ſed
illius ſucceſſor, & num. 22.*
23 *Fructus percipiens vigore tituli inualidi debet
eos reſtituere, & num. 24*
25 *Titulus habitus prò non titulo non excuſat à reſti-
tutione fructuum perceptorum & percipiendorũ.*
26 *Intellectus l. 1. C. de prædijs decurion. ſinè decret.
non alien. lib. 10.*
27 *Titulus, quo aliquis tuetur ſe, ſi reducatur ad non
tum,*

titulum, vel habet ortum à cauſa irrita, fructus percepti reſtitui debent, & qui potuerunt percipi, & nu 28.

29 *Eccleſia, & locus pius æquiparantur minori.*

30 *Pius locis competunt priuilegia Eccleſijs competentia.*

31 *Capella, & altare veniunt appellatione Eccleſiæ.*

32 *Poſſeſſio malæ fidei præſumitur ex titulo nullo.*

33 *Contractus ſi non fiant cum ſolemnitatibus iuris, contrahentes ſunt in mala fide, maxime reſpectu rei eccleſiaſticæ.*

34 *Poſſidens ex titulo improbato nõ acquirit fructus, ſed tenetur ad illorum reſtitutionem.*

35 *Prælatus ſi alienat malè rem Eccleſiæ, reſpectu dictæ rei dicitur Eccleſia vacare.*

36 *Tempus vitæ male alienantis rem Eccleſiæ deducitur à tempore præſcriptionis.*

37 *Fructus ſeparatos à fundo, licet non reconditos, ad hæredes beneficiati pertinere, & ſpectare, qui tenuerint.*

38 *Fructus maturi prò collectis habentur.*

39 *Succeſſor non propriè dicitur in beneficio ſimplici.*

40 *Fructus beneficiorum nõ eſſe in commercio noſtro, nequè ad hæredes tranſire, qui tenuerint.*

41 *Beneficiatus ſi decedat, fructibus non exactis, eos pertinere Eccleſiæ, & non illius hæredibus probant DD. aliqui.*

42 *Beneficiato inteſtato decedente, fructus pertinent Eccleſiæ, aut ſucceſſori in beneficio, & nu. 43.*

44 *Lis mota per beneficiatum non efficit, quòd fructus non exacti ad eius hæredes perueniant.*

45 *Camera Apoſtolica per diuerſas Bullas Summorũ Pontificum eſt ſubrogata in locum ſucceſſoris in beneficio.*

46 *Bulla Pij IV. data 27. Decembris 1560. in materia ſpoliorum Regni Neapolis qualitèr intelligatur.*

47 *Beneficiorum Regni Neapolis eſt præfixa certa forma capiendi illorum poſſeſſionem.*

48 *Reſeruationes noui iuris inductiuæ ſunt ſtrictè intelligendæ.*

49 *Pauli IV. conſtitutio de ſpolijs declaratur.*

50 *Iulij III. conſtitutio, fructus non exactos ad Eccleſiam pertinere decreuit.*

51 *Fructus Capellaniæ vltimi anni qualitèr debeant diuidi inter nouũ Capellanum, & hæredes prædeceſſoris.*

52 *Capellæ, quæ ſunt iuris regaliorum quandò vacãt, Rex percipit fructus nondùm reconditos*

53 *Fructus nõ exacti per beneficiatum defunctum, & qui obuenerunt poſt illius obitum poſſunt ſpectare Eccleſiæ, aut Concleriçis.*

54 *Prorex Neapolis vacãtibus Epiſcopatibus aut dignitatibus, vel beneficijs ſpectantibus ad iuſpatronatus regium quòad præſentationem, nominationem, aut liberam prouiſionem deputat Oeconomum, qui illorum curam habeat, & fructuum.*

55 *Oeconomi munus quale ſit.*

56 *Oeconomum conſtituere poteſt Princeps ſæcularis.*

57 *Reges ſunt protectores Eccleſiarum, maximè dum vacant, & nu. 58.*

59 *Oeconomum regularitèr ponit in Eccleſia vacante ille, qui habet cuſtodiam illius.*

60 *Oeconomus cõſtitutus à Principe Eccleſiæ, aut beneficij vacantis reſeruat fructus ſucceſſori in Eccleſia, aut beneficio, excepta portione, aut ſalario ſibi aſſignato.*

61 *Fructus litigioſi, & non exacti beneficiorum iuriſpatronatus regij in Regno Neapolis pertinẽt ſucceſſori in beneficio, & non ad Cameram Apoſtolicam.*

62 *Proreges Neapolis prouident iure regaliorum Domini noſtri Regis beneficia, & Capellanias iuriſpatronatus regij infra ſummam annuorum ducatorum centum.*

P R O

Doctore Fernandez Montero Clerico Hiſpano Capellano cuiuſdam Capellaniæ iuriſpatronatus regij ſub inuocatione S. Mariæ Magdalenæ.

C V M

Detentoribus quorundam prædiorum, ſeù bonorum ſtabilium dictæ Capellaniæ malè alienatorum.

A R G V M E N T V M.

Capellanus poteſt reiuendicare prædia ſuæ Capellaniæ malè alienata cum eorum fructibus, & cui illi cedant prò tempore præterito, vel vacationis in his, quæ ſunt iuriſpatronatus regij.

C O N S I L I V M CXCVI.

1 SVpponitur prò clariori intelligentia præſentis conſultationis, † quòd Proreges Regni Neapolis ſoliti præſẽtare ex priuilegio Apoſtolico capellanias, & beneficia iuriſpatronatus regij, quæ eſſẽt minoris valoris annuorum ducatorum centum, vt conſtat ex prag. 2. de offic. ad reg. Maieſt. eiuſq; Vicereg. collation. ſpectant. verſ. *en lo que toca*, & ſunt epiſtolæ regiæ 12. Iulij anni 1589. & 26. Iulij 1592. tangitq; Maſtrill. lib. 5. de magiſtr. c. 6 nu. 104.

2 † Et licèt tempore, quo erat Prorex Neapolis Excell. D. Don Henricus de Guzman Comes de Oliuares ratione augmenti ſalarij Proregis ducatorum octo mille ſuprà decem mille, quos ſolitũ erat illi præſtari, vltra ſtipendiũ Comitiuæ equeſtris militum armatorũ fuerit decretum, ac ordinatum, quòd deinceps Proreges non poſſent prouidere beneficia iuriſpatronatus regij etiàm minoris valoris dictorũ annuorũ ducatorũ centum, ſed omnia non ſolũ magna, ſed parua reſeruarentur prouiſioni Suæ Catholicæ Maieſtatis, vt conſtat literis expeditis à Sua Maieſtate apud S. Laurentium primò Auguſti 1595. ac tempore Comitis Benauenti ſub die primo Maij 1610. per

literas regias D. N. Regis Philippi Tertij fuerit
auctum ſalarium Proregis ad ſummã vſquè du-
catorum vigintiquatuor mille continuarũt Pro-
reges ſiue neſcientibus, ſiuè conniuentibus DD.
noſtris Regibus prouidere, aut conferre benefi-
cia prædicta minoris valoris ducatorum centum
annuorum, donec tẽpore regiminis Eminentiſſ.
& Reuerendiſſ. Cardinalis Zapata Locumtenen-
tis, ac Capitanei generalis Suæ Maieſtatis in di-
cto Regno literis regijs expeditis 4. Martij 1622.
declaratũ fuit ſpecificè, quæ beneficia priuatiuè
ad Vicereges reſeruabat Sua Maieſtas eius pro-
uiſioni, inter quæ non reperitur expreſſa dicta
Capellania, quam D. Petrus Fernandez à Caſtro
Lemenſium Comes, eiuſdem Regni Prorex, vir-
tute dictæ obſeruantiæ, aut ſub prædictæ prag-
maticæ titulo prouiderat in dictũ D. Fernandez
Montero, qui illius fuit poſſeſſionem adeptus, vi-
detur legitimo iure agere poſſe ad recuperanda
dicta prædia cum fructibus, ex ſequentibus.

3 † Primò, quòd huiuſmodi Capellaniæ veniunt
beneficij nomine, & Capellani dicuntur benefi-
ciati. Petr. Philip. Corn. conſ. 12. nu. 6. vol. 2. Caſ-
ſan. conſ. 20. nu. 1. Flam. Pariſ. lib. 2. de reſign. be-
nefic. q. 1. nu. 119. & 121. Gironda de priuileg.
exempt. & interpr. nu. 247. Mar. Muta deciſ. Sicil.
41. nu. 34. ex Rota dec. 17 par. 1. nouiſſ. Perez de
4 Lara de Capellan. lib. 2. c. 1. nu. 16. † Secundò, quia
res vinculata Capellę, ſicut maioratui alienari nõ
poteſt, vt ex l. filiusfamil. §. Diui cum materia ff.
de legat. 1. l. peto §. prædium, & §. fratre, l. pater
§. quindecim libertis ff. de legat. 2. tradit Aluar.
Valaſc. de iure emphyt. q. 18. nu. 11.

5 † Tertiò, quòd beneficiatus licèt nõ ſit domi-
nus, tamèn illi datur petitorium, tanquã in rem
ſuam, nàm cùm ratione poſſeſſionis, cui canonicè
inſidet, habeat iuſtè eius cuſtodiam, poteſt agere
petitorio tamquã legitimus adminiſtrator, & in
hoc ſicut tutor, curator, & ſimiles habetur loco
Domini, l. tutor ff de adminiſt. tutor. & ita poſt
Anchar. in clem. 1. nu. 4. de cauſ. poſſ. & propriet.
declarat Cæſ. Contard. in l. vnic. C. ſi de moment.
poſſ. limit. 1. ratione mixturæ § 8. nu. 5. pag. 246.

6 † Quartò, quòd ſucceſſor in beneficio poteſt, &
valet retrahere illicitè alienata de illius corpori-
bus, & proprietatibus, cap. ſi quis præsbyterorũ
vbi gloſ. & DD. de reb. eccleſ. non alien. Polydor.
Ripa obſeru. 396. nu. 1.

7 † Imò beneficiatus non recuperans bona Ec-
cleſiæ à detentoribus, & occupatoribus non ſolũ
peccat mortalitèr, c. in canonibus, verb. *iniquum*
16. q. 1. gloſ. in c. ea, quæ contra, verbo *negligentia*
de offic. Archid. D. Tho. 2. 2. q. 43. art. vlt. Didac.
Couar. in reg. peccatum 1. par. relect. nu. 6.

8 † Sed alias quoq; pœnas incurrit, de quibus
per S.C. Trid. ſeſſ. 22. decreto de reform. cap. 11.
verſ. *clericus*, Mar. Anton. lib. 1. var. reſol. 21. nu. 2.
quo in cap. 11. tractatur, & diſponitur cõtra eos,
qui bona Eccleſię, vel alicuius pij loci occupaue-
rint, de quo Valer. Reginald. in praxi fori pœnit.
lib. 30. tract. 3. nu. 154. verſ. *decimumtertium*, Sal-
zedo in pract. c. 3. verſ. *& nota*, Azor. inſtit. moral.
par. 1. lib. 9. c. 27. q. 10. in medio, Zerola in praxi
Epiſcop. par. 1. ver. *bona* pag. 31. Pater Franciſc.
Suarez de cenſur. tom. 5. diſput. 22. ſect. 6. nu. 22.
Sayr. eod. tract. lib. 3. cap. 31. nu. 26. P. Paul. Comi-
tol. reſponſ. moral. lib. 6. q. 23. nu. 2.

9 † Quintò facit, quod reſoluit Aluar. Valaſc.
conſul. 194. nu. 28. dicens, quòd qui eſt in poſſeſ-
ſione beneficij, vel prælaturæ poteſt efficacitèr
agere prò iuribus illius, ex Abb. in cap. nihil col.
fin. de elect. Imol. in clem. 1. vt lite pendente, Ant.
Capyc. deciſ. 6. nu. 6.

10 † Tàm ſuo proprio, quàm Eccleſiæ, aut bene-
ficij nomine, quibus originalitèr ius cõpetit prò
ſuorũ iurium proprietate, & poſſeſſione ex In-
nocent in cap. cùm ſuper col. 2. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. vbi Abb. num. 74. Aym. Crau. conſ. 206.
nu. 9. Ioan. Bapt. Ferrett. conſ. 138. nu. 3. 4. Borgn.
Caualc. deciſ. Fiuizan. 45. nu. 5. par. 1. Bim. conſ.
11 107. num. 26. † Prò quo eſt bona determinatio
Baldi in cap. Imperialem §. prætereà nu. 17. & 18.
de prohib. feud. alien. per Feder. vbi concludit,
quòd non ſolùm feudatario vti tali ſpectant fru-
ctus rei feudalis reintegratæ feudo, ex not. in l.
fructus ff. de rei vendic. l. indebiti §. ſed ſi nummi
ff. de cond. indeb. cap. 1. §. fin. hic finit. lex Con-
radi in vſib. feud. ſed etiam dominus, qui agit rei-
uendicatione contra tertium prò re feudali, cùm
fructus aliquãdò ſolo inhæſerint, & fuerint pars
dominij, l. fin. §. penult. ff. quæ in fraud. creditor.
Paris de Puteo in tract. de reintegr. feud. rubr.
an Dominus expellens num. 3. fol. 38. poteſt ipſos
petere, vt recepti ad commodum feudatarij ce-
dant, † & ſimilitèr ad beneficiari vtilitatẽ, iuxta
ſubtile I.C. Iuliani reſponsũ in l. ſi ſur decerpſe-
rit 14. ff. de vſufr. cum traditis per Redoan. trac.
de ſpol. eccleſ. §. verùm quia nu. 21.

12 † Sunt enim fructus acceſſorij feudo, Caſſan.
in conſuet. Burgund. tit. des ſucceſſ. §. 4. incip. *ſe
le teſtaur* pag. 252. Ioan. Franc. de Ponte conſ. 34.
num. 13. vol. 1.

13 † Sicut regularitèr dicuntur acceſſorij domi-
nij, l. indebiti ff. de condict. indeb. l. 1. C. eod. tit.
notatur in auth. niſi C. de bon. matern. Io. Ceph.
conſ. 3. nu. 71. lib. 1. & conſ. 553. nu. 30. Petr. Phi-
lipp. Corn. conſ. 235. nu. 5. vol. 1. Honded. conſ. 39
nu. 22. lib. 2. Flamin. Pariſ. lib. 1. de reſign. benefic.
quæſt. 6. nu. 46. Stephan. Gratian. tom. 3. diſcept.
forenſ. cap. 540. nu. 8.

14 † Et ſequuntur dominium, l. fructus, l. in
fundo ff. de rei vendic. l. Herennius ff. de vſur. Fa-
rinac. dec. 192. nu. 1. in nouitèr nouiſſ.

15 † Ac Dominum, l. ſi dominium C. de pignor.
l. 2. C. de pignor. act. cap. 1. & 2. de vſur. Rogger.
conſ. 18. nu. 11. lib. 1. Maluaſ. conſ. 66. num. 15. Fab.
Turrett. conſ. 31. nu. 4. lib. 3. Aldouin. conſ. 47. nu.
22. Menoch. conſ. 818. num. 15. & 18. vol. 9. Caldas
Pereyra de empt. & vendit. c. 7. nu. 28.

16 † Et poſſeſſorem rei, Barbat. conſ. 28. num. 4.
lib. 1. Ioan. Bapt. Coſta de facti ſcient. & ignor.
cent. 1. diſt. 90. nu. 19. Crauett. qui loquitur in
beneficiato conſ. 873. nu. 1. vol. 5.

17 † Quarè qui euincit rem à malæ fidei poſſeſ-
ſore, eam cum fructibus euincit, l. venditor ff.
de euict. l. ſuper empti, l. cùm ſucceſſores, & l. ſi
controuerſia in fin. C. eod. tit. Cabedo dec. Por-
tugall. 69. nu. 12. par. 1. Chriſtoph. Torniol. conſ.
64. nu. 12. Corn. conſ. 301. nu. 4. vol. 1.

18 † Non ſolũ à tempore litis conteſtatæ, quę in
mala

mala fide conſtituit poſſeſſorem, l. ſed & ſi lege
§. ſcire autem ff. de petit. hæred. l.litigator vbi
Bart. C.de fruct. & lit. expenſ. Boer. deciſ. 340.
nu.7.in fine, Afflict.deciſ. 59.nu.2.Benint.dec.20.
19 Alex.Raudenſ.variar.reſol.c.34.nu.22. † taliter,
quòd fructus veniunt mero iure à dicto tempo-
re, l.cum fundus in princ.ff.de reb.credit.l.cer-
tum C.de reiuendic.l.2.C.de fruct.& lit.expenſ.
Marian.Socc.iun. conſ.85.nu.5.vol.1. Cæſ. Barz.
deciſ.Bonon.61.nu.18.
20 † Siuè extent, ſiuè conſumpti ſint, ſiuè ſit de-
tentor factus locupletior, vel non, l.1.C.de petit.
hæredit. l.certum C.de reiuend. Hieron. Gabr.
conſ. 108.nu.4.vol.1.Io.Petr.Bini.conſ.176.nu.6.
vol.2.& cõſ. 368.n.3. Io.Mohed.dec.5.de ſimon.
21 † Siuè agatur cum ipſo malæ fidei poſſeſſore,
c.conquerente vbi gloſ. verbo *integrè*, & ibi Bal.
cap.grauis, vbi Bero.de reſtit.ſpoliat.Alex.Raud.
tract.de analog.cap.37.nu.167.
22 † Siuè cum ſucceſſore eius, Bart.in l.ex diuer-
ſo in fin. ff.de reiuend.Abb.in d.c.grauis nu.10.
Marian.Socc.iun.conſ.182.nu.28.vol.2.Hieron.
Gabr.conſ.151.nu.6.vol...
23 † Et ratio eſt, nàm quandò quis percipit fru-
ctus ex aliqua re vigore tituli inualidi tenetur ad
illorum reſtitutionem, vt probatur in cap.ſi quis
præsbyterorum vbi gloſ.& DD.de rebus Eccleſ.
non alien.vbi ſi res Eccleſiæ minus legitimè alie-
nata fuerit, & non ſeruata forma iuris, emptor
tenetur illam cum fructibus reſtituere, eò quòd
titulus fuit nullus, & habitus pro non titulo, l.
iubemus nulli §.1.C.de ſacroſ.Eccle. l.21.tit.14.
par.2.Ioan.Garzia de expenſ.& meliorat.cap.23.
nu.24. & de nobilit.Hiſpan. gloſ.6.§.1.nu.47.in-
terpretat.3.
24 † Et fructus ex contractu nullo perceptos eſſe
reſtituẽdos ex Accurſ.in auth.de inceſt.& neſar.
nupt.§.ſancimus, verbo *imminere* ad fin. collat.2.
l. eum, qui C. de his, qui vt indign. vbi Iaſ. poſt
Alex.nu.3.Anchar.Dominic. & Franc. in cap.1.
de præſcript.lib.6. Baeza de non melior.rat.dot.
filiab.cap.33.nu.7. Matienzo in l.3.tit.8.lib.5.re-
copilat.gloſ.7.nu.5.
25 † Facit, quod voluit Abb.in cap. cùm cauſa
notab.vlt. de offic. & poteſt. Iudic. deleg. quòd
quandò titulus habetur prò non titulo, non ex-
cuſat nec à fructibus perceptis, nec à percipien-
dis, pro quo eſt lex 1. C. de fide inſtrum. & iur.
haſtæ fiſcal. lib.10.vbi emens nõ ſolemniter rem
Fiſci, tenetur eam reddere cum fructibus perce-
ptis, & percipiẽdis, quia titulus contra legis pro-
hibitionem habitus, habetur prò nõ titulo, l.nec
vllum §.1.ff.de petit.hæred.
26 † Et comprobat l.1.C.de præd.decur.ſinè de-
cret.non alien. lib.10. vbi decuriones nõ poſſunt
vendere bona immobilia, niſi præcedente decre-
to, & forma ibi præfixa, aliàs emptor reſtituet
rem cum fructibus.
Vndè Roman.conſ.454.nu.26.& ſeq. per tex.
in authent. cui relictum C.de indict.viduit.toll.
& l.1. C. ſi ſecundò nupſer. l. hæres meus §. qui
poſt ff.de condit.& demonſtr. l.cùm filius §.qui
Mutianam ff.de leg.2.l.fin.C.ſi quis ignor.rem
27 minor.reſoluit, † quòd cum titulus, ex quo quis
ſe tuetur, reducitur ad non titulũ, vel habet or-
tum à cauſa irrita, fructus, quos percepit, reſti-
tuit, Marc.Anton.Natta conſ.535. nu.13.vol.3.
Alex.Raud. tract.de analog.c.37.nu.179. Anton.
Oliban.tract.de action. par.2.lib.1.cap.6.nu.14.
Io.Bapt.Plot.conſ.38.nu.12.& ſeqq.
28 † Imò & quos percipere potuit ex gloſ. in l.
patri, verſ. *itèm ex diuerſo*, verbo *cum fructibus* ff.
de minor.quã dicit ſingularem Roman. vbi pro-
ximè nu.28.dicens, id probari ex eadẽ lege, verſ.
& tamèn, idem Rom.ſing. 528.incip.tu habes, Iaſ.
in l.apud Iulianum not.3.ff.de leg.1.Nicol.Milis
in repert. ver. *poſſeſſor malæ fidei*, Creſcent. dec.
76.aliàs 8. de cauſ.poſſ.& propr.dicens, ità eſſe
de iure, & decidiſſe Rotam, quandò cũ pupillo,
29 aut minore agereitur, † quibus equiparatur Ec-
cleſia, & locus pius, c.1.& c.auditis de in integr.
reſt.l.Orphanotrophos in princ.& ibi notat Bal.
C.de Epiſc.& cler.clem.quia cõtingit poſt med.
vbi notat Ioan.de Imol.de relig.domib.Euerard.
loco à minor.ad Eccleſ. vel piam cauſam.
30 † Et quia generalitèr omnia priuilegia cõpe-
tentia Eccleſijs, competunt etiã pijs locis, vt eſt
tex.valdè notab.in l.omnia priuilegia, & ibi not.
Bart.C.de Epiſc.& cler.Auth.de eccl.titul.§.prò
tẽporalibus collat.9.l.illud cum glo.C.de ſacroſ.
Eccl.Io.Andr.in c.2.de in integr.reſt.lib.6.Abb.
in c.1.eod.tit.in antiq.& in c.relatũ 1.de teſtam.
Euerard.loco ab Eccleſia ad pia loca.
31 † Et Capella, vel altare veniũt Eccleſiæ appel-
latione, vt ex c.cùm Capella Ducis Burgũdiæ de
priuil.cap.1.& per tot.de Capell.monach.tradit
Cæſ.Lambert.tract.de iure patr. par.1.lib.1.art.
32 19.q.5.princ.nu.2. † Quarè Ioan.Bapt.Plot.vbi
proximè ait, ꝙ ex titulo nullo præſumitur malæ
fidei poſſeſſor, vt ex gloſ. verbo *mala fide* in l.1.
C.de fid.inſtr.& iur.haſtæ fiſcal.lib.10. quã dicit
ſingularem, tradit Iaſ. in §.itèm ſi quis in fraudẽ
33 nu.45. Inſtit.de action. dicens, † quòd vbi non
contrahitur cum ſolemnitatibus, aut ordinibus
requiſitis à iure ciuili, vel municipali, dicuntur
contrahẽtes eſſe in mala fide, ſicut in contrahen-
tibus præter, vel contra iuris formam in caſu rei
eccleſiaſticæ malè alienatæ, non ſubſiſtente legiti-
ma cauſa, & ſinè ſolẽnitatibus, ex vulgata diſpo-
ſitione c.ſinè exceptione 12.q.2.c.tua, c.nulli de
his, quæ fiunt à Prælat. ſinè conſenſu Capit. c.1.
& 2. de reb.eccleſ.non alien.lib.6.tradit Thom.
Grammat.deciſ.Neap.79. nu.13.& 14. Alexand.
Raud.variar.reſol.cap.72.nu.14.
34 † Et generalitèr, quòd poſſidens ex titulo im-
probato non acquirat fructus, ſed teneatur ad il-
lorum reſtitutionẽ, tenet Bart. in l.ſed & ſi lege,
§.ſcire num.3.& 4. ff.de petit.hæred.vbi allegat
l.quemadmodùm C.de agric.& cenſit. lib.11. &
cap.qui contra iura de regul.iur.in 6. ſequuntur
Bald.Paul.Caſtr.& Salyc.in l.1.C.de his, quib.vt
indig.Bal.in l.1.nu.15.ad fin.C.de vſufruct.Abb.
in c.dilecto notab.vlt.de præbend.& in c.ſi quis
nu.1. de reb. eccleſ. non alien. Aym.Crau.conſ.
966. nu.23. verſ. *fide igitur mala*, Marc.Ant.Natta
d.conſ.535.nu.11. Steph.Bertrand.conſ.147.in-
cip. alienatio Eccleſiaſticarum rerum nu.1. & 2.
ac 17. par.2.vol.2.
Dubium autèm reſidet, ad quem pertinebunt
fructus decurſi à die malè alienationis bonorum

ſtabilium dictæ Capellaniæ, ſiuè intruſionis in-
cis, vſque ad præſens tempus, in quo illud in-
primis eſt preſupponendum, q; reſpectu Capel-
lani, qui malè alienauit, aut paſſus fuit, aliũ iniu-
ſtè bona occupare, nullatènus ad illũ pertinerent
35 fructus; † nàm vt concludit Rota dec. 246. nu. 3.
& 4. par. 2. diuerſ. Sacri Palatij, quandò Prælatus
malè alienat rem Eccleſiæ, reſpectu dictæ rei di-
citur Eccleſia vacare, vt dicit Bart. in l. qui fundũ
§. ſi tutor nu. 1. ff. prò emptore, & proptereà non
facit fructus ſuos, ità vt quilibet, & etiam ipſa
Eccleſia poſſit rem cum fructibus petere, iuxta
d. c. ſi quis præsbyterorũ de reb. Eccl. non alien.
36 † Et ideò dicit Bart. vbi proximè, quòd toto
tempore Prælati illicitè alienantis non incipit
currere præſcriptio, ſed tempore ſucceſſoris ſui,
de quo eſt diſpoſitio Concil. Toletani 9. cap. 8. vt
habetur in cap. ſi Sacerdotes 16. q. 3. vbi vita irri-
tè diſponentis de re Eccleſiæ, non poterit perti-
nere ad tricennalem temporis præſcriptionem,
Bart. in tract. differentiarum inter ius canonicũ,
& ciuile nu. 135. Alex. conſ. 9. viſo themate nu. 11.
lib. 3. Felin. nu. 10. in cap. 1. de præſcrip. Lallus de
Tuſcia lib. 3. ad conſtit. Siciliæ citrà Pharum tit.
de rei act. & except. nu. 5. Ioan. Igneus in l. neceſ-
ſarios §. non aliàs nu. 975. ff. ad S.C. Syllan. Ioan.
Bapt. Ferrett. conſ. 102. num. 14. lib. 1. Guid. Pap.
q. 150. nu. 1. Borgnin. Caualcan. deciſ. Fori Fiuiz.
29. nu. 27. & 68. p. 2. Balb. de præſcript. q. 2. nu. 4.

Difficultas autèm in eo reſidet reſpectu fru-
ctuum bonorum reintegratorum, ſeù reiuendi-
catorum dictæ Capellaniæ, qui non fuerant exa-
cti per Abbatem Marium prædeceſſorem, illius
poſſeſſorẽ, cui ſcilicèt debeant cedere, ſunt enim
37 in eo varij caſus, & opiniones diuerſæ; † Nàm
fructus ſeparatos à fundo, licèt non reconditos à
beneficiato t pe ſui obitus, ad eius hæredes perti-
nere tradiderunt Io. Andr. in reg. nemo plus iuris
de reg. iur. lib. 6. Io. de Anan. conſ. 88. nu. 6. Card.
Imola, & Barbat. in c. vlt. de pecul. cleric. Domi-
nic. in c. ſi propter de reſcript. lib. 6. Philip. Frãc.
in c. præſenti de offic. ordin. eod. lib. Alberic. in l.
diuortio nu. 12. ff. ſolut. matrim. vbi Petr. Barboſ.
in princ. num. 56. Salyc. in l. ſi pater C. de vſufr.
quorum opinio communis eſt ſecundum Tira-
quell. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. Couar.
lib. 1. variar. cap. 15. nu. 12. Nicol. Bellon. conſ. 3.
num. 9. Ioan. Gutier. tom. 1. canon. quæſt. cap. 33.
nu. 4. aduerſus gloſ. contrarias in d. c. præſenti, &
in d. c. ſi propter, & in l. ſi fur ff. de vſufr. & in l.
ex diuerſo in princ. ff. de reiuend.

38 † Nàm maturos fructus prò collectis haberi
ex gloſ. in d. l. diuortio §. interdum, & ibi Bald. &
Iaſ. cenſet Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu.
44. & l. 15. connub. gloſ. 2. nu. 10. Mieres de maio-
rat. Hiſpan. 4. par. q. 24. nu. 3. & plures alij relati
per Barboſ. in d. §. interdum nu. 5. à quibus tamèn
ipſe diſſentit nu. 6. prò prioribus tamèn facit re-
ſolutio Iacobi Putei deciſ. Rotæ 315. nu. 3. lib. 2.
39 † quòd in ſimplicibus non propriè dicitur ſuc-
ceſſor in beneficio, facit Nauar. de ſpolijs §. 6.
num. 6.

40 † Alij cenſuerunt, fructus beneficij non eſſe
in noſtro cõmercio, nequè ad hæredes tranſire,
inter quos Ripa in l. in quartam nu. 166. ff. ad l.
falcid. Bar. in l. litis §. pater nu. 1. ff. de negot. geſt.
Ferdinand. Vaſquez de ſucceſſ. creat. tom. 1. lib.
3. §. 30. nu. 216.

41 † Maximè ſi beneficiatus fructibus non exa-
ctis deceſſiſſet inteſtatus, nàm eo caſu non ad il-
lius hæredes, ſed ad Eccleſiam fructus pertinere
tenuit gloſ. verbo *reſeruari* in d. c. præſenti, Re-
doan. de ſpolijs §. verùm nu. 21. Puteus vbi pro-
ximè, Couar. in c. cùm in officijs nu. 6. de teſtam.
Aluar. Valaſc. in praxi partit. c. 33. nu. 13. & con-
42 ſult. 164. nu. 11. dicens, † quòd beneficiato dece-
dente inteſtato, Eccleſia, vel ſucceſſor in digni-
tate, vel beneficio, cuius intuitu pertinèt fructus
ſuccedet ex c. relatum 2. de teſtam. Card. conſ.
110. nu. 2. Rota deciſ. 41. nu. 4. de probat. in antiq.
Franc. Burſat. conſ. 75. nu. 30. lib. 1. conſ. 3. num. 3.
conſ. 226. nu. 48. & conſ. 238. nu. 12. vol. 3. tradi-
deratq; idem conſ. 177. nu. 18. lib. 2.

43. † Imò etiã ſtante conſtitutione Iulij Papæ III.
de ſpolijs edita die 26. Iunij 1550. fructus benefi-
ciorum non perceptos pertinere ad ſucceſſorem
in Eccleſia, vel beneficio, & non ad hæredes be-
neficiatorum, etiàm condito teſtamento ex cap.
cùm vos de offic. ordin. tradunt Steph. Bertran.
conſ. 9. nu. 10. lib. 2. Nicol. Bellon. d. conſ. 3. nu. 2.
Surd. conſ. 333. nu. 23. Ioan. Vinc. Honded. conſ.
85. nu. 6. lib. 2. Hieronym. Gabr. conſ. 197. nu. 14.
vol. 1. Mar. Muta ad capitula Regni Siciliæ tom. 5.
cap. 478. nu. 26. & ſeq. Boer. conſ. 23. Arnon. cau-
tel. 45. Caualcan. deciſ. 44. par. 1. Rota deciſ. 761.
nu. 4. & 6. par. 1. diuerſ. Sacri Palatij, Couar. d.
lib. 1. variar. cap. 15. nu. 12. Flamin. Pariſ. lib. 1. de
44 reſignat. benefic. quæſt. 6. nu. 16. † Etiam ſi prò
conſequutione fructuũ fuiſſet lis mota per be-
neficiatum, vt tradit Proſper Petra in addit. ad
Anton. Capyc. deciſ. Neap. 3. vigore cuiuſuis fa-
cultatis, vt cenſuit Ioan. Vinc. Honded. conſ. 85.
45 nu. 6. lib. 2. † qui tamèn nu. 36. ait, quòd in locũ
ſucceſſoris eſt ſubrogara Camera Apoſtolica,
cui per conſtitutiones 29. & 36. Pij Papæ IV. &
53. Pij V. de quibus Nauar. de ſpol. cleric. cap.
ſeù §. 7. & Nicol. Garzia de benefic. 2. par. cap. 2.
nu. 90. & aliorum Summorum Pontificum, ſcili-
cèt Pauli III. conſtit. 31. & Gregorij XIII. con-
ſtit. 72. Sixti V. conſtit. 1. applicantur ſpoliorum
loco omnes fructus non exacti, vt in Regno Nea-
polis ex d. conſtit. 29. videre licet, & dixere Re-
doan. tract. de ſpol. quæſt. 5. nu. 5. & ſeqq. & q. 6.
nu. 17. Nauar. eodem tract. §. 6. & 7. Mandoſ. de
ſignat. gratiæ rubr. de licentia teſtandi §. defun-
cto in fine, & ità tota vis conſiſtit in intellectu,
praxi, & obſeruantia bullarum prædictarum,
ſi enim credimus Seraphino Oliuario deciſ. Ro-
tæ 594. nu. 10. licèt Bulla Pij IV. data ſub die 27.
46 Decembris 1560. † hoc videatur diſponere re-
ſtrictiuè ad hoc Regnum Neapolis, & Prouin-
cias eius, intelligitur tantummodò de fructibus
beneficiorum reſeruatorum, ſeù affectorum
à die vacationis eorũ vſquè ad diem captæ poſ-
ſeſſionis per prouiſos ex conſtitutione Pij V. cu-
ius meminit Flamin. Pariſ. lib. 1. de reſign. bene-
47 fic. quæſt. 6. num. 17. & num. 40. dicens, † quòd
ideò in beneficijs vacantibus in Regno Neapo-
lis, *quæ tamèn ſunt prouiſionis Apoſtolicæ, aut
Ordinariorum tantùm in eorum menſibus, ſinè*

gaudeant

gaudeant alternatiua, *ſiuè non* datur certa forma
capiendi poſſeſſionem, quia fructus à die vaca-
tionis vſque ad diem, quo prouiſi capiunt poſſeſ-
ſionem in dicto Regno ſpectant ad Cameram
Apoſtolicam, vt expreſsè dicitur in dicta Con-
ſtitutione Pij V. Garzia 2.par.c.1.num.90. Nul-
la tamen fit mentio in Bulla Pij IV. fructuum de-
curſorum in vita beneficiati non exactorum per
48 eum, † & cùm iſtæ reſeruationes ſint quodam-
modò iuris noui inductiuæ ex Nauarr. d. §.7 nu.
7. & Seraphino vbi proximè num. 11. & 12. eſt
ſtricte intelligenda materia ipſarum.
49 † Rurſus, quia Conſtitutio Pauli IV. qua ca-
uetur, ſpolia pertinere ad Cameram Apoſtoli-
cam, in quibuſcumque Regnis, & dominijs exi-
ſtant, non explicat, quæ veniant appellatione
ſpoliorum, & licèt tollat differentiam inter lo-
ca, in quibus ſolent deputari Collectores, & ea,
in quibus nō deputantur, nūquam fuit recepta in
locis, in quibus nō deputantur, teſtante eodē Se-
raphino nu. 13.& 14 vbi declarando conſtitutio-
nem Iulij III. concludit, quòd tota hæc reſeruatio
pendet à conſuetudine, quæ circumſcribitur in
his locis, in quibus deputantur collectores, &
vltrà ea non extenditur, nec tales fructus poſſunt
ad Cameram Apoſtolicam venire vt ſpolia, quæ
ſolummodò dicuntur earum rerum, quæ ad be-
neficiatum ſpectabant, & in eius peculio reperie-
bantur tempore mortis illius.
50 † Imò eadem conſtitutione Iulij III. expreſſè
diſponitur, tales fructus non exactos ad Eccleſiā
ſpectare, etiam quòd dies ſolutionis viuente be-
neficiato venerit, & per ipſum non ſteterit, quò
minus illos exegerit, imò prò eorum exactione
neceſſariam diligentiam etiam iudicialitèr fece-
rit, vt ponderat Seraphin. in allegata deciſ. num.
20. qui videtur loqui in caſu, de quo fit conſulta-
51 tio † & ſi in fructibus, & redditibus capellæ
diuidendis prò rata reſpectu vltimi anni ſit re-
cepta reſolutio DD. debere fieri inter prædeceſ-
ſorem, & eius hæredes, & ſucceſſorem, vt per
Auendan. reſponſ.5 num.1. Barboſ. in d. l. diuor-
tio in princ. num.14.& 56. facit Papon. lib.21. tit.
8. arreſto 10.
52 † Eſt autèm animaduertendum, quòd quem-
admodum vbi Capellæ iure regaliorum ad Regē
ſpectant, ceſſant regulæ ordinariæ, & Rex perci-
pit fructus non recollectos, leuatos, & in hor-
reo reconditos, vt reſoluit Arnulphus Ruzæus
tract. de iure regallor. priuil. 30 num. 1. & 5.&
Reſtaur. Caſtal. tract. de Imperat. q 10. num. 29.
Carol. Degraſſal. regal. Franciæ lib.2. iure 1. verſ.
item de perceptione fructuum pag.230. Boer. q.32.
n.9. Aegid. Magiſtr. tract. de regalijs c.4.& ſeqq.
53 † Vel quandò ſunt Eccleſiæ, aut beneficia, in
quibus ſit conſuetudo, quòd fructus non exacti
per beneficiatum defunctum. & illi, qui decur-
runt, & obueniunt poſt eius obitum vſq; ad no-
uam prouiſionem accreſcant Capitulo, vel Con-
clericis Eccleſiæ, iuxtà gloſ. verb. *reſeruari* ad
finem d. c. final. de offic. iudic. ordin. Redoan.
tract. de ſpolijs q.5. num.5. Cardoſo in praxi iu-
dic. & aduocat. verb. *fructus* num. 24.
54 † In hoc autē Regno Neapolis doctiſſimus Io.
Franciſcus de Ponte deciſio. Collateral. Conſil.
12. num.13. & ſeq. teſtatur, Regiam Cameram
conſuluiſſe anno 1585. in fructibus Epiſcopatuū
Puteolorū Maſſæ, & Cotroni, qui ſunt de iure-
patronatus Regiæ Maieſtatis ex Priuilegio Apo-
ſtolico, fructus oēs maturos, recollectos tamen,
& à ſolo ſeparatos tempore mortis Epiſcoporū
ſpectare ad Cameram Apoſtolicam, & pro ea
ad Reuerendiſs. Nuntium, licèt fructus adhùc
non ſint repoſiti in horreis, vel Vua non fuerit
conuerſa in Vinum, & Oliua in Oleum, & adhuc
ſtent in area; verùm ſi fructus fuerint maturi, &
pendentes, ſed non recollecti, illos non facere
ſpolia, ſed ſpectare ad ſucceſſorem in beneficio,
& ità reperiſſe adnotatum de hoc eſſe antiquam
conſuetudinem in Regiſtris Regiæ Cancellariæ,
idemque practicari in alijs Epiſcopatibus, aut
beneficijs præſentationis Regiæ, ſeù dignitatibus,
& beneficijs ad eius collationem ſpectantibus,
& quòd ad hoc vt non remaneat dubium inter
Reuerendiſs. Nuntium, & Oeconomos, qui po-
nuntur per Illuſtriſs. ſiuè Excellentiſs. Proreges
in vacationibus Epiſcopatuum, aliorumque be-
neficiorum de iurepatronatus Regiæ Maieſtatis,
qui deſtinantur ad regimen Eccleſiarum de iu-
repatronatus, donec per Regiam Maieſtatem
fuerint factæ illarum debitæ præſentationes, &
interim per Perceptores Prouinciarum fructus
percipiuntur, conſeruandi prò futuris Prælatis,
& nouiſſimè per Collaterale Conſilium fuiſſe
mandatum mitti in executionem, & obſeruari
in fructibus Epiſcopatus Oyræ, qui vacabat per
mortem Epiſcopi, inſequendo iuris diſpoſitio-
nem c. p. cùm vos de offic. ordin. de qua Ioan.
Coraſ. in paraphraſi Sacerdotal par.1. cap. 2. nu.
9. Antonin. Theſſaur. deciſ. Pedemont. 131.
55 † Quæ deputatio Oeconomorum, quæ regio
nomine per Proreges fit, vt habeant curam bo-
norum Eccleſiarum, aut beneficiorum vacantiū.
nàm hoc munus Oeconomi eſſe conſtat ex l. iu-
bemus in princ. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. om-
nes §. hoc nihilominùs C. de Epiſcop. & Cleric.
cap. quia in quibuſdam, c. volumus, c. vlt. 89. di-
ſtinct. dicto c. cùm vos de offic. iudic. ordinar.
Speculat. tit. de ijs, qui alieno nomine, §. 1. verſ.
Oeconomus, Ioan. de Graſſ. de ſubſtit. procur.
verb. *Oeconomus*. Sebaſtian. Medices de diffinit.
diffinit. 29 nu.6. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic.
lib.7. q.21. num.1.& 2. Flauius Torius ad Statuta
Papiæ rubr.23. nu.9. pag. 70. Guillelm. Mayner.
in l. aliud §. refertur num.36. ff. de regul. iur. Ra-
phael Fulgoſ. in d. l. omnes num.8. Decius in cap.
decernimus num.93.& ſeq. de iudic. Lapus alle-
gat. 81. num. 2. & ſeqq. Iſidor. Moſcou. lib. 2.
dilucidat. iur. ciuil. Io. Hieron. Campanil. in
Diuerſor. Iur. Canonici rubr. 7. cap.8. num. 96.
56 Vtiquè licita eſt † Quia Oeconomos conſti-
tuit etiam Princeps ſæcularis quoàd ea præſer-
tim beneficia, quæ ſunt ſui iurispatronatus, vel
quoàd Epiſcopatus ex Priuilegio Apoſtolico, vt
per Lambertin. lib.2. de iurepatron. par.2. quæſt.
1. princip. art.29. num.12.& art. 30. fol. 131. An-
tonin. Theſſaur. d. deciſ. 131.
57 Et ratio poteſt eſſe, † nàm cùm Reges ſint
protectores Eccleſiarum, & rerum illarum, cap.
Princeps, cap. res omnes 23. quæſt. 5. Præpoſit. in
cap.

Digitized by Google

58 cap. Imperium num. 3. diſtinct. 10. † Maximè dum vacant, & ſunt viduatæ Paſtore, vt teſtantur Matth. de Afflict. lib. 3. commentar. ad Conſtit. Sicil. rubr. 28. num. 1. Cabedo deciſ. Portugall. 82. num. 2. par. 1. legitimo iure ponunt Oeconomum.

59 † Quem regularitèr in Eccleſia vacante ponit ille, qui habet cuſtodiam, vt ex dicto c. cùm vos, & Lambertino vbi proximè tradit Iulian. Viuian. de iurepatron. par. 2. lib. 7. cap. 8. num. 2. & ſic paſſim fuit obſeruatum, & obſeruatur in Regno Neapolis, ità vt in omnibus beneficijs cuiuſuis qualitatis etiàm ſimplicibus exiſtentibus ad collationem Regis ex prædicto Priuilegio Apoſtolico Collector Apoſtolicus non habet aliquod ius prò ſpolijs, prout de hac diuturna obſeruantia atteſtatur Iac. Anton. Maur. Iuriſconſ. Neapol. allegat. 34. in fin. & penè conſtat ex Regiſtris literarum executorialium, quæ conceduntur in eodem Regno Commiſſionibus Collectorum Apoſtolicorum, in quibus excipiuntur Prælaturæ, Abbatiæ, Dignitates, & beneficia, quæ ſunt de iurepatronatus Regis.

60 † Non enim hoc fit, vt fructus beneficiorum Regi quærantur, in quem talis ſuſpitio intereſſe pecuniarij cadere non poteſt, ſed vt excepta portione moderata Oeconomo aſſignata, conſeruentur ſucceſſori, vt erat de iure communi, cap. quia ſepè vbi Io. Monach. Dominic. Io. Andr. & omnes de electio. lib. 6. cap. fin. de offic. iudic. ordin. eod. lib. Abb. in cap fin. num. 7. nè prælati vices ſuas, Philipp. Prob. in addit. ad Io. Monach. vbi proximè, Petr. de Anchar. conſ. 158. num. 1. Bocr. deciſ. 340. num. 2. Panuin. tract. de offic. & poteſt. cap. ſed. vac. par. 2. princip. q. 1. num. 2. Plot. tract. de in lit. iur. §. 33. Hieron. Gabriel. conſ. 197. num. 14. vol. 1. Seſe tract. inhibit. magiſtr. iuſtit. Aragon. cap. 1. §. 8. num. 20. Cardoſo vbi ſup. d. num. 24.

61 † Et ex his videtur, quòd dicti fructus litigioſi, & inexacti pertinebunt ad dictum Capellanũ, qui quaſi hæres prædeceſſoris eſt in beneficio, c. cõuenior 23. q. 4. gloſſ. in c. 1. de ſolut. Tiber. Decian. conſ. 37. num. 16. & ſeq. lib. 2. c. ad hæc, c. relatum de teſtam. Franc. Duaren. de Sacris Eccleſiæ miniſterijs lib. 7. cap. 7.

62 † Quod & videtur procedere in beneficijs infrà ſummam prouiſis à Proregibus Neapolis, dùm toleratur à Rege, cùm tales prouiſiones fiant iure regaliæ Domini noſtri Regis, ſecundũ Seraphin. Oliuar. deciſ. Rotæ 1353. num. 6. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. tom. 1. lib. 7. q. 9. num. 13. Maſtrill. de magiſtr. par. 2. lib. 5. cap. 6. num. 260. Et ità cenſeo de iure, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta præſtandi obligatio viget in deſcendentibus ergà aſcendentes, ſicut è contra.*

2 *Nepos debet præſtare alimenta auo, & auiæ.*

3 *Aſcendentibus debentur alimenta iure naturali, & communi, æquitate, & qualitate ſanguinis ſubnixo.*

4 *Auo, & auiæ debetur eadem charitas, quæ parentibus.*

5 *Auia continetur matris appellatione.*

6 *Charitas, & ſanguinis vinculum viget in nepote ergà auiam.*

7 *Nepos continetur appellatione liberorum.*

8 *Filius dicitur, & reputatur pars patris.*

9 *Nepos eſt pars ſui aui, & auiæ.*

10 *Nepotibus debetur eadem charitas quæ & filijs.*

11 *Auia, & mater æquiparantur in tutela filij, & nepotis.*

12 *Auum, aut auiam occidens punitur pœna parricidij.*

13 *Alimenta præſtanda auiæ per nepotem taxantur per Iudicem iuxta qualitatem, & dignitatem perſonæ, cui debentur.*

14 *Perſonarum, & familiæ illuſtris ratio habenda eſt in alimentis præſtandis.*

16 *Patruus quandò nepoti ex fratre indigenti debeat alimenta.*

16 *Honor ſanguinis attenditur in præſtandis alimentis.*

17 *Sanguinis iuris ratione quis aliquandò aſtringitur ad id, ad quod aliàs non teneretur.*

18 *Exiſtimatio aſcendentis vt conſeruetur, datur actio aduerſus deſcendentem, & collateralem.*

19 *Alimenta præſtari debent iuxta vires patrimonij.*

20 *Alimenta præſtari debent iuxta quantitatem redditunm.*

21 *Alimentorum in præſtatione habetur ratio æris alieni.*

22 *Alimenta qui negat ſe poſſe præſtare, probare debet.*

23 *Reus in exceptionibus eſt actor.*

24 *Conſuetudo patrisfamilias in præſtandis alimentis attenditur.*

25 *Alimenta taxari debent ſecundùm præſentem ſtatum perſonæ, cui debentur.*

26 *Dignitatis augmentum ſuperueniens perſonæ alimentandæ, eſt cauſa augendi alimenta.*

27 *Alimenta debent præſtari pro famulis, & famulabus perſonæ illuſtris, habita conſideratione expenſarum, quæ fiunt in Curia.*

28 *Alimentorum priuilegio poteſt quilibet ex hæredibus conueniri inſolidum.*

29 *Obligatio dandi alimenta per inſtrumentum eſt indiuidua.*

30 *Alimentandi onus an reguletur ex ordine ſucceſſionis.*

31 *Nepos repreſentando patrem ſuccedit auiæ cum patruo.*

32 *Dos filio data debet inſeruire pro oneribus illius matrimonij.*

33 *Alimenta aliàs debita non præſtat, qui non habet, niſi quod ſibi ſufficit.*

34 *Excuſſionis exceptio dilatoria eſt, & debet opponi antè litis conteſtationem.*

35 *Excuſſio non debet admitti in caſu, quo nihil poteſt opponi.*

36 *Debitor principalis vbi non eſt ſoluendo, ceſſat excuſſio.*

37 *Notorium ſufficit ſi conſtet ex actis, de quo poteſt Iudex ſe informare.*

38 *Alimentorum cauſa eſt pia.*

39 *Alimentorum cauſa eſt fauorabilis, & priuilegiata.*

40 Du-

40 *Dubium & ſi ſit, debet pro alimentis iudicari.*
41 *Alimentorum in cauſa tutior via eſt eligenda.*
42 *Alimentorum cauſa debet cœleritèr expediri, & quare.*
43 *Alimentorum cauſa debet ſummariè tractari.*
44 *Breuis expeditio requiritur in cauſa alimentorum.*
45 *Hypothecaria obligatio pro alimentis præſtandis tranſit in omnes hæredes.*
46 *Diſcuſſio ceſſat vbi adeſt hypotheca.*
47 *Alimenta debent præſtari in principio anni ex ſtylo regiorum Tribunalium.*
48 *Pauper quis ſit, attenta ſua qualitate, relinquitur arbitrio Iudicis.*

ARGVMENTVM.

Nepos magnitudine ſtatus,& ſanguinis nobilitate verè illuſtris an teneatur Auiæ paternæ conſimilis qualitatis non habenti neceſſarios reditus ad eius ſuſtẽtationem alimenta præſtare, in ea ſaltim quantitate, quæ per illius parentem erat illi aſſignata.

CONSILIVM CXCVII.

NON dubium eſt,quòd dicta Auia fundatam intentionem
1 habeat de iure, † cùm obligatio præſtandi alimenta ita procedat in deſcendentibus erga aſcendẽtes, ſicut è contrario, l.ſi quis à liberis §.ſed ſi filius,vbi Corduba de Lara nu.43.& 49 ff.de liber.agnoſc.Alberic.in l.ſed ſi quid nu.3.ff.de vſufruct.l.1.§.& nonnulla ff.de tutel.& rationib.diſtrahend.l.1.& 2. C.de alend. liber.Bal.in l.furioſo nu.1. ff.de curatore furioſi, Surd. tract.de alim. tit.1.q.22.num.1. Menoch. conſ.1219. nu.8. Aloyſ.Ricc.in collect.deciſ.97. part. 1.

2 † Et in terminis Auiæ ex l.2.§.non ſolùm ff.de excuſ.tutor.l.penult.vbi Bart.ff de liber.agnoſc. d.l.2.C.de alend.liber. Bart.tract.de alim.nu.8. Surd. eod.tract.tit.3.q.11.nu.26. Oſasc.dec.Pedemont.124.nu.8.Vinc.de Frãch.dec.Neap.178. nu.10.Ariſm.Tepat.lib.2.tit.de aliment. fol.162. col.3.& in his Regnis apertè reperitur diſpoſitũ L.4.tit.19.par.4.ibi: *Porque aſſi como el hijo es tenudo de proueer à ſu padre, o à ſu madre ſi viniere à pobreça, ò à ſus abuelos, e à ſus abuelas e à ſus viſabuelos, y à ſus viſabuelas, que ſuben por la linea derecha, otro ſi es tenudo cada vno dellos de criar eſtos moços ſobredichos ſi les fuere meneſter, que deſçienden otro ſi por ella*.

3 † Et ratio eſt, quia ius petendi alimenta aſcẽdentibus cõpetens procedit,deſcenditq; ex iure naturali legitimo, & cõmuni, ſumma æquitate, & ſanguinis qualitate ſubnixo, d.l. ſi quis à liberis §.vtrùm,& §.non tantùm, ibi: *iniquiſſimum enim quis meritò dixerit patrem egere,cùm filius ſit in facultatibus*,vt in propoſito obſeruant Mipad. conſ.1.num.66.Cæſar Barzius deciſ.Bonon.130. num.31.

4 † Nec dubium eſt,Auo, & Auiæ eandẽ charitatem,& reuerentiã deberi, quæ patri, & matri debetur,l.4.§.parentem ff.de in ius vocand.Menoch.in addit.ad lib.2.de arbitr.Iudic.caſu 356.
5 nu.52. † nàm & auia matris appellatione continetur, l.appellatione parentis ff. de verb. ſignif. Bald.in l.Neſennius nu.2.ff.de negot.geſt.& in l.quicquid in princ.C.de bon.matern.Alberic.in l.itaque nu.8. C.commun.de ſucceſſ. Mieres de maioratib. 1.par.q.28.nu.65. Alexand.conſ.198. nu.4.& 6. lib.6. Aymon.Crauett.conſ.429.nu.9. & conſ.561.nu.14.& fuit reſolutio Bart.in l.2. §. videndum ff.ad S.C.Tertyllian.Surd.d.tract.de aliment.tit.6.q.8.nu.14. & 16. Steph.Grat. to.1. diſcept.forenſ.cap.977.nu.5. & priùs tradiderat cap.259.nu.15.

6 † Et quia charitas,& vinculum ſanguinis vltra æquitatem viget in nepote erga auiam, prout in
7 filio erga patrem,aut matrem. † Videmus enim, nepotem appellatione liberorum contineri,l.liberorum,& ibi Bart. ff.de verbor.ſignific. §.fin. Inſtit.qui teſtamento tutores dari poſſunt,l.vlt. ff.de pollicit.Bal.in l.1.nu.3.C.de condit.inſert. Arnold.de Roygier.in theſ.iur.verb.*filius*,& ver. *nepos*,Barbatia conſ.62.nu.14.vol.3 Carol.Ruyn. conſ.138.nu.1.vol.1. Marc.Ant.Natta conſ.678. nu.2. Marian.Soccin.iun.conſ.1.nu. 31.& 44. & alijs,Steph.Gratian.tom.1.diſcept. cap.104.nu. 12.Seraphin.Oliuar.deciſ.Rotæ 604.nu.7.& deciſ.1486.à nu.2.

8 † Et ſicut filius dicitur, & reputatur pars parentis ſecundùm Ariſtot. lib.1. magnor. moral. cap.34.& lib.5. Ethicor. cap.6. l.cùm ſcimus C.
9 de agricol. & cenſit. lib.11. † ita nepos pars aui, ſiuè auiæ, cap.cùm itaquè 1.quæſt.4.Rol.à Valle tract.de lucro dotis quæſt.56.nu.19 Surd.deciſ.
10 Mantua.73.nu.18.qui nu.9.† dixerat,nepotibus deberi eandem charitatem,quæ & filijs,ſecundũ Bald.in l. hac edictali nu.12 C.de ſecund. nupt. & ſequitur ibi Iacobin.de Sancto Georgio.

11 † Vndè videmus, quòd in tutela filiorum, & nepotum auia, & mater æquiparãtur,& propter vinculum ſanguinis alijs præferuntur, Auth.matri,& auiæ C.quandò mulier tutelæ officio fungi poteſt,Guillelm.Mayner.in l.quo tutela nu.117. ff.de reg.iur. Petr.Gregor. ſyntagm.iur. lib.12. cap.10.nu 8 Ioan.Vincent.Honded.conſ.88.nu. 6. vol.1.Caſtillo deciſ.Sicil.80.nu.3. tom.1.

12 † Et eadem pœna (parricidij ſcilicèt) punitur occidens auum,aut auiam, qua occidens patrem vel matrem, l.1. iuncta l.penult. §.penult. ff.ad l.Pompeiam de Parricid. Petrus Plaça in epitom.delict.cap.22.nu.3. Ant.Gomez. tom.3. de delict.cap.1.nu.3.Iulius Clarus §.parricidium verſ.*ſcias etiàm*, Tyber.Decian.tract.crim.lib.9. cap.5.nu.2.& cap.9.eod.num. Menoch.in addit. ſupra citata nu.50.

13 † Quæ alimenta debent à nepote præſtari, & taxari per Iudicem iuxta qualitatẽ, conditionẽ, & dignitatem perſonæ,cui debentur,l.ſi cui ff.de annuis legatis,l.Mela,& l.penult.ff.de aliment.& cibar. legat. l. tutor ſecundùm dignitatem ff.de adminiſtrat. tutor. Tiraquell. tract. de nobilit. cap.20.

cap.20.nu.143. Surd.de aliment. tit.9.quæſt.39.
nu.3. Stephan.Gratian. tom.5.diſcept. cap.954.
num. 37. & ſeq. vbi ait, Iudicem ſecundùm hoc
arbitrari debere in taxatione alimentorum, Bald.
in l.eam, quam nu.41. C.de fideicommiſſ. Cæſar
Barzius deciſ.Bonon.129.nu.19. Hieron Gratus
reſponſ.87.nu.14.lib.2. Corduba de Lara in d.l.
ſi quis à liberis §.ſed ſi filius nu.43. & 49. ff.de
liber. agnoſcend. probans, alimenta eſſe præ-
ſtanda pro dignitate eius, qui alitur, Gozadin.
conſ.95.nu.4. Camill.de Medic.conſ.14.num.4.
Surd.allegato tract. tit.3. quæſt.18.nu.1.& tit.4.
quæſt.18.nu.5.Rota deciſ.760.nu.5.par.1.diuer.
Sacri Palatij, Aymon Crauetta conſ.850.num.8.
14 † dicens, in alimentis eſſe rationem habendam
perſonarum, & familiæ illuſtris, Alberic. in l.ſed
ſi quid nu.3. ff.de vſufructu, Gozadin. conſ.91.
num.4. Camill.de Medic. conſ.14. eodem num.
Marius Giurba deciſ.Sicil.6.nu.1.& cùm domi-
na, de qua conſulitur ſit vndequaquè illuſtriſſi-
ma, & excellentis gradus dignitatis, dubitari non
poteſt, debere illi alimenta condecentia præſta-
ri etiàm pro decore ipſius nepotis, nè inde de-
cus præexcelſi gradus vtriuſque careat ſibi ne-
ceſſarijs, & decidat ab ea exiſtimatione, quam
15 ſemper habuit, † quæ ratio tàm efficax eſt, vt ex
ea Regia Audientia Regni Aragonum decreue-
rit, patruum debere alimenta præſtare nepoti ex
fratre indigenti, vt eſt videre apud Martinum
Monter.deciſ.16.num.7.dicentem, id deduci ex
gloſ.verbo *vtilitate* ff.de curatore furioſi, dùm
inquit, *vt matre, & ſimilibus*; videturque de hoc
text. in l.1. §.1. ibi, *vtputa libertum parentem*, ff.
vti pupillus educari debeat, & ponderando di-
ctam gloſam ibi, & ſimilibus, quia ſimiles dici
poſſunt, quibus ſinè dedecore alimenta denegari
16 non poſſunt ob honorem ſanguinis, † ex quo, vt
diximus, ius alendi prouenit, dicta l.ſi quis à libe-
ris §.1.Beroius quæſt.11.num.1. Marius Giurba
17 deciſ. 5. num.15. † cuius iuris ſanguinis ratione
quis aliquandò ad id adſtringitur, ad quod aliàs
non teneretur, l.1. §.largiùs verſ.*in honorem ſan-
guinis* ff.de ſucceſſor.edicto, l.Aurelius §.Titius
teſtamento, ibi, *propter naturalem affectum* ff. de
liberat.legat. cum adductis à Felino in cap. cùm
quid nu.11.de iure iurando, & argumento text.
in l.Quintus ff.mandati, & l. pecuniæ ff. de ali-
ment.& cibar.legat.& l filius ff.de condit.inſtit.
nè qui alimenta petit iure ſanguinis abſquè illis
paupertate vileſcat, & decedat à gradu, & exiſti-
18 matione, † quo caſu propter illius conſeruatio-
nem actio datur, l. quæ omnia §.1. vbi Bart. no-
tab.3.ff.de procur.cum alijs adductis à Monter.
vbi proximè nu.8.& ſeqq.

19 † Et licet verum ſit, quòd alimenta debent
præſtari iuxta vires bonorum, & patrimonij, l.
cùm filiæ ff. de legat.3. l.cùm poſt §.gener ff.de
iure dotium, l. 2. ff. vbi pupill. educari debeat,
Abb.conſ.155.col.1.in fin.lib.2.Surd.de aliment.
tit.10.num.20. Aymon conſ.189.nu.10.Stephan.
Gratian.tom.3.diſceptat.cap.562.num.39.& 41.
& tom.5. cap.954.nu.37. Camill.Borrell.tom.3.
20 compend.deciſ. tit.4. num.161. † & redituum
ipſius non alienando proprietatem, l. Imperator
Adrianus, vbi Bar.nu.4. ff.ad Sen.Conſ.Trebell.
Boer.deciſ.19.num.4. Additio ad Paul.Caſtren.
conſ.41.num.22.par.3. Menoch.lib.2. de arbitr.
caſu 183.nu.26.& caſu 169.nu.3. Gratian.tom.1.
diſcept.cap.131.num.13. Ioan.Gutier.lib.3.pra-
21 cticar. quæſt.82.nu.22. † & deducto ære alieno
ex Vueſembecio conſ.50.num.29.lib.1. Arnold.
de Roygier in theſauro iuris, verbo *alimentis* nu.
179. adhùc omnibus deductis remanent Domi-
no Nepoti vltra alimenta etiàm ſororibus præ-
fixa, & dotes maternas ſatisfactas annui ducati
triginta ſex mille; ex quibus ſe ſplendidè poteſt
alere, & alimenta condecentia auiæ præſtare,
22 † & contrarium prætendens ad ſubtrahendum
ſe à præſtatione alimentorum, debet probare,
tanquàm fundamentum ſuæ intentionis, vt in
proprijs terminis reſoluit Seraphin. deciſ. 211.
23 num. 5. † quia reus in probatione exceptionis
actor eſt, l.1. ff de except. l.ſi pactum 9. ff. de
probat Bal.in l.fruſtra nu.2.eod.tit. Lapus alleg.
135. num.4. Roder. Suar. in l.4. tit. *de las juras*
num.28.lib.2. fori.

Et quandò hæc non eſſent ita certa, coadiu-
uantur ex eo, quòd pater dicti Domini nepotis
conuenti per ſcripturam publicam cum hypo-
theca, & obligatione bonorum ſuorum ſe obli-
gauit ſoluere durante vita Dominæ eius matri ex
cauſa alimentorum annuos ducatos quatuor mil-
le, tempore, quo dicta Domina fruebatur maio-
ribus reditibus, & potiori ſalute, quàm ad præ-
24 ſens, & in alimentorum præſtatione conſuetu-
do patrisfamilias attenditur tàm circa quantita-
tem, quàm circa modum, vt ſunt verba Iuriſcon-
ſulti in l.penult. in princ. ff.de aliment.& cibar.
legat.Camill.de Curte in diuerſor. iuris feudalis
§.nunc de altera num.147. nàm inquit Stephan.
Gratian.in addit.ad deciſ. Marchiæ 207. num.7.
*Cùm pater taxauerit alimenta, & præſumptio ſit pro
eo, quòd ſunt condecentia ſecundùm vires patrimo-
nij, & qualitatem perſonæ*, Bald.in auth. ex teſta-
mento C. de collat. Iudex hoc ſequi debet, quæ
eſt doctrina ſatis conueniens taxationi alimento-
rum, quæ ad præſens fieri debet.

Maximè, quia debet haberi ratio ſtatus, & de-
ficientiæ facultatum, & ſalutis, in qua ad præſens
25 reperitur dicta Domina auia, † nàm alimenta
taxantur iuxta qualitatem perſonæ, ſecundùm
præſentem ſtatum, vt ex Baldo in l. ſi maritus la
2.ff.ſoluto matrimonio, & Iaſ.in l.cùm hi §. vult
igitur nu.1. ff.de tranſaction. Menoch.lib.5.de
præſumption.præſump.159.num.34.Surd.de ali-
men.tit.4.quæſt.18.nu.3. tradit Steph. Gratian.
26 vbi proximè nu. 4. † vt deberet attendi aug-
mentum dignitatis ſuperueniens perſonæ ali-
mentandæ, vt augerentur alimenta ex adductis
per Tiraquel. de nobilit. cap.20. num.141. Re-
buff. tract. de congrua portione num. 63. Me-
noch.lib.2.de arbitrar.caſu 50.num.5. Stephan.
Gratian. tomo 2. diſceptat. cap.399. num. 9. &
tomo 4.cap.613.nu.18.vſquè ad 25. Vueſembec.
27 d.conſ.50. num.21. † ſecundùm vſum, & ex-
penſas neceſſarias in Regia Curia, tàm pro ſe,
quàm pro eius famulis, famulabuſq; animaduer-
ſio, quæ etiam debet haberi in aſſignatione ali-
mentorum, ex adductis per Gratum dicto reſ-
ponſo 87. num.15. vol.2. Iacob. Gallus conſ.17.
nu.11.

num. 11. Menoch.dicto conſil.1219. num.19.& ſeq. vol. 53.

28 † Rurſus, quia attenta dicta obligatione, & aſſignatione annuorum ducatorum quatuor mille, dictus Dominus nepos, etiàm ſi eſſent alij fratres, & cohæredes eius, poterat inſolidum conueniri ex priuilegio ſpeciali alimentorũ, l.3.ff.de alimen.& cibar legat. quæ limitat l.pro hereditarijs C.de hæredit.actionib. vt intelligit gloſ.ibi.& Vinc.de Franch. deciſ. 203. Thoro in cõpendio deciſ.Neap.to. 5.litera A. fol.85.Riccius collect. deciſ.307.in fine p.2. & collectan.548. verſ. *adde quartum* p. 3. quod caret dubitatione reſpectu dictorum ducatorum quatuor mille aſſignato-

29 rum per dictum inſtrumentum, † Cùm obligatio in eo contenta ſit indiuidua, vt ex Surdo tract.de alimen.tit.9.quæſt.14.num.54.reſoluit diſtinguendo Gaſpar Anton. Theſaur. lib. 2. quæſtion.forenſ.q.67.num.1.& 52.

Nec obſtabit dicere, quòd dicta Domina Auia habet etiàm filium in gradu honorifico cõſtitutum, & quòd illius obligatio eſt anterior in præſtandis alimentis, quàm nepotis, vel ſaltim hæc debeat eſſe ſubſidiaria, facta excuſſione contra filium; Nàm reſpondetur, quòd iuxta ea, quæ ſunt ſuperiùs fundata, obligatio præſtandi alimenta auiæ eodem modo procedit in nepote, prouti in filio; Et quàmuis Alexand. in l.alimenta C. de negot. geſtis per illum textum voluerit,

30 quòd onus alimentandi debeat regulari iuxta ordinem ſucceſſionis ex fundamentis ſuper eo adductis per Surdum vbi ſupra tit.9. quæſt. 50. num. 1. vſquè ad 6.quàmuis ſequentibus numeris id controuertat ex rationibus à ſe adductis, de quibus etiàm Gaſpar Ant. Theſaur. vbi pro-

31 ximè num.6. † Clarum eſt, quòd dictus Dominus Nepos, & eius fratres poſt dies longeuos Dominæ Auiæ ex perſona ſui parentis, & eam repreſentantes iuxta l. 2. §. non ſolùm ff. de excuſationibus tutor. debebunt concurrere in ſucceſſione cum patruo, l.1. tit.8. l.2. tit.6. lib. 5. nouæ recopilationis, vbi Mattienzo gloſ. 3. num. 2.

Et quòd non ſit attendendum, quod Nepos opponit de excuſſione facienda aduerſus filium, conſtat, quia ipſe non habet vel quantum ſibi ſufficiat iuxta ſui ſtatus conditionem, & qualitatem: nàm & ſi habeat quandam penſionem Eccleſiaſticam, eſt modica, & habet ſua onera, & reliqua, quæ habet ex gagijs, & ſalarijs muneris, quo fruitur in palatio regio, habent ſecum non paruas impenſas, & ſunt reuocationi ſubiecta, & reſpectu dotis vxoris non eſt cur habeatur

32 in conſideratione, † cùm illa ſit ſolùm deſtinata, & inſeruire habeat pro oneribus matrimonij, & vt ſe, ſuoſque filios alat, l.dotis fructus ff. de iure dotium, l.pro oneribus C.eodem titulo, & l.vbi adhùc ibidem, Hieronym. Gabr. conſil. 25.num.16.in fine lib.1. Franch.deciſ.283.nu.14.

33 † Et qui non habet niſi quantum ſibi ſufficit non tenetur alimenta aliàs debita præſtare, vt ex Baldo in l. præſes C. de ſeruitut. & aqua, & in l.ſi quis à liberis §. de alimentis, ff de liber. agnoſcen.tradit Gregorius Lopez in l.2. tit. 19. par.4.gloſ.8. Hieronym.Gabr.conſ.25.num.17. lib.1. Azeuedo conſ.16. num. 9. Lancell. Galliæ conſ.119.à num.10.

34 † Rurſus, quia exceptio diſcuſſionis, ſeù excuſſionis etiàm quandò habet locũ eſt tanquàm dilatoria opponenda antè litis conteſtationem, vt per Carolum Ruinum conſ.19.num.27.vol.3. Marta voto 119.num.3.Boer.deciſ.221.num.57. Petrus Surd. deciſ.44. num. 20. & præſertim ſi differatur opponi in cauſa appellationis, Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 20.num.22. non eſt admittenda.

35 † Et excuſſio non debet concedi in caſu, in quo nihil poteſt opponi, l. ad probationem la 1. cum notatis ibi per gloſ.Bart.& alios, C.de probation. idem Cæſar Barzius deciſ. Bonon. 72. num.4.

36 † Sicut dicitur, quod vbi principalis debitor non eſt ſoluendo, minimè opus eſt excuſſione, Iaſ. & alij in l.1. ff. ſi cert. petat. Roman. conſil. 388. num.9. Hippol. tract. de fideiuſſ. num. 10. Dueñas regula 335. Barzius deciſ. 20. num. 38. 40.& ſeq.& dicta deciſ.72.num.3.Marta ſupra num.2.Marius Antoni.variar.reſolut.lib.2.reſol. 50. num.8.

37 † Et de notorietate ſi non conſtat ex actis, quòd ſufficit ex eodem Marta num. 5. vt ceſſat excuſſio poſſunt Iudices ex officio ſe informare, vt per Crauett. conſ.205. num.45. verſ. *quartò, quia notorium*, Rolan.à Valle conſ.20.nu.9.vol.1. Barzius d.deciſ. 20.num.39.

38 † Et cùm alimentorum cauſa ſit pia, gloſ. in l.ſi cui annuum, verbo *ſolitus fuerit*, ff. de annuis legat. Bald.conſ.50. viſo teſtamento nu.7. vol. 5. Catellian.Cotta in memorabilib. iuris, verbo *alimentorum*, Hieronym.Grat.reſp.40.nu.3. vol.2. Ioan.Bapt.Plot.conſ.19.n.85. Io.Vinc.Honded. conſ.39.nu.51.vol.2.Menoch.lib.4.præſum.115.

39 nu.14. † Et ſic fauorabilis, & priuilegiata, vt per Grat.reſp.69.nu.2. eod.vol. Tiber. Decian.

40 reſponſo 40.num.39 vol.2. † etiàm ſi pateretur aliquod dubium, adhùc pro ipſa pronunciandum erat, vt probant Corduba de Lara in d.l.ſi quis à liberis, §.verùm nu.75. Surd. de alimentis tit.9.q.15.nu.12. & deciſ.Mantuana 223.num.5. Alciat.conſ.70.nu.18.lib.5. Seraphin. dec.Rotæ 251.nu.6.Ioſeph Seſe deciſ.Aragon.45.nu.2.p.2. Steph.Gratian. tomo 3. diſcept.c.586. num.55.

41 † Et ideò tutior via eſt eligenda in cauſa alimentorum, vt ex l.ſed & ſi is, qui §.an autèm ff.de Carbon. edicto tradit Cæſar Barzius deciſ. Bonon.68. num.52.

42 † Debetque celeritèr expediri, cùm alimenta non patiantur dilationem, l. vel necare, vbi Bartolus ff.de liberis agnoſcen. l.fina.ff.de appellation. l Mella in principio, ff. de alimentis, & cibar. legat. Alciatus conſil. 132. num.1. libro 5. Ioannes Franciſcus Purpuratus in l.more num. 43. ff.de iuriſdictione omnium Iudicum, Franciſcus Curti. Iunior in l.s. num. 34. C. de procurator. Surdus de alimentis tit. octauo, priuilegio 70. num.2. Cæſar Barzius deciſ.Bonon.80.num.15.& deciſ.130.num.30. Stephanus Gratianus tomo 5. diſceptation. forenſ. cap. 548. num.6. Marius Giurba deciſ. Sicil. 4. num. 45.

43 Quarò

43 † Quarè etiàm debet ſummariè procedi, vt per Angel. in l. filiusſamilias, §. ſi Iudex num. 2 ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, tanquàm in cauſa pia, prout reputatur cauſa alimentorum, vt per Tiraq. tract. de priuil. piæ cauſæ in præf. verſ. *quanquam*, Ioan. Vincen. Honded. conſ. 39. nu. 11. vol. 2. Steph. Gratian. deciſ. Marchiæ 129. num. 6.

44 † Et quòd requiratur breuis expeditio in alimentorum iudicio poſt Marcheſanum tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 5. nu. 2. tradit Marius Antoninus libro 1. variar. reſolut. 93. num. 1. quod etiàm operari debet, vt reſecentur dilationes, præſertim præſenſæ diſcuſſionis, ſeù excuſſionis, cùm tàm de iure, quàm attento dicto inſtrumento præſtandi annuos ducatos quatuor

45 mille † transferit obligatio in omnes hæredes ex Crauetta conſ. 522. num. 2. verſ. *ex qua ratione*, & conſ. 917. num. 19. Vincent. de Franch. dec. 87. nu. 15. Steph. Gratian. vbi proximè nu. 11. & 12.

46 † Quarè virtute dictæ obligationis, & hypothecæ reſultantis ex ea ceſſat prædicta diſcuſſio ex Gaſpare Antonio Theſauro dicta quæſt. 67.

47 num. 21. † debentquè alimenta taxanda præſtari illi in principio anni, vt eſt de ſtylo Regiarum Cancellariarum, & aliorum Tribunalium iſtorum Regnorum, & aliorum, vt teſtatur Mieres de maiorat. 4. par. q. 28. num. 19. Vincent. de Franch. deciſ. Neap. 155. num. 1.

Finalitèr non obſtat, quòd pro parte nepotis fuit deductum, dictam Dominam eius auiam habere de proprio vt ſe alere poſſit, cùm probatum ſit, & appareat ex actis, Baronias, quas prętenditur poſſidere extra hęc Regna eſſe modici valoris, & reddituum, maximiſquè oneribus ſuppoſitas, & obnoxias, proùt & domus, in quibus habitat, ideòque precisè indigere alimentis petitis à nepote, cùm verè poſſit affirmare, ſe

48 pauperem eſſe, attenta ſua qualitate, † in quo Iudicum arbitrium eſſe fundat plurium authoritate, præſertim Bart. in l. ſi conſtante num. 14. vbi Alexan. num. 13. Iaſ. 144 Ripa 29. ff. ſoluto matrimo. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudicum caſu 65. num. 7. Cæſar Barzius deciſio. 69. nu. 51. & ita mihi videtur de iure, ſaluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *SAnguinis iure quæ dicantur deferri.*
2 *Regnum defertur iure ſanguinis ex vera, & communi opinione.*
3 *Gothorum lege filij cuiuſcunque ætatis, & maſculis deficientibus filiæ Regnum ſuccedebant in Hiſpaniarum Regnis.*
4 *Liberorum nomine veniunt fœminæ.*
5 *Vaſalli debent iurare fidelitatem Principiſſis, vt Principibus.*
6 *Fœminæ plures regnarunt in Hiſpania diuerſis temporibus.*
7 *Dauid in adoloſcentia fuit vnctus Rex.*
8 *Salomon puer fuit electus Rex Iſrael.*
9 *Ioas hiſtoria recenſetur, qui fuit electus Rex Iſrael in pueritia.*
10 *Azarias Amaſiæ filius fuit Rex Iuda ætatis annorum 16.*
11 *Manaſſes filius Ezechiæ cœpit regnare anno 12.*
12 *Ioſias in anno octauo regnare cœpit.*
13 *Aſcanius Aeneæ filius regnauit in puerili ætate ſub tutela matris.*
14 *Thraciæ Regnum à Senatu Romano diuiſum, & Regibus minoribus tutores dati.*
15 *Pliſtarchus Leonidæ filius fuit Rex Lacedemoniorum ſub tutela Pauſaniæ.*
16 *Pleiſtonactes Lacedemoniorum Rex fuit in pueritia ſub Nicomede tutore.*
17 *Cleomenes fuit tutor Egeſipolis pueri Lacedemoniorum Regis.*
18 *Leonidas Cleomeni filius fuit tutor Acroccati Lacedemoniorum Regis.*
19 *Micithus ſeruus fuit tutor filiorum paruulorum Anaxilai Regis.*
20 *Ariſtibæ filio Piala Regis Epirotarum minori fuere tutores publicè conſtituti.*
21 *Pyrrhus Epirotarum Rex anno vndecimo regnare cœpit.*
22 *Olympias filia Pyrrhi Epirotarum Regis mortuo Alexandro marito. relicto filio primogenito minore, pro eo Regnum adminiſtrauit.*
23 *Argæus Macedonum Rex in cunis ſucceſſit in Regno, & ibi notabilis hiſtoria belli cum Illyriis.*
24 *Clotharius filius Chilperici Francorum, & Sueſſonum Regis in cunis ſucceſſit in Regno ſub tutela Fredegundis matris.*
25 *Philippus filius Demetrij Regis Macedonum paruulus ſucceſſit in Regno.*
26 *Antiocho Regi Syriæ ſucceſſit filius paruulus, cui fuere dati tutores à populo.*
27 *Labdacus Cadmi nepos ex Polydoro patris Regnum obtinuit ſub Lyco tutore.*
28 *Laius filius Labdaci minor ſucceſſit in Regno, eodem Lyco tutore.*
29 *Laodamaris Etheoclis filius puer ſucceſſit in Regno patris.*
30 *Hieron paruulus ſucceſſit Hieroni auo in Regno Siracuſarum Siciliæ.*
31 *Philippus minor fuit Rex Macedonum ſub tutore Antigono.*
32 *Antiochus filius Antiochi Regis Syriæ minor ſucceſſit in Regno & datus fuit illi tutor Lyſias.*
33 *Baldarus infans ſucceſſit in Regno Longobardorum.*
34 *Theodoſius minor filius Arcadij Imperatoris, cùm adhùc eſſet ſub mammis ſucceſſit patri, & fuit curator illius Irdigetes Rex Perſarum.*
35 *Theodoſius Senior diuiſit Imperium, relicto Arcadio Orientali Imperio ſub gubernio Ruffini, & Honorio Occidentali ſub Stilicone, & quæ damna exindè fuerint exorta, recenſetur.*
36 *Auguſtulus puer ſucceſſit in Occidentali Imperio.*
37 *Athalaricus ſucceſſit in Regno Gothorum.*
38 *Baldarus Longobardorum Rex ſub Adriano Imperatore fuit.*
39 *Ninus filius alterius Nini Regis Aſſyriorum impubes ſucceſſit in Regno, quod pro eo rexit Semiramis mater.*
40 *Zenobia Regina vxor Odenati Palmyrenorum Regis pro filio minore Regnum prudentèr, & viriliter rexit.*

41 Ludouicus vndecim annos natus Vladislaò patri ſucceſſit in Regno Hungariæ.

42 Clotharius infans filius Clodouei Regis Francorum ſucceſſit in Regno.

43 Clotharius ſecundus ſucceſſit in minori ætate Chilperico Regi, eius patri.

44 Clotharius Rex deceſſit in pueritia, ſucceſſitque ei Theodoricus illius frater.

45 Ioannes filius Ludouici Huttini Regis Franciæ, diebus quindecim natus ſucceſſit in Regno, ſed in infantia deceſſit.

46 Francorum Reges inunguntur, & conſecrantur in templo Diui Dionyſii.

47 Clodoueus XII. Rex Franciæ regnauit cùm eſſet infans.

48 S. Ludouicus nonus annorum XII. ſucceſſit in Regno ſub Blanca Regina matre illius tutrice.

49 Carolus Sextus admodùm puer ſucceſſit in Regno Franciæ.

50 Carolus nonus antè XI. annum ætatis ſucceſſit in Regno Franciæ.

51 Ludouicus XIII. mortuo Henrico IV. Rege Franciæ, ipſius patre in infantia ſucceſſit in Regno ſub tutela Reginæ Mariæ Mediceæ matris.

52 Odoardus III. ſucceſſit infans in Regno Angliæ.

53 Lex vetus fuit apud Francos, qua filij etiàm infantes ad paternum Regnum vocantur.

54 Oraculum Delphicum conſultum mortuo Ariſtodemo Lacedemoniorum Rege ſuper ſucceſſione filiorũ infantium qualitèr reſponderit, recenſetur.

55 Infans ex ſucceſſione paterna poteſt eſſe Rex, & coronari.

56 Henricus IV. mortuo patre Henrico III. cùm remanſiſſet minor annorum decem fuit coronatus Rex & Imperator Germaniæ.

57 Theodoſius annorum octo obtinuit Imperium.

58 Conſtantinus VI. anno ætatis XII. obtinuit Imperium.

59 Thomas Comes Sabaudiæ in infantili ætate ſucceſſit in dicto ſub tutela Comitis Burgundiæ, eius auunculi.

60 Philibertus filius Amadei noni Ducis Sabaudiæ ſucceſſit anno ætatis quarto in Ducatu ſub matris tutela.

61 Carolus II. filius Caroli primi ſucceſſit in Ducatu Sabaudiæ cùm eſſet anniculus, & ſeptennis deceſſit.

62 Balduinus Filius Guillelmi Longaſpada Marchionis Montisferrati, & Sibillæ ſororis Balduini Regis Hieruſalem cùm eſſet infans in faſcijs ſucceſſit patri, & in dicto Regno.

63 Gulielmus annorum XII. ſucceſſit in Ducatu Mãtuæ, & Marchionatu Montisferrati.

64 Coſmo II. magno Duce Ethruriæ mortuo ſucceſſit Princeps Ferdinandus ſecundus eius filius in minori ætate ſub Sereniſſima matre, & auia tutricibus.

65 Alphonſus filius Petronillæ Reginæ Aragonum, & Raymundi Comitis Barcinonæ cùm eſſet puer ſucceſſit parenti ſub matris tutela.

66 Iacobus primus filius Petri ſecundi ſucceſſit in Regno Aragonum in ætate annorum ſex, & menſium quatuor.

67 Seniofredus infans ſucceſſit Don Mir patri in Comitatu Barcinonæ.

68 Alphonſus octauus filius Regis Sanctij III. annorũ quatuor incœpit regnare in Caſtella, & Toleto.

69 Henricus I. filius Alphonſi noni ſucceſſit in Regno in ætate annorum vndecim.

70 Ferdinandus quartus annorum nouem ſucceſſit in Regno.

71 Alphonſus vndecimus anni vnius, & dierum XX. ſucceſſit in Regno.

72 Henricus III. filius Ioannis primi annorum XI. ſucceſſit in Regno.

73 Ioannes II menſiũ XX. in cunis ſucceſſit in Regno.

74 Ferdinandus infans creatus fuit Rex Aragonum.

75 Alphonſus IV. Rex Legionis annorum quinque, & menſium octo ſucceſſit in Regno.

76 Ramirus tertius in tenera ætate ſucceſſit in Regno.

77 Pupilli, & infantes ſuccedere poſſunt in Regnis, & dominijs.

78 Reges antè XIV. annum adminiſtrant Regna per tutores idoneos.

79 Adoleſcens inuitus non recipit curatorem, niſi ad litem.

80 Regi minori prò beneficio Regnorum datur curator, etiàm ſi nolit.

81 Impuberes eſſe in tutela conueniens eſt, & quarè.

82 Regina ſi remanſit prægnans, homagia præſtantur ventri.

83 Ventri libero omnia iura conſeruarunt antiqui in tempus naſcendi.

84 Poſthumus, qui ſperatur, quandò partem faciat.

85 Intellectus l. nõ eſt pupillus 161. ff de verbor. ſignif.

86 Conceptus in fauorabilibus habetur pro nato.

87 Vterus quoàd ſubſtantiam cenſetur homo.

88 Partus cauſa aliquandò fauorabilior eſt quã pueri.

89 Vteri fauor procedit etiàm in Regni ſucceſſione, & ibi exemplum.

90 Charilaus poſthumus Polydectæ ſucceſſit in Regno Spartiatarum, quod rexit, & ſeruauit illi Lycurgus patruus.

91 Saphoris Rex Perſarum coronatus in ventre, & ibi pulchra facti hiſtoria, & num. 92.

93 Vladiſlaus poſthumus Alberti Imperatoris ſucceſſit in Regnis Hungariæ, & Bohemiæ.

94 Stephanus poſthumus Andreæ ſecundi Regis Hũgariæ ſucceſſit patri.

95 Ioannes poſthumus Ludouici Huttini ſucceſſit in Regno Nauarræ.

96 Salicæ legis Franciæ materia dilucidatur, & controuerſia de ſucceſſione Regni inter Ludouici Huttini filiam, & Philippum Longum, & nu. 97.

98 Carolus nominatus ſimplex poſthumus Ludouici Balbi ſucceſſit in Regno Franciæ, & quales turbationes occurrerint.

99 Carolus Pulcher deceſſit vxore grauida & quia fœminam fuit enixa, ſucceſſit Philippus Valeſius, excluſo Odoardo Rege Angliæ.

100 Senatoris filius dicitur, aut Regis, natus, mortuo Rege, aut Senatore, & nu. ſeq.

102 Sectio ventre extractus nil differt à nato quoàd ſucceſſionem.

103 Emphyteuſi accepta pro ſe, & liberis, veniunt editi exacto ventre.

105 Mulier prægnans humari non poteſt, antequàm partus ei excidatur. Et quomodò procedat n. 104.

106 *Ventris nomine poteſt mater poſſeſſionem petere ſucceſſionum.*

107 *Mater debet petere curatorem ventri, ſicut tutorem infanti.*

108 *Ventri dicitur propriè dari curator, & non tutor.*

109 *Textu..oquentes de tutoribus datis poſthumis, in..ignuntur poſtquàm ſunt nati.*

110 *Curator datur ventri, non tutor, quia eſt ſub matris tutela in viſceribus.*

111 *Vterus ſanguine matris alitur, donèc æditur.*

112 *Mater prægnans ſimplicem vecturam ſoluit pro ſe, & vtero.*

113 *Tutor principalitèr datur perſonæ, ſicut curator bonis.*

114 *Intellectus l.in lege falcidia 9. ff. ad legem falcidiam.*

115 *Curator datus ventri ceſſat, nato infante.*

116 *Subſtitutus datus ventri auditur pro ſuo intereſſe in cuſtodiendo illo.*

117 *Feudum quandò ſperatur deuolui ad Regiam Curiam qualitèr prouideatur, nè ſupponatur partus in Regno Neapolis.*

118 *Regina quandò remanſit prægnans, quid fieri debeat poſſeque ea de cauſa conuocari comitia generalia Regni.*

119 *Princeps Hiſpaniarum licèt remaneat in infantili ætate, tempore mortis patris poteſt coronari Rex.*

120 *L.3.titulo 15.part. 2. quæ tractat, quid faciendum ſit in Regnis Caſtellæ, Rege remanente paruulo, dilucidatur.*

121 *Regnum aliquandò fuit gubernatum per Conſilium, & Conſiliarios Regis in eius minori ætate.*

122 *Rege exiſtente in vtero, vel pupillo, curator dabitur, aut balius à patricijs, ſeù proceribus Regni.*

123 *Regis tutela expirat in initio anni decimi quinti.*

124 *Regem cogi curatorem accipere pro meliori regimine Regni, tenuerunt plures.*

125 *Regem non teneri curatorem habere poſt pubertatem, qui teneant.*

126 *Rex pupillus non ſolus, & ex ſuo arbitrio, ſed cõſilio virorum prudentum debet regere.*

127 *Carolus V. Francorum Rex decreuit, Regem poſſe adminiſtrationem Regni ſuſcipere anno XIV. impleto, & quibus rationibus.*

128 *Regnum quandò adminiſtratur per tutores, plura incommoda ſequi ſolent.*

129 *Alphonſi Regis Portugalliæ tutelam geſſit Don Petrus patruus, & quæ damna ex indè orta fuerint.*

130 *Donationes factæ tempore tutelæ Regis ſunt nullæ*

131 *Alphonſi, & Sebaſtiani Regum Portugalliæ minorum tempore, quæ damna ipſis, & Regno ſuo euenerint.*

132 *Ferdinandus Rex Catholicus reliquit adminiſtratorem ſuorum Regnorum Cardinalem D. F. Franciſcum Ximen. Archiepiſcopum Toletanum.*

133 *Adminiſtratori dato Regno debetur idem honor, qui Regi.*

ARGVMENTVM.

Mortuo Rege relicta prægnante Regina qualitèr ventri in ſucceſſione Regni cõſulatur, & quid ſi reliquerit Principem filium primogenitum in infantili, aut impuberi ætate, ipſi, & Regni regimini debeat prouideri, quandonè poſſit ſolus adminiſtrare illud citra tutoris authoritatem.

CONSILIVM CXCVIII.

ILlud præmittendum eſt, quædam eſſe, quæ iure ſanguinis deferuntur, ea .ſ. quæ more, conſuetudine, lege, aut diſpoſitione Principis alicuius, vel alterius Inſtitutoris certæ familiæ, certouè generi ſunt deſtinata, nec electione, aut vltimi morĩetis iudicio à ſucceſſore capiuntur, l.3. ff. de interd. & releg. ibi, *Quæ verò non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur ea manere eis incolumia.* (Et rurſus) *non n. hæc patrem, ſed maiores eius eis dediſſe*, l. ſi adrogator ff. de adoptio. dũ inquit. *Non iudicio patris ad eũ, ſed principali prouidentia peruenit*, l. vnũ ex familia §. ſi de falcidia ff. de legat. 2. quæ ait, *nõ enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium eſt, quid eſt enim, quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui id, quod relinquit omninò reddere debuit*, l. coheredi §. cũ filiæ ff. de vulgari, & pupillari ſubſt. l. Papinianus §. ſi quis impubes ff. de inofficioſo teſt. l. ſi maritus ff. familiæ erciſcundæ, l. vel quod ff. de relig. & ſumptib. funer. l. penult. ff. de ſepulchro violato, l. pro hærede §. vlt. ff. de acquir. hæred. l. 1. §. impuberi ff. de collat. l. quia perindè ff. ad S. C. Trebellian. l. ſi operarum ff. de operis libert. l. filij ff. de iure patron. & conferunt quæ tractant Bart. & alij in l. mortis cauſa capimus ff. de donat. cauſa mortis, Arias Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 65. Aluar. Valaſc. de iure emphyt. q. 10. num. 3. Molina lib. 1. de Hiſpanorũ primogen. cap. 8. num. 2. & 23. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 7. part. 2. Author tract. de maioratu Elect. Imper. lib. 2. cap. 21. num. 3.

2 † Quod in Regno, & ſucceſſione illius maximè procedit, pacto enim cõuento ob publicã ſalutẽ, iã indè ab initio à tota Republica cũ primo principe inito, gẽtiũ iure inducto Dei numine cõfirmato poſteris primi illius proditur, ſeù aperitur Regnũ, nec ab hoc, aut illo poſſeſſore accipitur, ſed potiùs iure sãguinis defertur, vt affirmãt Io. Laud. inter conſ. Oldradi cõſ. 224. n. 27. verſ. *hoc autẽ ius* Bald. cõſ. 121. incip. à c. inchoãtes n. 10. ver. modò facio vnã vol. 3. & in l. ex hoc iure n. 5. de iuſtit. & iure, & in c. venerabilẽ n. 14. de electione, & in cap. 1. §. hoc quoquè de feudo Marchiæ nu. 6. & ibi Cardin. Alexandr. nu. 8. Præpoſit. in cap. Moyſes 8. q. 1. nu. 3. Alexand. conſ. 30. nu. 15. lib. 1. Abbas conſ. 3. num. 3. lib. 2. Iaſo. in l. nemo poteſt lectura 1. num. 3. ff. de legatis 1. Anchara. conſil. 339. num. 5. & 6. Guillelm. Benedict.

in re

in repet.c. Raynuntius de teſtam. verb. *in eodem*
teſtamento lo 1. nu. 149. Petrus Peralta in l. 3. §.
qui fideicommiſſ. num. 48.& 52.ff.de hæredib.
inſtituen.& in rubr.eiuſdem titu.nu. 107.& 110.
Ioann.Crot. in l.de quibus nu. 73. ff. de legibus,
Ioann.à Terrarubea tract. contra rebelles Regũ
Franciæ tract.1.art.1.cap.10.& 11. Conrad.in tẽ-
plo iudic.lib.1.cap.2.q.2.nu. 5. Palacios Rubios
de iuſtitia,& iure retẽtionis Regni Nauarræ par.
5.§.6. & communem affirmans opinionẽ Hanne-
ton.lib.2.de iure feudor.cap.5.pag.178.& paſſim
DD.in cap.licèt de voto.& in cap. grãdi de ſup-
plen.neglig. prælato.ibi *iure Regni*, Guillel. de
Montferrat.tract.de ſucceſſio.Regni, Greg.Lo-
pez in l.4.titu.15.partit.2.glo.1. Molina lib. 1. de
Hiſpanor.primogen.cap.8.num.2.& 9. & lib.3.
cap.6.num.9.Mieres de maioratib. 4. par. q.1.à
num.183.vſquè ad 214.Anto.Gama deciſio. Por-
tugal.174.num.15.Ioan.Anton.Lanar.conſi.1.nu.
25. Dominic. Arumæus diſcurſu 30. de iure pu-
blico.cap.2.§.13.Calixtus Ramirez tract.de lege
regia §.4.num.4. & ſeqq. Robles de repreſenta-
tio.lib.3.cap.14.num.2.& cap.16. Franc. Caldas
Pereira in l.ſi curatorem habens,verbo *hunc cõ-*
tractum num.45.C.de in integ.reſt.minor.idquè
ſatis demonſtrant partitarum leges, lex nempè
9. titu. 7. part. 2. ibi *que ſon ſus ſeñores natural-*
mente por raçon del linaje. Tex.in l.2.titu.15.part.
2.ver. *mayormente en España*, & in l. 18.tit.4.par.
3.ibi *nin áuer por linaje* rubric.titu.8.part. 2.l.6.
titu.15.part.ead.& l.9.titulo 1.partita 2.ibi *de li-*
naje de Reyes, quæ omnes partitarum leges Re-
gnorum ſucceſſionem iure ſanguinis deferri fir-
mant, vt nouiſſimè obſeruat D. Chriſtophorus
de Paz tract. de tenuta, ſeù remed. poſſeſſor. c.
85.num.118.127.138. & alijs pluribus.& ex Bal.
conſ.159.incip. ſuper eo nu. 2.vol.3.Hiero. Ga-
briel.conſ.83.num. 67. vol.1. Horat. Carpan.ad
ſtatut.Mediola.par.2.pag.293.in diploma. num.
24.Ludo.Montal.de reprobat.ſentent.Pilat. art.
4.num.2.Bouadilla in polit.lib.2.cap. 16.num.2.
& ſeqq.Menoch.conſ.808.num. 11.vol.9.Alexan.
conſil.10.num.2.lib.5.Alexander Raudenſ.conſ.
140.num.1.inter conſilia vltim. volunt. vol. 2.
3 † Gothi enim,qui tempore Pelagij Regis eius
auſpicijs Hiſpaniam à manibus Arabum recupe-
rare ceperunt, pro lege ſanxerunt, vt refert Lu-
cas Tudenſis,cùm de eodem Pelagio agit, quòd
filius Regis cuiuſcunque ætatis relictus, ſi modò
catholicus eſſet, ſuccederet in Regno, & filio
maſculo deficiente, filia fæmina ſimilitèr in Re-
gno ſuccederet, vt etiàm obſeruarunt Caldas
Pereira dicto num.45.Mattienzo in dialogo rela-
toris 4.par.cap.12.num.2.de quo tractat Ambr.
Morales lib.13.cap.6.Palac. Rubios de obtentio.
Regni Nauarræ par.6.num.9. & ſeq. Molina lib.
1.de Hiſp.primog.cap.2.num. 13. & Molina le-
ſtitia to.3.de iuſtit.par.1.tract.2.diſput. 576.nu.
7.verſic.*Ioannes Lupus*; & habetur in libro de
maioratu, & præcedentia Electorum Imperij c.
31.libri 2. num. 1. & ſeqq.
4 † Et ideò in his Regnis, & illorum ſucceſſione
liberorum nomine veniunt fæminæ,maſculis de-
ficientibus ex regula l.liberorum ff.de verborũ
ſignificatio.& conſtat l.2.titu.15.p. 2. vbi Greg.
Lopez verbo *la hija mayor*, l.1.titu.3.lib. 1. foro
legum,quæ habetur in l.1.titu.2.lib.2. ordinam.
vbi latè Didacus Perez, l.1.titu.3.lib.3. nouæ re-
copilat.vbi Azeued. num.7.Auiles in procem. ad
capit.prætorum §.2. verbo *y Reyna* n.1.& ſeqq.
Bouadilla dicto c. 16.n.225. Villadiego in prolo-
go ad lib. fori iudicum, l.2 nu.7.& ſeqq.& n.18.
& ex Authoribus exteris Petr. de Anchara. cõſ.
339.nu.7.& 8.Alciat.conſ.4.n.44.lib.4. Menoch.
conſ.65.nu.60.vol. 1.Anton. Corſet. de poteſtat.
Regia par.5. & vltima nu. 59. Henningius Arni-
ſæus libro 2.de Republica cap.2.ſectio.12.num.
9. Tiber. Gambaruti in diſcurſib. politicis cap.
5 34 † quorum plures reſoluunt, Vaſallos ita de-
bere obedire,homagium facere,& fidelitatem
iurare Principiſſis,vt Principibus Regũ,filijs etiã
ſi pueri, & infantes remanſerint, idquè à lege
Gothorum deriuatum ait Caldas Pereira, cui &
conſonant aliorum Regnorum leges, & diuerſa-
rum nationũ conſuetudines,vt per Oldrad. cõſ.
52.& Anton.Sicul.tracta.de poteſt. Regia q. 18.
Guillelmus Barclai lib. 3. contra monarchoma-
cos cap.3. pag. 116. Iacobinus in titu.de cauſis,
quibus Vaſall.ſucceſſio.feudi priuetur,Bald.in l.
quotiès C. de ſuis, & legitim. hæredib. Guillel.
Bened.in dicto cap. Raynuntius verbo *duas ha-*
bens filias num.116. Petrus Gregor. de Republi.
lib.7.cap.11.nu.43.& ſeqq.& qui omnia ferè cõ-
geſſit Tiraq.de iure primogenio.q.10.nu.2. vſq.
ad 8.incluſiuè,Mieres de maioratib. 2. par. q.6.
6 num. 12. † vbi poſt Ioan. Gratian.Falcon.regul.
323.num.5.mentionem facit aliquarum Regina-
rum Hiſpaniæ, præſertim D. Eluiræ vxoris Do-
mini Sanctij ſecundi, & Dominæ Vrracæ vxoris
Alphonſi ſexti, & Dominæ Reginæ Berenguelæ
vxoris Ferdinandi tertij, qui vocatur Sanctus, &
Dominæ Reginæ Catholicæ Eliſabeth,& D.Re-
ginæ Ioannæ eius filiæ matris Inuictiſſimi Impe-
ratoris Caroli V. conferunt quæ tradit P.Aerod.
lib.5.rerum iudic.cap.6.L.Marin.Siculus lib.19.
Anton.Nebriſſ.decad.1.rerum geſtarum à dictis
Regibus Ferdinando,& Eliſabeth lib.3.c.2.& 3.
Vincent.Cabotius lib.1. diſput.iuris c.15.fol.58.
7 † Et vt à ſacra pagina adducamus exempla
eorum,qui in adoleſcentia, & minori ætate Re-
ges fuerunt,legimus,Dauidem,& Salomonem in
adoleſcẽtia in Reges vnctos fuiſſe,vt ex Gratian.
in c.præsbyter §.hoc regulare 78.diſtinct.tradit
8 Tiraq.de iure primogeniorũ q.40.n.211.† Et in
ſpecie de Salomone,quem adhùc puerum Deus
eligit in Regẽ,conſtat lib.3.Regũ c.1.& 2.& lib.
1.Paralip.c.12.& Eccl.c.14.Anto.Corſet. de po-
teſt.Regia 3.par.q.18.n.2.Guill.Mayner.in l.im-
puberes n.8.&in l.quo tutela n.97.ff.de regul.iu
ris,cõprobat Coſta de Regni ſucceſſione pa.196.
Guill.Bened.vbi ſup.verbo *adiectæ impuberi* n.5.
Habetur lib.4.Regũ c.11.& apud Petr. Greg.
lib.26.de Republ.c.5.n.5.Marc.Anton. Sabellic.
lib.1.Æneadis 2.pag.112.Nazariũ in panegyrico
9 dicto Conſtantino, † quòd mortuo Ocozia Re-
ge, Athalia illius mater Regnum tyrannicè in-
uaſit,interfectis his, qui erant de ſemine Regio,
excepto Ioas puero, quem Ioſaba filia Re-
gis Ioram ſoror Ochoziæ furata fuit de medio
filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricẽ

Digitized by Google

eius de triclinio, & abſcondit eũ à facie Athaliæ,
vt nõ interficeretur, donec prudentia Ioiadæ Sa-
cerdotis Ioas puer fuit declaratus,& vnctus Rex
in domo Domini, appoſitumquè diadema ſuper
caput eius,erat enim ſeptem annorum Ioas cùm
occiſa Athalia regnare cœpit .
10 † Azarias Amaſiæ filius cùm eſſet annorum
XVI.regnauit in Iuda 4. Regum cap. 14. & 15.
Tiraq.dicto nu.211. Caldas Pereira 5.
11 † Manaſſes annorũ 12. mortuo Ezechia patre
cœpit regnare in Hieruſalem 4.Regum c. 20. &
21.& 2.Paralipom. c. 33.Guillel.Benedict.in d.c.
Raynuntius,verbo *adiectæ impuberi* n.46.Tiraq.
d.n.21.Barclaius lib. 3.cõtra monarcho.pag.116.
12 † Ioſiam eius ex filio nepotẽ in octauo anno
regnaſſe traditur 4.Reg.c.22.in princ.& 2.Para-
lipom.cap. 34. in princ. & per Tiraq.vbi proxi.
Reſtaur.Caſtal.tract. de imperatore q. 73.num.
38.Perez de Lara infra cap.16 num. 13.
13 † Titus Liuius lib. 1. ab Vrbe condita tradit,
Aſcanium Aeneæ filium ſub matris tutela poſt
mortem patris Aeneæ regnaſſe.
14 † Itaq; veteri ſcribit Cornel.Tacit,lib.2.an-
nal. quòd cùm Regnum Traciæ fuiſſet a Senatu
diuiſũ in Rhœmetalcen filiũ. Rhescuporidis,
liberoſq; Cotyis,iiſq; nõ dùm adultis datũ Tre-
bellenum Ruffum prætura functũ,qui Regnum
interim tractaret,exemplo, quo maiores Marcũ
Lepidũ Ptholomei liberis tutorẽ in Aegyptum
miſerant, Tiraq. dicta q.40.n.208.vbi ex Plutar-
cho in vita Lycurgi ait, pupillorũ Regũ tutores
apud Lacedemonios Prodicos fuiſſe vocatos, vt
ex eo valeat colligi, rẽ cã apud eos obſeruari ſo-
15 litã † Nàm & Pauſanias lib.3.ſcribit,Pauſaniam
Cleombroti filiũ Pliſtarcho Leonidæ filio Lace-
demoniorũ Regi tutorẽ datũ fuiſſe, vt & tradi-
dit Herodotus lib.9.& vltimo, Diodor. Siculus
lib.11.vbi ipsũ adoleſcentẽ non Pliſtarchum,ſed
16 Laonidẽ vocat. † Idemq;Diodor.Sicul.codẽ lib.
refert, Nicomedẽ, Pleiſtonactis Lacedemoniorũ
17 Regis tutorẽ fuiſſe, † & Polyb.lib.4 hiſt tradit,
Egeſipoli Lacedemoniorũ Regi datum fuiſſe tu-
18 torẽ Cleomenẽ Cleõbroti filiũ,† Et Plutarchus
in Aegide ſcriptum reliquit, Leonidã Cleomeni
filium tutelam filij Acrocati pupilli Lacedemo-
niorum Regis ſuſcepiſſe ,
19 † Tiraq.etiàm dicta q.40. n. 209. poſt Iuſtin.
lib.4.memorat Anazilaum Regem filijs ſuis par-
uulis tutorẽ reliquiſſe Micithum ſeruum, quod
& retulit Macrob.lib.1.Saturnal. cap.11.
20 † Idè Iuſtinus lib.17.hiſt.ſcripſit, Ariſbæ filio
Pialæ Regis Epirotarũ, tutores publicè conſti-
21 tutos, quòd ei pupillo Regnum obtigerat, † &
paulò poſt tradit Pyrrho illi eiuſdẽ nepoti anno-
rũ xj.Hic Regnũ adepto datos tutores fuiſſe,qui
22 Regnũ vſq;ad adultã illius ætatẽ tuerentur † Ip-
ſeque Iuſtin.in initio lib.28.memoriæ prodidit,
Olympiadẽ illã Pyrrhi Epirotarũ Regis filiam,
amiſſo Alexandro marito tutelã filiorũ ex eo ſu-
ſceptorũ, Regniq; adminiſtrationem ſuſcepiſſe.
23 † Et inter alia exẽpla illud eſt memorabile,
quod recenſetur ab eodẽ Iuſtino lib.7.hiſt.quòd
cùm Argeus Macedonũ Rex moderatè, & cum
amore populi Regnũ rexiſſet, ſucceſſorẽ Regni
reliquit Philippũ , qui immatura morte raptus
Europẽ paruulũ admodũ inſtituit heredẽ , ſed
Macedonibus aſſidua certamina cũ Tracibus,&
Illyrijs fuere,quorũ armis veluti quotidiano exer
citio indurati,gloria bellicæ laudis finitimos ter-
rebãt, igitur Illyrij infantiã Regis pupilli contẽ-
nentes bello Macedonas aggrediuntur,qui præ-
lio pulſi,Rege ſuo in cunis prolato,& pugnæ an-
tẽ aciẽ poſito acriùs certamen repetiuerũt,tãquã
ideò victi fuiſsẽt, anteà quòd bellantibus ſibi Re-
gis ſui auſpicia defuiſsẽt futuri,vel ꝓpterea victo-
res, quòd ex ſuperſtitione animũ vincẽdi cœpe-
rãt, ſimul & miſeratio eos infantis tenebat , quẽ
ſi victi forent,captiuum de Rege facturi videbã-
tur,conſerto itaq;prælio magna cęde Illyrios fu-
dere, oſtenderuntq; hoſtibus ſuis, priore bello,
Regẽ Macedonibus non virtutẽ defuiſſe, vt me-
morant Io. Saliſberien. in Policratic. lib. 6.c.24.
Appianus lib.11.Franc.Patritius lib.9. de regno.
titu.2.Petr.Greg.lib.26.de Repub.c.5.n.4.Mel-
chior Iunius in qq politicis par.1.q.20.Nazarius,
qui eleganter candẽ rem memorauit in panegy-
rico dicto Conſtantino, Tiraq. dicto num. 209.
quæſt.40 Marc.Anton.Sabellic. lib. 5. Aenead.2.
Theat. vitæ hum.volum.7.lib.3.pag.1786.col.2.
24 † Nec abſimile eſt, quòd mortuo Chilperico
Francorũ,& Sueſſonum Rege, relicto Clothario
eius filio in cunis Fredegundis Regina illius ma-
ter, cũ Childebertus Mediomatricum Rex, in
Sueſſonum finibus caſtra poſuiſſet, ipſa Francos
animabat aduerſus eũ.circuibat ordines,circum-
ferẽtq; tenerũ filium Regẽ illum eorum fidei,vir-
tutiq;cõmendabat,pueritiã eius hoſti contẽptui
eſſe,quaſi exercitus ſinè ſuo Rege, & Rex ſine fi-
do milite foret,oſtẽderent Burgundionibus,Au-
ſtraſianiſq; Reges Francorum inuictos eſſe , non
ætatis flore, roboreue vllo ſuo ; ſed nominis ſui
maieſtate, ſuorumq; armis,qua oratione, & Re-
gis pueruli præſentia,tantũm ardorẽ animis mi-
litũ ſubdidit, vt collatis ſignis ad XX. millia ho-
ſtiu Franci interemerint, paucis ſuorum deſide-
ratis glorioſam victoriam reportantes , vt tradit
Paul.Aemilius lib.1.de geſtis Frãcorũ,Aimoinus
lib.3.c.82.Theat.vitę hum.loco proximè citato.
25 † Iuſtinus etiàm lib.28.hiſt. refert, Demetriũ
Regẽ Macedonũ deceſſiſſe,relicto filio Philippo
paruulo admodũ,cui datus fuit tutor Antigonus,
accepta in matrimoniũ matre pupilli,qui ſe Re-
gẽ conſtituere laborauit,& ſi commota ſuper eo
ſeditione ſinè ſatellibus in vulgus prodierit,pro-
iecto diademate,ac purpura,q̃ tamèn reaſsũpſit,
ſeditionis authoribus punitis,ac demũ Philippus
mortuo eo,cũ eſſet annorũ XIV.ſucceſſit in Re-
gno,de quo etiàm tractat Polybius lib.2. hiſtor.
26 † Idem Iuſtinus libro 34. ſcribit, mortuo
Antiocho Rege Syriæ, relicto filio paruulo
Regni ſucceſſore , tutores illi à populo datos,
de quo & tetigit aliquid Ioſephus libro 12.
antiquitatum Iudaicarum cap. 14. Tiraquel. di-
cta q. 40. num. 209. in fine,qui numero ſequen-
27 ti ait, † quòd Labdacus Cadmi nepos ex Poly-
doro patris Regnum ſub Lyco,tutore obtinuit,
28 † Poſt quem & Laius illius filius ſub eodem tu-
tore regnauit, vt per Pauſaniam lib. 9.quo Bœ-
29 tica deſcribit, † tradens paulò poſt Laodaman-
tem Eteoclis filium, & ipſum puerum patris im-
perium

Digitized by Google

perium aſſequutum Creonte Menecæi filio, eius
tutore imperium adminiſtrante.
30 † Refert Titus Liuius libro 4. ſecundi belli
Punici, Hieronem Siciliæ Regem Hieroni ne-
poti paruulo, & in Regno ſucceſſori nominaſſe
tutores quindecim, qui Regnum adminiſtrarēt,
Thomas Fazellus de rebus Siculis poſterioris
decadis lib. 4. c. 3. in fine.
31 † Idem Titus Liuius lib. 10. belli Macedoni-
ci, & Aſiatici, cuius fragmentum nupèr Mogun-
tiæ compertum ait Tiraquel. refert, Antigonũ
Philippi Macedonum Regis tutorem fuiſſe, ad-
dique Polyb. libro 4. Appellem vnum ex tuto-
ribus ab Antigono patre fuiſſe illi relictum.
32 † Similitèr etiàm Antiocho filio Antiochi Re-
gis Syriæ datus fuit Lyſias, vt ex L. Floro in epi-
tome Titi Liuij libro 46. tradit Tyraq. dicto nu.
210. in fine, de quo lib. 2. Machabeor. cap. 11. &
Theatrũ vitæ huma. vol. 3. lib. 11. pag. 1050. col. 2.
33 † Procopius lib. 3. de bello Vandalico ait,
Baldarum infantem in cunis fuiſſe Regem Lon-
gobardorum, de quo Petrus Greg. de republi.
lib. 26. cap. 5. num. 5.
34 † Narrant Io. Cuſpinia. in Arcadio, & Hono-
rio pag. mihi 122. idemque Procopius lib. 1. de
bello Perſico, & Agathias lib. 4. hiſtor. peregrin.
Arcadium Imperatorem reliquiſſe Iſdigetem
Regem Perſarum curatorem Theodoſij filij, ſub
35 mammis adhùc exiſtentis, & Imperij, † quod
meliùs euenit, quàm Theodoſio ſeniori, qui re-
lictis filijs eiſdem Arcadio, & Honorio, illorum
tutores reliquit Ruffinum, & Stilliconem, tali-
tèr quòd diuiſo Imperio Romano tempore mi-
noris ætatis illorum, Stilicon gubernaret Im-
perium Occidentale, quod reliquit Honorio,
Ruffinus verò Orientale, quod reliquit Arcadio,
vt ex Suida, & Eutropio. Sardiano tradit Alciat.
in l. ſi quis maior 41. num. 1. C. de tranſactio. &
ex Paulo Oroſio lib. 7. cap. 37. Ambroſ. Morales
lib. 11. c. 3. magno tamèn vtriuſque Imperij ma-
lo, propter prauè geſta à dictis gubernatoribus,
quæ recenſent præfati authores, & nominatim
de Ruffino Carol. Sigon. lib. 10. de occid. Imperio
Io. Cuſpin. in Arcadio, & Honorio, Theat. vitæ
huma. vol. 3. lib. 4. pag. 750. & volum. 10. lib. 6.
pag. 2500. & vol. 19. lib. 2. pag. 3505. & 3574. latè
Claudianus in Ruffinum, Rapha. Volaterra. lib.
23. anthropolo. col. mihi 707. P. Gregor. ſyntagm.
Iur. vniuer. lib. 35. c. 5. num. 12. Iornandès libro de
ſucceſſioni. Otho Frinſingen. lib. 4. chron. cap.
20. Gotifredus Viterbienſis lib. 26. Pantei. Cæſ.
Barthi. lib. 7. aduerſario. c. 1. & lib. 53. c. 1. & 2.
pag. ſeù col. 2468. & 2474. Steph. Forcatul. lib. 6.
de Gallorum Imperio, & Philoſophia, & de Sti-
licone Baptiſta Fulgoſ. lib. 9. memorabil. cap. 6.
Petrus Gregor. de Republ. lib. 7. cap. 18. nu. 10. &
lib. 26. cap. 4. eod. nu. & lib. 35. c. 2. nu. 12. Theat.
vitæ hum. dicto vol. 3. lib. 4. & vol. 11. lib. 4. pag.
2606. & vol. 19. lib. 2. pag. 3500. Volaterra. &
Sigon. vbi proxi. Petrus Mexia in vitis Cæſarum
in eiſdem Arcadio, & Honorio.
36 † Procopius lib. 1. de bello Gothorum tradit,
Auguſtulum puerum Occidentis Imperium ſu-
ſcepiſſe, & à minori ætate Auguſtulũ nominatum
37 † Et eodem libro memorat Procopius, Atha-
laricum non dùm annis decem natum Gotho-
rum Regnum ſuſcepiſſe ſub matre Amala-
ſuntha, quod & tradit Iornandes lib. rerum Ge-
ticarum, Tiraq. dicta. q. 40. nu. 211. quò tendunt
pulchræ illæ epiſtolæ magni Aurelij Caſſiodori
1. & 2. lib. 8. variarum vbi pueritiam ſuã Athala-
ricus pro ſtabilienda pace per eius Legatos, ac
Senatui Romano commendat Petrus Mexia in
vita Iuſtini cap. 1. col. 4.
38 † Nec omittendum eſt, quod narrat idem
Procop. lib. 3. Baldarum Longobardorum Regē
admodùm puerum Regnum ſub Adriano Impe-
ratore ſuſcepiſſe, Tiraq. vbi proxi. & ſuprà n. 33.
39 † Notum eſt etiàm, vt exterorum nihil omit-
tamus, Ninum, alterius Nini Aſſyriorum Regis
filium impuberem ſucceſſiſſe in Regno, quod
pro eo gubernauit virilitèr Semiramis illius ma-
ter, paulò enim antè patris obitum natum affir-
mat Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 3. Iuſtinus lib. 1.
Theatrum geneologicum tomo 3. pag. 135.
40 † Et quòd Zenobia Palmyrenorum Regina
Odenati Regis vxor, occiſo marito, cùm paruuli
eſſent filij eius Herennianus, & Timolaus pro ip-
ſorũ maiore natu rexit Imperiũ nō muliebritèr,
moreq; fœmineo, ſed virilitèr etiàm, non ſolùm
enim Gallieno, qui erat Imperator meliùs impe-
rare potuiſſet, verùm etiàm multis Imperatori-
bus fortiùs, atquè ſolertiùs, vt tradit Iulius Ca-
pitolin. in Galienis, & Petrus Gregor. lib. 7. de
Republi. cap. 11. num. 53.
41 † Ludouicus vndecim annos natus Vladiſlao
patri ſucceſſit in Regno Hungariæ, vt ex Du-
bral. lib. 33. hiſt. tradit Theatrum vitæ humanæ
vol. 3. lib. 4. pag. 750. vel anno decimo ætatis, vt
cenſet Nicolaus Iſthuanffi hiſtor. de rebus Hũga-
ricis lib. 6. pag. mihi 83. Io. Sambucus in appendi-
ce rerũ Hungaricarũ in eodē Ludouico pag. 754.
42 † Tranſeundo ad Regnum Franciæ refert
Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 43. re-
gnaſſe Clotarium filium Clodouei infantem, ma-
tre Regnum adminiſtrante, vt obſeruat Vincent.
Cabotius lib. 1. diſput. iur. cap. 18. nec dùm vixit
alium fuiſſe præpoſitum in Regno, & Stephanus
de Gariuai lib. 25. compendij hiſtorialis Hiſpa-
43 niæ c. 24. memorat, † Clotarium ſecundum ſuc-
ceſiſſe Regi Chilperico eius patri in minori æta-
te, fuiſſeque tutorem illius Guntranum Regem
Orleans eius patruum, Caldas Pereira in d. l. ſi
curatorem habens, verbo *hunc contractum* num.
44 46 † idemquè Aimoin. lib. 4. c. 44. ait, quòd cùm
Clotharius Rex puer obijſſet, Theodoricus fra-
ter eius eleuatus fuit in Regnum Francorum.
45 † Ioannes filius Ludouici Huttini Regis Frã-
ciæ diebus quindecim natus cùm pater morere-
tur fuit tanquàm Rex inauguratus, portatuſque
ad Diui Dionyſij templum, vt in eo ritu Regum
46 Francorũ cōſacraretur, † de quo ritu meminere
Guilliel. Rouill. tract. de iuſtitia, & iniuſtitia, lib.
3. c. 1. n. 2. Reſtaur. Caſtal. tract. de Imper. q. 19. n.
2. Ioãnes à Terrarub. in procemio tract. cōtra re-
belles fol. 5. & poſt cũ Iacob. Bonaud. in panegy-
rico, Robert. Gaguin. in cōpēdio ſuper geſtis Frã
corũ fol. 5. in Clodoueo, & Clotildi Aimoinus lib.
1. c. 16. ſed dictus infans deceſſit in via, vt refert
Paul. Aemil. de reb. Franc. in vita Ludou. Huttini.

47 † Refertquè idem Caldas Pereira ſupra nu. 45. verſ. *quin & in Francia*, quòd Clodoueus XII. Rex Frãciæ etiàm Infans regnauit ſub matris tutela ex Gariuai ſupra c. 26. qui cap. 32. idem memorat de Dagoberto 18. Rege, & cap. 53. de Philippo 40. Rege.

48 † Diuus etiàm Ludouicus nonus ſub Blanca matre tutrice cùm eſſet annorum XII. gubernauit, vt tradit Michael Ritius lib. 2. de Regibus Francorum, Iacobin. tract. de feudis in princ. Albericus in l. de creationum nu. 5. C. de Epiſcop. audien. Tiraquel. dicta q. 40. num. 211. Cald. Pereira vbi proxi. Gariuai dicto lib. 25. cap. 58. Ioſeph Texera in vita eiuſdem D. Ludouici.

49 † Carolus Sextus admodùm puer ſucceſſit in Regno Franciæ, idem Ritius lib. 3. de Regib. Francor. fol. 16. Garibai lib. 27. c. 33. Paul. Aemil. in eod. Carolo, & de Carolo 8. Guill. Bened. ſuprà verbo *& adiectæ* à num. 41.

50 † Similitèr, & Carolus nonus ante XI. annum ſucceſſit in Regno, vt tradit Gariuai lib. 29. cap. 12. ad finem, Nicol. Doglionus in theatro Princip. vol. 2. anno 1561.

51 † Noſtraquè ætate Ludouicus XIII. Rex Frãciæ mortuo Henricò IV. parente, ipſe in infantia ferè vagiente ſucceſſit in Regno ſub tutela Reginæ Mariæ Medicææ matris, vt refert Gabriel Barthòlomæus in hiſtoria proſtratæ rebel-

52 lionis in Gallia cap. 1. circa finem, † Et in Anglia Odoard. 3. Polyd. Virg. lib. 19. hiſt. Angliæ.

53 † Quarè Tiraquel. dicto num. 211. concludit, quòd apud Francos lex vetus fuit, quæ filios etiã infantes ad paternum Regnum vocat, vt tradit Agathius lib. 1. de bello Gothorum.

54 † Pro quo Petrus Gregor. lib. 26 de Republ. cap. 5. num. 22. memorat, iudicium oraculi Delphici, quòd conſultum mortuo Ariſtodemio Lacedemoniorum Rege à Lacedemonijs, non quidèm num ſuccedere deberet vnus ex filijs recens natis geminis in cunis exiſtentibus, nam hoc ex lege certum tenebant, ſed quis ex duobus, reſpondit vtrunque Regem eſſe debere, ſed magis primogenitum eſſe honorandum, vt ait Herodot. lib. 6. non contempſit autèm oraculum infantiam in Regni ſucceſſione ordinaria, quòd videatur inutilis, ſed & eam admittendam, & con-

55 ſeruandam in iure maiorum reſpondit; † Vndè Guillelm. Maynert. in l. quo tutela num. 97. ff. de regul. iuris ait, quòd infans poteſt eſſe Rex ex ſucceſſione paterna, & coronari, vt dicit Iacob. Rebuff. in l. 1. C. de muneribus. & honorib. non continuand. inter patrem, & filium lib. 10. facitq. quod notatur per Bart. & DD. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12.

56 † Et vt alia externa memorentur exempla, Henricus IV. Rom. Imperator, vt refert Petrus Mexia in illius vita pag. 493. mortuo Henrico tertio eius patre cùm remanſiſſet minor ætatis annorum decem fuit coronatus Rex, & Imperator Germaniæ, licet non ignorem, quòd Ioannes Baptiſta Egnatius lib. 3. de Roman. Princip. in Henrico III. dicat, ab Henrico filio captum, & Leodij cuſtoditum, fædore carceris poſt annum XLVIII. imperij miſeram animam efflauiſſe, & in eodem Henrico IV. dùm ait, *cui parcere* *ret homo nefarius, qui impias manus in qualemcumquè parentem intulerit*, vt ex eo colligi valeat, non veriſimile tale flagitium admittere valuiſſe in ætate prædicta.

57 † Theodoſium verò anno ætatis octauo Imperium obtinuiſſe retulit Gariuai lib. 7. cap. 60. & Petrus Mexia in vita Honorij c. 3. ad finem.

58 † Qui etiàm in vita Conſtantini 6. pag. mihi 415. tradit, illum anno ætatis XII. Imperij habenas moderatum, Caldas Pereira dicto num. 46. Verſic. *quod &*, vbi ex Iacobino de feudis in princ. aſſerit, idem obſeruatum in Ducatu Sabaudiæ, pro quo Doglionus in dicto vol. 2. thea-

59 tri Principum parte 5. anno 1201. † dùm tractat de Thoma tùnc Sabaudiæ Comite, qui remanſit in infantili ætate ſub regimine, & tutela Comitis Burgundiæ eius auunculi, Ioannes Boterolib. 2. de Princip. bus Sabaudiæ in eodem

60 Thoma, † Et de Philiberto filio Ducis Amadei noni tradit idem Doglionus anno 1471. ſucceſſiſſe parenti anno ætatis quarto, ſub tutela Violantis (quam Vignerus Eliſabetham vocat) Sororis Regis Franciæ Ludouici XI. cum aſſiſtentia Epiſcopi Geneuenſis patrui infantis, vt ait Ioannis Botero in eodem Philiberto pag. 529.

61 † Et de Carolo ſecundo, qui Carolo primo eius patri ſucceſſit anniculus, & ſeptennis deceſſit, vt referunt idem Boter. in eo, pag. 542. & ſeqq. Doglionus ſuprà anno 1489.

62 † Reſpectu Marchionatus Montisferrati, nũc Ducatus Balduinus filius Guillelmi Longaſpada Marchionis Montisferrati, & Sibillæ ſororis Balduini maioris Regis Hieruſalem, patre mortuo ipſo in faſcijs relicto operante patruo fuit tanquàm Rex Hieruſalem coronatus, & à Primatibus Regni acceptatus, vt refert Doglion. in dicto vol. 2. anno Chriſti 1519. pag 533.

63 † Et Guillelmus per mortem Franciſci ſui patris ſucceſſit in Ducatu Mantuæ, & Marchionatu Montisferrati, cùm eſſet ætatis annorum duodecim, Doglion. par. 8. vol. 2. anno Chriſti 1550. pag. 636.

64 † In Ducatu Florentiæ per mortem Coſmi ſecundi magni Ducis Hetruriæ, relicto ſucceſſore Primogenito Principe Ferdinando II in minori ætate, regimen ſtatus per Sereniſſimas Tutrices Archiduciſſam, & magnam Duciſſam matrem, & auiam fuit continuatum, vt obſeruat Anton. Merenda lib. 6. controuerſ. iuris cap. 45. num. 1.

65 † Sed vt ab externis ad proximiora, propriaquè deueniamus exempla, Hieronymus Blancas in commentar. rerum Aragonenſium pag. 152. tractans de Petronilla ipſorum Regina XI. & Raymundo Berẽgario Barcinonenſium Comite illius viro refert, ipſum morientem, ſuum circa Regnorum ſucceſſionem teſtamentum, ac voluntatem verbotenus, multis adſtantibus feciſſe, ac declaraſſe, quòd ad redigendam illam in ſcriptis nequaquàm vita ſuppeditaſſet, poſteà verò generalibus comitijs à Petronilla Regina in Ciuitate Oſcenſi conuocatis, teſtamentum prædictum licèt ſolis verbis conditum, adhibita adſtantium publica, ac ſolemni iurisiurandi religione, ratum, ac ſolenne decretum fuiſſe, Alphonſumq; filium natu

Digitized by Google

natû maiorem illius virtute, Reginæquè matris annuente conſenſu, totius ditionis declaratum hæredem, qui depoſito Raymundi nomine, quo priùs imitatione parentis appellabatur, Alphonſus appellatus eſt, tùnc etiàm ex Comitiorum decreto conſtitutum, vt intereà dùm filius puer eſſet, Regina ipſa mater ad gubernacula Regni ſederet, cui rei in omnibus cumulatiſſimè ſecit ipſa ſatis, ſuit enim magni conſilij ſœmina, at verò vt filius ad duodecimum peruenit ætatis ſuæ annum, ſtatim ex ipſius Reginæ matris conſenſu anno Chriſti M C L XIII. Idem ipſe filius Alphonſus gubernacula Regnorum ſuſcepit, ipſa verò Regina piis tantùm rebus intenta deincèps vixit aliqua ex his obſeruauit Michael Carbonel. In chronico Hiſpaniæ à fol. 52. & ſeqq. Hierony. Zurita lib. 1. indicis latini rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum fol. 73. & lib. 2. Annal. Aragonum cap. 12. 19. 20. & 23. Duardus Nonius cenſura 14. in libellum F. Ioſeph Texeira de Regibus Portugalliæ, Franc. Tarapha de Regibus Hiſpaniæ in Alphonſo Octauo, Franciſcus Didacus de Ayſay. lib. 1. excellentiarum, & antiquitatum Ciuitatis Oſcæ, cap. 22. & 23. Gariuai Zamalloa tomo 4. compendij hiſtorialis Hiſpaniæ lib. 31. cap. 36. & ſeqq. lib. 32. Gundiſal. Illeſcas libro. 5. Hiſtoriæ Pontificalis, vbi fol. 275. anno 1138. cap. 6. & 7. de Regibus Aragonum, Diago. lib. 2. de Comitibus Barcinonæ c. 123. 139. & 140. Don Ioannes Briz Martinez in hiſtoria Sancti Ioannis de Pinna, & Regis Don Ramiri II. lib. 5. c. 35. & 36. Licenciat. Gaſpar Eſcolanus lib. 3. hiſtor. Valentinæ cap. 2. & ſi Petrus Anton. Beuter lib. 2. Chron. Hiſpan. cap. 19. dicat. incœpiſſe regnare præſatum Alphonſum anno ætatis decimo, & pro ipſo gubernaſſe per biennium Regnum Aragonum, & Principatum Cathaloniæ Comitem Prouenzæ illius conſobrinum.

66 † Mortuo Rege Aragonum Petro II. Iacobus I. ætatis ſex annorum, vel ſecundum Hierony. Zuritam lib. 2. Annal. Aragon. c. 66. annorum ſex, & menſium quatuor, renunciatus ſuit Rex legitimus Aragonum Cathaloniæ, & Principatus Mompellieris, receptuſque per Honorium tertium tùnc ſummum Pontificem, ſub tutela Beati Petri, & Apoſtolicæ ſedis, commiſſumquè Bernardo Cardinali Aquitaniæ, quòd tueretur illum, & illius Regna, & bona tanquàm clientis ſedis Apoſtolicæ, ipſumquè deputaſſe tanquàm præcipuos Regni adminiſtratores Aſpargum Archiepiſcopum Tarraconenſem, & Simonem Cornelium, ac Guillermum Ceruera, & Petrum Aones viros primarios Aragoniæ, & Cathaloniæ, vt referunt Bernardinus Gomez Miedes in hiſtoria latina Regis Iacobi lib. 2. & ſeq. D. Ioannes Tornamira in eadem hiſtoria vulgari cap. 1. & eruditè ſuo more idem Zurita in indicibus latinis rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum lib. 1. pag. 97. & ſeqq. in eodem Iacobo, P. Fr. Franciſcus Diago. lib. 7. Annal. Regni Valentiæ cap. 1.

67 † In Comitatu etiàm Barcinoniæ refert Gariuai tomo 4. compendij Hiſtorialis Hiſpaniæ cap. 27. lib. 31. Comitem Don Mir, relictis eius filijs in tenera ætate nominaſſe hæredem dicti Comitatus Senioſredum eius primonatum ſub tutela, & regimine Don Sunet Comitis Vrgelis, de quo etiàm meminit Caldas Pereira dicto nu. 45. Diago. de Comitibus Barcinon. in Senioſredo.

68 † Per mortem Regis Don Sanctij III. Caſtellæ Regis, quem aliqui Deſideratum nominant Rex Alphonſus octauus, quem alij nonum appellant, illius filius ætatis annorum quatuor incœpit regnare in Caſtella, & Toleto ſub tutoribus, euenerunt tamèn magnæ commotiones, & ſeditiones; vt eſt videre apud Gariuai tomo 2. compen. hiſtor. lib. 12. cap. 12. Ioan. Mariana lib. 11. Hiſtor. Hiſpan. c. 9. & 10. & ſi circa ætatem differat, cenſet enim ſuiſſe annorum octo, Michael autèm Ritius libro 3. de regib. Hiſpaniæ fol. mihi 30. ait, quòd Alphonſus adhùc in cunis inſans illuſtrium quorundam virorum pietate ſeruatur aduerſus Ferdinandum patruum Sanctij fratrē, Hiſtoria Valeriana 4. par. c. 110. opinionem eam ſequitur, quòd ſucceſſerit in ætate annorum quatuor.

69 † Per mortem eiuſdem Regis Alphonſi noni ſucceſſit in Regno Henricus primus in ætate annorum vndecim pro quo Regnum adminiſtrauit Soror illius Regina Donna Berengaria per mortem Reginæ Donnæ Eleonoræ ipſorum matris, tamèn ſolummodò regnauit annis duobus, & decem menſibus, vt tradit eadem hiſtoria Valeriana d. 4. par. c. 112. Gariuai dicto libro 12. cap. 38.

70 † Rex Don Ferdinandus quartus, vulgò dictus *El emplaçado* filius Dō Sanctij quarti in minori ætate, ſcilicet annorum nouem ſucceſſit in Regno, quod mater illius Regina Donna Maria gubernauit, & cùm multa bella ſuiſſent exorta per Reges Aragonum, & Nauarræ, & Portugalliæ, & Infantes filios Don Alphonſi de la Cerda, qui ſuerat filius Primogenitus Regis Alphonſi cognominati Sapientis, & Don Ioannis eorū patrui, Regina mater ſua prudentia, & valore illi Regnum defendit, & cōſeruauit, exceptis aliquibus Oppidis ex Prouincia Murtiæ, ceſſis Iacobo Aragonū Regi arbitratu Regis Dionyſij Portugalliæ, vt eſt videre apud Michael. Ritiū dicto lib. 3. fol. 32. Gariuai lib. 13 cap 25. Pereira dicto n. 45.

71 † Mortuo dicto Rege Ferdinando Quarto ſucceſſit Rex Alphōſus XI. cùm eſſet anni vnius, & dierum viginti, vt memorat hiſtoria Valeriana 4. p. c. 119. fol. 86. cuius tutela ſuit delata Reginæ D. Mariæ eius auiæ, & Infantibus D. Ioanni, & D. Petro patruis Regis, vt habetur in illius chronico c. 10. & 11. Garibai d. tomo 2. lib. 14. c. 1. & 2.

72 Hiſtor. Sāctij 1. c. 13. † Refert etiàm Zurita to. 2. lib. 10. c. 48. quòd mortuo Rege Ioanne I. per lapſum equi ſucceſſit Rex Henricus III. anno Domini 1390. cùm eſſet annorum vndecim, vt tradit eadem hiſtoria Valeriana 4. p. c. 124. Gariuai lib. 15. c. 28. vel annorum duodecim ſecundùm Ritium vbi ſupra fol. 33. col. 2. Hiſtoria Regis Ioannis Primi anno 12. cap. 19. Piſa. in hiſtoria Toleti lib. 4. c. 25.

73 † Mortuo ſimilitèr eodem Rege Henrico Tertio remanſit Rex D. Ioannes Secundus illius filius ætatis menſium viginti in cunis, circa annū Domini 1407. vt conſtat ex Raphaele Volaterrano lib. 2. Geographiæ col. 33. dicente, Henricū

excel-

exceſſiſſe è vita Toleti, Ioanne Secundo filio ſucceſſore in cunis relicto, ac Catharina matre, & Ferdinando patruo Alphonſi patre illius, qui poſteà Rex Siciliæ fuit; tutoribus adhibitis, Hiſtoria Valeriana dicta 4. par. c. 125. folio 92. Hiſtor. Epiſcopi Palentini lib. 4. cap. 25. col. 2. Michael Ritius dicto lib. 3. fol. 34. hiſtoria dicti Regis Henrici anno 6. cap. 14. & 15. Gariuai lib. 16. cap. 1. & 2. Iuſtus Lipſius in monitis, & exemplis politicis lib. 2. cap. 4 §. 9. qui omnes extollunt encomijs fidelitatem, quam infans velut alter Lycurgus ſeruauit nepoti, cùm in eundem Ferdinandum omnium non modò ſtudia, ſed aperta irent ſuffragia, vt Rex fieret, incitabat non ſolùm ipſe æui maturus, ſed vel ſolo virtutum merito, (& ſi ſanguis ſeponeretur omni ſumma fortuna dignus, ita vt coniecti in eum oculi procerum, & vulgi, non haberet opus ambire, qui ambiebatur, idquè non à ſingulis tantùm, & in priuatis colloquijs, vbi adulatio timeretur; ſed in conuentu publico huic rei indicto omnium ſenſûs, & deſiderium, ſed & pueri ætas, quæ quandò tandèm gubernationi ſuffectura eſſet? longum annorum interuallum bella in manibus, turbas, & diſſidia in metu eſſe: quæ ſemper ferè comitari ſolerent, vbi penès alios regimen eſſet, memorabantur exempla diuerſa, quibus fuere patrui prælati nepotibus, vt euenit in Rege Sanctio IV. relicto Infante Don Alfonſo de la Cerda, & quòd relicta D. Conſtantia filia maiori Regis D. Petri, fuit acceptus Rex Henricus ſecundus, licèt non ex legitimo matrimonio, & quòd per mortem Don Henrici primi, Nobiles Caſtellæ Regna dedere Donnæ Berengariæ, & filio ipſius Sancto Regi Ferdinando tertio, excluſa Infanta Donna Blanca Franciæ Regina Sorore maiori, & Regis Ferdinandi amita, vxore Ludouici Regis Franciæ octaui eius nominis matre Sancti Regis Ludouici, & in Regibus Legionis reperiebantur alia exempla, vt tangit Gariuai vbi proximè, ſurdas aures ad omnia Ferdinandus habuit, qui ius Infantis oſtendebat, & Hiſpaniæ conſuetudinẽ, quæ eò magis ipſis tuenda foret, quòminus ille puer (hoc ipſo miſerandus) poſſet, accepit in Regem, & naturalem Dominum dictum Regem D. Ioannem, nè tunc in arce Segouiæ cum Regina Catharina matre degehtem, tradiditquè manu propria vexillom Regium Comeſtabili Don Roderico Lopez Daualos, & omnes per Ciuitatem Toleti ſolito more inceſſere acclamantes Caſtellam, pro Rege Ioanne, qui Ferdinandus magis illuſtris, & clarior euaſit, ſpreto Regno, quàm ſi decem fraude, vel ambiguo iure
74 quæſijſſet, † cui tamèn Deus paulò poſt Regnum Aragonum contulit electione, ſiuè iudicio, ſuarum vtiquè virtutum condignum pretiũ, aduerſus plures alios Principes viros idem Regnum prætendentes, vt latè proſequitur Hieron. Zurita tomo 3. Annal. lib. 11. c. 32. & 83. 87. & ſeqq. addit tamen Ioannes Mariana tomo 2. hiſtor. Hiſpaniæ lib. 19. cap. 15. quòd Didaco Lopez à Stunica, & Ioanni de Velaſcò fuit commẽdata educatio, & cuſtodia præfati Regis Ioannis, & illius doctrima Don Paulo Epiſcopo Carthaginenſi, maiori Cancellario Regis, vt illum erudiret, eſſetque ipſius in litteris magiſter, & quòd reſpectu regiminis duraret adminiſtratio ad annum vſquè decimum quartum ætatis Regis, de quo Michael Ritius vbi proxi. Caldas Pereira dicto num. 45. Chron. Regis Ioan. II. c. 20. anni ſexti. Piſa. lib. 4. hiſt. Toleti cap. 27.

75 † In Regno etiam Legionis Alphonſus quartus Rex anno ætatis ſuæ quinto, & menſium octo ſucceſſit, vt traditur in chronico generali Hiſpaniæ par. 3. cap. 16. & ſi Gariuai lib. 9. cap. 20. nominet illum Alphonſum tertium Regis Ordoñi filium, dicatque remanſiſſe minorem ætatis annorũ decẽ, Caldas Pereira vbi proximè.

76 † Ramirum etiàm tertium, & vltimum iſtius nominis ſucceſſiſſe Regi Don Sanctio eius patri in tenera ætate, refert ex Gariuai lib. 9. cap. 35. idem Caldas Pereira loco citato.

77 † Quarè Guillel. Benedictus in dicto c. Raynuntius verbo *Adiectæ impuberi* num. 5. & 6. concludit, quòd pupilli, & infantes ſuccedere poſſunt in feudis, & dominationibus, quàmuis regalibus, ſicque ex tacita, & expreſſa omnium gentium lege videmus admiſſum, cùm per alios idoneos interim poſſint imperare, donec vt ait Guillel. Bened. peruenerint ad decimum quartũ
78 ætatis annum. † nàm interim non per ſe, ſed per idoneos tutores adminiſtrabunt, argum. l. conſilio ff. de curatore furioſi, plenè Bart. in l. quidã conſulebant num. vlti. ff. de re iudicata, Bald. nu. 3. Iaſo. 4. in l. finali C. de teſtam. mil. per l. qui furere ff. de ſtatu homin. cap. grandi de ſupplenda neglig. prælat. lib. 6. & quod ibi notatur, & in l. finali C. de curatore furioſi, Idem Bald. de ſucceſſio. feudi verſ. *ſi conſuetudo dicat*, Speculator. titulo de tutelis §. 3 in fine. Abbas Panormit. in capite cùm vigeſimum col. 1. in fine, & col. 2. nu. 3 de offic. & poteſt. iudic. delegati, Ioannes à Terrarubea contra rebelles tract. 1. artic. 4. glo. ſexdecimum fol. 27. l. 4. titu. 15. partita 2. vbi Gregor. Lopez, D. Chriſtophor. de Paz tract. de tenuta c. 85. num. 191. Anto. Corſe. de poteſt. regia q. 17. num. 2. & par. 3. nu. 1. & 2.

79 † Nàm licèt curatorem inuitus non capiat adultus, niſi ad litem §. item inuiti. Inſt. de curator. vbi Sylu. Aldobrand. nu. 2. Ant. Piagius tract. de tutor. & curat. q. 2. Caldas Pereira in dicta l. ſi curatorem habens in princ. num. 3. & ſi Pupillus tutorem pati cogatur, §. eſt autèm Inſt. de tutelis, l. 1. & 2. ff. de tutelis, l. neque non 6. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, conſert illud Diui Pauli in epiſt. ad Galatas Cap. 4. *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & curatoribus vſque ad præfinitum tempus à patre.*

80 † Regi autèm minori pro beneficio ſuorum Regnorum datur curator, etiàm ſi noluerit, vt ex Oldrado conſil. 52. in fine tradit Tiraq. de iure primogenio. q. 40. num. 207. vbi plures alios citat, & Guillelm. Mayner. in l. quo tutela nu. 100. ff. de regul. iur. Mictes de maioratib. 4. par. quæſt 38. num. 2. & 7. poſt Bañat. conſil. 147. num. 2. & 3. lib. 2. Anto. Corſe t. de poteſt. regia 3. p. q. 10. n. 2. Fului. Pacian. tract. de probatio. lib. 1. cap. 35. num. 79. & plures alios.

81 † Et facit, quod tradit Dominic. Arumæus diſcur-

diſcurſu 41. de iure publico notab.23.pag. 252. impuberes eſſe in tutela, naturali iure conueniens eſſe, vt is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius iudicio, & tutela regatur, §. impuberes Inſt.de Attilian. tutore, quo defectu, quia etiàm Reges, ac Principes in impuberi ætate conſtituti laborant, illis quoquè tutores adiungi debere, dicto c.grandi vbi DD. de ſupplen. neglig. Prælat. lib. 6.Schrader. tract. de feud. par. 10. ſect. 19.num.43. Reſtau.Caſt.tract.de impe.q.81.nu. 16. Anton. Piagius tract. de tuto. & curat. num. 52. & ſeq. Anton. Gomez tomo 3. var. cap. 1.num. 56.

82 † Quandò verò Regina remaneret prægnans, Bald. in l.qui in vtero 26.num. 1. ff. de ſtatu homin. dixit, quòd mortuo Rege relicta vxore prægnante, fidelitates, & homagia debentur ventri, vt deberentur filio, ſi iàm natus eſſet in mũdo, refert, & ſequitur Matthæ.de Afflictis lib.3. ad conſtitut. Siciliæ rubri. 24.de ſucceſſio.nobilium nu.10.Petrus Greg.lib.26. de Republica c. 5.nu.3.vbi ait, quòd concepti tantùm, & in vtero matris exiſtentes conſeruati ſunt in iure ſucceſſionis Regnorum, & ex iure ferè gentium omnium, datis tutoribus, vel curatoribus, vel rectoribus, ſeu coadiutoribus, qui interim dùm ad iuſtam ætatem perueniſſent, adminiſtrarent, ſequitur eandem ſententiam Montaluo in l.1.titu.3. lib. 1. for. legum. verbo *a ſu hijo*. Ioann. Oroſcius in d.l.qui in vtero num.3. & 4. dicens, hoc modo videri declarandas leges 22.& 23.titu.13. & lex. 3. titulo 15. part. 2. quæ hunc caſum omiſerunt, idem Bald. in l. finali n. 3.C.de teſtamen. milit. dicens, quòd ſi eſſet dignitas naturalis ex radice, ideſt ex genere proueniens, vt in filijs Regum, & quaſi Regum, vt Ducum Alemaniæ, non eſt dubium, quòd tales ſuccedunt in dignitate, & adminiſtratione, ſicut ſucceditur io dominio, & adminiſtratione per tutores eorum, dicto c.grandi, dicta l.qui furere cœpit, & 7. q. 1.cap. quàm periculoſum, cap. 1.§. iofantia, titulo quo tempore miles inueſtituram in vſib.feudor.Bald. in c.cùm vigeſimum nu. 5.& ibi Abb.de offi io deleg. Guillel.Bened.vbi proximè num.8.Perez de Lara in comp. vitæ homi. cap.4.num.58.Alphi Carranza cap. 2. §. 4.

83 † Pro quorum confirmatione ſciendum eſt, quòd antiqui ex lege duodecim tabularum libero ventri ità proſpexerunt, vt in tempus naſcendi omnia ei iura integra ſeruarentur, ſicut apparet maximè in iure hæreditario, io quo qui poſt eum gradum agnationis, quo eſt id, quod in vtero eſt. non admittitur, dùm incertum eſt, an naſci poſſit, vt obſeruat ex l.antiqui ff. ſi pars hæred. petatur, Perez de Lara in compendio vitæ hominis cap.1.num. 4. & Petrus Ærodius lib. 5. rerum iudicat. titu.11.cap.1.facit l.1.ff.de vẽtre in poſſeſſ. mitten.vbi dicitur. *Sicut liberorum eorum, qui iàm in rebus humanis ſunt, curam prætor habuit, ita etiam eos, qui non dùm nati ſunt, propter ſpem naſcendi non neglegit, nàm & hac parte edicti eos tuitus eſt, dùm ventrem mittit in poſſeſſionẽ vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis*, l.vbicunq; eod.titulo, quæ ait, *vbicunquè ab inteſtato admittitur quis, illic & venter admittitur, ſcilicet ſi talis fuerit is, qui in vtero eſt, vt ſi in rebus humanis eſſet, bonorum poſſeſſionem petere poſſet, vt in omnibus partibus edicti pro ſuperſtite habeatur is, qui in vtero eſt*, l 1.§.ſi ex tribus ibi. Idem & in poſthumo.

84 † Nàm quandiù poſthumus ſperatur, in ea cauſa eſt, vt partem faciat, l.illud 4.§. ſi quis eum ff.de bonor.poſſeſſ. contra tabul. l. non eſt ambigendum 12.vbi glo. verbo *venter* ff. de bonor. poſſeſſionib. l.cõmuni diuidũdo §.ſed & ſi ff.cõmu. diuid.l.ventre 84.ff.de acquiren. vel amitt. hæredit.l.cùm quidam §.1.eod.titul. ibi. *Et in ventre idem accipias. qui legitimum, vel conſanguineũ parturus eſt, quoniam mortis tempore qui in vtero eſt quantùm ad moram faciendam inferioribus, & ſibi locum faciendum, ſi fuerit editus pro iàm nato habetur, idemque & per bonorum poſſeſſionem edictalem*, l.ſi diù 8 ff. quib.ex cauſ.in poſſeſſ.catur, Franc.Hottoma.in partitio. elementar. titu. de hæred.inſt.§.quid de poſthumis pag.57 Briſſon. lib.19.de verbor. ſignif.fol.640. verbo *ventrem*, Iacob.Ræuard.lib. ſingulari ad leges xij. tabula. c.19.de ſucceſſ. ab inteſt. & conferunt quæ latè tradit D.Chriſt.de Paz tract. de tenuta cap. 68. an venter tenutam proponere poſſit, l.3.in princ. verſ. *ex his apparet*. ff de iniuſto, rupto, irritoq. facto teſtamento, Perez de Lara dicto cap. 1.nu. 3. & cap.2.à nu.39.& cap. 1.nu.15.l.ſi quis filio. 6.in princ.verſ. *ſed hæc ita* eod. titu. de iniuſto, rupto, l. 1.§.ſciendum ibi *vel ſaltim concepti fuerint*, l.Titius 6.in fine cum l.ſeq.ff.de ſuis, & legit. hæred.l.1.§.ſi quis proximior ff.vndè cognati, §. cùm autèm verſ *planè & ſi conceptus*. Inſt. de hæred.quæ ab inteſt. Blaſius Robles tract.de repreſent.lib.2.cap.2.num.7. 12. & ſeqq. Greg. Lopez in l.3.titu.23.part.4. gloſ.1.

85 † Nec obſtabit, quòd Vlpian.lib. 7. ad Sabinum relatus in l. 161. ff. de verb. ſign. dixit, *Non eſt pupillus, qui in vtero eſt*, cum his, quæ in propoſito cumulat Tiraquell. in l. ſi vnquàm verbo *ſuſceperit liberos*, num. 145. & ſeqq. C. de reuo.don.& de retract.lignag. §. 1. gloſ. 9.num. 77.& ſeqq. Paz vbi proxi. à num. 6. Perez de Lara ſupra cap. 4. num. 57. Robles vbi proxi. num. 5.

86 † Quia adhùc in rebus fauorabilibus conceptus qui eſt in vtero, pro nato habetur, §. vlti. Inſt.de tutel.l.& ſeruorum 5. §.vlt.l. qui in vtero 7.vbi DD.ff. de ſtatu homin.dicta l. cùm quidã §.1.ff.de acquir.hæred.Guillel Bened. in d.cap. Raynuntius verbo *& ſobolem, quam geſtabat in vtero* num. 59. Tiraquel. dicto verbo *ſuſceperit liberos* num. 144.l. ſi quis C. de inoffic. teſtam.l.quod dicimus ff.de verbor.ſignif.Bart. in l.ſi is, qui pro emptore num 67.verſ. *vides* ff. de vſucapion. Bald.conſ.126.nu.1. lib. 1. Fabius de Anna conſil.17.num.10.Auguſti. Beroius in c. cùm omnes num. 57. de conſtitutio. Petrus Gregor.Syntag.iuris par.2.lib.13.cap.7. num.1. Gregor.Lopez in l.3.per Tex.ibi,gloſ.1.titu.23. partita 4. l.16.cum ſeq.titu. 6. par.6. Ruſticis in repet.ad l. cùm auus ff. de condit. & demonſt. lib.2.cap.18. num.13. Maſſirius centur.1. diſtin. 5.num.21.Rojas de ſucceſſ.c.10.nu. 42.

87 † Vteruſque homo cenſetur quoàd hominis veram ſubſtantiam, vt ex Hippocr. libro de

pueri

pueri naturâ, & Galeno in lib. vtrum conceptus in vtero ſit animal, Tertulliano in Apologetico tradit Robles d.c.2. nu.16.

88 † Imò aliquandò fauorabilior eſt cauſa partus, quàm pueri, l.1.§.& generalitèr ff.de ventre in poſſ.mitten. l.hoc edicto 1. vbi gloſ. verbo *in fauorem*, ff.ſi ventris nomine, &c. Bart. in l.matres num.3. verſ. *modò ego quæro*, C.ad S.C. Tertull. Steph.Gratian. tomo 1. diſcept. forenſ. cap.72. nu.3. Doctor Alphon. Carranza de vera humani partus deſignat. c.1. in princ. nu.55. & c.2. §.4. per totum.

89 Quod ius etiàm in Regnorum ſucceſſione æquiſſimè valere tradit P.Aerod. d.c.1. vbi in comprobationem refert, quòd mortuo Alexandro Magno, ſumma inter Perdicam, Meleagrũ, Ptolomeum, & alios Duces contentione orta de ſucceſſione Regni, iuſtior, & humanior viſa fuit Perdicæ ſententia, iudicantis, Roxanes partum expectari oportere, vt ſi puerum peperiſſet, patri ſucceſſor eſſet. Ergò (ait Iuſtin. lib.13. hiſtor.) *placuit ventri interim curatores dari, non matrem, quia munus virile eſt. & hoc præſertim regium ſed Leonatum, Perdicam & Craterum, ac Antipatrum conſtituunt, confeſtimq; in eorum obſequia iurarunt, quod Equites quoque fecerunt*, de quo exemplo agit & Q. Curt. lib.10. de geſtis Alexan. Magni, Tiraq. de iure primog. q.4. nu.209. Nicol. Chauſinus in lib. cui titulus *Paralella æloque. ſacræ, & hum.* p.877.

90 † Similitèr & idem Iuſtin. lib. 3. hiſt. refert, quòd mortuo Polydecta Spartiatarum Rege, relicto poſthumo filio Charilao ſucceſſiſſe in Regno, & Lycurgum eius patruum durante minori ætate illius magna cura pro ipſo Regnum adminiſtraſſe, nec minori fide illi ſeruaſſe, & reſtituiſſe, vt ſummis laudibus recenſent Plutarchus in vita Lycurgi, & orat.1. de Alexandri fortuna, Ariſtot. lib.2. polit. c.8. Iuſtin. lib.30. Marc. Anton. Sabellic. Aenead.2. lib.1. pag.112. & ſeq. Petr. Gregor. de Republica lib.26. c.5. nu.3. Tiraq. vbi prox. nu.208. Petrus Aerodius d. lib.5. rerum iudicat. tit.11. c.2. Theat. vitæ hum. vol.3. lib.4. pag.723. col.1.

91 † Sed magis memorabile exemplum eſt Saphoris Regis Perſarum, quem Niceph. Calixtus lib.7. Eccleſ. hiſtor. c.20. Saborium vocat, nàm cùm mater eum adhùc in vtero geſtaret, vt Agathias narrat lib. 4. hiſt. & Vinc. Cabotius lib. 1. diſp. iur. c.16. Petr. Greg. d.c.5. nu.3. eſſetq; dubius partus marem, an fœminam ederet, ideòque ſuccedendi conditio incerta, quia ſi fœmina naſceretur, erat (vti apud Francos) incapax tàm auguſti iuris, & officij, placuit Principibus, & Satrapis conuenire Magos, atq; ex ijs ſciſcitando periculũ facere, nùm liquidò affirmare poſſent, qui partus Reginæ naſceretur, itaque grauidam equam, & proximam partui Magis adduxiſſe, iuſſiſſe vaticinari, pullus mas, an fœmina ſtatim ederetur (Mopſum in ſue prægnante idipſum dixiſſe olim, & propterea Chalcantem dolore periiſſe, vt ex Pherecide, & Strabo. lib.14. & Euſtathio Iliad.2. tradit theatrum vitæ hum. vol.5.

92 lib.4. pag.1339. & 1541) † cùm natiuitas prædictione conſtitiſſet Satrapas fidem adhibuiſſe Magis affirmantibus marem Reginã naſciturum, itaque nulla mora, neque in diem partus, neque in diem pubertatis expectatione facta (quia dubijs, incertisq; rebus nouæ appetuntur) coronam ventri impoſuiſſe, & vix dùm conceptum animal Regem ſuo ritu, ſuisq; legibus pronunciaſſe, vt recenſent Petrus Aerodius d.c.2. Annæus Robertus lib.12. rer. iudicat. c.12. verſ. *ſic aliquandò*, Tiraquel. d.q.40. nu.211. Petrus Gregor. d.c.5. num. 3.

93 † Mortuo Alberto Imperatore poſthumus eius natus Vladiſlaus hæres Regnorum Boemiæ, & Hungariæ, Ioan. Cuſpinianus in Alberto V. verſ. *habuit*, pag.403. Cirus Spontone de actionibus Regum Hungariæ in Vladiſlao Polacco pag. mihi 57. quanquàm negotia vrgentia eius temporis, Principem expertum, & vigilantem exigerent, Petr. Greg d.num.3. dicens, quòd vbi nõ ſunt ambitioſi extranei, maximè vbi ſubditi reuerentur maieſtatem ſui Principis, etiàm in infantia, tùm potiſſimùm ob memoriam beneficiorum ſuſceptorum ab eius patre, & maioribus fides, vel Regi infanti ſeruatur.

94 † Similitèr Michael Ritius lib. 2. de Regibus Hungar. fol.75. refert, quòd Andreas Secundus Hungariæ Rex, dùm rediret ab expeditione, quam ſuſceperat in Hieroſolymam, Marchionis Eſtenſis vſus hoſpitio, eius filiam in matrimoniũ duxit, ex eaq; genuit Stephanum, in lucem mortuo iàm patre editum, Anton. Bonfin. rerum Hungar. decade 2. lib.9. Cirus Spontone in edem Andrea pag.34.

95 † In Regno etiàm Nauarræ Ioannes Primus poſthumus Rex factus eſt, ſucceſſit enim Regi D.Ludouico Hutino (de quo inferiùs mentionẽ faciemus) in Regnis Nauarræ, & Franciæ, eiq; patruus Ludouicus Longus datus fuit tutor, ſeu gubernator, Gariua lib.26. c.13. qui priùs c.1. refert, Reginam Ioannam filiam Philippi I Regis Nauarræ, non dùm habuiſſe tres annos impleros, cùm ſucceſſit in Regno, & lib.29. cap.7. refert, Franciſcum Phœbo ſucceſſiſſe Reginæ D. Eleonoræ eius auiæ, cùm eſſet annorum duodecim, Cald. Pereira d.n.45.

Sed vt latiùs referamus, quod de dicto Rege Ioanne ſcribunt Hiſtorici, Paulus Aemilius in vita Ludouici Hutini fol. 178. memorat, quòd cùm illius Regnum breuis æui fuiſſet, quia altero Regni ſui anno deceſſit, Clementia vxore grauida relicta, vndè natus Ioannes, qui octo tantùm dies vixit, Philippus Longus Hutini frater, & ventris procurationẽ, & infantis tutelam geſſit, mortuo pupillo Ioanne, reliqua erat Hutini ſcboles Ioanna ex Margarita Roberti Burgundiæ Ducis filia procreata, cui puellæ iure & paterno, & fraterno deberi Regoum prædicabat Odo Burgũ-

96 diæ Dux, eius auunculus, † cæteri verò Francorum Proceres defendebant Ius Regni Franciæ, virorum tantùm, non etiàm mulierum eſſe legis Salicæ verba, hæc identidem recitantes. IN TERRAM SALICAM, MVLIERES NE SVCCEDANT. terram Salicam Regnum, Franciamq; interpretabantur eſſe Salios Francorum gentem fuiſſe refert Ammianus Marcellinus lib.17. pag.309. Iuliani Auguſti, qui res in

Gallia

Gallia geſſit comes,ac ſuorum temporum ſcriptor,cuius legis Salicæ paſſim apud Hiſtoricos,& Iuriſcóſultos habetur mentio,vt eſt videre apud Robert. Gaguin. in Philippo Valeſio fol. 77. vbi cenſet, à Pharamundo Francorum Rege latam, Franciſq; datam, & ab eis vſquè in dies illos obſeruatam,qua lege ſoli virilis ſexus Reges, à maribus Regibus orti Regnum adminiſtrant, nec ad eam dignitatem fœminæ admittuntur, cuius legis eam eſſe refert ſententiam, *Nulla hæreditatis portio de terra Saliqua ad mulierem venito.* Terram autem Salicam Francorum Iureconſulti,eam dicunt,quæ ſolius Regis eſt,& à lege allodij diſtat, quæ ſubditos comprehendit, quibus datur per hanc legem rei alicuius liberum dominium,non excluſa Principis maieſtate, Philip. de Comin.lib.6. hiſt.c.3. Gariuai d.lib.26. c.13. Guicciard.lib.12. hiſt. ſui temporis fol.336. Io. Mariana lib.15.de rebus Hiſpan. c.15. vbi tractãs de dicta controuerſia Regni inter Ioannam, & Philippum Longum,ait,legem Salicam,ſeù verã, ſeù in gratiam potentioris recens confictam,extenſamq; cum Regno Vaſcónum ſpoliari non poſſet,quòd auiam Ioannæ obtinuiſſe recẽs erat memoria,Boer.conſ.10.nu.5. Guillel. Benedict. in cap.Raynuntius de teſtam. verbo *duas habens filias* nu.72.& 79.de teſtam. Guillel.Mayner. in in l.fœminę nu.3. & 4. ff.de reg. iur. vbi Franc. à Souſa num.15.citat Couar.in pract. quæſt.c,1. nu.8. Molin.lib.3.de hiſp.primog.c.5.nu.29. Petrus Gregor.ſyntagm. iuris vniuerſi lib.6. c. 52. nu.6. & lib.45.c.13.nu.7. et lib.7. de Republica c.51.nu.97.et c.19.num.6.et in c.1.de filijs natis ex matrimonio ad Morgan.contracto, Bald.in l. 1. ff.de Senat. Io.Tili. in chronic. Regum Franciæ in princ.Steph.Forcat. lib.5.de Gallorum Imperio,et philoſophia pag.mihi 702. et ſeq. Alciatus conſ.4.nu.44.vol.4.Carol.de Graſſal.lib. 1.regalium Franciæ decimoſeptimo iure pa.164. Fran.de Clapper.cauſa 1.q.vnica num.29.Vinc. Cabotius lib.1.diſputat.iur.c.16.et 17. Calixtus Ramirez tract. de lege regia §. 3. num.55. Henning. Arniſæus lib.2.de Republica c.2. ſect. 12. num.44.et duob.ſeqq. Dominic.Arumę.de iure publico diſcurſu 6.pag.68. Matthias Bort. apud eundem Arumæ.diſcurſu 30.c.2.concluſ.20.pag. 856.Io.Botero lib.5.de ratione ſtatus c.de adoptione pag.225. Franc.de Clapper. cauſa 5. fiſcal. q.1.nu.29. D.Regens Franciſcus Aluarez de Ribera in reſpon.de ſucceſſione Ducatus Britannię pro Sereniſſima Infanta D. Eliſabeth D.Philippi II.Hiſpaniarum Regis filia in princ. vbi D.Regẽs Carolus de Tapia in addition. ex Chaſſaneo ad Conſuet. Burgund. rubr.3.§.5.nu.40. & Renat. Choppin.de domanio Franciæ lib.3. tit.1. nu. 2. adducit opinionem,ſeu vt Chaſſan. ait, phantaſiam ſuam, quod ſit error, dicendo, legem Salicã ex vitio Impreſſorum, & Scriptorum, & quòd potiùs eſſet dicenda lex Gallica,cùm magis conſonet alluſioni, & interpretationi verborum dictæ legis,ſed communior eſt,vſitataq; vox Salica, de qua tot authores, & Pyrrhus in conſuetud. Aurelian. de lege Salica, & Ioſeph Carneualis in hiſt. Regni Siciliæ lib.1.pag.130.

Itaq; vt à digreſſione reuertamur conſenſu Franciæ nobilitatis permotus Burgundio iniorum authoritate ſe futurum profeſſus, gener etiàm ab eodem Philippo Longo aſcitus, ac opibus auctus, nemine iàm vltrò contradicente Rex ſalutatus fuit, vt etiàm refert Hieronym. Zurita tom.2.annal.Aragon.cap.21.fol. 27. in noua impreſſione,Michael Ritius de regib. Francor. lib.
97 2.fol.15.Petrus Aerodi.dicto cap.1. † ait tamen Gariuai dicto lib.26.c.13.nõ carere magna credulitate, quòd ſi infans Donna Ioanna ſicut remanſit paucorum annorum per mortem Regis D.Ludouici Hutini ſui patris fuiſſet ætatis maturę viro,& reperiretur nupta alicui Principi potenti Regni Franciæ, quòd lex Salica modicam vim habuiſſet, ſed ipſa exiſtente teneræ ætatis,& Philippo infante Regis fratre, & magno Domino in Regno locum non dedere illius ſucceſſioni,quibus iungebatur,eam oculis Regni Franciæ acceptam non eſſe, propter notatos mores Reginæ Madamæ Margaritæ eius matris, Polyd. Virgil.lib.19.hiſt.Angliæ pag. 360.

98 † Et de anteriori ſeculo recenſet idẽ Paulus Æmilius in vita Regis Ludouici Balbi fol. 57. & ſeqq. eum cùm vix regnaſſet bienniũ deceſſiſſe, grauida vxore,ventris ſpei tutorẽ reliquiſſe Odonem Roberti Andegauẽſium Ducis filiũ, ita Rege nondùm nato velut vẽtre Rege omnia turbari cœpta, nato demùm Carolo cognominato ſimplice, regnauit ſublatis nothis, ſiuè ſpurijs filijs Balbi, Ludouico, & Carolo Magno ex Ancarda nobili muliere,vt per Paul.Æmil.lib.3.hiſt.Frãc. & Gill. in Carolo ſimplice Henning. Arniſæ. lib.2.de Repub.c.2.ſectione 4.n.149. & alijs tyranniculis,qui Regnũ inuaſerant,ipſoq. Odone, qui factione aliqua nobilium fuerat coronatus,& ſi factio illa non omninò cõpreſſa reuixiſſet, anſamq. dederit interuertendi ſucceſſionẽ Caroli Magni Hugoni Capeto Comiti Pariſienſi, vt ex Paulo Æmilio, & Sigiberto tradit Petrus Greg. lib.26.de Repub.c.5.n.3.& ſi Aimoinus lib.5.de geſtis Francorũ c.42. pag. 349. de Odone dicat, fuiſſe mẽte benignũ,& Reip.hoſtes ſtrenuè arcẽdo præfuiſſe Regni regimini,paruulumq;Carolũ optimè fouiſſe, eiq. ſẽp extitiſſe fidelẽ,imò morientẽ proceres iure iurando adactos admonuiſſe, Regnũ ſinè cõtrouerſia Carolo ſimplici adminiſtrandum permitterent,eum eſſe Regni legitimum hæredẽ,quod & refert Robert.Gaguin. in cõpendio hiſtor.Franc.lib.5. in Carolo ſimplice fol.38.Franc.Harzus in annal.Ducum Brabantię tom.5.in Ludouico, & Caroloman. pag. 502.

99 † Idem Rober.Gaguinus lib.8.fol.72. & ſeq. & Paul. Æmil. in vita Caroli Pulchri fol. 181.& ſeqq.& Michael Ritius de Regib.Franc. lib.2.in fine fol.15.referunt,quòd tempore ſui obitus cũ Ioanna illius vxor grauida remanſiſſet,diſceptatio inter proceres inſurrexit, quis interim dùm Reginæ partus expectabatur Regni adminiſtrationem gereret, cùm duo eſſent, qui id iure ſibi deberi prædicarent, Philippus Valeſius, nepos Philippi tertij,q fuerat filius Diui Ludouici Regis,& Odoardus III. Rex Angliæ ex Maria Philippi Pulchri filia natus, qui & ſi linea fœminea propinquior erat defuncto Regi, cum puella vtero edita eſſet Blanchæ ei nomine impoſito,

Philip.

Philippus Valeſius excluſo Anglo Rex fuit ſalutatus, refert Azorius parte 2.inſtitutio. moraliū lib.11,cap.2.pag. 1211. Polydor. Virgilius lib.19. hiſtoriæ Angliæ in Edouardo tertio pagin. 360. & ſeqq.

300 † Et facit in prædictorum comprobationem Labeonis ſententia, de qua Vlpianus in l.emancipatum ff.de Senatorib.eum, qui poſt mortem patris Senatoris natus ſit, quaſi Senatoris filium eſſe, cuius authoritate Iacob. Spiegel. Prateius, & Ioannes Kehlt in lexicis de verbis iuris, verbo
301 *Regis filius* dicunt, † quòd Regis filius dicitur etiàm natus poſt mortem Regis, facit l.ſed & ſi 20 ff. ad Trebell.

Imò ſi ſecto ventre Reginæ prodiret in lucem
302 infans, idem eſſet iudicandum, † ſiquidèm is, qui ſecto ventre extrahitur, nihil differt à nato, vt ſuccedat, & ſuccedatur illi, l.quod dicitur, vbi DD. ff. de liberis, & poſthum. l.poſthumus ff. de inoffic.teſt. l.ſi mater C.eod.tit. vbi dicitur *ſed cū eam in puerperio vita deceſſiſſe proponas, repentini caſus iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emendanda eſt, quare filio tuo cui nihil præter maternum fatum imputari poteſt, perinde virilem portionem tribuendam eſſe cenſemus, ac ſi omnes filios hæredes inſtituiſſet*, Bald.conſ.128.incip.ad intelligentiam nu.2.circa fin.vol.1. Hierony.Gabriel. conſ.55.nu.8.lib.1. Tiraq. in dicta l. ſi vnquàm,
303 verb. *ſuſceperit liberos* nu.141. † dicens, quòd ſi quis acciperet emphyteuſim pro ſe, & liberis ex ſe naſcituris, veniunt liberi ex ſecto ventre editi, ex ſententia Iacob. Ardizo. in ſumma, quem ſequitur Bald.in l.finali nu.8.C.de ſuis, & legitim.hæredib. dicens, ita ſe conſuluiſſe in Ciuitate Lucana per d. l.quod dicitur, vbi ſequūtur Paul.Caſt. Alex. & Iaſo. dicentes, id procedere in qualibet
304 materia etiàm odioſa, & reſtringibili, † quia propriè is natus dicitur, ſicut alij poſthumi, quo etiàm nomine venire ait Alberic. in l.1. in fine C.de poſthu.hæred.inſt. Angel. de Vbald. conſil.51.incip.ex facto proponitur.nu. 3. Bald. conſ.122.incip. verba teſtamenti ſic dicunt, nu. 1. lib.1.per Tex.in l.Arethuſa cum ſeq.ff.de ſtatu hominum, Soccin.in l.1.col.14.limit. 8.ff. de vulgari, & pupillari ſubſt. Felin.in c.ſicut ex litteris de homicid.in fine, & Guillel. Bened. in d.c. Raynuntius vero *ſi abſque liberis* lo 2.nu.31.de teſtamen.Decius in l.ſi quis prægnantem ff.de regul.iuris. Tiraq.vbi proxi.num. 142. qui & ſatiſfacit fundamentis contrarijs, & ponderat l. negat ff. de mortuo inferendo, vbi proſpiciendo ventri, vt in lucem ederetur inquit.

305 † *Negat lex regia, mulierem, quæ prægnans, mortua ſit humari, antequàm partus ei excidatur, qui contra fecerit ſpem animantis cùm grauida peremiſſe videtur*, Perez de Lara vbi ſuprà cap. 9. num.31.& cap.10.num.5.& ſeqq.doctè Carranza vbi ſuprà cap.2.nu.58.& cap.6.ſectio. 1.num. 12.verſ. *ſed contrariam* l.1.§. ſi qua prægnans, ff. ad S.C.Tertullia.vbi partus appellatur, qui prægnanti matri exciſus eſt, l.etiàm ff.de verbor. ſignificat.vbi ſcribitur, *etiàm mulier cùm moreretur creditur, filium habere, quæ exciſo vtero ædere poſſet*, & hoc etiàm attenta l.13.Tauri. contra Anton.Gomez ibi nu.4.tradit Ioan.Guillen Ceruantes nu.16.& 24. Paz de tenuta c.68.num. 33.

106 † Quarè mater poteſt petere miſſionem in poſſeſſionem ventris nomine ſucceſſionum, & eorum omnium, quæ concepto competerent, ſi natus fuiſſet, l.1.& per totum ff. de ventre in poſſeſſio.mitten.l.1 ff.ſi ventris nomine muliere in poſſeſſ.miſſa, l.3.ff.de Carbonia.edicto, Paul. Pariſ.cōſ.60.n.7.vol.3. Guillel.Bened.in dicto c. Raynuntius verbo *& ſobolem* num. 59. Gregor. Lopez in l.5.titu.6.part.7.glo.4.Menoch.de retin.poſſeſs.rem.1.nu.9.Paz d.cap.68.Bald. dicto conſ. 126. num. 3. vol. 1. Carranza cap. 2. §. 2. num. 15.

107 † Et debet petere curatorem ventri, quemadmodùm infanti deberet tutorem petere, l.2.§. quid ſi cùm prægnans ff.ad S.C.Tertullian.Bartol.conſil.22.incip.homo Accurſoli num. 3.col. finali verſ. *reſtat* lib. 1. & plures relati per Stephan.Gratia.tomo 1.diſceptat. forenſ. cap. 72. num.1.Odofre. de curat. bonis dando. verſ. *incipiens* num.7.

108 † Diciturquè propriè ventri dari curator, & non tutor, l.1.§.quoties, l. curator ff. de ventre in poſseſs.mitten.l.inter bonorum 49. ff. de curato.furioſi, l.ventri 20.ff. de tutor.& curato. datis ab his, Ioan.Corraſ. de iure ciuili in artem redigendo col.3.circa principium, Surdus conſ. 159. n.23.lib. ..... Stepha.Gratia.vbi proxi.num. 6.Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.9.nu. 78. ponderans l.ſi nemo tutorem ff.de teſtamen. tutela, l.1.§.ſi quis quaſi, iuncta gloſ. ff. de eo, qui pro tutore, gloſ.in rubr.ff.de tutel.Ioann.de Platea, & Angel. Aretin. in §. cùm autem Inſt. de tutel.
109 † qui & ſimiles Textus loquentes de tutoribus datis poſthumis intelliguntur de iàm natis, l. cùm pater ff. de negot. geſtis intelligitur ſecundùm gloſſ. & DD. quòd adminiſtrauit ibi magis de facto, quàm de iure.

110 † Ratio autèm, cur detur curator, & non tutor ventri, ea eſt ſecundùm Bald. dicto conſil. 126.num.3.lib. 1. quòd qui in vtero eſt, pars viſcerum matris eſt, & ius illius in eo potentius, d.l.1. ff. de ventre in poſſeſs. mitten. & notatur in d.l.cùm pater.glo. verbo *poſſeſſus* ad finem in l. ſi ego §. partus ff.de publicia.in rem actio. Alberic.de Roſate tracta.ſtatutor.quæſt.133.num. 2. Ozerius in §.poſthumi num.vlt.Inſt.de exhæ-
111 redat.liberor. ideòque eſt ſub matris tutela, † cuius ſanguine alitur, vt conſtat ex his, quæ diſputat Philoſophus Phauorin. apud A. Gellium lib.12.noctium Atticar.cap.1.Surdus de alimentis titu.1.q.5.in prin.facit l.ſi prægnans 42. cum ſeq.ff.de euictio.Perez de Lara ſupra cap. 7. nu.
112 37. & ſeq. † vbi ponderat, quòd pro exiſtente in ventre mater prægnans non ſoluit vecturam duplicem, ſed vnicam pro ſe, & vtero, per l. ſed addes 21.§.ſi quis mulierem ff.locati. Alciat. in dicta l.non eſt pupillus 162.num.5. ff.de verbor. ſignif. Anton. Gomez tomo 1. variar. capite 2. num. 14.

Andreas Tiraq.de retractu lignag.§.1. gloſ. 9.
113 num.78. aliam rationem reddit, † quoniam ſcilicèt tutor principalitèr datur perſonæ, ſicut curator bonis, §. certæ, Inſtitu. qui teſtamen. tutores dari poſſ. Horatius Mandoſ. tract. de

priuil.

priuil. ad inſtar gloſ. nec eſt pupillus, cui detur tutor, dicta l. non eſt pupillus 162. vbi Andreas Alciat. in fin. & Petr. Rebuff. ff de verbor. ſignif. Illephonſus Perez à Lara ſupra cap. 6. num. 25. iuncta l. pupillus 239. de verbor. ſignific. cum his, quæ obſeruat pro illius intelligẽtia Illephonſ. Carranza dicto cap. 2. §. 4. num. 6. at is, qui non eſt natus, perſona non dùm eſt, vt idem Tiraquell. ex ſententia Empedoclis, Diogenis, Hierophili, & aliorum tradit in dicta l. ſi vnquàm,
114 verbo *ſuſceperit liberos* num. 147. † pro quo Ego pondero text. ſingularem in l. in falcidia 9. ff. ad legem falcidiam, ibi, *circa ventrem ancillæ nulla temporis admiſſa diſtinctio eſt, nec immeritò, quia partus nondùm editus, homo non rectè fuiſſe dicitur*.

115 † Illud autèm eſt etiàm animaduertendum, quòd curator ventri datus, continuò decedit ſuo munere, quum infans natus eſt, l. 1. §. iandiù ff. de ventre in poſſeſſ. mitten. & voluerunt Ioan. de Platea, & Angel Aretin. in § cùm autèm, Inſtituta de tutel. Tiraquell. dicto nu. 78. Aſcan. Clemen. tract. de patria poteſtate effectu 14. nu. 12. qui ponderant text. in l. tutor 3. § ſi curator ff. de ſuſpectis tutoribus, dicuntq; gloſ. ibi allucinatam eſſe, dùm in hoc facit diſcrimen inter Iudicem, & teſtatorem.

116 † Quandò verò aliquis eſſet fideicommiſſarius, aut ſubſtitutus ventri, audiendus erit pro ſuo intereſſe in cuſtodiendo illo, l. 1. §. de inſpiciendo, & §. denunciari, l. qui ventri cum ſeq. ff. de ventre inſpiciendo, l. 16. & 17. tit. 6. par. 6. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu 69. Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 169. Perez de Lara ſupra cap. 7. num. 6. & ſeq. latius Illephonſ. Carranza ſupra cap. 1. de conceptione ſect. 1. nu. 35.

117 † de quo, & quandò ſperatur deuolui feuda ad Regiam Curiam Regni Neapolis feudatario decedente vxore grauida relicta, eo non habente ſucceſſores in gradu ſucceſſibili, qualiterque conſulatur indemnitati Regij Fiſci eſt pulchra deciſio Neapol. Vincentij de Franchis 332. par. 2. vbi Horat. Viſcont. in addit.

118 Quandò verò Regina remanſit prægnans, quid fieri debeat in decernendo curatore ventri, Petr. Gregor. tractans de Regno Franciæ lib. 24. de Republica cap 5. num. 1. ait, hanc eſſe cauſam legitimam conuocandi comitia generalia, & ſi ſucceſſor in Regno fuerit minor, & agatur de nominandis gubernatoribus, memoratq; Carolo Sexto datos Duces Bituricenſem, & Burgundiæ, & Andium ex Froiſardo lib. 2. cap. 58. & 60. & lib. 3. cap. 134. & lib. 4. cap. 44. & Carolo Octauo fuiſſe deſignatos duodecim viros, qui curam haberẽt negotiorum Regni, Regis perſona commendata illius ſorori, vt referunt Annales Franciæ anno 1484. & Philipp. Comin. lib. 1. hiſtor.

119 † In his autèm Regnis Caſtellæ, & Legionis, & alijs ſub eis comprehenſis, & ſi Princeps remanẽs in infantili ætate debeat coronari vt Rex, iuxta ea, quæ reſoluit Bart. in l. 1. nota. 2. C. de munerib. & honorib. non continuan. inter patrẽ, & filium, Bald. in l. fin. num. 3. C. de teſtam. milit. vbi Ludouic. Roman. nu. 4. Tiraquell. de nobilit. cap. 6. nu. 28. & de iure primog. queſt. 40. nu. 207. Mandoſ. de minori ætate cap. 3. nu. 14. Perez de Lara ſupra cap. 7. nu. 7. comprobant tradita per Ioan. Barclai lib. 3. contra monarchoma. pag. 116.

120 † Tamèn l. 3. tit. 15. par. 2. cuius meminit, licèt corruptè allegetur, Oldrad. conſ. 52. verſ *quæſtio eſt talis*, verſic. *ſed quòd tutela*. Montan. de tutelis cap. 37. nu. 69. Perez de Lara vbi proximè nu. 8. cautum eſt, mortuo Rege filio paruulo relicto ſucceſſore, quòd tutor erit ille, quem Rex defunctus elegerit, vel plures ſi eos nominauerit in ſcriptis, aut verbotènus, & Regnicolæ debent eis obedire eo modo, & forma, quo, vel qua Rex iuſſiſſet, verùm ſi de hoc non dispoſuiſſet, conuenire debere Prælati, & Proceres Regni, & qui nominari ſolebant ricchi homines, cœterique boni, & honorati ciues villarum, qui vniti habeãt iurare ſuper ſancta Euangelia, quòd primùm attendent ſeruitium Dei, & publicum Regni beneficium, & eligant vnum, tres, vel quinque perſonas timentes Deum, & amantes Regem, naturales Regni, & de bono genere, bonæ famæ, & iudicij recti, qui non cupiant hæreditare Regis bona, eò quòd ſpem ſucceſſionis poſt Regis obitum habeant, & qui ſic electi fuerint, iurabunt Regis vitam, honorem, commodum. Regni indiuiduitatem, ac augmentum ſeruare, Regnumq; in pace, ac iuſtitia tenere, quouſque Rex eſſet ætatis viginti annorum, ſeù ſi filia Regina ſit, donèc nupſerit, & quòd omnia hæc facient, & obſeruabunt benè, & fideliùr, & poſtquàm ita iurauerint, debet Rex ſub dictorum tutorum poteſtate poni, vt illorum conſilio, vel maioris partis efficiat omnes res arduas, quæ ſint efficiẽdæ, & edoceant Regem ea, per quæ bonis moribus imbuatur. Verùm ſi Regi puero mater remanſerit, ipſa debet primum, & præcipuũ locum ſuper alios in prædictis omnibus habere propter labores, quos paſſa fuit, dùm ipſum geſtauit in vtero, & in illius educatione, & reliqui debent ei obedire in omnibus, quæ fuerint ad vtilitatẽ Regis, & Regni, interim dùm ad alias nuptias non tranſierit, volueritq; adeſſe filio, & qui noluerint ſic congregari, aut tutoribus obedire, legitima cauſa ceſſante proditores cenſeantur, & ſi honorabiliores fuerint, exilio perpetuo mulctentur, ſi minoris conditionis capite plectantur, & quòd tutores ipſi ſi malè adminiſtrauerint, pro modo delicti puniantur, inquit tamèn ibi Greg. Lopez gloſ. 1. poſt Guillelm. Bened. in d. c. Raynuntius de teſtam. verbo *adiectæ impuberi* nu. 6. per proceres Regni poſſe alitèr ordinari, quàm disponi-
121 tur per d. l. partitæ, † vt factum fuit tempore minoris ætatis Regis Henrici Tertij filij Regis Ioannis Primi, ſcilicèt quòd Regnum gubernaretur per Conſilium, & Conſiliarios Regis, & non per tutores in ordinamento Curiarum, ſeù Comitiorum Matriti anni 1391. verſ. *cerca de lo terçero*, de quo etiàm agit Hieron. Zurita tom 2. annal. lib. 10. cap. 48. dilucidè Doct. Gundiſal. Narbona in hiſtoria D. Petri Tenorio Arch Tolet. cap. 10. & ſeqq. & Perez de Lara ſupra cap. 16. num. 10. dicens, Conſilium Principis ſufficere pro tutore.

122 † Antonius Capycius verò in inueſtitura feudali, verbo *baly*, verſ. *Regi pupillo*, dixit, quòd

ſi Rex eſſet in vtero, aut pupillus, tùnc curator,
vel balius erit dandus à proceribus Regni, quos
patritios dixere Bald. in l.3. num.3. in fine C.de
teſtam.milit. & Anton. Corſet. tract. de poteſt.
regia 3.par. quæſt.18. num.3. ſequitur Ioan.Ba-
ptiſta de Thoro in addit.ad Ioan. Franciſc. de
Ponte de poteſt.Proreg pag.186.ſub tit.de balijs
dandis.

Reſpectu verò ætatis, qua Rex poſſit incipere
adminiſtrare Regnum, nó debebit ſpectari tem-
123 pus viginti annorum, † nàm ex ordinatione
Regis Alphonſi Valliſoleti anno 1363. diſponi-
tur, quòd in initio anni decimiquinti expiret tu-
tela Regis, & poſſit aſſumere regimen Regni, &
idem obſeruatum fuit in Rege Ioanne II. vt pa-
tet in Curijs Madriti anno 1419. vt tradit Gre-
gor. Lopez in d.l.3. tit.15. par.2. gloſ.3. dicens,
hoc procedere cùm aliter non ſtatueretur per
Proceres Regni in occurrẽti caſu, & Rex pubes
cum eis aliud non vellet.

124 † Nàm & ſi Oldrad.d.conſ.52.à quo de verbo
ad verbum, eo tacito ſumpſit Ioan.And.in addit.
ad Speculat. rubr.de tutore quæſt.1.& Reſtaur.
Caſtald. in tract.de Imperatore quæſt.81. nu.14.
Anton. Corſet. dicto tract. de poteſt regia
par. 3. quæſt. 18 numer. 3 Dominic. de S.Ge-
miniano in cap. grandi numer. 13. de ſupplend.
neglig. prælat. lib 6 Ioan.de Anania in rubr.
de delictis puerorum nu.1. verſ. an autem, Iaſ. in
d.l.fin. C.de teſtam milit.notab.2. in fine, Felin.
in cap.cùm vigeſimum nu.3. verſ.d.xit hic. Abb.
de officio. & poteſt. Iudic. deleg. Syluelt. Aldo-
brandin.in §.item inuitis nu.7. Inſtit. de curator.
cenſuerint, etiàm Regem pubetem debere cura-
torem habere, & ad id cogi, cùm fragile ſit, &
infirmum huius ætatis conſilium, multis captio-
nibus, & multorũ inſidijs expoſitum. ex quibus
lædi poſſet publica vtilitas Regni, & quia vbi
maius periculum vertitur, eſt cautiùs agendum,
l.1. §.ſed ſi quis ff.de carbon. edicto, cap. fin. 7.
quæſt.vlt. cap. vbi periculum de elect. lib. 6. &
ex alijs fundamentis, quæ præcitati DD maxi-
mè Oldrad. & Anania adducunt, quos etiàm ſe-
quuntur Stephan Gratian.tom.2.diſcept.forenſ.
cap.225.num.5. & ſeqq. Anton Gomez. tom.3.
variar. cap.1. nu.56. verſ *ſed his non obſtantibus*,
& alia opinio Bart. fuerit in l.quidã conſulebant
ad finem ff.de re iudic. quam ſequuntur Abb.in
d.cap.cùm vigeſimum in fin.col.1. Corſet.dicta
quæſt.18.nu.5. Guillelm.Benedict. in dicto cap.
Raynuntius, verbo *adiectæ impuberi* num. 52.
diſtinguentium inter ea, quæ ſunt ſimplicis iu-
riſdictionis, & ea, quæ concernunt adminiſtra-
tionẽ Regni, vt obſeruauit Perez de Lara ſupra
cap.16 nu.9.

125 † Altera opinio eſt verior, & communior
non teneri petere, nec habere curatorem poſt
pubertatem, de qua Ioan. de Imola, Dominic. &
Philipp.Franc.in d.cap.grandi.Boer.in conſuet.
Bituricent.tit.1.§.8.ad finem, Roman.in d.l.fin.
nu.4. C.de teſtament. milit. Coſmas Gumier in
pragmat. ſanctio. verbo *ſuſceptione* tom.1. in
procem. §.inſcrutabilis, Franc.Balduin. in princ.
Inſtit. quibus modis tutela finitur, Greg.Lopez
in d.l.3.Baeza de decima tutori hiſpanico iure
præſtanda cap.10.num.30.Mieres de maioratib.
par.4.quæſt.38.nu.1. Azeuedo in l.1.tit.3.lib.2.
nouæ recopilat.Parlador.lib.1.rerum quotidian.
cap.12.nu.10. Ioan.Gutier.de tutel.1. par. c.18.
nu.7.Paul.Montan.eodem tract.cap.37.num.71.
Perez de Lara d.cap.16.nu.9.dicentes, Regis tu-
telam. ſeù Regni curam pubertate finiri conſul-
tius eſſe, Regnum q; gubernare, & cauſas ſubdi-
torum iudicare, ex Conrado in templo Iudicum
lib.1.cap.2.§.1.de Rege, Caldas Pereira ſupra
relatus nu. 46. Villadiego in prologo fori Iudicũ
l.9.num.34 Maſtrill.de magiſtrat.lib.3.cap.4.nu.
179.& ſeq. dicens, hoc ſecundùm magis tutam
126 opinionem procedere, † dummodo Rex non
ſolus debeat per ſe proprio motu adminiſtrare,
ſed cum conſilio, & directione virorum pruden-
tum, vt ſolent eſſe aliqui proceres, vel illi, qui sũt
de ſuo Conſilio ſupremo, iuxta l.1. tit.4. lib.2.
nouæ recopilat. Licentiatus Petrus Fernandez
Nauarrete diſcurſ.1. conſeruationis Monarchia-
rum, vbi eruditè obſeruat duo loca Aurel. Caſ-
ſiodor. primû lib.2.variarum epiſt.6. vbi Theo-
doricus Rex dicit, *deliberationis noſtræ conſilium
virorum prudentum requirit obſequium, vt vtilita-
tis publicæ ratio ſapientium miniſterio compleatur*,
& lib.1.epiſt.1. *Hæc eſt profectò difficillimum re-
gnandi genus exercere iuuenẽ in ſuis ſenſibus prin-
cipatum, rarum omninò bonum eſt, dominum
triumphare de moribus, & hoc conſequi in flori-
da ætate, ad quod vix creditur cana modeſtia per-
venire*.

127 † Quarè Guillelm.Bened dicto verbo *adiectæ
impuberi* num.8. ait, non ſinè cauſa Carolum V.
Francorum Regem ſtatuiſſe bono ſui Regni in-
uigilantem, quod in 14. anno, & non antè Rex
Francorum inungeretur, & coronaretur, & ex
tunc plenam Regni adminiſtrationem haberet,
vt teſtatur Robert.Gaguin. lib.9. fol.60. dicens,
*his itaquè geſtis, Carolus futura proſpiciens publi-
ca concione in parlamento Senatu habita de liberis,
qui in Regno ſucceſſuri eſſent legem tulit, quemque
primogenitum Francorum Regis filium Regni ad-
miniſtrationem recipere debere, cùm 14. ageret an-
num, nè per longiorem tutelam occaſio incideret
maleuolis res nouas excitandi*, referũt Ioan.à Ter-
rarub.in comment.tract.contra rebelles artic.3.
gloſ. ſexdecimum fol.27. in fine, & ſeq. Coſmas
Gumier vbi ſupra, vbi additio ſub ſigno 4. Gre-
128 gor.Lopez in d.l.3.gloſ.3.in fine, † conferunt,
quæ de incommodis adminiſtrationis Regni per
tutores tetigit Oldrad. d.conſ.52. ibi, *imo vide-
tur neceſſarium, quòd ipſe aſſumat regimen, quia
propter diſſenſiones tutorum deſtructa eſt terra,
iuxta illud, omne Regnum in ſe ipſum diuiſum de-
ſolabitur, Matt. 12. iſta autèm diſſenſio ſedari non
poteſt, niſi ipſe exeat, & regimen aſſumat, & poſ-
ſunt ipſi dari aſſiſtentes ſapientes, de quorum con-
ſilio ipſe regat*, Henning. Arniſæus lib.2. de Re-
publica cap.2 ſect.4.nu.159.& ſeq. pag.109. vbi
dixit, *ſed quid hoc eſt, quàm ex fumo incidere in
ignem, ex ſebre degenerare in becticam, quandò-
quidem maiori periculo tutor datur quàm ſoli pue-
ro committatur Reſpublica, ſtatim enim inter con-
ſanguineos, prout quiſque potentia excellit, aut am-
bitione ſtimulatur, oritur certamen de adeunda*

admi-

Digitized by Google

adminiſtrandaq; tutela, quod pluribus comprobat exemplis vſque ad nu.170. quæ apud eum

130 videnda remittimus breuitatis causa. † Hiero. Zurita lib.15 annal.tom.3 cap.44. ad finem, dùm tractat de tempore, quo Infans Don Petrus Portugalliæ tutelam geſſerat Regis Alphonſi eius ex fratre nepotis, & cùm peruenisset ad ætatem annorum quatuordecim tradidiſſet illi regimen Regni, & Rex ipſe illud iterùm commendaſſet patruo, cùm ſe imparem ad regendum agnosceret, ſed parùm durauit iſta concordia, imò ſubſequutæ fuere in dicto Regno magnę diſſenſiones, & bella, diuiſo Regno in partialitates, nàm aliqui ſequebantur Regem, alij Infantem Don Petrum, ex quo exortæ fuere magnæ turbationes, motuſq; maximi, bellumq; ciuile cruentum in Regno, in quo aliàs Principes, & ſubditi viuere ſolebant in magna conformitate, tàm periculoſum eſt regimen in tutela, & minori ætate eorum, qui regnaturi ſunt, quod tandèm eidem Infanti Petro exitium peperit, inuidia ſuggerente calumnias contra ipſum apud Alphonſum, vt latè recenſet in illius vita Pater Alphonſus Vaſconcelus.

130 † Quarè Azeuedo in l.1.tit.10.lib.5.nouæ recopilat. occaſione ſumpta verborum illius, quæ tractans de donationibus Regum valituris excipit, excludit, quæ fuiſſent factæ tempore tutelarum Regum, vt meminit Perez de Lara ſupra c.16.nu.8. ſubiungit Azeuedo nu.25. in fin. quòd minus damnum Regno fieret, ſi Rex quantùmuis iuuenis regnaret abſquè tutoribus, quàm cum eis.

131 † Tamèn Caldas Pereira ſupra citatus nu.46. poſtquàm retulit, præfatum Alphonſum Regem Portugalliæ ſucceſſiſſe minorem, eiuſquè tutelã primùm adminiſtraſſe matrẽ, & poſteà Petrum Infantem, & modernis temporibus Sebaſtianum huius nominis primum in tertio ſuæ ætatis anno regnare cœpiſſe ſub tutela Sereniſſimæ Auiæ ſuę Catharinæ Reginæ prudentiſſimæ, & chriſtianiſſimi Cardinalis Henrici, qui erat filius Regis Emanuelis, dolens, quòd imperandi, populumq; regendi munus ſubire non dubitauit, exclamat, dicens: *Vtinàm nequè magnates, nequè populus tolcraſſent ſimul, ac enim ad Regni clauum admotus eſt irrepſerunt in regiam aulam, quidam adulatores, Regum peſtis certiſſima. aliq; vulgò ſe nobiles nuncupantes, qui generoſiſſimum adoleſcentis animum, ad præclara rerum facinora ingenita ſuorum maiorum virtute aſpirantem, & maiora in dies molientem inanis gloriæ aucupandæ ſtudio ita excitarunt, vt ſibi, & illi mortem, exitiumq; iniqui, & iniuſti conſilij præmium attulerint*, vt etiàm obſeruat Pater Vaſconcell. in eodem Sebaſtiano, & Coneſtagius lib.1. de vnio. Portugall. Regnis Caſtellæ.

132 † Illud deniquè in materia regiminis horum Regnorum pro coronide iſtius diſcurſus memorandum duxi, quod tradit Aluar. Gomez. lib.1. de rebus geſtis Franciſci Ximenij fol.148. Regẽ Ferdinandum Catholicum morti vicinum reliquiſſe Regnorum Hiſpaniarum gubernatorem præfatum Franciſcum Ximenium Cardinalem Archiepiſcopum Toletanum, & ſi à principio anceps, & dubius fuiſſet propter ſeueram illius naturam, & quòd in quodam alio teſtamento, quod Burgis condiderat, & ruptum fuit, nominauerat Gubernatorem Infantem D. Ferdinandum fratrem Imperat. Don Caroli, & quid indè euenerit tradunt Hiſtorici, & dilucidat Zurità tom.6. annal. lib.10. cap.99.

133 † Adminiſtratori autèm dato in Regno deberi eundem honorem, qui Regi, & quòd authoritas illius ſit ita excepta, ſicut authoritas Regis, ex d.cap. grandi de ſupplend. neglig. prælat. lib.6. tradit Felin. in cap. cùm olim nu.1. de officio, & poteſt. Iudic. deleg.

S V M M A R I V M.

1 *Regnum eſt indiuiſibile.*

2 *Regnum nec patitur ſectionem, nec admittit duos.*

3 *Reſpublica meliùs gubernatur per vnum, quàm per plures.*

4 *Principum pluralitas non eſt bona regimini, nec habere capita plura.*

5 *Rex in Reipublicæ corpore habet vicem capitis.*

6 *Romanus Populus cùm deliberauit de creando Principe, vnum ſolum elegit.*

7 *Imperio ſocietatem non admittunt.*

8 *Imperium, quod ſub vno ſtare potuiſſet, dùm à pluribus ſuſtinetur, ruit.*

9 *Societas Regni nunquàm cum fide cœpit, aut ſinè cruore deſijt.*

10 *Abimelech occidit ſeptuaginta fratres, vt ſolus regnaret.*

11 *Principatus diuiſionis recenſentur damna ex D. Athanaſio.*

12 *Cræſus cùm fratrem admiſiſſet in conſortem Imperij, quid illi dixerit vir quidam prudens.*

13 *Regnum duos non capit.*

14 *Fides nulla Regni ſocijs.*

15 *Ethcoclis, & Polinices fratrum contendentium de Regno Thebarum recenſetur hiſtoria.*

16 *Imperator non poteſt facere ſibi parem, aut ſuperiorem.*

17 *Pontifices duo non poſſunt eſſe in vna Ciuitate.*

18 *Epiſcopus non poteſt facere in diœceſi alium Indicem ordinarium.*

19 *Reges, qui viui, & ſani Regnum filijs donant, vt eos regnare videant, mirantur magis, quàm laudant Græci Scriptores.*

20 *Pruſias Bithyniæ Rex fuit occiſus à Nicomede filio, cui viuens Regnum tradiderat.*

21 *Ptolomeus Euergetes fuit occiſus à Ptolomeo filio, dicto Philopatro.*

22 *Coſroes Perſarum Rex occiſus indigniſſimè fuit à Siroes illius filio primogenito.*

23 *Heraclius Imperator Phocam occidit, libidine imperandi.*

24 *Darius creatus Rex ab Artaxerxe patre, contra ipſius vitam coniurauit, ſed detectus luit pœnas.*

25 *Eucratides filius Regis Bactrianorum Regni conſors factus à patre, ipſum victorem ab Indis venientem occidit.*

26 *Mithidrates aduerſus patrem coniurauit, cupidine regnandi;*

27 *Sariaſtes filius Tigranis Regis Armeniæ coniurauit aduerſus patrem, vt eum Regno deijceret.*

28 *Tigranes quare filium natu minorem prætulerit maiori in ſucceſſione Regni.*

29 *Sulthanus Solymanus Turcarum Rex quarè fecerit ſtrangulari Sulthanum Muſtafa eius filium.*

30 *Princeps ſenex debet multùm inuigilare in filium iuuenem, nec imperium illi cedere.*

31 *Abſalon Dauidem patrem Regno expulit.*

32 *Henricus Quintus ſolio imperiali deturbauit Henricum Quartum eius patrem.*

33 *Threſimachus crudelitèr ſe habuit ergà Piſiſtratum patrem Orchomeniorum Regem.*

34 *Antipater filius Herodis Regis Iudæorum ſalſis criminibus impulit patrem, vt duos liberos occideret, & in ipſum coniurauit.*

35 *Adolphus Geldriæ Dux impiè aduerſus patrem ſe geſſit.*

36 *Garſias Infans filius Regis Alphonſi Magni aduerſus patrem rebellauit.*

37 *Sanctius Quartus Rex Caſtellæ aduerſus patrem Regem Alphonſum X. quid fecerit, recenſetur.*

38 *Alphonſus Secundus Aragonius Rex Neapolis, Regno ſibi refutato à Ferdinando patre quid reſponderit poſtquàm illum defenderat à Gallis.*

39 *Eliſabetha Angliæ Regina quid reſponderit petentibus, quòd declararet ſucceſſorem in Regno.*

40 *Regem poſſe filium facere Regem quoàd nomen, & titulum, non quoàd adminiſtrationem, qui, & quibus rationibus teneant. & nu.48.*

41 *Intellectus cap Moyſes 8. quæſt. 1.*

42 *Imperium defertur electione, non ſucceſſione.*

43 *Inſpici non debet quod ſit, ſed quod fieri debuit.*

44 *Subditi, & vaſalli inuiti non ſubijciuntur alij Domino.*

45 *Regnum habens à ſuperiore, non cedit alij ſinè ſuperioris aſſenſu.*

46 *Filius Regis, aut Comitis carent adminiſtratione Regni, vel Comitatus.*

47 *Filius Regis patre viuente poteſt vocari Rex, & quoàd quid, nu.48.*

49 *Comitis habentis Comitatum filius dicitur Comes ſpe, & non re.*

50 *Patroni filius, eo viuente præſentare non poteſt.*

51 *Principis Hiſpaniarum deſignatio ſolemnis ad quid fiat, & an aliquid plus tribuat, quàm ipſe habet iure primogenituræ.*

52 *Hercules viuens Thuſcum eius filium reliquit Ianigenis Regem, & in Celtiberos fuit reuerſus.*

53 *Seleuchus magnam Regni Syriæ partem ceſſit Antiocho filio, & vxorem Stratonicen.*

54 *Ptolomeus primus Rex Ægypti Regnum ceſſit filio.*

55 *Ariobarzanes ceſſit filio Regnum Cappadociæ.*

56 *Artaxerxes viuens ceſſit Regnum filio contra morem Perſarum.*

57 *Ayton Armeniæ Rex relicto Regno filio, monaſterium intrauit.*

58 *Dauid ſenio affectus Regni adminiſtrationem dedit Salomoni.*

58 *Imperatores habuere filios collegas, & conſortes Imperij, vt Diocletianus Titum, & alij in alijs muneribus Reipublicæ.*

60 *Philippus Imperator habuit filium Philippum, primùm Cæſarem, deindè Auguſtum, & conſortem Imperij.*

61 *Baſilius Imperator Conſtantinopolitanus, Conſtantinum, & Leonem eius filios fecit conſortes Imperij.*

62 *Tiberius Conſtantinus Mauritio Imperium cum filia tradidit.*

63 *Vladiſlao Rege Hungariæ viuēte, creatus fuit Rex Ludouicus eius filius in cunis.*

64 *Otho Primus Othonem Secundum filium fecit Regem eligi.*

65 *Conradus conſortem Imperij habuit Henricum eius filium.*

66 *Henricus Quartus viuo patre Henrico Tertio fuit creatus Rex.*

67 *Henricus filius Friderici Primi Imp. viuo patre fuit deſignatus Rex Romanorum.*

68 *Friderico Secundo filio Imperatoris Henrici Sexti in cunis Principes Imperij viuo patre fidelitatē iurarunt.*

69 *Frederico Secundo viuente Henricus eius filius puer decennis fuit electus Rex Romanorum.*

70 *Conradus Tertius viuo patre Friderico fuit electus Rex Romanorum.*

71 *Carolus Quartus Imp. auctor bullæ aureæ ſe viuo ſublimari fecit in Regem Romanorum Venceslaū filium.*

72 *Fridericus Tertius Maximilianum Primum eius filium fecit inungi ſe viuente Regem Romanorum.*

73 *Vincislaus Secundus Rex Bohemiæ Regnum tradidit Vincislao Tertio eius filio.*

74 *Ludouicus Graſſus Rex Franciæ fecit ſe viuente coronari, & inungi Ludouicum eius filium.*

75 *Ludouicus iunior Rex Franciæ aſſumpſit in conſortem Regni Philippum eius filium adhùc impuberem.*

76 *Martinus filius Martini Regis Aragonum fuit cum patre Rex Aragonum, & Siciliæ.*

77 *Alphonſus Secundus Rex Neapolis potuit Regem facere Ferdinandum filium.*

78 *Leo Secundus fuit deſignatus Imperator viuente Leone Primo auo illius.*

79 *Vladiſlaus filius Caſimiri Poloni, Alberto fratri Regnum parentis ceſſit.*

80 *Alphonſus Primus Rex Neapolis, & Aragonum quid reſponderit patri Ferdinando roganti, vt Ioanni fratri relinqueret bona, quæ Caſtellæ habebat.*

81 *Era Cæſaris præceſſit annos 38. Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

82 *Sanctius Infans filius Regis Alphonſi Septimi fuit eo viuente nominatus Rex, ſimiliterq; Ferdinandus, & Garſias eius fratres.*

83 *Ordonius filius Regis Ramiri vocabatur Rex viuo patre.*

84 *Imperia, & Regna multi ceſſere melioris, aut quietioris vitæ cauſa.*

85 *Lotharius diuiſit filijs Imperiū, & fuit effectus monachus.*

86 *Zeno Imperator ceſſit Imperium Leoni Iſaurico.*

87 *Sanctio Regi Portugalliæ inhabili ad gubernandum Regnum fuit datus coadiutor Alphonſus illius frater.*

88 *Carolo Sexto Gallorum Regi, mentis errore affecto dati fuere curatores.*

89 *Regi facto inutili ad Regni regimen debet dari curator.*

90 *Delphinus primogenitus Regis Franciæ viuente patre eſt, & poteſt appellari Rex iuuenis.*

91 *Primogeniti prærogatiuæ ſunt magnæ.*

92 *Læſæ Maieſtatis crimen committitur in primogenitum Regis.*

93 *Dux Calabriæ primogenitus Regis Neapolis eſt Vicarius generalis Regis patris ſui.*

94 *Conuocatio Curiarum in Regno Aragonum eſt Principi reſeruata, & tamen fieri poteſt ab eius primogenito.*

95 *Alphonſus frater Henrici IV. eo viuente fuit malo tamen exemplo Rex à partialibus appellatus.*

96 *Carolus V. Imperator inuictiſſimus ceſſit Regna, & dominia D. Philippo II. eius filio, & Imperiũ Ferdinando fratri.*

97 *Imperatores plures fuerunt vno, & eodem tempore.*

98 *Marcus Antoninus Imperator aſciuit in conſortem Imperij Verum fratrem, dictiq; ſunt in legibus Diui fratres.*

99 *Reges plures, qui inſimùl regnarunt in Hiſpania recenſentur.*

100 *Petrus Magnus Rex Aragonum fuit vnctus, & coronatus inſimùl cum Regina Conſtantia vxore, & illam habuit Regni conſortem.*

ARGVMENTVM.

Rex an poſſit in vita ſua Rēgni adminiſtrationem in totum, vel ſimul cum ipſo concedere eius filio, præſertim primogenito, & immediato ſucceſſori.

CONSILIVM CXCIX.

ROgatus à viro non vulgaris doctrinæ, & eruditionis, & de Republica benemerito, mihique amiciſſimo, quid ſuper huiuſmodi quæſtione ſentirem, reſpondendum duxi, quid de iure, & exemplis appareat pro vtraque parte, vt ex eo colligi valeat, quid in caſus contingentia poſſit reſolui, & pro parte negatiua videntur facere ſequentia.

1 † Primum, quòd Regnum eſt indiuiſibile, Innocent. in cap. licèt circa finem de voto, Bald. in auth. hoc amplius nu. 8. C. de fideicom. Aluarot. in cap. imperialem §. prætereà Ducatus nu. 16. de prohib. feud. alien. per Feder. Marin. Freccia de ſubfeud. cap. de origine Baronum nu. 4. Boer. de author. magni conſilij nu. 112. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 4. nu. 27. & §. 26. nu. 46. & 91. Ioſeph Cumia tract. de feudis, verbo *& primogenituræ* nu. 7. & ſeqq. Franc. Porcell. tract. de confect. inuentarij cap. 5. num. 19. Ioan. Mariana lib. 1. de Rege, & Regis inſtit. cap. 2. Henning. Arniſ. lib. 2. de Republica cap. 2. ſectio. 7. Horat. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. par. 2. in diplom. num. 54. & ſequenti.

2 † Et ideò nec ſectionem patitur, nec duos admittit, cap. in apibus 7. q. 1. vbi gloſ. Præpoſ. & Archidiac. Menoc. conſ. 158. nu. 30. lib. 2. & conſ. 202. nu. 77. lib. 3. Martin. Vran. in cap. intellecto num. 2. & 3. de iure iurando, Ioſeph Ludouic. deciſ. Luceni. 21. nu. 28. Domin. Arumæ. de iure publico diſcurſ. 4. pag. 37. Iuſtus Lipſ. lib. 2. ciuil. doctrin. cap. 2. & in annot. Mich. de Anin. de vnit. ouil. cap. 12. nu. 9.

3 † Melius enim regitur Reſpublica per vnum, quàm per plures, Arniſæus d. cap. 2. ſect. 1. & 2. Bornitus in partit. polit. lib. 1. pag. 46. Ioan. And. Salyc. diſcurſ. polit. 2. pag. 321. 346. 354. & 364. Ioan. Anton. Rubeus conſ. 133. nu. 14. ponderans, quòd Dominus per Ezechielem cap. 34. dixit: *Seruus meus Dauid Rex ſuper eos erit, & paſtor omnium illorum*, quam rationem conſiderauit Imper. Federic. in d. §. prætereà Ducatus, dùm prohibuit diuiſionem feudi regalis quandòquidem Reipublicæ vtilius, & ſanctius conſulitur per vnum, quàm per plures, l. 2. §. nouiſſimè ff. de orig. iur. l. 3. §. quod in tutore ff. de adminiſtr. tutor. Bart. in tract. de regim. Ciuit. num. 8. Oldrad. conſ. 94. verſic. *quanto*, & ſeqq. Petr. de Anchar. cõſ. 339. n. 2. Matth. de Affl. to. 1. ad conſt. Neap. tit. 30. de obſeruat. iuſtit. nu. 6. Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius de teſtament. verbo *in eodem teſtamento relinquens* nu. 163. Ioan. de Amic. conſ. 105. nu. 10. & 11. Marius Muta ad Capitula Regni Siciliæ tom. 1. cap. 133. nu. 104. latè Lecirier lib. 1. de primog. quæſt. 7.

4 † Nõ enim regimini bona eſt pluralitas Principum, cùm origine naturæ vnus debeat eſſe, D. Hieronym. ad Ruſticum monachum relatus in cap. in apibus 7. q. 1. Ariſt. lib. 3. polit. cap. 11. vbi dixit, quòd vnus debet habere omnium poteſtatem, nàm quemadmodùm in pluralitate membrorum hominis vnicum eſt caput, monſtruoſumq; eſſet habere plura, l. non ſunt liberi ff. de ſtatu homin. l. quæret aliquis ff. de verbor. ſignif. ità in Republica plures Reges, & capita habere, Ioan. Rojas de ſucceſſ. c. 5. nu. 25. Tiraq. de iure primog. q. 4. nu. 16. & ſeqq.

5 † Nec ambigi poteſt, Regem capitis vicem habere in Republica, ſecundùm Lucam de Pen. in l. quicunquè col. 2. C. de omni agro deſerto lib. 11. Andr. de Iſern. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur in vſib. feudor. nu. 16. Ioan. Anton. Lanar. conſ. 4. num. 4. Mich. Vlcurr. de regimine mundi 2. q. princ. nu. 60. Bellug. rub. 43. nu. 5.

6 † Quarè Populus Romanus cùm de creando Principe deliberauit, vnum ſolum creauit, d. l. 2. § nouiſſimè ff. de orig. iur. cap. quoniàm in pleriſquè de offic. ordin. cum concord. per Alberic. in l. donationes nu. 4. verſ. *ſed quia commodius* C. de donat. inter vir. & vxor. Ioſeph Cumia tract. de feud. verbo *& primogenituræ* nu. 7. quò tendit illud Cornelij Taciti lib. 1. annal. *non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm ſi ab vno regeretur*, & eodem libro *eam eſſe cõditionem imperandi, vt non altèr ratio conſtet, quàm ſi vni reddatur*, cuius meminit Vincent. Gramigna lib. 1. de regimine tyrannico cap. 8.

7 † Imperia enim ſocietatem non admittere,
conſtat ex cap. quod autèm 27. quæſt. 7. ibi: *Quis
enim auarus quærit contra poſſeſſorem, quis domi-
nandi cupiditate inflatus, vel faſtu dominationis
elatus, deſiderat habere conſortem?* ac ſi dicat nul-
8 lus, vt obſeruat Ioan. de Amic. vbi ſupra. † Quarè
Q. Curtius lib. vlt. de geſtis Alexandri Magni
dixit: *Imperium, quod ſub vno ſtare potuiſſet, dùm
à pluribus ſuſtinetur ruit*, Ioan. Andr. Salyc. dicto
diſcurſu 2. pag. 350. & ſeq. vbi ponderat illud
Diui Cypriani, *quandò vnquam Regni ſocietas,
9 aut cum fide cœpit, aut ſinè cruore deſijt;* † plurium
enim principatus non poteſt ſinè factionibus, &
ſeditionibus eſſe, dùm enim vnus alij præponi
deſiderat, vel apertè ſi præualet, vel clàm ſocios,
& optimates, & qui eiuſdem gradus ſunt aggre-
10 ditur, † exemplo ſit Abimelech qui poſt mor-
tem Gedeonis occidit ſuper lapidem ſeptuagin-
ta ſuos fratres, vt ſolus regnaret, vt fecit breui
tamèn tempore, ſcilicet per triennium, vt recen-
ſetur in libro Iudicum cap. 9. & per Petr. Greg.
lib. 5. de Republ. cap. 4. nu. 4. Simanc. lib. 3. etiàm
de Republ. cap. 3. nu. 6. & ſeqq. vbi adducit illud
11 D. Athanaſij libro contra gentiles, † *Si plures eſ-
ſent Principes, ſeruari non poſſet rerum ordo, ſed
forent confuſa omnia, dùm quiſque arbitrio ſuo tra-
heret omnia, & aduerſus alium diſſideret, itaque
fateri cogimur, multorum Principatum verum au-
ferre dominium, cùm enim illud ſibi viciſſim tollãt
nullus iam erit Princeps, ſed Principatus deſide-
12 randò apud omnes præualebit.* † memorat Ioan.
Stobæ. ſerm. 47. quod cùm Lydis Crœſus impe-
raret fratrem in conſortium aſſumpſit Imperij,
tùm quidam ex Lydis accedens dixit, omnium
in terra bonorum, ò Rex auctor eſt ſol, nequè
quidquàm ſtaret in terra, ſole non illuſtrante, at
ſi gemini ſoles forent periculum immineret, nè
omnia conflagrantia peſſum irent, itaquè & Re-
gem quidèm vnum accipiunt Lydi, & ſeruato-
rem eſſe credunt: duos verò ſimul tolerare non
13 poſſunt, † ad quod tendit illud Senecæ tragi-
ci in Thyeſte actu 3. ſcœna 1. *Non capit Re-
gnum duos.*
Et in Agamemn. actu 1. ſcœna 2. cuius meminit
Io Leycier de primo. lib. 1. q. 7. nu. 3.

Nec Regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.

Homer. Iliad. 2. *Non bonum eſt multorum domi-
nium, ſit Dominus vnus, & vnus Rex, multos impe-
ritare malum eſt, Rex vnicus eſto. Non multi præ-
ſunt Domini benè, ſit caput vnum*, cuius meminit
Simanc. d. cap. 3. Statius Papin. lib. 1. Thebaid.

Ambitus impatiens & ſummo dulcius vnum.
Stare loco, ſociſq; comes diſcordia Regnis.

14 † Lucan. lib. 1. Pharſal.

Nulla fides Regni ſocijs, omniſq; poteſtas
Impatiens conſortis erit, nec gentibus vllis.
Credite nec longè factorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Horat. 7. Epodon.

Acerba fata Romanos agunt,
Sceluſq; fraternæ necis.
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Tibull. lib. 2. elegia 5.

Romulus æternæ nondum formauerat Vrbis
Mœnia conſorti non habitanda Remo.

Latè Ouid. lib. 3. Faſtor. Iuſtinus lib. 28. hiſtor.
gloſ. in l. fin. ff. de rerum diuiſ. Petr. Ærod. lib. 2.
rer. iudic. tit. 7. cap. 1. & lib. 7. tit. 3. cap. 13. Theo-
doret. Cyrenſ. Epiſc. lib. 3. de curatione Græca-
rum affectionum, Enniuſque antiquus, & grauis
Author pag. mihi 455. cuius & meminit Ludou.
Cœlius Rhodiginius lib. 24. lect. antiqu. cap. 11.
dixit:

Nulla ſancta ſocietas, nec fides Regni eſt,
Omniſque poteſtas impatiens conſortis erit.

15 † Nota eſt illa Etheoclis, & Polinicis fratrum
pro Regno decertantium ad rogum vſquè, &
flammas inimicitia ſeruata, de qua Virgil. in Cu-
lice, Pauſanias in Bœoticis, Euripides in Phœniſ-
ſis, Diodor. Sicul. lib. 4. c. 6. Statius Papinius The-
baid. maximè lib. 11. Theatrũ vitæ humanæ vol.
21. lib. 4. pag. mihi 2599. quæ duo cõprehendens
exempla D. Cyprianus ſupra citatus lib. de Ido-
lorum vanitate, quem etiam refert Simanc. d. c. 3.
nu. 10. dixit: *Sic Thebanorum germanitas rupta, &
permanens rogis diſſidentibus etiã in morte diſcor-
dia, & Romanos geminos vnum non capit Regnũ,
quos vnius vteri cœpit hoſpitium, Pompeius, & Cæ-
ſar affines fuerunt, nec tamèn neceſſitudinis fœdus,
in æmula poteſtate tenuerunt*, facit l. 1. tit. 1. par. 2.
ibi: *Porque ſegund natura el ſeñorio non quiere
compañero, nin lo ha meneſter como quier, que en
todas guiſas conuiene, que aya omes buenos, y ſabi-
dores que le aconſejen, y le aiuden*, & ibi Greg.
16 Lopez gloſ. 9. † dicẽs poſt Bald. in prælud. feud.
num. 33. quòd Imperator non poteſt ſibi facere
parem, aut ſuperiorem, Michael de Anino tract.
de vnit. ouil. & paſtor. c. 12. num. 14. Fab. Alberg.
lib. 8. de Republica regia cap. 8. pag. 295. Auguſt.
Maſcard. in tabul. Cebetis par. 2. diſcurſ. 9. pag.
187. Comes Virgil. Maluez. diſcurſ. 2. in Cornel.
Tac. pag. 13. qui omnes dilucidè probant, Impe-
rium vnicum nunquàm benè potuiſſe diuidi, &
ex Ariſt lib. 5. polit. cap. 6. dicente, quòd pater, &
filius non debent ſimul principatũ agere, nec ma-
ior, & minor frater.
17 † Facit, quòd vni Ciuitati non licet binos ha-
bere Pontifices, cap. quoniàm de offic. & poteſt.
Iudic. deleg. vbi Abb. nu. 4. & in cap. fin. num. 12.
de ſent. & & re iudic. Decius in cap. cùm cauſa
nu. 3. & 4. de offic. & poteſt. Iudic. deleg. Guillel.
Bened. in quæſt. de Epiſcopatu nu. 24. & 25. Mu-
tius Surg. in annot. ad Marc. Ant. Surg. de Neap.
illuſtr. pag. 404.
18 † Et gloſ. verbo *tradita* in cap. 1. 16. q. 2. tenuit,
quòd Epiſcopus non poteſt alium Iudicem fa-
cere ordinarium in diœceſi ſua, Gregor. Lopez
in d. l. 9. gloſ. 4.
19 Quarè Franciſc. Patrit. lib. 8. de Regno cap. 9.
aſſerit, Græcos ſcriptores potiùs mirari, quàm
laudibus proſequi Reges, qui viui, & ſani Regna
filijs donant, vt eos regnare videãt, quorum vnus
fuit Ptolomeus apud Ægiptios, & Seleuchus in
Syria, quorum indulgentia ſolet perpluriès eſſe
ruina parentum, & occaſio, vt occidantur à filio,
20 † vt euenit Pruſiæ Regi Bithyniæ, qui occiſus
fuit à Nicomede filio, cui viuens Regnum tradi-
derat, Io. Bapt. Fulgoſ. lib. 9. memorab. cap. 10.
Theatrum vitæ humanæ vol. 12. lib. 3. pag. 2790.

& vol.

Digitized by Google

& vol.19.lib.2.pag.3518. Ioan.Zonar. tom.2.an-
nalium pag.mihi 114.

21 † De Ptolomeo prædicto, quem aliqui Euer-
getem vocant, quem occidit Ptolomeus filius,
Philopator deindè vocatus, meminit Iuſtin. hi-
ſtor.li.24. Cœlius Rodig.lib.11.c.17. Theat.vitæ
humanæ d.pag.3518. Rauiſius Textor in officina
titulo *liberi parentum interfectores* tom.1.pag.39.
Volaterr.lib.13.Geograph.Fulg.lib.9.cap.11.

22 † Coſroes Perſarum Rex cum ab Heraclio
Imperatore per annos ſex bello eſſet in Perſia
exagitatus, & filium ſuum natu minorem Regem
deſignaſſet, SIROES, natu maximus, vindicatu-
rus ius ſuum, patrem captum indignis tractauit
modis, primùm manibus, pedibuſq; ligatis, è col-
lo etiàm ferrea pila ſuſpenſa, eum in altiſſimam
turrim, quam is ad recondendas pecunias con-
diderat, deiecit, ibi ſolo pane, & aqua parciſſimè
pauit, addens ſæuiſſimas exprobationes, de auro
comederet, quod immani vaſtatione Orbis ter-
rarum collegiſſet, indè extractum, ſpectatorem
cædis filiorum illius præſertim quem Regem fe-
cerat eſſe coegit, multiſq; conuitijs proſciſſum
obtruncauit, cadauer omni ludibrio affecit, &
ſagittarijs tanquàm ſcopum, in quem collinea-
rent per quinque dies integros propoſuit, refe-
rentibus Paulo Diacono lib.18.rerum Rom. Re-
gin.lib.1.chron. Theat.vitæ humanæ d.pag.2790.
Agathios lib.1.epigram.græcor.Rauiſius Textor
23 ſupra, vbi poſt Volaterranũ refert, † quòd He-
raclius Imperator Phocam multis priùs contu-
melijs affectùm, poſtremò interfecit, dominandi
(vt eſt credibile) libidine, fallitur autèm putans,
Heraclium fuiſſe illius filium, cùm eſſet Hera-
cliani, vt eſt videre apud Ioan. Cuſpinian. in vita
illorum.

24 † Darius cùm à patre ipſius Arthaxerxe viuen-
te factus fuiſſet Rex, conſilia de ipſo occidendo
cœpit, quibus pateſactis captus cum coniuratis
ſceleris luit pœnas, vt Sabellicus ait decade 4.
lib.4. Eneid. addens, interfectas cum ijs vxores,
& liberos, nè veſtigium tanti ſceleris extaret vl-
lum, Theatrum vitæ humanæ vol.12. lib.2. pag.
2704. & pag.2711. Franc.Patrit. vbi ſupra, Plu-
tarc.in Artaxerxe.

25 † Eucratides Bactrianorum Regis filius à pa-
tre Regni cõſors, & tituli regij particeps factus,
ab Indorum bello victorem reuerſum parentẽ,
vt hoſtem interimi iuſſit, & cùm id parùm vide-
retur grauius id addidit ſcelus, carpento enim
corpus eius calcauit, atque ſepultura prohi-
buit; Tantò ſcelerata Tullia Romana ſæuior, de
qua Titus Liuius lib.1.decad.1. quantò id minus
eſt, quòd ipſa parentẽ non interemit, cuius mor-
te regnabat, in Eucratidis autèm filio contra id
fuerat, quòd is à viuente patre acceperat, quò ni-
hil maius ab eo poſt mortem expectare poterat,
Plutarch. in paralel. Alex.ab Alex. lib.2. dier.ge-
nial. cap.6 Bapt. Fulgoſ. lib.9. cap.11. in princ.
Theatrum vitæ humanæ vol.11. lib.4.pag.2597.
& d.vol.19.lib.2.pag.3518. Franc.Patrit.d.lib.8.
capite, ſeu tit.9. & Doctiſſimus, mihiquè amiciſ-
ſimus à Salmaticenſium ſtudiorum temporibus
Doctor Ioannes Solorzano meritiſſimus in Re-
gio Indiarum Conſilio Conſiliarius lib.1.de cri-
mine parricidij cap.5. dicens, ex Patritio non
omninò contemnendam vocem illam, qua dici-
tur: *Nullum Regnũ ſine domeſtica cæde, aut par-*
26 *ricidio eſſe ſolere*, † quod ſatis comprobat duo-
bus exemplis Valer.Max.lib.9.cap.11.§.2. primũ
eſt de Mithridate Rege, qui non cum fratre de
paterno Regno, ſed cum ipſo patre de domina-
tione geſſit, Dio. lib. 37. Europ. de Pharnace
Mithridat. filio.

27 † Aliud de Sariaſte Tigranis Armeniæ Regis
filio, qui aduerſus patrem ſuum ità cum amicis
conſenſerit, aut potiùs coniurauerit, vt omnes
dextris manibus ſanguinem mitterẽt, atquè eum
inuicem ſorberent, vt vix ferrent illi pro ſalute
parentis tàm cruenta conſpiratione fœdus fa-
cientem, vt ex Valerio vbi proximè §. 3. tradit
Theatrum vitæ humanæ vol.19.lib.2.pag.3517.
qui tamèn vol.12. lib.3.pag.2778. poſt Bapt.Ful-
28 goſ.lib.5.cap.8. † memorat, eundem Tigranem
cùm in venatione collapſo equo humi iaceret,
præſenteſq; eius duo filij eſſent, maiorem natu,
quia parentem non iuuit, & mortuum arbitratus
eius diadema capiti ſuo compoſuit, ſtatim vt à
caſu ſurrexit, interimi iuſſit, Regnumq; minori
natu filio tradidit, quia & patrem iuuit, & ex ca-
ſu dolorem ſe accepiſſe oſtendit.

29 † Sultanus Solymanus anno 1552. in ſuo cubi-
culo ſtrangulari iuſſit filium ſuum Sultanum
Muſtapha, vt Hiſtorici tradunt, vel nouercalibus
dolis, & delinimẽtis (vt aliàs dixit l.4.ff. de inoff.
teſtam. Plinius lib.6.epiſt.33. Romano. Pet.Ioan.
Anchar.lib.2.quæſt.1.nu.29.& ſeqq) Roxolanæ
priùs concubinæ, deindè vxoris Solimanis, vt
ſublato de medio Muſtapha, ad quem iure pri-
mogenituræ Imperij Turcici ſucceſſio peruen-
tura erat, Selimo eius filio, vel alteri ex ea cade-
rat, vel propter zelotipiam imperandi ex cauſa
acclamationum, quas fecerant Iannizari milites
illi redeunti ex bello Perſico, perpetrato enim
filij immerentis parricidio per totam Vrbem
Conſtãtinopolitanam proclamari publicè fecit,
& iuſſit, vnum Deum in Cœlo, & vnum Sultanũ
eſſe in terra, vt referũt Aſcan.Centor.lib.6.com-
ment. bellorum Tranſyluaniæ, Iacob. Auguſtus
Thuanus lib.12.hiſtor.pag.380. And.Maurocen.
lib.7. hiſtor.Venetæ pag.173. Dominic. Arumæ.
d.diſcurſ.4.pag.40.& ſeq. Petr.Matthe. lib.1.hi-
ſtor.Franciæ narrat.4.nu.18. Theatr.vitæ huma-
næ vol.2.lib.7.pag.488.& vol.5.lib.4.pag.1430.

30 † Quarè Iulius Cæſar Capacius lib.de Princi-
pe, animaduerſ.36. pag.64. dicit, quòd Princeps
ſenex debet ſemper attentis oculis inuigilare in
filium iuuenem, & curare magnopere, illum in-
ſtrui ſub optima diſciplina, nec illi authoritatem
imperãdi tradere, dùm vixerit, nè pœniteat ſerò,
& è domino ſeruus deueniat, & licèt communi-
cet, non tamèn Imperio ſe priuet, & abdicet,
æmulatio quippè ſummi Imperij non diſtinguit
perſonas, nec proprio sãguini, vt ait Petrus Mat-
the. d.nu.18. Arumæ. vbi proximè, adducẽs illud
Manlij lib.4. Aſtronomic.

Ecce patrem nati perimunt, natoſq; parentes,
Mutuaq; armati coeunt in vulnera fratres.

31 † Cuius rei exempla plura ſuppeditant hiſto-
riæ ſacræ, & prophanæ; nàm Abſalon Dauidem
patrem

Digitized by Google

patrem Regno expulit, & ſuaſu Achitophelis, vt ſe perpetuas cum patre inimicitias ſuſcepiſſe oſtenderet, eaque ratione animos Iſraelitarum, qui Dauidem odio perſequebantur cõfirmaret, ſibique deuinciret, cum concubinis, quas pater fugiens ad dòmus cuſtodiam Hieroſolymis reliquerat, tenſo tabernaculo ſuper tecto in oculis Iſraelitarum nõ erubuit rem habere, vt habetur lib. 2. Regum c. 14. & duobus ſeqq. Ioan. Zonar. annal. tom. 1. pag. 51. & ſeqq. Marc. Ant. Sibellic. Ænea. Primæ lib. 9. Bapt. Fulg. lib. 9. c. 11. Theatr. vitæ humanæ vol. 7. lib. 5. pag. 1997. & vol. 12. lib. 4. pag. 2598. vol. 19. lib. 2. pag. 3520. Chaſſan. in cathal. gloriæ mundi 5. par. conſid. 1.

32 † Henricus Imperator eius nominis quintus genitorem ſuum Henricum IV. ſolio imperiali deturbauit, Otho Friſing. lib. 7. hiſtor. c. 40. Paul. Æmil. lib. 5. Fulgoſ. d. c. 11. Theatrum vitæ humanæ vbi proximè pag. 3521.

33 † Nec minus ſceleratus, ſed longè crudelior fuit Theſimachus erga Piſiſtratum patrem Orchomeniorum Regem cùm eum iuuante Senatu occidit, ac corpus eius in fruſtra diſcerptum ſub veſte tectum abſtulit, dicẽs, in Cœlum à Dijs raptum eſſe, quemadmodùm de Romulo in ſeditione occiſo confinxerunt Romani, Bapt. Fulgoſ. d. cap. 11.

34 Similitèr Antipater Herodis Iudæorum Regis filius cùm falſis criminibus patrem impuliſſet, vt duos liberos occideret, poſtremò in ipſum quoquè patrem, vt eum perderet cõſpirauit, ſed deprehenſo ſcelere, vt dignus erat à patre fuit interemptus, Egeſipp. lib. 1. de excidio Vrbis Hieroſolymit. c. 45. Bapt. Fulgoſ. d. c. 11. Ioan. Zonar. tom. 1. annal. pag 175. & 182. plura etiàm alia exempla referunt Fulgoſ. & Theatrum vitæ hu-
35 manæ locis citatis, † vltraquè illud notabile eſt, quod Adolphus Geldriæ Dux horribili, & inaudita quadam audacia patrem ſuũ de nocte, cùm eſſet quieti daturus acerrima hyeme cœpit, & per quinque milliaria deductum abſque calceis in deterrimum, & obſcuriſſimum carcerem, regnandi libidine detruſit, dicens, patrem iàm præfuiſſe per quadraginta quatuor annos, æquum eſſe, vt tandèm & ad ſe principatus rediret, ferre ſe poſſe, vt ille, quotannis haberet ad tria florenorum millia, ſed ea conditione, vt ex Geldria diſcederet, nec vnquàm ibi reuerteretur, pœnas tamèn dedit, etenim rediturus in Geldriam veſte Gallica apud Namurum agnitus, in carcerẽ detruſus fuit, donec mortuo Carolo Gandauenſes ipſum eriperent, eique bello, quod cum Tornacenſibus gerebant præfecerunt, quo quidèm in loco miſerabilitèr fuit, vltore Deo, & vindice, qui nullum ſcelus ſinit impunitum, vt referunt Philipp. Comin. lib. 4. commentar. c. 1. Franciſc. Haræus in annalib. Ducum Brabantiæ in Carolo audace pag. 437. & ſeqq. Theatrum vitę humanę vol. 18. lib. 7. pag. 3435. & vol. 19. lib. 2. pag. 3519.

36 † Qualitèr Infans Don Garſias, matre, & fratribus fauentibus aduerſus Regem Alphonſum magnum cognominatum ſuum patrem rebellauerit, coegeritq; illum Regno cedere, tractant Ambroſ. Morales chron. Hiſpan. par. 3. lib. 15. cap. 30. Archiep. D. Roder. lib. 4. de rebus Hiſpan. cap. 19. Ioan. Mariana lib. 7. cap. 19. Bapt. Fulgoſ. d. cap. 11. pag. 357.

37 † Quid Sanctius IV. Caſtellæ Rex erga Alphonſum X. Regem patrem ſuum fecerit, non ſinè magna impietatis nota notiſſimum eſt; nàm cùm mortuo Ferdinando, qui Alphonſi maior natu filius erat ſucceſſionis ius non alijs modo rationibus, verùm populorum quoquè conſenſu in Ferdinandi filiũ, & ipſum Alphonſum cognomento de Cerda nuncupatum tranſiret, Alphonſus ſenior, quòd Sanctium filium ſecundogenitũ nimis diligeret à nepote in eum, & ſi minor natu eſſet ſucceſſionem transferri curaret, cùm autèm poſteà ſeniorem ipſum Alphonſum Electores, & ſi non prorſus concordes Imperatorẽ creaſſent, & ipſe ob eam rem Auinionẽ ad Pontificem proficiſceretur, & ſatiùs duceret Imperatoris titulo cedere, quàm cum aduerſarijs armis decertare, indè poſteà in Hiſpaniam reuerſus à Sanctio filio, cui abſens Regni regimen commendauerat excluſus eſt, & Regno, Imperioq; ſimul carens apud Hiſpalenſem Vrbem ſibi fidam tandè deceſſit, ea calliditate vſus Sanctius, quòd ab aliquibus Rex ſalutatus, & pater patriæ conſtantèr renuit, paſſurum ſe negans patri ſuperſtiti, regiũ homen, honoremq; detrahi inani appellatione, cùm omnia pro Rege ageret, repudiata, ſiuè vt cunctando ſtudia magis inflammaret, qua de cauſa ab Alphonſo Rege parente Hiſpali publico conuentu Sanctius furiali carmine deuotus, & diris execrationibus iure paterno caput deuinctum, Regni ſucceſſione priuatum denunciauit, renouato repreſentationis iure, quo nepos ex primogenito patruũ excludit in Regno, iuxta l. 2. tit. 15. par. 2. Sanctius verò neq ea religione tactus fœdus cum Granatenſi Maurorũ Rege inſtaurauit, ad omnem occaſionem intentus circùm Cordubam moratus copias in Hyberna diſtribuit, tandèmq; mortuo patre Regno potitus, vt latè recenſent Paul. Æmil. de geſtibus Francorum lib. 7. Bapt. Fulgoſ. d. cap. 11. Michael Ritius de Regib. Hiſpan. lib. 3. fol. 31. & ſequent. Chronic. Regis Alphonſi cap. 76. Hiſtoria Valeriana par. 4. c. 114. & ſeqq. Ioan. Mariana de reb. Hiſpan. lib. 14. cap. 5. & 7. Ioan. Garzia tract. de expenſ. & meliorat. c. 16. nu. 25. Theatrum vitæ humanæ vol. 11. lib. 4. pag. 2614. & ſeq. & vol. 19. lib. 2. pag. 3521.

38 † Sic Alphonſus II. Aragonius Rex Neapolis Caroli VIII. Gallorum Regis armis territus Ferdinando filio Regnũ tradidit, ipſe in Siciliam fugit, recuperato, & pacato per Ferdinandum Regno, ſama eſt, eum cũ filio ſeriò admodùm egiſſe, vt Neapolim, vbi odium aduerſus ſe olim conceptum, in beneuolentiam propemodum conuerſum erat, reduceretur, Ferdinandum verò magis regnandi cupiditate, quàm paterna pietate ductum, argutè nec ſinè aculeo reſpondiſſe, tamdiù expectaret, dùm ab ſe ita Regnum conſtabilitum eſſet, vt nè iterùm ipſi eſſet fugiendum, referentibus Paulo Iouio lib. 3. hiſtoriarum, Guicciard. lib. 2. Theatr. vitæ humanæ vol. 11. lib. 4. pag. 2641. Mambrin. Roſeo in lib. 8. compend. hiſtor. Neapolis fol. 189. & Thom. Coſto in annot. pag. 219. Scipio. Mazzella in vita Alphonſi. Philipp.

tamèn

tamèn Comin. lib.7.cap.11. ab hac vltima parte diſſentit,& Thom.Grammat.conſ.47.nu.7.

39 † Hanc regnandi zelotipiam præcauens Eliſabetha Angliæ Regina cautè gnara,quam ſit periculoſum, nedùm conſortē Regni; ſed ſucceſſorem certum videre,dicente Cornel.Tac.lib.1. hiſtor. ſuſpectū ſemper,inuiſumq; dominātibus, qui proximus deſtinaretur, vt obſeruat Monſig. Quirini in manuali de grandi, poſcentibus Anglis de ſucceſſoris declaratione reſpondit,ſe maturum adeò teſtamentum cōficere nolle, vt narrat Petrus Matthe. lib.6.hiſtor. Domin.Arumæ. d.diſcurſ.4.de iure publico,& diſcurſ.5.

40 † Quòad quæſtionem autèm noſtram Præpoſ. Mediolan.in c.plerunquè §.itèm obijcitur 2.q.7 poſt Archidiac.ibi,& Lapum à ſe allegatum eam tractat,quærens,an Rex poſſit vngere filium ſuū in Regem,eo viuente,& ait,eſſe in argumentum, quòd ſic,quia Dauid fuit vnctus in Regē, viuente Saule, non tamèn habebit adminiſtrationem, ſicut Dauid eam non habuit,ſicut multi ſunt Reges adminiſtrationem non habentes,argum.l.fin. C.vbi ſenat.vel clariſſ.faciunt notata per Bart.& Bald. in l.in ſuis ff.de liber. & poſthum. idem Bald.in procem.feudor.num.36.Anton.Corſett. tract.de poteſt.regia par.vlt.nu.41.Iaſ.in d.l.in ſuis num.21. Sigiſmund.Loffred.conſ.17.nu.49. Gregor.Lopez in l.2. tit.15.par.2. gloſ.11. ponderans illud de Dauid lib.1.Regum c.16.quòd & ſi non ſemel, ſed bis eſſet vnctus à Samuele tanquàm Rex Iſrael, nō tamèn incœpit adminiſtrare Regnum viuente Saule, ſed eo mortuo lib. 2. Regum cap.5. & obſeruat Marius Muta tom. 3. ad Capitula Regni Siciliæ cap.51. Regis Martini num.112.

41 † Ad c. Moyſes 8.quæſt.1.quem Archid.ponderat in contrarium reſpondet Præpoſ. procedere in Regnis, quæ non deferuntur per ſucceſſionem, ſed per electionem, quia tunc Rege viuente non poteſt alius eligi, cap. in primis 2.q.1. & ideò quàmuis Bald. in tit.de pace Conſtantiæ §.hoc,quod nos nu.8. verbo *conceſſerimus* in fin. dicat, quòd poteſt Imperator relinquere Imperiū filio, intelligit, id eſſe plus ex electione Ele-
42 ctorum,quàm ex conceſſione paterna, † cùm nulli ſit dubium,Imperium electione deferri, c. venerabilem 34.de elect. & c.accepimus de iure patronat.Ioan.Lecirier.de primogen. lib.2.q.12. nu.3.Thom.Marin. tract. de feud. tit.de feudo, quod non tranſit tit.32.num.5.Reſtaur.Caſtald. tract.de Imperat.q.8.nu.2.& ſeqq. Martin.Laudenſ.tract.de Princip. q.5.nu.1. Petr. à Monte de poteſt.Pontif.nu.1.& 2. Franc.Panuin. de viſitat.par.1.q.3.nu.13.Zoanet.de Roman.Imper. nu.244.Hieron.Canin.in hiſtor.de elect.& coronat.Regis Romanorum ſuper Bulla aurea Caroli Quarti Imper. & licèt de facto multi Romanorum Imperatores aſſumpſerint ſibi in conſortes Imperij aliqui filium, aliqui fratrem, alij extraneum,quos recenſemus inferiùs, inquit Præpoſ. non eſſe trahendum in conſequentias, nequè ius
43 conſtituere, ſed deſtruere, nec quod fit eſſe inſpiciendum,ſed quod fieri debuit, cap.cùm cauſam de elect.l.ſed licèt ff.de off.Præſid. Menoc. conſ.75.num.94.vol.1.Steph.Gratian.tom.1.diſceptat.c.127.nu,51.ſed vbi Regnum transfertur per ſucceſſionem, ex quo filius debet patri ſuccedere,non videtur prohibitum, ſi faceret pater vngere filium in Regem, eo viuente, retinendo tamèn ſibi adminiſtrationem, & ita poſſe procedere dictum Lapi, nàm adminiſtrationem transferre in vita ſua contra voluntatem vaſallorum
44 non poteſt, † ſicut ſubditos, & vaſallos inuitos alijs ſubijcere non poteſt, l.inuitum ff. de fideicommiſſ.libert.& Ego tradidi conſ.59. à nu.41. Iulius Cæſar Imbrianus de Campaneæ Ciuitatis
45 ſtatu conſeruando pag.29. † Quemadmodùm ſi Regnū ab alio ſuperiore haberet Rex, inuito eo alij cedere non poſſet, l.penult. vbi gloſ. ff. de offic.Proconſ. & Legat. conſentiente autèm ſecùs,quia non ſolùm adminiſtrationem, ſed ipſū Regnum poſſet transferre, cap. auctoritate 15. q.6.d.cap.venerabilem de elect. cap.grandi de ſupplend.neglig prælat. lib.6. cap.ad apoſtolicæ de ſentent.& re iudic.lib.eodem,clem.paſtoralis eod.tit. & in hac diſtinctione reſidet Præpoſitus ſupra.

46 Pro qua facit, † quòd filius Regis, vel Comitis caret adminiſtratione Regni, vel Comitatu, gloſ.verbo *Rex* in fine,in c. cœpit 24.q.1. quam ſequitur Matth.de Afflict.in c.imperialem q.16. num.5. de prohib. feud. alien. per Feder.Tiber. Decian.reſponſ.19.num.230. tom.3. Sigiſmund. Loffred.conſ.17.nu.58.

47 † Vndè Ludouic. Molina lib. 3. de Hiſpanor. primogen.c.6.nu.18.& ſeq. ait, quòd licèt communitèr dici ſoleat, filiū Regis poſſe vocari Regem in vita parentis non ſolùm ex bonorū Authorum ſenſu, nàm Virgil. lib.9. Æneid. in illis verbis *Regemque requirunt*, Aſcanium Regem appellat,quod eſſet Regis Æneæ filius,vt ibi annotauit Seruius, & auctoritate illius Tiraq. de iure primog.q.33.nu.6.Pater Ludouic.Cerda ad eundem locum Virgilij pag. 313. remittens ſe ad ea,quæ tradidit lib.7.vbi Lauiniæ viuente adhùc patre datur corona, quod regium ſignum eſt, vel Regis hæredis, vt ex Homero 1. Iliad. tradit Pater Cerda annot.ad illud, *regaleſq; accenſa comas, accenſa coronam* pag.17.ad librum 7. Æneid. ſed etiàm Iuriſperitorum, d. cap. cœpit, Hermenegildus Rex 24. q.1. & in prima oratione feſtiuitatis iſtius Sancti, in qua dicitur, *Deus, pro cuius nomine Beatus Hermenegildus Rex, & Martyr manibus impiorum occubuit*, & in lectio. 4. ſecundi nocturni deſumpta ex D. Gregor. lib.3. dialog. gloſ.verbo *Rex* in d.cap.cœpit,quam ſequuntur Bald.in l.quæſitum §.ſi ſeruus in fin. ff.de leg.1. & in d.l.in ſuis nu.35.vbi Iaſ.nu.19. Abb.in cap. tanta nu.10. qui filij ſint legit. Chaſſan.in cathal. glor.mund. 5.par. conſiderat.41.Tiraquell. in l.ſi vnquàm C. de reuoc.donat.in præfat.nu.21. Montaluo in l.vnica tit.3.lib.1.fori gloſ.1. Anto. Gomez tom.1. variarum cap.1. nu.5.Velazquez in l.40.Tauri gloſ.1.num.32.Azeued.in l.1. tit.3. lib.2.nouæ recopilat.nu.2. Guillelm.Bened.in cap.Raynuntius de teſtament.verbo *mortuo itaque lo ſecondo*, num.48. Marius Muta tomo 3. ad capit.Regni Siciliæ cap.8.num.25.Maſtrill.lib.1. de magiſtratib. cap.4.nu.8.& cap.5.num.1.& 6. Boer.de auctorit. magni conſilij num.106. & ex

bonis

bonis Auctoribus ponderat Tiraquell. vbi ſupra nu.7. pro intellectu l.2. §. exactis de ndè Regibus ff. de orig. iur. quòd ſolus Tarquinius erat Rex quòad regimen, & adhùc filij eius Reges appellabantur, vt obſeruant ibi Vdalric. Zaſius, & Cagnol. & apparet ex Tito Liuio lib.2. decadis primæ circa finem, Marco Tullio Philipp. 3. & lib. 1. de diuinat. Plinio lib. 18. natur. hiſtor. cap. 3.

48 † Tamèn hoc debere intelligi reſpectu nominis tantùm Regis, & ſpei ſuccedendi in Regno, & non quòad adminiſtrationem, ex Anton. Corſet. de poteſt. regia par. 3. nu. 25. Tiber. Decian. & Loffred. ſupra nu. 46. Maſtrill. d. cap. 5. num. 7. Tiraq. de iure primogen. q. 33. nu. 8. & 13.

49 † Sicut in filio Comitis comitatum habentis, qui poteſt dici Comes ſpe, non tamèn re, tradit Iacobin. in ſua inueſtitura feudali, verbo *Dux*, verſ. *dubitatur*, & verbo *Comes* num. 2. dicens, ita eſſe intelligendam gloſ. in d. cap. cœpit. & in cap. final. 24. quæſt. 1. de Comiſſa Matilda, Petrus Nicolaus Mozzius de his, qui feudum dare poſſunt num. 17. dicens, quòd hinc poteſt eſſe, quòd quandò citatur Dux, & Comes pro aliqua cauſa capitali, pro qua eſt priuandus Ducatu, vel Comitatu, deber etiàm primogenitus Ducis, vel Comitis citari, quia dicitur Dux, & Comes ſaltèm ſpe, vt per Tiraquell. de iure primogeniorum quæſt. 33. nu. 1. Marin. Freccia lib. 2. de ſubfeud. tit. quis dicatur Comes nu. 24. Tiraquel. d. quæſt. 33. nu. 3.

50 † Facit, quod tradit Paul. Æmil. Verall. deciſ. Rotæ 366. verbo *præſentatio* num. 1. par. 2. vbi ex plurium authoritate ait, filium patroni eo viuente non poſſe præſentare, comprobat Lambert. tract. de iure patron. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. princ. artic. 13. num. 3. & lib. 2. par. 1. quæſt. 2. princip. artic. 5. nu. 12. Iulian. Viuian. eodem tract. par. 2. lib. 5. cap. 2. num. 6. facit Bald. in l. liberti num. 23. C. de oper. libert.

51 † Quarè deſignatio Principis primogeniti, quam in Hiſpania facere ſolent Domini noſtri Reges, nil aliud ei tribuit, quàm ſibi de iure competebat, & non eſt hæc noua deſignatio, ſed potiùs iuris quæſiti declaratio, nàm cùm non electione, ſed ſucceſſione Regnum deferatur, eò ipsò, quòd naſcitur primogenitus abſque alia declaratione, hoc ius primogenituræ ſibi defertur, d. l. 2. tit. 15. par. 2. ideoq; Principis deſignatio, quæ in his Regnis ſolemnitèr fieri ſolet, ad id eſt, vt omnibus innoteſcat, quod ex iure primogenituræ eidem competebat, nec vlla lis, aut controuerſia ſuper Regni ſucceſſione in futurū ſupereſſe poſſit, & vt iuriſiurandi religione firmetur, quod de iure eidem Principi debitum erat, ideòque Principes in Hiſpania ab omnibus Optimatibus, ac Proceribus, & Ciuitatum inſignium præcipuè habentium vota, & ſuffragia in Comitijs Regnorū Caſtellæ, & Legionis procuratoribus publicè deſignantur, eiſquè iuramentum fidelitatis ſolemni ritu præſtatur, deincepſq; Principes iurati appellantur, non tamèn quòd ex eo illis ius aliquod quòad Regni adminiſtrationem viuo patre conferatur, vt obſeruat D. Ludouic. Molina lib. 3. de primogen. cap. 6. num. 19. Perez de Lara in compendio vitæ hominis cap. 12. nu. 40.

Ex aduerſo autèm, quòd filius Regis præſertim bonis moribus imbutus, & apud Catholicos religione poſſit patre volente non ſolùm in conſortium admitti in adminiſtratione Regni, ſed in totum illi confidi, multis externis, & proprijs, antiquis, & recentioribus probatur exemplis.

52 † Hercules enim Ianigenis relicto Rege Thuſco ipſius filio, ipſe ſenex admodùm in Celtiberos fuit reuerſus anno Altaldis trigeſimo nono, & regnauit ibi, donèc obijt, cui Celtiberi templum ad Gades, & diuinos honores tribuerunt, plurimaſque illius nomini, & triumphis Vrbes dedicarunt, vt tradit Beroſus antiquus Auctor de Regibus Aſſyriorum in vita Altaldis pag. mihi 78. vbi Interpres, Pomponius Mela lib. 3. de ſitu Orbis cap. 6. Ioan. Mariana lib. 1. de rebus Hiſpaniæ cap. 9. & 18. Ioan. Bapt. Suar. de antiq. Gadit. lib. 1. cap. 12. & lib. 3. cap. 1. & ſeqq. refert etiàm Theatrum vitæ humanæ vol. 1. lib. 1. pag.

53 56. & vol. 7. lib. 5. quòd † Seleucus tanto amore fuit proſequutus Antiochum filium, quòd chariſſimam ſibi coniugem Stratonicam concedere non dubitauit, quòd in amore incidiſſet fortunæ acceptum referens, quòd diſſimulare eum vſquè ad mortem paratus eſſet, ipſius pudori imputans, in quo & prudentia Eraſiſtrati medici celebratur, qui pulſu cognouit amoris affectum, vt videre eſt apud Plutarchum in vita Demetrij, & Appian. Alexandrinum in L. Siria in extremis, Valerius Maximus lib. 5. c. 7. Lucianus dialogo de Syria Dea, Gabriel Zinanus lib. 11. *della ragione de gli ſtati* pag. mihi 408. memorat enim Plutarch. vbi proximè, Seleucum Aduocato in concionem vniuerſo populo, hæc verba protuliſſe, *decreui omnium Superiorum Prouinciarum* (ſcilicèt Regni Syriæ) *Regem conſtituere Antiochum, & Stratonicen ei coniugem, Reginamque*.

54 † Ptolomeus primus Ægypti Rex cùm adhùc proſpera vteretur valetudine non ſolùm Regno ceſſit minori natu filio, quem vt magis idoneum ad gubernandum ſuffecerat, verùm tanquàm cum eo ſtipendia faceret inter vigiles eius fuit maiori affectus gaudio, quòd Regis pater, quàm quòd ipſe Rex eſſet, vt referunt Bapt. Fulgoſ. lib. 5. cap. 3. & 7. Andr. Eborenſis libro exemplorum cap. de charitate, & indulgentia parentum ergà filios fol. 58. Trogus Pompeius lib. 15. Iuſtinus lib. 16. Bapt. Mantuan. lib. 2. Parthen. 2. pag. mihi.

55 † Similitèr Ariobarzanes filio ſuo Cappadociæ Regno ceſſit in conſpectu Cnei Pompeij, cuius cùm ipſe Tribunal conſcendiſſet, inuitatuſque ab eo in curuli ſella ſediſſet, poſtquàm filium in cornu Scribæ, humiliorem fortunæ ſua locum obtinentem conſpexit, non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri, ſed protinùs ſella deſcendit, & diadema in caput eius transtulit, hortariq; cœpit, vt eò tranſiret, vnde ipſe ſurrexerat, exciderunt lachrymæ iuueni, cohorruit corpus, delapſum diadema eſt, nec quò iuſſus erat progredi potuit, quodque penè fidem

veritatis

veritatis excedit lætus erat, qui Regnum deponebat, triſtis, cui dabatur, nec vllum finem tàm egregium certamen habuiſſet, niſi patriæ voluntati auctoritas Pompeij affuiſſet, filium enim, & Regem appellauit, diadema ſumere iuſſit, & in curuli ſella conſidere coegit, vt poſt Appian. Alexandrin. de bello Mithridat. & Valerium Maximum vbi proximè §. 2. tradit Eborenſis num. præcedenti relatus, Theatrum vitæ humanæ vol. 18. lib. 1. pag. 3258.

56 † Artaxerxes Perſarum Rex, cuius ſuperiùs meminimus Darium filium ſuum contra morem Perſarum, apud quos Rex non niſi morte mutatur, per indulgentiam Regem fecit viuus, nihil ſibi ablatum exiſtimans, quod in filium contuliſſet, ſyncerumq; gaudium ex procreatione capturum, ſi inſignia Maieſtatis ſuæ viuus in filio comperiſſet, vt tradit Iuſtin. hiſtor. lib. 10. Rauiſ. Textor in officina par. 2. cap. 134. Tiraquell. in præfat. ad l. ſi vnquàm num. 10. C. de reuoc. donat. & ſi vt diximus num. 24. & ex Plutarcho in Artaxerxe tradit Theatrũ vitæ humanæ vol. 3. lib. 7. pag. 829. ingrato animo in patrem machinatus pœnas meritas luerit.

57 † Ayton Armeniæ Rex relicto Regno filio ſuo, nomine Titon religionem fuit ingreſſus, vt memorat Amarus Centeno in hiſtor. Tartarorum cap. 33.

58 † Conſtat etiàm lib. 1. Paralipom. cap. 23. & lib. 3. Regum cap. 1. quòd Dauid ſenio affectus in Regni adminiſtrationem induxit Salomonem ipſius filium, & Berſabea, excluſo etiàm Adonia natu maiore, vt obſeruant Petrus Gregor. de Republica cap. 15. num. 6. Ioan. Dilect. tract. de arte teſtandi tit. 3. cautel. 8. num. 2. Gregor. Lopez in d. l. 2. tit. 15. par. 2. gloſ. 13.

59 † Et non ſolùm Imperatores habuere filios collegas, & ſocios in pluribus Reipublicæ munijs, vt de Veſpaſiano patre, & Tito filio, non in cenſura tantùm, verùm etiàm in Conſulatibus multis, ac Tribunitia poteſtate collegis, Cornelius Tacitus lib. 3. hiſtoriarum, Plinius in proœmio naturalis hiſtoriæ, *Sciant* (inquit) *omnes, quàm ex æquo tecum viuit imperium, Triumphalis, & Cenſorius tu: Sextumque Conſul, ac Tribunitiæ poteſtatis particeps.* Idem lib. 7. cap. 49. *Accedunt imperimenta, & exempla recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium Imperatores Cæſares Veſpaſiani pater, filiuſque Cenſores egerunt,* (& alibi) *mœnia Vrbis Rom. collegere Imperatoribus, cenſoribuſquè Veſpaſianis.* Sueton. Tranquill. in Tito cap. 66. *Triumphauit cum patre, cenſuramquè geſſit vnà eidem collega, & in Tribunitia poteſtate, & in ſeptem Conſulatibus fuit.* Nec id ſolùm Veſpaſianis datum, cùm hoc etiã Neruæ Adriano, Antonino Philoſopho, quibuſq; alijs Cæſaribus contigiſſe ſcriptum inueniamus, vt in Conſulatu, Tribunatu, ac alijs dignitatibus, collegas ſibi filios aſſumerent, Plinius ſecundus in panegyrico ad Traianum, *Simul filius, ſimul Cæſar mox Imperator, & conſors Tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter, & ſtatim factus es, quæ proximè parens verus tantùm in alterum filium contulit,* fuit enim Traianus filius adoptiuus Neruæ, vt latè proſequitur idem Plinius, Iuliuſq; Capitolinus in Antonino Pio inquit: *Factus eſt patri, & in imperio Proconſulari, & in Tribunitia poteſtate collega, idem in Antonino Philoſopho Commodum deindè ſibi collegam in Tribunitiam poteſtatem iunxit,* Spartianus in Seuero, *Data virili toga filio maiori, ſecum eum Conſulem deſignauit, & ſtatim in Syria conſulatum inierunt,* vt obſeruat eruditus Ianus Langlæ. lib. 7. ſemeſtriũ cap. 3. pag. mihi 310.

60 † Sed etiàm reſpectu Imperij fuere enim Philippi pater, & filius, pater autèm filium Imperij conſortem fecit titulo Cæſaris tantùm, deindè Auguſti quoquè ei aſſignato, vt refert Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 17. opinio. 4. num. 24. dicens, quòd primò ita inſcribebantur. PHILIPP. A. ET PHILIPP. C. tandèm inſcripti ſunt. PHILIPP. C. PHILIPP. AA. & CC. Theſaurus antiquitatum Imperatorum ex Muſæo Iacobi de Strada pag. mihi 126. & ſeq. Sebaſtian. Eriz. in *dichiaratione di medaglie antiche* pag. 525. Ioan. Zonar. lib. 2. annal. in Philippo.

61 † Sic Baſilicus Imperator Conſtantinopolitanus. Conſtantinum, & Leonem eius filios conſortes fecit Imperij, ideòque Auguſti appellantur in cap Hadrianus 63. diſtinct. vbi gloſ. verbo *Auguſtos,* & obſeruat Tiraquell. in dicta præfat. ad l. ſi vnquàm nùm. 21. & de iure primogen. quæſt. 33. num. 5. id patere ex Imperatorum hiſtorijs affirmans, ponderatq; Tiraquell. dicto numer. 21. gloſ. in cap. deniquè, verbo *Rege ſuo* 7. quæſt. 1. quæ ait, *ſcilicèt filio Salomonis, & eſt hic argumentum, quòd filij Regum de iure debent eſſe Reges,* quam gloſ. dicit auream Franciſc. Curt. ſenior conſ. 73. incip. ſuper memorata num. 1. in fine, Couar. lib. 1. variar. cap. 1. nu. 4. nàm textus ille loquitur de Roboam filio Salomonis, qui patri ſucceſſit in Regno lib. 4. Regum cap. 17.

Et vt alia adducamus exempla Imperatorum,

62 † Tiberius Conſtantinus poſtquàm Imperium ſeptem annis rexerat, ſentiens ſibi vltimum imminere diem ex conſilio Sophiæ Auguſtæ, Mauritium genere Cappadocem virum ſtrenuum legit ad Imperium, ſuamq; filiam regalibus ornamentis ornatam ei tradidit, dicens, *Sit tibi imperium cum hac puella conceſſum, vtere eo feliciter, in mente habens æquitatem, ac iuſtitiam præcipua optimi Imperatoris eſſe inſignia,* vt referunt Annonius de geſtis Francorum lib. 3. cap. 35. Petrus Gregor. de Republica lib. 7. cap. 16. num. 7. qui
63 num. 8. ait, † idem non fuiſſe permiſſum Vladiſlao Regi Hungariæ anno 1504. cùm inutilis redditus fuiſſet ex morbo apoplexiæ, nàm filiam vnicam tradẽdo nepoti Regis Romanorum Maximiliani in vxorẽ Regnum Hungariæ Regi Romanorum reſignare voluit, verùm impeditus fuit per Magnates Hungariæ, qui tantùm ei dederunt coadiutorem filium Comitis Stephani magni, vt ſcribit Linturius in appendice ad faſcicul. temporum anno 1504. verùm fuit viuente Vladiſlao creatus Rex Ludouicus eius filius in cunis, vt cõſtat ex Ioanne Sambuco in appendice rerũ Hungaricarum in Vladislao, & Ludouico III. pag. 754. Cirus Spontone in eodem Ludouico pag. 71, Nicol. Ischuanf. lib. 6. hiſtor. de rebus

Hunga-

Hungaricis tangit Petr.Gregor. de Republ. lib. 26. cap 5. nu.2.

64 † Similitèr Otho Primus filium ſuum Othonē Secundum conſenſu, & vnanimitate procerum in Regem eligi fecit, Ioan. Cuſpinian. in vita Othonis Secundi, Arumæus de iure publico diſcurſ.4. pag.41.

65 † Viuo Conrado Henricus eius filius conſors Imperij adſcitus eſt, ac Romanorum Rex deſignatus, Otho Frinſingen. lib. 7. cap. 4. Abbas Vſpergenſ. in chronic. anni 1138. Luithprand. Ticinenſis lib. 2. cap. 7. Ioan. Kant. in lexico iuridico, verbo *regalia*, Ioan. Cuſpinian. in vita Henrici Tertij, Arumæus vbi proximè.

66 † Sic Henricus Quartus viuo patre Henrico Tertio in Regem creatus eſt, Ioan.Cuſpinian & Baptiſta Egnatius in eius vita, Theatrũ vitæ humanæ vol.19. lib. 2.pag.3521.

67 † Henricus Frederici Primi Imperatoris filius, viuo patre Romanorum Rex fuit deſignatus, Abbas Vſpergenſ. in eius vita, Theatrum vitæ humanæ vol.3.lib.4.pag.719.

68 † Frederico Secundo filio Imperatoris Henrici Sexti, adhùc in cunis iacenti Principes Imperij viuo patre fidelitatem iurarunt, Abbas Vſpergenſ. in Othone Quarto, Theatrum vitæ humanæ vbi proximè, Petrus Mexia in vita Henrici Sexti, Othonis Quarti, & Federici Secundi.

69 † Viuente Frederico Secundo, Henricus eius filius puer decennis Romanorum Rex eligitur, Cuſpinian. in vita illius.

70 † Conradus etiam Tertius viuo patre Frederico fuit etiàm electus Rex Romanorum, Cuſpinianus in vita illius, Theſaurus antiquit. in vitis eorundem pag 310.

71 † Carolus Quartus, qui fuit etiã Auctor Bullæ aureæ, vt ſupra diximus, & ideò optimus illius interpres tàm reſpectu electionis Imperatoris, quàm Regis Romanorum ſe viuo Venceſlaum filium in Regem Romanorum ſublimari fecit, Cuſpinia. & Bapt. Egnat. in Venceſlao, Arumęus dicto diſcurſu 4. Theſaurus antiquit. ſupra citatus in vitis eorundem Caroli, & Vinciſlai pagina 223.

72 † Fredericus Tertius Maximilianum Primũ eius filium circa annum ſalutis 1486. ſe viuente Regem Romanorum fecit inungi, vt obſeruant Pantaleo, & Theſaur. antiq. ac Petrus Mexia in Maximil. I. Albert. Crantzius lib.7. Saxoniæ cap. 38. Arumæus vbi proximè, Theatrum vitæ humanæ d.vol. 3.lib.4.pag.719.

73 † Similitèr & Vinciſlaus Secundus Rex Bohemiæ Regnum adhùc viuens tradidit eius filio Vinciſlao Tertio, vt memorat Siſredus lib. 2. epitom. hiſtor. anno 1305. pag. 186.

Et quòd poſſit pater adhùc viuens ſibi Regni coadiutorem aſſumere filium, eumq; coronare, in Regno Franciæ nobis præſtantur exempla,

74 † prout Ludouicus à mole corporis Graſſus nuncupatus, feciſſe, legitur apud Rober. Gaguin. lib.6. hiſtor. Franciæ cap.3. dicentem: *Inter hæc nuntiatur Ludouico filium eius Philippum primogenitum, dùm extra muros Pariſijs equo veheretur interijſſe, cuius mors ſicut mærori Ludouico fuit, ita eum admonuit rerum futurarum ſolicitum eſſe, igitur cùm annorum plenus eſſet, plurimiſque laboribus affectus* ex *amicorum conſilio Ludouicum alterum filium, qui iunior appellatus eſt, in conſortium adminiſtrandi Regni aſſumpſit, rhemiſquè deductum regia vnctione, atque corona inſigniri iubet, quanta nullus alius Rex celebritate ſacratus fuit*, Paulus Æmilius in vita eiuſdem Ludouici fol.103. Michael Ritius lib. 2. de Regibus Francorum fol.12. Guillelm. Benedict. in dicto cap. Raynuntius, verbo *adiectæ impuberi* num. 54. Ioſeph Texeira (& ſi in pluribus non ſatis fidus, & diligens) in libello, cui titulus ſtemmata Fran-
75 ciæ in Ludouicis Sexto, & Septimo, † Idemque Guillelm. Benedict. eodem numero, poſt Guaguinum vbi proximè cap. 4. memorat, eundem Ludouicum iuniorem, idem feciſſe de Philippo eius filio adhùc impuberi, cui ob egregia, & inclyta facta Auguſti cognomen fuit, his verbis: *Anno ſuperiore, quàm Ludouicus mortem obiret curat, Philippum Regni conſortem aſſumere, quare Rhemis perductum (magna pompa) adoleſcentem ſacrari iubet, annum vix quatuordecimum agentem, cui dùm coronatur Gulielmus nouelli Regis auunculus Rhemorum Primas, & Sanctæ Sabinæ Cardinalis* Romanus *Legatus affuit*, Paul. Æmil. in dicto Philippo Auguſto fol. 114. Michael Ritius vbi proximè, & Guaguin. in eodem, Cabedo decif. Portugall. 76 nu.8. par. 2.

76 † In Regno Siciliæ fuit Rex Martinus, viuente patre Martino Rege Aragonum, pro quo etiã Regno fuit iuratus ſucceſſor, vt recenſet Zurita tomo 2. annal. lib. 10. cap. 62. & 65. & in multis priuilegijs conceſſis per dictum Regem Martinum, præſertim aliquibus Ciuitatibus Regni Siciliæ, præſertim in eo, quòd die 16. Martij anno Dominicæ Incarnationis 1405. conceſſit Ciuitati Miſtretæ de conſeruando eam perpetuò in regio demanio, ita dicitur, *Martinus Dei gratia* Rex *Aragonum, & Martinus eadem gratia* Rex *Siciliæ, Ducatuumq; Athenarum, & Neopatriæ Dux & eiuſdem* Regis, *&* Regni *Aragonum primogenitus, & Gubernator generalis, & in dictis* Regni Siciliæ, *& Ducatuum prædictorum regimine, & ſolio conſedentes, conregentes, & congregnantes.*

77 † In Regno Neapolis Thomas Grammat. allegato conſil.47. num. 7. defendit, Alphonſum Secundum Regem conſtituere potuiſſe Regem Ferdinandum eius filium, de quo etiàm Scipio Mazzella in eius vita, Zurita tomo 5. annal. lib. 1. cap. 40. & lib. 2. cap. 1. & 18. Paul. Ioui. lib. 2. hiſtor. Marc. Anton. Sabell. lib.9. Enea. 10. Guicciard. lib. 1. hiſtor. Theatrum vitę humanæ vol.8. lib.3. pag. 2068.

78 † Quarè Petrus Mexia de vitis Cæſarum in Leone Secundo, & Zenone Primo pagin. mihi 323. dicit, quòd mortuo Leone Primo auo Leonis Secundi, à quo fuerat electus, & deſignatus in vita habuit Imperium per menſes aliquot, poſt quos fecit rem ſatis nouam, & mirabilem, quod ſpontè agnoſcens videri rem duram, quòd pater eſſet ſubditus, & inferior filij, renunciauit, & ceſſit Imperium Zenoni patri, & ipſemet coronauit illum, & præſtitit illi obedientiam, nàm parentes in eorum vita dediſſe filijs dignitates,

Digitized by Google

taies, & regna, res eſt, quam audiuimus, & legimus, & videtur procedere cū ratione. ſed rariſſimè vllus audiuerit, quòd filius ſe ſpoliauerit, ac nudauerit Regno, aut dominio, vt daret parenti, quinimò multotiès euenit, per vim in vita illi auferre, deſiderareq; illi, ac machinari mortem ad ſuccedendum, ideòque ait Mexia, illum caſum vt inſolitū eſſe valdè notandum, repertamq; fuiſſe tantam vrbanitatem, & obedientiam in filio.

79 † Cui exemplo non diſſimile eſt, quod Vladiſlaus Secundus Caſimiri Poloni filius Rex Bohemiæ, & Hungariæ Alberto fratri paternum Regnum remiſit, vt tradit Antonius Bonfinius rerum Hungaricarum decade 5. lib. 3. pagina 704.

80 † Et quod memorat Ludouic. Dominic. lib. 1. variæ hiſtoriæ, quòd Ferdinandus Aragonum, & Siciliæ Rex morti vicinus Alphonsū natu maiorem ſucceſſorem reliquit in eius Regnis, inſinuans ei, quòd charum ſibi eſſet, quòd Ioanni eius fratri relinqueret terras, quas habebant in Regnis Caſtellæ, & quòd illi non foret graue aſſentiri precabatur, cui reſpondit, quòd licèt certo ſciret, Regna, & res alias ad eum iure primogenituræ ſpectare, ſed non alitèr quàm beneficio paterno, & ſemper ipſum magni habuiſſe, & æſtimaſſe voluntatem illius, quàm priuilegium ætatis, quarè ſi ei pro ſingulari eius prudentia videretur conueniens pro vtilitate dictorum Regnorum ea relinquere dicto Don Ioanni, omnemque ſucceſſionem, ipſe non loqueretur verbum in contrarium, imò volebat, vt crederet, quòd ipſe erat ita promptus ad obediendum voluntati eius, dùm vitam haberet, ſicut voluntati Dei, quo audito pater tali filij magnanimitate perſpecta Dei benedictionem fuit illi precatus, felicem ſe mori faſſus, beatumque fore populum ſuum confeſſus, tantæ virtutis ſucceſſore relicto, Theatrum vitæ humanæ vol. 11. lib. 2. in fine pag. 2551.

81 † Et vt ad proximiora nobis accedamus, & dicamus exempla, refert Gariuai tom. 2. compend. hiſtorial. Hiſpan. lib. 12. cap. 8. per ſcripturas antiquas Eræ. 1191. quæ eſt anno Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti 1153. nàm Era incepit triginta octo annis antè Natiuitatem, vt conſtat ex Ioanne Vaſæo tomo priori chronico. Hiſpan. cap. 22. verſ. *poſt quem*, P. Mexia lib. 2. ſyluæ variæ lectionis cap. vlt. F. Ioan. Pineda in monarchia Eccleſ. 2. par. lib. 10. cap. 12. §. 3. Couar. lib. 1. variar. cap. 12. num. 3. Mariana de rebus Hiſpan. lib. 3. cap. 24. D. Piſa in hiſtor. Toleti lib. 2. cap. 2.

82 † Infans Don Sanctius primogenitus Regis Alphonſi Septimi nominati Imperatoris titulabatur regnaſſe Nageræ viuente Imperatore eius patre, & quòd illius loco habebat tenentiam, & gubernationem illius, & terrarum regiminis ſui diſtrictus miles quidam, vocatus Rodericus Pelaez cùm temporibus illis Ciuitas Nageræ eſſet vna ex tenentijs, & gubernationibus principalioribus, quas Reges prouidebant, quia Gubernatores erant Capitanei generales Limitrophi, ſeù Limitanei Regnorum Aragonum, & Nauarræ, in chronico eiuſdem Imperatoris, & Regis Alphonſi Septimi in lucem ex antiquiſſimis manuſcriptis per Epiſcopum D. F. Prudentium de Sandoual cap. 45. pag. 103. dicitur, habuiſſe tres filios, primum Don Sanctium, qui fuit vocatus deſideratus, tàm ex eo, quòd natus tempore, quo Regnum deſiderio flagrabat habendi Principem ſucceſſorem, & propter amabilem ſui naturam, ſecundum Ferdinandum, Tertium Don Garſiam, & Imperator viuens nominauerat ipſos ſucceſſores ſuorum Regnorum, tribuendo Don Sanctio primo hæredi Regnum Caſtellæ cū titulo Regis, domo, & familia regali, modo, & forma cum Mayordomó, Oeconomo, ſeù Præpoſito, vt leges dicunt agentium in rebus, Alpherio, ſeù Aquilifero, quæ erant officia præcipua Regiæ domus, Ferdinando ſucceſſionem Regni Legionis cum titulo Regis, & domo, forma regia, & licèt viuente Imperatore fuiſſet ſupremus Dominus, & Rex dictorum Regnorum dicti eius filij expediebant, & beneficia elargiebantur, & vocabantur Reges in ſuis literis, & priuilegijs, de licentia tamen Imperatoris eorum patris, vt præfatus Auctor proſequitur, faciunt, quæ tradit Bertacch. tomo 3. verbo *Rex* verſic. *vigeſimo*.

83 † De Ordonio filio Ramiri Regis teſtatur Ambroſius Morales lib. 13. chronic. generalis Hiſpaniæ cap. 52. quòd vocabatur Rex; nàm propter bellorum pericula, in quibus Rex verſabatur, admonitus erat conſulere in tempore ſucceſſioni filij, quem fecerat eligi in Regem, exaltaueratq; in titulum, thronumq; regium, quod deindè fuit multùm vſitatum.

84 † Melioris etiàm vitæ cauſa, atquè quietioris multi Regna filijs, aut alijs benemeritis ceſſiſſe refert Gabriel Zinanus lib. 10. de ratione ſtatus pag. mihi 387. præſertim Diocletianus, vt quieti vacaret, Sextus Aurel. in vita illius, nàm priùs in conſortem Imperij aſciuerat Maximianum, vt poſt Cuſpinianum in vita illius tradit Theatrū vitę humanæ vol. 3. lib. 4. pag. 753. & vol. 11. lib. 2. pag. 2551. vterquè demùm ille Nicomediæ, hic Mediolani ſe abdicarunt Imperio, palàm quidèm negotiorum molem, & ſenectutem cauſantes, ſed amicis ſe id ex deſperatione facere, quòd non poſſent extinguere Chriſtianorum Religionem confitentes, vt ex Euſebio, Cæſar. & Abbate Vſpergenſi in chronicis, & Ioanne Zonara tom. 2. tradit Theatrum vitæ humanæ volum. 1. lib. 1. pag. 79. volum. 3. lib. 4. pag. 735. volum. 11. lib. 3. pag. 2560. & volum. 20. pag. 3653. in lib. 2. qui etiàm citat Carol. Sigon. lib. 1. de Occidentali Imperio, & Iouian. Pontan. lib. 2. cap. 5. de fort. domeſt.

85 † De Lothario, qui filijs Imperium diuiſit, demùmque fuit monachus factus, Carolus Sigonius libro 5. de Regno Italiæ, Paulus Æmilius libro 3. & Cuſpinianus in eodem, Theatrum vitæ humanæ volum. 3. lib. 1. pag. 618. & volum. 27. lib. 7. pag. 4118. Rachiſius Regnum Longobardorum Aſtulpho, Thaſillus Regnum Bauarorum Regino Paulus Æmilius lib. 2. Sigebertus anno ſalutis 788. Otho Friſingenſ. lib. 5. cap. 29. Auenti. in annalib. Boior. lib. 3. Theatrum vitæ humanæ vol. 3. lib. 6. pag. 788. & vol. 27. lib. 3. pag. 4120.

86 † De Zenone Imperatore, qui reliquit Imperium Leoni Iſaurico, Ioan. Cuſpinian. & Sextus Aurel. Victor in eorum viris, & de Artaxerxe, & Arìobarzane, de quibus latè ſupra, & Henrico Francorum Rege Renat. Choppin. lib. 2. de ſacra politia tit. 2. nu. 17. & ſeq.

87 † Similitèr etiàm ſi Rex non valeret gubernare Regnum, & ea de cauſa patiretur incommoda, & deſtructioni eſſet expoſitum, tali caſu de idoneo coadiutore, vita illius durante prouidetur: notum eſt ſiquidèm nõ modò Luſitanis, ſed toti Orbi, ex cap. grandi de ſuppl. neglig. prælat. lib. 6. quòd cùm Sanctius Portugalliæ Rex remiſſo eſſet animo, & ſocordi, & omnia ad libitum Mitiæ vxoris, & ſceleratorum quorundam nobilium in Regno fierent, ex quibus populus miris modis affligtabatur, nec monitiones Honorij Tertij, & Gregorij Noni Summorum Pontificum, nec etiàm ſacrorum interdictiones quicquam proficerent Innocentij Quarti in Concilio Lugdunenſi querelas, Ioannis Archiepiſcopi Braccharẽſis, Tiburtij Epiſcopi Corimbricenſis, Roderici Gomezij Briterij, & Gomezij Villegæ nobilium virorum commotum Alphonſum Comitem Bononienſem fratrem germanum Regis Sanctij virum prudentem, & magnanimum, & fratris hæredem legitimum, quòd Sanctius liberis careret, illi Vicarium dediſſe, vt Portugalliæ Regnum gubernandum, & tuendum ſuſciperet, declarando tamèn, quòd per hoc non intendebat memorato Regi, vel ipſius legitimo filio, ſi quem habuiſſet prædictum Regnum adimere, ſed illi conſulere per ſollicitudinẽ, & prouidentiã Comitis ſupradicti, vt apparet in d. cap. grandi, & obſeruant DD. ibi, Alber. in rubr. nu. 1. ff. de curat. furioſo, & prodigo, vel alijs extra minores dandis, Petrus Gregor. de Republ. lib. 26. cap. 5. num. 2. Ianus Langlæ. lib. 7. ſemeſtr. cap. 4. pag. 327. Auiles in proœm. ad cap. prætorũ gloſ. ſuper verbo *regimiento* nu. 12. Bouadilla in polit. lib. 2. cap. 16. nu. 61. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 13. nu. 221. & ſeqq. Duardus Nonius in cenſura 77. ad librum Ioſephi Texeira de Regibus Portugalliæ ſol. 54. Pater Anton. Vaſconcell. in Anacephaleoſi Regũ Portugalliæ in Sanctio Vndecimo nu. 4. & 5.

88 † Eiuſdem rei extat exemplum apud Anglicæ, Gallicæq; hiſtoriæ ſcriptores de Carolo Sexto Galliarum Rege, qui cùm mentis errore affectus rebus agendis vacare non poſſet, dati ſunt ei adiutores, multiſquè annis in procuratione Regni manſere, primùm Ludouicus Dux Aurelianenſis, deindè Carolus Delphinus, qui & ipſe non multò poſt Galliæ Regnum obtinuit, dictuſque eſt Carolus Septimus, vt tradunt Paul. Æmil. in vitis ipſorum, & Robertus Guaguin. in vita Caroli Sexti fol. 103. & ſeqq. Polydor. Virgil. lib. 21. & 22. hiſtoriæ Anglicæ, Michael Ritius de Regibus Francorum lib. 3. fol. 17. Philipp. Cominæus lib. 8. cap. 13. Ianus Langlæ. vbi proximè, Theatrum vitæ humanæ vol. 1. lib. 1. pag. 16. & vol. 7. lib. 1. pag. 1648.

89 † At generaliter, quòd ſi Rex prorſus factus eſſet inutilis, dandus eſſet illi curator in regimine Regni, argumento dicti cap. grandi, Bald. in l. poſt ſuſceptam 43. ff. de excuſat. tutor. Specul. tit. de feudis §. quoniàm ad finem, Bertach. hin. in repertor. verbo *Rex* verſ. 35. Auiles vbi proximè, & conferunt tradita per Oldrad. conſ. 44. & Flamin. Pariſ. lib. 5. de reſignat. benefic. quæſt. 6. nu. 13. & ſeqq.

Quæ omnia maiori ratione procedunt, inſpecta prærogatiua filij primogeniti Regis, nàm
in Francia, inquit Ioannes à Terrarubea tract. 3.
90 contra rebelles artic. 7. concluſ. 2. fol. 74. † quod
Dominus Delphinus Illuſtris Regis Franciæ vnigenitus, ſeù potiùs primogenitus viuente patre
eſt, & poteſt Rex iuuenis appellari, ex dicto
cap. cœpit 24. quæſt. 1. iuncta gloſſa, & quòd viuente patre eſt Dominus Regni, cum patre ſpecie formata dominij, & ſolido dominio, pro-
91 pter quod iunctis iuribus primogenituræ, † quæ
magna ſunt, vt per Curtium ſeniorem conſ. 73.
num. 1. Martin. Laud. tractatu de primogenit.
Ioan. Lecirier eodem tractatu lib. 1. quæſt. 15. nu.
13. quæſt. 16. num. 5. & quæſt. 18. num. 11. Staphilæus de grat. expectatiu. verſic. *videndum*
num. 40. Boer. de gradibus vtriuſquè fori 2. par.
num. 3. & de auctorit. magni conſilij num. 105.
Belluga in ſpeculo Principum rubr. 6. num. 5.
ſibi competit ſicut patri conregnare, vt ipſe
declarat, ſcilicèt Terrarub tract. 1. in proſequu-
92 tione ſecundi articuli, † & concludit, quòd
contra eum committitur crimen læſæ Maieſtatis, vt in Hiſpania contra Principem primogenitum Regis, l. 1. tit. 18. lib. 8. nouæ recopilationis, vbi Azeuedo num. 103. l. 1. tit. 15. part. 2.
Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. nouæ recopilat. gloſ.
7. num. 113.

93 † Reſpectu Regni Neapolis primogenitus Regius, qui eſt Dux Calabriæ, eſt Vicarius generalis Suæ Maieſtatis, immemorabili conſuetudine, vt tradit Matth. de Afflict. in tit. de prohib. feud. alienat. per Frideric. quæſt. 16. num. 4. in vſibus feudorum, & quid dicere ſolitus fuerit Rex Alphonſus Primus Neapolis verè Rex, & ſapiens, quarè Ducatus Calabriæ regimen primogenito Regis committeretur, tradit *Æneas* Syluius in commentarijs Antonij Panhormitæ dictorum, factorumq; dicti Regis lib. 1. num. 30. & dictum Vicariatũ procedere in Regnis vtriuſque Siciliæ citra, & vltra Pharum, tradit idem Afflict. in cap. 1. not. 2. num. 6. quis dicatur Dux, & in prælud. feudorum quæſt. 2. verſic. *filius talium Regum* num. 33. Marin. Freccia lib. 2. de ſubfeud. in cap. incip. pluribus antèm modis, Maſtrill. lib. 1. de magiſtratibus cap. 5. num. 1. & 31. dicens, hunc Vicariatum ipſo iure conſtitutum eò ipſò, quòd primogenitus naſcitur ex Bartholom. Camerario in cap. Imperialem fol. 79. litera G. de prohib. feudi alienat. per Frederic. Liparul. ad Andr. de Iſernia ibidem num. 12. Afflict. quæſt. 20. num. 5. Iacobin. de S. Georgio de feudis, verbo *Vicarius* num. 9. Loffred. conſ. 17. num. 42. & 60. & in Regno Siciliæ vltrà ex capitulo 1. Regis Petri, vbi Marius Muta tomo 2. ad capitula Regni num. 1. ſe remittit ad tradita in cap. 61. Regis Martini obſeruant. 5. num. 112. tom. 3. dùm etiàm ſe remittit ad tradita cap. 8. eiuſdem Regis num. 24. fol. 53. vbi inquit,

quir, quòd Rex, Regina, & filius primogenitus poſſunt omnes gubernare, vt habetur in proœmio capitulorum eiuſdem Regis antè cap. 32. vbi Rex Martinus, Regina Maria, & Martinus primogenitus, omnes tres conſedebant, gubernabant, & regebant, & alia in idem cumulauit idem Muta ſuper cap. 1. Regis Catholici Ferdinandi Secundi not. 1. nu. 7.

94 † Quarè licèt conuocatio Curiarum in Regno Aragonum ſit de reſeruatis Principi, adeò quòd nec per Locumtenentem generalem poſſint conuocari, vt tradit Ibandus de Bardaxi de officio Gubernatoris generalis quæſt. 5. num. 53. fol. 78. Belluga in ſpeculo Principum rubr. 1. nu. 3. tamèm primogenitus Regis Aragonum poterit Curias, ſeù Comitia celebrare, vt tradit Hieronym. Portoles in ſcholijs ad Molinum par. 3. §. Locumtenens generalis nu. 9. pag. 287.

95 † Non vt factum approbem, ſed potiùs improbem. aliud exemplum ab Auctoribus memoratur, quòd viuente D. Rege Henrico Quarto, Alphõſus eius frater die 5. Iunij anno 1465. in Ciuitate Abulenſi fuit potiùs acclamatus à proceribus partialibus, quàm legitime creatus Rex, vt eſt videre apud Michael. Ritium in hiſtoria Florentina lib. 4. circa finem, Ioan. Arze de Otalora de nobil. Hiſpana cap. 4. num. 9. Didacus Enriquez del Caſtillo in chronica manuſcripta dicti Regis Henrici. Hieronym. Zurita par. 4. annalium Aragonum lib. 17. cap. 60. & lib. 18. cap. 2. Ant. Nebriſſen. in hiſtor. Regũ cathol. lib. 1. c. 2.

96 † Et proximiori ſæculo Inuictiſſimus Dominus Carolus Quintus Romanorum Imperator Hiſpaniarum Rex non contentus renunciaſſe Domino noſtro Regi D. Philippo Secundo Regnum Neapolis cum titulo Regis Hieruſalem, ex cauſa matrimonij contrahendi cum Maria Regina Angliæ, & Irlandæ, vt recenſet Ioannes Ochoa de la Salde in hiſtoria eiuſdem Imperatoris anno 1554. fol. 432. Scipio Mazzella in compendio Regum Neapolis in eodem D. Philippo Secundo, Ludouic. Cabrera lib. 1. illius hiſtoriæ cap. 4. ſed humanæ fragilitatis diù antè mortem memor adminiſtratione Reipublicæ ſe ſpontè ſubmouit, & in eundem D. Philippum Secundum filium, iàm validum animi, & æui, tot Regna, & illorum curas contulit, & Imperium Ferdinando fratri anteà Romanorum Regi ceſſit, ſuo exemplo aliorum ſuperando exempla, & in Diui Iuſti Monaſterium ex Beati Hieronymi inſtituto, ac regula ſeptem à Placentia Vrbe milliaribus, Deo, & quieti vacaturus ſeceſſit, ſequè abdidit cum duodecim tantùm familiaribus, interdixitq; alitèr ſe quàm Carolum appellari, Cæſaris, atquè Auguſti nomina, cum rebus animo exuens, & totũ hoc honorarij contemnens, perpetuaq; mortis recordatione habita etiàm inter exercitus, & triumphos eximere à corde vanum huius mundi faſtum, vt latiùs eſt videre apud Petrum Gregor. lib. 6. de Republica cap. 3. num. 8. D. Anton. de Padilla in l. vnum ex familia num. 10. ff. de legat. 2. Dominic. Arumæ. dicto diſcurſu 4. Iuſtus Lipſius in monitis, & exemplis politicis lib. 2. cap. 14. §. 6. pagina mihi ſecundùm impreſſionem Antuerpię 175. Ioan. à Cokier in theſauro aphoriſmor. politicor. lib. 6. cap. 4. num. 12. pagin. mihi 305. Ludouic. Dolce in vita Ferdinandi Primi pag. 239. Alphonſ. Vlloa in vita eiuſdem Ferdinandi pag. 390. & ſeqq. Franciſc. Haræus in annal. Ducum Brabantiæ tom. 1. in Carolo Quinto pag. 673. anno 1554. & ſeqq.

97 † Et licèt Præpoſit. in cap. nunc autèm 21. diſtinct. quem ſequitur Ioan. Lecirier. de primogenitura lib. 1. quæſt. 7. num. 9. & 10. inſiſtat in eo, quòd Imperio non debeat conſors dari, nec eſſe curandum de exemplis gentilium, quia nec agnoſcebant veram Chriſti fidem, nec Papam ſuum Vicarium, imò eorum aliqui ſæuiſſimè ſunt perſecuti Pontifices, & Chriſtianos, tamèn vt poteſt videri ex noſtris legibus, & habetur in dicto cap. nunc autèm vbi gloſ. & conſtat ex Ælio Spartiano, Ælio Lampridio, Iulio Capitolino, Vulcatio Gallicano, Trebellio Pollione, Flauio Vopiſco, Sexto Aurelio Victore, Antonino, Ammiano Marcellino, Eutropio, & Paulo Diacono, alijſque de Romano Imperio ſcriptoribus, plures ſimùl Imperatores fuere, ſimùlq; Imperium eodem titulo adminiſtrarunt, legeſq; tulere. maxima enim pars legum Codicis Theodoſiani, & Iuſtinianei conſtat legibus à binis, terniſque, atquè etiàm nonnunquàm quaternis Imperatoribus editis, de Diocletiano. & Maximiano meminit dictum cap. nunc autèm, Iuſtinianus cum Iuſtino auunculo primùm, deindè & cum alio Iuſtino ex filia nepote ſimùl imperauit, quorum multas leges habemus in dictis Codicibus; multas alias Gratiani, Valentiniani, Theodoſij, Arcadij, & Honorij ſimùl nonnullas prædictorum, excepto Honorio, ex quibus, & legum titulis agnoſcitur, quatuor ſimul imperaſſe, vt obſeruat Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 17.
98 opin. 4. nu. 22. & ſeqq. † memorans, quòd etiàm Marcus Anton. Philoſophus Imperator, de quo Iulius Capitolinus dixit, quòd ſanctitate vitæ omnibus Principibus antecelluit, & Aurelius Victor omnes virtutes habuiſſe, adeò vt illum mirari faciliùs quiſquam, quàm laudare poſſet cenſuerit Eutropius, confirmantq; lex vnum ex familia §. vlt. ff. de legat. 2. l. vlt. ff. de priuileg. veteran. l. hæreditas C. de teſtam. tutel. l. cùm Syllanianum C. de his, quibus vt indign. is enim tot, tantiſq; virtutũ cumulis, & encomijs illuſtratus, Annium Verum fratrem ad Imperij partem, & conſortium aſciuit, tuncque primum, vt ſcribit idem Eutropius Romana Reſpublica duobus æquo iure Imperium adminiſtrantibus paruit, Capitolinus in vita ipſius Antonini, Spartianus in Hadriano, & in Vero, & illorum leges à Iuriſconſultis ſæpè citantur, cùm Diuos fratres vocant, l. 3. §. vlt. ff. de teſtib. l. Diui fratres ff. de iur. patr. l. 1. in princ. ff. de effractorib. l. Diui fratres ff. de accuſ. l. pen. ff. ad l. Corne. de falſ. l. Diui fratres ff. de pœn. cuius meminit Greg. Lopez in l. 1. tit. 2. par. 2. gloſ. 9. & alijs locis innumeris, quorũ plura adducit Ant. Aug. de nominib. proprijs Imperatorum c. 3. pag. 307. & ſeqq. Briſſo. lib. 4. de verb. ſignific. fol. 160. pag. 2. & fol. ſeq. Tiraquell. ſuprà nu. 26. & 32. & in declaratione ad inſcriptionem legis ſi vnquàm C. de reuocand. donat. vbi

etiàm ex Aurelio Victore, Eutropio, & cœteris Imperatorum deſcriptoribus obſeruat, quòd fuere etiàm Conſtantius, & Conſtans filij Conſtantini Imperatoris, qui ſimùl poſt patrem imperarunt, quarè non quadrat, quod tradit Alberic. in l. benè à Zenone num. 6. C. de quadrien. præſcript. quòd fortè fuerunt ſucceſſiuè, cùm ipſemet agnoſcat videri expreſſum in d. cap. nūc autèm 21. diſt. quòd duo fuerunt eodem tempore, vt per Card. Alexandrin. ibi.

99 † Ad obiectum autèm, quòd fuerit temporibus gentilium poteſt reſponderi, ex Ludouico Molina lib. 3. de Hiſpanor. primogen. cap. 1. nu. 25. comperium eſſe contigiſſe pluriès vno, & eodē tempore ſimùl regnaſſe duos, ſcilicèt Gothorum tempore Cindaſuindum, & Reciſundū filium eius, itèm poſt vaſtationem Hiſpaniæ Veremundus, & Alphonſus caſtus, poſteà autèm Ramirus, Ordonius, & Garſias eius filij, rurſus etiàm Vrraca, & Alphonſus, & iterùm Berengarius Tertius, & Berenguela, demùmq; Ferdinandus, & Eliſabeth, Reges Catholici, & Carolus Quintus Imperator, & Ioanna mater, vt ex antiquis, & recentioribus Don Alphonſ. de Carthagena in Anacephaleoſi Regum Hiſpaniæ Archiepiſcopo Don Roderico Ximenez, Franciſc. Tarapha hiſtoria Valeriana in vitis dictorum Regum, Ioan. Marian. & alijs horum Regnorum chronicis facilè colligi poterit.

100 † Quibus accedit, quod memorat Hieronym. Zurita tomo 1. annal. Aragonum lib. 4. cap. 19. quòd magnus Rex Don Petrus circà annum 1282. vocatus à Siculis, qui Gallos expulerant propter eorum exceſſus, & iniuſtitias, donationem fecit Infanti Don Alphonſo eius filio primogenito Regni Aragonum, & Comitatus Barcinonæ, & tota Cathalonia, & dominio, quod habebat in Regno Maioricarum, & Comitatu Ruſcillionis, & Conflent. & Monpellieris, & in ſtatibus, quos habebat Rex Don Iacobus eius frater, reſeruando ſibi, quòd poſſet ſtatus concedere in dictis Regnis pro ſuæ voluntatis arbitrio alijs eius filijs, & in ſignum, ac locum certæ, & legitimæ poſſeſſionis, ac veri dominij dedit infanti reditus annuos, quibus gauderet, ac frueretur durante eius vita, Hieronym. Blancas in commentar. rerum Aragonenſium in eodem Rege Petro Tertio, qui ejus modeſtiæ inſignia documenta, & exempla memorat, primum, quòd Conſtantia filia Manfredi Regis Siciliæ vxore ducta, & illius hærede, eam ſociam ſibi, ac comitem eſſe voluit, dùm regale diadema maiori quàm anteà apparatu, ac ſolennitate imponendum curauit. Aliud, quòd & ſi pater adhùc viuus extremo licèt ſpiritu exſanguis, & ſenio confectus, vniuerſa eidē Regna detuliſſet, nunquàm tamèn ſe Regem ſalutari paſſus eſt, ſed tantùm infans primogenitus etiàm mortuo ipſo patre appellari voluit, Regale prorſus nomen recuſans, donec ſibi pro more ſolito à cunctis Regni ordinibus deferretur, ad quam rem Nouembri menſe Anni Chriſti 1276. maximis ad Cæſarauguſtam Vrbem Comitijs inſtitutis Petrus ipſe, ac Conſtantia vxor ſolenni pompa in templo maximo illius ſimùl excepti, regijs inſignibus ornati fuere, atquè oleo ſacro à Bernardo Oliuella Tarraconenſi Archiepiſcopo vncti, vt dilucidè narrat Pater Frater Didacus Murillo in libro de excellentijs Imperialis Ciuitatis Cæſarauguſtæ tract. 2. cap. 48. pag. 409. & ſeqq. Et ex his omnibus apparet, quòd ſi filius Regis primogenitus ſit regijs virtutibus ornatus, boniſque moribus inſtitutus non inconuenit, quòd etiàm viuente patre ipſum admittat in conſortem adminiſtrationis Regni, vel ex iuſtiſſimis cauſis illam ſibi integraliter deferat.

SVMMARIVM.

1 *Roma imperantibus Regibus ipſi ſoli creabant magiſtratus.*

2 *Iuriſdictiones nè confunderentur, fuit ſemper conſultum.*

3 *Iuriſdictio ſua ſi vnicuiquè non ſeruatur, omnia confunduntur.*

4 *L. 2. C. de executorib. & exactorib. lib. 12. ponderatur.*

5 *Magiſtratus qualitèr fuerint communicati Italis, & alijs.*

6 *Romanæ Ciuitatis ius priùs fuit ſolis Italis communicatum.*

7 *Romanæ Ciuitatis ius, ad quos extenſum, & quàm difficulter aſſequeretur, vendiq; ſolitum fuiſſet magno pretio.*

8 *Romanorum ciuium ius fuit communicatum omnibus ſubditis Populo Romano.*

9 *Orbis Romani appellatione comprehendebantur omnes Prouinciæ ſubiectæ Romano Impe:io.*

10 *Orbis pro dittone, & Imperio ab antiquis vſurpabatur.*

11 *Orbis Romanus latiſſimè patuit.*

12 *Roma fuit caput, & metropolis Orbis Romani.*

13 *Roma fuit dicta patria communis, & quarè.*

14 *Romam tanquàm in communem patriam gentes omnes confluebant.*

15 *Relegatus non poterat morari Romæ, licèt ſententia expreſſum non fuiſſet.*

16 *Magiſtratus initio Romanæ Reipublirę ſolùm cognoſcebant de cauſis ciuilibus.*

17 *Criminalium cauſarum cognitio, & punitio cenſebatur extraordinaria, & caſu eueniente nominabatur aliquis Quæſtor in illo.*

18 *Quæſtores cognoſcebant certo ordine non ſeruato.*

19 *Præfecto Vrbis Romæ fuit conceſſa ab Imperatore Cæſare Auguſto cognitio cauſarum criminaliū, quibuſdam exceptis.*

20 *Magiſtratus plures fuere Romæ, & in Prouincijs ſubiectis Populo Romano.*

21 *Præfectus Vrbi cùm exiret terminos eius, poteſtatem non habebat.*

22 *Ædiles fuere primùm è plebe conſtituti, & qualis eſſet eorum poteſtas.*

23 *Ædilium nomen à ſacrarum ædium, quarum curam habuere, ortum.*

24 *Ædiles duo quandò ex patritijs incœperint ereari.*

25 *Ædiles alij duo creati, qui frumento præeſſent.*

26 Com-

26 *Competentiæ iuriſdictionis materia in multis iuris locis tractatur.*
27 *Hæres abſens conueniri debet, vbi defunctus debuit.*
28 *Imperatores etiàm declararunt, coram quibus Iudicibus eſſent Clerici conueniendi.*
29 *Iuriſdictio omnis temporalis ex lege regia fuit in Principem Romanum tranſlata.*
30 *Iuriſdictio omnis reſidet in Principe tanquàm in fonte.*
31 *Iuriſdictio reſidet ſecundariò in Magiſtratibus.*
32 *Intellectus l.vnica C.de offic. Comitis ſacri patrimon.*
33 *Milites habuere ſuos proprios Iudices competentes.*
34 *Iuriſdictionem Collegij, aut negociationis non valent declinare qui ſunt de illa.*
35 *Intellectus l.1.C.de officio Magiſtri militum.*
36 *Curiales, & priuati non poterant conueniri coram Magiſtro militum*
37 *Iudex vnus non debet ſe intromittere in iuriſdictione alterius.*
38 *Fabricenſes habuere proprios Iudices, & non poterant coram alijs conueniri.*
39 *Decuriales Vrbis Romæ non poterant, niſi coram Iudice Curiæ conueniri.*
40 *Suarij debebant conueniri in foro Præfecti Vrbi.*
41 *Præfecti prætorio authoritas requirebatur ad incidendum arbores ex Luco Daphnes.*
42 *Intellectus l.hac lege C.de priuileg ſchol lib.12.*
43 *Intellectus l.4.C de numerarijs lib.12.*
44 *Militantes & Magiſtratus militares nihil habent commune cum Curijs.*
45 *Duumuiri non poterant exercere iuriſdictionem extra metas territorij propriæ Ciuitatis.*
46 *Auth de adminiſtrantibus officia in ſacris appellat. ponderatur.*
47 *Auth de defenſoribus Ciuitatum cap.1. coll.3. intellectus.*
48 *Auth de Præſide Piſidiæ intellectus.*
49 *Prætores diuerſi fuere Romanorum tempore cum diſtinctis iuriſdictionibus.*
50 *Principis erat Romanorum tempore declarare in occurrentijs controuerſiæ iuriſdictionis, quis eſſet Iudex competens.*
51 *Intellectus l.2 C.vbi Senatores,vel clariſſimi.*
52 *Fiſci cauſæ habuere proprios Iudices.*
53 *Iudex ordinarius, aut delegatus cognoſcit regulariter,an ſua ſit iuriſdictio.*
54 *Iudex multoties non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio.*
55 *Iudex cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio,quandò agitur cum priuato, qui fuit citatus, & debuit comparere declinando.*
56 *Diſceptatio ſi ſit inter partem, quæ negat iuriſdictionem & Iudicem,non cognoſcit, ſi eſt ſua iuriſdictio.*
57 *Iuriſdictio ſi ſit inter Iudices controuerſa, neuter cognoſcit an ſua ſit, ſed debet adiri ſuperior, qui declaret,ad quem ſpectat.*
58 *Iudices duo delegati vel conſeruatores apoſtolici ſi contendant, & certent de iuriſdictione, debet decidi competentia in Romana Curia.*

ARGVMENTVM.

An tempore Romanæ Reipublicæ, Regum, & Imperatorum Romanorum, in Vrbe, & Prouincijs eis ſubiectis,eſſent inter Magiſtratus competentiæ, vel controuerſiæ iuriſdictionis, & qualitèr dirimi ſolerent.

CONSILIVM CC.

OCcaſione ſumpta Tribunalis, ſeu liſtæ competentiarum per Suam Maieſtatem Catholicam, iuſtiſſimè,ac prudentiſſimè inſtitutæ in hac Regia Curia ſuper dirimendis controuerſijs,quæ in dies oriri ſolent inter eius Regia Tribunalia,cui inter alios Miniſtros ſũ deputatus pro Supremo Italiæ Conſilio, vti illius ex Regentibus vnus,rogatus fui,& requiſitus ab Eminentiſs. ac Reuerendiſs.Cardinali D.Antonio Zapata Inquiſitore generali Hiſpaniarum, & de Conſilio Status eiuſdem Maieſtatis,an Romanorum tempore eſſent ſimiles controuerſiæ, & qualitèr dirimerentur, cui cùm meas operas, & ſeruitia talia,quaſi ex debito obligationis nunquàm recuſauerim.ſequens dedi reſponſum.

Primò, quòd niſi omnibus hiſtoricis, qui res Romanas literis mandarunt fides abrogetur,
1 Regibus Romæ imperantibus,antequàm fuiſſent exacti,vt in l.2.ff. de orig.iuris,nullum à populo, neq; Senatu Romano, Magiſtratum deligi, vel creari ſolitum, ſed omnes à Rege pro ſua in populum poteſtate fuiſſe creatos, ex Tito Liuio lib.1 Dionyſ.Halicarnaſ. lib.2. 3. & 4. Plutarcho in vita Romuli, Guillel.Barclai lib.4.contra Monarchomachos c.13. pag. 281. Stephan. Pighius lib. 1.annal Romanorum.

2 ✝ Secundò, omnia iura ſemper proſpexiſſe, nè iuriſdictiones confunderentur, ſed vnicuique ea,quæ illi competeret conſeruaretur,l.nemo C. de iuriſd.omn.iud.l.conſulta C.de teſtam. & sũt plures leges in Cod.Theodoſiano lib.2.tit.1. de iuriſdict.& vbi quis conueniri debeat, c.ſanè,c.ſi Clericus laicũ,c.cùm ſit generale de foro comp. Speculat.lib.2 p.2.tit.de comp.iud.adit. Auguſt. Beroi.conſ.74.nu.11.lib.2. Petr.Greg. ſyntagm. ius.vniuer.lib.49.c.1.nu.15.& in partitio.iur.canoni.lib.5.tit.1.c.6. Adam Keller. lib.2. de offic. iuriſd.polit.c.24. pag.557. & inter pragm.Regni Neap.eſt titulus ſpecialis *de iuriſdictionibus inuicem non turbandis*,vbi Conſiliar.iam Regens Scipio Rouitus

3 ✝ Vt enim Diuus Gregorius ſcripſit Romano defenſori Siciliæ lib.9.epiſt 32. *Iuriſdictio ſua ſi vniuique non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi vt per eos per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo confundatur*,vt habetur in c.peruenit 39.in fine 11. q.1. & obſeruat nouiſſimè Narbona in l. 59.
4 tit.4.lib.2.nouæ recopilat. gloſ.1. à nu.1. ✝ Pro quo facit l.2. C.de executor. & exactor. lib. 12. vbi Imp. Arcadius, & Honor. ſcribentes Andro-

macho P. V. dixere. *Quicunquè ex palatio noſtro, cuiuslibet tituli ad Prouincias commeauerit, compulſor, exactor, admonitor, portitorvè præcepti agens in rebus, vel Palatinus, vel apparitor illuſtrium poteſtatum, hoc tantùm poteſtatis arripiat, quod mandatum Curiæ ſuæ ſpecialiter approbatur, nec quod iniunctum alteri fuerit Collegij iure præſumat, nedùm hoc ſibi inuicem mutui officij licentia partiuntur, agant cunctis, quod ſingulis credebatur*, & ibi gloſ. fin.

5 ✝ Tertiò, quòd in hac Magiſtratuum materia, initio Itali de Romanis benemeriti, poſt Romanos optimam legem acceperunt. poſt Italos Prouinciales, Claudius apud Corn. Tacitũ lib. 12. annal. Plebeios Magiſtratus poſt patricios, latinos poſt Plebeios, cæterarũ Italiæ gẽtiũ poſt latinos, exterorum poſt Italos extitiſſe, memorat Franc. Broeus in §. 1. Inſt. de excuſat. tutor. n. 5. pag. 158. Guido Pãcirol. lib. 2. theſauri varia. lect. pag 152. Octau. Amorin. in l. cũ prætor §. iudicẽ dare n. 7. ff. de iudic. Carol. Sigon. lib. 2. de antiquo iure prouinc. c. 1. & ſeqq. Bulenger. lib. 1. de Imperio Roman. c. 5. & ſeqq.

6 ✝ Et licèt ciuium Romanorum ius, quod priùs ſolis Italis communicatum fuerat, vt tradit Carol. Sigon. lib. 1. de antiquo iure Italiæ c. 4. & 21. Lucius Florus in epitome Titi Liuij lib. 80. dicens, *Italicis populis à Senatu Ciuitas data eſt*. Alexand. ab Alexandro lib. 4. dier. genial. cap. 10. vbi Andr. Tiraquel. in annot.

7 ✝ Ad alias fuerit Ciuitates extenſum, l. 1. & l. vlt. ff. de cenſib. Franc. Broeus in §. per traditionem pag. 250. Inſt. de rerum diuiſ. Barboſ. in l. 2. §. legatis à nu. 20. ff. de iud. Guttierr. lib. 3. pract. q. 13. nu. 4. & ſeqq. Galganet. lib. 2. de iure publ. nu. 12. & ſeqq. Pereira deciſ. 2 Portug. n. 13 Boer. deciſ. 13. nu. 25. cùm priùs parciſſimè concederetur, & aliquandò magno pretio, vt conſtat Actuum Apoſtolor. c. 22. vbi cùm Tribunus interrogaſſet D. Paulum, *dic mihi ſi tu Romanus es?* & ille dixiſſet *etiàm*, reſpondit Tribunus. *Ego multa ſumma Ciuitatem hanc conſequutus ſum*, Suetonius Tranquill. in Auguſt. cap. 40. *Liuiæ pro quodam tributario Galliæ roganti Ciuitatem negauit, immunitatem obtulit, affirmans ſe faciliùs paſſurum fiſco detrahi aliquid, quàm Ciuitatis Romanæ vulgari honorem*. Idem Sueton. in Claudio c. 25. dicens, quòd Ciuitatem Romanam vſurpantes in Campo Martio ſecuri percuſſit, Alex. ab Alex. d. c. 10. vbi Tiraq. Bernar. Alderete lib. 1. de origine linguæ Caſtellanæ c. 4. pag. 29. & 30. Onoph. Panuin. de Romano Imperio c. de iure Ciuit. Romanæ.

8 ✝ Poſteà vt ait Vlpian. in l. in orbe ff. de ſtatu homin. ex conſtitut. Antonini Imper. Ciuitas Romana, & ſic ius Ciuium Romanorum communicatum fuit omnibus ſubditis Romano Imperio, Imper. Iuſtin. in Auth. vt liberti de cœtero §. fin. collat. 6. dicens, *Sicut enim Antoninus Pius cognominatus* (ex quo etiàm ad nos appellatio hæc peruenit) *ius Romanæ Ciuitatis, priùs ab vnoquoque ſubiectorum petitum, & taliter ex his, qui vocantur peregrini ad Romanam ingenuitatem deducens, hæc ille omnibus in commune ſubiectis donauit*, D. Auguſt. lib. 5. de Ciuit. Dei c. 17. dicens, *Nonnè Romanis, & cæteris gentibus vna eſſet, eademquè conditio? præſertim ſi mox fieret, quod poſtea gratiſſimè, atque humaniſſimè factum eſt. vt omnes ad Romanum Imperium pertinentes, ſocietatem acciperent Ciuitatis Et Romani ciues eſſent, ac ſi eſſet omnium. quod erat paucorum tantùm*: vbi Hiſpanus noſter Ludouic. Viues in annot. d. c. 17. ait, *Totum deniquè Imperium donatum eſt iure Ciuitatis Romanæ*, non tamen facit mentionem Conſtitutionis Antonini, quæ ſatis conferebat loco Diui Auguſtini, quem interpretabatur, & obſeruant Anton. Auguſt. ad l. 6. ff. de excuſat. tutor. Cuiac. in notis ad l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Ioan. Oroſc. in d. l. in orbe, Pinel. in rubr. C. de bonis mater. 2. p. num. 11. Barboſa in l. 2. §. legatis nu. 20. & ſeqq. ff. de iudic. Alciat. in l. hoſtes 118. nu. 3. ff. de verb. ſignific. Alderete d. c. 4. pag. 29.

9 dicens, ✝ quòd Orbis Romani appellatione nuncupabantur, & comprehendebantur omnes Prouinciæ Romani Imperij ex vſitato modo loquendi illorum temporum, l. 2. C. de iuretur. propter calumn. dando. ibi, *in omni Orbe terrarũ, qui Romano Imperio ſuppoſitus eſt*, l. 1. C. de eunuchis, ibi, *Si quis in Orbe Romano eunuchos fecerit*, D. Hieron. in epiſt. ad Demetriadẽ, Eutrop. lib. 8. *Orbem terrarum circuiuit. Et multa ædificauit*, intelligens de Orbe Romani Imperij, Aurel. Caſſiodor. lib. 3. variar. epiſt. 52. *Varus Auguſti ſiquidem temporibus Orbis Romanus agris diuiſus, cēſuq; deſcriptus eſt*, quomodo intelligitur illud D. Lucæ c. 2. *Factum eſt autèm in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis*, idemq; Caſſiod. lib. 10. epiſt. 8. ad Iuſtinianum Auguſtum ait. *Decet enim. vt & iſte Orbis iuuamine veſtro ſplendeat*, & in l. 5. tit. 18. lib. 9. Cod. Teodoſiani dicitur, *nullam partem Romani Orbis*. idem D. Hieron. in procœm. lib. 2. epiſt. D. Pauli ad Galathas; *Et cætera magis portenta, quàm numina in aliqua parte Romani Orbis audiuit*, & Auſonius loquens de Ciuitate Viennæ pag. 200. ait.

Per quem Romani commercia ſuſcipis Orbis.

Saluianus lib. 7. de gubern Dei pag. mihi 227. vbi ait, *Totus Romanus Orbis, & miſer eſt, & luxurioſus* paſſimq; apud Paul. Oroſium. & alios illorum temporum authores, talis loquendi modus reperitur, obſeruantq; eruditè pro vera lectione d. l. in Orbe, Alciat. lib. 2. diſpunct. c. 21. Prateius de verbis iuris, verbo *Orbis*, Briſſon. lib. 13. de verborum ſignif. eod. verbo pag 468. Ant. Auguſt. lib. ſingulari ad Modeſtin. poſt emendat. pandectar pag. mihi 291. Iacob. Cuiac. ſuper nouella 78. in fine, Hieronym. Cagnol. in l. 2. verſ. *quoad Magiſtratus* nu. 229. ff. de orig. iur. Aegeſipp. lib. 2. de excidio Vrbis Hieroſolymit. cap. 9. *In ipſorum enim nomen clementia etiàm tranſierunt, in quos etiàm tranſiuit Orbis terrarum, qui Romano Imperio clauditur, & definitur*. Deniquè à pleriſque Orbis Romanus appellatur, Maiorag. lib. Miſcellan.

10 cap. 4. vbi oſtendit ✝ Orbem pro ditione, & imperio vſurpatum antiquis temporibus. ſic Ouid. lib. 8. Metamorph. ſub Minois perſona ait.

Certè non patiar Iouis incunabula Creten
Qui meus eſt Orbis, tãtùm contingere monſtrum.

Similitèr quoquè Plinius lib. 12. natur. hiſt. c. 12.

vocem

vocem hanc pro Regione accipit, Lexicon Iuridicum Ioannis Heidelbergenſis eod. verb. Marc. Tull. in Orat. pro Plācio vbi ait, *ſtare enim omnes debemus, tanquā in Orbe aliquo Reipublicę eā deligere partē debem⁹. ad quā nos illius vtilitas, ſaluſq. conuerteris* idem ad Atticum lib. 2. epiſt. 10. *feſtiuè mihi crede, & minore ſonitu. quàm putarē Orbis hic in Rep. eſt cōuerſus cuius omninò quā potuit id culpa Catonis*, & eod. lib. epiſto. 31. *Equidē ſperabā ſic Orbem Reip. eſſe conuerſum, vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitatem videre poſſemus*, Plini. dicto lib. 12. cap. 3. *in noſtro Orbe proximè laudatur Syriacum*, & cap. 5. *Nunc eis exponam, quas mirata eſt, Alexandri magni victoria, Orbe eo pateſacto:* late Robert. Steph. in theſauro linguæ latinæ eod. verbo.

11 † Orbis autèm Romanus, quàm latè pateret conſtat ex traditis per Onuphr. Panuin. lib. de Romano Imperio, Strabonem lib. 17. Geograph. Budæ. lib. 3. de aſſe pag. 302. & 316. & lib. 4. pag. 378. Iuſtus Lipſius de magnitudine Romana lib. 1. cap. 3.

12 † Huius Romani Orbis Roma habebatur metropolis quo nomine eam appellat S. Athanaſ. in ſermone ad omnes ſolitariam vitam agentes, dicens. *Neque reuerentia ducti ſunt. quòd Apoſtolicus thronus eſſet, neque vllo reſpectu, quòd Roma metropolis Romani Orbis*, Iulius Cæſar Bulengerius lib. 2 de Imperio Romano cap. 5. pag. 315. vbi etiàm adducit Martian. Heracleotes lib. de Situ Orbis, & Senec. lib. de conſolatio. ad Albinā cap. 6. l. In nomine Domini C. de offic. Pręf. pręt. Afric. Farinac. tom. 1. q. 7. nu. 12.

13 † Vndè & communis patria fuit dicta, l. Roma ff. ad municip. & de incolis, l. ſed & reprobari 7. ff. de excuſatio tutor. Antonius Auguſtin. in loco proximè citato, Aegid. Boſſ. in praxi titulo de foro competen. num. 75. Alciat. dicto lib. 2. diſpunctio. cap. 21. & lib. 4. parergon iuris cap. 5. Goffred. in l. ſi quis filio §. cuius qui nu. 10. & 11. ff. de iniuſto, rupto, Stepha. Gratian. tom. 3. diſcep. forenſ. cap. 569 num. 14 & 15. Marian. Soccin. conſ. 148. num. 8. volu. 3. Pereira deciſ. Portugal. 2. num. 13 Marc. Tulli in oratio. 2. de Lege Agraria, dicens, *vere Romam eſſe omnium noſtrū patriam*. Reſtaur. Caſtal. tract. de Imperatore q. 105. num. 8. Alberic. de Roſat. tract. de ſtatutis q. 90. num. 5. Nicol. Feſtaſius tracta. de æſtimo, & collect. cap. 3. nu. 45. Anton. Guib. Coſtan. tract. de matrimo. verſ. *ſecundum* num. 12. Gabri. Palæot. de nothis, & ſpurijs cap. 3. nu. 6. Plinius lib. 35. cap. 5. appellauit Romam vnam eſſe cunctarum gentium in toto Orbe patriam, Athæn. lib. 1. deiphoſophiſtar. cap. 15. Bulenger. vbi ſuprà, dicens, Romā à Modeſtino cōmunē patriā appellari, prout & à M. Tull. in orat. 2. contra Rullum, non quòd id temporis omnes Romani Imperij ſubditi Ciuitate donati eſſent, id enim, vt ſuprà dictum eſt, præſtitum fuit aliquot poſt annos, dicta l. in orbe, Anto. Auguſtin. de nominib. prop. cap. 3. pag. 302. l. 1. l. in Luſitania ff. de cenſib.

14 † ſed quòd in eam Vrbem, velùt in communem patriam omnes gentes confluerent, qua mente intelligi valet Plin. dicto c. 5. & Couar. in pract. qq. cap. 5. num. 1. dùm citat Alciat. dicto cap. 21. Gratian. tomo 3. cap. 569. num. 14.

15 † Nec alienum eſt, quòd Relegatus non poterat Romæ morari, licèt hoc ſententia comprehenſum non eſſet, quia omnium eſt patria, ſed neque in Ciuitate, in qua verſatur princeps, vel per quam tranſit, eis enim dùmtaxat Principē intueri licet, qui Romam ingredi poſſunt, eſt enim Princeps pater patriæ, verba ſunt I.C. Caliſtrati in l. relegatus 19. ſecundùm impreſſionē Venetam ff. de interd. & relegat. conferuntque tradita per Bulenger. de Imper. Roma. lib. 1. cap. 17. D. Conſiliari. Scipio Rouitus ſuper pragm. Regni Neap. titu. de contumacibus num. 8. 9.

16 † Initio autèm Romanæ Reipublicæ Magiſtratus ſolummodò cognoſcebant de cauſis, & differentijs ciuilibus, Robert. Aurel. lib. 4. ſententiar. iuris ciuil. cap. 22. Eguinarius Baro de iuriſdictio. & imperio pag. 42. & ſeq. Iacob. Menoch. de imperio, & iuriſdictio. cap. 2. num. 21. Milian. de iuriſd. & imper. c. 1. nu. 12.

17 † Non autèm in criminalibus, quarum cognitio, & punitio cenſebatur extraordinaria, l. vltima ff. de priuat. delict. l. vlti. ff. de furtis, & ideò illarum iudicium nō habebat pręfixam certam formam, nec erat commiſſum certo magiſtratui. quia initio Romanus Populus penes ſe ſolùm retinuit facultatem iſtam, & cùm caſus occurrebat, vt de aliquo crimine
18 ageretur, creabat † Quæſtores, qui non ſeruato certo ordine cognoſcerent, l. 2. §. exactis deindè regibus ff. de origine iuris, quàmuis poſteà creſcente Populo, poteſtas animaduertendi in facinoroſos conceſſa fuit aliquibus ex Prætoribus demumque Vrbis Romæ Præfecto, dicta l. 2. §. deindè Cornelius l. 1. ff. de officio Præfecti Vrbi. tractat latè Carol. Sigoni. de antiquo iure ciuium Romanorum cap. 20. de Magiſtratibus, L. Feneſtella (ſeù veriùs) Andræas Dominicus Floccius de Magiſtrat. Romanorum lib. 2. cap. 5. de Duumuiris capitalibus, & cap. 19. de Prætoribus, Pomponius Lætus eod. tract. c. 6. & 7. Iulius Cæſar Bulenger. lib. 3. de Imperio Romano
19 cap. 11. de Præfecto Vrbi, † vbi ex Dione Caſſio lib. 52. memorat, hunc magiſtratum ordinarium ab Auguſto cōſilio Mæcenatis inſtitutum, vt cauſas capitales omnes, paucis exceptis in Vrbe, & extrà vſque ad centeſimum lapidem iudicaret, & latiùs lib. 5. cap. 27. de iudicib. rerum Capitalium, ſcilicèt quæſtoribus, & in Codice Theodoſ. lib. 6. titu. 9.

20 † Itaquè tàm Romæ, quàm in Prouincijs ei ſubiectis erant plures, diuerſique Magiſtratus, qui in rebus eis à Principe, vel Republica commiſſis generalitèr, vel ſpecialiter competentes habebantur, l. ſi conuenerit, l. cùm quædam puella ff. de iuriſdictione omn. iudic. l. ex quacūquè 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, l. duo. 28. ff. de re iudica. l. cùm precibus C. de probatio. l. 1. C. de ędilitijs actionib. l. tutelæ 7. C. de teſtamēt. tutela, l. 1. C. ne tutor. & curator. l. 1. C. quandò dies legati cedat, & quàm plures aliæ apud Briſſon. lib. 3. de Verbor. ſignif. verbo *competēt iudex*, & tractans de tribunali competenti I. C. Vlpianus in l. ſed & hæ. 35. § non ſolùm ff. de procuratoribus ait, *debebit abſentem defendere in cōpetenti tribunali*,

bunali, & eadem prouincia, cæterùm cogi eum etiàm in Prouinciam de Roma abire, vel à contrario, vel à Prouincia in aliam Prouinciam, & defendere durum eſt, Stepha. Gratian. in præf. tomo 1. diſcep. foren. numero 66.

Tituli omnes, qui ſunt lib. 1. Digeſtorum à Titulo 10. qui eſt de officio Conſulis, ſcilicèt de officio Præfecti Prætor. de officio Præfecti Vrbi, de officio Quæſtoris, de officio Prætorum, de officio Proconſulis, & legati, de officio Præfecti Auguſtalis, de officio Præſidis, de officio Procuratoris Cæſaris, de officio Iuridici, & in eiſdem ferè, & alijs titulis, quorum fit mentio in Codice Iuſtiniani in titulo, vbi de crimine agi oportear, & decem ſequentibus, in quibus non aliud tractatur, niſi de iuriſdictione vnicuiquè eorum tangente, cuius exercitij reſpectu ſunt
21 competentes, & alij non, † & ita l. finalis ff. de officio Præfecti Vrbi tractans de eius iuriſdictione dixit, *Præfectus Vrbi cùm terminos Vrbis exierit, poteſtatem non habet*, Hippol. Marſil. conſ. 110. num. 2. vol. 2.

22 † Fuere etiàm ædiles duo ab initio ex plebe conſtituti, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat, qui & ædes ſacras, & priuatas procurarent, Pomponi. Lætus vbi ſuprà cap. 20. vndè & viarum Romæ, & conuicinorum oppidorum ad eam peruenientium cura eis fuit demandata, l. 1. ff. de via publica, Marcus Tulli. in oratio. Philipp. 9. Carol. Sigoni. dicto cap. 20. de Magiſtratibus ad finem, Petrus Gregorius lib. 2. de Republi. cap. 10. num. 4. & Andr. Dominic. Flocci. vbi ſupra, cap. 13. ex quo & l. 2. §. ijſdem temporibus ff. de origine
23 iuris conſtat, † Ædilium nomen ſortitos, à ſa-
24 crarum ædium, quam gerebant cura, † & cùm duo ab initio eſſent è Plebe, duo alij ex numero Patrum additi fuere, qui & curules dicti, Theophil. in §. prætereà Inſt. de iure natur. gent. &
25 ciuili, † Poſtremò duos alios Ædiles, qui frumento præeſſent Cæſar adiecit, qui à Cerere Cereales appellati ſunt, vt ait Dion Caſſius lib. 42. & Pomponius in dicta l. 2. §. Deindè Cornelius, Briſſon. lib. 1. de Verbor. ſignific. verbo *Ædiles*.

26 † Tractarunt de hac materia competentiæ iuriſdictionis I.C. non vno in loco, nàm in titulo ff. de iudicijs, & vbi quiſquè agere vel conueniri debeat, l. 2. §. ſed & ſi Vlpianus dixit, *ſed & ſi dubitetur, vtrùm in ea quis cauſa ſit, vt domum reuocare poſſit, nec ne ipſe prætor debet cauſa cognita ſtatuere*, & in l. ſi quis eodem titu. dixit, *ſi quis ex aliena iuriſdictione ad prætorem vocetur, debet venire, vt & Pomponius, & Vindius ſcripſerunt, Prætoris eſt enim æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio, vocati autem non contemnere authoritatem*
27 *prætoris*, Mano. h. conſil 824 num. 8. vol. 9. † Et idem reſpectu hæredis, l. hæres abſens l. is, qui Romæ ff. eod. & ibi latiſſimè Petr. Barboſa, conferque l. vnica C. quandò Imperator inter pupill. & viduam, de qua Couar. in pract. cap. 7. num. 1.

28 † Quarè Imperatores non ſolùm declararunt circa competentiã iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſcilicet reſpectu perſonæ conuentæ, puta ſi eſſet Clericus, & Monachus, vt in titulo C. de Epiſcop. & Cleric. vbi Auth. nullus, deducta ex Auth. de ſanctiſs. Epiſcop. §. ſed nequè coll. 9. dicit, *Nullus Epiſcopus inuitus ad ciuilem, vel militarem iudicem in qualibet cauſa producatur, vel exhibeatur niſi Princeps iubeat*, iuncto Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos conueni. in princ. verſ. *vt ſi quis* coll. 6. conſtitutio. 12. Auth. de Monachis, & Aſceterijs collat. ead. Auth. Clericus, Auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & Cleric. ſic & Theodoricus Rex ſcribens cuidam Petro Epiſcopo apud Caſſiodor. lib. 3. variar. epiſto. 37. inquit, *Quoniàm cauſarum veſtrarum qualitas, vobis debet iudicibus terminari*, ſtatuerunt enim idem, quod hac in parte canonicæ ſanctiones, cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti de foro compet. cap. ſæculares eod. titu. lib. 6. Oldrad. conſil. 83. Rebuf. ad leges Gallic. par. 3. titu. vt laici non conueniantur coram iudic. Eccleſ. nu. 2. Stepha. Grat. tom. 2. diſcep. cap. 238 num. 41.

29 † Reſpectu etiàm temporalis iuriſdictionis, cùm omnis iuriſdictio ex legè Regia in Principem Romanum fuiſſet translata, l. 1. vbi DD. ff. de conſtitutio. Princip. glo. 2. in cap. lex diſt. 2. Barboſ. in l. 2. §. legatis num. 18. ff. de iudicijs Pancirol. lib. 2. variar. lectio. c. 69. pag. 259.

30 † Principaliterquè reſideret in Principe, tanquàm in fonte, cap. 1. quæ ſunt regalia in vſib. feudor. P. Gregor. de Republi. lib. 26. c. 7. num. 9. Cagnol. in d. l. 2. ff. de origi. iur. num. 190. Petr. Gregor. de conceſ. feud. 2. p. q. 2. Belluga in ſpeculo Princ. rubri. 12. num. 1. Craue. conſ. 338. num. 1. Franch. deciſ. 517. num. 2.

31 † Et ſecundariò in Magiſtratibus, quibus eã mandabat, l. 1. §. qui mandatam ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſdictio, l. iudicium ſoluitur ff. de iudic. DD. maximè Decius in l. 1. ff de iuriſdictio. omni. iudic. Menoch. conſil. 230. num. 106. vol. 3.

Ideò certante vno magiſtratu cum alio ſuper iuriſdictionis exercitio, non cognoſcit vnus ex eis, an ſua ſit iuriſdictio, prout euenit quandò agitur cum priuato, ſed adeundus eſt Princeps, vel Iudices deputati ab eo ſuper ſimilibus competentijs, ſeù controuerſijs iuriſdictionum deputatis, de quo ſunt plures Cæſarum conſtitu-
32 tiones: † Impp. enim Honorius, & Theodoſius ſcribentes Simplicio Proconſuli Aſiæ in l. vnica C. de officio Comitis ſacri patrimo. ita ſtatuere, *Officium Helleſponti Conſularis æternæ recordationis Patrem Serenitatis noſtræ adijt, & expoſitis incommodis, quibus a Vicarianis apparitoribus augebatur orauit ſub tuæ ſublimitatis agere poteſtate, cuius allegationes humanæ, proclinius pium Principẽ commouerunt, quod & Nos obtinere cenſemus.*

33 † In l. officium 12. ff de re militari agitur de competenti militum iudice, de quo etiàm l. tàm collatores C. eod. titulo lib. 12. vbi Imp. Anaſtaſius ſcribens Ioanni Magiſtro milit. prohibuit, milites coram eo pulſari, qui apud excelſam Magiſteriam per Orientem accuſati fuiſſent, in hæc verba. *Quoniàm verò comperimus, quoſdã temerario animo, atquè iniquo propoſito anteriore tempore, certos de memoratis militibus, tàm in iudicio ſublimitatis tuæ, quàm apud excelſam magi-*

ſteriam

Digitized by Google

ſtriam per Orientem poteſtatem in accuſationem
deduxiſſe, & eoſdē eodē tempore ad diuerſa quoquè
pertraxiſſe iudicia, diuerſaſque ſuper iiſdem perſo-
nis, iiſdemque cauſis, & negotijs prolatas fuiſſe ſen-
tentias, nil poſteà nihilominus, tanta contra mili-
tes noſtros inſidiæ, tantaquè confuſio querelis, quas
eis ingeri contigerit, generentur, nemini liceat
apud ſedem magnitudinis tuæ accuſatione contra
militem, ſeù milites præſentales depoſita conuentio,
nequè oblata eundem, vel eoſdem, criminaliter, vel
ciuiliter per iuſſionem virorum ſpectabilium Iudi-
cum, vel Ducum inquietare, &c. & in l. magiſte-
riæ C. de iuriſd. omni. iudic. & toto titulo C. de
officio magiſtri milit. Petrus Gregor. lib. 11. de
Republ. c. 9. nu. 1. & 5. & ſyntagm. iur. vniuerſ. lib.
17. c. 2. nu. 9. & lib. 47. c. 18. à nu. 3. Iſido. Moſcon.
lib. 2. di lucid. iur. ciuil. dilucid. 14. de diuerſ. offic.
nu. 17. Galgan. lib. 4. de iur. pub. tit. 16. nu. 64. &
in l. fi. C. de iuriſd. omn. Iud. cautum eſt, quòd qui
34 ſunt † de aliquo collegio, vel negotiatione, iuriſ-
dictionem eius, qui collegio præeſt, recuſare non
poſſunt, poſſint etiam ſub Præſidibus, aut milita-
ribus Iudicibus aliàs competentibus conueniri,
Abb. in c. ex literis nu. 7. de conſt. l. 1. tit. 4. par. 3.
35 † Sic in l. 1. C. de offic. magiſt. milit. dixere Imp.
Valentinia. Gratianus, & Theodoſius. *Viri illu-*
ſtres Comites, & Magiſtri peditum, & equitum in
prouinciales nullam penitùs habeant poteſtatem,
36 *nec ampliſſima præfectura in militares viros,* † ijdē
Impp. Honor. & Theodoſ. in l. præcipimus C. de
offic. militar. iud. dicentes, *Præcipimus, nè quandò*
Curiales, vel priuatæ conditionis homines ad mili-
tare exhibeantur iudicium, vel contra ſe agentium
actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur, l. ne-
mo eod. tit.
37 † Iuſtinus Imperator in l. conſulta Diualia 23.
C. de teſtam. agens de teſtamentorum inſinua-
tione coram competenti Iudice facienda, & non
aliter valere, inquit, *repetita promulgatione non*
ſolùm Iudices quorumlibet pro Tribunalium, verùm
etiàm defenſores Eccleſiarum, quos turpiſſimum
inſinuationis genus irrepſerat, præmonendos cenſe-
mur, nè rem attingant, quæ nemini prorſus omniū,
ſecundum conſtitutionū præcepta, quàm cenſus Ma-
giſtro conuenit, abſurdum eſt, nàmque ſi promiſcuis
actibus rerum turbentur officia, & alij creditū, alius
ſubtrahat, & habetur iiſdem verbis in l. repetita
40. C. de Epiſc. & cler. obſeruant Iacob. Cuiac. in
l. 7. §. 6. ff. de pact. Roffred. tract. de libell. par. 6.
tit. vtrum alicui poſſint duæ præbēdæ dari nu. 4.
Ioan. Petr. Surd. conſ. 56. nu. 3. lib. 2. & concernit
ratio l. 1. C. de compenſ. ibi, *atque hoc iuris propter*
confuſionem (vitandam ait gloſ. ibi) *diuerſorum*
officiorum ſeruandum eſt.
38 † Similitèr Impp. Leo, & Anthemius in l. eos
C. de fabricenſib. lib. 11. dixere: *Eos qui inter fa-*
bricenſes ſacræ fabricæ ſociati ſunt, vel eorum vxo-
res, aut filios, qui itidèm inter fabricenſes militares
dicuntur, non aliter pulſare volentibus reſpondere
præcipimus, niſi in iudicio tuæ ſublimitatis, ad cu-
ius iuriſdictionem, poteſtatemq; pertinent, nequè eos
poſt ſtipendiorū finem, & militiæ ſuper ciuilibus, &
curialibus muneribus, quibus nullo modo ſubiacere
monſtrantur à viris clariſſimis Rectoribus Prouin-
ciarum, vel eorum officijs, præter licitum inquietari.
39 † Impp. Valentinian. Theod. & Arcad. in l. 1.
C. de decurialib. Vrbis Romæ eod. libro, dicunt:
Si quis decurialem de auferendis priuilegijs putaue-
rit lite pulſandum, intelligat Curiæ debere interpel-
40 *lare Iudicem,* l. 2. C. de ſuarijs eod. lib. diſponit,
quicunquè ex corporibus ſuariorum, ſiuè excipiendæ
neceſſitate litis adſtrictus, ſiuè inferendæ voluntate
prouocatus iudicium voluerit experiri, fori vrbani
auditorium præſtoletur.
41 † Facit l. omnes C. de cupreſſ. ex Luco Daphnēſi
lib. 11. vbi prohibetur omnibus Iudicibus cuiuſ-
cunquè dignitatis abſquè permiſſu Præfecti Præ-
torio arborem ex Luco Daphnenſi Antiochenæ
42 Ciuitatis præſcindere, † l. hac lege C. de priuil.
ſcholar. lib. 12. vbi qui militauit in aliqua militia,
ſtipendijs decurſis factus fuit primicerius in
cauſis ciuilibus coram magiſtro officiorum tan-
tùm cogitur reſpondere, in criminalibus verò
coram moderatoribus Prouinciarum, l. eos C. de
apparitor. magiſtr. milit. eod. tit.
43 † Impp. etiàm Valentinian. Gratian. & Theo-
doſ. AAA. ſcribentes omnibus Rectoribus Pro-
uinciarum in l. 4. C. de numerarijs lib. 12. dixere:
In Prouincijs ſingulis duo numerarij, qui & tabula-
rij collocentur quòad vnum fiſcalis arcæ ratiocinijū,
ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur,
hoc ſecuturi, quòd ſi ex alterius quicquam actibus ad
alteram partem illicita fuerit vſurpatione tranſlatū,
is, qui culpam Iudicis diſſimulatione texerit, gra-
uiſſimo ſit ſupplicio ſubiugandus.
44 † Sic in l. militaribus C. de decurionib. lib. 10.
cautum erat, quòd militantes, & eorū magiſtra-
tus nihil haberent commune cum curijs, & cu-
rialibus, & ſi eos offenderint puniuntur mulcta
45 decem auri librarum, † & in l. Duumuirum 53.
eod. tit. dicitur: *Duumuirum impunè nō liceat ex-*
tollere poteſtatem extra metas territorij propriæ Ci-
uitatis, Guid. Pancirol. lib. 1. variar. lect. c. 4.
Imperatori Iuſtiniano idē maximè fuit curæ,
vt ex pluribus illius Nouellis, ſiuè Authenticis
46 Cōſtitutionibus conſtat, † nā in Auth. de admi-
niſtrantibus officia in ſacris appellat. in præfat.
coll. 3. dixit: *Cauſa verò nobis non incongrua viſa*
placuit, et interim quoniā Paphlagonia, & Honorias,
diuerſa priùs Iudices duos, in vnum, eundemque
reducta ſunt Prætoris nomen ſuſcipientem, hoc in-
dubitatè placuit, ſchema suo competere cingulo, &
in omnibus Capitulis dictæ Auth.
47 † Sic in Auth. de defenſor. Ciuit. cap. 1. coll. 3.
cauetur, vt nulli incolarū, & ſi honoratus ſit ma-
gnificentiſſimorū illuſtrium dignitate, nec ſi mi-
litiam habeat honeſtam, nequè ſi proferat priui-
legium ſuum ex diuinis formis, vel ſi pragmatici
ſint collati licere defenſoris ordinationem de-
clinare.
48 † Et in Auth. de Præſide Piſidiæ collat. 4. dixit.
Romano præterea nomini dignitatem addentes, &
videntes, quòd duplici in aſperiores Prouincias
magiſtratu ad hunc vſquè diem deſtinato, neuter ad
plenum ſua ſorte contentus fuerit, ſed ex ea cauſa
per quaſdam noſtras Prouincias, in quibus tàm ci-
uilis, quàm militaris magiſtratus exiſtit, ſemper
inter ſe rixentur, ſemper pugnent, non quo ſubditis
boni

*boni aliquid faciant, ſed quo eos magis atterant, è re
fore putauimus, ſi vtrumque magiſtratum tàm ciui-
lem, quàm militarem, in vnam formã contrahamus,
imponamuſq; dennò ei, qui hanc poteſtatem habebit
appellationem Prætoris, vt idem & militaribus co-
pys quæ per Prouinciã ſunt, ſecundùm cognomen-
tum antiquitùs illis impoſitũ præeat, & præficiatur
legibus, ſiquidèm & hoc initio prætorum erat pro-
prium, &c.*

49 † Idem cauetur in Auth de Prætore Licaoniæ
§. hæc nos promouerũt, Auth de Prætore Thra-
ciç §. *at cùm ambas vices quidèm impleant, hic qui-
dèm glorioſiſſimorũ Præfectorum, ille verò magna-
nimorum magiſtrorum militiæ nunquàm tamen in-
ter ſe conſentiunt, &c.* proſequiturq; per totam
conſtitutionem. Et in ſequentibus de Comite
Iſauriæ, de Gubernatore Helleſponti, Auth. vt
differentes Iudices, cap. 1. Auth. de moderatore
Arabiæ, cap. 2 verſ. *non igitur communionem* col-
lat. 8. Auth. de Proconſule Paleſtinæ. cap. 3. ibi:
*eruntq; omninò inter ſe diſtincti officiis ſpectabilis
locorum Dux, & is, qui proconſularem gerit magi-*
50 *ſtratum* collat. 8. Auth. de Prætore Siciliæ, † &
ita tatis, ſuperq; conſtat, ad Principum, & Impe-
ratorum munus pertinuiſſe competentias iuriſ-
dictionum dirimere. & cuilibet magiſtratui me-
tas, & normam præfinire ſuæ iuriſdictionis, de
quo etiam apparet l. 1. & ſeqq. ff. de quib. rebus
ad eundem Iudicem eatur, l. 1. C. vbi Senator. vel
clariſſ. l. 1. C. nè liceat potentioribus, l. vlt. C.
de cohortalib. l. 1. & l. vlt. C. vbi de ratiocin. agi
oport. l. militibus ff. de cuſtod. reor. Auth. qua
in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. latè Ho-
ſtienſ. in ſumma tit. de foro compet. Ægid. Boſſ.
51 in praxi eod. tit. † eſtquè bonus text. in l. 2. C.
vbi Senatores, vel clariſſimi, vbi dicitur: *Senato-
res in pecuniarijs cauſis, ſiuè in hac alma Vrbe,
ſiuè in ſuburbanis degunt in iudicio tàm prætoria-
næ, quàm vrbicariæ præfecturæ, nec non magiſtri
officiorũ, quotiès tamèn ad eum noſtræ pietatis ema-
nauerit iuſſio, in Prouincijs verò vbi larem fouent,
aut vbi maiorem bonorum partem poſſident, & aſſi-
duè verſantur reſpondebunt*, vt obſeruat Io. Franc.
de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. de aſſenſib. reg.
52 § 7. nu. 29. † facit etiam l. fin. C. vbi cauſæ fiſca-
les. ibi, *nec alterius, quàm tui culminis ac viri ſpe-
ctabilis Comitis domorum petatur examen;* text.
ponderat Ludou. à Paramo reſponſ. 2. pro iuriſ-
dictione ſancti Officij Regni Sicil. nu. 47.

53 † Pro coronide illud obſeruatione dignũ eſt,
quòd licèt regula ſit, Iudicem ordinarium, vel
delegatũ poſſe cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio,
l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, vbi latè An-
gel. Paul. Caſtr. & Iaſ. l. præſcriptione C. ſi contra
ius, vel vtil. publ. cap. ſupèr literis de reſcript.
vbi Felin. nu. 18. Ioan. Gratian. reg. 135. nu. 1. cap.
paſtoralis 28. vbi DD. de offic. Iud. deleg.

54 † Tamèn dicta regula plures patitur limita-
tiones, quas proſequitur ipſemet Felin. num. 21.
& ſeqq. Marian. Socc. in cap. ſi clericus laicum
de foro compet. Iaſ. in d. l. 2. nu. 17. Anto. Corſet.
ſingul. verbo *iuriſdictio*, Montaluo in l. 6. tit. 20.
lib. 2. fori, Hippol. de Marſil. in l. ſi quis nè quæ-
ſtio nu. 20. & nu. 99. & ſeq. ff. de quæſtionib. Iaſ-
fred. Lanfranc. Balb. deciſ. 259. Ioan. Gratian. vbi
proximè nu. 2. & ſeqq. Alberic. in d. l. 2. nu. 26.

55 † Inter quas eſt ea, quæ præſenti diſcurſui con-
fert, vt procedat prefata regula, quandò ageretur
cum priuato per Iudicem citato, vt apparet ex
text. in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. vbi commu-
nitèr DD. dùm ait: *Prætoris eſt enim æſtimare,
an ſua ſit iuriſdictio, vocati autèm non contemnere
auctoritatem Prætoris*, & ſi inter priuatos con-
trouerteretur, an eſſet Iudex, tunc enim decer-
nere, ac æſtimare debet, an ſua ſit iuriſdictio,

56 † Secùs quandò eſſet diſceptatio inter ipſum
Iudicem, & partem, quia tunc ipſe Iudex non
cognoſcit, nec habet locum diſpoſitio d. l. ſi quis
ex aliena, ita ex Bald. in c. 1. de inueſt. in marit.
facta nu. 1. & 5. in vſib. feudor. Innoc. in c. cùm
contingat nu. 1. in fin. 2. & 8. tradit Ant. Corſet.
d. ſing. verbo *iuriſdictio* 1. Felin. ſuprà num. 23. &
24. & Nos aliàs tradidimus conſil. 52. num. 25.
tomo 1.

57 † Alia fallentia eſt, quam ſeptimo numero aſ-
ſignat Angel. in d. l. 2. octauo loco, quandò con-
tentio de iuriſdictione eſſet inter duos Iudices,
quia vnuſquiſque dicit, eam ad ſe pertinere, nàm
tunc ſi ſunt ordinarij, cognoſcet ſuperior am-
borum, ſi ſunt delegati, cognoſcet delegans, aut
ſecundùm ius Pontificium eligerentur arbitri ab
eis, l. de iure ff. ad municip. & de incol. cap. pa-
ſtoralis de reſcript. ſequitur Felin. in d. cap. ſuper
literis nu. 35. Eraſm. à Colier tract. de iuriſd. or-
58 dinarij in exemptos par. 1. q. 39. nu. 16. † reſol-
uens, quòd quandò plures delegati, vel conſerua-
tores mutuò ſe impediunt, & de iuriſdictione
certant, recurrendum eſt ad Romanam Curiã,
vt competentia dirimatur, & quis illorum poſſit
procedere terminetur, & ita contigiſſe Collegio
Societatis Ieſu contra Fratres Auguſtinianos
refert Quintil. Mandoſ. de ſignatura gratiæ tit.
conſeruatoria, & eſt gloſ. verbo *de eodem* in cap.
cùm plures de offic. deleg. in 6. Et ideò in com-
petentijs inter Iudices ordinarios, aut Tribuna-
lia Regia iuſtiſſimum eſt, nè vnus ipſorum, vel ad
inuicem Tribunalia decidant, ſi eſt ſua iuriſdi-
ctio, ſed cognitio, & deciſio ſit Suæ Maieſtatis,
vel eorum, quibus eam demandauerit, quod &
mihi videtur, ſaluo, &c.

FINIS.

LAVS DEO.

ADDI-

SVMMARIVM.

1 Conſilium Supremum Italiæ habet ſub eius regimine Regna Neapolis, & Siciliæ.

2 Regnum Hieruſalem pertinet ad Reges Siciliæ, & Neapolis, ſimiliterq; Inſulæ adiacentes dictis Regnis.

Status Mediolani pertinet Domino noſtro Regi Philippo Ibidem.

3 Regnum Siciliæ à quo tempore fuerit ſub Corona Regni Aragonum, recenſetur.

4 Regnum Neapolis quibus temporibus ad Coronam Aragonum venerit.

5 De Ducatu Mediolani fuit inueſtitus Dominus noſter Philippus Secundus per Dominum Imperatorem Carolum Quintum.

6 Regna Portugalliæ, & Algarbiorum fuere Comitatus Regni Caſtellæ, & quo tempore redierint ad illud cum titulis Regni.

7 Antiquitas maior Regnorum, et Rerumpublicarum attenditur in materia præcedentiarum, & prælationis.

8 Rogerius fuit primus Rex Siciliæ, & quo tempore titulum, & diadema ſuſceperit.

9 Alphonſus Sextus Portugalliæ nuptui tradidit Dominam Thereſiam eius filiam naturalē Henrico Comiti Lotharingiæ, & in dotem dedit illi Portugalliam cum titulo Comitatus.

10 Idelphonſus filius dicti Hērici fuit primus, qui ſe permiſit acclamare Regem Portugalliæ, & num. ſeq.

11 Alphonſo prædicto bellum gerenti contra Mauros apparuit Chriſtus Dominus, qua de cauſa mutauit arma gentilitia in quinque plagas, quæ vulgariter dicuntur Quinas.

12 Titulus Regni Portugalliæ quandò, & à quo Pontifice fuerit conceſſus, & numero 13.

14 Algarbiorum dominium fuit conceſſum per Alphonſum Decimum Regem Caſtellæ cum titulo Comitatus Alphonſo Tertio Regi Portugalliæ in dotem cum Domina Bēatrice, illius filia naturali.

15 Rex Don Dionyſius filius dicti Alphonſi Tertij vocauit ſe Regem Algarbiorum, in quo titulo fuit confirmatus per Alexandrum Quartum.

16 Hieronymus Coneſtagius notatur, & qualitèr ſit intelligendùs.

17 Reges Portugalliæ vocati debebant accedere ad Curiam Regum Caſtellæ, & eis auxilia præſtare tercentorum militum pro bello aduerſus Mauros.

18 Seruitium debitum à Regibus Portugalliæ Regibus Caſtellæ fuit remiſſum dicto Regi Don Dionyſio contra legitimas rationes ſtatus.

19 Regna Portugalliæ, et Algarbiorum peruenere vltima ad Dominum Regem Philippum Secundum, qui illorum titulos poſtpoſuit titulis Regnorū vtriuſq; Siciliæ, & num. 34.

30 *Ordo littera, & ſcripturę prærogatiuam, & prælationem inducit.*

21 *Maioritas Regnorum Neapolis, et Siciliæ reſpectu Portugalliæ, & Algarbiorum inducit prælationem.*

22 *Hiſtoricis debet fides adhiberi.*

23 *Sicilia quia prior venit in amicitiam, fidemq; Populi Romani, fuit prima prouincia illius.*

24 *Campania cùm perijt admitti in amicitiam Populi Romani recognouit, debere præcedi à Samnitibus, & quarè.*

25 *Germanorum Legati quibus titulis alijs Legatis pręferri curarunt tempore Neronis Imperatoris.*

26 *Legati, & Miniſtri debent honorari prout illi, quos repreſentant.*

27 *Dominus Philippus Rex noſter habet in eius Monarchia plura Regna.*

28 *Rex habens plura Regna repreſentat plures Reges.*

29 *Perſona vna poteſt plures repreſentare.*

30 *Rex noſter ſplendes diuerſis qualitatibus ſuorum Regnorum, et tanquàm adminiſtrator perpetuus Ordinum Militarium, & num. 31.*

32 *Epiſcopus poteſt interuenire in actibus, & electionibus, tanquàm Epiſcopus, & tanquàm Canonicus.*

33 *Philippus Secundus Rex noſter fuit multùm prudens, & ſapiens.*

34 *Conſilio Supremo Italiæ in feſtis, et proceſſionibus publicis fuit ſemper aſſignatus potior locus, quàm Conſilio Portugalliæ.*

Ordo Suæ Maieſtatis in materia præcedentiarum inter Præſidentes, Pręlatos, Magnates, Titulatos, & Conſiliarios Regios recenſetur eodem numero.

35 *Exceptio vnius caſus firmat regulam in contrarium.*

36 *Coniecturis non eſt locus in claris.*

37 *Declaratio ſuper pręcedentijs ad Suam Maieſtatem pertinet.*

38 *Declaratione ſemèl facta, non eſt ampliùs controuertendum, & num. 39.*

40 *Principis declaratio debet haberi pro lege.*

41 *Membra non debent diuerſo iure à capite cenſeri.*

42 *Conſuetudo attenditur in materia præcedentiarum.*

43 *Conſuetudo 10. annorum ſufficit.*

44 *Tempus annorum 10. dicitur diuturnum.*

45 *Conſilium Italiæ fuit coniunctum Conſilio Aragonum, & illius prærogatiuas conſeruauit.*

46 *Conſilium Italię quandò fuit ſeparatum à Conſilio Aragonum.*

47 *Antiquius quod eſt, habet maiorem prærogatiuam venerationis.*

48 *Honorem maiorem habentes, debent maiori authoritate frui.*

49 *Dignior habetur, & debet præferri, qui in loco, vbi reſidet eſt maioris authoritatis.*

50 *Magnitudo Regnorum Neapolis, & Siciliæ debet multùm attendi in materia præcedentiæ.*

51 *Regnorum, & Regum potentia magni habetur.*

52 *Superioritatem habens ſuper plures, aut digniores ſubditos debet præferri.*

53 *Præferri debet ille, cuius officium vniuerſalius eſt.*

54 *Præcedentiæ regulantur ex maioritate exercitij iurisdictionis, & communis hominum acceptionis.*

55 *Dignitas illa eſt maior, quę vt talis confertur, & ab hominibus exiſtimatur.*

56 *Officialis tantò maior, quantò maiori, & digniori loco præeſt, cenſeri debet.*

57 *Mutanda non ſunt, quę certam interpretationem habuere.*

58 *Argumentum de loco ad perſonas valet.*

59 *Dignitatem habens in loco, aut Senatu maiori, aut digniori, pręferēdus eſt illi, qui ſimilem habet in Senatu inferiori.*

60 *Leg. 1. & 2. ff. de albo ſcriben. ponderantur.*

61 *Maioritas, & præcedentia Tribunalis attenditur in præcedentijs, & non antiquitas Miniſtri.*

62 Expe-

62 *Experientia eſt rerum Magiſtra.*
63 *Ratio eadem vbi militat, debet militare eadem iuris diſpoſitio.*
64 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
65 *Præſes Sacri Conſilij Neapolis, ſi creatur & fit de Conſilio Collaterali præcedit Locumtenentem Regia Camera Summaria, qui eſſet antiquior de Conſilio Collaterali.*
66 *Conſilium Collaterale Neapolis, in quo interueniunt Regentes Regiam Cancellariam, eſt magnum, & ſupremum Tribunal illius Regni.*
67 *Conſuetudo, quòd Tribunal inferius præferatur maiori, non valet.*
68 *Conſuetudo, quòd inferior præferatur maiori, dicitur corruptela.*
69 *Antiquitas temporis cedit maioritati loci.*
70 *Prioritas temporis ſolùm attẽditur inter eiuſdem Conſilij Miniſtros, aut promotos ad idem munus, aut æqualem dignitatem.*
71 *Dignitas maior attenditur, & non poſſeſſio anterior in loco inferiori.*
72 *Prior in tempore tùnc præfertur, cùm in cæteris eſt paritas.*
73 *Meliorem cauſam pro ſe habens, præfertur antiquiori in tempore.*
74 *Ordo qualitatis, & maioritatis dignitatum præfertur prioritati temporis.*
75 *Conſiliarius fruitur qualitatibus, & prærogatiuis Conſilij, in quo reſidet Principis beneficio.*
76 *Princeps videtur conceſſiſſe omnia, quæ ſunt de natura ſua conceſſionis.*
77 *Honores, & priuilegia dignitatum debent obſeruari, dignitatem habenti tàm in Principis Conſiſtorio, quàm extrà.*
78 *Vltimus ſtatus attenditur in materia præcedentiarum, & alijs.*
79 *Subrogatus ſortitur naturam, & fruitur prærogatiuis illius, in cuius locum ſubrogatur.*
80 *Actus præſumitur factus ex cauſa, & titulo vtiliori, & fauorabiliori.*
81 *Faciens actum, præſumitur facere ob cauſam principaliorem.*
82 *Senatoris, & Conſiliarij dignitas eſt inſeparabilis à prærogatiua ſui Senatus, aut Conſilij.*
83 *Rex eſt fons, & origo dignitatum ſui Regni.*
84 *Honorum theſauri reſident in Principe.*
85 *Dignitatis effectus debent tranſire in eum, cui dignitas eſt collata à Rege.*
86 *Proteſtatio declarat animum, & intentionem facientis eam.*
87 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*
88 *Error facti etiàm prudentes fallit, & excuſat.*
89 *Error excludit conſenſum.*
90 *Errantis nulla eſt voluntas.*
91 *Errorem etiàm proprij facti poteſt quis allegare, & opponere.*
92 *Publici iuris ſunt, quæ ſpectant ad Magiſtratus, & Dignitates.*
93 *Magiſtratum habens non poteſt facto ſuo illius ſtatum, & ordinem mutare.*
94 *Regiæ Maieſtati ſpectat honor, & conſeruatio prærogatiuarum, & præcedentiarum dignitatis, quam conceſſit.*
95 *Qualitas ſuperueniens enti, ſiuè ſubiecto, conſtituit quaſi nouum ens, & ſubiectum.*
96 *Qualitas ſuperueniens conſtituit diuerſam ſpeciem à prima.*
97 *Vna & eadem res poteſt diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeri.*
98 *Venienti alio iure non nocet, quod amiſerat, ſed prodeſt id, quod habet.*
Res iudicata non nocet venienti ex alia cauſa. Ibidem.
99 *Præcedentiæ cauſa iudicatur magni præiudicij.*
100 *Præcedentiam licet defendere, iuris, & iuſtitiæ remedijs.*

ARGVMENTVM.

De præcedentia Supremi Italiæ Conſilij, & Regentium illius, Conſilio, & Conſiliarijs Portugalliæ in Regia Curia degentibus.

CONSILIVM CCI.

CVM ſuæ Maieſtati Catholicæ Domini noſtri, Regis Philippi Quarti placuerit, per ſuum Regium ordinem emiſſum die 7. Nouembris anni 1625. iubere, quòd ad decidendas, & terminandas controuerſias, ſeù competentias iuriſdictionis, quæ in dies occurrere ſolebant inter eius Tribunalia, fieret Iuncta, ſeù Vnio, in qua interueniret vnus Cōſiliarius, ſeù Miniſter ex dictis Tribunalibus Regiæ Curiæ, & inter eos nominaſſet pro Supremo Italiæ Conſilio Regentem Hieronymum Caimo, & pro Conſilio Portugalliæ Doctorem Mendum de Mota eiuſdem Conſilij, ac militem Ordinis Chriſti, & per mortem dicti Regentis Hieronymi Caimo nominaſſet, ac ſubrogaſſet in eius locum Doctorem D. Ioannem Baptiſtam Valenzuela Velazquez, Regentem Decanum dicti Conſilij Supremi Italiæ, vt pro ipſo interueniret in dicta Iuncta; prætendit, quòd in loco ſedis, & ſuffragij debet frui, & gaudere prælatione, quam Conſilium ſupremum Italiæ habet, & debet habere reſpectu Cōſilij Portugalliæ, quãuis pro ipſo interueniat dictus Doctor Mendus de Mota, aut alius eiuſdē Conſilij, qui in eo priùs poſſeſſionem cœperint, quàm in Conſilio Italiæ dictus D. Regens Valenzuela, in cuius iuſtificationem, quàmuis notorium ſit viris doctiſſimis, & eminentibus, qui concurrunt in dicta Iuncta, quibus Sua Maieſtas dictam controuerſiam remiſit, præſupponit in facto ſequentia.

1 Primum, † quòd Supremum Italiæ Conſilium habet ſub eius regimine, & directione tanquàm Collaterale, & aſſiſtens Suæ Maieſtati, & eius Supremæ iuriſdictioni in Regia eius Curia, res, & negotia Regnorum Vtriuſq; Siciliæ citrà, & vltrà Pharum, quæ vulgariter dicuntur Neapolis, & Siciliæ, vt probat Iacob. Mainol. de titulis Regis Philippi fol. 13. de Regno Vtriuſq; Siciliæ, Camill. Borell. tractat. de præſtãti. Regis Catho-
2 lici cap. 46. à n. 38. † Quibus etiã pertinet Regnum Hieruſalem, quàmuis adpræſens ab infidelibus Saracenis Turcis ſit occupatum. Main. vbi proximè fol. 17. Borrell. vbi proximè nu. 28. & cap. 60. nu. 4. & 5. cum Inſulis eiſdem Regnis adiacentibus, ex l. Inſulæ Italiæ ff. de indicijs vbi DD. Pomponius Mela lib. 2. de ſitu Orbis cap. 7. Marius Muta ad Pragmat. Reg. Siciliæ de Piratis, num. 17. & Statum Mediolani, vt in ere-
3 ctione dicti Conſilij. † E quibus Regnum Siciliæ eſt ſub Corona Regni Aragonum circa annum 1281. tempore Regis Don Petri Tertij Aragonum, Lucius Marinæ. Sicul. lib. 11. de rebus Hiſp. pag. 392. tom. 1. Hiſp. Illuſt. Hierony. Zurita tomo 1. Annal. Arag. lib. 9. cap. 12.

4 Regnum † autèm Neapolis primò tempore Regis Don Alphonſi Quinti Aragonum, & poſteà Regis Catholici Don Ferdinandi circa annum 1503. Hieroym. Blanca de Regib. Arag in Alphonſo Quinto, Michael Ricc. & Scip. Mazel. de Regib. Neap. in Alphonſo Primo, & Ferdinando Catholico, Michael Zapull. in hiſtor. Neap. cap. 6. pag. 3. & cap. 7. pag. 308.

5 Et † Ducatus Mediolani ex inueſtitura, quam Dominus Imperator Carolus V. fecit Domino Regi D. Philippo II. ann. 1555. Nicol. Doglion. in Theatro Princip. vol. 2. pag 641. an. Chriſti 1555.

6 Regna † Portugalliæ, & Algarbiorum, quæ vt inferius fundabitur fuerunt Comitatus Regni Caſtellæ, ad illius Coronam rediere cum titulis Regnorum eidem Domino Regi Don Philippo Secundo pèr mortem Domini Regis Cardinalis D. Hērici eius Patrui anno 1580. Nicol. Doglion. in eodem Theatro Princip. vol. 2. parte 8. pag. 765. Hiero. Coneſtagius lib. de vnione Portugalliæ Caſtellæ.

7 Quibus ſuppoſitis, † & quòd ad materiã prælationis, & præcedentiarum debet attendi antiquitas maior Regnorũ, ſeù Rerumpublicarum, vt ex Iuſtino lib. 2. hiſt. Heredoto in Euterpe de controuerſia inter Aegyptios, Phrygias, Scythas, & Athenienſes, qui ſe omnium antiquiores prædicabant, Tiraquel. de nobilit. cap. 19. num. 28. Card. Palæoth. de bono ſenectutis p. 4. Beſol. in diſert. politic. iuridica. de præcedentia. & ſeſſionis prærogatiua cap. 3. §. 2. pag. 147. Author tractatus de Maioria electorum Imperij libro 1. cap. 17. num. 1. cùm ſint tàm antiqua, & inſignia Regna Neapolis, & Siciliæ, nulla via, aut quæſito colore poteſt illis negari præcedentia Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum.

8 † In quorum comprobationem conuenit recordari, quòd Rogerius filius Rogerij Comitis Siciliæ per mortem Simeonis eius fratris abſque liberis, & defectum deſcendentium Roberti Guiſcardi, cùm eſſet vir bellico robore inſignis, fuit qui priùs ſe vocari fecit non ſolùm Siciliæ, ſed Italiæ Regem, & quàmuis Romani Pontifices Calixtus, & Honorius Secundus grauitèr id tuliſſent, quòd ipſis inſcijs, & ipſorũ auctoritate neglecta id feciſſet, ſuccedente demũ Innocentio Secundo, poſt bella cũ eo, & Imperatore Lothario geſta obtinuit titulum Regis vtriuſque Siciliæ, citrà, & vltrà Pharum cum Principatibus Apuliæ, & Capuæ, ac Ducatu Ciuitatis Neapolis, quæ vſquè ad ea tempora extiterat ſub Imperatoribus Græcis; & fuit Corona Regia inſignitus Panhormi per Petrum Cardinalem. ſecundùm aliquos authores decimo quinto Maij anno 1129. vt conſtat ex adductis à Chronico Caſſinenſi lib. 4. cap. 99. Alexandro Abbate illius tēporis lib. 2. de geſtis Rogerij Regis Siciliæ, verſ. *Iſtorum itaque* poſt indices Latinos Zuritæ, Michael Ricius de Regibus Siciliæ in Rogerto, Maurolicus lib. 4. Sianicæ hiſtor. Theſaur. politic. diſcurſ. parte 4. Ioan. Villan. lib. 4. hiſtoriæ cap. 17. Carrafa lib. 3. hiſtor. Neap. pag. 55. Summont. lib. 2. cap. 2. Freccia lib. de ſubſcud. titulo de antiquo, & nouo ſtatu

Regni

Regni Neapolis nu. 26. Piſanel. ad pragmaticam
editã Thori nu. 3. Iul. Cæſar Capacius lib. 1. hiſt.
Neap. cap. 22. pag. 172. & cap. 20. in fin. Zapull. in
eadem hiſt. cap. 4. Marco Antonio Surgente lib.
1. de Neap. illuſtrata cap. 24. num. 2. Illeſcas in vi-
ta Calixti Secundi, Cornel. Vitignan. in Chroni-
co Regni Neap. cap. 18. Thom. Fazell. de rebus
Sicul. poſteriore Decade lib. 7. cap. 3. Mazella in
vita Rogerij, Hieron. Bard. in Chronologia pri-
ma parte in diſcurſib. Chronologicis fol. 37. &
ſeqq. & ex Chronico manuſcripto Fratris Ma-
raldi Monachi Carthuſiani. & Alexãdri Celeſti-
ni Abbatis lib. 2. & eodẽ Fazell. Decade 1. lib. 8.
cap. 177. & alijs probat Abbas D. Rochus Pyr-
rus in Chronolog. Regũ, penès quos Siciliæ fuit
Emperiũ poſt exactas Saracenorũ pag. 3. & ſeqq.
9 † Quoàd Portugalliæ Regnum ſciendum eſt,
quòd Alphonſus Sextus Rex Caſtellæ filius D.
Ferdinandi Primi, & frater D Sãcij maioris nu-
ptui tradidit Dominam Thereſiam eius filiam
naturalẽ Henrico Comiti Lotharingię, & illi in
dotem dedit Portugalliam cum titulo Comita-
tus, vt conſtat ex Archiep. D. Roderic. lib. 6. hiſt.
Hiſpaniæ c. 22. & lib. 7. cap. 5. Alphon. Carthag.
de Regib. Hiſp. cap. 75. Michael Ricc. lib. 3. de
Reg. Hiſp. fol. 29. & Franc. Taraph. in Alphonſo
Sexto, Rodericus Sanctius Palentin. hiſt. Hiſp.
parte 3. c. 29. Hiſt. Valeriana 4. part. c. 57. Cone-
ſtag. ſupra lib. 1. Ioann. Mariana lib. 9. de rebus
Hiſp. cap. 20. & lib. 10. cap. 13. Camill. Borrell.
de præſt. Reg. Cath. cap. 46. nu. 215. Duar. No-
nius de Reg. Portugalliæ cõtra Texeira cenſura
3. & ſeqq. Aguirre in Apologia de ſucc. Regni
2. par. nu. 36. Pereira deciſ. 2. nu. 1.
10 † Primus, qui aſſumpſit nomen Regis Portu-
galliæ, cũ priùs appellaretur Dux fuit Idlephon-
ſus filius dicti Comitis D. Henrici, quem aliqui
Hiſtorici vocant D. Alphõſum Iordanis, eò quod
fuerit baptizatus in fluuio Iordane tẽpore Em-
preſſiæ Sanctæ Domus Hieroſolymitanæ, fouen-
te Vrbano Secundo, cùm fuere debellatæ Ciui-
tates Tripolis, Acræ, Antiochia, & Hyeruſalẽ, &
aliæ Ciuitates Syriæ, vt conſtat ex D. Roderico
Archiep. Toletano lib. 7. Hiſtor. Hiſp. cap. 5. & 6.
Andrea Reſonde lib. 4. de antiq. Luſit. c. de Ori-
chienſi agro pag. 950. & ſeqq. Hiſt. Valer. cap. 57.
11 † Cùm enim inſignem victoriam aduerſus
Mauros conſequutus fuiſſet, in qua illi apparuit
Chriſtus Dominus noſter, mutatis armis eius fa-
miliæ in quinque plagis, vulgariter dicta *Quinas*
fuit ab eius exercitu acclamatus Rex, quem alij
Hiſtorici vocant D. Alphonſum Enriquez pro-
pter patronimicum, quod eſſet præfati Henri-
ci filius, idq; euenit anno 1139. Duard. Non. vbi
ſupra cenſura 12 Ioan. Marian. in hiſt. Hiſp. lib.
10 cap. 17. Alexander Raud. reſponſo 1. de ſuc-
ceſſ. Reg. Portug. nu. 113.
12 † De confirmatione autem in titulo Regis
non ſatis inter ſe conſtant Authores, quàmuis
idem Archiepiſ. D. Rodericus d. cap. 6. dixerit,
quòd ipſa fecerat Regnum cenſuale Papæ Eu-
genio Tertio, obtinuit ab eo plura priuilegia,
& immunitates, quas tamèn non exprimit, ſuf-
ficit tamèn in noſtro propoſito, Eugenium Ter-
tium fuiſſe poſteriorem Innocentij Secundi, &
eius creationem anno 1145. vt probant Platina,
Dominic. Tempeſ. & Illeſcas in illius vita.
13 † & ſi non ignorem, quòd Pater Antonius Va-
ſconcellus in deſcriptione Regni Luſit. pag. 184.
dicat, Titulũ Regni conceſſũ ab Alexãdro Ter-
tio anno 1179. Ioan. Ant. Gabuc. lib. 3. de vita,
& rebus geſtis Pij Quinti Pontif. Maxim. c. 16.
pag. 121. Garybai autèm tomo 4. comp. hiſtor.
lib. 34. cap. 13. cenſuit, confirmationem Titul.
Regis factam fuiſſe per dictum Alexandrum
Tertium apud Sanctum Ioannem Lateran. die
23. Maij ann. 1169.
14 † Quoàd Algarbiorum dominium conſtat ex
hiſtorijs, fuiſſe conceſſum per Alphonſum Deci-
mum Regem Caſtellæ cum Titulo Comitatus
Alphonſo Tertio Regi Portugalliæ in dotem
cũ Domina Beatrice eius filia naturale, Alphon-
ſus Carthagena in Anacephal. Regum Hiſpan. c.
48. Lucius Marin. Siculus lib. 7. hiſt. Hiſp. cap. 2.
Michael Ricc. lib. 3. de Reg. Hiſpan. in Alphonſo
Decimo, Renat. Choppin. de Domanio Franciæ
tit. 1. num. 9 Roderic. Sanctius hiſt. Hiſp. part. 4.
cap. 3. Duard. Non. lib. de vera Regum Portug.
Genealog. in Alphonſum Tertium, Camill. Bor-
rell. d. c. 46 nu. 216.
15 † Et ex dicto matrimonio natus fuit Rex D.
Dionyſius, qui primus ſe fecit vocari Regem Al-
garbiorum, in quo titulo fuit confirmatus per
Papã Alex. 4. qui fuit Pontif. 184. & eius creatio
ann. 1254. vt per Platinam, Tempeſt. & Illeſcas
16 in illius vita, † ad quod, & non ad Regnum Por-
tugalliæ referri debet, quod ſuper cõfirmatione
tituli Regij tradidit Hieron. Coneſtagius vbi ſu-
pra pag. 1064 verſ. *quãquam*, qui etſi aliàs diligens
in hiſt. vnionis Portugalliæ, hac in parte defecit.
17 † Et iſte Rex D. Dionyſius, vt referunt Lucius
Marin. Sicul. d. lib. 7. c. 2. & Io. *Maria* d. lib. 11. c.
14. fuit qui obtinuit immunitatẽ omnis tributi,
quod ante ipsũ in ſignũ recognitionis, & ſubie-
ctionis Reges Portugalliæ rẽdebãt Regibus Ca-
ſtellæ, & Legionis, aſtricti enim erãt, cùm voca-
rentur accedere ad Regiam Curiam, & præſtare
300. milites, quotieſcunque requiſiti fuiſſent ad
18 bellum contra *Mauros.* † Quam remiſſionem
factam per Regem Alphonſum ad importunas
preces D. Dionyſii eius nepotis contra legitimas
rationes ſtatus, & alias, quas ponderauit Nu-
nius de Lara magna inconuenientia, & incom-
moda adduxiſſe Præfato Regi, & Coronæ Ca-
ſtellæ, & Legionis obſeruat Rodericus Sanctius
hiſt. Hiſp. parte 4. cap. 3. tom. 1. Hiſp. Illuſtra-
19 tæ pag. 194. & ſeqq. † Et ita obſeruat Camillus
Borrell. dicto cap. 46. nu. 109. quòd Regna Por-
tugalliæ, & Algarbiorum fuere vltima, quæ per-
uenere ad Dominum Regem Philippum Secũ-
dum, qui maxima cũ ratione in Regiis Titulis,
vt etiam continuarunt ipſius ſucceſſores Reges
Domini noſtri D. Philippus III & IV. antepo-
ſuere Titulos Regnorũ Vtriuſq. Siciliæ, & Hie-
ruſalem in ſuis prouiſionibus, & priuilegiis Re-
gnis Portugalliæ, & Algarbiorum, ex quo indu-
citur, & ſumitur argumentũ maioris dignitatis,
& præeminentiæ in dictis Regnis Neap. & Sici-
20 liæ. † quia regularitèr ordo literæ, & ſcripturæ
prælationẽ, & prerogatiuã operatur, & induci-

Authent.de defenſor.Ciuit.§.final.collat.3.gloſ.
verbo *Regum*. verſic.*per quod videtur* in clem.1.
de baptiſm. Bald. in Authent. hoc amplius nu.
22. C.de fideicommiſſ. Pelin.in rubr. de maio-
rit. & obedient. verſic. *item primò nominatur*,
Menoch. conſil.902.num.18. & 26. tom.10. ar-
gumento l. quotiès ff. de vſufruct. l.generalitèr
§.quid ergò ff. de fideicommiſſ.libert. l.cùm
pater §.penult. ff de legat.2. l.ſi quis ſeruum
§. ſicut duos, eodem titulo, Decius conſil. 408.
num.8. Tiber. Decian. reſponſ.49. num.26. vo-
lum.2.Vueſembec.conſ.84.num.22. Fabius de
Anna conſ.125. num.26. volum.2. Valdes de di-
gnitate Regum, & Regnorum Hiſpaniæ cap. 2.
in fine, optimè Roſa.verbo *Mediolanenſis* in
cap.benè quidem 96. cap.fin. §. hinc, & §.illud
igitur 17.diſt.

21 † Et hoc maxima cum ratione propter ma-
ioriam,& maiorem antiquitatem dictorum Re-
gnorum Neapolis, & Siciliæ reſpectu Portugal-
liæ,& Algarbiorum,ex quo cauſatur prælatio in
omni materia honoris,& præcedentiæ,vt eſt di-
ſpoſitum in iure, & receptum communitèr per
DD. in l.1 C.de conſulibus lib.12.l.fi.C.de Ty-
ronib. eodem libro, cap ſtatuimus 61. diſtinct.
cap.1.de maiorit.& obedient. l.ſemper vbi DD.
ff.de iure immunit. Bald. in cap. cùm olim no-
tab.1. & 2. de conſuetud. Carol. Ruin. conſil.
19.num.1.lib.1.Caſſan.in catalog.gloriæ mundi
par.4.conſider.76.& par.11.conſider.17.Steph.
Gratian.tom.5.diſceptationum cap.593.nu.29.
Beſol. diſſertatio.politic. iuridic. cap.3.num.2.
pag.147.

Et quia venere cũ titulis Regnorum ad Co-
ronam Aragonum, priuſquàm Portugalliæ, &
Algarbij, ad Coronam Caſtellæ, nàm licèt ab
ipſa exiuiſſent, fuit vtique Comitatus, & non tan-
quàm Regna,vt aſſerunt Authores Hiſtorici ſu-
22 pra relati, † Quibus debet fides adhiberi in
hac parte, & reliquis, quæ remanent fundata
ſuper antiquitate Regnorum Siciliæ, & Neapo-
lis,l.1. ff.de officio Quæſtoris, l.1. vbi DD.ma-
ximè Ripa num.72.ff.ſi certum petatur, cap.in-
ter dilectos,& ibi Felyn.num.12.de fide inſtru-
mentorum. Iaſ.in dicta l.1. ff.ſi certùm petatur
num.25.Roland.à Valle conſ.2.num.60.vol.1.&
in iſta materia præcedentiæ obſeruauit Ioannes
Aloyſ.Riccius in praxi variar.reſolut. reſol.101.
num. 3.

23 † In quo propoſito eſt dignum ponderatio-
ne quod tradit M. Tullius in oratione contra
C.Verrem actio.4. dicens: Siciliam, quòd om-
nium exterarum nationũ Principem ſe ad ami-
citiam, fidemque Populi Romani applicuiſſet,
eam primùm omnium Prouinciæ nomine, &
titulo fuiſſe decoratam, Onuphrius Panuinus
de Imperio Romano cap. de Prouincia Siciliæ
pag.965.

24 † Ait Titus Liuius lib.7. decade 1. pag.mihi
128. quòd quandò Campani procurauere ab
ipſo Populo Romano amicitiam, & confedera-
tionem,quemadmodùm ante eos habebãt Sam-
nites,dixerint,non eſſe ſuam intentionem auſer-
re ab eis præcedentiam, quam propter antiqui-
tatem habebant in illo honore Samnites; ibi:
*Neq; Hercule,quòd Samnites priores amici,ſociiq;
vobis facti ſunt ad id valere arbitror, vt nos in
amicitiam ſuſcipiamur, ſed vt vetuſtate, & gradu
honoris nos præſtent.* Vt obſeruauit Franc. Mar-
zar. conſ 26. num. 12. in materia præcedentiæ
pro Alphonſo Duce Ferrariæ contra Coſmam
Ducem Florentiæ inter vtriuſque Ducis Lega-
tos, & allegat d.l.1.verſ.*quis enim* C. de Conſul.
lib. 12.

25 † Hoc ipſum comprobat Cornelius Tacitus
lib.13.ann.dicens, Imperatorem Neronem in
audiẽtia Legatorum diuerſarum nationum,qui
ad eum miſſi fuerunt dediſſe primum honoris
gradum illis,qui virtute, & amicitia Romana
præſtiterant, & exclamauiſſe,Germanos vtroq;
titulo primum honoris gradum ſibi deberi, ibi:
*Poſtquàm audiuerat earum gẽtium Legatos,id ho-
noris datum quod virtute,et amicitia Populi Rom.
præcellerent,nullorum mortalium armis, aut fide
antè Germanos eſſe exclamant.*

26 † Et ita eſt firmum in iure,Legatos,& Mini-
ſtros maiori, aut minori honore eſſe afficiendos
ſecundùm locum, & gradum eorum, quorum
vices gerunt, & quos repreſentãt, cap. præcipi-
mus diſt.53.Roman.ſing.392.Martinus Lauden.
tractatu de Legat.Princip.q.27.Lucas de Penna
in rubr. C. de legation.lib.10. Bertran.conſ.73.
incipit legatus.lib.1.gloſ.in pragmatica ſanct.ti-
tulo de concluſ.Eccleſ.Gallic.in fin Ioan. Mon-
taig.tract.de authorit. magni Conſilij num.118.
Marzat.d conſ.26.nu.10. Valdeſ. de dignitate
Regum,Regnorumq; Hiſp.c.3. & 4.

27 † Et quàmuis Rex noſter Dominus,vtpotè
tantus Monarcha tot Regna ſub dominio ſuo
habeat,vt obſeruant Mainold.lib.de tit.Philippi
Regis,Caſſaneus in cathalog Glor.mundi par.5.
conſid.37. Camill.Borrell. de præſt. Reg.Cath.
cap.46.num.46.& ſeq. Ioan. Bapt. Coſta conſil.
44.num.22.Alex.Andr.libro de bello Campaniæ
Romæ pag.36.& ſeqq.Maſtrill.de Magiſtr.lib.1.
cap.4. num. 18. reputatur tamèn tanquàm di-
28 uerſus reſpectu diuerſorum Regnorum, † Bar.
in l.1.nu.4. C.de metropol. Berit. lib.11.Nicol.
Antonius Gizzàrell. deciſ. Neapol. 43. num.23.
Maſtrill.lib.5. de Magiſtr. c.6.num.99. Gabriel
Pereira deciſ.Portug.2. nu.2. tanquàm ſi eſſent
duo Reges,vnus vtriuſque Siciliæ, & Mediolani
Dux, & alter Rex Portugalliæ, cùm non ſit no-
29 uum in iure, † quòd vna perſona plures repre-
ſentet, l.penult. ff.de Senator. Auth. vt iudic.
ſine quoquo ſuffrag §.illud tamèn,cum ſequent.
coll.2. Guill.à Monſer. de ſucceſſ.Reg. dub.1.
num.47. Anton. Roſel. tract.de indulg.verſic.
quod autem num.459. quæ doctrina etiàm pro-
cedit in dignitatibus ſecularibus,aut quandò ad
30 diuerſos fines ſit: † ſicut etiàm videtur in ipſa
31 Regia perſona,quæ tãquàm Rex, † & tanquàm
perpetuus militarium Ordinum adminiſtrator,
& earum Magiſtratuum in ſuis Regnis admini-
ſtrator ſplendet diuerſis qualitatibus digni-
tatum, quæ denotant diuerſos ſtatus,& poteſta-
tem vnicuique ſeparato conformem, Camillus
Borrellus vbi ſupra cap.74. num.2. vſque ad 59.
& obſeruant Authores graues, præſertim
Antonius Corſet.ſing.verb. vox, And.ab Exea in
cap.

Digitized by Google

cap.cùm omnes à num.131.de Conſtit.Cabedo deciſ.Portug.61.num.6.& deciſ.112.eodem numero part.2.Gama deciſ.230.& 353. Egomet conſil.94. numer. 78. & probat Summus Pont. Bonifacius VIII.in cap.à collatione de appellat. lib.6.cap.cùm in Eccleſia de præbend.eodem lib. cap.1. nè Sede vacante,c. poſtulaſti de con-
32 ceſſ. præbendæ, dicens, † Epiſcopum poſſe interuenire aliquibus actibus, & electionibus non ſolùm vt Epiſcopum, ſed vt Canonicum ſuæ Eccleſiæ.

33 † Et ita Dominus Rex D. Philippus Secundus,vtpotè adeò ſapiens, & prudens quibus laudatur nominibus per Redin.de Maieſtate Princip. verbo *Imperatoriam Maieſtatem* num. 50. & Ludouicum Guicciard num in deſcrip. Belgij Ioan.ChoLier in Theſaur.politic.aphoriſm. lib. 2. cap.2. in exemplis num.19. Paulum Paruta in diſcurſ. Polit. lib.2. diſcurſ. 9. Petrus Math. lib.1.hiſt.Franciæ narrat.1 pag 8.

Et qui vnicuiq Tribunali ſcientèr tribuebat, quia illi tangebat , poſtquàm vnita fuere præfata Regna Portugalliæ , & Algarbiorum per ſucceſſionem ſupra relatam, de qua latè agit Natalis Comes lib. 30. hiſt pag. 679. & ſequen. Andreas Maurocen. hiſt. Venet. lib.12.ſub anno 1581.pag.513. Iacob.Aug. Thuan. tomo 3.hiſt. lib.70.pag.395. & ſequent. Camill Borrell. de præſt.Reg.Cath cap.46.num.212.non ſolùm in titulis Regijs dedit prælationem dictis Regnis vtriuſque Siciliæ,& Hyeruſalem,ſed in publicis ſuorum Regiorum Conſiliorum concurſibus in hac Curia dedit præcedentiam Supremo Italiæ Senatui, Portugalliæ poſtpoſito, vt ſpecialitèr
34 accidit, † & fuit factũ in diuiſione feſtorum publicorum, quæ celebratæ fuerunt in platea Regij Palatij anno 1587.& 1595.in quibus præſtantior locus aſſignatus fuit Conſilio Italiæ, quàm Portugalliæ, quod ipſum etiàm inuenitur in quadam delineatione proceſſionis factæ ſuper Canonizatione Sancti Raymundi, in Curia Valliſoleti exiſtente, in qua præeminentior locus conceſſus eſt Italiæ Conſilio,quàm Portugalliæ & idem prorſus reperitur in proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti facta Madriti anno 1623. præſente Sereniſſimo Principe Gales,ſeù Vualiç, nùnc Angliæ Rege, in qua Italiæ Conſilio quartus, Portugalliæ verò quintus locus aſſignatus eſt, cuius fidem facit Ioannes Gomez de Mora Magiſter maior operum ſuæ Maieſtatis,ſub cuius poteſtate delineationes,& ordines prædictarum Feſtiuitatum, & Proceſſionum conſeruantur, in cuius certificationis conformitatem Comes de los Arcos,Vice primi Maiordomi Suæ Maieſtatis fungens alia fide ſuo nomine roborata Madriti 13.Decembris 1617. certificat, & affirmat,ſe vidiſſe, concurrentibus Italiæ, & Portugalliæ Conſilijs, Italicum Portugalliæ præceſſiſſe.

Sed cõſiderato ordine emiſſo à Domino noſtro Rege ſuper hac materia Madriti die 16. Maij dicti anni 1623. omnis ceſſat difficultas: in eo enim indiuidualitèr decidit præſentem controuerſiam, hæc inter alia dicens.

Que quando con los Preſidẽtes no concurrieren Arçobiſpo, Grandes, ni Conſejeros de Eſtado, o qualquier de ellos,guarden entre ſi los lugares como eſtan graduados en la planta, que mando haçer mi Abuelo: que los de mi Conſejo, (en que entran los Titulos de eſtos Reynos en el lugar, que con ellos tienen) y los de mi Conſejo de guerra entre ſi ſe aſſienten, y voten ſegun las antiguedades de cada vno,y entre los demas Conſejeros, y Miniſtros ſe guardara la precedençia, que eſta aſſentada por la dicha planta entre los Conſejos donde ſiruen,y tambien la que ay entre ellos, y otros Miniſtros,y perſonas de dignidad, como los Obiſpos,o mi Confeſſor, y que eſto ſea, y ſe entienda ſin perjuicio de las pretenſiones, que los pretendientes Conſejos, o Conſejeros tienen,vno reſpecto de otros, y raçones en que las fundan,porque ſin deçidir nada en ellos, quiero que lo contenido en eſta ſe execute, y guarde,y que ſe tenga entendido, que eſta es mi voluntad y lo que mando,que ſe haga.

Et ſiquidèm vt in delineatione patet Italiæ Conſilium præcedit Portugalliæ,liquet manifeſtè,quemlibet ſupradicti Italiæ Conſilij Regentem, cuilibet Conſilij Portugalliæ Auditori, ſeù Conſiliario præiturum eſſe. Et eſtò,quòd Sua Maieſtas id non ità apertè declaraſſet, ſufficeret tamèn ,quòd præcedẽtiam ſecundùm Miniſtrorum antiquitates dederit tantummodò inter Auditores Regij Conſilij,& Bellici,vt in cœteris
35 regula firma maneret in contrarium, † vt probatur in l.nàm quod liquidè §.penul.ff.de pœn. legata,l.cùm Prætor vbi DD.ff.de iudicijs, Decius in l.1.ff.de regulis iuris , Ioannes Cæphal. conſ.550. num.16. tomo 1. quantò magis,quòd cùm prædictus ordo ita ſit clarus, & apertus, omnis ceſſat occaſio coniecturæ , & voluntatis
36 violentandi, & retorquendi eius ſenſum, † l. continuus § cùm ità ff.de verb.obl.l.ille,aut ille §.cùm in verbis ff.de leg.3.Bart.in l.1.nu.3.ff.de reb. cred. Bald. in auth. hoc inter liberos not.s. C.de teſtam. Chriſtoph. de Caſtellio.conſ.29. num.12.Io.Cæph.conſ.28.nu.55.tom.1.

37 † Et quòd ſufficiat † hoc fuiſſe ſemel declaratum per Suam Maieſtatem, ad quem pertinet ex Cancer.variar.reſol. cap.10. nu.115. Ma-
38 ſtrill.lib.4.de Magiſtrat.cap.14. num.63. † Vt Conſiliarij Conſilij Portugalliæ non poſſint cõtrouertere , nec in dubium refricare,eſt in iure certum,l.ſingulis 6.ff.de except.rei iud.quæ ait, *Singulis controuerſijs ſingulas actiones , vnumquẽ iudicati finem ſufficere probabili ratione placuit,nè alitèr modus litium multiplicatus ſummam, atque inexplicabilem faciat difficultatem, maximè ſi diuerſa pronunciarentur.* Aurel. Caſſiod.lib.1. var. epiſt.5. & lib. 4. epiſt. 37. Baldus in l. Arrianus num.1. C.de liberal. cauſ. Alexand. conſil.147.
39 num.8.lib.6. † contrarium enim foret,non eſſe rem fixam,litemq; ex lite procedere, quod abhorrent iura,l. terminato C. de fructib. & lit. expenſ. ibi. *Neſas eſt litem alteram conſurgere ex*
40 *litis primæ materia.* † Cùm ſit certum, quòd debet reputari pro lege determinatio Suæ Maieſtatis facta in dicto regio ordine,§.ſed & quod Principi,Inſtit.de iure nat.gent.& ciuil.Alciatus conſ. 5. num. 29. lib.9. Ioan.Franc.de Ponte conſ.70. num.37. tomo 1. quibus accedit,quod

eſt

Digitized by Google

eſt etiàm notorium in facto, quòd ſemper, & in
omni caſu graui, in quo Sua Maieſtas, & ſui glo-
rioſi progenitores decreuere, quòd congrega-
rentur, & vnirentur Pręſidentes, concurrentibus
illis, qui erant Conſiliorum Italię, & Portugallię,
præceſſit in loco ſedis, & votum ferendi Præſi-
dens Italiæ, propter prærogatiuas illius Conſilij,
idemq; debet ſeruari inter Regentes illius, con-
41 currentibus Conſiliarijs Portugalliæ. † Cùm
membra non debeant diuerſo iura à ſuo capite
cenſeri, cap. cùm non liceat de præſcript. l. 1.
§. ſed ſi quæ leges C. de veter. iure enucleando, l.
1. §. cùm Vrbem ff. de officio Præfecti Vrbi, §. fi-
nali, Inſtit. de ſatisdat.

Itaquè tantis actibus eſt incontrouertibilis
præcedentia, quæ pertinet ad Conſilium Italiæ,
& eius Regentes reſpectu Conſilij Portugalliæ,
& eius Conſiliariorum, cùm fuerit introducta
conſuetudo, ſpatio quadraginta annorum firma-
42 ta, † quam attendendam eſſe in hac præceden-
tiarum materia eſt ſatis certum in iure, Bald.
in cap. cùm olim num. 1. de conſuet. Rota deciſ.
6. in fin. de elect. in nouis. Nauarr. conſ. 1. num. 3.
de maiorit. & obed. Cæpolla in l. quod ſi nolit, §.
quia aſſidua num. 4. ff. de ædilit. edict. Henricus
de Bottis de ſynodo Epiſc. 3. p. in princ. nu. 33.
Menoch. conſ. 126. num. 3. lib. 2. Fabius de Anna
conſ. 40. à num. 1. Marzar. conſ. 26. nu. 34. Steph.
Gratian. tomo 3. diſcept. cap. 492. num. 9. & to-
mo 5. cap. 867. num. 27. Aloyſ. Ricc. in praxi va-
riar. reſol. par. 1. reſol. 554. num. 1. Siquidem vel
43 decem anni ſufficerent, † Franciſc. de Aretio
conſ. 23. num. 11. dub. 3. Marzar, d. num. 34.
Thom. Gram. deciſ. Neap. 64. num. 34. Riccius
d. 1. p. reſolut. 555. num. 1. quorum tempus diu-
44 turnum, & longum dicitur in iure, † Vt con-
ſtat ex l. de quibus, & ibi notatur ff. de legibus,
l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aqua, l. 1. & toto tit. C. de
præſc. longi temp. Abbas in cap. cùm ſint homi-
nes num. 6. in fine de decimis.

Quod iuſtiſſimè Reges Domini noſtri præce-
pere propter maioriam dictorum Regnorum,
& maiorem antiquitatem Conſilij Italiæ in aſſi-
45 ſtendo in ſua Regia Curia, † nàm vltra quòd in
principio fuit coniunctum Aragonum Conſilio,
cuius prærogatiuas hùcusquè conſeruauit, nàm
forma, & origo eius, quæ à radice procedit repe-
ritur in eo, quod ab ea deriuatur, vt eſt planum
in iure, & conſtat ex l. in ratione §. ſi filio,
ibi: *formam, & originem* ff. ad l. falc. l. tutor ff. de
fideiuſ. l. quidquid in princ. ff. de donat. Vdalri-
cus Zaſius conſ. 14. num. 11. lib. 1. Burg. de Paz
Iunior quæſt. ciuili lib. 3. numer. 17. Egomet
conſ. 94. num. 20. & 36. Marzar. d. conſ. 26. nu. 48.
& ſeq. Et quàmuis pro meliori prædictorum
46 Regnorum gubernatione † hoc Supremũ Ita-
liæ Conſilium diuiſum, & ſeparatum fuerit ab
Aragonum, iuſſu dicti Domini Regis Philippi
Secundi anno 1557. vt tradit Marc. Ant. Surg.
lib. 1. de Neapoli illuſt. c. 27. num. 41. hoc ipſum
comprobat ſuam maiorem antiquitatem reſpe-
ctu Portugalliæ, ac per conſequens iuſtificat
prælationem, in cuius poſſeſſione inuenitur. Nã
vt Ariſtoteles dixit lib. 10. metaphyſic. cap. 2.
quem ſequitur Caſſaneus in cathal. glor. mundi
4. p. conſiderat. 23. Portius conſ. 567. num. 84. &
ſeqq. Federic. Scot. conſ. 28. num. 10. & ſeqq. Ca-
mill. Borrell. ſupra c. 4. nu. 3. & c. 68. nu. 5. & eſt
47 certa reſolutio Doctorum, † quod eſt antiqui-
us, plus habet venerationis, & prærogatiuæ.
48 † Et qui habent maiorem honoris prærogati-
uam debent maiori authoritate frui, vt docuit
Pontifex Summus Bonifacius VIII. in cap. 1. in
fine de officio Legati lib. 6. Ioan. Montaig. de
author. magni Conſ. num. 159.

Et ille pro digniore habetur, & debet præ-
ferri, qui in loco, & parte vbi reſidet eſt maioris
49 authoritatis, † Ioan. de Imola, & Angelus in l.
qui ſoluendo ff. de hæredib. inſtit. Caſſan. d. p. 4.
conſiderat. 43. Ioan. Cæphal. conſ. 126. num. 20.
vol. 2. vt eſt in hac Curia Supremum Italiæ Cõ-
ſilium reſpectu Portugalliæ.

Prætereà eſt valdè conſiderabilis magnitudo
50 dictorum Regnorũ Neapolis, & Sicilię, † quã
attendendam fore habetur Prouerb. c. 4. in fine,
ibi: *In multitudine populi dignitas Regis, & in
paucitate plebis ignominia Principis*, Caſſan. in
cathal. glor. mundi 5. p. conſid. 37. Marzar. ſupra
51 nu. 25. & eorum nobilitas antiquiſſima, † iux-
ta illud Pſal. 144 *Gloriam Regni tui dicent, & po-
tentiam tuam loquentur*, & magna æſtimatio, quę
ſemper Mediolani ſtatui delata eſt, qui cùm ſit
ſub gubernatione Supremi Italiæ Conſilij, vna
etiàm cauſa eſt præcedendi Conſilio Portugal-
liæ, nàm qui habet ſuperioritatem ſuper plures,
52 aut digniores ſubditos, præferri debet, † vt ha-
betur in auth. de defenſ. Ciuit. §. nos igitur coll.
2. Abbas conſ. 21. viſo dubio lib. 1. Bald. conſil.
387. incip. Archidiaconus habet, verſic. *ſimiliter
etiàm* lib. 1. Caſſan. in cathal. glor. mundi 4. par.
conſid. 51. verſ. *obſeruo*, vbi allegat gloſ. in authen.
conſtitutio, quæ de dignit. §. generalitèr, verbo
& nobiliorum coll. 6. idem Caſſan. 5. p. conſider.
37. & p. 12. conſider. 56. & ſeqq. Menoch. conſil.
126. num. 15. vol. 2. & conſ. 902. num. 16 vol. 10.
Marzar. conſ. 26. num. 64. Ferdin. Vaſquius l. 1.
controuerſ. illuſt. in præfat. num. 127. Stephan.
Grat. tomo 3. diſcept. c. 590. num. 19.

Deindè ille debet præferri, cuius exercitium
53 vniuerſalius eſt, † vt conſtat ex lege eius §. mi-
litia miſſus ff. de teſtam. milit. auth. de non alie-
nandis, aut permutandis reb. Eccl. §. quia verò
coll. 2. l. nàm ad ea ff. de legib. l. 1. ff. ſi cert. pet.
Io. Montaig. ſup. nu. 147. & quem communis ac-
54 ceptio pluris æſtimat, † quod etiàm attendi-
tur in materijs præcedentiæ, vt pulchrè proba-
uit Baldus d. conſ. 387. num. 1. verſ. *item illa eſt*
lib. 1. per tex. in l. Athletas §. 1. ff. de his, qui no-
tantur infamia, Boer. deciſ. 286. num. 8. Steph.
55 Grat. tomo 1. diſcept. c. 111. num. 74. † docen-
tes, illam dignitatem eſſe maiorem, quæ ob ma-
ius beneficium confertur, & quam homines ge-
neralitèr maiorem reputant, vt proculdubio re-
putatur in hac Curia dignitas Supremi Italiæ
Conſilij, reſpectu Conſilij Portugalliæ, gloſ. &
DD. in rubr. ff. de officio Præfect. Vrb. & ex l. 1.
C. de ſilent. vbi Ioannes de Platea, & l. 1. C. de
præpoſit. labar. lib. 12. l. ius Senatorum C. de di-
gnit. eod. lib. l. municipes ff. ad municip. l. quili-
bet C. de Decurion. lib. 10. vbi Baldus in ...

56 † tantò maiorem eſſe officialem, quantò dignio-
ri loco præeſt, Vaſq. d. num. 127. & ita vt dignius
Italiæ Conſilium in omni occaſione debet præ-
ferri, vt multi Canones, & legales determinatio-
nes diſponunt, vt videre eſt in cap. miramur ad
finem 61. diſtinct. cap. Metropolitano 63. diſt in.
cap. illud 8 q. 1. §. fin. inſt. de iur. nat. gent. & ciu.
l. Senatores ff. de Senator. l. nec honor, C. de
Epiſc. & Cler. gloſ. verbo *digniores* in cap. cùm
dilectus de conſuet. Marzar. ſup. num. 8. abſque
eo, quòd res ita firma, & certa poſſit, neque de-
beat nunc, aut de cætero in controuerſiam vo-
cari; nàm vt ait I. C. Paulus in l. minimè, vbi gloſ.
in l. cùm de conſuetudine ff. de legib. nullatenus
mutari debent, quæ certam interpretationem
57 habuere, & fuit etiàm † doctrina Ariſtot. lib. 2.
Polit. c. 6. Anellus Amatus conſ. 30. nu. 9.

Et eodem modo, quo Supremum Italiæ Con-
ſilium Portugalliæ præcedit, debent etiàm Re-
gentes prædicti Italiæ Senatus Portugalliæ Con-
ſilij Auditores, ſeù Conſiliarios præcedere, nàm
cùm ſit validum (vt eſt profectò) in iure argu-
mentum, quod dicitur de loco ad perſonam,
58 † vt docet Ioan. Andreas in reg. cùm non ſtat
de reg. iur. in 6. Euerardus in argum. de loco ad
perſonas, Leobin. tract. de mandat. apoſt. nu. 63.
59 certum eſt, † quòd qui habet dignitatē in loco,
aut Senatu maiori, & digniori, præferendus ſit
illi, qui in inferiori loco eandem occupat digni-
tatem, vt conſtat ex l. 1. C. de Præfect. Vrb.
Rom. Carol. Ruin. in conſ. 155. num. 3. lib. 4. Io.
Cephal conſ. 615. num. 17. Io. de Platea in l. 2. C.
vt dignit. ord. ſeru. lib. 10. Boer. in addit. s. ad
tract. de auth. Mag. Conſ. ſub num. 149. verſic.
60 *præterea*, Ferd. Vaſq. vbi ſup. † vt comprobat
etiàm I. C. Vlp. in l. 1. & 2. ff. de albo ſcribend. di-
cens; *ſed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectan-
dæ, vt ſcribantur eo ordine, quo quiſque eorum ma-
ximo honore in municipio functus eſt*, Vaſq. vbi
proximè num. 130.

Et hoc obſeruari debet, non attento, quòd
Auditor, ſiuè Conſiliarius Portugalliæ Senatus
in eo ſit antiquior, quàm quilibet alter Regens
in Italico, nàm ſolùm attenditur maioritas, &
61 præcedentia Tribunalis, † vt tenet Ioan. Mon-
taig. tract. de auth. Mag. Conſ. nu. 126. 132. 140.
142. 147. 149. 151. & 157. Marc. Ant. Surg. lib. 1.
de Neap. illuſt. c. 27. num. 24. & non antiquitas
Miniſtri, vt certa rerum Magiſtra experientia
62 docet, † cap. quàm ſit in princ. c. ſtatutum de
elect. lib. 6. Clem. diſpendioſa inibi, *Cauſarum
docet experientia peruenire* de iudic. l. legatis
9. ornatricibus ff. de legat. Io. Montaig. ſupra nu.
159. quòd Conſiliarij Status, Senatus Regij Ca-
ſtellæ, & Supremi Aragonum, & Sanctæ genera-
lis Inquiſitionis, quàmuis in ſuis Tribunalibus
ſint nouiores, quàm Regentes in Supremo Italiæ
Conſilio, nihilominùs hos illi præcedunt prop-
ter Conſiliorum ſuorum prærogatiuas, & non
propter tempus adeptæ poſſeſſionis, quod nul-
latenus procederet, ſi admittendum eſſet, quod
abſque legitimo fundamento intendunt Portu-
galliæ Senatores, & vbi militat eadem ratio, idē
63 quoque ius militare debet, † vt conſtat ex l. il-
lud ff. ad l. Aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig. cap.
inter cæteras de reſcript. Alex. conſ. 53. num. 5.
lib. 4. & in his terminis præcedentiæ attenditur
ſimile præfatum, Maſtrill. lib. 4. de Magiſt. c. 14.
num. 4. nè dicatur, quod eſt contra ius, vnam &
64 eandem rem diuerſo modo cenſeri, † l. eum,
qui ædes ff. de vſucap. cap. cùm in tua, vbi gloſa
verbo *cenſeri* de decimis, Menoch. lib. 1. de ar-
bitr. Iudic. q. 57. num. 7. Io. Franc. de Ponte dec.
8. Collat. Conſilij Neap. nu. 16. nulla exiſtente
cauſa, quæ id permittat.

Et ita referunt graues Regni Neapolis autho-
res, † vt eſt Fabius de Anna conſ. 122. nu. 43.
Ioan. Andr. de Georg. allegat. 35. num. 11. Ponte
d. deciſ. 8. num. 12. Anell. Amat. conſ. 38. num. 8.
verſ. *tertio*, de quo D. Reg. Scipio Rouitus conſ.
65 84. nu. 15. D. Reg. Tapia dec. 21. nu. 41. † quòd
quia in eo Regno Tribunal Sacri Conſilij San-
ctæ Claræ Conſilio Regiæ Cameræ Summariæ
præcedebat, cùm eſſet Præſes Conſilij Alphon-
ſus de Santillana, & Locumtenens Cameræ An-
dreas Ponçe de Leon, & Conſilij Collateralis,
priuſquàm ipſe Præſes, hic illum præceſſit prop-
ter maioritatem, & prærogatiuam Tribunalis
Sacri Conſilij, cuius tunc temporis erat Præſes,
& ex hoc exemplari à tāto Tribunale decreto,
vt eſt Tribunal Regentium Cancellariæ, & Col-
66 lateralis Neapolis, † de cuius excellentia latè
Ioan. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 12.
de delegat. cauſarum no. 12. & ſeqq. Marc. Ant.
Surg. lib. 1. de Neap. illuſt. c. 18. nu. 20. Michael
Zappullus in hiſt. Neap. pag. 320. & in c. 7. & 10.
Cæſareæ Maieſtatis inter priuilegia, & capitula
Neapolis, benè fundatur præcedentia Conſilia-
riorum, ſeù Regentium Supremi Italiæ Sena-
tus.

Quod confirmant Io. Montaig. & Iacobus
Menoch. ille nu. 158. de author. Mag. Conſ. iſte
conſ. 902. num 48. & 79. qui cùm tractarent de
authoritate Magni Conſilij Franciæ, & Parla-
67 menti, † quòd non valeret cōſuetudo, ſi Parla-
mentum, quod eſt inferius alteri, quod eſt ſupe-
rius ſe præferret, non enim eſſet conſuetudo,
68 ſed corruptela, † vt habetur in c. conſuetudo
diſt. 9. c. fi. de conſuet. Abb. & Fel. in c. ſtatuimus
de maiorit. & obed. Aloyſ. Ricc. 1. p. reſol. 555.
nu. 4. in fin. Ponte d. deciſ. 8. nu. 11. & ideò non
deberet admitti, ſed repelli.

Hæc veritas confirmatur alia iuris reſolutio-
ne, docente, ibi cedere temporis antiquitatem,
69 vbi maioritas loci inuenitur, † gloſa verbo
præponimus in c. Iſidorus 16. diſt. Felin. ſub rub.
de maiorit. & obed. num. 3. Geminianus in cap.
Epiſcopus verſ. *aut fuerunt promoti* 17. diſtinct.
Tiraq. de iure primog. in præfat. num. 79. Ceph.
conſil. 615. numer. 19. & 133. Menoch. conſil.
826. num. 31. Amatus d. conſ. 30. nu. 6. Maſtrillus
deciſ. Sicil. 130. num. 13. & lib. 4. de Magiſt. c. 14.
nu. 29. Beſold. ſupra c. 3. nu. 4 ac per conſequens
poſſeſſionē anteriorem in alio Senatu, aut Tri-
70 bunale inferiore, † nō ſolùm attenditur priori-
tas temporis inter eiuſdē Cōſilij Miniſtros, aut
promotos ad idē munus, aut æqualem dignitatē,
vt conſtat ex l. 1. C. de conſulib. lib. 12. Ponte
d. deciſ. 8. nu. 2. Decian. reſponſ. 19. num. 226.
vol. 3. Bonadilla lib. 2. polit. c. 16. nu. 25. Maſtrill.
d. c.

d.c.14.num.35.& 29. D.Carol.de Tapia deciſ.
21.num.15.poſt Cabedo deciſ.3.nàm cùm in
aliquo maior eſt dignitas, illa ſolùm attenditur,
& non tempus poſſeſſionis anterioris in
71 loco inferiore, † vt conſtat ex cap.placuit di-
ſtinct.18.Iaffred.Lanfra.Balb.deci.33.glo.vnic.
in cap. fin. verſ. *& niſi ſint* diſtin. 17. Ponte vbi
prox.nu.1.Riccius collect.deciſ.1446.par.4.

Et ita eſt fixa reſolutio, quæ docet vulgarem
regulam iuris,diſponentem, quòd qui prior ſit
in tempore,præferatur,intelligendam eſſe,cùm
72 ſit in cæteris paritas, † vt docet Dynus in
cap.qui prior num.8. 14. & 16. de reg.iur.in 6.
Cagnolus in l.quotiès vtriuſque nu.1. ff.eodem
tit. Menoch.d.conſ.902.nu.50. Marzar. d.conſ.
26. num.58. & addit Menochius, quòd ille, qui
pro ſe habet meliorem cauſam, antiquiori in
73 tempore præferatur, † Menoch.d.conſ.902.
num.52 & ſeqq.per tex in l.ſi ſeruus plurium
§.vlt. de legat. 1. l.interdum ff. qui potiores in
pign. hab. l.aſſiduis C.eodem tit. l.quotiès C.de
reiuendic.

74 † Nàm duplex eſt ordo dignitatum: primus
temporis;ſecundus qualitatis,& maioritatis:pri-
mus locum habet, & procedit ſolummodò in-
ter eos,qui æquali dignitate fruuntur: ſecundus
vt potentior tempus non curat,neque eius ordinē
æſtimat,vel obſeruat, vt ſingulariter diſtinguens
tradit Lucas de Penna in rubr.num.2. C. vt
dignit.ordo ſeruetur, per l.2. eod. tit. & præ-
ſtantiùs Ioan. de Plat. in eadem rubr. num. 1.
Iacob. Rebuff. in l.1. nu.2. C.de Conſulib. per
textum ibi,l.1.in fin.C.de præpoſ.ſacri cubicu-
li,l.vnicuique C.de prox.ſacror.ſcrin.l.fin.C.de
tyron.lib.12.l.potioris C.de offic.Rect. Prouin.
l.1.C.qui accuſare non poſſ. Menoch.vbi prox.
num.57.Ponte conſ.7.nu.29.tomo 2.Fabius de
Anna conſ.122.nu.4.8.& 42.

Ergò cùm ſupradictorum Regentium honor
ſit in ordine,& relatione ad dictum Conſilium,
in quo exiſtunt, non poteſt in dubium venire,
quòd eiuſdem Conſilij qualitates, & prærroga-
75 tiuæ omnes ad eos pertineant, † vt conſtat ex
l.aſſe toto ff.de hæred.inſtit. Menochius conſil.
345.num.8. vol.4.

Et cùm Regia Maieſtas fuiſſet dignata no-
minare prædictum D. Regentem Valenzuela
non ſolùm ad dictum Supremum Italiæ Conſi-
lium tribus iàm ab hinc annis: ſed vt pro eo di-
ctæ competentiarum cætui interueniat, liquet
manifeſtè,ſuam regiam intentionem fuiſſe,& eſ-
ſe, vt in vtroque prærogatiuis, & præcedentijs
76 prædicto Conſilio cōpetentibus fruatur, † nā
cùm Princeps aliquid concedit, videtur vtique
ea omnia conceſſiſſe, quæ ſunt de natura talis
conceſſionis, Innocent. docet in cap. ex litteris
num.1.de iure patron.Baldus in l.à procurato-
re num.1. C.mandati, & in rubr. nu.4. C. de
contrah.empt. Barth.Socc.conſ.126.nu.2.verſ.
confirmatur,ibi allegans l. ſi ſtipulatur ff. de vſu-
ris,Menoch.conſ.478.num.27.vol.5.

77 † Et ita dixit Ioannes de Platea in l. 1. per
tex.ibi num.4 C.de ſilentiarijs lib.12. honores,
& priuilegia dignitatum ad aliquem pertinen-
tia, illi obſeruandas eſſe tam in Principis Con-
ſiſtorio, quàm extrà illud.

Et cùm Regens Valenzuela fuerit ſubroga-
tus ad dictum competentiarum cætum in locū
Regentis Caimo, qui proculdubio Doctorem
Mendū de Mota Portugalliæ Conſilii Audito-
rem, ſeù Conſiliarium præcedebat; cùmque
debeat attendi vltimus ille ſtatus in materia
78 præcedentiæ, † vt argum.l.Mela 14.verſ.*ſed ſi
alimenta* ff.de alimen.& cibar.legat.tradit Ioan.
Vincen.de Anna alleg.131.num.1.vol.2. Riccius
collect.147.par.1. collect.470.par.2. & collect.
674.par.3.Matthæus in annotat. ad Guid.Papæ
q.252.

79 Præſertim cùm ſit de iure, † quòd ſubroga-
tus ſortitur naturam, & fruitur prærogatiuis il-
lius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum §. qui
iniuriam ff.ſi quis cautionibus, c. cùm Eccleſia
el primero, vt lite pendente, Bart. in l.1. §. hæc
actio ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſſus fuerit, Dec
conſ.3.nu.2.Marz.d.conſ.26.nu.52.ille quoque
debet præferri,& præcedere.

Secundùm quod non obſtabit dicere Regen-
tem Caimo præceſſiſſe ratione maioris antiqui-
tatis perſonæ ad perſonam,habito reſpectu, &
80 non prærogatiua Tribunalis, † nàm contrariū
verius eſt,& quotiès aliquid ſit,factum præſumi-
tur ob cauſam,& titulum fauorabiliorem, & vti-
liorem, vt probatur ex l. cùm precibus C. de
probat.Carol.Ruinus conſ.119.num.1.lib.1. Io.
Bapt. Ferret.conſ.362. num.3. vol.2. Menoch.
conſ.88.num.36.lib.1.& qui in contrarium nititur,
tur,ſubijcitur oneri probationis. Cui alia etiàm
accedit ratio;nàm qui aliquid facit,præſumitur
81 illud ob cauſam principaliorem facere, † vt
tenet gloſa, & Baldus in l.non verò ff.ex quibus
cauſ.maio. Decius in cap.dilecto notab.2.de ap-
pell.Aym.Crauetta conſ.208.incip.per arbitros
num.15.tex.in cap.cùm aliquib.de reſcript.lib.
6.vt eſt prælatio,& prærogatiua Conſilij, & non
prioritas poſſeſſionis in eo reſpectu Doctoris
Mendi de Mota in Conſilio Portugalliæ.

Itaquè Regens Valenzuela illi in hoc etiàm
cætu debet præire, & vbicumquè ſe obtulerit
occaſio,cùm ſit ab eius perſona inſeparabilis di-
82 gnitas,& prærogatiua ſui Senatus, † Io.Franc.
de Ponte conſ.14.nu.45.tomo 1. Ioan.Andr.de
Georg. allegat.35. nu.12.Anellus Amatus conſ.
30.nu.6. ad fin. dùm in eo aſſiſtit Regiæ Maie-
83 ſtatis indulto,† cuius eſt prædicta dignitas tan-
quàm omnium dignitatum,& honorum fontis,
& originis, l. 1. vbi Ioan. de Platea C. de di-
gnitat.lib.12.idem in d.l.1.num.4. C.de ſilentiar.
Paris de Puteo de re militari lib.7.num.11.Mar-
tinus Laudenſis tractatu de Principibus q. 540.
Petr.Greg.lib.6.de Republ.cap.12.num.5. & in
84 quo ſunt omnes honorum theſauri, † Bald.in
cap.1. verſ.à *Principe* notab.1. tit. quis dicatur
Dux.Riminald.Iunior conſ.5.num.93.lib.1. Ia-
cobus de Franch.tit.de his,qui feu.date poſſunt
num.46. Ioan.Vinc.de Anna allegat.57. num.2.
85 † ſiquidè effectus tranſeunt, & tranſire debent
in poſſeſſorem, cui Regia Maieſtas contulit,
vt probatur ex Nouella 130. de Monachis, &
Aſceterijs in fine.

Secundùm quod nō poteſt obſtare prędicto

Italiæ

Digitized by Google

Italiæ Conſilio, neq; eius Regenti Valenzuela,
qui hoc in cætu illud repræſentat, quòd in quo-
dam alio habito, ſuæ Maieſtatis iuſſu anno iàm
elapſo 1626. in domo Ducis de Villa Gennoſa
Præſidis Conſilij Portugalliæ ſuper illius Re-
gni rebus, & Dohanis, occaſione cuiuſdam me-
morialis ab Auditore Gundiſaluo de Soſſa pro-
ducti, diuerſa capita continente: in quo tamquã
aſſociati intéruenere Don Didacus de Ibar-
ra Status, & belli Conſiliarius, & prædictus Re-
gens Valenzuela, hunc à Doctore Mendo de
Mota fuiſſe præceſſum, nàm quàmuis ita conti-
giſſet, nullum adhuc præiudicium illi, neq; Ita-
liæ Conſilio fiebat: nàm hoc contingit per facti
errorem, cauſatum ex affirmatione Ducis, aſſe-
rentis eſſe ad id Ordinem ſuæ Maieſtatis, & cũ
prædictus Regens Valenzuela hunc ordinem ſi-
bi pro ſua indemnitate oſtendi à prædicto Duce
Præſide (quod ipſe non poterit inficiari) petijſ-
ſet; eò quòd non oſtenderetur, & quia nullus Se-
cretarius in prædicto cætu adeſſet, ſolita vrba-
nitate, & modeſtia Regens ipſe proteſtatus eſt
dicto Præſidi, quòd nullo actu videretur præiu-
dicare loco, qui ſibi competebat circa ſedem, &
votum, eò quòd eſſet Italici Senatus Regens, nè
deficeret in illa occaſione obſequio ſuæ Maie-
ſtatis, qui tunc cauſa Comitiorum in Arago-
num Regno celebrandorum aberat ab hac Cu-
ria, & illum, vt interueniret prædicto cætui no-
minauerat, & ſatis liquet in iure, proteſtationẽ
86 facientis animum, & intẽtionem declarare, † le-
ge ſi quis, l. qui in aliena §. Celſus ff. de acq. hæ-
red. l. Neſennius ff. de neg. geſtis, Paul Caſtr. in l.
ſin autèm §. in repetita ff. de rei vindic. Surd.
tract. de aliment. titulo 6. q. 8. nu. 37. eiusquè iura
87 conſeruare, † l. ſi debitor ff. quib. modis pignus
vel hypotheca ſoluitur, l. non ſolùm §. morte ff.
de noui operis nunciat. l. libera vbi gloſſa C. de
ſentent. & interlocut. omn. iud. Vdalric. Zaſi.
conſ. 13. nu. 40. lib. 1. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 16.
nu. 17. volum. 1.

Præſertim quòd cùm dictus Dux Præſidens
Portugalliæ, & dictus Doctor Mendus de Mota
præſuppoſuiſſent ſuæ Maieſtatis ordinẽ in fauo-
rem antiquioris ex Miniſtris occurrẽtibus (cùm
ſit omninò contrarium inter horum Conſiliorũ
Senatores) facilè decipi potuit hoc facti errore,
quod excuſabile eſt in quolibet homine pruden-
88 te, † Vt habetur in l. ſi. ff. pro ſuo, l. regula ff. de iu-
ris, & facti ignorant. §. ſi quis agens, Inſtit. de act.
Ioan. Cæphal. conſ. 137. nu. 76. tom. 1.

Ex quo reſultàt facti errore cõſenſum exclu-
89 cludi, † l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omnium Iu-
dicum, Alexan. conſ. 23. nu. 10. lib. 7. Maria. Soc.
Iunior conſ. 3. nu. 28. vol. 2. & vt aiunt DD. nulla
90 eſt in errante voluntas, † vt conſtat ex l. cũ teſta-
mentum, l. non idcircò C. de iuris, & facti ignor.
l. ſed hoc ita ff. de aqua plu. arcen. Rolãd. à Val-
le conſ. 32. n. 70. lib. 4. & dũ agit de damnó vitã-
do, licet vtiq; vel facti proprij errorem allegare,
91 & opponere, † vt docent gloſ. Bart. & DD. in l.
cùm in debito ff. de probat. Alban. conſ. 81. nu. 6.
Decius cõſ. 63. in fine tom. 1. cap. noſti, de electio.

Et quàmuis abſq; prædicta falſa cauſa, & er-
rore, & non facta proteſtatione præceſſiſſet, ad-
huc non potuit præiudicare priuilegijs, & præ-
rogatiuis dicti Conſilij, neq; eius Regẽtiæ, nàm
92 vt ſingulaitèr dixit Tiberius Decianus † dicto
conſ. 21. num. 10. lib. 1. quem ſequitur Menoch.
allegat. conſ. 902. nu. 81. per text. in l. 1. §. huius
ſtudij, ff. de iuſtitia, & iure, ea, quæ pertinent ad
Dignitates, & Magiſtratus ſunt publici iuris, &
præcipuè prælationes, & præcedentiæ, & ita hæ
non pendent à voluntate partium, ſed à diſpoſi-
tione iuris communis, aut generalis Conſuetu-
93 dinis, † & ideò habẽs aliquem Magiſtratum, nõ
poteſt proprio facto mutare ſtatum, & ordinem
eius, Tiber. Decia. d. conſ. 21. num. 69. & conſ. 19.
nu. 40. & ſequent. lib. 3. Menochius vbi proximè
nu. 80. Steph. Grat. tom. 2. diſcept. forẽſ. cap. 298.
nu. 9. pag. 413. Valdes de dignitate Regum Re-
gnorum Hiſp. cap. 3. nu. 14 fol. 301 cap. 2. de do-
nationibus, ibi: *facere verò deteriorem non de-*
94 *bet.* † Cùm directè ad Regiam Maieſtatem ſpe-
ctet honor, & conſeruatio prærogatiuarum, &
præcedentiarum Dignitatis, quam confert, vt in
alio propoſito dixit S. Greg. Nazianzenus, & Io-
annes Ekius, ille in oratione funebre de laudi-
bus Diui Athanaſij, iſte in feſto omnium San-
ctorum homil. 1. parte 2. nu. 1.

Et omnis ceſſat difficultas ex eo, quòd tunc nõ
interuenit, vt nunc repræſentans in dicto cætu
prædictum ſupremum Italiæ Conſilium, pro quo
eſt illi cætui interuenturus, propter nominatio-
nem ſuæ Maieſtatis beneficio factam prædicto
Regenti Valenzuela, nàm qualitas, quæ ſuper-
uenit ſubiecto, quã Philoſophi hoc termino. *En-*
te, ſignificant, qui conſtituit vnum quaſi nouum
95 ſubiectum, & ens, & ponit in diuerſa natura, † vt
habetur in cap. ſtatutum, de elect. lib. 6. c. cùm
Marthæ §. quæſitum de celebrat. Miſſ. Hyppo-
lit. de Marſil. ſingul. 52. Menoch. lib. 1. de ar-
bitr. iudic. q. 52. nu. 18. & de recup. poſſ. rem. 6.
nu. 8. Surd. de alim. tit. 5. q. 3. nu. 21. & tit. 9. q. 29.
96 nu. 12. † & conſtituit ſpeciem diuerſam ab eo,
ꝙ prius erat, ut probatur in c. licèt Canon, cap.
ſtatutum de elect. lib. 6. l. apud Labeonem §. ſi
quis ff. de iniurijs, l. mariti §. fin. ff. ad l. Iul. de
adult. Boer. conſ. 20. num. 40. Hyppoly. de Marſ.
conſ. 7. nu. 58. Menoch. d. lib. 1. de arbi. q. 11. nu.
13. & ex Bart. in l. ſi quis poſthumum, §. ſi filiũ
in fine tradunt Natta conſ. 365. num. 18. Bero.
conſ. 128. nu. 12. lib. 2. Ioan. Cror. conſ. 50. num. 8.
Steph. Grat. tomo 3. diſcept. c. 314 nu. 36. & to.
5. cap. 854. nu. 52. Marzat. d. conſ. 26. nu. 28. non
alitèr atq; in iure diſpoſitũ eſt, ut una, & eadem
res, aut perſona diuerſimodè poſſit cenſeri, di-
97 uerſo iure, aut reſpectibus concurrentibus † ut
probatur in l. miles §. pro parte ff. de leg. 2. Mo-
noch. conſ. 902. nu. 71.

Et ita ſolùm attendendus eſt ſtatus, in quo ad
præſens inuenitur Regens Valenzuela propter
nominationem eius factam à Regia Maieſtate
ad prædictum cætum, ut hoc nouo iure debeat
in ea cuilibet Portugalliæ Conſiliario, ſiuè Au-
ditori præferri, iuxta ſingularem Iuriſconſ. Papi-
98 niani deciſionem † in l. ſi filius. 42. §. 1. ff. de bo-
nis libert. ibi *ei, qui alio iure venit, quam eo, quod*
amiſit, non nocet id quod perdidit, ſed prodeſt
id, quod habet, ſic edictum eſt patrono, eidemq;
patro-

Digitized by Google

patroni filio non obeſſe, quò ſi quaſi patronus deliquit, ſi vt patroni filius venire poſſis, iuncta l. & an eadem ff. de except. rei iud. optimè Valdeſius d. tract. de dign. Regum, Regnorumque Hiſpan. cap. 3. num. 17. verſic. *tertio*. l. ſi mater §. eandem eodem tit: ibi: *Alia enim cauſa fuit prioris dominij, hæc noua, nunc acceſſit, itaque acquiſitum quidem poſtea dominium aliam cauſam facit*, quod plenius in hoc caſu procedit, nàm in eo, vt ſatis in iure fundatum manet, prædictus Regens Valenzuela nec amiſit, nec amittere vllatenus potuit prærogatiuas, & præcedentiam ſui Italici Senatus, aut ſibi, vt tali Regenti debitas.

Hoc viſum eſt expediens, vt ad maiorem prædicti cætus inſtructionem Iure fundaretur, attento, quòd cauſa præcedentiæ iudicatur ma-
99 gni præiudicij, † vt tenet Puteus deciſ. Rotæ 44. lib. 2. & dec. 6. lib. 3. Seraph. dec. 22. numer. 5. & deciſ. 81. num. 1. Hierony.n. Gonz. ad reg. 8. Cancell. in proœmio §. 4. num. 30. Steph. Grat. tomo 5. diſcept. cap. 845. num. 2. Anellus Amat. d. cõſil. 30. numer. 12. & 13. ac per conſequens permiſſum in iure, eam rationis, iuſtitiæ, & iuris
100 remedijs defendere, † vt conſtat ex cap. licet ſecundò diſt. 45. cap. principium de pœnit. diſt. 1. Ioan. Faber in §. alia. verſic. *altiori loco*, Inſtitut. de bonorum poſſeſſ. Petrus Gerar. ſingul. 33. Caſſan. in cathal. glor. mundi part. 1. conſid. 9. Ioan. Garz. de expenſ. & melior. cap. 8. num. 51. Tiraquell. de nobil. cap. 20. num. 51. vt Sacri Canones diſponunt, & DD. reſoluunt, & intentatum eſt fundare in præsẽti diſcurſu. Saluo, &c. Madriti 18. die Decembris anni 1627.

F I N I S.

ADDITIONES ALIQVAE
AD PRIMVM VOLVMEN
CONSILIORVM D. REGENTIS
IO. BAPTISTAE VALENZVELA
V E L A Z Q V E Z.

CONS. 1. *Num.* 10. Ipſe D. Auguſtinus in libro confeſſionum, vbi propriã vitam, doctrinamq; luculentèr, cùm aliud agere videretur, expreſſit.

Num. 11. Idem D. Auguſtin. lib. 5. confeſſ. cap. 7. Pater Magiſter Fr. Ioan. Marquez in lib. de orig. Fratrum Eremit. S. Auguſt. c. 5. 6. 9. & duob. ſeqq. Theatrum vitæ humanæ vol. 16. lib. 1. pag. 3012.

Num. 12. Adde Bapt. Fulgoſ. lib. 8. c. 7. Theat. vitæ humanæ vol. 1. lib. 3. pag. 3825. & lib. 4. pag. 3860. Bernard. Saccus hiſt. Ticinenſi lib. 10. c. 2.

Num. 25. Adde, quòd ordo ille debet præcedare, qui fuit primò inſtitutus, & approbatus, vt per Farinac. dec. Rotæ 26. nu. 2. tom. 1. par. 2. nouitèr nouiſſ. qui hac de cauſa aſſerit, quod Ordo Carmelitarum, quia prius inſtitutus, & approbatus debet præcedere Ordinem Fratrum S. Mariæ de Mercede, ſuper quo eſt bulla Clem. Papæ VIII. quæ incipit Romanum Pontificem. Datum 15. Nouemb. 1602. cuius meminere Iacob. Caſtell. in comp. conſtit. Pontificum fol. 220. Marquez vbi proximè c. 20. §. 2. in fine.

Num. 44. Adde Iacob. Philipp. Port. conſ. 164. nu. 66. & ſeq. vbi probat ex plurii authoritate, quòd Diuus Auguſtinus ſub Theodoſio iuniore floruit, deceſſiſſe autèm putauit anno ab Vrbe condita 1187. quod incidit in annum Natiuitatis Domini 434. conſuluit tamèn pro monachis D. Benedicti.

Num. 45. Pater Marquez d. cap. 5. in princ. & §. 3. & ſequentibus.

Num. 47. Pater Marquez latè cap. 2. & 3.

Num. 72. Adde Bernard. Saccũ in hiſtor. Ticinen. lib. 10. c. 3. Theat. vitæ hum. vol. 1. lib. 2. pag. 173. & vol. 7. lib. 2. p. 1677. & vol. 27. li. 3. p. 4135. & ſeq.

Num. 80. Vndè Oldrad. conſ. 190. incip. thema tale eſt, probat, quòd Mendicantes, & Fratres Heremitæ S. Auguſtini domos, vel loca ad habitandum poſſunt de nouo conſtruere.

CONS. 2. *Num.* 9. Adde, quòd Franciſc. Beccius conſ. 5. nu. 2. lib. 1. probat, quòd liber Theſaurarij facit fidem, & præſumitur verus, & ad eum recurritur tanquàm ad ſpeculum veritatis per tex. in l. 1. C. de exact. tribut. lib. 10.

Num. 92. Vndè Bald. conſ. 52. nu. 5. vol. 5. ait, quòd adito vno Iudice, alius non poteſt adiri, vt C. de aſſert. tollend. l. 1. in fin. durante iudicio rectè inchoato, ſecùs ſi nõ duraret, vt in l. ſi vt proponis C. quomodò, & quandò Iudex.

CONS. 5. *Num.* 2. Latè Saluian. lib. 3. ad Eccleſiã catholicam.

Num. 17. Sic etiàm pactũ de hæreditate viuentis eſt improbatum à iure, l. fin. C. de pact. l. quidã in iure cum l. ſeq. ff. de donat. Bald. conſ. 6. incip. punctus talis eſt nu. 1. vol. 3. dicens, non eſſe dubium de amiſſione iuris hereditarij ſpectantis ad paciſcẽtes, quia illud amittunt ex dictis legibus, & l. 2. §. fin. ff. de his, quibus vt indig. & notatur in d. l. fin. C. de pact. ſuper verbo *obſeruari*.

Num. 58. Adde, quòd verbum *liberè* excludit impedimentum, & requiſitionẽ alterius, notat Ant. de Butrio in cap. 1. not. 3. de offic. ordin. Decius conſ. 359. nu. 5. facit text. in cap. ſtatuimus de regularib. & ibi Abb.

CONS. 6. *Num* 35. Adde, quòd ſententia lata à præcipiti feſtinatione non valet, Bald. conſ. 204. incip. longum thema nu. 3. vol. 3. quia impoſſibile eſt, totum proceſſum in vna die expediri, vt notatur in l. ſed & ſi prætorem §. quotiès ff. ex quibus cauſis maiores.

CONS. 7. *Num.* 7. Adde Bald. conſ. 206. incip. caſus talis eſt nu. 3. & 4. vol. 3. Steph. Bertran. conſ. 93. nu. 1. & 3. vol. 3. Franc. Vegg. conſ. 62. nu. 22. & ſequentibus.

CONS. 9. *Num.* 23. Ioan. de Imol. in c. is, qui nũ. 6. de ſolut.

CONS. 10 *Num.* 31. Latè Tiraquell. tract. ceſſante cauſa limit. 20. nu. 5.

CONS. 12. *Num.* 14. Adde, quòd Gerard. Maynar. deciſ. Tholoſ. 14. nu. 4. lib. 5. dixit, quòd obedientia, quam parentibus liberi debent, eſt præcepti, ſed ingreſſus in monaſterium ſaltim eſt conſilij.

Num. 34. Concernunt, quæ tradit Aluar. Valaſc. conſult. 60.

CONS. 14. *Num.* 50. Adde Decium conſil. 340. tomo 2.

CONS. 17. *Num.* 1. Adde Parlador. lib. 2. rerum quotid.

Digitized by Google

quotid. cap. fin. par. 5. §. 9. num. 24.

Num. 6. Adde Bertran. conſ. 100. vol. 3.

CONS. 18. Adde, quòd ſecundùm hoc conſilium fuit demùm ſententiatum ad fauorem Donnæ Beatricis de Perea, & Segarra, ſuarumq; ſororũ, quarum hæredes anno 1631. adhùc erant in poſſeſſione, vel quaſi Capellæ, & iuriũ ſepeliendi in ea, liſque pendet in Romana Curia, ad quam fuit appellatũ pro parte Capituli Ciuitatis Murciæ, & ſuæ Cathedralis.

Num. 106. Facit, quod habetur lib. 2. Machab. cap. 5. Iaſonem Oniæ fratrem, qui malis artibus ſummum ſacerdotium Iudæorum adipiſci concupiuerat, Lacedemonas profectum, quaſi pro cognatione refugium ibi habiturus, quia inſepultos multos abiecerat, ipſum illamentatũ, & inſepultum abiectum eſſe ſepultura neque peregrina vſum, neque patrio ſepulchro participantem.

Num. 113. Adde Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. nu. 48.

CONS. 19. *Num.* 33. Adde, quòd Vinc. de Fräch. deciſ. 555. num. 5. tenuit, quòd clericus tanquàm turbans iuriſdictionem Iudicis laici accipiendo rem litigioſam videtur poſſe conueniri coram Iudice laico.

CONS. 20. *Num.* 17. Adde Bald. conſ. 71. num. 5. lib. 1.

Num. 22. Adde Bal. conſ. 241. vol. 2. Paul. Staiban. conſ. 21. num. 2.

Num. 26. Adde Carol. Ruin. conſ. 191. num. 11. vol. 1. Paul. Staiban. conſ. 20. num. 2. & conſ. 21. num. 1.

CONS. 21. *Num.* 4. Adde Stephan. Bertran. conſ. 77. viſo proceſſu nu. 19. vol. 1.

CONS. 22. *Num.* 41. Vndè Plato cùm virtutis eſſet adeò ſtudioſus rectam ſemper educationem, & Inſtitutionem commendat, quoniàm ea morbos animi emendet, proboſque reddat homines, vt ex libris de legibus, ac de Republica conſtat, Sebaſtian Foxius in comment. ad Platonem in 4. parte Timæi.

CONS. 23. *Num.* 167. Adde Bald. conſ. 192. incip. fratres num. 2. vol. 3.

CONS. 25. *Num.* 11. Vndè Sebaſtianus Foxius ſuper illud Platonis in Timæo par. 4. *Atra verò bili permixta, cùm diuiniſſimos capitis meatus illabitur diſſipare eos ſolet, atque turbare*, ait indicari à Platone epilepſiam, cuius triplicem locum ſtatuit Galenus, Primò quidèm atra bilis per ſe ſola, vel ſucco pituitoſo mixta, ſi cerebri meatus, ſeù ventriculos illabatur, epilepſiam, id eſt comitialem morbum efficit, cuius morbi potiſſima cauſa, ſi Galeno credimus, eſt, quòd craſſus aliquis humor meatuum cerebri ſpiritus obſtruat, humor autèm ille tùm craſſa pituita, tùm craſſa melancholia eſſe poterit; vndè melancholici magna ex parte comitiali vexantur. Huiuſmodi morbum alij caducum, alij epilepſiam vocant, quòd illo affecti proſternantur, dùm humor idẽ craſſus cerebri ventriculos obſtruens animales ſpiritus cohibet. quarè hunc morbum Plato intelligens diuiniſſimos capitis meatus atra bili cũ pituita permixta turbari ait, quaſi diceret cerebri, in quo hominis diuiniſſima pars, ideſt ratio ineſt, ventriculos humore illo craſſo obſtrui, atque ita ſpiritus cohiberi.

Curationis autem iſtius morbi inſolitæ, nè dicam rigidæ videtur meminiſſe Iuo Carnotenſis epiſtola 231. in illis verbis: De cætero ſi monachi illius tranſgreſſionem, qui ſe propter epilepſiam curandam eunuchizauit, ſecundùm rigorem canonum animaduertere vultis, nec ad altiorem gradum promoueri poterit, nec in eo, in quo erat ordine miniſtrabit, quod ſicut benè noſtis ei non interdiceretur, ſi ſectus eſſet à medicis, ſi enim ſecundùm Nicenos canones illi ab eccleſiaſticis officijs remouentur, qui ſe abſcindunt obtentu ſeruandæ caſtitatis, multò magis illi remouendi ſunt, qui ſe eunuchizant cauſa curandæ corporalis ægritudinis: ad quod pertinet, quod in cap. ex parte tit. de corpore vitiatis ordinandis vel non, dicitur ab Innocent. III. præsbyterum, qui nè in lepram incideret, de conſilio medici virilia ſibi fecit abſcindi liberam habere facultatem exequendi ſui miniſterij, nam & Aetius ſcribit lib. 13. cap. 125. caſtratos hoc lepræ morbo non laborare, Theodorus autèm Balſamo ad Apoſtol. cano. 23. refert, plurimos homines paulò conſideratiores, qui filios ſuos caſtraturi erãt, ad Eccleſiam accedere ſolitos, & morbum, & teſticulorum abſciſſionem aperire, idem tamèn ad cap. 1. Nicenæ Synodi teſtatur ſe nullum vidiſſe ſuo tempore ſacris initiatum, cui propter morbũ permiſſum erat, vt caſtraretur, licèt multi hoc ſynodicè expetierint.

CONS. 26. *Num.* 17. Adde Bald. conſ. 49. lib. 1.

CONS. 27. *num.* 30. Quarè confeſſio Aduocati parti non præiudicat, adeò vt eam poſſit liberè reuocare abſque eo, quòd neceſſarium ſit probare eſſe erroneam, Abb. in cap. cùm cauſam num. 2. verſic. *ſecundò nota* de appellat. Speculat. tit. de Aduocato §. iàm nunc videndum num. 8. verſ. *ex præmiſſis ergò patet*, & tit. de confeſſis §. poſtremò nu. 1. verſ. *ſi verò*.

CONS. 29. *Num.* 4. Adde Bald. conſ. 26. incipien. punctus nu. 2. vol. 3.

Num. 61. Adde Farinac. deciſ. 242. nu. 16. & ſeqq. in impreſſis poſt lib. 2. reſponſorum.

CONS. 31. *Num.* 2. Adde, quòd Enemundus Bonefidius in libro Iuris Orientalis adducit conſtitutionem, licèt malam, Nicephori Botaniatæ de ſolutione matrimonij ob furorem coniugis, dicentis, quòd Imperatoris Philoſophi nouella ſtatuit, vt viro triennium duret, neque intra illud, poſtquàm vxor furere cœperit coniugium dirimat, mulier autèm niſi quinquennium prætierierit, à furente marito non ſeparetur.

CONS. 32. *Num.* 132. Vndè Bald. conſ. 9. incip. ad euidentiam num. 2. vol. 3. ait, quòd ad excuſandam ignorantiam idem operatur habere figurã eſſe, quod operatur, verum eſſe, ſicut mandatum reuocatum, quod habet figuram eſſe, idem operatur ad excuſandum ignorantem, quod operatur non reuocatum habens verum eſſe, l. eius, qui in Prouincia ff. ſi certum petatur, l. cùm quis §. iuſtè ff. de ſolut. iuſtè enim ignorat quid mutatum eſſe, quod olim fuit, nec præſumitur mutatum, niſi probetur, l. ſi pupillus §. proſcribere ff. de inſtitor. actio. & quia factum alienum ma-

ximè

ximè occultum præſumitur ignoratum, niſi probetur, quem certificatum, l. ſi fideiuſſor ff. mandati, l. fin. ff. pro ſuo, & quia ignorantia iuſta, ſiuè iniuſta excuſat à pœna corporali ſecundùm Bald. vbi proximè num. 3.

CONS. 33. Num. 5. Adde Stephan. Bertrand. conſ. 133. incip. perceptio decimarum vol. 1.

Num. 10. Hinc eſt, quòd etiàm conſuetudo loci, ad quem alius locus eſt vnitus, ſeruatur etiàm in loco vnito, vt poſt Paul. Caſtrenſ. conſ. 379. incip. quantùm ad illam vol. 1. & Aym. Crauett. de antiquit. tempor. 4. par. §. tranſeo, poſt num. 55. tradit Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei §. cùm ita 4. par. num. 262. ff. ad Senat. Conſult. Trebellian.

Num. 90. Adde Auguſt. Beroium in cap. ad aures nu. 6. de reſcript.

Num. 188. Adde quòd Philipp. Beroald. in commentar. ad L. Apuleium lib. 5. metamorph. ex Marco Varrone, & Plinio ait, quòd ſaliua, & morſus Caprarum eſt arborum venenum, oliuamqꝫ quam lambeſcit Capra ſtatim ſterileſcere, Marius Muta ad pragmat. 20. Regni Siciliæ de prohibita macellatio. anim. tit. 55. num. 63. & pragmat. 1. de prohibita inciſione oliuarum num. 4.

Num. 214. Facit l. 4. §. final. ff. de actio. empt. ibi, *non poteſt æſtimari bonitas loci, qui non extat*, l. in omni ferè iure 13 ff de adoptionib. ibi, *finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino iure remanet veſtigium*, §. inter eos quoque, Inſtit. de nuptijs, ibi, *cùm per emancipationem adoptio ſit reſoluta, poterit eam vxorem ducere*, §. hæc conſtitutio, Inſtit. de eo, qui libertatis cauſa, vbi Imperator inquit: *hæc conſtitutio libertatum tuendarum cauſa introducta eſt*, ergò ſi libertates nullæ datæ ſunt, ceſſat hæc conſtitutio.

CONS. 34. Adde, quòd Canonicus maior ordine etiàm quòd poſteà ſit receptus præfertur ex d. c. ſtatuimus de maiorit. & obedient. non obſtante cõſuetudine cõtraria, vt reſoluit Steph. Gratian. deciſ. Marchiæ 16. nu. 1. & 7. vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, pro quo adducit declarationem Sacræ Congregationis Rituum, cuius tenor talis eſt, cùm ſecundùm cuiuſque dignitatem quilibet in ſede ſit honorandus, & qui prior eſt in ordine, in loco etiàm præmitti debeat, declarauit ſacrorum Rituum Congregatio, Canonicos, qui in ordine præsbyterali conſtituti canonicatum præsbyteralem obtinuerint in choro, capitulo, proceſſionibus, & ſeſſionibus, præcedere debere Canonicos in diaconatu, vel ſubdiaconatu conſtitutos, canonicatus diaconales, aut ſubdiaconales obtinentes etiàm ſi poſteà fuerint in Eccleſia admiſſi, & recepti, non obſtante conſuetudine Eccleſiæ, quę tanquàm abuſiua, atque improbata non debet admitti, Ioan. Aloyſ. Ricc. collect. deciſ. 147. par. 1.

Num 35. Latè in materia Marc. Anton. Natta conſ. 351. nu. 1. & ſeqq. tom. 2.

Num. 36. Ad quod facit, quòd magiſtratui non competit adminiſtratio, antequàm ingrediatur Prouinciam, & iuret de benè adminiſtrando officium, Marc. Anton. Natta vbi proximè, Bald. in l. meminiſſe lect. 5. in fin. ff. de offic. Proconſ. & Legati, Angel. in authent. vt Iudices ſinè quoquò ſuffragio, §. iuſiurandum collat. 2. dicens, quòd poteſtas tunc habet iuriſdictionem, non cùm ciuitatem ingreditur, ſed poſtquàm iurat, & adminiſtratio ſibi decernitur, cùm ſit de iure, quòd adminiſtratores debeant iurare, antequàm incipiant adminiſtrare, §. ſic igitur, & d. §. iuſiurandum, in Auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuffragio, & in Auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationem accipiunt, & ita intelligẽda venit l. 2. ff. de offic. Præfect. Auguſtal. quæ tractat de Præfecto Ægypti, vt eius poteſtas ceſſaret, ſucceſſore in Alexandriam ingreſſo, quæ caput erat illius Prouinciæ, vt dicit gloſ. fin. ibi Odofred. & Fulgoſ. & habetur deciſ. 8. Regentis Reuerterij in manuſcript. Neap. tom. 4. tangitqꝫ Vinc. de Franch. deciſ. 393. nu. 1. Marc. Ant. Surg. lib. 1. de Neapol. illuſtr. cap. 25. nu. 18. Io. Franc. de Ponte de poteſt Proreg. tit. de aſſenſib. regijs §. 5. nu. 15. & Maſtrill. alios allegans de magiſtrat. lib. 5. cap. 6. num. 106. & ſeqq. D. Regens Fuluius Conſtantius in l. 1. nu. 27. C. de conſulib. lib. 11.

CONS. 34. *Num. 35. & ſeq.* Quòd Canonicus, qui præuenit in apprehendenda poſſeſſione præcedat alios, quàmuis anteriores in prouiſione, ex cap. 1. de maiorit. & obedient. Bald. in cap. cùm olim in princ. de conſuet. Rota deciſ. 2. eod. tit. in nouis, tradunt Paul. Æmil. Verall. deciſ. Rotæ 357. num. 1. lib. 2. Stephan. Gratian. in addit. ad deciſ. Marchiæ 16. num. 1. & 2. quæ ſunt impreſſæ poſt tom. 1. diſceptat. forenſ. Renat. Choppin. lib. 1. de ſacra politia tit. 8. num. 10. pag. mihi 203. dicens, quoniàm ex antedictis ſeſſionis ordinem in ſacro ſodalitio poſſeſſione metimur vetuſtiori ſubnotandum, hanc honoris prærogatiuam non ſola acquiri in collegiũ receptione, niſi eam mox ſequatur eccleſiaſtici muneris functio, & exercitium. Vt enim profana obitèr cum ſacris, Regiaqꝫ munera conferamus, iudicatum eſt in ſupremo Tribunali, Senatorem, qui prior in Senatum lectus, ac receptus ſit, honoris tamẽ gradu alteri poſtponi, qui antequàm ille actu gereret Magiſtratum, interim adſcitus in ſenatorium ordinem munere ſuo dietim fungeretur, nam quod vulgò ferunt, antiquiorem eum haberi, quem ordo approbarit, admiſerit, Bart. in l. qui ad tempus ff. de decur. Decius reſpon. 161. hoc ita accipi debet, ſi receptus munus ſuum obeat, & ipſa re adminiſtret.

CONS. 35. Adde Bertrand. conſ. 200. nu. 1. & conſ. 318. nu. 4. vol. 3.

Num. 48. Adde, quòd Manfredus cùm ſe tutorem feciſſet Corradini filij Corradi Imperatoris, cõficta demùm illius morte, Regnum Neapolis occupauit, donec Caroli Andegauẽſis armis, & Regni detentione ſimul cum vita priuatus extitit, Summont. lib. 2. hiſtor. Neapolis, Scipio Mazzella in vita Manfredi, & Carolus Henning. Arniſæ. lib. 2. de Republica cap. 2. ſectio. 4. numer. 149.

Num. 51. *in fin.* Adde Petrum Gregor. lib. 26. de Republ. cap. 5. nu. 3.

Num. 52. Hieron. Blancas in comment. rerũ Aragonenſiũ in interregno per mortem Regis Martini pag. 220.

CONS. 37. *Num.* 5. Adde, quòd decimæ ſemper regulantur iuxta diſtrictum villæ, aut loci, in quo eſt Parochialis Eccleſia, cap. ſignificauit de parochijs, cap. cùm ſint homines de decim. Calderin. conſ. 2. de decim. Beroius conſ. 20. num. 2. lib. 1. Bald. conſ. 286. num. 4. verſ. *maximè quia dicunt* lib. 2. Felin. in cap. iudicante nu. 6. verſ. *& dicit Geminia.* de præſcript. Hieronym. de Monte tract. finium regundorum cap. 75. num. 6. nàm ius decimale iuriſdictioni æquiparatur, Bald. in cap. Imperialem §. prætereà Ducatus num. 4. de prohib. feud. alien. per Feder.

Num. 28. Adde Carol. Ruin. conſ. 59. nu. 8. vol. 3. & Bertran. conſ. 101. à nu. 1. lib. 3.

Num. 36. Facit, quòd vbi eſt modica abſentia Parochiani, habetur, ac ſi foret præſens, vt argum. l. diuortium ff. de diuort. in qua diuortium dicitur non eſſe verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diſſentionem fit, & ibi, ſi breui reuerſa vxor eſt, nec diuertiſſe videtur tradit Cabedo deciſ. Portug. 91. nu. 9. par. 1.

Num. 37. Adde, quòd qui diſcedit animo reuertendi, eſt habendus pro præſente, l. poſtliminio §. captiuis, & l. nihil ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. 3. ff. de diuort. Bartol. ſingul. 300. nu. 1. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudicum caſu 42. nu. 15. Blanc. tractatu de compromiſſis quæſt. 7. verſic. *abſentia* num. 29. Boerius deciſ. 88. nu. 2. latè Hieronym. Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ gloſ. 34. num. 1. vſquè ad num. 12. ſemper enim (vt vulgo aſſeritur) perſona dicitur eſſe vbi amat, non vbi animat, ideſt non vbi perſonalitèr reſidet, ſed quò eſt reuerſura, Bald. in authent. habita num. 21. in fine C. nè filius pro patre, Stephan. Gratian. tom. 5. diſceptationum forenſium cap. 944. num. 33. & ſeq. cùm non dicatur mutare ſedem, qui non mutat mentem, Ancharan. in cap. præſenti num. 1. verſ. *hinc dicitur* de præbend. lib. 6.

CONS. 38. *Num.* 15. Vndè Bald. conſ. 38. num. 11. volum. 2. ait, quòd perſonalis actio non ſequitur fundum, nec eius poſſeſſorem.

CONS. 39. *Num.* 2. Adde, quòd ſicut ex iuſta cauſa alicui interdicitur commercium alicuius loci, l. cui petitio ff. de ſeruis exportand. l. moris ff. de pœnis, Petrus de Ancharan. conſ. 204. numer. 5. ita & Rex poteſt prohibere commercium rerum ſui Regni, & territorij certo generi perſonarum, vt notatur in l. penult. C. de contrahend. emptio. & in l. 1. C. non licere habitato. metroco. lib. 11. Petrus de Anchar. conſ. 155. num. 6.

Num. 29. Adde, quòd Speculator tit. de emptio. & venditio. §. nunc videndum dixit, quòd vbi decretum inuenitur appoſitum, omnia præſumuntur ſolennitèr acta, Bald. conſ. 184. num. 2. volum. 2.

CONS. 40. *Num.* 38. Adde Decium conſ. 1. nu. 1. & ſequentibus.

CONS. 41. De materia iſtius conſilij vide Bald. conſ. 240. volum. 3. Petrum de Anchar. conſ. 488. num. 1.

Num. 14. Quòd vxor non ſit reſtituenda viro propter eius ſæuitiam, etiàm verborum tradit Franciſc. Monal. conſ. 44. num. 3.

Num. 55. Adde Bald. conſ. 3. nu. 5. vol. 1.

CONS. 42. *Num.* 7. Vndè Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius de teſtament. ſuper verbo *& vxorem nomine Adelaſiam* num. 242. reſoluit, quòd Iudex ſæcularis de bonis mobilibus clericorum non poteſt ſe intromittere, & ex Oldrad. conſ. 17. incipiente thema tale eſt, quidam clericus, tradit Tiber. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 11. num. 3. ponderans in argumentum l. ſi captiui §. expulſus ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.

Num. 31. Adde Bertrand. conſil. 121. numer. 1. libro 3.

CONS. 43. *Num.* 155. Adde Petr. Philip. Corne. conſ. 193. num. 16. & per totum conſilium, qui latè in materia.

CONS. 44. *Num.* 9. Adde Bald. conſil. 134. nu. 2. & conſil. 135. num. 1. volum. 3. vbi late probat, quòd poſſeſſio auferri non poteſt à poſſeſſore non citato, l. meminerint C. vndè vi, & notatur in l. ſi quis in tantam eod. tit. & l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo.

CONS. 45. *Num.* 1. Adde Bertrand. conſil. 36. libro 2.

Num. 4. Latè in materia Menoch. conſil. 477. libro 5.

CONS. 47 *Num.* 6. Oldrad. conſil. 140. verſ. *primò* dicens, quod in conſtitutione Ioannis Papæ XXII. quæ incipit, ſuſcepti regiminis, titulo de electione cauetur expreſſè, quòd in Eccleſijs, in quibus ex conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto fructus beneficiorum vacantium primi, vel ſecundi anni alterius cuiuſcunque, defuncto debentur in Eccleſijs, vel partibus, in quibus decimarum taxatio non eſt facta, fructus, & obuentiones huius beneficij tunc vacantis per medium diuidantur, quorum medietatem habeat defunctus, aliam medietatem verò is, cui beneficium confertur, & concludit, habere locum in præſtimonijs per plura fundamenta.

CONS. 49. *Num* 16. Vndè Franciſc. Beccius conſ. 87. incip. Camillus num. 2. volum. 1. ait, quod eligens vnum beneficium, videtur alteri renunciare, l. vltima C. de codicill. facit quod ſcribit Decius conſil. 146. numer. 6. inquiens, quod ſi creditor, qui poteſt propria auctoritate accipere bona debitoris ex pacto, vadat ad Iudicē, præiudicat ſibi, nè poſteà hoc propria auctoritate facere poſſit, iuxta illud, viam, quam qui ſibi elegit, hæc ſibi pateat.

CONS. 50. *Num.* 8. Adde, quòd Coadiutor Curiæ, qui in Regno Neapolis eſt loco fiſcalis in Curijs inferioribus, ſeù Baronalibus, quandò illicitè moleſtat inquirendo, poteſt condemnari in expenſis, Ioan. Vincent. de Anna ſingul. 97.

CONS. 51. *Num.* 53. Facit, quòd per vnicum actum efficacem acquiritur poſſeſſio, vt not. Innoc. in cap. 1. de in integrum reſt. 1. Bald. conſ. 225. in cauſa, quæ vertitur nu. 4. vol. 3.

CONS 52. *Num.* 76. Adde Bertrand. conſ. 11. nu. num. 1. & 3. lib. 2.

CONS. 54. *Num.* 6. Et ex l. ſtipendia C. de exequut. rei iudic. ita reſoluit Ancharan. conſ. 378. num. 2.

CONS.

CONS. 55. *Num.* 33. Habitator quis propriè dicatur, vide Bald.conſ.198.nu.3.& 4.vol.2. DD.in l.ciues C. de incol. lib.10. Thom. Gram. deciſ. Neap.37. Annot.ad cap.53. Regni Neap. Regiæ, & Cathol. Maieſt.

Num. 74. Adde l.fin.ff.de decret.ab ord.faciend. l.2. & ibi Bald. C.de eunuchis, Marc.Ant.Natta conſ.514.nu.17.

CONS. 58. Vide in materia illius cap.licèt Epiſcopus, vbi DD.de præbend. lib.6. cap.in literis de reſtit. ſpoliat. Lap.allegat.103. Achill.de Graſſis deciſ.Rotæ 32.de appell.nu.4. Ioan.Aloyſ.Ricc. deciſ.Curiæ Archiep.Neapo.132.nu.4.

Num. 24. Adde Chaſſan.conſ.47.nu.5.

CONS. 59. *Num.* 20. Adde Ioan.Cæphal.conſ.18. nu.23.lib.1.

Num. 21. Facit, quod ſubditorum intereſt non mutare dominum, Abb. in cap. expoſuit nobis num.17.de dilatio. & in cap.cùm ſuper, eodem numero de ſentent.& re iudic. & in cap.ad audientiam num.1 ʒ.in cap.auditis num.20.de præſcript. ſicut ſubditorum intereſt habere bonum Prælatum, Abb.in cap.de priore num.1. de appellat.

CONS. 60. *Nu.* 67. Adde l.3.ff.quæ in fraud.cred. ibi, *verùm etiã ſi fortè data opera ad iudicium nõ adſuit, vel litem mori patiatur*, l.1.§.ait prætor eodem titulo, l ſi ſuſpecta colluſio, & ibi DD.ff.de inoffic. teſtam.

Num 73. Adde Ioan. de Amic. conſil. 55. numer.18.

CONS. 62. *Num.* 93. Adde Tiraq.tract.res inter alios actas nu.68.

CONS. 63. *Num.* 25. Adde Decium conſil. 87. num. 2.

Num. 164. Bald. conſil. 54. incip. proponitur numer.1. volum.3. vbi ait, quòd in bonis non feudalibus præferuntur vtrinque coniuncti, quia duæ rationes vincunt vnam, in Authent.de conſanguin. & vterinis fratribus in rubro, & nigro, & in Authent.defuncto, & Authent. ceſſante C. ad Senat.Conſ.Tertullian. ſed in feudo paterno non eſt ita, quia non intelligitur eſſe maior coniunctio propter ipſius feudi naturam, quæ reſpicit conſanguineos, & non vterinos, vt in tit. qui feud.dare poſſ.cap.1.§.cùm verò Corradus, idem Bald.conſ.122.nu.1.vol.3.

CONS. 64. *Num.* 4. Adde Bald.conſ.189. num.1. volum.3. vbi quærit, quid in poſtea quæſitis, & num.2.reſoluit, quòd etiàm ſi eſſet vetuſtior creditor ex cauſa non priuilegiata, & poſterior ex priuilegiata, vt eſt dotis, tunc in poſtea quæſitis cauſa dotis potior eſt, cùm enim natiuitas hypothecæ in idem tempus concurrat priuilegiatus, debet præferri non priuilegiato, ex notatis in l. fin. C. qui potiores in pignore habeantur, & ideò indubitantèr dotis cauſa potior eſt, argumento l. in rebus C. de iure dotium, cum notatis per Dynum in cap. qui prior de regul. iuris lib.6.

Num. 6. Adde, quòd allegans identitatem pecuniæ, debet eam probare, quod ſatis difficile eſt, vt ex Paulo Caſtrenſ. conſ.289.par.2. Franciſc. Vegg. conſ. 60. num. 13. tradit Cæſar Magent.deciſ.33.nu.14.

Num. 15. Adde Deci. conſ.6. num.2.

CONS. 66. *Num.* 3. Adde Bald. conſ. 319. incip. matrimonium num.1. volum.4. qui allegat Cynum in l.nupèr C.de natur.lib. Franciſc.Burſat. conſil.165. num.5.volum.2. Roman. conſil. 367. num.8. Ioan.Cæphal.conſ.276.num.33.volum.2. Pariſ. conſ.14. num.34. volum.1. Ioan.Franciſc. Purpurat. conſ.233. num.1. volum.1. Marc.Anton.Genuenſ. in practicabilib.Eccleſ quæſt.396. num. 2.

CONS. 67. *Num.* 2. Adde Alexand.conſ.104. nu. 4. vol. 5.

Num. 43. Adde, quòd procurator habens mandatum ad recipiendum ſolutionem nõ poteſt confiteri in præiudicium Domini, l.non abſtulit ff. de nouat. l.ſi debitorem eod.tit. Bald. conſ.131. nu.1. volum.3.

Num. 44. Adde, quòd Anchar. conſ.338. num.2. probat, quòd confeſſio de recepto non ſufficit, vbi receptio actualis requiritur, ponderans ad hoc l.ſi donatione C.de collationib. Auth. vndè ſi parens C. de inoffic. teſtament. l. ſi fortè ff.de caſtrenſi peculio, idem Ancharan. conſil. 443. num. 4.

Rurſus, quia debitor debet offerre debitum creditori congruo loco, & tempore, l. qui Romæ ff.de verbor.obligat. l.acceptam C.de vſur. non verbotènus, & ſi recuſat recipere, tunc coram teſtibus debet obteſtari, & demùm adire Iudicem, & pecuniam deponere, ac conſignare, d. l. acceptam, l.qui decem, l.ſi ſoluturus ff.de ſolut. Petrus de Anchar.conſ 86.nu.1.& 3.

CONS. 68. *Num.* 8. Facit l. ait prætor §. ſi Iudex ff.de re iudic. ibi, *Proinde eſt, ac ſi quantitatem nominauerit, quæ teſtamento, vel codicillis relicta eſt*, vbi Iaſ.notab.6. Rota deciſ.40.par.2.diuerſ. ſacri Palatij, quia ſententia declaratur per acta, quæ ſunt vehiculum ad eam, & videtur elicita de mente actorum, gloſ. in l. ſi quis ad exhibendum ff.de except.rei iudic. Bald. in cap. cùm ſuper nu.8. de ſentent. & re iudic. Oſaſc. deciſ. Pedemont.64. num.3. Menoch. conſ.110. num. 5. lib. 2.

CONS. 69. *Num.* 10. Adde Ioan. Vinc. de Anna conſ.139. nu.10.

Num. 131. Facit Curt. iunior conſ.65.num.17. vbi obſeruat, non legi, quòd Populus Romanus vſus fuerit clauſula *de plenitudine poteſtatis*.

Num. 144. Vndè Bald. conſ.3.num.2.volum.3. ait, quòd in foro conſcientiæ ſtandum eſt veritati, in foro autèm iudicij oportet, quòd ſeruemus ſcripturas, vt l.cum precibus C.de probationib. cum ſimilibus, facit reſolutio Petri Gregorij libro 5. partition. iuris canonici tit. 9. de accuſationibus cap. 2. quòd ſi in foro pœnitentiali quis fuerit abſolutus à confeſſore, quàmuis in eo foro non poſſit repeti vindicta, tamèn de eodem crimine ibi abſoluto ſæpè in iudicio contentioſo quæri ſolet ad imponendum pœnam legalem, quæ non impedit, vt nec publicam abſolutionem, iudicium, vel abſolutio fori pœnitentialis, cap.admonere 33.q.2.

Num. 204. Adde Fortun. Garzia de vltimo fine iuris lib.1.nu.1.

Num. 211. Vndè Conrad.Brun. tract.de hæretic.

cap. 11. num. 1. & ſeqq. probat, quòd nulla Reſpublica ſinè legibus, & iudicijs conſiſtere poteſt, ideòque Reſpublicæ tunc demùm optimè conſtitutæ videntur, cùm in his leges dominantur, vndè rectè Ariſtot. lib. 3. politicor. c. 7. & 12. probat, eum, qui legem præeſſe iubet, videri iubere, Deum præeſſe, qui autèm hominem iubet præeſſe, adiungit, & beſtiam.

Num. 240. Facit Diuus Gregorius lib. 5. moral. dicens: *Sæpè ipſa noſtra iuſtitia ad examen diuinæ Iuſtitiæ, deducta iniuſtitia eſt, & ſordet in diſtrictione Iudicis, quod in æſtimatione fulget operantis,* (& paulò Inferius) *humana iuſtitia, diuinæ iuſtitiæ comparata, iniuſtitia eſt, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in radijs ſolis poſita tenebratur.*

CONS. 70. *Num.* 76. Vndè Cælius Calcagninus in apologia pro Alphonſo Duce Ferrariæ ad Iulium Secundum pag. mihi 537. inquit, graue enim admodùm eſt, & periculoſum Vrbium ſtatus inueteratos præſertim, & longo tempore adultos, vel in melius commutare, atquè id vix fieri poteſt ſinè pernicie, & interitu populorum, ſicut quidam etiàm morbi, qui in aſſuetudinem abiere, curari non poſſunt ſinè totius corporis periculo, vt plerunque ſatius ſit prætermittere, quàm tantum diſcriminis adire, dicente Simmacho lib. 10. epiſt. 10. affecta diuturno morbo corpora ſæuiorem medicinam ferre nō poſſunt, magnus enim perhibetur error aggredi curationem infirmorum, qui medicaminibus grauius, magiſq; ægrotantur, plus habet aliquandò diſcriminis tentata curatio, quàm ipſe morbus, nàm vt dicitur Ieremiæ cap. 51. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam.*

CONS. 75. *Num.* 18. Adde Nicol. Ant. Gizzarell. deciſ. Neap. 5. nu. 4. & ſeqq.

CONS. 79. *Num.* 6. Adde Carol. Ruin. conſ. 196. num. 6. vol. 1.

Num. 58. Adde Bald. conſ. 183. num. 1. par. 2. vbi ait, quòd natus in Riperia Veronenſi, dicitur natus in territorio Veronenſi, & gaudet priuilegio ſtatuti.

Num. 85. Adde Ioannem de Amicis conſil. 20. numer. 15.

CONS. 80. *Num.* 6. Vndè Saluian. lib. 2. ad Eccleſiam catholicam pag. 373. ait, *vno, eodemque precepto duas Apoſtolus formas viduitatis expreſſit, vnam vitæ, alteram mortis, cùm in delicijs mortem poſuit.*

Num. 30. Adde Bertrand. conſ. 37. nu. 1. vol. 3. & conſ. 33. nu. 6. & 7. vol. 2.

Num. 31. Adde Curt. ſen. conſ. 33. nu. 6.

Num. 32. Adde Carol. Ruin. conſ. 230. nu. 6. vol. 1. Stephan. Bertrand. conſ. 3. num. 49. & conſ. 157. num. 1. 4. & 6. lib. 3. Curt. iunior. conſ. 174. nu. 22. & 23. par. 2.

CONS. 81. *Num.* 3. Adde Petrum de Ancharan. conſ. 327. nu. 3.

Num. 21. Latè Paul. Staiban. iunior in additio. ad eius patruum Paulum Staibanum ſeniorem conſil. 22. num. 4. & ſequentibus.

Num. 22. Adde, quòd Franciſc. Veggius conſil. 1. nu. 94. dicit, quòd habens conceſſionem à Principe ducendi aquam ex publico, dicitur habere iuſtum titulum, ex Alexand. conſ. 130. incip. vertitur dubium col. 1. & conſ. 203. incip. perſpectis col. 2. lib. 6. comprobat Cardin. Pariſ. conſ. 113. nu. 16. lib. 1. dicens, quòd conceſſio aquæductus interpretanda eſt ſinè incommodo concedentis, Idem Pariſ. conſ. 116. nu. 2. lib. 1. vbi inquit, quòd conceſſio aquæductus non poteſt fieri, niſi à Domino.

Num. 29. Adde Curt. iun. conſ. 174. nu. 23.

Num. 33. Adde Paul. Staib. conſ. 23. nu. 3.

CONS. 82. *Num* 31. Adde, quòd hæc ſententia habetur apud Egeſippum lib. 1. de Excidio Vrbis Hieroſolymitanæ cap. 39. dicentem: *Non enim tantùm quis delectat eum, quem ſupra menſuram honorat, quantùm lædit eum, cui debitum negat, & plerunquè vterquè eorum offenditur, vbi prælationis adulatio eſt.*

Num. 41. Adde, quòd Solonis dictum fuit, qui & ſapiens vnus ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem, is enim Rempublicam duabus rebus contineri dixit, præmio, & pœna, vti memorat Marcus Tullius epiſt. 15. Bruto, propter quod Democritus, duos eſſe omninò Deos cenſuit, pœnam, & beneficium, vt recenſet Plinius lib. 2. natural. hiſtor. cap. 7. Marcus Tullius lib. 3. de natura Deorum, dicens: *Nequè domus, nequè Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis,* Florian. de S. Petro diſput. 2. dub. 4. nu. 5. latè Simanc. lib. 9. de Republ. cap. 20. nu. 1. & ſeqq.

Num. 75. Saluianus lib. 4. de gubernat. Dei, vbi ait, nomèn enim ſinè actu, atquè officio ſuo nihil eſt, idem epiſtola Salonio ſuper lib. 1. ad Eccleſiam catholicam, parùm ſunt rerum vocabula, ipſas res non habentia, & nihil virtutum verba ſinè viribus.

CONS. 83. *Num.* 39. Sebaſtianus Foxius in commentar. ad Platonem in Phedro col. 127. vbi ait, contraria quidèm ſimul in eodem eſſe nequeūt, licèt res illorum capaces tùm vnum, tùm alterū viciſſim capere poſſint.

CONS. 84. *Num.* 45. Adde Tiraquell. tract. ceſſante cauſa nu. 82.

Num. 22. Adde Ioſeph. Seſſe deciſ. Aragon. 413. parte 4.

CONS. 86. *Num.* 19. Adde Petrum Anchar. conſ. 376. nu. 1.

Num. 23. Adde Ioan. de Imola in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 2. nu. 3. vt lite pend.

Num. 24. Vndè dixit Bertrand. conſ. 72. num. 12. lib. 2. quòd ſicut debitor inuito creditore non poteſt ſoluere aliud pro alio, l. 2. in in princ. ff. ſi certum petatur, ita nec creditor poteſt accipere rem vnam pro alia, quia eſſet vſurpare, quod ſibi non debetur.

CONS. 87. *Num.* 17. Et ſi vt memorat Roffred. quæſt. Sabbatina 3. num. 4. Romæ Benedictus Carus cùm eſſet data ſibi poteſtas eligendi, ſe ipſum elegerit, & Populus Romanus approbaſſet, de qua materia Stephan. Bertrand. conſil. 55. num. 6. volum. 2. Albericus in l. in toto 114. nu. 4. ff. de regul. iur. Aluar. Valaſc. conſult. 193. nu. 8.

CONS. 89. *Num.* 26. Adde Bald. conſ. 19. lib. 1.

Num.

Num. 47. Adde, quòd Bald. conſ.62.num.4.lib.1. tenet, quòd nulla merces debetur filio, qui eſt in obſequio patris, niſi ſit conuenta, ideſt promiſſa per l.obſequio C.de negor.geſt. latè Anton.Diez in tract. de ſalarijs liberorum par.1. num.45. & plurib.ſeqq.

CONS. 90. *Num.* 62. Adde Curt.iun. conſil.182. num.7. par.2.

Num. 66. Facit l.fin. C.de rei vendic.ibi: *Quàmuis nullam poſſidendi cauſam iuſtam habeat, non niſi ſuam intentionem implens reſtituere cogitur*, l.vtifrui, vbi DD ff ſi ſeruitus vendicetur.

Num. 67 Hinc Bart.conſ.29.nu.3.par.2.ait, eum, qui dicit aliquem de aliqua gente debere hoc probare, l.1.vbi DD.ff.de probat.l.de iure ff.ad municip.latè Franc.de Aretio conſ.37.

Num 92. Adde Bald. conſil.437. numer. 6. & 7. volum.5.

Num. 156. Facit, quod tradit Ioan. de Anania conſ.17.nu.10. dicens: *Non obſtat, quod dicitur, quòd iuuenculus, qui præſentatur vocatur Nicolaus Antonij, & Mattheus fuit confeſſus ſe occidiſſe Antonium. & ſic eſt diuerſitas perſonarum, quia reſpondeo, vt mihi videtur vocatur Nicolaus Antonius, & ſic eſt binomir. quo caſu non eſt dubium, quòd licèt ab vno vocetur Antonius, & ab alio vocetur Nicolaus, per hoc non poteſt notari diuerſitas perſonarum; imò identitas ex his, quæ habentur in l.Gaio §.Imperator ff. de aliment. & cibar. legat. & referunt Moderni in l.fin. §.fin. vbi hoc probatur ff.de cond. indeb.*

Num. 103. Adde Ioan.Petrum Bimium conſ.109. nu.74.vol.2.

CONS. 91. *Num.* 2. Adde Raphael.Fulgoſ. conſ. 282. num.3.

CONS. 94. *in princ.* Pro meliori notitia ſeparationis ſupremi Conſilij Italiæ à Cõſilio ſupremo Aragonum, ſciendum eſt, quòd anno 1557. die 29. Martij Dominus noſter Rex D. Philippus Secundus ſcripſit è Ciuitate Bruxellarum Duci Metimnæcœli, qui proficiſcebatur ad munus Proregis Siciliæ, quòd cùm Sua Maieſtas elapſis diebus decreuiſſet, quòd ſicut pro præterito ſolebat reſidere in eius Curia vnus Regens ex qualibet Prouincia, ex tunc, & in futurum reſiderẽt duo, vt melius, & cum maiori ſatisfactione Maieſtatis ſuæ, ac partium attendi poſſet expeditioni negotiorum, volebat, vt tranſmitteret ſibi informationem perſonarum, quæ potuiſſent eſſe idoneiores, & in quibus concurrerent literæ, experientia, integritas, & aliæ bonæ qualitates, & partes, quæ requirebantur, & quòd illarum trãſmitteret notam cum ſpecificatione ætatis, & qualitatis vniuſcuiuſque ipſorum, quod Dux adimpleuit.

Demùm 23. Maij 1558. viſis nominatis à Ioanne de Vega, qui fuit Prorex Siciliæ, & poſteà à præfato Duce Metimnæcœli, fecit electionem Doctorũ Antonij Zaragoçæ, & Franciſci de Neapoli, ordinando, quòd vnicuique ipſorum prouideret de ducatis mille pro ſubſidio expenſarum, & quòd caſu, quo dictus Antonius Zaragoça ſe excuſaret proficiſci ad Status Flandriæ, poſſet in Hiſpaniam venire, vbi ſpectaret aduentum Suæ Maieſtatis, & Doctor Franciſcus de Neapoli proficiſceretur ad Ciuitatem Bruxellarum propter neceſſitatem, quæ aderat in expeditione negotiorum ob defectum Regentis, & quando ſe excuſaſſet, ſupraſcriberet epiſtolam, quæ ad eum ſcripta erat, ſuppreſſo nomine, ſiuè in album in perſonam Doctoris Prouenzal.

Poſteà 10. Ianuarij 1559. à Ciuitate Bruxellarum à Sua Maieſtas ſcribi iuſſit eidem Duci Metimnę certiorando ipſum electionis, quam fecerat Didaci de Vargas in Secretarium Regnorum Neapolis, Siciliæ, & Status Mediolani, & quòd ad hoc vt non confunderẽtur negotia fecerat quendam ordinem, & declarationẽ modi, & formæ, quibus ſe debebant habere ipſe, & Gundiſaluus Perez, quem etiàm nominauerat in Secretarium Status Italiæ declarando, quòd dicto Secretario Vargas pertinebant tanquàm Secretario trium Prouinciarum pro Sicilia omnia negotia concernentia regimen, Iuſtitiam, Patrimonium, & bona Regiæ Coronæ, & Fiſci, aliaque negotia ordinaria partium, & gratiæ, beneficiorum, ſiuè mercedum, conſultationes, & prouiſiones officiorũ, & beneficiorum, & quòd dicto Gundiſaluo Perez rangebant res concernentes ſtatum, ſiuè reſpectu belli, ſiuè pacis, & ab eis dependentia, & correſpondentia cum miniſtris aliarum Prouinciarum, Principibus, Potentatibus, & Ambaſciatoribus, ſeù Legatis, qui penès ipſos reſiderent, iniungendo ipſis, quòd in hac conformitate diſtinguerẽt in futurum materias, & expeditiones, quas tranſmiſiſſet.

Quarè Madariaga in libro, quem inſcripſit de Senatu, & eius Principe cap.3.pag.42.aſſerit, ſeparationem prædictam feciſſe D. Regem Philippũ Secundum ad ſupplicationem ipſiuſmet Cõſilij Aragonum, & fuiſſe electum primum Præſidem ſupremi Conſilij Italiæ Ducem Francauillæ, & meminit ſeparationis prædictę Calixt.Ramir.de lege regia §.10. num. 18. tandèm 4. Decembris 1560. Sua Maieſtas è Ciuitate Toleti ſcripſit dicto Duci, quòd cùm eſſent ſeparatæ iàm negotiationes ſuorum Regnorum Italiæ ab illis Aragonum, & ſtabilitum Conſilium ſeparatum pro qualibet ambarum partium, ſibi benè viſum fuerat, de eo ipſum certiorem reddere, vt in futurum animaduerteret, vt omnes cauſæ, quæ à dicto Regno Siciliæ remitterentur ad ſuam Maieſtatem via recognoſcendi cum alijs ad dictum Regnum tangentibus, quæ propter abſentiam Suæ Maieſtatis à ſuis Regnis conſueuerant mitti ad dictum Conſilium Aragonum, dirigerentur ex tunc in futurum Conſilio Italiæ in manibus Secretarij Didaci de Vargas, ad cuius munus, & onus exiſtebant dictæ negotiationes, quia ita procedebat de eius certa, & determinata voluntate, quæ epiſtola erat ſubſcripta per Suam Maieſtatem, & ſignata per notam ſolitam. Vidit Ducis, Præſidentis, & Regentium. Pignonis, & Polo. coram dicto Secretario Vargas.

*CONS.*95. *Num.* 58. Vndè dixit Franciſc.Burſat. conſ.187.nu.30. vol.2. quòd mortuus damnatus quandoque reſtituitur, ſicut eius fama damnatur.

Num. 76. Adde Petrum de Ancharan. conſil.291. num.2.

Digitized by Google

CONS. 96. *Num.* 98. Adde Bertran.conſ.5.nu.1. lib. 3.

CONS. 97. *Num.* 148. Vndè dicebat Franc.Curt. ſen. conſ.42.nu.22.quòd linea directa aſcendentium,& deſcendentium dicitur durare in infinitum,quod non procedit in linea tranſuerſali.

CONS. 98. *Num.* 27. Facit Saluian. lib.3. ad Eccleſiam Catholicam , vbi ait , optimum eſſe , vt vnuſquiſque ſibi conſulat,& animæ, ac ſaluti ſuæ omnia derelinquat , ſint quàmuis interdùm non filij tantùm , quibus videtur naturalitèr plus deberi , ſed etiàm pignora alia eius , vel meriti , vel conditionis,vt eis ad impartiendum quiddam, ac largiendum iuſtitia ipſa, ac Dei cultus patrocinetur,& quibus nõ ſolùm piè aliquid relinquatur; ſed etiàm irreligioſè nõ relinquatur,ſcilicèt ſi aut parentes ſint calamitoſi , aut germani Deo fideles,aut ſanctæ coniuges,aut vt longius deniq; munus pietatis extendam, ſi aut propinqui inopes, aut affines egeſtuoſi, aut denique cuiuſlibet neceſſitudinis indigentes,Feuardent.ſuper Ruth c.1.ſect.29.verſ.*adiecit*,Surd.de alim.tit.1.quæſt. 25. nu.14. & ſeqq.

CONS. 98. In materia donatiui pro ſubueniendis D. N. Regis neceſſitatibus Adde, quæ tradit D. Scipio Rouitus Regens Neapolis meritiſſimus , qui eodẽ,quo nos tẽpore cõſuluit,conſult.poſita ad fin.tom.1.conſ.Marc.Ant.Natta conſ.380.per totum,& conſ.418. num.2. vol.2. D.Licentiatus Petrus Fernandez Nauarrete in libro, cui titulus *conſeruaçion de Monarchias* diſcurſ.19. cum traditis per Bellug. in ſpeculo Principum rubr.11. §. poſtquàm nu. 6. vbi Additio Camilli Borrelli, Chriſtoph.Vuitzlen.conſ.3.de collectis num.30. 53. & 70. Ioan. Andr. Georg. in repetit. feudal. cap. 57.

Num. 1. Quòd Regis literis credatur ſuper neceſſitate ipſius,ex Abbate in cap.inſinuante,qui clerici, vel monachi, & Ioan.Bolognett. conſ.1. nu. 205.tradit Camill.Borrell.conſ.74.nu.39. Iacob. Gall. conſ.59.nu.16.

Num. 3. Vndè Diuus Gregorius Nazianzenus in oratione, qua ſe excuſat, cur tandiù à functione ſe abſtinuerit eccleſiaſtica pag.39.ait: *hæc prauitas mater eſt indigentiæ, hæc auaritiæ, hæc bellorũ, bella verò tributorum ſunt patres .*

Num.6. Iſocrates orat.1.ad Nicoclem dicens: *cura patrimonia priuatorũ , & cogitas prodigos ſumptus facere de tuis diuitiis , & res amplificandæ intentos tuas opes augere , bona enim in Vrbe habitantium omnia ad familiã pertinent Regum, qui benè imperant,* cuius meminit Raymund. Syluestr. in libro de Principe infante pag.271.

Num. 8. Adde,quòd Franc.Curt.iun.conſ.137.nu. 9.par.2.poſt Bald.in tit.de pace Conſtantiæ in verbo *omnes* ait, quòd Ciuitates finitimæ, & alia loca imperialia tenentur iuuare Imperatorem ad manutenendum,& etiàm conſeruandum iura ſua .

Num. 20. Adde Purpurat. conſ.182. nu.3.& conſ. 328.nu.28.tom.1.

Num. 64. Adde Ioan.de Amic. conſ.8 nu.19. facit text.in Auth.de decurio.collat.4. ibi : *quod antè functionum videbatur eſſe onus , nulli omnino intolerabile exiſtebat, nàm quod in multitudinem diuiditur, onus inſenſibile propemodùm facit eis , qui hoc ſuſtinent,* poteſtq; applicari illud Diui Pauli 2.ad Corinth. cap. 8. *ita faciendum non vt alijs ſit remiſſio, & alijs tribulatio , ſed ex æqualitate ,* cuius meminit F. Ioannes Zapata lib. 2. de iuſtitia diſtributiua cap.20.nu.2.

Num. 75. Saluian. lib.8. de gubernat.Dei, dicens : *Omnes admodum enim ſe laudari volunt. nulli grata reprehenſio eſt,immo quod peius multo eſt,quamlibet malus , quantumlibet perditus mauult mendaciter prædicari, quàm iure reprehendi, & falſarum laudum irriſionibus decipi , quam ſaluberrima admonitione ſeruari .*

Num. 77. Quòd vir bonus adulari neſciat tradit Sebaſtian.Foxius in annot.ad lib.6. Platonis de Republica col. 363. apud Ethnicos Theopompus rogatus , qua ratione quis Regnum Sartum tectum ſeruare queat reſpondit,ſi iuſtam dicẽdi libertatem Princeps amicis permittat, & ſubditorum quòad fieri poteſt vindicet iniurias , hùc & Solonis dictum collimat,conſulenda non quæ ſuauiſſima, ſed quæ optima, Seneca autem lib.6. de beneficijs cap 30. ait , monſtrabo tibi, cuius rei inopia laborent magna faſtigia , quod omnia poſſidentibus deſit,ſcilicèt ille,qui verum dicat, & ſubijcit exemplum Xerxis, cui cum bellum Græcis indiceret,alijs ex Cõſiliarijs alia per adulationem conſulebant , vnus Democratus Lacedemonius non veritus eſt veritatem pateſacere, quamobrem Xerxes poſt infelicem belli exitum pudore quàm damno inquit Seneca miſerior Demarato gratias egit , quod ſolus ſibi verum dixiſſet,& permiſit peteret, quod vellet,vt memorat Matth. Tympius in ſpec. boni Principis ſigno 37.

Num. 79. Adde ,quòd cùm Officialis proponere ſibi debeat ſcopum , & finem ſui miniſterij , & officij, ſummã Dei gloriam, Domini ſui, & Reipublicæ vtilitatem,& in eam toto animo,& ſtudio incumbere oblitus commodorum ſuorum, vt ex M.Tullio lib.1. officiorum tradit Adam Keller. lib.2. de officio iuridici politici cap. 2. pag 240.

Si aliquid iniuſtum,& cõtra Deum ſibi præcipiatur à Principe, non debet obtemperare,ſed exequi, ſuperſedere,vt probat Marian.Soccin. in c. vniuerſitatis nu.3.de ſent.excommun. Io.de Platea in l.1.verſ.*item* C.de veter.numiſ. poteſt. lib.11. Ioan.Igneus in l.donationes nu.15. ff de donat. Seſſe deciſ.Arag.221.num.14. facit l.ſi vindicari vbi Angel.& DD.C.de pœnis.

Imò Pontifici parendum nõ eſſet in inhoneſtis, ex cap. qui reſiſtit 11. q.3. cum alijs reſoluunt Carol.Ruin.conſ.42.propè finem,& conſ.43.nu.21. lib.4. Paul.Caſtr.conſ.423.num.3.lib.1. Palacios Rubios tract.de beneficijs vacantibus in curia §.4. verſ.*ex quibus*, Ioan.Cæph. conſ.577.nu.27. tom.4. qui ait pro eo facere l. ſi ſeruus non in omnibus ff.de actio.& obligat.& tali caſu poteſt intelligi gloſ.in Auth.de mandatis Princip. verb. *nuntians* collat.3.& gloſ.fin.in l.omnes 33. C.de decur. lib.12. & obſeruat Curia Piſana cap.13. num.7. Cæuall 4 par.commun.reſol. quæſt.397. nu.350.Proſper Petra in addit.ad Thom.Gram. deciſ.16.nu.14.

Digitized by Google

Et an Officialis, vel Conſiliarij teneantur potius dimittere officia, quàm aliud conſtituere, vel cōſentire, quod non ſit bonum, tractat Abb. in cap. aduerſus nu. 19. & 21. de immunit. Eccleſ.

CONS. 100. *in princ.* Adde Bald. in proœm. ad tit. Inſtit. de rerum diuiſ. num. 33. vbi ait, quòd probatio ſenſitiua eſt optima probatio, nàm quærere rationem, vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intellectus.

Num. 8. Adde l. nemo ff. de rerum diuiſ. Bald. conſ. 71. nu. 3. lib. 1.

Num. 12. Adde Ioan. Franc. Capiblanc. tract. de Baronib. cap. 46. nu. 21.

Num. 15. Adde Curt. ſen. conſ. 33. nu. 2. Deci. conſ. 573. nu. 1. & 2.

Num. 16. Addo, quòd eſt propoſitio Ariſtotelis, quòd vno inconuenienti poſito multa ſequuntur, l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtr. l. Gallus ff. de liber. & poſthum. l. ex diuerſo §. 1. ff. de rei vendic. Bald. conſ. 71. nu. 2. vol. 1.

Num. 55. Et ſi non ignorē, DD. Venetos grauitèr tuliſſe, quæ currēti calamo, & quaſi per tranſennam tetigimus aduerſus eorum prætenſam ſuperioritatem, aut iuriſdictionem, & imperium in mari Adriatico, vltra ſuos limites, & diſtrictus, nec mihi ſint ignoti Auctores ſui, vel alieni, qui mutuati ſunt ab eis, quorum auctoritate nituntur, tamèn operè pretium duxi, alia in corroborationem noſtræ ſententiæ fundamenta in medium adducere, vt in futurum, & innoteſcat veritas, nequè permitti queat, vt neglecta ſilentio quaſi victa cenſeatur, vel aduerſariorum nebulis ex eorum exortis paludibus obumbrata.

Illud præmittendo, quòd iſta congregatio aquarū multarum, quam Deus, Geneſis cap. 1. vocauit maria, & vulgo mare appellatur, l. penult. ff. ad l. Pompeiam de parricid. Bart. in tract. de inſula in princ. Lucas de Penna in l. ſuper nu. 2. C. de naufrag lib. 11. Cæpoll. tract. de ſeruit. ruſt. pred. cap. 26. de mari nu. 23. Sebaſt. Medic. tract. de venat. in præfat. nu. 7.

Ad differentiam telluris, ſiuè terræ, quam eodem cap. 1. Dominus vocauit aridam, quorum ſeparationem agnouit Virgil. Egloga 4.

Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terraſq; tractuſq; maris, cæluműq; profundum.

Alexander Taſſon. lib. 4. *de diuerſi penſieri* c. 14. adducens alios verſus

. . . . diuiſo corpore mundi
In maria, ac terras, & ſydera, ſors data cælo.
Prima ſecuta maris, deſeditq; infima tellus.

latè Manilius lib. 1. Aſtronom. & Ouid. lib. 15. metamorpho.

Aqua autèm profluèns, mare, & flumina, ac portus publica eſſe dicitur in §. & quidèm naturali, Inſtit. de rerum diuiſ. l. 2. & 4. ff. eodem titulo, §. flumina, Inſtit. eodem, l. flumina ff. de fluminib. & confert illud Ouid. lib. 6. metamorphoſ.

Acceſſit poſitoq; genu Titania terram
Preſſit, vt hauriret gelidos potura liquores
Ruſtica turba vetat, Dea ſic affata vetantes
Quid prohibetis aquas? vſus cōmunis aquarū eſt.
Nec ſolem proprium natura: nec aera fecit
Nec tenues vndas, ad publica munera veni.

Et loquendo de mari, eius vſum vt aeris communem omnibus hominibus eſſe patet ex §. 1. Inſtit. de rerum diuiſ. l. littora §. 1. ff. ne quid in loco publico, l. iniuriarum actio §. ſi quis me prohibeat ff. de iniur. Cæpoll. de ſeruit. ruſticor. prædior. cap. 26. de mari nu. 1. Plautus in Rudēte actu 4. ſcœna 3. dicens: *Mare quidèm commune certo eſt omnibus. TR. aſſentio*, Bald. in l. quædam ff. de rerum diuiſ. vbi poſtquàm dixerat, mare eſſe commune, intelligit quòad vſum, ſed quòd proprietas eſt nullius, ſicut aer eſt cōmunis vſu, proprietas tamèn eſt nullius, ſed iuriſdictio eſt Cæſaris, & ſic iſta tria ſunt diuerſa, ſcilicèt proprietas, vſus, iuriſdictio, & protectio, & ex l. 1. eod. tit. idem Bald. conſ. 72. incip. ad euidentiam nu. 1. vol. 1. Cabedo dec. Portugal. 46. nu. 4. par. 2. dicens, mare etiàm quòad protectionem, & iuriſdictionem eſſe Cæſaris, vel Regis, vt illud purget à malis hominibus, Gregor. Lopez in l. 8. tit. 20. par. 2. gloſ. 2. ad finem, Camill. Borrell. de magiſtrat. edict. lib. 4. cap. 4. nu. 15. fuit dictum Angeli in l. vnica nu. 1. C. de claſſicis lib. 11. qui etiā loquitur in Præſide bono, cui congruit mare ſecurum tenere, & expurgare, & delinquentes in eo punire, argumento l. congruit ff. de officio Præſidis, Maſtrill. lib. 5. de magiſtratib. cap. 13. num. 15.

Quarè mare adiacens Regno Neapolis, quod duplici nomine cenſetur, ac nuncupatur, ſcilicet inferius, ideſt Tirrenum, & ſuperius Adriaticū à Ciuitate Adriæ, quæ etiàm fuit Tirrenorum Colonia, quorū Dominij magnitudinis teſtimonia præſtant nomina duorum mariom, qui Italiā circuunt ad ſimilitudinem Inſulæ, vt poſt Liuiū lib. 5. decad. 1. tradit Angel. Portenar. lib. 1. de fœlicitate Paduæ c. 1. pag. 11. Blondus decad. 2. lib. 3. pag. 190. ad finem, Marc. Tull. lib. 9. epiſt. ad Atticum epiſt. 3. dùm ait: *Nàm ſi cōmodiùs anni tempus eſſet, vel infero mari, liceret vti, nunc nihil poteſt, niſi ſupero tranſmitti, quò iter interclusum eſt.* Et in orat. pro L. Flacco pag. 358. *Nos hic in mare ſuperum, & inferum ſeſtertium ter, & quadragies rogabamus?*

Abſquè dubio pertinet Regi Neapolis, quia in mari diſtincta ſunt Regna, ſicut in terra, vt poſt Affl. in cap. 1. gloſ. 1. quibus modis feudum amittatur, tradit Maſtrill. de magiſtrat. lib. 5. cap. 13. nu. 14. doctè D. Ioan. Solorzano lib. 3. de Iure Indiarum cap. 3. nu. 42.

Et vnum, idemque territorium eſt, quod aquis immergitur, quàm quod eminet ſuper aquas, §. littorum, Inſtit. de rerum diuiſ. ibi: *ſed eiuſdem iuris eſſe cuius & mare, & quæ ſubiacet mari terra, vel arena*, Marcus Tullius lib. 2. de natura Deorū pag. mihi 231. dicens: *Eademque ratione mare, cum ſupra terram ſit, medium tamèn locum expetens conglobatur, vndiquè æqualitèr, nequè redundat vnquàm, nequè effunditur*, Briſſon. lib. 11. de verbor. ſignific. fol. 381. pag. 2. Mar. Muta tom. 5. ad cap. Regni Siciliæ cap. 491. Regis Alphonſi pagina 330.

Idcòque mare, & aquæ veniunt ſub nomine territorij, vt dicunt Bald. in cap. accedens in fine, vt lite non conteſtata, & in l. beneficium col. 1. ff. de conſtit. Princip. Dominic. de S. Geminian. in cap.

vbi

vbi periculum §. porrò per gloſ. ibi de elect. lib. 6. Felin. in cap. Rodulphus num. 12. & ſeq. de reſcript. Decius in l. fin. nu. 9. ff. de iuriſd. omn. Iud. Bald. conſ. 54. incip. quęritur, an Florentini nu. 2. vol. 4. Matth. de Affl. in conſt. Regni Siciliæ, quæ incipit *damna clandeſtina* col. 3. not. 1. Additio ad Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. *des iuſtices* §. 2. verbo *ou territoire* nu. 4. fol. 23. Alex. in addit. ad Bart. in rubr. C. de claſſic. lib. 11. verſ. *quidam habent*, Cacher. deciſ. 155. nu. 2.

Ex quo DD. inferunt ad plura, nàm Marius Muta ſuper capit. Regni Siciliæ tom. 4. cap. 160. Regis Alphonſi pag. 369. nu. 16. reſoluit, quòd fideiuſſio tenendi Regnum pro carcere, comprehendit mare adiacens Regno, & tunc poteſt reus ire circum circa per mare, quia mare propè Regnũ eſt de Regno, nec dicitur rupta fideiuſſio, nàm hoc interat in ea per l. Inſulæ ff. de iudic. Ariſtot. libro de mundo, & concludit, mare eſſe dominij territoriorum, quibus adiacet, quatènus quis poteſt reſpicere infra mare, & ſi in hoc verior, & communior ſit reſolutio, quòd protendatur vſquè ad centum milliaria, Cacher. dec. Pedem. 155. nu. 3.

Eſt enim veriſſima, & concors Doctorum ſentẽtia, quòd habens iuriſdictionemm in territorio, eandem habet in mari ſibi adiacenti, & cohærẽti, & illam poteſt exercere in mari vſquè ad centum milliaria, ex Bart. in tract. de inſula §. nullius nu. 1. Paul. Caſtr. in d. l. Inſulæ, & in l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de iactu, Cæpoll. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 26. nu. 54. Hippol. de Marſil. in d. l. fin. nu. 180 ff. de iuriſd. omn. Iud. Marta conſ. 50. nu. 21. poſt Hieronym. de Monte tract. finium regundorum cap. 7. nu. 12. Cacher. deciſ. 155. num. 3. D. Regens Carolus Tapia deciſ. 24. nu. 4.

Nàm licèt Felin. in cap. olim num. 7. de except. cenſuerit, eſſe minus dicta milliaria centum, dietis duabus, tamèn Decius ibi nu. 9. ex Bart. tract. de Inſule col. 3. & Paul. Caſtr. in d. l. Inſulæ reſoluit, maritimo itineri terminari milliaria quinquaginta pro quolibet die, de quo Alciat. in l. in itinere 3. pro eius interpretatione nu. 1. ff. de verbor. ſignific.

Imò quandò non impediretur territorijs aliorum Principum, poſſet iuriſdictio protendi in mari vltra dicta milliaria centum, ſi modò nulli alij propinquior ſit, vt poſt Roder. Xuar. allegat. 17. col. 2. & Cabedo d. deciſ. 46. num. 3. & argum. l. vnicæ C. de claſſic. lib. 11. quam non eſſe alibi inquit Bart. ibi, tradit doctiſſ. Ioan. Solorzan. dicto cap. 3. nu. 41. Ang. in d. l. Inſulæ 9. nu. 1. vbi Paul. Caſtr. nu. 2. & 3. Cæpoll. d. c. 26. nu. 17. Ioan. Ant. Bellon. conſ. 14. num. 35. quia quandò mare eſſet confine duabus Vniuerſitatibus, eius littus eſſet commune ambarum Vniuerſitatum, gloſ. in l. 2. §. apud Labeonem verſic. *præterea*, verbo *confinio* ff. de aqua, & aqua pluuia arcenda, Bart. tract. de fluminibus, verbo *flumen* nu. 3. Marta d. conſ. 50. nu. 25. & ſeqq.

Quarè cùm mare quòad iuriſdictionem, & omnes iuris effectus pertineat territorio, cui magis adiacet, & eſt propinquum, & à quo conſueuit diſtringi, ita ex Auth. vt omnes obediant Iudicibus Prouinciarum, cap. 1. coll. 3. & Bald. in l. ſi teſtamentum C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact. tradunt Alber. in dictio. verbo *mare*. Bart. in d. tract. de Inſula §. nullius nu. 2. & 3. & ex d. cap. vbi periculum iuncta gloſ. verbo *territorio* de elect. lib. 6. Archidiac. Cæpoll. d. cap. 26. num. 25. Petr. Philipp. Corne. conſ. 152. nu. 1. vol. 4. Marius Giurba conſ. 79. nu. 30. Marta d. conſ. 50. nu. 31. Cabedo d. dec. 46. nu. 2. Bertacch. tract. de gabel. par. 1. nu. 19. & 20. to. 12. tractatuũ, fuit etiàm doctrina Angeli in l. ſanè nu. 25. ff. de iniur. quod nõ auſus fuit negare Angelus Matheacius, qui prætenſionem DD. Venetorum tueri nititur lib. 1. de via, & ratione iuris c. 36. nàm nu. 13. in fin. dicit: *Præterea ijs, qui vicini ſunt littoribus, & mari, quiquè eius maritimæ Prouinciæ imperium tenent, ſemper in mari ius aliquod acquiſitũ cenſetur, tùm propter merum imperium, tùm quia vicini*, Marc. Ant. Peregr alter ipſorum DD. atletha tract. de priuileg. & iurib. fiſci lib. 8. nu. 24. ibi, *quia mare eſt de diſtrictu Ciuitatis propinquioris*, Benedictus Ægidius Luſitanus in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iure cap. 3. nu. 34. pag. 89. Balzaran. de feud. lib. 2. tit. 56. verbo *vectigalia* num. 5. verſic. *idem*, & alij, quos nouiſſimè refert Ioan. Ant. Bellon. conſ. 14. nu. 35. & 32. Vinc. de Franch. deciſ. Neapol. 142. nu. 6. & Horat. Viſcõt. in addit. ad eum, qui alios allegat, & confirmat Angel. Aretin. in §. & tamèn nu. 6. Inſtit. de rerum diuiſ. dicens: *Quæro, ſi contractus eſt celebratus in mari, vel delictum commiſſum, quis erit Iudex? Dic, quòd illa Ciuitas, quæ habet merum, & mixtum imperium, quæ dicetur eſſe propinquior illi loco, vbi contractus, vel delictũ ſit, erit Iudex, vt l. vnica C. de claſſicis, & ibi notat Bart. lib. 11. Ioan de Platea nu. 1. & ſentit Bart. in l. Cęſar ff. de publican. notant DD. in cap. vbi periculum de elect. lib. 6. vbi Ioan. Andr. & Ant. Peruſ. in l. ſanè ſi maris ff. de iniur.* tradit etiã doctiſſimus, & prudentia clarus Dominus Regens Fuluius Conſtantius Marchio Corleti, collega olim noſter, Decanuſq; meritiſſimus Collateralis Conſilij Neapolis in d. l. vnic. C. de claſſic. nu. 11. & 12. idemq; tradidere Cæpoll. d. c. 26. à nu. 19. Bellug. in ſpec. Princip. rubr. 30. nu. 1. Hippol. de Marſil. tract. de Bannitis, verbo *delictis* nu. 79. Bouadilla tom. 2. politicæ lib. 4. cap. 2. nu. 69. & c. 5. nu. 6.

Et vt magis eluceſcat iuſtitia Regni Neapolis, aliorumque habentium terras, & dominia in littoribus maris Adriatici, quibus etiàm reſpectu ſuorũ diſtrictuũ applicari poterunt noſtra fundamenta, illud certiſſimum eſt teſtimonio plurium hiſtoricorum, & geographorum, quòd Neapolis Regnum habet quinque latiſſimas Prouincias in littoribus dicti maris à Ciuitate Brunduſij, quæ appellantur Terræ Hidrunti, Terræ Bari, Apuliæ, Aprutij citra, & vltra, vt eſt videre apud Annibalem Roſſellum in commentarijs Pymandri Mercurij lib. 5. comment. 11. dialog. 5. pag. 277. & ſeqq. Raphael Volater. lib. 6. Geograph. p. 186. Atlas Gerardi Mercatoris pag. 298. in tabula Aprutij, Alexander Andrea in lib. 2. belli Campaneæ Romæ pag. 206. & ſeqq. vbi deſcribit dictas Prouincias.

Fines autèm antiqui Prouinciæ Venetiæ fuere flumen Ada, Alpes, Padus, & littus maris Adriatici vſquè ad Aquileiam, vt ex Marc, Anton. Sabell. lib. 5.

lib.3.ſitus Venet.tradit Angel.Portenar. lib.1.de ſœlicitate Paduæ cap 9. Plin.lib.3. natur.hiſtor. cap.18. & ſeq. & Portius Cato dixit, Venetia eſt omnis ora circa ſinū maris poſt Hiſtriā vſquè ad Padi Oſtia, idem Sabellicus in panegyrico primo rerum Venetarum col. 36. Italiæ illuſtratæ, qui lib.2.de vetuſtate Aquileiæ col.62. ait, gens verò vniuerſa ab Henetis, mutata litera Veneri, quorū opes eo vſque procedente tempore creuere, vt à Pado flumine Aquileiam vſquè omnis littoralis ora, Venetia dicta ſit, ipſi Incolę Veneti, Bernard. Scardeon.de antiq.Vrbis Patauij lib.1.claſſ.1.de nomine Venetiæ pag.9.Annib.Roſell.d.dialog.5. pag.292.& ſeq. Bernard.Saccus lib.1.hiſtor.Ticinenſ. c.14.conſert, quod tradit Io.Bapt.Pigna lib.1. de Principibus Arteſtinis pag. 44. tractans de profectione Luitprandi.dicens: *Infecto agmine Rauennam petit, ſi quo pacto eam, & Pado vicina oppida. quæ defecerant, ad officium reuocare poſſet, cùm ſe fruſtra ea tentare perſpicerent. Arimino copias admouit, vbi multo vtrinque ſanguine bis iuſto prælio concurſum, gerebatur bellum ſecundum littus Adriaticum, haud longè à Venetis finibus, quapropter Senatus rebus ſuis non nihil metuēs arma in Longobardos ſumpſit,* Carol.Sigon. lib.4. de Regno Italiæ in Carolo Magno pag. 103. & ſeq. nec alienum eſt, quod Ioan.Cuſpinian. in eodem Carolo pag.mihi 178.memorat, quòd Nicephorus creatus Imperator Conſtantinopolitanus Apocriſarios ſuos miſit ad Carolum de renouando fœdere, vt ſcilicèt in has conditiones iretur, Ambo Auguſti eſſent, fratreſq; dicerētur, Orientis alter, alter Occidentis circa Italiam.cui Pipinus Caroli filius Rex præerat, Bernarduſq; ſucceſſit, hæc obſeruarentur, vt hinc à Neapoli, illinc à Siponto (hodiè Manfredonia) quicquid vlterioris Italiæ in mare procurrit cum ſuis à regione inſulis à Græco, reliquum à Franco iure peteret, inter duo Imperia medius, finaliſq; cardo Venetiæ, vtriuſq; Imperij maieſtatem piè cōſeruarent. neutri ſe addicerent, vterētur legibus, vtriuſque eſſent Imperij amici, & pace, ac bello neutrius cenſerentur, quo loco ſatis apertè apparet, DD. Venetos nullatènus habuiſſe, nec ipſis relictum Imperium Adriatici maris, quod penès ſe dicti Imperatores, & retinuere, ac diuiſere, ſolùmq; penès eos fuit illa maris particula Venetijs vicina, & conterminans, quod & tradidit Additio ad Bald.in l.quædam ff.de diuiſ.rerum, & qualit.& alia ſimilis ad Felin. in cap.de quarta nu.41.col.vlt.de præſcript.dicentes, quòd mare Adriaticum Italiæ conterminum à parte Orientali, eſt de iuriſdictione Venetorum ex pręſcriptione, non ergò à parte Occidentali verſus Regnum Neapolis, Bertach.in dictio.verbo *mare*, Addit.Io.Bapt.de Thoro ad Ioan.Franciſc. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.11.nu.19.

Pro quo facit, quod tradit Iacob.de Arena in l.littora nu.1.ff.nè quid in loco publico, quòd maris vſus cōmunis eſt, licèt non ipſum mare, vel quòd littora, in quę Populus Romanus habet Imperiū ſint ipſius Populi, ita quòd qui vult ædificare, à Prætore illius Populi debet habere licentiam, ſic & littora, quę sūt in Imperio alicuius Populi, vt Venetorum, vel Ianuenſium, ſunt illius Populi, & ab eo, qui præeſt licentia eſt petenda, vſus autèm communis eſt, & ſunt verba Bald.in l.ſi plures nu.13.vbi Additio lit.C. C.de condit.inſertá comprobat Angel.Aret. in §.& q idèm num.5. Inſtit.de rer.diuiſ. dùm dicit, quòd ædificatum in mari, vel in littore maris efficitur ædificantis, dummodò ædificatum fuerit iuſtè, vel ex decreto Prætoris, aliàs autèm per quemlibet poteſt prohiberi, ſi incommodetur publicus vſus, vt eſt caſus in l.quàmuis ff.de acquir.rer.domin. de qua Bart. in l.quominùs verſ. *ſextò quæro* ff.de fluminib.facit l.1.§ pen.vbi not.ff.de noui oper.nunciat. nàm littora maris ſunt publica, §.littorum, Inſtit.de rer diuiſ.l.2 ff eod. l.ſi epiſtolam 65.§.littora ff.de acquir rer.domin. Ang Aretin. in §.cùm in ſuo nu.5. Inſtit.de rer.diuiſ. Leand. Galganett.lib.4.de iure publico tit.48. nu.34. & ſeqq.Franc.Marc.q.110 nu.14.par.2.Ioan.Faber in §.littorum, Inſtit.de rer.diuiſ. Roder.Xuarez alleg.17. nu.9. nullo igitur iure poſſunt DD.Veneti vltra ſuos terminos ſe extēdere, & vſurpare iuriſdictionem maris Adriatici vltra eorum littora, maximè quatènus Neapolis Regnum, & illius Prouinciæ, & littora eorum eodem mari fruuntur, earumque illabitur oris.

Cùm autē vnus ex Authoribus, quibus Veneti nituntur ſit Barthol.Cæpoll. d.cap.26.de mari, libet ponderare illius auctoritatem contra ipſos, quæ verè ipſos conuincere deberet, inquit enim nu.14. quòd in tantum verum eſt, quòd habentes iuriſdictionem in territorio cohærenti mari, dicuntur etiàm habere iuriſdictionem in mari, & Inſulis, quæ ſunt in mari vicino vſquè ad centum milliaria, vt poſſint capere, & punire delinquentes in mari vſquè ad dicta milliaria centum, ſicut in ſuo territorio in terra, quod habuit de facto pro Ianuenſibus contra Venetos, quia Dominus Lauredani cœpit Mauritium Catonium, qui capi non poterat, quia non erat in mari Venetorum, & petebat 33. millia ducatorum pro damno ſibi dato, & ipſe inter alias fecit vnam poſitionem quòd mare, in quo captus fuerat, nō erat propinquius alicui loco terreſtri, ſeù territorio ipſorum, & ideò non potuiſſe capi, quia non erat in gulpho Venetorum, & allegauit Bar. d.tract.de Inſula, & Ang.in l.Inſulæ ff.de iudic. propter quod de modico venerunt ad concordiam, & vt inquit Claud.Mamertin.lib.11. c.10. quem referunt Iuſtus Lipſius aduerſus dialogiſtam cap.22. & D.Ioannes Solorzano de iure Indiarum d.lib.3.cap.3.num.13. *Glorioſum victoriæ genus eſt ab eo, cum quo decertem arma capere, quæſitumq; aduerſario triſtem illinc ſtare, & iſtinc dicere.*

Et confirmatur ex doctrina Angeli de Vbaldis in l.ſanè nu.7.ff.de iniur. prout ipſum refert non hoc proprio loco Ioan.de Anania in cap.2.nu.6. de clerico venatore, inquit itaquè Anania, quòd ſi inter duas Ciuitates punctualitèr æquè diſtantes commiſſum eſſet maleficium in mari, tunc dicetur commiſſum in confinio, quod eſt commune vtrique Ciuitati, l.arbor in princ. & §. de veſtibulo ff.commun.diuid. & ideò paritèr pertinet ad vtranque Ciuitatem cognitio criminis, vel contractus, ſicut punctualitèr quandò in

confinio

confinio duarum Ciuitatum delinquitur, vel cõtrahitur, & erit locus præuentioni, l. cùm quæd㧠ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. ſi poſteaquam ff. de iudic. D. Regens Fuluius Conſtantius in d. l. vnic. C. de claſſic. nu. 20. vbi citat Bald. in l. 2. C. vbi de crim. agi oport. Felin. in cap. Rodulphus concl. 2. de iudic. ſicut quandò in eadem particula maris plures haberent Imperium, tradit Anania, exemplum ponens in Veneſchalco, & Ammiraglis Regis Aragonum, nàm tunc paritèr quilibet poterit cognoſcere, & ille dicitur præueniſſe, qui delinquentem cœpit in mari, nàm per capturã perſonalem dicitur iuriſdictio præuenta, ſecundùm Ioan. Andr. in c. 1. de oblig. ad ratioc. quarè Bald. in c. accedens nu. 5. vt lite non conteſt. ait, quòd territorium ſe extendit in aquis, nàm & aquæ menſurabiles ſunt, idem in cap. ex literis nu. 11. de probat. dicens, quòd in mari poteſt agi finium regundorum, ſi controuerſia ſit de iuriſdictione maris inter habentes iuriſdictiones cõfines, non quidèm vt aqua maris diuidatur, aut fiat alicuius, ſed ſicut dicitur in Geneſi cap. 1. quòd *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, ita fertur ſupra mare poteſtas habentis iuriſdictionem in territorijs illi adiacentibus, Roder. Xuarez d. alleg. 17. nu. 1. 2. & ſeqq. D. Reg. Conſtantius in d. l. vnic. C. de claſſic. nu. 8. 10. & 13. Doctor Fr. Seraphinus Freitas de iuſto Imperio Luſitano Aſiatico c. 10. nu. 33. Capoll. d. c. 26. nu. 24. & alij relati per Bened. Ægid. in d. l. ex hoc iure cap. 5. nu. 9. & ſeq.

Nec alienum eſt, quod Paulus I. C. ait in d. l. ſanè ff. de iniur. dicendo, *ſi maris proprium ius ad aliquem pertineat, vti poſſidetis interdictum vtiquè ei competit, ſi prohibeatur ius ſuum exercere*, quarè Dominus Rex Neapolis omni tempore potuit tueri ſuam iuriſdictionem, & ſuperioritatem in mari Adriatico, nec poſſe in eo aliquid contrarium prætendi à DD. Venetis, vltrà ſui diſtrictus terminos, cùm non ſubditis, & nauigantibus in mari Neapolitano Regno pertinenti legem non poſſint imponere, l. cunctos populos C. de ſum. Trinit. & fide cathol. l. extra territorium ff. de iuriſd. omn. Iudic. cap. vt animarum §. ſtatuto de conſt. lib. 6. Innoc. in cap. poſtulaſti de for. comp. Bald. in eleganti conſ. 54. incip. quæritur an Florentini nu. 1. & per totum vol. 4. & ita Lucas de Penna in d. l. 1. C. de claſſic. notat aliqua fundamenta ex ſuperiùs adductis contra Venetos, indebitè vſurpantes ſuperioritatem in toto mari Adriatico, cùm iure gentium, ac ditione propinquioribus pertineat, vt ſupra fundaui, & tradit in ſimili Bernar. Saccus d. lib. 1. hiſtoriæ Ticinenſis cap. 14. Franc. Balduin. in §. 1. nu. 3. Inſtit. de rerum diuiſ.

Et ſi benè ponderentur Authores, quibus nituntur DD. Veneti, quorum plures refert Io. Ant. Bellon. conſ. 14. nu. 37. non probant intentionem contrariam.

Bart. enim in l. iniuriarum actio 13. §. ſi quis me nu. 2. non decidit pro eis, ſed cõtra, dùm dicit, nota pro Venetis, qui dicunt, ex longa conſuetudine ſe habere iuriſdictionem in mari eorum, & ita non in mari aliorum, ita intelligit Veggius conſ. 28. num. 30. Arnold. de Roygier in theſauro iuris verbo *Venetis*. Bald. in l. 1. ff. de diuiſ. rerum, & qualit. num. 4. ſolùm dicit, *& ſic Venetiani, & Ianuenſes, ſua maria habent diſtincta ex inueteratiſſima conſuetudine*, non ergò maria aliena ſpectantia ad Summum Pontificem, Vrbinatum Ducẽ, qui habet Piſaurum, & Senogaliam, nec ad Regem Neapolis.

Angel. in l. præſcriptio 45. quæ eſt finalis ff. de vſucapion. nu. 1. inquit, *præſcripſerunt ergò Veneti, & Ianuenſes gulfos ſuos, & ſic gulfi illi ſui ſunt*, nõ ergò erunt gulfi alieni, & ita intelligitur Paul. Caſtr. ibi nu. 3. in fin. & Ioan. de Imola nu. 1. dùm dicit, *& per hoc infert Angel. quòd Veneti, & Ianuenſes præſcripſerunt gulfos maris, quos poſſederunt à tempore, cuius initij memoria non exiſtit*, nàm referendo ſingula ſingulis, vt eſt de iure text. iuncta gloſ. in cap. ſi quis pecunia, in verbo *laicis* 89. diſt. Io. Staphil. de gratijs expect. concluſ. 2. verſ. *videndum* num. 36.

Angelus idem in l. ſanè 14. num. 3. de iniur. quatenus loquitur de Venetis, qui nauigare ſunt ſoliti, ipſi ſoli per gulphum eorum, & nulli alij eis inuitis, & nauigantes per illud gulphum ſoluunt ipſis Dominis Venetis datia, & gabellas, ex quo, vt ipſe ait, apparet, quòd proprietatem ipſius gulphi acquiſierunt per tempus, cuius initij memoria non exiſtit, concurrente patientia Principis (intelligendo de Cęſare) procedit reſtrictiuè quòad gulphum eorum, non tamèn aliorum, vt ipſius verba manifeſtè demonſtrant, quæ nullatenus poſſunt extẽdi ad totum mare Adriaticum.

Eodem modo intelligitur idem Angel. conſil. 290. incip. circumſcripta pactorum ſerie num. 3. ibi: *circumſcripta pactorum forma poſſent Veneti Ianuenſibus, & alijs quibuſcunque interdicere potentiam nauigandi nauigare volentibus per eorum gulphum ff. de iniur. l. ſanè vbi caſus ſecundùm Ray. de Forliuio, qui exemplum ponit de gulpho Venetorum.* Imò ipſe Angel. num. 4. & ſeqq. per plura fundamenta conſuluit pro Ianuenſibus mercatoribus aduerſus Venetos, etiàm reſpectu ſui gulphi, Iaſ. in l. ex hoc iure nu. 27. ff. de iuſtit. & iure, vltra quòd ſe refert ad Angel. & Rayner. proximè citatos, ita inquit, *item gulphus maris Venetorum eſt in eorum dominio, &c.* & in l. quominùs num. 41. ff. de iuſtit. & iure loquitur reſtrictiuè quòad eorum gulphum.

Stephan. Bertrand. conſ. 69. nu. 8. vol. 3. par. 2. ſolùm ait, quòd Veneti, & Ianuenſes habent ſua maria diſtincta ex inueteratiſſima cõſuetudine, & nu. 12. ex Angelo, Ioanne de Imola, Ioanne de Platea, Angelo Aretino à ſe relatis refert, eos voluiſſe, quòd Veneti, & Ianuenſes gulphos ſuos, quos poſſederunt tempore, cuius initij memoria non exiſtit, & ita præſcripſerunt, & illorum facti extiterunt, & eodem modo intelligitur Calcan. conſ. 55. nu. 3.

Ioan. Franciſc. Balb. tract. de pręſcript. 5. par. princ. par. 2. q. 6. incip. ſextò quæro vtrum, nu. 6. referendo eoſdem Auctores, loquitur etiàm reſtrictiuè reſpectu gulphi maris eorum, prout & Ianuenſium.

Franciſc. Marc. quæſt. 416. nu. 5. par. 1. referendo ſe ad Bart. in l. quominùs quæſt. 2. ff. de fluminib. & Angel. à ſe citatos ſolùm ait, dictos Authores tenere,

nere, quòd Veneti per tẽpus immemoriale præſcripſerunt gulphum maris, & deciſ.38. nu.5. & deciſ.345.nu.3.par.2. ibi: *Et ideò Veneti, & Ianuenſes dicunt, ſe præſcripſiſſe gulphum maris ibi deſignatum, quòd poſſunt prohibere tranſitum, cùm habeant iuriſdictionem, ſecundùm Bart. & Angel. in l.ſanè ſi maris ff de iniur. quod eſt certum, ſi allegetur titulus, aliàs ſecus, ſecundùm Cæpollam dicto tractatu.* Quarè iſte Auctor nihil ex ſe decidit pro Venetis, ſed ſolùm refert, quòd ipſi dicunt, imò & titulum requirit ad iuſtificandum prætenſa per eos.

Decius conſ.85. incip. diligentèr pro tenui num.2. tom.1. ſolùm ait, quòd ſi nobilis tanto tempore eſt vſus imperio in aliquo loco, quod initij memoria nõn extat, illud præſcribit, vt Ang. dicit in l. hoc iure §. ductus aquæ ff.de aqua quotid. & æſtiua, facit quod dicit Ray. de Forl. in l.ſanè ff. de iniur. de gulpho Venetorũ, idem Decius conſ. 638. incip. cõmunitas Spediæ n.3.tom.2. vbi ſolũ memorat, Venetos dicere ex longa conſuetudine ſe habere iuriſdictionem in mari, nec declarat, in quo mari, vndè perperàm trahitur ad totum Adriaticum, in quo modicam oram ſibi contiguam habent, Io Bertach. tract. de gabell. 1.par. nu.20. quàmuis faciat mentionem Salic. in l.cùm proponas C.de nautico fœnore, cuius authoritati innititur, non dicit Salicet. Venetos ex conſuetudine eſſe Dominos maris Adriatici, & poſſe ſtatuere ſuper gabellis maris, nàm indefinitè loquendo, verum non eſſet, verba Saliceti ſunt. *Vlteriùs videi hîc, quòd cõſuetus nauigij locus etiàm in mari eſt obſeruandus, quod nota pro Venetis, qui deuota habent in mari, & mercantias ad nutum ſperantes, volunt in Venetis præſentari, & ibi vectigal ſolui, hoc enim facere poſſunt ex conceſſione Principis, vel per antiquam conſuetudinem, cuius contrarij memoria non exiſtit, vt probat tex. coniuncta gloſ. in l. ſanè ff. de iniur. facit etiàm quod notatur C. de agric. & cenſit. l domini prædiorũ lib.11. aliàs de iure hæc nõ poſſunt, quia cuilibet per mare liberum eſt nauigare ff de rer. diuiſ. l. quædam in fin.* Ecce ergò, quòd nullum verbum de mari Adriatico in vniuerſum, ideòq; intelligi debent Authores prædicti de mari vicino Venetijs, Cæpoll. d. cap.26. de mari nu.7. & ſi dicat, quòd Veneti, qui gulphũ maris Adriatici tanto tempore, cuius non extat memoria poſſederunt, ipſum mare quoad eius iuriſdictionem præſcripſerunt, & ſimilitèr Ianuenſes in mari ſuo, vt notant DD. in dictis locis, vltra quòd intelligitur etiàm reſtrictiuè in mari ſuo, & non in toto Adriatico, ſe illicò declarat dicens, ſed prædicta intelligo vera, quandò allegatur titulus, ſeù priuilegium Imperatoris, vel quòd credat ſe, vel maiores ſuos habuiſſe ius in mari, argum. eorum, quæ notat Bald. in l. Celſus ff. de vſucap. & in l. Iudicis C. de rei vendic. ſecùs ſi confiteretur, ſe, & maiores ſuos nunquã habuiſſe aliquẽ titulum, vel nec aliquod ius, ſed tantù præſcripſiſſe per dictũ tempus, nàm tunc nõ ſufficeret, quia potiùs corruptela eſſet, quàm præſcriptio, vt in auth. vt nulli iudicum §. 1. & ibi gloſ. collat.9. & quanto longiori tempore poſſediſſent, tanto maiori culpa tenerentur, vt cap. fin. extra de conſuet.

Ioan. Franc. Purpur. conſ.479.nu.15.vol.2. referens Angel. & Paul. Caſtr. in l.fin. ff. de vſucap. ſolummodò ait, quòd tempore immemoriali præſcribuntur etiàm loca non præſcriptibilia triginta annis ſubiungit, eos Authores inferre, quòd Veneti præſcripſerũt tanto tempore gulphum maris, & proptereà ratione dictę poſſeſſionis longiſſimę poſſunt interdicere Genuenſibus, & alijs quibuſcunque nauigationem per eorum mare, ergò non per mare aliorum habentium dominia in mari Adriatico, vt apparet ex Auctoribus à ſe allegatis, Benuenut. Stracch. tract. de nauigatione ponit quæſtionem nu.8. an Veneti habeãt ius prohibendi, nè quis in Adriatico ſinu nauiget, referens Ang. d.conſ.290. & alios ex ſupra citatis, ſed nihil ex ſe decidit præiudiciale iuribus aliorũ Principũ, præſertim Regis Neapolis, Ioan. Petr. Surd. conſ.127.vol.1. & conſ.321.nu.4.vol.3. allegando aliquos ex Auctoribus ſupra citatis ſolùm ait, Doctores dicere, quòd Veneti, & Genuenſes, qui in eorum mari præſcripſerunt, poſſunt nauigationem alijs inhibere.

Martin. de Carazijs Laud. tract. de Princip. q.123. ſolummodò ait, Veneti, & Ianuenſes ſolum præſcripſerunt iuriſdictionem in mari Bart. & Ang. in l.iniuriãrum §.fin. cum l.ſeq. de iniur.

Felin. in c. de quarta n.41. verſ. *demùm* de pręſcrip. ſolùm ait, cui addi poſſet accumulata per Anan. in c.1. de clerico Venatore, dùm latę ponit, quo iure Veneti, & Ianuẽſes acquiſierũt ius maris, ita vt alijs poſſint prohibere ius nauigãdi, iàm enim ſuperiùs ponderaui, Ananiam reſtrictiuè loqui de mari eorum.

Cardinalis Albanus Bergomenſis, & ſic Venetorum vaſallus in addit. ad Bart. in l.1. §. deniquè nu.3. ff de aqua pluuia arcend. Angel. Matheac. etiàm vaſallus illorũ, quia primam cathedram Patauini gymnaſij moderator lib.1. de via, & ratione iuris c.36. maximè nu.17. & Marc. Ant. Peregr. lib.1. de iure fiſci tit.1.nu.18. & latiùs lib.8. à num.17. vaſallus etiã, quia Patauinus, & Reipublicæ Venetæ I. C. nouiſſimèq; Iulius Pacius, qui occaſione ſumpta ſcriptorum à nobis d. nu.55. conſ. 100. conatus fuit ſatisfacere, qui Authores affectu ducti erga ſuam Republicam ſe extendunt indefinitè ad mare Adriaticum, minimè audiendi veniunt, arg. glo. in cap. de forma 22.q.5. Albert. Malet. tract. de teſtib. q.1. princ. q. 2. Rebuff. tract. de reprob. teſtium nu.75. quarè cùm dictũ Doctoris debeat intelligi, & reſtringi ſecundùm iura, quæ allegat, aut Authores à ſe citatos ex doctrina Bart. in l.non ſolùm §. liberationis verba nu.10 ff. de liber. legat. quàm ſequuntur Rolan. à Valle conſ.68. nu.18. vol.1. & plures alij à nobis relati conſ.35. nu.10. & Authores moderni, qui ſcripſere pro DD. Venetis fundamentum faciũt in antiquis, quos recenſuimus. & ſi qui forſan alij reperiantur ſententiæ eiuſdem, nullo modo ex ipſis poteſt inferri, nec extenſio fieri ad totius maris Adriatici ſuperioritatem, quam nulli eorũ Venetis concedunt, ſed reſtrictiuè ad ipſorum mare, quo etiam modo intelligendus venit Calixtus Ramirez tract. de lege regia §.30. nu.20. & D. Regens Carolus Tapia d.deciſ.22. nu.6. & 7. qui concludit, ponderatis verbis Authorũ, quòd

Ianua,

Ianua, & Venetia, quæ in ſuo gulpho ius acquiſierunt, non autèm in mari Adriatico, vt ex dictis patet.

Reſpectu autèm præſcriptionis immemorialis, qua DD. Veneti ſe intendunt valere, & tueri ad vſurpandum ſuperioritatem in toto ſinu Adriatico, nullatènus procedit, tùm quia in his, quæ ſunt facultatis, regularitèr non currit præſcriptio, niſi qui præſcribit prohibeat, & aduerſarius acquieſcat, & ab eo exigi patiatur, vt ex text. in l. viam publicam ff. de via publica, Felyn. in c. paſtoralis limit. 8. de offic. ordin. gloſ. verbo *pro ſocio* in l. vnic. C. de annal. except. Anton. Gabr. lib. commun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 10. & 12. Ioan. Petr. Bim. conſ. 143. nu. 10. vol. 2 plures alij, quos refert Ioan. Vinc. Honded. conſ. 82. num. 8. vol. 1. vbi ex Gabr. d. concl. 10. nu. 7. ampliat etiã ſi tempus immemoriale deflueret, Ruin. conſ. 28. nu. 10. lib. 1. conferunt tradita per Barbat. conſ. 19. nu. 26. vol. 3. & à nobis conſ. 94 nu. 64. vol. 1.

Tum quia multiplicitèr interrupta, continuatis temporibus, nàm Aymoinus lib. 4. de geſtis Francorum c. 98. ſcribit: *Pipinus Rex, perfidia Ducum Venetorum incitatur. Venetiam bello terra, mariq; ſtatuit appetere, ſubiectaq; Venetia, ac Ducibus eius in deditionem acceptis, eandem claſſem ad Dalmatiæ littora vaſtanda miſit*, & ex Paulo Diacono Aquileienſi Blondus lib. 2 decad 2 & Æneas Syluius in illius epitome pag mihi 193. & ex Ioanne Zonara, Eginardo, Regino. Sigiberto, Conrado, Abbate Vrſpergenſi, Gotholredo Vitulenenſi, Guillel. Tyrio, Nanclero, & poſtremò Munfero contra Sabellicũ lib. 6. c. 7. cuius meminit Theatrum vitæ humanę vol. 3 lib. 11. pag. 1052. & alios Venetos ſcriptores, qui contrarium ſcripſere, tradit Ioan. Bapt. Piña de Principibus Atteſtinis lib. 1. pag. 49 victoriamq; Pipinum aſſecutũ contra Venetos apud Riuumaltũ, Albert. Crantzius lib. 2. hiſtor. Saxoniæ c. 20. Ioan. Igneus tract. an Rex Franciæ num. 26. Paul. Æmil. lib. 3. de geſtis Francorũ in Carolo Magno, Steph Forcat. lib. 3. de Gallorum Imperio, & philoſophia pag. 427. Franc. Marc. quæſt. parlam. Dalphin. 366. num. 6. tom. 2. Robert. Gaguin. lib. 4. hiſto. Franc. & nouiſſimè eruditiſſimus Author Squitinij libertatis Venetæ cap. 3.

Tempore Regis Alphonſi I. Neapolis Præfectus regiæ claſſis Bernardinus Vilamarinus, circa Venetiarum littus triremes Venetorum inſecutus per Adriaticum, illas comprehendit, atq; incendit, vt vltra Authores, quos retuli conſ. 100. nu. 55. teſtatur Æneas Syluius Papa Pius II. tunc contemporaneus in hiſtoria Europæ cap. 14. pag. 406.

De Ferdinando Rege Neapolis, eiuſdem Regis Alphonſi filio, certiſſimũ eſt, quòd cùm ipſi, & eius Regno plurima damna, & iniuriæ terra, mariq; inſerrentur à Ioanne Antonio Principe Tarentino, vt vim vi propulſaret, vt ſibi diuino, & humano iure permittebatur ex nonnullis ſuis triremibus, quas Neapoli habebat, aliquas in Apuliam, ſuperumq; mare miſit, vt conatibus, ac vi ſuorum hoſtium obſiſteret, vt latiſſimè recenſetur duabus epiſtolis dicti Regis ſcriptis Paſchali Duci Venetorum, quæ ſunt numero 26. & 27. in collectis ab Antonio Panhormita, & tandem dicta epiſtola 26. quòd vſquè ad ſuarum triremium aduentũ dictus Princeps Tarenti in præiudicium ſuorum ſubditorum in mari alio biremes habuerit, proteſtaturq; non defuturum illorum tuitioni, concludens his verbis: *Nihilominùs nos ſinum iſtum Adriatici maris inuiolatum ſemper, ac pacatum ſeruabimur, modo nec hoſtium naues nos offendant, aut ſubditos noſtros, ſicut huc vſquè fecerunt inceſſantèr. Alioquin iuſtum, & æquum erit, vt quod illis permittitur, nobis pariter non abnegetur.*

Et vti teſtatur Æneas Syluius d. cap. 14. idem Rex Alphonſus ſæpè per mare Adriaticum milites in Albaniam miſit, & Troiam Vrbem in poteſtatẽ receptam à Turcis defendit, & tetigit aliquid de hoc Hieron. Zurita tom. 4. annal. lib. 16. c. 21.

Referunt Hieron. Zurita eodem tom. 4. lib. 19. cap. 57. & Anton. de Herrera in commentarijs rerũ factarum ab Hiſpanis in Italia anno 1476. pag. 151. quòd Infans Donna Beatrix ab Aragonia filia Ferdinandi Regis Neapolis poſtquàm fuit coronata Regina Hungariæ, cauſa matrimonij cõtracti cum Rege Hungariæ Mathia Coruino die 2. Octobris eiuſdem anni aſſociatam ab Infante Don Federico eius fratre, & claſſibus triremium, ac nauium Regni paterni à Ciuitate Manfredoniæ, & illius portu nauigaſſe ad Mathiam, vitum per gulphum Adriatici maris, nihil dicentibus Auctoribus de ingreſſu dictarum claſſium in mare Adriaticum, & trãſfretatione circa prætenſionem dominij, aut ſuperioritatis Reipublicæ Venetæ in mare prædictum, cuius etiàm trãſitus mentionem faciens Anton. Bonfin. decad. 4. rerum Hungar. lib. 4. pag. 582. inquit: *Dum ingentem igitur molitur apparatum à Ioanne Varadenſi Antiſtite, cæteriſq; legatur, qui ducendæ Beatricis Reginæ gratia, Neapolim in Italiam conceſſerant; edocetur, ipſos cum ſanctiſſima ſponſa, iàm Neapoli mouiſſe, honeſtiſſimum Italorum procerum equitatũ cum ea venire illorum Principem, & parentis, & moderatoris loco ſponſæ datum Adriæ Ducem eſſe virum maxima grauitate, ac ſanctitate præſtantem, ad Sipontum tres longas naues conſcendiſſe Adriaticum ſe ſinum luſtraturos.*

Vltra, quæ memorat Vbertus Folieta lib. 6 hiſtoriæ Genuenſis fol. 114. & ſeq. quòd claſſis Genuenſis, quæ Duce Auria ducebatur, poſtquàm Adriaticum ſinum fuerat ingreſſa, cùm cognouiſſet, Venetorum claſſem ad Corcyram nigram ſtare, eò nauigauit, cõflictuq; habito, eam deuicit, maxima cum ſtrage, Iul. Ferret. tract. de re nauali lib. 12. nu. 80. & quàmuis inuitus fatetur Petrus Iuſtinian. lib. 4 hiſtoriæ Venetæ pag. 83. & ſeq.

Accedat, quod ex Blondo lib. 8. & lib. 10. pag mihi 321. tradit etiàm Æneas Syluius in illius epitome pag. mihi 249. quòd ſcilicèt cùm fames fuiſſet Venetijs, Taruiſini, Patauini, & Ferrarienſes, vt annona iuuarent rogati cùm impetrare non potuiſſent, noua in mari Adriatico nauigantibus intra Polã, & Venetias vectigalia fuere à Venetis impoſita tunc primùm, & vt merces, & onera ſi magiſtratibus collibuiſſet deponendũ, Venetias ſe conferrent. Eo Bononienſes aperto bello contradixere, in quo Superiores multoties fuere

Venetus,

Venetis,donec ad concordiam venere,vt exciſſo Caſtello, quod in oſtio primario Padi conſtruxerant,quarundam rerum eductionem haberẽt, Anconitani verò ad Gregorium Decimum Pōtificem Romanum querelas detulere, quibus motus Pontifex mare à Venetis liberum linqui iuſſit, qui tunc minimè paruerunt, prætenſa ad contumaciam excuſatione,quòd Pontificem nõ benè informaſſent,non tamèn ex hoc poteſt colligi acquieſcentia, imò contradictio expreſſa illorum, de quo latè Hieronymus Briani in hiſtoria Italiæ par.2.lib.11.pag.179.

Quarè non dubium, prætenſam DD. Venetorum præſcriptionem, vel non adeſſe,vel eſſe interruptam tot contradictionibus, & actibus contrarijs,nàm interruptio præſcriptionis quædam eſt ciuilis,quædam naturalis, hæc contingit cùm deficit aliquid ex his, quæ neceſſariò ad præſcriptionem requiruntur, nempè titulus,bona fides, vel poſſeſſio, illa fit quandò aliquis actus acciderit, qui ex lege ciuili interruptionem inducat, & hæc diſtinctio patet in cap. illud, vbi gloſſa de præſcriptio.& in l.cùm notiſſimi §.ſed etſi quis,verbo innouatur de præſcriptio.30.vel 40. annor. ſequitur Couarr. in regula poſſeſſor malæ fidei 2. par.relectio.§.12. num.1.in fine.

Et interruptio præſcriptionis iurium fit ex ſola contradictione,etiàm verbotènus,l.ſequitur §.ſi viam ff.de vſucapio.l.2.vbi Bald.notabili 4.C.de ſeruitutib.cap.auditis de præſcr.Bar.in d.l.cùm notiſſimi §.imò, Alexand.conſ.108 num.5. verſ. *vndè videmus*,& num.10.verſ.*vltimò reſpondeo*, volum.2. Aymon Craue.conſ.949.nu.29.vol.5.

Vel vnico actu contrario, ut notatur in l.nemo. §. temporalis ff. de regul.iuris,cap.fin. de conſuetud. Romanus conſ. 368. verſic. eſſet etiàm neceſſarium, Craue.conſ.462. nu.14.

Neque obſtabũt quædam exempla adducta à quodam auctore, ſtylo Veneto, nomine verò forſan confictο,ac ſimulato Franciſci de Ingenuis Germani, ac alterius Minuzzi Minucci Archiepiſcopi Zaræ in ſupplemento Hiſtoriæ *dells Vſcochi* pag. 28. & ſeqq. quibus prætendunt, Duces Venetorum à diuerſis Principibus rogatos ſuper pacifico tranſitu,aut tranſuectione aliquarum rerum pro eorum vſu, nàm ſuarum narrationũ nulla oſtenditur probatio, nec fides exhibetur, ideò illorum non debet haberi ratio,quia narratorum natura eſt, non vt probent,ſed vt probari debeant, cap.ſi Papa de priuileg.in 6.vbi Ioann. Monach. num.1. Ioann.Bapt.Ferret. conſil.353. num.14. l.verba.vbi notatur C. de teſtam.Bald. conſil.162.incip.caſus,ſuper quo num.10.In fine volum. 2. etiàm ſi exhiberetur copia aſſertarum epiſtolarum, nàm vt dixit Gregor.lib.2. epiſt.3. relatus in cap.1.de fide inſtrumentor.*Si ſcripturam authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere poſſumus*, Paul. Caſtrenſ.conſ.202.par. 1.Curtius Iun.conſ.166.num.1.Couarr.in pract. cap.19.num.1. verſ.*hinc deniquè deducitur*, & vt veriſimile eſt, conijcique poteſt ex fundatis ſuperiùs ſi aliquo caſu, vel tempore fuit à Ducibus beneplacitum poſtulatum, id factum vtiquè fuit,quia per diſtrictum maris Venetijs adiacẽtis erat transfretandum, nauigandumuè, non tamen reſpectu diſtrictuum,quos alij Principes habent in mari Adriatico.

Neque obſtabit, quòd Angel.Mattheacius lib.1.de via, & ratione iuris cap. 36. num. 17. & 18. & Marcus Anton.Peregrin.de iure fiſci lib.8. n.18. dicunt, Venetos habere aurum, ſanctumquè titulum priuilegij ſibi ad maiorem confirmationem conceſſi ab Alexandro III.Pontifice Romano,cùm furorem, vt ipſi dicunt Friderici Imperatoris Ænobarbi dicti fugiens Venetias ſe recepit, ac contulit, & victo Conrado Imperatoris filio, Ciano Duci reuerſo victoriam gratulatus annulum porrigens aureum dixit,Accipe Ciane, & me authore ipſum mare hoc tibi pignore obnoxium reddito,quod tu,tuiq; ſucceſſores quotannis ſtato die ſeruabitis, vt omnis poſteritas intelligat, maris poſſeſſionem iure belli veſtram eſſe quandoque factam, atque vti vxorem viro, ita illud veſtro ſubiacere imperio,nàm, vltra id, quod tradit Ludouicus Grotus cęcus Hadriæ oratio.7.folio 38. pag.2. quòd die lunæ fuere diuiſę aquæ ab aquis, & in quo die regnat luna dominatrix aquarum incæpit ædificari Venetia,in argumentum æterni, & mirabilis imperij quod habent mariti ſuper vxores, ipſa debebat ſortiri ſupra mare,ad cuius apertiorem demonſtrationem Venetia annuali vice,ſponſatur anno quolibet ſub die ſanctiſſimæ Aſcenſionis Chriſti Domini in cœlum,& die lunæ hebdomadæ ſanctæ, tempore,quo luna erat in ſua maiori plenitudine, & ſol in eius clariori luce incæpit ædificari dicta ciuitas, pro quo etiàm Adam Keller: lib.2. de officio iuridic. politici cap.8.pag. 333. vbi ait, *ex ſuperiùs adductis patet,Dominũ Reipublicæ eſſe ſponſum, & defenſorem,ideòque ei dotem pro talis coniugij oneribus dandam eſſe in remunerationem laboris,& ſollicitudinis, quam pro ea ſubire debet, quique vitam propriam eius tuitionis cauſa periculis deuouet, vnde mos Venetorum Regem ſuum*(Ducem dicere habuit) *mediante aureo annulo cum mare deſponſandi proueniſſe dicitur*, cuius ſententię partem primam videtur mutuatus à Petro Gregorio lib. 9. de Repub. cap. 1. num. 11. conſertqı illud Lucani lib. 2. *Vrbiquè maritus*, nàm inter Principem, & Rêpublicam, matrimonium morale, & politicum contrahitur Andr. Canonher.in diſcurſ.politic.in Tacit. pag. 75.

Dictam narrationem diuerſimodè ſatis faciunt etiã ipſi Authores Veneti,vt apparebit ſi cõſeratur, quod ſcribit Marcus Anton.Sabellic.lib.7. decadis 1. cuius meminit Theatrum vitæ humanæ volum.3. lib.5. pag 779.col.1.cum ea,quam adducit Petrus Iuſtinianus lib. 2. rerum Venetar. pag.34. ibi, è Ducariaquè triremi in littus Principem deſcendentem, ſtatim Alexander Pontifex complexus victoriam illi gratulatur,indè annulum porrigens aureum, Accipe,inquit,Ziane, & me authore hoc mare tibi,Venetiæque armis obnoxium deſponſato,quod tu, & futuri principes quotannis ſtato die in perpetuum ſeruabitis,vt omnis poſteritas memoria repetita intelligat, maris poſſeſſionem patria virtute, ac nauali diſciplina veſtram eſſe iure belli quandòque factam,atquè vt vxorem viro,ita illud hoc deſpõ-

Digitized by Google

ſtationis annuæ munere veſtro ſubiacere imperio, in quo illud obſeruandum eſt, quod dicit *hoc mare.* quaſi intelligeret ſi certa foret narratio de illo mare Venetijs proximo, in quo reperiri tunc temporis aſſeritur, arg. l. qui hoc anno ff de verbor. oblig. l. 1. in princ. & in aliquib. illius §§. ff. de aqua quotidia. & æſtiua, vbi verba *hoc anno* intelliguntur de præſenti, vt obſeruant omnes ferè Lexicographi.

Alio modo recenſet Chauaſſius lib. 1. de perfecta prudentia cap. 9. pag. 211. ex Villamont. lib. 4. peregrinar. hiſtor. c. 34. & Bonifacius Vannozius vol. 3. animaduer. politicarum nu. 890. dicentes, *Pontifex annulum de manu ſua detractum obtulit, dicens authoritate mea hoc annulo fretus Oceanum tibi ſubijcies, & quotannis tibi, poſteriſque eo die, quo hanc victoriā pro Eccleſia defenſione obtinuiſti deſpondebis mare.* Et ita ſatis liquet, quòd in vna, & eadem re, ac formalitate verborum non conſentiunt inter ſe, vt non iniuria poſſit applicari illud Diui Marci c. 14. *Et conuenientia teſtimonia non erant.* nàm ſi hiſtoria vera fuiſſet, vtiq; veriſimiliter Authores non ita diuerſimodè loquerentur, nàm veritas in omnē partem ſui eadem eſt, tenue eſt mendacium, perlucet ſi diligentèr inſpexeris, vt ex Seneca epiſt. 80. tradunt Stephan. Longobardus, Andræas Eborenſis, & hoc maximè cōſideratur in hiſtoria dicente, G. Pachyme. hiſt. lib. 1. *Veritas hiſtoriæ anima rectè dici poteſt & ſacrarium, cui qui mendacium profert plane ſacrilegus eſt.* Quarè relatis etiā Gabriele Simeone lib. 2. hiſtor. Venetæ, & Cardinali Contareno lib. 1. ac Martino Delrio lib. 4. diſquiſitio. magicarum c. 2. q. 6. ſect. 3. relationum diuerſitatem inter dictos Authores obſeruauit doctiſſimus Ioan. Solorzan. d. lib. 3. de iure Indiarū c. 3. n. 34. pag. 678. quæ animaduerſione ſūi digna ad vitādum errorem forſan illorum, qui ſequendo Venetos ſcriptores dictam narrationē, ſuis ſcriptis induxere, quorum aliquos recenſet Pater Seraphin. Freitas de iuſto Imperio Luſitano Aſiatico, c. 10. n. 32. licèt enim quotannis dicta ceremonia renouetur Venetijs, id ea de cauſa fit, quia DD. Veneti principalitèr præualent, & dominia habent in locis maritimis, & ideò quandò eligunt eorum Ducem, & in dignitate Ducali conſtituunt, ea ceremonia vtuntur, quòd cū inſignijs ducalibus mari deſponſetur, iacto in eam annulo in ſignum perpetui imperij ſui maris, vt ex Cardinali Contareno d. lib. 1. de Repub. Veneta tradit Caſtillo Bouadilla in politica lib. 5. c. 5. nu. 4.

Et vt clariùs appareat, quàm ſit incerta dicta narratio, conueniens eſt adducere in medium quod tradit Franciſcus Guicciardin. lib. 8. hiſtor. pag. mihi 224. dicens, ſuper abſolutione, quā Veneti curabāt obtinere à Iulio II. à cenſuris, quibus innodati erāt. *Haueua deliberato non la concedere, ſe nō cō dignità grande della Sedia Apoſtolica & in modo, che le coſe della Chieſa ſi liberaſſero totalmēte dalle loro oppreſſioni, e perciò recuſādo i Venetiani di cedere à due conditioni, le quali oltre à molte altre haueua propoſte differiua l'aſſoluergli: l'vna era, che laſciaſſero libera a' ſudditi della Chieſa la nauigatione del mare Adriatico, la quale vietauano à tutti quegli, che per le robbe conduceuano, non pagauano loro certe gabelle; l'altra, che non teneſſero più in Ferrara, Città depēdēte dalla Chieſa il magiſtrato del Biſdomino: allegauano i Venetiani queſto eſſer ſtato conſentito da Ferrareſi, nō repugnādo Clemente VI. Pontefice Romano, che à quel tempo reſedeua con la Corte nella Città d'Auignone, & la ſuperiorità, & cuſtodia del Golfo hauere conceduto loro cō ampliſſimi priuilegij Aleſſandro IIII. (vuol dir III) Pontefice moſſo, perche con le armi, e con la virtù, e con molte ſpeſe l'haueuano difeſa da' Saracini, e da Corſali, e renduta ſicura quella nauigatione a' Chriſtiani: alle quali coſe ſi replicaua per la parte del Pontefice, non hauere potuto i Ferrareſi in pregiudicio della ſuperiorità Eccleſiaſtica acconſentire, che da altri fuſſe tenuto vn Magiſtrato, ò eſſercitata giuriſditione in Ferrara, ne hauendo conſentito volontariamente, mà ſforzati da lūga, e graue guerra, e doppo hauere ricercato in vano l'armi del Pontefice, le cenſure del quale diſpregiauano i Venetiani, hauere accettata la pace con quelle conditioni, ch'era paruto à chi poteua contro à loro più con l'armi che con la ragione, ne della conceſſione d'Aleſſandro apparire, nè in hiſtorie, nè in ſcritture memoria, ò ſede alcuna, eccetto il teſtimonio de Venetiani, il quale è in cauſa propria, e si ponderoſa era ſoſpetto, e quā do pur ne appariſſe coſa alcuna eſſer più veriſimile, che da lui, il qual diceuano hauerlo conceduto in Venetia, fuſſe ſtato conceduto per minaccie, ò per timore, che vn Pontefice Romano, à cui ſopra tutti gli altri appartenea il patrocinio della giuſtitia, e'l ricorſo de gli oppreſſi haueſſe conceduto vna coſa tanto imperioſa, & impotente in detrimento di tutto il mondo:* Vndè videtur conuenire quod dicitur in titulo de pace Conſtantiæ, ibi, *Pactiones timore noſtro, vel per impreſſionem nunciorum factæ caſſentur, nec pro eis aliquid exigatur.*

Et licèt Alexander Bardi libro quodam peculiari impreſſo Venetijs anno 1584. conatus fuerit cōprobare hiſtoriam victoriæ Naualis, quā dicunt obtinuiſſe Rempublicam Venetā contra Othonē filium Friderici primi Imperatoris ſuper reſtitutione Alexandri III. Pont. Max. Et illius aduentum ad Ciuitatem Venetiarum, ſucceſſi ſequentum aſſertum priuilegium, & alia, tamèn aduerſus ipſum ſolidis fundamentis ſcripſit Eminentiſs. & Reuer. Cardinalis Cæſar Baron. tom. 12. annal. eccleſiaſtic. anno Chriſti 1177. pag. mihi 436. in impreſſis Ticini, ad quem breuitatis cauſa remiſiſſe ſufficiat, quarè verendum non immeritò eſt, nè verum ſit, quod de Venetis cenſet Ioan. Cuſpinian. in ſcholijs ad Sextū Ruffum pag. 28. dùm tractat de Cypro Inſula, quem & ipſius verba modeſtiæ gratia tranſcribere noluimus, quæ omnia (ſalua pace, & veritatis cauſa) diſcurrere volui, vt magis eluceſcat quod priùs tetigimus ſuper materia hac: Nec omittēdum eſt pro coronide, quòd Dominus noſter Rex Catholicus in ſuis litteris patentibus, ſeù titulis conceſſis ſuis Generalibus maris, eos conſtituit generales reſpectu vtriuſquè maris, ſcilicet mediterranei, & Adriatici, & hoc vltimo loco vidimus in titulo generalis Sereniſſimi Principis Philiberti.

FINIS.

GNOMOLOGIA:

IDEST

INDEX CONCLVSIONVM IVRIS,

ALIARVMQ; NOTABILIVM SENTENTIARVM,

Quæ in hoc Secundo Volumine Conſiliorum adducuntur.

Alphabetica ſerie, & vtili, ac laborioſiſſima methodo digeſtus, in quo litera C. Conſilium, N. Numerum, F. Folium indicat.

A

ABBAS poteſt Monachum ſui Monaſterij vendicare. conſil. 135.nu.127.fol.238.

Abbas recuſante Monacho adit hæreditatẽ illi delatam. Ibid. num.131.

ABIMELECH occidit ſeptuaginta fratres, vt ſolus regnaret. conſ. 199. nu.10. fol.630.

ABLATIVI abſoluti verba important formã. conſ.175.nu 48.fol.486.

Ablatiui abſoluti verba important conditionem. conſ.177.nu 96.fol.499.

ABNER, Ioab, & Amaſſau hiſtoria tanguntur, quando transfugerunt ad hoſtes. conſ. 162. num.38.fol.384.

ABSALON Dauidem patrem Regno expulit. conſ.199.nu.31.fol.631.

ABSENS legitimari nequit. conſ.119.nu.152. fol.120.

Abſens poteſt præſentari, quandò eſt notus præſentanti.conſ.139.nu.21.fol 251. Et acceptata per abſentem præſentatione, quæritur illi ius irreuocabile.Ibid.nu.22.

Abſens habetur pro diſſentiente. conſ.177. n.92. fol.499.

Abſenti non currit præſcriptio in eius damnum. conſ.187.nu.124.fol.565.

Abſentia à loco commiſſi delicti inducit præſumptionem pro abſente. conſ.161.nu.34.fol.375.

Abſentia mariti non præſumitur, niſi probetur. conſ.169.nu 101.fol.448.

Abſentia affectata efficit, vt quis poſſit citari per proclama.conſ.170.nu.3.fol.452.

ABSOLVTIO à cenſuris can. ſi quis ſuadente. 17.q.4. eſt reſeruata Summo Pontifici. conſil. 142.nu.144.fol.270.

Abſolutio iuramenti ad effectum agendi, & excipiendi poteſt concedi ſinè citatione partis conſ.148.nu.77 fol.302.

Abſolutio, aut relaxatio Iudicis Eccleſiaſtici requiritur priùs, quàm iudicium incohoetur contra inſtrumentum iuratum. conſ.173. nu. 88. fol. 471.

Abſolutio à iuramento ad finem agendi, vel excipiendi conceditur ſinè partis citatione. Ibid. num.90.

Abſolutio à iuramento contractur nulli non eſt neceſſaria.Ibid.nu.92.fol.472.

Abſolutio à iuramento conceditur maioribus, ſicut minoribus propter læſionem enormiſſimã. Ibidem nu.94.

Abſolutionis commiſſio ab vna excommunicatione, ad aliam non extenditur. conſ.159.n.39. fol. 361.

Abſolutiones tot requiruntur, quot ſunt excommunicationes. Ibid. nu.29. fol.360.

Abſolutoria lata ab vno Iudice, quandò alium non impediat.conſ.131.nu.16.fol.203.

Abſolutoria in iudicio criminalitèr intentato non parit exceptionem rei iudicatæ in ciuili. conſ. 181.nu.39.fol.525.

ABSVRDVM eſt vitandum etiàm ſi verba improprientur.conſ.123.nu.39.fol.213.

Abſurdum eſt, vt in ſalutem, & exiſtimationem ſententiam ferat, qui nec de re pecuniaria poſſet cognoſcere.conſ.161.nu.2.fol.372.

Abſurda omnis illatio eſt reyicienda. conſ. 191. nu.16.fol.587.

Abſurditas vt vitetur, extenduntur verba,

couſil. 169. num. 49. fol. 443.
ACCEDENS ad rem gerendam, quid debeat priùs conſiderare.conſ.162.nu.93.fol.387.
ACCEPTATIO poteſt fieri verbis, & factis. conſ.103.nu.24.fol.28.
Acceptatio,quæ fit facto, habetur efficacior. Ibid. nu. 25.
Acceptatio ſi non apparet, donatio eſt inefficax. conſ.119.nu.8. fol.107.
Acceptatio donationis abſenti factæ requiritur etiàm ſtante l.2. tit. 64. lib. 5. nouæ recopil. Ibid.nu.29.fol.109.
Decanus non venit appellatione Capituli. Ibid. num 16.

Decanus tanquàm Decanus, niſi ſit etiàm Canonicus non habet vocem in Capitulo. Ibidem num.21. & 23. fol.305.

Decanus Capituli, ſiuè ſit Prælatus, aut alio nomine nuncupetur non habet diſtributiones quotidianas, quę competunt Canonicis. Ibidem num. 22.

Decanus debet habere in Choro primum locum poſt Epiſcopum. Ibidem num. 27.

Decanus, & Capitulum Conchenſ. habent mandatum de manutenẽdo in poſſeſſione, ſeù quaſi procedendi cum Epiſcopo contra Capitulares. conſ.184. num.80. fol.541.

Decani munus in Cathedrali quale ſit. conſ.149. num.12. fol.304.

Decano, & Capitulo aſſiſtit ius commune in iuriſdictione in eius Capitulares. conſ. 184. nu. 83. fol.541.

Decanum habere vocem in Capitulo, tenuerunt aliqui. conſ.149. nu.13. fol.304.

Decani dicebantur, qui funeribus præerant. Ibidem num.1. fol.303.

Decani dicebantur, qui decem militibus præerãt. Ibidem num.2.

Decani qui eſſent in Monaſterijs. Ibidem nu.3.

Decani dicuntur, qui præſunt Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis. Ibid. num.4.

Decanos inſtituit Moyses, vt Populo Iſraelitico ius dicerent. Ibidem num.3.

Decanatus eſt dignitas Eccleſiaſtica. Ibidem nu. 8. fol. 304.

DECAPITATIONIS mors eſt honorabilis, et in nobilium fauorem inducta. conſ.102. num. 130. fol. 24.

DECEPTIO in dubio non præſumitur in emptione, & venditione. conſ.156. nu.2. fol.338.

Decepto iura proſpiciunt contra decipientem. conſ.180. num.33. fol.520.

DECERNENDVM eſt, prout poſtulat præſentium temporum cõditio, & ratio. conſ.167. num.75. fol.431.

DECIMA

Digitized by Google

INDEX.

DECIMA, quodd quotam eſt iuris poſitiui, quò uerò ad Miniſtrorum ſuſtentationem, iuris diuini. conſ. 114. nu 11. fol. 88. & conſ. 146. n. 5. 9 fol. 286.

Decima prædialis, aut perſonalis, conſuetudine minui poteſt. Ibid. nu. 6.

Decimæ inter alia fuere à Deo inſtitutæ prò alimentis Sacerdotum, proùt & Leuitarum. conſ 114. nu. 1. fol. 87.

Decimæ ſoluendæ ſunt de animalibus, & pecoribus, fœtibus, lana, & caſeo. Ibid. nu. 3.

Decimæ neceſſariæ prò victu Parochi, & Miniſtrorum ſunt de iure diuino. Ibid. nu. 5.

Decimæ reſpectu ſuſtentationis Miniſtrorum non præſcribuntur. Ibid. nu. 6.

Decimæ in eo, quod excedunt ſuſtentationem Miniſtrorum ſunt iuris poſitiui. Ibid. nu. 7.

Decimæ dicuntur ſolui integraliter, attenta conſuetudine. Ibid nu. 9. fol. 88.

Decimæ omnes Diœceſis iure communi erant ſub Epiſcopi adminiſtratione. conſ. 121. num. 29 fol. 129.

Decimæ minores, & emolumenta pedis altaris conſiderantur in congrua Parochi. conſ. 127. nu. 43. fol. 168.

Decimæ ex prædijs dominorum vaſallorum in Epiſcopatu Conchenſi ex immemorabili conſuetudine computantur inter decimas, dictas, de Coronados. conſ. 143. nu. 9. fol. 275.

Decimæ prædiales ad Rectorem pertinent prò ſua portione. conſ 146. nu. 3. fol. 286.

Decimæ præſcribuntur tempore annorum quatraginta. Ibid. nu. 16. fol. 287. et n. 21. fol. 288.

Decimæ dicuntur habere cauſam continuam, & quarè. Ibid. num. 22.

Decimæ præteriti temporis ſunt diuerſæ à decimis futuri. conſ. 151. nu. 38. fol. 317.

Decimarum nomine venit, quod neceſſarium eſt Sacerdotibus alendis. conſ. 114. nu. 2. fol. 87.

Decimarum conceſſio facta clericis eſt amplianda. conſ. 146. nu. 34. fol. 289.

Decimas ſoluendi præceptum omnes comprehendit. Ibid. nu. 1. fol. 286.

DECISIO Reg. Cam. Sũmariæ Neap. apud Reuert. 42. lib. 1. põderatur. conſ. 155. n 51. f. 334.

Deciſionem cauſarum differre eſt odioſum, & reſtringibile, nec ſine vtriuſq. partis conſenſu admitti debet. conſ. 170. nu. 24. fol. 453.

Deciſiones ad fauorem fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo adducuntur, quandò Principalis appellauit. conſ. 157. nu. 34. fol. 351.

Deciſum cum eo, qui fuit admiſſus ad actionem popularem, quandò habeat firmitatem perpetuam. conſ. 167. nu. 44. fol. 429.

Deciſum cum maxima cauſæ cognitione refricãdum non eſt. conſ. 171. nu. 6. fol. 455.

Deciſum in Curia ſuprema non debet iterũ controuerti. Ibid. nu 7.

DECLARATIO animi qualiſcunq. ſufficit, conſ. 103. nu. 26. fol. 28.

Declaratio facta per Conſilium ſupremum ſupèr nullitate exequutionis præſupponit nullitatem recognitionis, ſuper qua fundabatur. conſ. 112. nu. 61. fol. 68.

Declaratio Fundatorum non inducit nouum, & illi ſtandum eſt. conſ. 120. num. 16. fol. 122.

Declaratio ineſt actui declarato, & eſt acceſſoria, & conſequutiua ad illum. Ibid nu. 17.

Declaratio Fundatorum tollit dubiam legis diſpoſitionem. Ibid. nu. 20. fol. 123.

Declaratio vltimi poſſeſſoris maioratus circa eũ, qui debet ſuccedere, an attendatur. conſ. 135. nu. 21. fol. 229.

Declaratio vltimi poſſeſſoris maioratus nil operatur. Ibid. nu. 141. fol. 239.

Declaratio voluntatis probatur duobus teſtibus. conſ. 155. nu. 31. fol. 333.

Declaratio facta ab aliquo coram vnico teſte nõ efficit ſpeciẽ probationis. conſ. 174. nu. 7. f. 476

Declarationi primæ cum iuramento ſtãdum eſt, & non ſecundæ. conſ. 102 nu 1. fol. 13.

Declarationes Congregationis Cardinalium Interpretum Concilij cenſentur factæ à ſua Sanctitate. conſ. 184. nu. 22. fol. 537.

Declarationes Concilij ſuper materia proceſſionũ ponderantur. Ibid. nu. 23.

Declarationes DD. Cardinaliũ Interpretũ Concilij impreſſę, quę dicũtur extractę à Bibliotheca Proſperi Farinac. an ſint authẽticæ. Ib. n. 27

Declarans nil de nouo agit, nec tollit vni, & alteri dat. conſ 120. nu. 19. fol. 123.

DECLINANS iuriſdictionem non cenſetur conſentire in Iudicem. conſ. 112. nu. 6. fol. 65.

DECOCTIO depoſitarij generalis Reg. Cur. non imputatur adminiſtratori. cõſ. 179. n. 94. f 514.

Decoctione vnius ex ſocijs finitur ſocietas. conſ. 147. nu. 3. 4. fol. 291.

DECRETVM Iudicis neceſſarium ſi deficit, dicitur actus fieri clãdeſtinè. cõſ. 109. n. 33. f. 52.

Decretum Iudicis eſt indiuiduum. conſ. 150. nu. 40. fol. 310.

Decretum interlocutorium poteſt reuocari ab eodem Iudice. conſ. 168. nu. 50. fol. 437.

Decretum, & ſententia efficiunt rem iudicatam in eo, quod decidunt, & illius præſuppoſito. conſ. 170. nu. 20. fol. 453.

Decretum latum ab inferiori Iudice tranſit in rem iudicatam, ſi ab illo non fuit appellatum in tempore, & facta præſentatio coram Superiore. conſ. 173. nu. 112 fol. 473.

Decretum interpoſitum ex falſa cauſa eſt nullũ. conſ. 187. num. 83. fol. 563.

I N D E X.

Decretum,& ſententia ſunt indiuidua. ibid. nu. 93.fol:563.

Decretum interim,ſeù manutentionis reputatur interloquutorium.conſ.192.n.3.fol.589.

Decretum irritans appoſitum in reſeruatione beneficij,titulum, & poſſeſſionem inficit . conſil. 128.nu.88.fol.180.

Decretum irritans afficit Ordinarium , etiam ſi ignoret illud.Ibid.nu.90.

Decreti irritantis natura eſt annullare facta in contrarium.Ibid.nu.89.fol.180.

DECVRIALES Vrbis Romæ non poterant,niſi coram Iudice Curiæ conueniri.conſ.200.n.39. fol.645.

DECVRIONES non poſſunt recipere pecunias horrei publici.conſ.145.nu.8.fol.283.

Decurionum iniqua arbitria dicuntur monopolia.conſ.166.nu.97.fol.423.

Decurionatus in magnis Caſtellæ Vrbibus ſolũ poſſidebantur à nobilibus , donec propter neceſſitates pecuniarum fuere conceſſi plebeis . Ibidem nu.31 fol.418.

DEFECTVS cauſæ ſufficit ad elidendum effectum promiſſionis,et donationis.cõſ.168.n.33 fol.435.

Defectus quãdò ſuppleatur,ſuperueniẽte cõſenſu eius,quẽ negotiũ tãgit.cõſ. 177.n.44.fol.496.

Defectum qui ſcit non debet tacere, & Principẽ ſupplantare.conſ.159.nu.2.fol.358.

DEFENSIO prò vita , & ſalute hominis eſt licita.conſ.142.nu.34 fol.261.

Defenſio ſolùm permittitur cũ moderamine inculpatæ tutelæ.Ibid.nu.166. fol.272.

Defenſio non dicitur,nec poteſt fieri ex interuallo.Ibid.nu.168.& 169.

Defẽſio eſt iuris naturalis.conſ.195.n.9.fol.599.

Defenſionis modum excedẽs punitur prò exceſſu.conſ.142.nu.167.fol.272.

DEFVNCTVS , quandò non obligatur validè ex actu,tunc hæres poteſt contra illius factum venire.conſ.187.nu.159.fol.568.

DELATOR calumnioſus maximè contra Miniſtros Regis debet puniri.cõſ.170.n.1.f.451.

DELEGATIO neminis debitoris quãdò tollat actionem deleganti , nè illud valeat exigere . conſ.112.nu.95. fol.71.

Delegata iuriſdictio cenſetur odioſa . conſ. 125. nu.19.fol.161.

Delegatus iuriſdictionis exercitium non habet antè literarũ præſentationẽ.Ibi.n.12.fol.160.

Delegatus non concedit literas inhibitorias,citatorias,aut compulſorias,niſi poſt preſentationẽ reſcripti,& acceptatã commiſſionẽ.Ibid.n.14.

Delegatus Iudex reſcripti ſui formam debet ſequi.conſ 177.nu.40.fol.496.

Delegatus ſi dicatur ſuſpectus,debet cauſa ſuſpitionis tractari coram Delegante , & non corã Vicario.conſ.194.nu.7.fol.595.

Delegatus Epiſcopi in aliqua cauſa eſt maior Vicario in eo.Ibid.nu.16.fol.596.

Delegati plures repreſentant vnam perſonam , ſcilicèt delegantis.conſ.177.nu.21.fol.494.

DELICTVM licet conſtet confeſſione, non punitur à Iudice incõpetẽte. cõſ.112.n.12.f.65.

Delictum non præſumitur,nequè dolus.conſ.133 nu.71.fol.216.

Delictum commiſſum coram multitudine,ex leui fit atrox.conſ.142.nu.132.fol.268.

Delictum commiſſum coram decem hominibus dicitur noſorium. Ibidem num. 134. & 137. fol. 269.

Delictum coram Iudice commiſſum poteſt ab eo ſtatim puniri.Ibid.num.135.

Delictum vbi eſt notoriũ non eſt neceſſaria cauſæ cognitio,ſed punitio.Ibid.nu.138.

Delictũ fit grauius propter circumſtantias. Ibi. num. 141.

Delictũ confeudatarij in dominũ alterius iuriſdictionis non præiudicat.cõſ.152.n.26.f.323.

Delictum patris,aut conſanguinei nõ nocet filio, aut conſanguineo.conſ.155.nu.39.fol.333.

Delictum transfugę eſt grauiſſimum. conſ.162. nu.35.fol.384.

Delictum non præſumitur in dubio . conſ. 163. nu.97.fol.399.

Delictũ vbi nõ eſt,ceſſat pœna.cõſ.164.n.1.f.406

Delictum vt vitetur,debet coniectura capi. conſ. 169.nu.73.fol.445.

Delictum non præſumitur fieri in actu palàm geſto.Ibid.nu.74.

Delictum,& exceſſus æquiparantur in iure.conſil.176.nu.37.fol.490.

Delictum dicitur omne, quod poteſt in hoc ſæculo puniri.Ibid.nu.42.

Delicti notorij totus populus cenſetur eſſe teſtis. conſ.142.nu.136.fol.269.

Delicta paria mutua compenſatione tolluntur Ibid.nu.46.fol.262.& conſ.144.n.24.f.279.

Delicta inuoluntaria quando mereantur veniã. Ibid.nu.149 fol 270.

Delicta voluntaria,quæ & voluntas eſt facti origo.Ibid. nu.150.

Delicta paria tunc compenſantur mutuo,quandò circa idem tendunt.Ibid.nu.172.fol.272.

Delicta atrociora pœnæ qualitate cognoſcuntur . Ibid.nu.175.fol.172.

Delictis ſuis deſiderans ignoſci,debet alijs parcere.conſ.164.nu.13.fol.407.

Delinquere non dicitur qui fecit fieri conſueta . conſ.184.nu.108.fol.543.

Delinquens ira,aut dolore punitur mitiùs. conſ. 142.nu.2 fol.259.

DELPHI-

DELPHINVS primogenitus Regis Franciæ viuente patre eſt,& poteſt appellari Rex iuuenis.conſ.199.num.90.fol.638.

DEMETRIVS, & Antiphilus ſacrilegij accuſati,fuere abſoluti,quia cùm fugere potuiſſēt cū alys,non fugerūt.conſ.163.n.153.fol.403.

DEMOSTHENIS oratio aduerſus Midiam addneitur ſuper alapa ei inflicta, cùm Aedilis eſſet.conſ.142.num.73.fol.265.

DEMOCRATIA dicitur regimen populariū. conſ.166 num.36. fol.419.

Democratia facilè degenerat in ſeditiones. Ibid. num.37.

DEPORTATVS non poteſt teſtari, nec nominare, ſed antè ſententiam bona non amittit. conſ.155.num.42. fol.333.

DEPOSITIO prima in fauorem rei præualet. conſ.102.nu.3. fol.14.

Depoſitio prima in fauorem inquiſiti præualet ſecundæ factæ in tortura.Ibidem nu.4.& 5.

Depoſitio in ſcriptis ad fauorem alicuius magnā præſumptionem inducit. Ibid.nu.89.fol.21.

Depoſitio dicitur expreſſa per relationem ad aliud. Ibidem num.90.

Depoſitiones teſtium prò reo ſunt fauorabiliores,quàm pro actore.conſ.163.nu.50.fol.395.

DEPOSITVM factum in poſſe publici depoſitarij ſi pereat,perit Domino, & non adminiſtratori.conſ.179.num.100.fol.514.

Depoſitarij generales ſunt deputati à Sua Maieſtate in multis Ciuitatibus borum Regnorū Caſtellæ.Ibidem num.90.

DESCENDENS quilibet ex vocatis, & eom prebenſis in inueſtitura habet ius ſuum diſtinctum,& ſeparatum ab alio.conſ.187. nu. 126.fol.565.

Deſcendens nō poteſt alij deſcendenti etiàm naſcituro præiudicare in fideicōmiſſo. Ib.n.128.

Deſcendentes ſi ſunt ſubſtituti aſcendentibus nō cauetur eis.conſ.106.nu.4.fol.42.

Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.conſ.185.nu.29.fol.548.

Deſcendentium Patronorum non habent probare qui ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi.conſ. 188.nu.12.fol.569.

Deſcendentibus inſtitutis, non eſt opus aditione ad tranſmiſſionem.conſ.138.nu.14.fol.248.

DESTRVERE eſt eiuſdem, cuius eſt condere. conſ.160.nu.36.fol.366.

DETENTATOR manutenetur in poſſeſſione. conſ.186.nu.13.fol.553.

DETERMINATIO vna reſpiciens plura determinabilia, pariformitèr ea determinat. conſ.109.nu.49 fol.53.conſ.112.n.43.fol.67. & conſ.119.nu.98.fol.416.

DETRACTORES ſunt deteriores furibus, ſubſtantias aliorum diripientibus. conſ. 161. nu.26.fol.374.

Detrahentia vinculo, & proprietati, detrahunt poſſeſſioni.conſ. 134.num.58.fol.225.

Detrahere alterum alteri,& cum alterius incōmodo augeri eſt magis contra naturam,quàm mors.conſ 183.nu.26.fol.533.

DETRIMENTVM, & augmentum veniens poſt mortem teſtatoris ad hæredem pertinet. conſ.133.nu.96.fol.218.

DEVS ſolummodò vult militem voluntarium. conſ.142.nu.7.fol.259.

Deus gubernat conſilia eorum, qui clementem, & humaniorem ſententiam dicunt.conſ. 164. nu.70.fol.411.

Deus quoſdā in aliorum poteſtate eſſe permittit, vt ſub aqua moderatione ſeruētur. Ibid.n.72.

DICTATORES, Conſules, Quæſtores, Tribuni, Cenſores, & alij præeminentes Magiſtratus Romæ electi erāt ſemper ex Patricijs, qui non poterant eſſe,niſi nobiles. conſ. 166. nu.9.fol. 416.

DICTIO deinceps *interpretatur de coetero. conſ.151.nu.23.fol.316.*

Dictio deſde luego *operatur ab illo inſtanti. conſ.155.nu.27.fol.332.*

Dictio Dummodò *importat conditionem ſecūdùm plures.conſ.128.nu.98.fol.181.*

Dictio Dummodò *ſaltim importat modū. Ibid. num.99.*

Dictio & *ſolet poni inter diuerſa.conſ.133.num. 60.fol.215.*

Dictio & *ſolet poni declaratiuè prò* ideſt. *Ibid. num. 61.*

Dictio & *eſt copulatiua. conſ.141.n.22.fol.256. & conſ.169.nu.128.fol.450.*

Dictio ex *denotat extrinſicitatem.conſ. 151. nu. 19.fol.316.*

Dictio ex nunc *ſignificat tempus verbi prolati. Ibidem nu.21.fol.37.*

Dictio ex nunc *ſignificat ab eo tempore in futurum. Ibid.nu.22.*

Dictio intra *qualitèr intelligatur. conſ.* 105. *num.34.fol.35.*

Dictio nunc *eſt aduerbium præſentis temporis. Ibidem nu.20.*

Dictio quatenùs *importat conditionem. conſ. 115.nu.23. fol.94.*

Dictio quæcunque *eſt vniuerſalis. conſ.* 135. *nu.103.fol.236.*

Dictio quouis modo *omnem modum includit. conſ. 128.nu.108.fol.181.*

Dictio ſempèr *eſt vniuerſalis,& perpetuitatem continens.conſ.109 nu.47.fol.53.*

Dictio totum *denotat totalitatem circa eandem rem.conſ.123.nu.40.fol.151.*

Dictio verè requirit veram, & actualẽ numerationem pecuniæ.conſ.173.num.29.fol.468.

DICTVM Doctoris intelligitur ſecundùm iura,quæ allegat.conſ.119.nn.138.fol.119.

Dictum hominis aliquandò profertur magis iactatione,quàm vt authoritate roboretur. conſ. 164.num.40.fol.409.

Dicta debemus penſare ex perſonis hominum. conſ.163.nu.119.fol.401.

Dicens vnum in diſpoſito,& aliud in præſuppoſito,vtrumque verificari requirit . conſ. 123. num.53. fol.152.

Dixiſſe nemo præſumitur , quod non priùs mẽte agitauerit.conſ. 128 nu.49.fol.176.

DIEI principium eſt pars potiſſima, et pulcherrima.conſ.119.num.61. fol.112.

DIETAE computantur à fine Diœceſis domicilij.conſ 157.nu.81 fol.355.

DIFFAMANS aliquem falsò debet reſtituere famã eius,conſ.102.nu.62. fol.18.

Diffamare ſtatum ingenuorum errore, aut malitia periniquum eſt.conſ.110.nu.1.fol.55.

DIFFERATVR ſi aliquid non aufertur. conſ. 113.nu.68.fol.81.

DIFFERENTIA inter verba de conſenſu,et de conſilio *à quibus aſſignetur.conſ.184 nu. 59. fol.540.*

Differunt quæ ſecundùm magis , & minus non differunt ſubſtantia. conſ. 101.nu.72.fol.8.

DIFFICVLTAS faciendi excuſat à mora eũ, qui tenetur ad factũ.conſ.179.nu.101.f.514.

Difficultas,aut impedimentum ſuperueniẽs excuſat eum,qui nõ fecit,ꝙ erat facturus, aut nõ iuit,quò erat iturus conſ.184.nu.35. fol 538.

DIFFINITIO eadem non debet diuerſo iure cenſeri.conſ.112.num.44.fol.67.

DIFFORMITAS actum efficit impræſcriptibilem.conſ.178.nu.53.fol.504.

DIGNITAS non Collegialis non attenditur, vbi agitur de Collegio. conſ.101.n.103.f.10.

Dignitas non dicitur omninò extincta , quandò ſupereſt aliqua ſpecies , vel indicium reparationis eius, aut figura , & memoria priſtinæ ſubſtantiæ.conſ.160.nu.74 fol.369.

Dignitas nõ mẽſuratur ad pecuniã,nec ex ea inducitur vera nobilitas.conſ.166.nu.90.f.429.

Dignitas, & authoritas perſonæ etiàm abſquè comminatione tribuit iuſtam cauſam metus reuerentialis conſ.173.nu.69.fol 470.

Dignitas ſupernumeraria nõ concurrit cum numeraria.conſ.190.nu.36. fol.583.

Dignitatis locum indebitè occupare,ſacrilegij inſtar eſt.conſ.101.nu.77. fol.8.

Dignitatis augmentum ſuperueniens perſonæ alimentandæ,eſt cauſa augendi alimenta.conſ. 197.num.26. fol.610.

Dignum magis trahit ad ſe minus dignum. conſ. 139.num.17. fol.251.

Digniores,et magis benemeriti ſũt ad officia eligendi,in conſcientia,& iuſtitia,aliàs tenentur eligentes,& peccabunt mortalitèr. conſ. 166. num.52. fol.420.

DILECTVS magis, & proximior nõ debet eſſe deterioris cõditionis minus dilecto,et remotiori.conſ.113.nu.86.fol.82. & num.88.fol.83.

Dilectus minus non debet eſſe melioris conditionis magis dilecto.conſ.119.nu.125. fol.118.

Dilecti magis ſunt præferendi in ſubſtitutionibus.conſ.113.nu.3.fol.74.

Dilectio maior præſumitur ergà filias, quàm ergà nepotes.Ibidem nu.22.fol.76.

DISCEPTATIO ſi ſit inter Partem,quæ negat iuriſdictionẽ,& Iudicem, non cognoſcit, ſi eſt ſua iuriſdictio.conſ.200.num.56.fol.646.

DISCORDIAE inter fratres oriuntur ex inæqualitate.conſ.129.nu.4.fol.188.

Diſcordiarum materia eſt amputanda. conſ.146. nu.50.fol 290.

DISCVSSIO ceſſat,vbi adeſt hypotheca. conſil. 197.nu.46.fol.612.

DISIVNCTIVA reſoluitur in coniunctiuã ex veriſimili voluntate teſtatoris.conſ.133.num. 62. fol.215.

DISPENSATIO regularitèr eſt odioſa . conſ. 115 nu.22.fol.94.& conſ.159.n.15.fol.359.

Diſpenſatio redditur nulla,nõ expreſſa qualitate dãnati coitus,et ſpurietatis. d.conſ.159. nu.5. fol.359.

Diſpenſatio difficiliùs conceditur ſpurio ex inceſtu,quàm ſimplici illegitimo. Ibidem nu. 9.

Diſpenſatio omnis eſt ſtricti iuris. Ibidem n.14.

Diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda . Ibidem num.16.fol. 360.

Diſpenſatio ſuper vno defectu non trahitur ad alium . Ibidem nu.17.

Diſpenſatio non extenditur de caſu ad caſum. Ibidem num. 19

Diſpenſatio non extenditur etiàm ex maioritate rationis. Ibidem num.20.

Diſpẽſatio nõ extẽditur ad caſũ, in quo erat maius impedimentũ,nè diſpenſaretur Ibid.n 21.

Diſpenſatio ſuperioris tolerabilis ſuper vno defectu,non eſt ſuper pluribus. Ibidem nu.25.

Diſpenſandi facultatem habens cum adultero, aut inceſtuoſo,non poteſt diſpẽſare cum laborante vtroque defectu.Ibidem nu.34.fol 361.

DISPOSITIO,& factum,qualitate omiſſa non valet. conſ.103.nu.39. fol.29.

Diſpoſitio vna ſimilis alteri,debet ſecundùm illam regulari. conſ.113 nu.55.fol.79.

Diſpoſitio particularis idem ius operatur in ſingulis,quod vniuerſalis in vniuerſo.Ibid.n.56.

Diſpo-

INDEX.

Diſpoſitio cenſetur ſpetifica, & clara, quæ comprehenditur ſub eadem ratione. Ibidem n 57.

Diſpoſitio nulla, quámuis generalis trahitur ad inuериſimile. Ibidem num.60 fol.80.

Diſpoſitio vocans ad maioratum primò natum, videtur vocare ſecundò natum, deficiente primo. Ibidem num 69.fol.81.

Diſpoſitio excludens proximiorem in gradu, videtur excludere remotiorem. Ibidem num.90. fol.83.

Diſpoſitio Fundatoris vocans remotiorem reſpectu vltimi poſſeſſoris eſt ſeruanda. Ibidem nu. 100.fol.84.

Diſpoſitio limitata, limitatum producit effectum. conſ.119.num.100.fol.116. & conſ.133. nu. 27. fol.212.

Diſpoſitio conuenit, cui verba conueniunt. conſ. 120.nu.6.fol.122. & conſ.139.nu.20.f.251. Et è contra conſ.103.nu.36.fol.29.

Diſpoſitio fauorabilis reſtringitur vbi verba ſunt reſtrictiua.conſ.133.num 28.fol.212.

Diſpoſitio teſtatoris declaratur, & reſtringitur ſecundùm rationem, quæ eum mouit. Ibidem num 30.

Diſpoſitio quantumuis generalis reſtringitur vt vitetur abſurdum. Ibidem nu.40.fol 213.

Diſpoſitio Teſtatoris eſt ſeruanda tanquàm lex. Ibid num. 42.

Diſpoſitio ceſſat, cauſa eius ceſſante. conſ. 137. num.14 fol.245.conſ.168.nu.31. fol 435. & conſ.175 num.50 fol.550.

Diſpoſitio quandò ceſſet, cauſa impulſiua ceſſante.d.conſ 137 num.15.fol.245.

Diſpoſitio partim odioſa, & partim fauorabilis, in totum iudicatur fauorabilis. conſ.160. nu. 18. fol.365

Diſpoſitio, quæ ſe refert ad aliud inſtrumentum, niſi illud oſtendatur, non probat.conſ.168.nu. 3.fol.433.

Diſpoſitio relata ad aliquod inſtrumentum limitatur iuxta illud. Ibidem num.4.

Diſpoſitio relatiua non plus operatur, quàm inſtrumentum, ad quod ſe refert. Ibidem nu.5.

Diſpoſitio omnis interpretari debet, vt abſurdum, & iniquitas vitetur. conſ.169.num.48. fol.443.

Diſpoſitio, quæ ad aliam refertur, eſt intelligenda ſecundùm illam. Ibidem num.50.

Diſpoſitio ſpecialis oſtendit, qualis fuerit mens diſponentis in generali. conſ. 172. num. 4. fol.461.

Diſpoſitio concepta in tempus vnum non extenditur ad aliud. conſ.178 nu.44.fol.504.

Diſpoſitio reſtringitur ad bona diſponentis, & non ad alteri debita. conſ. 185. numer. 64. fol.551.

Diſpoſitio in caſu ſimplici non habet locum in mixto in odioſis.conſ 187.nu 101.fol.564.

Diſpoſitio reſpiciens aliquod officium, deficit, ſi tranſitum eſt ad aliud officium. conſ.190. nu. 23.fol.582.

Diſpoſitionis ſyllaba quælibet cenſetur appoſita cum myſterio.conſ 113.num.84. fol.82.

Diſpoſitionis, & inueſtituræ tenor attendi debet. Ibidem num.118.fol.86.

Diſpoſitionis verba referuntur ad præfationem. conſ 119 num.72 fol 113.

Diſpoſitionis vis ex ratione teſtatoris dependet. conſ.133.num.1. fol.210.

Diſpoſitum cenſetur, quod interrogatus diſponens veriſimilitèr diſpoſuiſſet.conſ.119 num. 114. fol.117.

Diſponens cenſetur cogitaſſe potiùs de prima, quàm de ſecunda cauſa.conſ.113.n.91.fol.83.

Diſponentis mens colligitur ex ratione proœmiali.conſ.119.num.66.fol.112.

DISSIMILIS ſui nemo factus præſumitur. conſ.163.num.113 fol.401.

DISTINCTIO, per quam ceſſant abſurda, & contrarietates, ſequi debet. conſ.121. num.3. fol. 127.

DIVINARE nemo cogitur conſ.116. num.17. fol.97.

Diuinare non poſſunt homines.conſ.128. nu.40. fol.175.& num 116 fol 182.

Diuinare caſus fortuitos non tenetur adminiſtrator.conſ.179 nu.96. fol.514.

Diuinare non eſt in noſtra poteſtate. conſ. 180. num.16. fol.518.

DIVINITATIS natura clemens eſt, & magis ad clementiam, quàm ad vindictam prona. conſ.164.num.74. fol.411.

DIVISIO ſi non ſit facta inter fratres de aliquibus rebus, non præſumitur inter illos. conſ. 129.nu.15.& 17.fol.189.

Diuiſio non præſumitur facta, ſi fratres habent portiones inæquales. Ibidem num.17.

Diuiſio erronea non attenditur, ſed retractatur. Ibidem num. 19.

Diuiſio inter fratres eſt inſtar rationis, quæ malè compoſita debet reformari. Ibidem nu 20.

Diuiſio facta ſinè Iudicis authoritate retractatur ex cauſa erroris. Ibidem num.23.

Diuiſio iudicialis, in qua rationes non ſunt diſcuſſæ, reſcinditur ex cauſa erroris. Ibidem nu. 24.fol.190.

Diuiſio damnoſa non inducit donationem. Ibidẽ num.25.

Diuiſio vt reſcindatur, dolus etiàm ſinè læſione ſufficit. Ibidem num.27.

Diuiſio erronea non nocet diuidenti. Ibidem num.72.fol.194.

Diuiſio erronea rei alicuius non nocet illi, non obſtante lapſu temporis, iuramento, & laudo extraiudiciali. Ibidem num. 73.

Diuiſio bonorum communium eſt ſpecies alienationis. Ibidem num. 78. fol. 195.

Diuiſio approbata à Iudice ſinè cauſæ cognitione non impedit, quin agi poſſit contra grauamen, & errores illius. Ibidem num. 80.

Diuiſio facta æqualitèr inter fratres primi, & ſecundi matrimonij, reſcinditur, ſi filij primi debebant maiorem habere portionem. Ibidem num 82.

Diuiſio, & ſeparatio contrariantur vnioni, & vinculo. conſ. 134. num. 28. fol. 223.

Diuiſio formam corrumpit, & patrimonia deſtruit. conſ. 172. num. 20. fol. 462.

Diuiſio eſt alienationis ſpecies. Ibidem num. 24. fol. 463.

Diuiſio bonorum inter hæredes, & alienationes abſque alicuius licentia, & aſſenſu, præſupponunt, non eſſe emphyteutica. conſ. 178. nu. 11. fol. 501.

Diuiſa res non æque potens eſt, ac vnita. conſ. 172. num. 21. fol 463.

DIVITIAE conſeruant nobilitatem. conſ. 156. num 94. fol. 346.

Diuitiæ ſolæ non tribuunt dignitatem, nec nobilitatem. conſ. 166. nu. 88 fol. 423.

Diues tùnc præfertur in honoribus, quandò eſt paritas in alijs qualitatibus. Ibidem nu. 89.

DOCTORIS diſtinguentis opinio eſt veritati proximior, & ſequenda. conſ. 121. num. 4. fol. 127.

Doctoris dictum debet intelligi ſecundùm iura, & authoritates à ſe allegatas. conſ. 187. num. 106. fol. 564 & conſ. 194. num. 10. fol. 596.

Doctores permittentes patrono amouere Capellanos, intelliguntur quandò Epiſcopus huic facultati conſenſit in limine fundationis. conſ. 130 nu. 42 & 43 fol. 200.

DOCVMENTVM, & titulum debet oſtendere prætendens rem emphyteuticam, aut feudalē. conſ. 178. num. 31. fol. 503.

DOLVS futurus remitti non poteſt. conſ. 106. num. 22. fol. 44.

Dolus præſumitur ex magna læſione. conſ. 129. numer. 26. fol. 190. & conſ. 148. numer. 68. fol. 301.

Dolus etiàm ſinè læſione ſufficit, vt reſcindatur diuiſio. Ibidem num. 27.

Dolus non præſumitur, nequè delictum. cōſ. 133. num. 71. fol. 216.

Dolus re ipſa, & ex propoſito æquiparantur. Ibidem num. 69. & conſ. 173. num. 80 fol. 471.

Dolus eſt cauſa relaxandi iuramentum. Ibidem num. 73.

Dolus requiritur, vt ſit locus pœnæ. conſ. 163. num. 170. fol. 404.

Dolus colligitur ex inditijs. conſ. 171. num. 44. fol. 458.

Dolus eſt de rebus his, quæ reputantur difficilis probationis. conſ. 173. num. 52. fol. 469.

Dolus probatur coniecturis, & præſumptionibus. Ibidem num. 53

Dolus debet potiùs nocere, quàm prodeſſe doloſo. Ibidem num 54. fol. 470.

Dolus dans cauſam contractui efficit eum nullū. Ibidem num. 55. & conſ. 181. num. 34. fol. 525.

Dolus excludit conſenſum, & non cauſatur præiudicium ei, qui dolo inductus contraxit. Ibidem num. 56.

Dolus cenſetur exceptus à quocunque iuramento. Ibidem num. 57.

Dolus, vel metus factus in priuatis domibus lenioribus probationibus probatur. Ibidem num. 73.

Dolus, qui interuenit in contractu non ſanatur ratificatione. Ibidem num. 109. fol. 473.

Dolus malus ſemper cenſetur exceptus. Ibidem num. 110.

Dolus præſumitur commiſſus contra minorem ex enormiſſima læſione. conſ. 174 num. 46. fol. 479.

Dolus non præſumitur, ſed debet probari ab allegante. conſ. 175. nu. 25. fol. 484. & conſ. 180. num. 8. fol. 518.

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei ex parte alicuius ex contrahentibus, illum annullat. conſ. 180. num. 1. fol. 517.

Dolus non præſumitur in his, quæ ſunt de genere permiſſorum. Ibidem num. 10. fol. 518.

Dolus non præſumitur in eo, qui iure ſuo vtitur. Ibidem num. 11. & conſil. 184. numer. 110. fol. 543.

Dolus committi non ſolet ſinè cauſa, aut animo lucrandi. Ibidem num. 13.

Dolus non præſumitur contra eum, qui eſt in dāno, & non in lucro. Ibidem num. 14.

Dolus non præſumitur etiàm vbi eſt modicum lucrum. Ibidem num. 15.

Dolus definitur, quòd ſit machinatio ſtudioſa ad decipiendum alium. Ibidem nu. 26. fol. 519.

Dolus quandò dicatur dediſſe cauſam contractui. Ibidem num. 27.

Dolus tertij non præiudicat contrahenti, qui non participauit de dolo. Ibidem nu. 31. fol. 520.

Dolus, & actio de dolo eſt perſonalis, nec perſonam egreditur. Ibidem num. 32.

Dolus Prælati, Abbatis, aut Rectoris non nocet Eccleſiæ, Monaſterio, aut Collegio. Ibidem nu. 50. fol. 522.

Google

INDEX.

Dolus poteſt indicijs probari. conſ.181.num.31. fol. 525.

Doli exceptione repellitur petens aliquid contra voluntatem defuncti. conſ. 133. num. 57. fol. 215.

Doli exceptione repelluntur prætendentes, quòd adminiſtrator non conſequatur, quod ſoluit prò Domino. conſ. 179. numer. 10. fol. 508.

Dolum, vel culpam allegans tenetur probare. conſ.108.num.10.fol.47. & conſ.162. num. 30.fol.384.

Dolo facit qui petit, quod reſtituturus eſt. conſ. 134.num.54.fol.225.& conſ.135.num.110. fol.237.

DOMICILIVM, & incolatus attenditur, & non origo circa dietas. conſ. 157. num. 79. fol. 355.

DOMINIVM ſinè cauſa non transfertur ex nuda traditione.conſ.109.nu.8.fol.50.

Dominium ex titulo ſolo quandò quæratur Eccleſiæ.conſ.119.num.11.fol.107.

Dominium transfertur ex priuilegio Principis ſinè traditione. conſ.151.num.57.fol.318.

Dominium eſt iuſta cauſa acquiſitionis fructuũ. conſ.156.nu.28.fol 340.

Dominij exceptio probata in continenti obſtat agenti remedio adipiſcendæ poſſeſſionis. conſil. 134.num 56.fol.225.

DOMINVS debet probare, vaſallum copulaſſe amicitiam cum alio in eius damno. conſ.162. num.100.fol.388.

Dominus,qui olim erat,præſumitur hodie dominus,& in filium continuare dominium. conſ. 178.num.15.fol.502.

Dominus præſumitur qui rem poſſidet. Ibidem num. 16.

Dominus quod noluit fieri, non debet imputari adminiſtratori,cur non fecit. conſ.179. num. 117.fol.516.

Domino datur actio aduerſus negotiorum geſtorem, & ipſi contra Dominum pro expenſis. conſ.143.num.17.fol.275.

DOMITII Tribuni Plebis, & M.Scauri exẽplum adducitur in propoſito de armis non ſumendis de domo Rei in criminalibus, & L. Graſſi, & C. Carbonis circa non ſumendas ſcripturas. conſ. 161. num.79. 80. & 81. fol. 378.

DOMVS relicta cum onere aliquo pio, cum ipſo poteſt vendi regularitèr. conſ. 111. num. 1. fol.59.

Domus alienata contra prohibitionem debet reſtitui in ſua forma ſecundùm tempus alienationis.Ibidem num.45.fol.62.

Domum ſuam poteſt quis altiùs tollere,licèt per plures annos non fecerit. conſ.149.num.31. fol.305.

DONATIO omnium bonorum eſt de iure irrita.conſ.117.nu.1.fol.99.

Donatio omnium bonorum non firmatur iuramento. Ibidem num.2.

Donatio omnium bonorum cenſetur dilapidatio. Ibidem num. 3.

Donatio omnium bonorum collata poſt mortem valebit quoàd præſentia. Ibidem numer. 5. fol.100.

Donatio omnium bonorum præſentium Iure Regio Caſtellæ non valet.Ibidem num.6.

Donatio remuneratoria non reuocatur ingratitudine.Ibidem num.14. & conſ.155. num.8. fol.331.

Donatio remuneratoria eſt merces accepti beneficij.d.conſ.117.nu.18.fol.101.

Donatio remuneratoria non indiget inſinuatione. Ibidem num.19.

Donatio facta vxori conſtante matrimonio non valet.Ibidem num.21.

Donatio remuneratoria, & propter merita fit inter virum,& vxorem.Ibidem num.23.

Donatio inter patrem, & filium in poteſtate regularitèr non valet.Ibidem num.24.

Donatio propter merita valet inter patrem, & filium.Ibidem num.25.

Donatio eſt inefficax, ſi acceptatio non apparet. conſ.119.nu.8.fol.107.

Donatio etiàm iurata antè acceptationem poteſt reuocari.Ibidem num.9.

Donatio ad fauorem piæ cauſæ eſt reuocabilis antè acceptationem.Ibidem num.10.

Donatio non habet effectum irreuocabilem antè acceptationem.Ibidem nu.16.fol.108.

Donatio facta abſẽti habet tacitam conditionem, ſi acceptetur. Ibidem num 17.

Donatio quibus modis fiat legitimè abſenti. Ibidem num.18.

Donatio non eſt ſinè acceptatione ſequente. Ibid. num. 19.

Donatio facta abſenti requirit acceptationem priùs, quàm alteri fiat. Ibidem num. 25. fol.109.

Donatio facta abſenti antè acceptationem poteſt reuocari,non obſtante conſtitutione. Ibid.nu.30.

Donatio etiàm ſtante iure regio requirit acceptationem.Ibidem num.40.fol.110.

Donatio abſenti facta an aliquibus ex qualitatibus ſit irreuocabilis.Ibidem nu.41.

Donatio continens grauamina non cenſetur acceptata ex ſola præſentia. Ibidem num. 46. fol. 111.

Donatio Principis declaratur ex ratione eius proœmiali.Ibidem num.68.fol.113.

Donatio,

Digitized by Google

Donatio, & melioratio non acceptata eſt reuocabilis vſquè ad mortem. Ibidem numer. 96. fol.115.

Donatio facta infanti an indigeat acceptatione, vel quæratur illi ius ſinè illa. Ibidem nu.143. fol.119.

Donatio facta à minore ſuo adminiſtratori nec cum iuramento valet conſ.148.n.34 fol 299.

Donatio minoris non valet in caput tutoris, aut perſonæ ipſum tangentis. Ibidem nu 4.

Donatio inter viuos reuocatur natiuitate liberorum. Ibidem num.51 fol.300.

Donatio habet in ſe tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit. Ibidem nu.52.

Donatio, in qua fit mentio incerti matrimonij, non dicitur ob cauſam. Ibidem nu.62 fol.301.

Donatio fauore matrimonij alieni reuocatur, natis liberis donanti. Ibidem nu.63.

Donatio inofficioſa non validatur iuramento. Ibidem num.83. fol.302.

Donatio interpretari debet, vt minus doceat donanti. Ibidem num.84.

Donatio facta alicui, & perſonæ nominandæ, diuerſa eſt in nominato ab illa, quæ fuit in nominante. conſ.175. num 10. fol. 331.

Donatio cauſa mortis efficax eſt adueniente morte, niſi interim ſit reuocata per donantem. Ibidem num.29. fol.332.

Donatio librorum facta per patrem filio ſtudenti, fauorabilis, & valida habetur. Ibidem nu. 66. fol.335.

Donatio, aut promiſſio reducta ad cauſam, aut demonſtrationem falſam vitiatur. conſ.168. num.7 fol.433.

Donatio antè acceptationem remanet reuocabilis. Ibidem num.13. fol.434.

Donatio facta alicui, cum pacto transferendi in tertium, etiàm ſi ſit Eccleſia, aut perſona priuilegiata, poteſt antè acceptationem reuocari. Ibidem num.14. & 17.

Donatio non poteſt acceptari poſt mortem donantis. Ibidem num. 19.

Donatio morte donantis antè acceptationem remanet reuocata. Ibidem num.21.

Donationis ſcriptura, mortuo donante remanet elinguis. conſ.119. num.51. fol.111.

Donationis acceptatio eſt de ſubſtantia illius, conſ.168. num.11. fol.434.

Donationem mortis cauſa, aut alium contractũ reuocabilem faciens, etiàm ſi promittat non reuocare, poterit reuocare. conſ.119. num.108. fol.116.

Donationes poſſunt fieri in fauorem abſentium. Ibidem num.5 fol.107.

Donationes poſſunt reuocari antè acceptationem donatarij. Ibidem num. 6.

Donationes plures ſunt, quot ſunt vocati. Ibidem num.93. fol.115.

Donationes Principis ſunt perfectæ, & irreuocabiles. conſ.155. nu.6. fol.330.

Donationes, & conceſſiones tot ſunt, quot perſonæ. Ibidem num.11. fol 331.

Donationes factæ tempore tutelæ Regis ſunt nullæ. conſ.198. num.130. fol.627.

Donans antè acceptationem donatarij poteſt tanquam dominus rem donatam obligare alteri. conſ.119. num.24. fol.108.

Donans non cenſetur ſe obligare, niſi ſecundùm formam iuris. Ibidem num.42. fol.110.

Donans non cenſetur ſe velle obligare, niſi donatarius acceptauerit. Ibid. num.156. fol.120.

Donans, aut legans vltrà permiſſa facit actum nullum in ſuperfluo. conſ. 134. num. 26. fol.222.

Donantis pœnitentia licita eſt antè donatarij acceptationem. conſ.119. nu.37. fol 110.

Donator poteſt pactum tollere abſenti factum, nondùm acceptatum. Ibidem nu 92. fol.115.

Donatarius ſecundus, cui res eſt tradita, præfertur primo. Ibidem num.26. fol.109.

Donatarij præſentia cum taciturnitate inducit acceptationem conſ.117. nu.16 fol.100.

Donatarij præſentia præſumitur. Ibidem nu.16.

Donatarij voluntas donec concurrat donantis voluntas non eſt perfecta. conſ.119. num.39. fol.110.

Donatario non quæritur ius antè acceptationem, & interim donans eſt dominus, & poteſt de re donata diſponere. Ibidem num.7. fol.107.

Donare eſt perdere. conſ.148. num.30. fol.298.

Donare non eſt adminiſtrare patrimonium, ſed dilapidare. Ibidem num.31.

DOS debet in omni matrimonio interuenire iuxta poſſibilitatem. conſ.132 nu.19. fol.206.

Dos eſt neceſſaria, vt virgines reperiant maritos, & prò ſuſtinendis oneribus matrimonij, et liberis educandis. Ibidem num.39 fol.208.

Dos anterior priuilegiatior eſt alijs creditoribus. conſ.150 nu.47. fol.311.

Dos promiſſa dicitur propriè dos, & gaudet priuilegijs dotis. Ibidem num.59. fol.312.

Dos materna filijs debita, eſt æs alienum parentis. conſ 174. num.18. fol.477.

Dos filio data debet inſeruire prò oneribus illius matrimonij. conſ.197. num.32. fol.611.

Dotem cenſetur pater conſtituere filiæ, prò ſe, & ſuo nomine. conſ.180. num.23. fol 529.

Dotata dicitur etiàm antè nuptias, cui fuit relictum legatum prò dote. conſ.132. n.38. f.208.

DVALITAS tendit ad deſtructionem ſub . . . vnitas ad conſtructionem. conſ.172. num.17. fol.462.

DVBIVS

Digitized by Google

DVBIVS eventus litis ſolet eſſe.conſ.128.num. 104.fol.181.
Dubius eventus litis attenditur ad iuſtificandũ tranſactionem.conſ.175.nu.5.fol.483.
Dubius eventus litis reputatur pars pretij in tranſactione.Ibidem num.6.
Dubij eventus litis cauſa admittuntur,quæ aliàs non admitterentur.Ibidem num.7.
Dubium & ſi ſit, debet prò alimentis iudicari. conſ.197.num.40.fol.611.
DVO ſi ſunt nominati commiſſarij, non poſſunt inter ſe convenire,quòd unus ſolus exequatur. conſ.177.num 32.fol.495.
Duo non poſſunt ſedere in eadem Sede, nec eſſe Regentes unius Regentiæ. conſ.190. num.27. fol.582.
Duobus commiſſum à iure, vel ab homine,non poteſt à ſolo uno effici.conſ.177. nu.20.f.494. & conſ.184.nu.96. fol.542.
DVVMVIRI non poterant exercere iuriſdictionem extra metas territorij propriæ Civitatis.conſ.200.nu.45.fol.645.
DVX Calabriæ primogenitus Regis Neapolis eſt Vicarius generalis Regis patris ſui. conſ. 199.num 93.fol.638.
Ducis militum aſſertioni creditur ſuper morte militis.conſ.189.num.36. fol.576.

E

ECCLESIA ſemèl libera ſeruitutem in poſterùm non admittit. conſ 177. numer.10. fol.493.
Eccleſia,& locus pius æquiparantur minori. cõſ. 196.num.29.fol.605.
Eccleſiæ ſtatus non eſt mutandus ad mobilitatẽ laicorum.conſ.130.num.29.fol.199. & num. 48. fol.200.
Eccleſię utilitas ubi id requirit,Iudex diſponit in beneficio patronatus, patrono etiàm inuito. conſ.132.nu.28.fol.207.
Eccleſia Cathedralis corpus unum fit ab Epiſcopo,& Capitulo.conſ.149.nu.15.fol.304.
Eccleſiæ res licèt non poſſit alienari, poteſt tranſactione relinqui poſſidenti eam.conſ.175. nu. 17.fol.483.
Eccleſiæ tolerantia erga eos, qui merentur potiores ſedes licita eſt. conſ.176.num.11.fol.488.
Eccleſia res cuilibet in ſubſidium permittitur defendere.conſ.188.nu.24.fol.270.
Eccleſiæ libera facultas non reſtringitur,eò quòd certus numerus in ea ſit inſtitutus aliquandò conſ.192.nu 29.fol.591.
Eccleſiæ,aut beneficio originalitèr competunt iura proprietatis,& poſſeſſionis.conſ.196. n.10. fol.604.
Eccleſia Cathedrali vacante, non debet contra illam aliquid præiudiciale introduci, maximè per Capitulum.conſ.121.nu.167.fol.142.
Eccleſiæ Diæceſis ſunt ſubditæ Epiſcopo etiàm quoàd temporalia.conſ.122.nu.18.fol.145.
Eccleſiaſt.cap.9. ponderatur contra regimen popularium.conſ.166.nu.38.fol 419.
Eccleſiaſtica iudicia nonnunquàm falluntur, & quarè. conſ.195.num.35.fol.601.
Eccleſiaſticus Iudex.Vide Iudex Eccleſiaſticus.
EDITIO debet fieri ad coadiuuandum intentionem actoris.conſ.129.nu.33.fol.190.
Edere inſtrumentum qui recuſat,habet contra ſe præſumptionem. Ibidem nu.31.
Edere debet reus actori, ubi vertitur periculum conſcientiæ. Ibidem num.32.
EFFECTVS generalitèr ceſſat,cauſa finita,vel ceſſante.conſ.137.nu.12.fol.245.
EGESTATE ſordentibus, vita ſupplicium eſt, & mors ſolatium.conſ.156.nu.96.fol.346.
ELEAZARI laudes ex Sacra Scriptura recenſentur.conſ.163.nu.103.fol.400.
ELECTIO ubi ſpectat ad plures, debent ſimùl convenire in explicandò actu.conſ.177. num. 18.fol.494.
Eligendi,& nominandi ius non amittitur mutatione ſtatus.conſ.155.num.48.fol.334.
Eligendi ius reſidet penès eum,qui ex ſibi nominatis ab Univerſitate eligit ſibi benè viſum. conſ.167.num.49.fol.429.
Eligentis,aut nominantis ex facultate Regis capacitas non attenditur. conſ. 155. num. 49. fol.334.
Electus non capit ab eligente, ſed à mandante eligi.Ibidem num.14.fol.331.
Eleemoſinæ prò virginibus parentibus orbatis maritandis magnoperè commendantur. conſ. 132.num.2.fol.205.
ELISABETHA Angliæ Regina quid reſponderit petentibus,quòd declararet ſucceſſorem in Regno conſ.199.num.39.fol.633.
EMANCIPATIO an requirat conſenſũ emancipandi.conſ.119.num.144. fol.119.
Emancipationibus liberorum facies ſolebat percuti alapa,quod Iuſtinianus ſuſtulit. cõſ.142. num.61. fol.264.
EMPHYTEVSIS non præſumitur in dubio, ſed contractus cenſualis. conſ.178. num. 24. fol.502.
Emphyteuſis natura eſt, ut de illa oſtendatur inſtrumentum.Ibidem num.29.fol.503.
Emphyteuſi accepta prò ſe,& liberis,veniunt adiiti exacto ventre. conſ.198.nu.103.f.624.
Emphyteuta non poteſt alienare emphyteuſim ſinè aſſenſu Domini, poteſt tamen tranſigere. conſ.175.num.16.fol.483.

EMPTIO, & venditio nomine proprio præſumuntur factæ. conſ.180.nu.20.fol.519.
Emptor venit appellatione ſucceſſoris.conſ.134. num.51.fol.224.
Emptor eſt dominus rei emptæ.conſ.156.nu.41. fol.341.
Emptor iudicialis ſub haſta facit fructus ſuos. Ibidem num. 44.
Emptor, qui ſciebat fideicommiſſum,& prohibitionem alienationis fuit in mala fide. cōſ.187. num.130.fol.566.
Emptore non inuento; aut non offerente iuſtum pretium, quid ſtatuatur in rebus debitoris ſubhaſtandis. conſ.156.num.11.fol.338.
Emere aliquas res ſolemus propter acceſſiones. conſ.189.nu.54.fol.578.
Emens ſub haſta quandò ſit ſecurus à debitore & eius creditore.conſ.134.nu.13.fol.221.
ENVNCIATIONES probant in antiquis etiā dominium.conſ.105.nu.14.fol.33.
EPISCOPVS an poſſit amouere Vicarium, non obſtante iuramento de non amouendo. conſil. 101.num.10. fol.4.
Epiſcopus non demandat alij habitum, nec quæ ſunt cæremoniarum.Ibidem num.19.
Epiſcopus poteſt eſſe Canonicus in eadem Eccleſia,vel alia.Ibidem num.95.fol.10.
Epiſcopus,qui eſt in Capitulo vti Canonicus nō poteſt plus, quàm alij Canonici, & contra eū obtinet maior pars.Ibidem num.96.
Epiſcopus ſi in aliquo actu interuenit tanquàm Canonicus, poteſt appellari ad eum tanquàm Epiſcopum.Ibidem num.97.
Epiſcopus tanquàm talis ſupplet moram, quam fecit vt Canonicus.Ibidem num.98.
Epiſcopus, qui ſit Canonicus ſedebit primo loco, ceſſante priuilegio,aut conſuetudine. Ibidem num. 100.
Epiſcopus Melitenſis habet magnam Crucem, & ſedet in Concilio poſt Magnum Magiſtrū. Ibidem num. 101.
Epiſcopus de Collegio regularitèr ſedet in loco ſuo vt Collegiatus.Ibidem num.102.
Epiſcopus Biſiniani creatus Regius Conſiliarius Neapolis ſedebat immediatè poſt Præſidem,vel Decanum Conſilij.Ibidem nu.106.
Epiſcopus in Almo Collegio Doctorum Neapolis ſedet in ſuo loco vt Collegiatus ex priuilegio Reginæ Ioannæ,et inconcuſſa obſeruantia. Ibidem num. 107.
Epiſcopus iure deuoluto conferens debet ſeruare formam inſtitutionis. conſ.103.nu.14.fol.27.
Epiſcopus in ſua Diæceſi eſt caput, alij etiàm Capitulum, & Canonici membra.conſ.122. num. 14. fol. 144. & num. 29. fol.145. & conſ.184.num.103. fol.543.
Epiſcopus ſolus eſt ordinarius in ſua Diæceſi. Ibidem nu.15. fol.144.
Epiſcopus habet fundatam intentionem in omnibus Eccleſijs.Ibidem num.17.fol.145.
Epiſcopus eſt Curatus,ſeù Parochus totius Diæceſis. Ibidem num.19.
Epiſcopus eſt Parochus Parochorum,& vniuerſalem curam debet habere in Diæceſi.Ibidem num. 20.
Epiſcopus de iure ſuam intentionem fundatam habet in decimis. Ibidem num.21.
Epiſcopus quoàd diuiſionem decimarum Diæceſis habet ſundatam intentionem.Ibid.nu.22.
Epiſcopus poteſt tantum prout Capitulum in ſpectantibus ad eos.Ibidem nu.32.
Epiſcopus exigit rationem ab Adminiſtratoribus Fabricarum Eccleſiarum. Ibidem nu.38. fol.146. & num.40.
Epiſcopus recognoſcit, an benè expendantur fructus Eccleſiarum. Ibidem num.39.
Epiſcopus eſt ſponſus Eccleſiæ Diæceſis, præcipuè Cathedralis.Ibidem num.49.fol.147.
Epiſcopus habet maiorem coniunctionem cum Cathedrali,quàm cum alijs.Ibidem nu.50.
Epiſcopus defert annulum in ſignum matrimonij ſpiritualis cum ſua Eccleſia.Ibidem nu.52.
Epiſcopus reuocat Vicarium,etiàm ſi iuraſſet nō reuocare.conſ.130.nu.37.fol.199.
Epiſcopus ſi nolit cōſentire fundationi Eccleſiæ, Superior præſtat conſenſum.conſ.132. nu.34. fol.207.
Epiſcopus non debet conferre beneficium non valenti reſidere.conſ.135.nu.83.fol.235.
Epiſcopus non diſpenſat,quòd habens vnum beneficium,habeat aliud, quandò repugnat fundationi.Ibidem nu. 88.
Epiſcopus non abſoluit, niſi in percuſſione leui. conſ.142.num.145. fol.270.
Epiſcopus tanquam primus in ſua Diæceſi debet ſedere in altiori loco, conſ.184.num.19. fol.537.
Epiſcopus ſolus ſinè conſilio Capituli non poteſt decernere, quò, & quà ſint dirigendæ proceſſiones. Ibidem nu.31.& 32.fol.538.
Epiſcopus reputatur vnum corpus cum Capitulo, aliud in rebus ſpectātibus ad vtrumque. Ibidem num.35.fol.539.
Epiſcopus habet vnam vocem, & Capitulum aliam in actibus ſimultaneis.conſ.184.nu.67. fol.540.
Epiſcopus etiàm in leuibus quandò ſinè conſenſu Capituli procedere non valeat. Ibidem num. 72. fol.541.
Epiſcopus non iudicat in cauſa propria. Ibidem num. 75.
Epiſcopus ſolus non poteſt facere proceſſum contra

contra Canonicum, ſi lis ſit inter Epiſcopum, & Capitulum. Ibidem num. 77.

Epiſcopus, aut eius Vicarij ad procedendum contra Capitularem, debent facere de conſenſu Capituli. Ibidem num. 79.

Epiſcopus ſinè Capitulo non poterat cauſas criminales exercere. Ibidem num. 84.

Epiſcopus ardua, & grauia debet exercere cum conſenſu Capituli. Ibidem nu 86.

Epiſcopus ſi velit corrigere ſinè Capitulo, appellatio eſt licita. Ibidem num 98. fol. 542.

Epiſcopus licèt in aliquo Oppido habuerit Vicarium etiàm generalem, tamèn Communitas illius Oppidi non poteſt intentare iudicium manutentionis, vt illum ibi cõſeruet, ſed Epiſcopus poterit amonere eum, & aliò transferre. conſ. 192. num. 31. Auctoritatibus minus benè in contrarium citatis reſpondetur Ibidẽ num. 32. fol. 591.

Epiſcopus dicitur præſens, ſi eſt in Diœceſi, aut loco propinquo. conſ. 194. nu 5. fol. 595.

Epiſcopus nõ poteſt facere in Diœceſi alium Iudicem ordinarium. conſ. 199. num. 18. fol. 630.

Epiſcopi literis in concernentibus illius officium creditur. conſ 102. nu. 80. fol. 20.

Epiſcopi dignitati conceſſum, quandò ad alium non tranſeat. conſ. 107. nu. 8 fol. 46.

Epiſcopi, & Vicarij eſt idem Tribunal, & poteſtas eadem. conſ. 121. nu. 18. fol. 129. conſ. 184 num. 105. fol. 543. & conſ. 192. nu. 8. fol. 189. Et inter eos non eſt dare medium. d. conſ. 121. num. 19. fol. 129.

Epiſcopi authoritas præcipua eſſe debet in agendis rebus. conſ. 122. nu. 31 fol. 145.

Epiſcopi approbatio requiritur ad validitatem diſpoſitionis, quòd Ordinarius non ſe intromittat in Capellania. conſ. 130. nu. 22. fol. 198.

Epiſcopi literis, ſeù epiſtolis aſſerentis, Clericum fugere prò debitis quandò credatur. conſ. 157. num. 5. fol. 349.

Epiſcopi perſona dicitur egregia, & valdè digna. Ibidem num. 7.

Epiſcopi aſſertioni creditur. Ibidem num. 8.

Epiſcopi ſolius teſtimonio credi etiàm in ſingulari iudicio. Ibidem num. 9.

Epiſcopi iuriſdictio expirat ſucceſſoris aduentu. conſ. 190. num. 25. fol. 582.

Epiſcopi qualitates digniores, & incomparabiles ſunt, quàm Vicarij. conſ. 194. numer. 21. fol. 596.

Epiſcopi authoritas multotiès non ſuppletur per Vicarium. Ibidem num. 24.

Epiſcopo debetur maior honor, quàm eius Vicario. conſ. 101. num. 18 fol 4.

Epiſcopo ſunt ſubiecta omnes Eccleſiæ Diœceſis. conſ. 122. num. 16. fol. 145.

Epiſcopo ſolo ſi probibeatur corrigere Capitularem, probibentur anteccdentia. conſ. 184. nu. 94. fol. 542.

Epiſcopum Canonicum, vel Collegiatum debere ſedere in primo loco poſt Præſidem, vel Decanum, communior eſt opinio. conſ. 101. nu. 105. fol. 10.

Epiſcopum, aut Vicarium ſolos non poſſe procedere, declarauit Sacra Congregatio in vna Hiſpalenſ. conſ. 184. num. 99. fol. 542.

Epiſcopo abſente, authoritas aliquandò deuoluitur ad Capitulum. Ibidem num. 68. fol. 540.

Epiſcopo præſente, ad eum appellatur à Delegato, non ad Vicarium generalem. conſ. 194. nu. 4. fol. 595.

Epiſcopi habent intentionem fundatam in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus in eorum Diœceſibus. conſ. 125. num. 1. fol. 159.

Epiſcopi habent cognoſcendi ius in prima inſtãtia. Ibidem num. 2.

Epiſcopi, & Sacerdotes, qui ſacris præſunt ſunt multùm honorandi. conſ. 142. nu. 88. fol. 266.

Epiſcopi, & Clerici continentur ſub præcepto decimandi. conſ. 146. nu. 4. fol. 286.

Epiſcopis ſolis competunt, quæ ſunt ordinis. conſ. 107. num. 3. fol. 45.

Epiſtola vt ſit culpabilis, requiritur, vt miſſa ſit inimico Regis, & doloſè, & nõ aliàs. conſ. 162. num. 15. & 16 fol. 382.

Epiſtolæ Admiralli verba ponderantur prò ſeruitio regio ſcriptæ. Ibidem num. 17.

Epiſtolam recipiens, & non contradicens contẽtis in ea, approbare cenſetur. conſ. 126. num. 1. fol. 162.

ERA Cæſaris præceſſit annos 38. Natiuitatem D. N. Ieſù Chriſti. conſ. 199. nu. 81. fol. 637.

ERROR eſt contrarius conſenſui. conſ. 112. nu. 94. fol. 71.

Error conſtat eò ipsò, quòd apparet rem alitèr ſe habere. conſ. 129 nu. 21. fol. 189. & conſ. 189. num. 18. fol. 574.

Error excludit conſenſum in diuiſione. d. conſ. 129. num. 70. & 71. fol. 194.

Error probatur, quandò actus apparet alitèr factus, quàm erat ordinatum. conſ. 158. num. 1. fol. 356.

Error in origine facit conſenſum deficere. Ibidẽ num. 4.

Error facit abeſſe conſenſum. Ibidem nu. 8.

Error multùm repugnat conſenſui. Ibidem n. 9.

Error Notarij non debet nocere Parti. Ibidem num. 10.

Error fideiuſſionis conſtat, conferendo illam cum decreto Iudicis. Ibidem num. 11.

Error dicitur ineſſe in ſententia, dùm ad acta erronea ſe refert. Ibidem num. 12.

Error fideiuſſionis excuſabilis eſt, ſi cœlatum fuit decretum, iuxta quod erat facienda. Ibidē num. 13.

